T. II
17/p

ERNST JARMSON
No. 1174
COLLECTION

A1450/D vol 2

~~XIII D (2)~~

22101202275

DE

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30457749_0002

# VIRIS
*MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, atque CONSULTISSIMIS*

# D<sup>N</sup>. GERHARDO von MASTRICHT,
JC. Reip. Brem. Syndico.

# DN. LUCÆ von BOSTEL,
JC. Reip. Hamb. Proto-Syndico.

*Itemque*

# DN. BARTHOLDO WALTHER, J. U. D.

# DN. MATTHIÆ DREYERO,
JC. Rev. Capituli Canonico.

# DN. HELVICO SYLM,
JC. Reip. Patriæ Senatori,

# DN. CHRISTOPHORO WILLEHADO HILCKEN,
JC. & Infer. Judicii Aſſeſſori,

*partim*

*Teſtamenti Placciani Executoribus,*

*Tum*

Singulis Theatri hujus Fautoribus ac Promotoribus:

Suis verò

**DOMINIS atque PATRONIS**

Omni obſervantiarum genere

Colendiſſimis,

Hocce Venerationis perpetuæ monumentum

L. M. C. D. D.

M. LUDOVICUS FRIDERICUS VISCHER,

Calva-Würtembergicus.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

VINCENTII PLACCII

DE

# SCRIPTORIBUS PSEUDONYMIS DETECTIS LIBER.

## A

(1.)

ABAMMON cujus cum cognomento *Magiſtri*, ſub perſonato nomine, extat RESPONSIO AD EPISTOLAM, QUAM PORPHYRIUS ANEBONTI miſit; titulum præferens DE MYSTERIIS ÆGYPTIORUM. Ejus reſponſionis verum Auctorem, JAMBLICHUM Syrum, docet *Holſtenius* in vita Porphyrii cap. IX. pag. 53. Teſtimonio *Procli*. Quod confirmat etiam *Friſius* in Bibliothecæ Geſnerianæ voce *Abammon*. Ejus reſponſionis Inſcriptio atque Principium exhibetur ex Manuſcripto *Cæ*ſareo apud *Lambec*. Bibl. cæſar. Lib. 7. p. 123. Ubi p. 124. hunc librum latine ſolum editum quidem, ſed imperfecte valde, & mutile, in folio a Marſilio *Ficino* Veneto ao. 1516. apud Ald. Manut. recenſet, aliisque additis, remittit tandem Lectorem ad ſupra citatum *Holſtenium*. Sed accuratius *Jamblichi* de Myſteriis librum anno 1678. edi curavit Oxonii e theatro Sheldoniano Thomas *Gale* Anglus, Græce primus omnium, cum verſione Latina, & notis ſuis adjectis. Librum ipſum in Sectiones X. diſtinxit: ſingulas in capita ſua certa ſubdiviſas. Quibus doctrinam de Diis, dæmonibus, *H*eroum animabus, divinationibus, & Theologiam Ægyptiorum Symbolicam univerſam complexus eſt. Notas ſuas deinde ſingulis ſectionibus & capitibus in totum opus Jamblichi annectit. Liber ipſe Jamblichi complectitur in univerſum paginas 180. Quas notæ ſequuntur usque ad pag. 316. Adjectus eſt in fine Index Auctorum, Rerum & Verborum in toto Volumine Memorabilium. Præmiſſa etiam *Jamblichi* vita Gr. L. ex *Eunapio*: ut & ipſa *Epiſtola Porphyrii* Gr. L. cui a *Jamblicho* reſpondetur, una cum teſtimoniis de Jamblicho, & indice Capitum.

ABBAS *v. Authpertus.*

ABBAS *v. Guido.*

(2) ABBAS PANORMITANUS, eo titulo notior quam ſuo nomine, quod erat *Nicolaus*, ex familia *Tudeſchorum*, & ex urbe Siciliæ Cathana oriundus, Eccleſia Romanæ Cardinalis, ſcripſiſſe fertur librum de *POTESTATE PAPÆ, IMPERATORIS, ET CONCILII*, teſte *Valentino Forſtero* Hiſt. Juris. lib. 3. cap. 34. n. 1. Eum *Nicolao* SIMONIS Batavo adſcribit in apparatu ſuo *Poſſevinus* Tom. 2. pag. 495. & 497. Et vero *Nicolaum* huncce *Simonis*, Batavum Carmelitam, ejus argumenti atque tituli libros IV. edidiſſe Mediolani circa A. D. 1410. teſtantur *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 697. & *Franciſcus Sweertius* pag. 582. nec non *Geſnerus* p. m. 525. editionis Simlerianæ,

ſed an iidem ſint hi libri cum *Panormitani* ea de re ſcripto, crediderim amplius examinandum.

Hoc examen totis hiſce 25. annis, ante quos hæc ſuperiora ſcripſi, necdum inſtitutum, ne adhuc quidem inſtituere vacat. Quantum interim ex fortuita lectione repertis, aut ſubminiſtratis per amicorum ſymbolas colligere nunc datur: (quoniam utriusque ſcripti invicem comparandi, ad judicium hoc plene formandum, copia non datur) pene in ea ſum ſententia, *Confuſos* eſſe *duos* hoſce *Nicolaos*, *aut* ſaltem *duos libros factos ex uno*, quem Nicolaus Thudeſcius ſcripſerit, quique ſit editus primo Mediolani 1410. Nam a Nicolao *Simonio* id factum eſſe non poteſt. Qui obiit ſenex Harlemi. 1511. docente ex *Trithemio*, *Gesneriana* Bibliotheca *Simleri* atque *Friſii*. Quorum uterque docet, Commentarios illos in decretales ao. 1510. non 1410. uti Valerius habet prodiiſſe. Unde prorſus *errorem Typographicum* ſuſpicor *in* Valerio *Andrea*. *Thudeſcius* vero, ſive ut a *Ghilino* vocatur *Thodeſchi* Italice, in Theatro d' Huomini letterati p. 201. obiit ao. 1445. Panormi. Quod & repetit *Freherus*, Theatri ſui parte I. Sect. 2. p. 18. b. Occaſionem ſcripti etiam videtur innuere ſatis Æneas *Sylvius* Commentar. de Geſtis Baſileenſis Concilii lib. I. fol. m. 2. lit. margin. F. & fol. 3. Editionis in *Faſciculo rerum Expetendarum & fugiendarum*, cujus ad lectorem epiſtola, per modum perorationis, præter aliam dedicatoriam, nomen collectoris in titulo prætermiſſum indicat. Ejus collectionis obtinet primum locum hic liber. Qui exinde per errorem etiam ipſi Æneæ *Sylvio* poſtea Pio II. Pontifici totus imputatur, ex indice Chronologico *Bucholceri* apud *Freherum* p. 3. a. Unde ob raritatem libri, (de qua vide Hieronymi *Sinceri* editionem Dialogi *Poggii* Florentini, & Orationes Leon. *Aretini* de Hypocriſi S. Lugd. 1679. Gerh. Jo. *Voſſ.* epiſt. 89. p. m. 147. *Sandius* ad Voſſium de Hiſtor. Latin. pag. 102. ad illius pag. 390. qui tres faſciculos temporum memorat, & hunc ſibi non viſum addit. Eum tamen recuſum ſuperioribus annis memini in aliquot Catalogis librorum impreſſis memoratum, quorum nunc non recordor titulos aut loca) loca excerpta (a) (b) (c) ſubjeci. *Lipenius* Bibliothecæ Realis Juridicæ p. 404. b. expreſſe confirmat Nicolai *Simonis* libros de Poteſtate Papæ Imperatoris & Concilii etiam tribui Nicolao *Tudeſchis*. Monendum autem hic nobis etiam venit non immerito: quod *non* debeat *confundi cum* noſtro *Nicolao Panormita*, *Antonius Panormita*, cujus extant 10. *Libri de dictis & factis* Alphonſi *Regis Arragon. cum Reſpondentibus Principum illius ætatis dictis & factis ſimilibus* ab Ænea *Piſtojo* collectis, & Scholiis Jacobi *Spigelii*, cum Davidis *Chytræi* Chronologia vitæ Alphonſi, & Ludovici XII. & Caroli V. Wittebergæ 1585. in 4to. Cujus libri extat exemplar in *Bibliotheca* noſtra *Johannæa*. De hoc Antonio v. *Gaddius* de ſcriptoribus Tom. II. p. 128. & ſeqq. qui & alium ejusdem nominis auctorem Siculum p. 130. memorat. De quo & agit *Freherus* Theatri virorum eruditione clarorum parte I. Sect. II. p. 18. b. & quidem ſeparando invicem *Nicolaum Siculum* Archiepiſcopum Panormitanum, & *Nicolaum Tudeſchum* Cardinalem. Quorum uterque tamen Commentarios in Decretales, & conſilia multa ediderit, inque eadem Schola Senenſi docuerit. Uterque gloriam in concilio Baſileenſi aſſecutus fuerit. Quin & mortem utriusque biennio tantum diſcernit. Quæ omnia ſuſpicionem mihi augent, hos *duos Nicolaos unum* eundemque eſſe, & non recte ſibi invicem contra-diſtingui. Thomæ *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ Nicolaus de Tudeſchis etiam *Siculus Tudiſcus* audit, Abbasque ſimul Monacenſis, & Archiepiſcopus Panormitanus appellatur; ubi & reliqua Panormitani ſcripta recenſentur p. 212. b. ſub lit. T. Adde Henrici *Whartoni* appendicem ad Caveanam Hiſtoriam litterariam p. 70. & 71. ibique contra *Bellarminum*, qui librum hunc de Poteſtate Papæ fruſtra negare ſcriptum a Panormitano audet. v. lit. (d) Nam *Bellarminum* quidem ipſum in omnium manu poſitum excerpere nil attinet. Addo ſaltem allata ſeriuſcule (e) *Diecmanniana* non omittenda. Item *Maſtrichtiana*. (f)

(a) Faſciculus Rerum Expetendarum & fugiendarum, fol. 2. col. 2.

*Hujusmodi (ſicuti arbitror) fuere Concluſiones, quibus in Capitulo coram patribus iterum atq; iterum lectis, rogati ſunt omnes viritim ſententiam dicere, pedibusq; fere omnes in concluſiones ibant.* Panormitanus *tamen* Archiepiſcopus, *vir inter omnes ſcientia eminens, plurima in adverſum diſputavit. Plurima etiam prælatorum decus Burgenſis epiſcopus, ac eleemoſynarius regis* Aragonum, *non minus eloquentia quam doctrina præclarus; non tamen prioribus hiſe Concluſionibus opponebant: ſed illis tantum quibus Eugenius tangebatur. Arguteq; ut eſt ſubtiliſſimus, adverſus poſteriores Concluſiones* Panormitanus *diſſeruit, oſtendereq; ſummo ſtudio nitebatur Eugenium non eſſe relapſum, magnaq; illi cum tribus viris,* Argenſi epiſcopo, Johanni Segovio, *ac* Franciſco de Fuxe *Theologis, concertatio fuit. Articulos fidei trifariam dividebat:* ſtricte, *ut in ſymbolo:* large, *ut in declarationibus per Eccleſiam factis:* largiſſime *autem, ut in his quæ ex prædictis reſultant:* Eugeniumque *nullo iſtorum modorum violaſſe fidem in prima diſſolutione quam fecit, quia nec in ſymbolo, nec in eccleſiæ determinationibus haberetur, papam non poſſe Concilia diſſolvere: nec id ſibi videri ex determinationibus antea factis reſultare, ſed potius ex decretis Conſtantienſis Concilii hunc caſum tanquam omiſſum diſputationi papæ reſervari, cum in* capitulo Frequens, *locus futuri Concilii per papam, approbante Concilio, eligatur, & de hoc nihil omnino ſit dictum. Quod ſi forſitan in prima diſſolutione peccaſſet Eugenius, excuſatum tamen haberi debere.*

(b) Ibidem folio (3) Fuit *oratio* Panormitani *apud omnes magis laudata, quam probata. Id tamen habuit efficaciæ, ut poſtea verbum* relapſum *ex Concluſionibus tolleretur, ejusqve loco poneretur* prolapſum. *Nec* Panormitanus *ipſe omnino ab hæreſi Eugenium audebat excuſare, plusqve in prima quam in ſecunda diſſolutione vim faciebat, non tamen ſine reſponſione receſſit. Aſſurgens namqve Johannes Segovius Theologiæ peritiſſimus, reverenter, ſubmiſſeque (ut tanto prælato conveniebat) reſpondit: Fateri ſe inqvit, quod de articulis fidei trifariam diviſis, Panormitanus dixiſſet, idque ad ſuam cauſam facere &c.*

(c)

(c) Ibidem.

Gloſſam *autem illam* ſingularem, *quæ Romanam Eccleſiam orbi præponeret, ſe omnino contemnere:* beneqve ſingularem *eſſe*, qvætam fatua diceret, *indignumqve fore, ut illam quispiam ſequeretur, mirarique ſe de* Panormitano, *& aliis noſtrorum temporum doctoribus, qui dum ſe gloſſarum extollere putant authoritatem, ipſam deprimunt, cum ſingularitatem adjiciunt:* Singularis *enim eſt* gloſſa quæ ſola *eſt. Sed quis non pluris faciat gloſſam in omnibus locis idem ſentientem, ſemperque conſtanter loquutam, quam uno tantum in loco aliquid aſſerentem, quod ſine dubio poſſit per errorem videri aſſertum: Quantum vero ad veritatem, habere ſe* Hieronymum *doctorem graviſſimum* gloſſæ illi contrarium, *qui orbem etiam, quo ad autoritatem, urbe ipſa, id eſt Roma, majorem eſſe non ambigit. Nec iſta finire Segovius ſine interpellatione potuit. Sæpe namq;* Panormitanus *verba ipſius* interrupit: *& nunc unum, nunc aliud dictum confutare ſatagebat. Surrexit Argenſis etiam epiſcopus, vir non ſolum eloquens, ſed etiam animi plenus, acriterq;* Panormitani dicta *& argumenta* diſturbavit: *plus tamen inter eos proceſſum eſt, quam diſputandi modus exigeret,* neque *enim* a probris abſtinuerunt. *Veniam tamen Argenſis poſtea petiit, forſitan minus erraſſet, ut fit, quia ſemper inferiores oportet ſuccumbere. Dixerat forte Argenſis, Romanum* pontificem miniſtrum eccleſiæ fore: *idq;* ferre Panormitanus non poterat, *tantumq; ea die ſe ipſum & ſcientiam ſuam, quæ utiq; maxima eſt, deſeruit, ut* papam eccleſiæ Dominum *aſſeverare non vereretur.*

(d) Henr. Wharton in Appendice ad Caveanam Hiſtor. Litterar. Scriptorum Eccleſ. p. 70. 71.

*Anno 1431. ab Arragoniæ Rege ad Concilium Baſileenſe legatus, dicendi copia, verborum gravitate, recondita juris Canonici ſcientia, & nominis autoritate principem inter omnes locum tenuit. Concilii cauſſam edito contra Eugenium Papam commentario fortiſſime tutatus eſt; ejusq; ſuperioritatem ſupra Pontificem Romanum invictis argumentis adſtruit; Eugenium tamen concilii autoritatem detrectantem, & conciliabulum Ferrariæ celebrantem, hæreſeos eo nomine damnari noluit: quin Patres anathema Pontifici communi ſuffragio parantes conſilio abduxit: & Presbyteris atq; Abbatibus non loca ſolum, ſed & definitivas ſententias in Synodo ambientibus ſpem decollavit; atq; antiquam Epiſcoporum prærogativam fortiter aſſeruit. Anno circiter 1440. Cardinalitiam purpuram à Felice V. Papa virtutis ac laborum præmium accepit. Obiit peſte correptus anno 1445. ſeu, ut alii habent, 1443.*

(e) Margo Diecmannianus.

*Ut* tres diverſos libros *refert* Poſſevin. *Appar. S.T. 2. p. 159. ed. Col. 1608. fol. ubi de* Nicolao Simonis *agit; ſed p. 161.* Nicol. Tudeſchium *recenſens*, de poteſtate, *inquit,* Papæ Imperatoris & concilii ipſi adſcribitur liber; ſed & idem liber ſive argumentum tribuitur Nicolao Simonis. *Hæc* Poſſev. *Unde ipſum Poſſevinum hæſitaſſe apparet, num idem liber ſit, quod tamen audacter ex eo affirmat Lud. Jac.* a S. Carolo *Bibliothecæ Pontificiæ p. 406.*

(f) Marginalia Maſtrichtiana.

*Primo* ad annum *D. 1410. habent hæc: A.D. 1487. ita emendandus hic numerus; nam anno 1410. nondum fuit natus, denatus anno 1511. vel ſecundum Jac. à* S. Carolo 1531. *quod falſum.*

*Deinde* pergunt hoc modo: *Ex vita Panormitani apud Pancirollum lib. 3. c. 32. de claris legum interpp. patet* Panormitanum *in Concilio Baſileenſi ab Eugenio IV. indicto partes Pontificis (erat enim legatus* Alphonſi *Arragonii cum Tarentino Cardinali) tutatum fuiſſe, theſibusq; contra Papam reſpondiſſe, uti quoq; patet ex* Sylvio, *de geſt. Baſ. concil. lib. 1. Cum autem contra Panormitanum adverſaria pars prævaleret, ipſe quæſtiones controverſas opuſculo ſingulari diſcutere ſtuduit, quod de concilio Baſileenſi inſcribitur:* Nicolai Simonis *diſputatio quædam excuſa eſt Venetiis 1487. ſed num hæc ſit, non poſſum affirmare. Meminit ejus* Beughem *in Incunabilis typographicis pag. 127. Ex diverſitate temporis concludendum Panormitani opuſculum aliud eſſe ab eo, quod* Nicolaus Simon *edidit. Nam illud fere 80. annis ante Nicolai Simonis ſcriptum prodiiſſe oportet. Jacob a* S. Carolo *Bibliothecæ Pontificiæ lib. 2. pag. 406. ubi de Nicolao Simonis, & Nicolao Iudeſchio Panormitano agit, ex* Poſſevino *tradit Panormitani librum a quibusdam attribui Nic. Simonis, quem erroneè dicit anno 1531. Harlemi mortuum eſſe, cum Valerius* Andreæ, *&* Svvertius, *concinant in anno 1511. Panormitanus autem obiit 1445.*

(3) ABBONIS FLORIACENSIS nomine DE OBSIDIONE LUTETIARUM CARMEN: alterius ABBONIS MONACHI S. GERMANI A PRATIS, toto ſeculo vetuſtioris eſſe, ex *Voſſio* de Hiſtoricis Latinis p. 334. & *Seldeni* indice auctorum, ſuo *de titulo honorum* libro præfixo, docet *Symbola Normanniana.* Cui adde *Voſſium* eundem de Poetis Latinis p. 71. Invenio etiam in memoriis meis, ABBONIS nomine *Theophili* RAYNAUDI anonyma & pſeudonyma quædam in operibus ejusdem conjunctim Lugduni in fol. multis Voluminibus editis extare me edoctum, a piæ & honoratæ memoriæ Scholarcha & fautore meo Dn. Antonio *Reiſero* Paſtore hic ad D. Jacobi ao. 1679. de 17. Martii, domi meæ. De utroque Abbone vide *Olearii* Abacum p. 1. & 2. & cæteros Auctorum Eccleſiaſticorum ſcriptores catervatim.

(4) *Gia Anleſſio* ABBATUTIS, quod ſit *Johannis Baptiſtæ* BASILII, Neapolitani, dramati Poetico, cui titulus: *lo conto de conti* i. e. *fabula fabularum*, præfixum nomen fictitium, docet Perſonatus *Gio Pietro Giacomo Villani*, revera P. *Aproſius Vintimiglia*, in ſua *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. 50. p. 60. Cujus Excerptum hic ſub lit. (a) ſubjicimus remittens nos ad *gloriam Incognitorum* Italice ſcriptam, de qua ſuo loco egimus num. 2640 *a.* Anon. Cujus locum itidem excerptum damus (b) verbotenus.

(a) Villani Viziera Alzata Hecatoſtes pag. 60.

*L. GIAN ALESSIO ABBATUTIS. ſotto queſto nome ſi legge.* Lo Cunto de li Cunti, ouero lo Trattenimento de Peccerille di Gian Aleſſio Abbatutis. *In Napoli per Ottavio Beltramo M. DC. XXXVII. 12.* Le Muſe Napolitane. *Egloche di G. A. A. Napoli per Domenico Maccarano M. DC. XXXV. 12. Per chiarirmi chi ſuſſe il vero autore, hebbi ricorſo ad alcuni letterati Amici, e furono D.* Antonio Muſcetola, Giuſeppe Battiſta, Giuſeppe Domenichi, *Canonico* Carlo Celano, Lorenzo Craſſo, Gio: Giacomo Lauagna, D. Pietro Caſaburi Vrries Baldaſſar Piſani, Giouanni Canale, *e mi riſpoſero concordamente eſſere il Cau.* Gio: Battiſta Baſile *Conte di Torone che ſeriamente ſcriſſe il* Teagene *Poema fondato nell'* Hiſtoria Etiopica *d' Heliodoro. Ma doppo hauer ſcritto, lo ritrouai nelle* Glorie de gli Incogniti *p. 209.*

(b) Le Glorie de Gli incogniti pag. 210.

*Si compiacque per ſuo diporto, e per rattenimento delle converſationi di comporre nel linguaggio materno un' Opera ripiena di facetie, di motti, e di piaceuolezze, che intitulò,* lo Conto de' Conti, *Trattenimento di Picciarilli, publicando lo col finto nome di* Gio: Aleſſio Abbatuti Anagrammatiſmo *tratto dal proprio nome.*

---

(5) ABDAMIR, aut abbreviato nomine DAMIR, vere eſt KEMAL EDDIN MUHAMMED, filius Muſæ, ingentis ſuo tempore famæ Scriptor: docente anonymo Auctorum diſſimulatorum detectore nobis detecto ſupra in Anonymis *cap. XIV. Sect. VI. num. 2297. β.* Hadriano *Bailleto* p. 270. des Auteurs deguiſez.

ABDERITES v. *Democritus.*

---

(6) ABDIAS BABYLONICUS, editis X. *de Vitis Apoſtolorum libris* clarus, vulgo ex numero LXX. Chriſti diſcipulorum creditus, cujus propterea à Laurentio *Baræo* ſcripta inter Tomos Hiſtor. SS. Patrum relata ſunt, omnino fictitium nomen eſt. Quis autem præciſe ſub eo lateat, eruditi dubitant. Sub MELITONIS Epiſcopi nomine inventum in Bibliotheca Juliæ Academiæ hoc ſcriptum, memoratur in den Monatlichen Unterredungen / Ann. 1692. pag. 993. Ad JULIUM AFRICANUM referri *Daumius* præfatione Diſputationi B. Hieronymi Græci præfixa pag. 6. notat, & ex anonymo *Philaletha Euſebiano*, vel exſcripſiſſe ſua, vel ab eo deſcriptum eſſe, verbis ſub lit. (a) excerptis. Addatur *Olearius* Abaci Patrolog. p. 2. qui plures adducit ut ſub lit. (b) videre eſt. Cui accedit Thomas *Hyde* Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 2. b. Certe verſos ab eo eſſe *Abdiæ* prædictos libros, e Græco in Latinum ſermonem, judicat *Geſnerus* Biblioth. ſuæ pag. 1. b. Suppoſititium eſſe ſcriptum omnes uno ore fatentur, ipſi etiam Pontificii, quorum aliquos citat *König*, Biblioth. Veteris & Novæ p. 2. b. ubi & a Paulo IV. Pontifice damnatum confirmat. Ut adeo fruſtra dubitaverit hujus ſcripti primus editor Wolffgangus *Lazius*, an Evangeliſta LUCAS ſua, *Abdiæ*, an Abdias ſua Lucæ debeat, referente Caſpare *Sagittario* Hiſtor. Eccleſ. p. 5. Verbo: Omnia, quæ de ſcriptis & ſtatu *Abdiæ* circumferuntur, nugas eſſe ſatis diſerte pronunciat *Cave* Chartophylacis ſui Eccleſiaſtici pag. 5. Adde *Ejusdem Hiſtoriam Litterariam* Eccleſiaſticam pag. 12. b. Ubi ab *Eutropio* ex Hebræo Græcum, inde ab *Africano* Latinum factum, revera nullum nec *Abdiam* nec illum ejus librum extitiſſe contendit. Adde Roberti *Coci* Cenſuram p. 89. Andreæ *Riveti* Criticum ſacrum, lib. I. c. 6. & quem ſolum excerpimus lit. (c) poſt hos omnes de hoc libro commentatum breviter & nervoſe L'Ellies *du Pin* Nouvelle Bibliotheque des Autheurs Eccleſiaſtiques p. 18. b. Poſt quos ſuperfluum erit addere *Symbolam Rauſchianam*, quam tamen honoris gratia ſub lit. (d) repræſentamus.

(a) Daumius in præfatione Hieronymo ſuo Græco præfixa p. 6.

*Sed & deſideratur in hac nova editione* Abdias Babylonius, *vulgo ſic appellatus, quisquis etiam ille fuerit, ſive* Julius Africanus, *ſive quis alius: (nam nunc iſtud non inquiro)* de Vitis Apoſtolorum, *una cum* Anonymo Philalethe Euſebiano de Paſſionibus Apoſtolorum, *a Frid.* Nauſea, A. *1531. Coloniæ in quarta quam vocant, forma publici Juris facto. Ex quo aut* Pſeudo-Abdias *ille ſua exſcripſit, aut ex iſto ille, ut videbunt, qui utrumque inter ſe committent.*

(b) Olearius Abaci Patrolog. pag. 2. Abdias Babylonius, *Apoſtolorum vulgo perhibetur diſcipulus, primusq; Babylonicorum Epiſcopus, ſeculo poſt Chriſtum natum I. Scriptor olim* creditus libb. X. de hiſt. in certam. Apoſtol. *ex* Ebraica *lingua ab* Eutropio *in Græcam, & inde in latinam a* Julio Africano *translatorum, quos Wolfgangus* Lazius *Baſileæ 1551. primus edidit, & poſt eum alii, Pariſiis, Coloniæ: Aſt, tanquam ſuppoſititius merito rejectus* Baronio, Poſſevino, Bellarmino, *& aliis, vid.* Labb. *T. I. p. 3. & 658.* Dannhau. *Chriſteid. act. 1. pag. 886.* Bebel. *antiq. triſec. p. 3. conſ. Gerhard. Patrol. pag. 69. ſeq.*

(c) Ellies du Pin Nouvelle Bibliotheqve *des* Autheurs Eccleſiaſtiqves *p. 18. b.*

*Il faut porter le meme jugement du Livre* de Abdias, *contenant des* vies des Apôtres *tres fabuleuſes, imprimé ſeparement en 1557. en 1560. & en 1571. à Baſle en 1532. & à Paris en 1583. & inſeré dans les Bibliotheques des peres. On a fait paſſer d' abord ce Liure pour un ouvrage* composé en Hebreu *par un diſciple de JESUS CHRIST appellé* Abdias, *qui eſtoit de Babylone, & traduit en Grec par* Eutropius *& en Latin par Julius* Africanus; *mais preſentement tout le monde eſt revenu de cette erreur, & l' on convient que c'eſt* l' ouvrage d' un Impoſteur, *qui ſuppoſe fauſſement qu' il a eſté Diſciple de JESUS CHRIST, qui cite cependant* Hegeſippe, *&* Julius Africanus, *qu'il n'auroit puvoir, s'il eut eſté du temps de JESUS-CHRIST, & enfin qui raconte pluſieurs Hiſtoires fabuleuſes touchant*

*la*

*la vie de JESUS-CHRIST, & celle des Apôtres, qu'il ſeroit ennuieux de rapporter.*

(d) Symbola Rauſchiana.

*De hoc Ib:* Dempſter: *Paralip: ad Roſin. l.* 2. *antiq: Rom.* c. 7. *ſi modo* Abdias Babyloniæ primus Epiſcopus *auctor eſt libri, qui à Julio* Africano *latinitate donatus, ejus nomine circumfertur.* Zeilero *in append. lib. de Hiſtoricis Chronol. Geogr. eſt ſcriptor* Suppoſititius, *cujus libros de Hiſtoria certaminis Apoſtolici primus in lucem protraxit W:* Lazius.

---

(7.) ABECEDARIUS detegitur eſſe *Andreas* CAROLSTADIUS à modo laudato *Bailleto* pag. 523. Nec tamen ejus nominis ſcriptum Pſeudonymum indicat *Melchior Adami* in Vita ejus: neque *Königius* in Bibliotheca Veteri ac nova, neque *Simlerus*, aut *Friſius*, aut *Olearius* aut *Hyde*, in Bibliotheca Bodlejana neque *Lipenius.* Nam ulterius inquirere nunc non vacat.

---

(8.) ABELANDI *Noſce te ipſum*, forte tractatus eſt PORPHYRII ejus tituli. *Ravius* ad Geſnerum. Hucusque *Symbola Normanniana*, provocans ad MSta marginalia Raviana, Geſnero addita, & aliquoties jam in Anonymis memorata, de quo præterea nihil mihi conſtat niſi quod in *Abelardi* operibus Pariſiis 1616. in 4to volumine ſpiſſo editis, nihil ejus tituli reperitur.

---

(9.) ABEN-BURGHIL quod ſit R. ABRAHAM ABEN AZUZ; docet iterum *Bailletus*, Autheurs deguiſez pag. 270. Cui adde *Bibliothecam Bodlejanam* p. 2. b.

---

(10.) ABEN-CHABIB triplex memoratur ab *Hyde* Biblioth. Bodlejanæ p. 2. b. nimirum (1) R. JACOB ABEN CHABIB alias LEO JUDA DE MODENA, de quo apud ipſum p. 368. b. ubi & JUDA LEO DE MODENA vocatur. (2) *R. Levi & Benchabib.* (3) *R. Moſes Aben-Chabib* ſeu alias R. Moſes fil. R. Schem tobh è familia Ben-Chaviv.

---

(11.) ABENTIBBON quod idem ſit qui R. MAIMONIDES, remittendo ad hunc, indicium nobis facit *Bibliotheca Bodlejana* pag. 3. a. quæ tamen 423. inter R. Moſis Maimonidis ſcripta nihil huc pertinens adducit.

---

(12.) R. ABHOMERON citatur in Catalogo Bibliothecæ *Bodlejanæ* pag. 3. b. ubi Auctor ejus Thomas *Hyde* poſt hoc aliaque falſa nomina, veluti ABIMERONIS, ABYMERONIS, ABIUZOHAR remota, verum reſtituit, quod eſt; ABU-MERWAN. Corrigit ibidem corruptum libri titulum, qui alias legebatur *Theizir vel Theicriſi dahalmodana Vahaltadabir, ſive,* ut latine ſonat, *Rectificatio Medicationis & Regiminis.* Librum præterea *de febribus*, & adhuc alium, ſub titulo: *Excerpta de Balneis*, ſub ejus nomine extare aſſerit. l. c.

---

(13.) R. ABIAH: quod ſit ELIEZER FILIUS JOSE GALILÆI docet *Bailletus* p. 523. Ratio notitiæ ſit penes ipſum.

(14.) ABIOBSEIBA: Mentionem facit ejus *Bailletus*, dans la liſte d'Auteurs deguiſez pag. 523. verumque Auctoris nomen intimat eſſe ACHMED BEN-CASEN aut ABU ELAIGHBAS ACHMED BEN-CASEM. Quo fundamento hæc ejus notitia nitatur, mihi quidem non conſtat, Bibliothecariis meis de eo plane ſilentibus.

---

(15.) ABRAHAMUS Patriarcha. Ejus Libri huc pertinentes ſunt I. *Apocalyſis* (non amplius extans) quam Hæretici SETHIANI excogitaverunt, uti lib. 1. *Panarii*, ſive adverſus Hæreſes, ſcribit *Epiphanius*; eum librum omni malitia refertum perhibens. Cum quo eundem eſſe putat librum, qui *Aſſumptionis Abrahami* titulo citatur apud *Athanaſium* in Synopſi ſacræ ſcripturæ, permutatis tantum vocibus ἀποκαλύψεως & ἀναλήψεως Civis meus *Petrus Lambecius* ex Rectore & Profeſſore Gymnaſii noſtri Conſiliarius & Hiſtoriographus Cæſareus Hiſtoriæ Litterariæ Prodomi pag. 50. in qvo facile aſſentio, v. *Poſſevinum* appar. ſacr. p. 11. II. ספר יצירה *Sepher Jezirah*, (non *Zezyrah*, ut eſt apud *Geſner.* p. m. 2. *Col. a. Simlerianæ* Epitomes Tiguri 1574. in fol. editæ: editus primo non Mantuæ; uti modo laudatus *Lambecius* l. c. p. 53. autumat, ſed Pariſiis 1552. in 8. cum Commentariis *Guilielmi Poſtelli*, de quo vid. *Geſner.* Simleri pag. 263. deinde Mantuæ in 4to. cum Commentariis *R. Abraham Ben Deor*, & aliorum, & ultimo cum notis *Joannis Stephani Rittangelii* Prof. Regiomontani, Amſtelod. 1642. in 4. Extat etiam una cum aliis libris Cabaliſticis, excuſus inter *Artis Cabaliſticæ ſcriptores:* Baſil. 1587. in fol. editos pag. 869. hoc titulo: *Liber de Creatione Cabaliſticus Sepher Jezira, auctore Abrahamo ſucceſſive filiis traditus: hinc jam rebus inclinatis, ne deficeret per ſapientes Hieruſalem arcanis & profundisſimis ſenſibus literis commendatus.* Ipſum ſcriptum, uti pauciſſimis conſtat foliis, ita mirifice à Cabaliſticis prædicatur, utpote cujus ope miracula quoque ſe facere jactitant, quod ſane *credat Judæus Apella, non Ego.* Verus auctor ejuſce ſcripti *Rabbi* AKIVA fuit, qui A. C. 135. floruit. Unde in Præfatione ſecunda Zohar Mantuani leguntur hæc verba: &c. מי התיר לר׳ עקיבא לכתב ספר יצירה i. e. *Quis juſſit R. Akiva ſcribere Librum Jezirah, &c.* Plura vide apud *Buxtorff.* in Bibliotheca Rabbinica, *Sixtum Senenſem* Bibl. ſanctæ lib. 2. *Voſſ. in Maimonidem* de Idololatria pag. 9. *Kircherum* in propylæo Oedipi Aegyptiaci. Ubi in Æthiopia ſervari libros *Abrahami*, quos ſcripſit cum in Valle Manire Philoſophiam publice profiteretur, â nonnullis credi, ſcribit. *Poſſevinum* in apparatu ſacro. *Hiſtoire des Hiſtoires du Sieur de la Popeliniere* liv. 8. pag. 446. *Petr. Lambec.* l. c. pag. 58. & ſeqq. *Lomeyerum* de Bibliothecis cap. 2. pag. 16. & ſeq. & *Joh. Heinr. Heideggerum* Hiſtoriæ Patriarchar. part. 2. quosqve hi plurimos iterum adducunt.

Peperit nihilominus ſpecioſum *Abrahami* nomen tamen huic R. Aquilæ ſcripto יצירה venerationem, etiam penes Chriſtianos, ut Rudolphus *Coraducius* U. I. D. illud ſua manu deſcripſerit. Qvod αὐτόγραφον adhuc in Bibliotheca Cæſarea retineri, teſtatur *Lambecius* Comment.

 in

in hanc Biblioth. Cæſa. lib. 1. pag. *66.* in margine. Et hunc in finem, iſtum maleferiatorum morem apud Judæos ab antiquiſſimis ſeculis inolitum, notant *Eruditorum Acta Lipſienſia*, in recenſione Apologiæ Thalmudicæ Henric. *Muhlii*, quæ *Cocceji Sanhedrim*, & *Maccoth* in Editione Ffurtenſi præfixa; ut honorem & dignitatem, Patriarcharum nomina veneranda præfigendo, concilient ineptiis ſuis, quos paſſim *Muhlius* in dicta Præfatione perſtrinxit. (a.) Adde hic Monatliche Unterredungen. Anno 89. pag. *693.* & ſeqq. Cæterum ex hoc *Aquilæ* libro, totam ſuam *Theologiam Myſticam* hauſiſſe Judæos, tanquam ex turbido quodam fonte, adducta *Bartoloccii* Bibliotheca Rabbinica Magna Romæ edita, recenſet *Morhoſius* Polyhiſtoris Literar. Lib. I. Cap. X. pag. 93. Extat hic *de creatione liber* in Bibliotheca *Bodlejana* Hebraice cum V. expoſitionibus, Videlicet R. *Moſis Bar Nachman*, R. *Moſis Butrillo*, R. *Abraham Ben Dion*, R. *Saadiæ Gaon*, & R. *Eliezer de* גרמישא Mant. 1562. referente Thoma *Hyde* in Catalogo dictæ Bibliothecæ pag. 4. a. Sed multis etiam Judæorum ſuſpectum eſſe hunc librum, docet *Richard Simon* dans l'Hiſtoire Critique du vieux Teſtament liv. I. c. 7. pag. 48. b. pag. *536.* a. in Catalogo memorato libro ſubnexo: inque nullo ſcripto tantopere variare MSta, quam in hoc ipſo libro Aquilæ יצירה, contendit, impoſturamque ſubeſſe, maxime ex inſperſis Cabalis ab Abrahami temporibus alienis colligit. Sed Johannes *Dekherrus* de ſcriptis Adeſpotis p. 23. ex *Urſino* refert quidem ſuppoſititios Abrahami libros inter eos, qui à SABÆIS, MAGIS, Hæreticis, aliisque Nugatoribus intruſi ſunt, nec difficilem ait habere explicationem, ſed tamen non adjectam. Memorabile eſt, quod hac ſuper re notat *Symbola Normanniana*, *Ravio* in MStis ad Friſium, Abrahami inſcriptionem in memoratis libris paria feciſſe cum Lœlio & Catone Ciceroni. Denique addo excerptum (b) ex *Popilinierio*, & notam marginalem *Normanni*, quæ ad verba R. Akiva citat *Wülfer in Sal. Zevi* Ther. pag. 20. quæ fateor me non intelligere. Clara ſunt, quæ addit nota marginalis *Diecmanniana* ex *Wagenſeilio* & Maſtrichtiana Symbola (d) citatioque *Normanniana Hottingeri* Ennead. Diſſert. Heidelberg. pag. 9. & ſeqq. cum *Baylio* Dictionaire Tom. I. p. 44. ad E notantem libros Abrahami & 156. errorem *Lambecii* circa editionem primam hujusce.

(a) Acta Er. Lipſ. Suppl. Sect. VI. *pag. 322.* (*In recenſione* Apologiæ Thalmudicæ Henrici Muhlii.) — — — *ſed iſtum maleferiatorum moremjam inde ab antiquisſimis ſeculis inolitum obtinuere, ut ineptiis ſuis honorem ac dignitatem conciliaturi, ſummorum & Patriarchalium nominum hederam ſuſpendant. Id quod libro* יצירה R. Aquilæ *cujus* אותיות *in antiquisſimo MSto membr. Noſter posſidet, ſimiliter factum, quem ſub ſpecioſo* Abrahami Patriarchæ *titulo ſcriptores Hebræi publice venditarunt, variisque editionibus ac commentariis ordinate recenſitis varii exornarunt.*

(b) Excerptum ex Popilinierio. *Lib. VIII.* pag. 446.

*Il nous veut faire croire par ſes eſcrits, avoir deſcouvert & apporté des parties Orientales plusieurs & divers bons liures Anciens. Comme celuy d'* Henoc, *de* l'Ange d'Adam, *de la* lumiere tresclaire, *d'* Abraham *& pluſieurs autres, qui ſe fuſſent laiſſé fevilleter, s'ils euſſent porté quelque apparence de Verité.*

(c) Margo Diecmannianus hoc loco.

*Librum* Jezirah, *quem R. Akiva ſcripſit, longe diverſum eſſe ab eo quem Joh. Steph.* Rittangelius *cum verſione & notis edidit, monet* Wagenſeil. *ad Sota p. 985. cui, ut viro in his litteris verſatiſſimo, aſſerti ſui cauſas, etſi nullas attulerit, conſtare non dubito.*

(d) Symbola Maſtrichtiana.

Kircherus *Oedipi Ægyptiaci, Tom. II. pag. 224. & 248. quem librum* Jezira, *tametſi Hebræi Abrahæ Patriarchæ perperam attribuant, Senſatiores tamen Scriptores meliori jure ejus auctorem faciunt R.* Akibam, *vetuſtiſſim. ſcriptorem. Idem teſtatur Joh. Steph.* Rittangelius *ex Judæo Orient. Ling. Prof. Regiomontanus, qui librum Jezira Amſtelodami Anno 1642. cum annotationibus edidit. Adde* Buxtorf. *de abbreviat. Hebr. pag. 353.*

*Adde* Heideggeri *Hiſtoriam Patriarch. diſſ. 3. part. 2. 2. §. 71. pag. 143. Henric. Otto hiſt. Doct. Miſn. pag.* 101. Wagenſeil *Sota pag. 965. ubi controverſum, Jeziram R. Akibæ, & à Rittangelio editum eſſe eundem librum. Adde eundem in telis igneis* pag. 353.

*M. Joh.* Matthæi *in tractatu contra Holtshauſium pro orthodoxia Bohemiana pag. 65. librum Jezirah ab antiquis & novis Rabbinis vult haberi pro partu Abrahæ.*

---

*(16)* R. ABRAHAM BEN DAVID, Ejus nomine extant *Tractatus ſex* citati a Thoma *Hyde* Catalogi Biblioth. Bodlejanæ p. 4. a. ablegante Lectorem ad R. MOSEN MAIMONIDEM: quod ipſo indicium facit, hunc verum eſſe citatorum, ſub nomine *Abrahami Ben-David* ſcriptorum Auctorem, de quo v. ipſum p. 422.

---

(17) Supplebitur hic nrus infra.

---

*(18.)* R. ABRAHAM ROPHE peculiari libro cui titulus: *Clypei Fortium* exponit ea, quæ pertinent ad domum Sanctuarii, de ſuffitu, Sacrificiis &c. verum ex collatione eorum, quæ habet *Hyde* Biblioth Bodlejanæ pag. 4 a. & pag. 21. b. colligimus perſonatum eſſe Scriptorem, Abrahamum Rophe, i.e. Medicum, ſubſtituendumque pro eo potius R. ISAAC ALPHEZ ſ. DE PHES. i.e. Feſſanum.

ABUCARA vid. *Theodorus.*

*(19.)* ABRUCULUS citatus *Pſeudo Ariſtoteli* eſt Proclus, aut PROCULUS LYCIUS, docente

docente Ravio, in notis MStis ad Geſnerum ſuum, quas citat *Symbola Normanniana.*

(20.) ABYDENI CORALLI nomine latere *Ulricum* HUTTENIUM innuit Paulus *Colomeſius* Melanges Hiſtoriqves, tit. Autheurs deſguiſez decouverts pag. 50. Bibliothecarii autem reliqui nihil de eo memorant, nec *Freherus*, qvanquam vitam & ſcripta ejus peculiariter & prolixe recenſeat Theatri Virorum eruditione Clarorum Parte II. Sect. IV. pag. 806. a. quicquam de edito ab Huttero ſub falſo Abydeni Coralli nomine libro addit. Extare *ſeptem Dialogos Romæ impreſſos* ſub *Abydeni Coralli* nomine innuit Bibliotheca *Geſneriana* pag. 1. b. ad Huldaricum autem Huttenium ubi devenit 364. libros ejus quidem magno numero citat, mentionem tamen editorum ſub ficto Abydeni Coralli nomine ſcriptorum nullam facit. At *Symbola Sperlingiana* HUTTENIUM hoc nomen aliquando non tantum uſurpaſſe, ſed & in Hæreticorum Catalogo Romæ 1559. emiſſo, ea propter ipſum damnatum, imo reprobatorum agmen duxiſſe, aſſerit. In Catalogo tamen librorum prohibitorum Antonii *à Soto major* in tertia demum claſſe prohibendorum & expurgandorum pag. 336. a. quædam ex *Ulrico Hutteno Franco* ut Auctore damnato expungenda deſignantur. Adde *Baile* dictionaire, pag. 151. Tom. II.

ACADEMICO v. *Aldeano.*

ACADEMICO v. *Expolitus.*

ACADEMICO v. *Fortunato.*

ACADEMICO INCOGNITO v. *Fuggitivo.*

(21.) DONATI ACCIAJOLI, Florentini *Commentaria in Ethica Nicomachia Ariſtotelis*, excuſa ſunt aliquoties in fol. & in 8. Venetiis alibiqve. Ea non ipſius, ſed ARGYROPYLI Byzantini prælectiones Florentiæ habitæ, à plerisqve æſtimantur, teſte *Simone Simonio* Lucenſi, in principio Dedicatoriæ ſuis in hoſce libros Commentariis anno 1567. publicatis præfixæ. Quo nomine Plagii eundem accuſavit *Naudæus* in Bibliographia Politica; ſed minus bene, ceu pluribus hoc probat *Thomaſius* de Plagio Litterario §. 347. qvandoquidem ipſe ſuæ Dedicationis ad Coſmum Medicen initium facit ea confeſſione: diſerte ſe expoſitionem hujus Doctoris, *Argyropyli* nempe, litteris mandare, teſtatus.

Idem cum *Thomaſio* ſentit hac in parte *Conringius* diſſertatione de Civilis Prudentiæ præcipuis Scriptoribus §. 83. dum Acciajolum non à crimine tantum, qvod ei Naudæus intentat, ſe abſolvere aperte ptofitetur, ſed inſuper gratum Argyropyli diſcipulum nominat, quod obſervatum quia eſt in Symbolis Flensburgo-Mölleriamis, & in ſe notabile, nunc expreſſius adducere non ſum pigratus. Adde *Baillet* Dictionaire Tom. I. p. 55. b.

ACCINCTO v. *C. VALERIO.*

(22.) L. ACCIUS vel ATTIUS: cujus Veteris ac graviſſimi Tragici nomine Joſephus *Scaliger* in notis ſuis ad Varronem de re Ruſtica pag. 212. edit. 1573. publicavit verſus aliquot ab Antonio *Mureto* ipſi transmiſſos. Sed poſtmodum cum Muretus inter edita Poëmata ſua etiam hos verſus tanqvam ſuos ederet, fraudemqve inſuper detegeret ipſe, qua hos pro Poëmatibus antiqui Poëtæ venditaſſet Scaligero: hic dolorem inde conceptum Epigrammate extemporaneo teſtatus eſt, uti refert Petrus *Scriverius* animadverſionum ſuarum ad *Pervigilium Veneris*, de quo ſupra num. 1656. *Anon.* p. 467. editarum in Jani Douſæ amoribus Amſtelod. 1638. Unde excerpta damus. (a) Hos verſus aliter etiam & quidem expreſſo nomine *Mureti* cum declaratione de flammarum exprobatione objectorum, refert Janus *Nicius* Erythræus Pinacothecæ ſuæ part. I. Elogio V. pag. 13. ut ſub Litera (b) inde exſcriptos à *Bailleto* in ſuis Anonymis Gallicis judiciis de Auctoribus, vulgo *Jugemens de Sçavans* reformat *Menagius* Anti Bailleti ſui part. I. pag. 311. prolixe ſimul accuſationis de crimine Sodomiæ referens hiſtoriam (c) allegata etiam *Verdieri* Proſopographia & *Scaligerianis ſecundis* &c. Quæ omittimus, ut & Menagiana p. 85. *Daumius* de cauſſis Amiſſ. radical. c. 27. p. 216. hæc habet: *Jul.* " *Scaliger* in Hypercrit. valde commendat Accium " fabularum Scriptorem; Contra tu vide " *Barthium*, qvi lib. 3. cap. 22. eum, ſive *Accius* " audit, ſive *Romalius*, aut alii volunt, *Romulus* val- " de ineptum & barbarum judicat."

(a) Jani Douſæ Amor. pag. 466. & 467.

*Tu mihi conſidera quæ initio* Notarum in Varronem *de R. R. notavit dæmonium hominis* Joſ. Scaliger: Producam, *inquit*, locum veteris Comici Trabeæ ex fabula Harpace, tum propter ſententiæ elegentiam tum etiam qvia *verſus* nondum *vulgo noti ſunt:*

*Here, ſi qverelis, ejulatu, fletibus,*
*Medicina fieret miſeriis mortalium,*
*Auro parandæ lacrumæ contra forent:*
*Nunc hæc ad minuenda mala non magis valent,*
*Quam nænia Præfica ad excitandos mortuos*
*Res turbidæ conſilium, non fletum, expetunt.*

*Quis tam averſus à Muſis, tamque humanitatis expers, qui horum publicatione offendatur? quod ſi hi placent, non gravabor & alios ejusdem notæ, ſed alius poëtæ, adhibere qui tanquam ſuperiorum gemini & germani ſunt. Sunt autem* Accii, *veteris ac graviſſimi Tragici, ex Oenomao:*

*Nam ſi lamentis allevaretur dolor,*
*Longoque fletu minueretur miſeria,*

*Tum*

*Tum turpe lacrumis indulgere non foret,*
*Tractaque voce Divûm obteſtari fidem,*
*Tabifica donec pectore exceſſet lues.*
*Nunc hæ neque hilum de dolore detrahunt,*
*Potiusque cumulum miſeriis adjiciunt mali*
*Et indecoram mentis mollitiam arguunt.*

*Qui verſus hactenus latuerunt, eosque nunc primum in vulgus publicamus, quorum priores* Trabeæ *mihi ad verbum è* Philemone (*vel* Menandro, *ſecundum alios*) *mutuati videntur: qui eandem ſententiam extulit:* Εἰ τὰ δάκρυ' ἡμῖν, *&c. Hæc illuſtris heros, qui poſtea quam dolum perſentit, præ indignatione hoc diſtichon, quod mihi de manu in manum vivus videnſque olim tradidit, ex tempore luſit.*

*Qui rigidæ flammas evaſerat ante Toloſæ*
*Falſidico fumos vendidit ore mihi.*

*Virum diſertum deſignans, cujus nomini heic parco. Heroe (æterno, heu, doctorum omnium dolore) defuncto, incidi in Poſthuma quædam ſcripta M. A. M. C. R. & inter poëmata repperi hæc*

## *AFFICTA TRABEÆ.*

Here, ſi querelis, ejulatu, fletibus, &c. *Prorſus eadem cum iis quæ ſupra recitavi. Illud alterum ex Actii Oenomao fragmentum nusquam comparet: præterquam in* Rittershuſii *ad Appianum Commentario: ubi* Trabeæ & Aëtii *hos verſus*, elegantes & memoria digniſſimos (*ut ipſe vocat*) *producit, tranſcriptos & mutuatos ex Notis* Scaligeri.

(b) Jani Nicii Pinacothecæ part. I. Elog. V. 13.

*Sed tanto vir ingenio, atque facundia,* Toloſæ, *criminis, cujus inſimulatus fuerat (injuria dicitur) paratum fere ſibi ſupplicium evaſit. Nam, fuga ſibi conſulens, ex illo periculo,* Venetias *evolavit, ubi cum in ejusdem ſuſpicionem criminis, poſt aliquanto veniſſet, literis, ad* Dionyſium Lambinum *datis, eam eſt à ſe propulſare conatus. Verum illud ei Toloſanum incendium, ex quo evolaverat, ſive verum, ſive fictum, exprobavit* Joſeph Scaliger, *cui ille verba dederat, atque epigramma recens, à ſe compoſitum, pro vetere obtruſerat, hoc diſticho.*

*Qui flammas rigidæ vitaverat ante Toloſæ,*
*Muretus, fumos vendidit ille mihi.*

(c) Anti baillet. Tom. I. p. 313.

*Mr. Baillet qui n'eſt qu'un Copiſte de faiſeurs d'Eloges, a pris de l'Eloge de* Muret *fait par* Janus Nicius Erythræus *ce qu'il a dit ici que ces vers de Muret etoient une Epigramme. C'eſt auſſi du meme faiſeur d'Eloges qu'il a copié l'Epigramme de Scaliger. Car* Janus Nicius Erythræus *a repreſenté cette Epigramme de la même façon que Monſieur* Baillet. *Dans le Recueil des poeſies de* Scaliger *fait par* Scriverius *ſur les Originaux de Scaliger, elle eſt de cette façon, qui eſt meilleure:*

*Qui rigidae flammas evaſerat ante Toloſae,*
*Rumetus, fumos vendidit ille mihi.*

*Mais Monſieur* Baillet *a ajoûté de ſon chef que l'alluſion étoit froide. Monſieur* Baillet *juge des vers comme un aveugle des couleurs. Et il ne peut pas en bien juger, n'en aiant jamais fait. Il n'appartient qu'aux Poëtes de juger des Poëtes. Voyes-ci deſſous le chapitre 84. de ces Remarques. Cette Epigramme eſt tres belle: & elle a receu une approbation univerſelle de tous les connoiſſeurs. Ce que Monſieur* Baillet *dit enſuite, qu'on preparoit à Toulouſe un ſupplice à* Muret, *m'oblige de raconter ici cette facheuſe hiſtoire de Muret.*

Muret aimoit un jeune garçon de Dijon, " qui avoit eté ſon Ecolier, nommé *François Menge* " *Fremiot.* C'eſt le nom qu'on lui donne ſous " l'Epigramme qu'il a faite ſur le portrait de *Muret*, " inſéré à la teſte du Commentaire de Muret " ſur le premier livre des Amours de *Ronſard.* " Dans le *Deliciæ Poëtarum Gallorum*, ou ſont les " Poſiés de ce *Fremiot*, & dans le *Juvenilia de Muret*, " ou il y a deux de ſes Epigrammes, il eſt " appellé L. *Memmius Fremiotus.* Et il eſt appellé " de meme dans le Commentaire de Muret ſur " Catulle: *Ac memini equidem, L. Memmium Fremiotum, nobiliſſimum, ſummoque ingenio præditum adoleſcentem, cum hoc carmen una evolueremus, mihi* " *dicere*, &c. Ce qui me fait croire, qu'il s'ap- " pelloit *Louis*, ou *Luc.*, ou *Lambert Menge Fremiot.* " Je ramarquerai ici en paſſant que *Monſieur Baillet* " à omis ce Fremiot dans ſa Liſte des Poëtes de " France qui ont fait des vers Latins. Je veux " croire que Muret aimoit ce jeune garçon d'un " amour honnête. Cependant il fut accuſé de " l'aimer d'un amour deshonnête. Ce qui paroit " par cét Extrait du ſecond volume des *Regitres* " *journaux de la ville de Toulouſe*:

(*Cette anneé* (1554) *Marc Antoine* Muret, *Limoſin, qui a laiſſé ſes doctes livres à la poſterité; & du depuis à Rome Orateur du Pape, fut brûlé en effigie avec un Memmius Fremiot, de Dijon, pour être Huguenot & Sodomite: en la place St: George: par ſentence des Capitaux, confirmée par arret.*)

---

(23.) ACCORDIUS Gallice DES ACCORDS. Ejus duo Scripta in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ memorat Thomas *Hyde* p. 5. a. Gallico idiomate concepta, quæ ſunt (I.) *Les Biguarrures & Touches.* Rouen 1616. 8vo (II.) *Les Eſcraignes dijonnoiſes.* Quorum ſcriptorum verum Auctorem eſſe, *Etienne* TABOUROT, aſſerit *Bailletus* Indiculi des Autheurs deguiſez pag. 523. Quo autem fundamento hæc ejus aſſertio nitatur, mihi nondum liquet.

---

(24.) ACCURSIUS. *Gloſſa Corporis Juris Civilis* univerſi vulgo nomine *Accurſii* Florentini nomine præfixo habetur, isque primus in univerſum corpus legum ipſaſque ſingulas leges Gloſſarum ſcriptor adeo celebratur, ut etiam ſepulchro illius Bononiæ in Cœmiterio S. Franciſci hoc

hoc epitaphio inſcriptum legatur apud *Boxhorn.* Elogior. pag. 158. cui reſpondet e regione Tab. 79.

SEPULCHRUM ACCURSII
GLOSSATORIS LEGUM
ET FRANCISCI EJUS FILII.

Interim quomodo ex aliis repetitas quam infeliciter ſuas gloſſas haſce confecerit memorat *Oldendorpius* in ſuo indice Digeſtorum in 8. Marpurgi 1541. edito, plagula D. f. 6. hiſce verbis.(a) Unde potius HUGOLINI, PLACENTINI & UDALRICI gloſſæ illæ junctim, quam *Accurſianæ* ſint habendæ.

(a) Doct. Joh. Oldendorpius poſt Indicem Digeſtor. in 8. Marpurgi 1541. plagula D. fol. 7.

§. V. *Non multis annis poſt Imperium Juſtiniani, cum per bellicos inſultus continuos in Italiam, leges Romanæ propemodum oppreſſæ jacerent, regnantibus tum inquiſſimis Langbartorum, aliarumq; gentium conſtitutionibus:* Wernherus *quidam in Italia apud Reginam* Mechtildim, *obſitos jam pulveribus in Bibliothecis* Pandectarum libros in lucem reduxit. *Hos* Lotharius II. *Dux Saxonum Cæſar Germanicus XVIII. perpendens æquitatem juxta & humanitatem Romanarum legum, juſſit in ſcholis atq; judiciis publice tractari,* Anno 1127.

§. VI. *Hujus novæ rei ſtudio (ut fieri ſolet) mirum in modum excitati ſunt cum* Wernero (*quem* Irnerium *vocant*) *pleriq; alii præſertim* Azo: *ut illuſtratæ jurisprudentiæ gloriam reportarent. Paulo poſt* Hugolinus, *Martinus* Placentinus, *Joannes* Uldericus, gloſſas *ſuas* Pandectis adjecerunt, *Anno 1190. Idq; profecto infeliciter. Nam cum ſumma illo ſeculo eſſet Linguarum inopia: non potuit fieri, ut barbari perciperent Romanos.*

§. VII. *Tandem ſucceſſit* Accurſius *auditor Joannis & Azonis, attingens Friderici II. imperium, A. 1226.* Is repetitis omnium *prædictorum* gloſſis *& opinionibus, ſuas adjecit* mirabili *quadam* inconſtantia: *ſicq; præclaram* juris diſciplinam *imprudens* corrupit. *Non enim fidem ejus & ſcribendi conſilium arguo: ſed culpam dantis damnum imperitia, probare nemo poteſt ſanæ mentis.* Ipſe ſibi placens, *gloſſarum ſuarum mentionem facit,* Novell. *Ut præponat nomen Imperator.*

(25.) ACHILLES GASSARUS vel GASSERUS, de quo n. 1096. in anonymis egi, huc ad Pſeudonymos lectorem remittens, inter quos decreveram collocare illum, vigore ſymbolæ *Flensburgo-Mollerianæ.* Quæ ex Jacobi *Beckeri* Sleſvicenſis, Advocati Hafnienſis XIX. *Decadibus MSti Scriptorum Anonymorum & Pſeudonymorum Larvæ detractæ nomine* proditorum, atque poſtea 20. aliis etiam auctæ adjecit, *excerptum hocce* dabat. Dec. III. num. 5. *Achilles Gaſſaris* ſeu *Matthias FLACIUS Illyricus* Gloſſarius ad *Ottfredum* Weiſſenburgenſem. (NB. hic auctor nullus additur.) Hucusque verba Symbolæ & excerpti, quod tamen alias auctores ſuos cujusque indicio ſolet aſſignare. Hac inquam Symbola inductus prope Pſeudonymum hunc feciſſem Gaſſarum: ut ſub quo *Flacius* latitaſſet. Verum certi nil per hoc excerptum nec alios ob id inquiſitos auctores afferre me poſſe depræhendens rem diſtuli, donec amplius conſtaret. Interim apud *Uſſerium* de ſcripturis & ſacris vernaculis lego (a) aliqua. Et *Sagittarius* recens proditæ introductionis in Hiſt. Eccleſ. p. 121. 122. miniſtrat ſubſcripta (b) Sed de Auguſtanis annalibus, ubi debebat, una cum aliis agi, de hoc autore p. 529. 530. nihil. Uti nec p. 277. citata in Alphabetico indice ad hoc nomen. Inedita memorant Monatl. Unterredungen 1692. p. 695. At p. 253. legas de illo ad Flacium perſcripta; ſed unde firmiter ſatis haud colligas ab ipſo in Flacianis aliquid extare. Excellmus tamen *Maſtrichtus* ſub *Wolfgangi Theodori* nomine, Chronicon Auguſtanum ab *Achille Gaſſaro* editum aſſerit, vid. infra *Wolfgangus.* Denique pag. 641. not. (d) Editionem *Epitomes* ſupra n. 1096. memoratæ Antverpiæ 1536. factam lego. Hactenus ergo adhuc in obſcuro verſabar. Sed lucem aliquam mihi præbebat *Morhofius* tandem im Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie. Cap. VII. p. 317. (c) junctus ſuperioribus & citato ipſi *Lambecio* de Bibl. Cæſarea lib. II. cap. V. cujus paginam non deſignat, cum tamen illud Caput ipſomet auctore profitente in fine p. 465 in nimis enormem & abſurdam magnitudinem excreſcens abrupeperit. Ubi a pag. 415. usque ad finem agit de evangelio Ottfredi, cujus prima omnium editio, a *Flaccio* Illyrico procurata Baſileæ, multis erroribus annotatis repræhenditur, & ut Hæreſiarcha damnatæ memoriæ citatur p. 416.. Hinc ergo colligam aut aliquando ſub *Achillis Gaſſari* nomine *Flacium*, aut ipſum Flacii nomine deſignatum. Utrum magis merito, judicent, quibus ulterius hiſce immorari, quam mihi, vacat & libet. Interim nec illud hic omittere volui, quod *Pirminii* Doctoris alicujus ex Munſteri Coſmographia etiam lib. 3. meminerit *Hofmannus*, Lexici Univerſalis Tom. I. p. 171. a. qui ex Augia majore Inſula Germaniæ omnes venenatas beſtias extirpavit. An forte hæc notitia etiam aliquid ulteriori poſſit indagini curioſioribus inſervire. Uti nec hoc prætermittendum hic, quod *Mercklinius* in Lindenio ſuo renovato pag. 5. & 6. de vita Achillis *Pirminii* Gaſſari vel Gaſſeri Lindaviani vita breviarium, & ex ſcriptis Medica ſola quinque recenſet, quorum tria ſola *Lindenius* habuerat. Sed ecce nunc rem omnem ut expediat *Symbola Stadana* operi toti perfecto ſubmiſſa Roſtochio, ubi doctiſſimus auctor ejus *Fridericus von Stade,* ortus Stada, & filius Secretarii Conſiſtorialis Stadenſis, rem totam deducit verbis (d) ſubnotatis. (d)

(a) Jac. Uſſerius de Scripturis & ſacris Vernaculis, p. 121.

*Etiam Alamannicæ Eccleſiæ confeſſionem cum interlineari explicatione Germanica* Achilles Gaſſarus *una cum Otfridi Evangeliorum expoſitione evulgavit.* (Goldaſtus *Tom. 2. Antiqu. Alaman. p. 165.*) v. Serarium *de rebus Mogunt. p. 655. 656.*

(b) Sagittar. Introduct. in Hiſtor. Eccl. p. 121. 122.

Achilles Pyrminius Gaſſarus, *Lindaviæ, patre Chirurgo, ſed & expertæ militiæ viro, quique Maximiliano I. charus erat, anno* cIↃ IↃV. *natus, Auguſtanæ Reip. per complures annos Medicus fuit, annoq́ʒ* cIↃ IↃ LXXVII. *obiit.* Epitomen *is* Chronicorum *adornavit ab orbe condito ad annum* cIↃ IↃ XX. *Baſileæ excuſam. De ejus* Annalibus Auguſtanis *magna cum induſtria confectis, alibi dicemus.*

(c) Morhofs Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie. c. VII. p. 317.

Hernach hat es *Matthias Flacius Illyricus* zu Baſel herausgegeben unter dieſer Uberſchrift; *Otfridi Evangelium, liber Veterum Germanorum Grammaticæ poeſeos, theologiæ præclarum monumentum.* Mit dieſer *Edition* iſt der Herr *Lambecius lib. 2. Comm. de Bibl. Vindobonenſi c. 5.* nicht zu frieden / weil er ſie vor gantz unvollkommen hält / und ſehr viel Fehler darinn angemercket.

(d) Symbola Stadana.

ACHILLES GASSARUS falſo pro Pſeudonymo *habitus. Nimirum* Otfridus *Monachus Weiſſenburgenſis, qui, teſte* Trithemio *vixit tempore Lotharii, Ludovici II. & Caroli Calvi Imperatorum ſibi mutuo ſuccedentium, regnante Ludovico II. compoſuit* Librum *ſuum* Evangeliorum, *quo* Harmoniam Hiſtoriæ Evangelicæ, *in quibus libellos ſecundum numerum ſenſuum diſtributam,* Rythmis Francicis *complexus eſt, eundemq́ʒ tribus ſingularibus dedicationibus dicavit* Ludovico *Orientalium Regnorum Regi,* Salomoni *Epiſcopo Conſtantienſi, &* Luitberto *Archiepiſcopo Moguntino.* Manuſcriptus *extat in* Bibliotheca Vindobonenſi, *quem in Commentariis deſcribit* Lambecius, *& ex eo* Herzius *in Bibliotheca Germanica. Alium codicem* MStum *extare in Bibliotheca Francofurtenſi ad Mœnum, teſtatur* Olearius *in Abaco Patrologico. Hoc* Otfridi *opus* Achillem Gaſſarum *evulgaſſe, dixerat Jac.* Uſſerius *Armachanus in Hiſtoria Dogmatica controverſiæ de Scripturis & ſacris vernaculis; Henricus* Wharton *vero in auctario ad Uſſerium notavit,* Achillem Gaſſarum *non alium fuiſſe quam* Flacium Illyricum. v. Acta Erud. Lipſienſia T. X. *p. 295. Verum enimvero in* Otfridi *libro, Baſileæ 1571. 8. excuſo, ipſe* Flacius *nomen ſuum in titulo quidem non expreſſit, at* Dedicationibus *ad Riedeſelium manifeſto* præfixit. *De* Achille Gaſſaro *autem (qui fuit Medicus Auguſtanus, patria Lindavienſis) vid.* Zeileri *Hiſtoricos &c. P. II. p. 8. & 62.* Flacius *commemorat, quod in paranda editione fidelem ſibi navaverit operam, & parvum illud* gloſſarium Francicum, *quod libro præfixum eſt, & denuo* Willerami Paraphraſi *in* Canticum Canticorum *a* Merula *editæ ſubjunctum* legitur, *concinnaverit. Cæterum obſervat* Whartonus *l. c.* rythmicam Evangeliorum verſionem, *quam* Waldoni Friſingenſi Epiſcopo *Armachanus Beati* Rhenani *ductum ſecutus tribuit, non aliam eſſe, quam ipſam* Otfridi Harmoniam, *quam* Waldo Sigefridi *Presbyteri manu deſcribi fecit. Quod uti recte ſe habet, ita illud perperam aſſeritur, etiam a doctiſſ.* Morhofio im Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poeſie / *p. 312. Beatum* Rhenanum *hanc Evangeliorum verſionem* Waldoni *Friſingenſi Epiſcopo adſcribere. Verba* Rhenani *L. II. Rer. Germ. p. m. 200. ſſ. hæc ſunt:* Franci Germanica uſi ſunt,,
,,lingua. Veteres Francos qui tranſito Rheno
nobiliſſimum iſtud in Gallis regnum conſtitue-,,
runt, & per duas familias priorem Merovingo-,,
rum, poſteriorem Carolingorum, non Galli-,,
am ſolum ſed & Germaniam poſtea non pau-,,
cis ſeculis rexere, Germanica uſos fuiſſe lin-,,
gua, quum innumera alia argumenta probant,,
tum vero manifeſte convincit LIBER ille inſi-,,
gnis EVANGELIORUM Francice, hoc eſt Ger-,,
manice verſus, quem nos nuper dum comitia,,
Romani Imperii Carolus Cæſar celebraret apud,,
Auguſtam Rheticæ ſuperioris, Fruxini in Vinde-,,
licis (quam hodie Friſingam appellant) in Bibli-,,
otheca D. Corbiniani obiter reperimus; nam,,
Livianarum Decadum gratia fueramus illuc,,
profecti. Ejus codicis hic eſt titulus: LIBER
EVANGELIORUM, IN TEODISCAM LIN-
GUAM verſus. Conſtat autem ex Rhythmis,,
totus. Atque ut antiquitatem ejus translationis
non ignores, deprehendi librum exſcriptum ab-,,
hinc annos ferme ſexcentos, ut tum compoſi-,,
tum credam quum Chriſto primum Franci no-,,
men dedere. In fine enim aſcriptum erat:,,
Waldo me h ri juſſit. Sigefridus presbyter ſcri-,,
pſi. Numeratur autem inter Friſingenſes,,
Epiſcopos VUALDO, ni fallor decimus. *Ha-,,
ctenus Rhenanus, qui & deinde nonnulla allegat ex Libri illius præfatione, quæ ipſius Otfridi eſſe, collatio docet.*

(26) ACHILLES TATIANUS: Ejus nomine extat *de univerſi orbis natura* liber, Joanne *Boſcio Zoneo* interprete ac Commentatore, editus Lovanii, anno 1554. Hoc opus, indeque decerpta *Iſagoge in Phænomena Arati,* à *Ravio,* in notis ad Geſnerum MStis, tribui OCELLO LUCANO, innuit *ſymbola Normanniana.* Cui aſſentitur *Friſius* Bibliothecæ Geſnerianæ p. 638. b.

(27) Philothi ACHILLINI Conſiliarii Regii *Somnium Viridarii, de Jurisdictione Regia, & Sacerdotali,* exhibetur a *Melchiore Goldaſto* Tom. 1. Monarchiæ S. Romani Imperii p. 58. & ſeqq. Liber omnino lectu digniſſimus, deque cujus auctore multa ipſe in diſſertatione, Tomo illi præfixa, poſtquam late diſſeruit, tandem eundem haud infirmis conjecturis vel præſumptionibus detegit *Philippum* MÆSERIUM, ſive MACERIUM, Gallice de MAISIERES, Cancellarium Cypri, Miniſtrumque primum aulæ Pontificiæ Gregorii XI. deinde Regiæ Caroli V. Galliæ Regis, quem ſcriptorem etiam *Vitæ Petri Thomæ Carmelitæ,* Patriarchæ Conſtantinopolitani, laudat *Geſnerus* p. m. 573.

Multi ceteroquin pro auctoribus memorati ſomnii Viridarii, venditantur, quos citat *Deckherr.* de Scriptis Adeſpotis, p. 103. ALANIUM, CHARTARIUM, PRÆLLEUM, ORESMIUM, FABRUM, DORMANTIUM denique Philippum MÆSERIUM vid. (a) vel ut *Whartonus* add. ad Cave pag. 42. (b) de MAZERIIS. Quibus *Bailletus* addit adhuc Johannem DESMAREZ & Carolum de LOUVIERES junctim. Quos tamen ipſe cum reliquis rejicit, indicis poſt *Auteurs deguiſez* pag. 521. denique fictum eſſe nomen *Philothei Achillini* ſubindicat. Pro *Mæſerio* accedit etiam *Cave* Chartophylacis ſui Eccle-

Eccleſiaſtici p. 285. & *Wharton* append. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Litterariæ Caveanæ pag. 42. a. ubi plura ſub lit. (a) excerpta leguntur. Adde *notas marginales Diecmannianas* (c) hic adſcriptas.

(a) Jo. Deckherrus de Scriptis Adeſp. p. 102. 103.

PHILOTHEUS Achillinus, ex ſomnio Viridarii *celebris, potuiſſet vere deſignari* Philippus Mæſerius, *cum* Goldaſto, *ejusq; conjecturis, niſi ipſe in eruditiſſimo de Regno Bohem. lib. III. cap. 13. p. 355. qui & priorum mentionem & ſequentium injecit, relicta, ut videtur, prima opinione* Alanum CHARTARIUM, *auctorem ſubſtituiſſet; & ubiq; nimium fluctuaſſet*; ex Prælleo, Oreſmio, Fabro, Dormantio, *aliquem certum eligere neſcius; a* Dormantio *non videtur abludere; num is dormiens hoc ſibi ſomnium finxerit? Verum, ſi quid Conjecturis fidendum eſſet, non alienum eſſe hoc ſomnium a* Philippo Mæſerio, *conſideratur in calce libri verbis, de* Vetulo Peregrino, *ſive de ſe jam decrepito ſene ſcribente, compoſitum; proinde non abſurdum eſſe credere ipſum in* Viridario Cœleſtinorum *hæc meditatum fuiſſe. Qui per me, vel ſit, vel non ſit: Elogia libri apud* Molinæum, Flaccium, Proteſtantes, Maſſonum, Verderium, *& alios eminentia leguntur. Sed autorem VIRIDARIUM dictum fuiſſe ut crediderant* Compilatores Indicis Librorum prohibendorum *Anno M DLXIV. 24. Mart. Pio IV. Pont. oblati & ab ipſo poſtmodum confirmati, id equidem riſum excutit.*

(b) Whartonus Add. ad Cave, p. 42.

PHILOTHEUS ACHILLINUS, *natione Gallus, & Caroli V. Regis conſiliarius claruit anno 1370. Quisnam vero ſub ementito* Philothei Achillini *nomine deliteſcat, incertum eſt.* Goldaſtus *non inani prorſus conjectura ductus ſuſpicatur* Philippum *fuiſſe* Mæſerium *ſeu de* Mazeriis, *Equitem, qui primum Cypri Regni Cancellarius, dein Gregorii XI. Papæ Conſiliarius, ac poſtremo Caroli V. Francorum Regis Domeſticus & τὰ πάντα fuit; ac viginti quinq; ante obitum annis aula derelicta in Cœleſtinorum Pariſienſium Monaſterium ſeceſſit, ibiq; vitam pio ſimul ac literato otio exegit, a Carolo tamen adhuc de rebus regni ſui graviſſimis aſſiduo conſultus. Quisquis demum fuerit; ſcripſit* Philotheus *adverſus iniquam Pontificis Romani ambitionem & tyrannidem Opus inſigne* Somnium Viridarii *dictum, ſeu* Libros 2. de Poteſtate Regia & Sacerdotali, Dialogi inter Clericum & Militem *forma compoſitos. Prodiit opus iſtud, ſed valde mendoſum, Pariſ. 1516. integrum vero & emendatum, apud* Goldaſtum *Monarch. Tom. I. p. 58. Cæterum* Philippus *ille* Mazerius *ſcripſit* Vitam S. Thomæ Cretenſis Archiepiſcopi, *ſeu* Petri Thomaſi, *qui obiit ineunte anno 1366. libris 2. Extat hæc Vita apud* Bollandum *ad diem XXIX. Januarii.*

(c) Diecmannianæ notæ marginales.

Burgoldenſis *in prima editione Comm. in Inſtrumentum Pacis memorat,* Carolum V. *amore Evangelicæ religionis edi curaſſe ſomnium viridarii* Philothei Achillini, *idq; teſte ac præeunte* Schookio *de Sedit. l. 3. C. 23. Sed ſequenti id omiſit: Namque ſcriptum illud* Philothei *toto ſesqui ſeculo ante* Carolum V. *& A. 1374. prodiit, inſcriptum quidem* Carolo V. *ſed non Imperatori, ſed Regi Galliæ.*

---

(28.) ACILLY: eſt le Chevalier de CAILLY, ut obſervat *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez, p. 524. qui etiam hunc Auctorem p. 437. refert inter illos Pſeudonymos, qui vera Nomina ſolis *anagrammatibus* tegere voluerunt.

---

(29) ACTII SINCERI nomine latere fruſtra tentavit *Jacobus* SANNAZARIUS, inclytus Poeta Italus, de quo vid. *Voſſ.* p. 81. de Poetis Latinis, & alios plures: adde quæ infra in nomine *Nicii* monebimus. Nempe quod ſub *Nicii* perſonato nomine lateat VITTORIO DE ROSSIS: quem mera imitatione hujus *Sannazarii*, fictum ſcriptis ſuis præfixiſſe nomen; non minus ac de Sannazario noſtro teſtatur *Teiſſier* Eloges des hommes ſavans part. I. p. 80. quod *Pontanum* in hoc imitatus ſit, cui in Miniſterio Friderici Regis Neapolitani ſucceſſit. Idem inter opera ejus eminere gloria apud alios, *Eclogam de peccatoribus*, refert; ſed ipſi Auctori magis placuiſſe carmen *de partu virginis*, cui conficiendo & poliendo 20. annos impenderit. De quo judicium *Eraſmi* allegat *Olearius* Abaci Patrologici p. 226. Decertaſſe quidem de perfectione poeſeos ſibi viſum cum antiquis; ſed plus tamen laudis fuiſſe laturum, ſi materiam ſacram aliquanto ſanctius tractaſſet. Prætermittere etiam hic non poſſum quod, occaſione diei natalis, quæ noſtro fuit S. Nazarii, ſicut patet ex libri 2. Elegia 2. ipſum Sannazarii nomen aſſumtum colligit *ſymbola Mollero - Flensburgiana*: familiari nempe Pontificiis ſancticolis more adeo ut & fœminarum nomina viris hoc prætextu imponantur.

---

(30) ACTUARIUS Medicus, cujus nomen ne quidem habent indices Alphabetici *Lindani & Mercklini*, attamen ſcripta ſedulo recenſentur in Biblioth. *Geſnero-Friſiana* p. 4. b. Fictum illud eſſe nos commonefacit *ſymbola Normanniana*, quæ provocat ad *Notas Ravii in* Geſnerum MStas, ubi in voce *Almanſor*: expreſſe legatur, RASIM Arabem Medicum eſſe illum Actuarium, opuſculaque ſub hujus nomine extantia verſionem tantum eſſe Græcam operum *Raſis*. Eorum in libro cui titulus: *Medicæ Artis Principes poſt Hyppocratem & Galenum* in fol. per Henricum Stephanum 1567. edito pag. poſt 866. prima, usque ad 334. habentur *Actuarii Zachariæ de Spiritu animali* libri duo, *de differentiis Urinarum* liber: *Medicus* ſeu *de methodo medendi* libri ſex.

---

(31) A D'ACUTO. Ejus nomine recenſentur libri, (I) *Montaigne ſainte de la Tribulation*, qui eſt un traité *des afflictions & de leurs remedes*, Pariſ. 1606. 8vo. & (II.) *Il Mondo al Roverſcio e ſoſſopra*, in 4. dialoghi. Venet. 1602. 8vo tribuuntur *Jacobo* AFFINATI a *Thoma Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 10. a. & p. 6. a.

(32) ADAMI CHRISTIANI nomine *Joannem* ANASTASIUM, neſcio quem, ad Principes Ordinesque Auguſtanæ Confeſſioni addictos, *Libellum contra veram præſentiam Corporis & Sanguinis Chriſti in S. Cœna* publicaſſe Ao. 1557. Tiguri, in 8. refert *Conradus Schlüſſelburgius*, in Theologia Calviniſtica, libr. 1. fol. 60. a. & ex eodem *Draudius* Bibl. Claſſicæ pag. m. 117.

De hoc libro nil ultra noſcentem informat hic *Nota Marginalis Diecmanniana*, ex inſpectoque ipſo libro ſibi nota perſcribit hoc modo: *Titulus libelli, ſine mentione anni, loci & typographi in 8. editi eſt:*

Vom Nachtmahl Chriſti. Bericht Adam Chriſtiani/an die Stände der Augſpurgiſchen Confeſſion &c. fol. 53. quod ultimum eſt, ita *Auctor de ſe ipſo:* Ich bin ein geringer unbekanter ſchlechter Kirchen-Diener/ unter einer löblichen Obrigkeit der Augſpurgiſchen Confeſſion geſeſſen/ dermaſſen bekümmert / daß ich bald meinen Dienſt dran wagen/ und meine Meinung mit bekanten Namen werde offenbahren müſſen.

*Adeoq; ipſe ſe* Pſeudonymum *profitetur. Jo.* Anaſtaſius *quis ſit, ex Hermanni* Hamelmanni *libro de Sacramentariorum furoribus &c. 1581. 8. impreſſo videre licet; ubi eum Cap. 3. initio (nam paginæ libri numeratæ non ſunt) natione Geldrum eſſe dicit, qui in miniſterio ſub Palatinatu tempore Friderici III. prope Bacherachum oppidum vixerit. v. infra* Chriſtianus.

ADAMANTIUS v. *Origenes.*

(33.) ADAMO Patriarchæ tributum falſo librum *Genealogiæ*, ab Hæreticis MANICHÆIS, juxta *Auguſtinum* contra Fauſtum, & a GNOSTICIS, juxta Epiphanium in 1. Panarii & *librum revelationum* confictum, nec hodie amplius extantes, vide apud *Gelaſium* Pontif. diſtinct. 15. cap. Sancta Romana. *Poſſevin.* in Apparatu Sacro p. 14. *Sixtum Senenſem* lib. 2. Bibl. Sanctæ. *Lambecium* Hiſtor. Litterar. c. 3. pag. 6. *Heidegger.* Hiſt. Patriarchar. part. 1. Exerc. 26. §. 41. pag. 481. & ſeqq. adde *Meurſii* gloſſarium pag. & *Chriſtoph. Arnoldi* Spicilegium in *Urſini* Zoroaſtrem pag. 25. & 26.

*König* Bibliothecæ Veteris & Novæ pag. 8. a. addit præterea librum, *Adami pœnitentiam*, dictum, quem idem *Gelaſius* Papa diſt. 15. inter damnatos retulerit. Videantur de his Adami aliorumque Patriarcharum ſuppoſititiis libris, Monatliche Unterredungen / pag. 639. & *Sagittarius* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. p. 965.

(34) ADAMUS SICULUS Poeta & Orator. Hujus nomine venditatur liber *de Planctu naturæ contra Sodomiæ Vitium* liber, partim ſoluta oratione compoſitus, qui a *Roberto Holcoth* in cap. X. Salomonis lectione 129. vindicatur ALANO MAGNO DE INSULIS, ut indicat *Bibliotheca Geſnero Friſiana* p. 17. a. & inter hujus libros refertur etiam a *Cave* Chartophyl. Eccleſ. p. 223. & *Hiſt. Litter.* p. 492. qui & alium hoc ſeniorem exhibet p. 469. a.

(34.) ADELMUS *Benedictus Monachus:* Ejus nomine extant *Geſta Francorum*, ut docet *Voſſius* de Scriptoribus Latinis lib. 11. cap. 31. p. 294. Alius tamen & fortaſſe verius vocari AUTMARUM ibidem ſcribit, illum nempe, qui Carolo M. a ſacris fuiſſe creditur. Indicio autem *Miræi* hic Adelmus vel ADELMARUS etiam appellandus ipſe ſit EGINHARDUS, Bibliothecæ Eccleſiaſticæ p. 302. loco ſub lit. (a) hic allegato. Ab hoc Adelmo diſtinguendus omnino alius eſt *Adelmus Anglus* qui & *Adelhelmus*, indicante Thoma *Hyde* Biblioth. Bodlejanæ p. 7. vel etiam *Aldhelmus* Occidentalium Saxonum Epiſcopus, cujus quinque ſcripta p. 17. b. refert ad nos nunc nihil pertinentia. *Anthelmum* vocitari *Labbeo* & *Gerhardo*, indicium facit *Olearius* Abaci Patrum p. 8. *Pitſeo* de illuſtribus Angliæ Scriptoribus ſive ut operi toti fecit titulum, Relationum Hiſtoricarum de Rebus Anglicis Tom. I. pag. 116. etiam *Aldelinus* audit, natione Anglus, & Ivæ Occidentalium Saxonum Regis ex fratre Kenteno Nepos, ubi & vitam ejus videbis & ſcripta. Multi ſunt & Olearius & Pitſeus ll. cit. in extollenda præfatione, quæ libro ejus *de laude Virginum* ad Maximam Abbatiſſam præfixa eſt. Illi teſte *Barthio* hanc ob cauſam, maximi ingenii ſcriptor audit, qui citat inter alios & *Caniſium* Tom. V. antiq. lect. Part II. p. 793.

(a) Miræus Bibl. Eccl. p. 302. Eginhardus, *præter ea, quæ ſupra p. 144. commemoravimus, ſcripſit* Annales Francorum *ab ao. 741. usq; ad ao. 829. qui hactenus* Adelmi *ſeu* Adelmari *nomine perperam editi fuerunt.*

(35. α) ADELMO vel *Adelmaro* qui tribuuntur, præter *vitam Caroli Magni, annales* ut *Eginhardus ſcripſerit* v. Ch. *Grubelii* de lingva Germ. veteri, & ex eo *Acta Eruditorum* Lipſ. 1691. Febr. pag. 53. in med.

(35. β) ADEMARUS *Cabannenſis:* Hujus nomine cenſeri *geſta Francorum epitomata*, perhibet *Sandius* in Voſſii Hiſtoricos Latinos p. 265. Cujus tamen Scripti Auctorem perantiquum Voſſius d. l. p. 731. & concinnatum opus ex *Gregorio Turonenſi* & anonymo alio vetuſto autumat. v. *Cave.* Hiſt. Litterar. 419. b.

(35. γ) ADLSREITERI, *Johannis* nomine qui proſtant *Annales Boici*, Johannem FERVEAU, Lotharingum, auctorem habere, ex Chriſtoph. *Arnoldi* de vita Marci Velſeri p. 46. obſervat *Bayle* Dict. Hiſt. & Crit. Tom. I. pag. 1153. Fuit alias ille Joh. *Adlzreiter* a Tettenweis apud Electorem Bavarum arcani conſilii Cancellarius, ex alio opere, cujus ſupra p. 38. lin. 6. Cl. Dn. *Placcius* meminit, notus. Annalium iſtorum, mihi aliquando tractatorum titulus generalis eſt: *Hiſtoriæ Bavaricæ* libri LXXII. Opus in *tres partes* diviſum eſt. Prima 25. libris conſtans prodiit Monachii 1662. fol. *Secunda* 12. *tertia* 35. libros continet. Hactenus *margo Diecmannianus*.

(36.) ADO TREVIRENSIS. Hujus nomine falſo venditari *Martyrologium* ab Aloyſio *Lipomanno* & Jacobo *Moſandro*, monet *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis Lib. II. c. XXXVII. pag. 331. ut oſtendunt verba ejus lit. (a) adducta. Quibus ODONI VIENNENSI libros hoſce adſcribendos docet; quem duobus ſeculis priorem vult. Cui *Olearius* Abac. Patrol. p. 7. ut per ea, quæ lit. (b) excerpſimus, contradicit: ac *nullum* niſi mere fictitium Trevirenſem Adonem docet ex *Sanmarthanis*. Quæ proinde loca ut a B. L. conferri eo commodius poſſint utraque hic exhibemus. Porro circa Adonem Viennenſem Auctorem Martyrologii Voſſius varia monet: ut circa *Chronicon*, ejus nomine emiſſum, qvod memoratur in Catalogo *Biblioth. Bodlejanæ* p. 7. a. Pariſiis 1522. editum, circa quem Voſſium, plura obſervat *Sandius*, ad Voſſium in notis pag. 63. Quæ dubios Lectores reddunt an totum illud Chronicon unius Auctoris ſit. Contenta Operis recenſet *Olearius* in Abaco. Opera omnia *Cave* hiſt. Litterar. pag. 389. 390.

(a) Voſſius de Hiſtoricis Latinis. *L. II. C. XXXVII. p. 331.*

*Scripſit* Ado *hic etiam* Martyrologium: *quod Aloyſius* Lipomanus, *Epiſcopus Veronenſis, primus edidit, partemque eſſe voluit Tomi IV. de vitis S. S. Poſtea quatuor MSSos codd. nactus Jacobus* Moſander, *Chartuſianus Colonienſis, aliquanto integrius exhibuit; atque addidit Tom. VII. Hiſtoriarum, qvas* Surius *de Sanctorum vitis collegerat. Hinc Heribertus* Roſvveidus, *S. I. cum aliis duobus codd. MSSis tum imprimis Clariſſimi & doctiſſim viri,* Petri Scriverii, *amici noſtri antiquiſſimis & emendatiſſimis membranis (quæ ab eodem* Roſvveido, *una cum* Victoris Uticenſis *de Vandalica perſecutione libris, paris bonitatis, & vetuſtatis, adſervantur) multis partibus emendatius in lucem prodire juſſit, ac ſubjecit utrique martyrologio Romano; puta tum nupero illi, Gregorii XIII. juſſu, edito, tum veteri, quod* Ado *martyrologio ſuo præmiſerat. Cæterum præter libros, quibus hi uſi fuere, etiam MSus codex exſtat in* bibliotheca Lirinenſi: *cujus meminit* Vincentius Barratus *in Chronologia virorum illuſtrium inſulæ Lirinenſis. Paullo ante memorati* Aloyſius Lipomanus, *& Jacobus* Moſander, *martyrologii auctorem vocant* Trevirenſem *archipræſulem, atque eum ajunt in concilio Lateranenſi cum Bernardo diacono, & altero Bernardo, abbate Maſſitrenſi,* Legatum *à latere ſediſſe, ad dirimendam controverſiam inter Henricum IV. Imp. & Rodolphum, Sueviæ ducem. Hujuſce rei auctores laudat* Platinam, Nauclerum, *& Carolum* Sigonium: *quorum* Adonem *primus* Odonem, *alter* Othonem, *tertius* Udonem *appellat. Nempe, & Aloyſius, & Moſander, confudere Adonem, Chronici, & Martyrologii auctorem,* cum Adone, ſeu Udone Trevirenſi: *quorum ille anno IↃcccLxx: hic cIↃLxx. duobus nempe poſt priorem ſeculis, claruit.*

(b) Olearii Abac. Patrolog. *pag.* 7. Ado Trevirenſis, *ſive* Udo, cui *Aloyſius* Lipomannus, Bellarminus, *& alii tribuunt* Martyrologium Sanctorũ, *quod tamen ſine dubio ſeqventis eſt & revera nullus fuit Adonis nomine Trevirenſis Archi-Epiſcopus; monentibus Sanmarthanis Fratribus, Tom. I. Gall. Chriſtian. f. 798. & Labb. pag. 10. 12. Et mox continuans Ibid.* Ado Viennenſis *in Gallia Archiepiſcopus, Præſulatum iniit Ann. 859. obiit 874. ſcientia & ſanctitate celebris, Autor Breviarii Chronici ab Orig. Mundi ad ſua usqve tempora ſcripti, inque ætates 6. diſtributi, quod habetur tum ſeorſim editum, cum Greg. Turonenſi, Pariſiis 1512. & 1567. Baſileæ, 1568. tum conjunctim, Biblioth. Patr. Pariſ. ed. 2. Tom. 7. fol. 1009. conf. Gerh. p. 519. Ejus, (non vero præcedentis,* qui οὔτις eſt,) *Martyrologium Sanctorum, extat a* Lipomanno *&* Moſandro *editum, Antverpiæ item, 1613. & Pariſiis, 1645. cum notis Heriberti* Roſvveidi. *Aliud Martyrol.* S. Deſiderii, *eodem Adone auctore ſcriptum exhibet H. Canis. ant. lect. T. 6. pag 441. Confer* Sanmarthanos, *&* Labbeum, *modo citatos.*

(36.) *Joan* ADOLPHSZ, pictor eruditus Amſtelodami quomodo credatur latere ſub hoc nomine *Zacharias* WEBBER, qui edidit, *de waare Oorſpronk, voort-en Ondergank des Satans*, tot Amſterd. 1695. in 8. continentem doctrinas D. Beckerianis nocentiores, vid. apud *Benthem* Holländiſch-Kirch-und Schulen-Staats pag. 372.

ADORMENTATO v. *Intirizzito*.

ADRIANUS. v. *Leo*

(37.) ADRIANUS RHETOR: Ei fragmentum ab *Allatio*, in Excerptis Græcorum Rhetorum ac Sophiſtarum, adſcribitur. Sed vero illud deſumtum eſſe ex JAMBLICHI Hiſtoria Babylonica, docent *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis, & addit. lin. 36. non 26. ut errore typographico ſcriptum, pag. 548. v. & *Colomeſius* Cimelior. litterar. pag. 16. *Voſſii* verba ſub lit. (a.) allegamus, quæ fundamentum aſſertionis hujus liquidiſſimum ſubminiſtrant.

(a) Voſſius de Hiſtoricis Græcis. pag. 548.

*P.* ccccLxxxii. *v.* 26. *poſt Allatius*, adde: *in Græcorum Rhetorum, ac Sophiſtarum b. Sed quod* Adriani Rhetoris *putavit, id aliter eſt: Neque enim hic declamationis quicquam ſimile eſt, ut in tribus prioribus, quæ vere ſunt* Adriani Sophiſtæ. *Inque bibliothecæ Florentinæ codice, unde exſcripſit* filius meus Iſaacus; *aperte eſt.* Ἐκ τῶν Ἰαμβλίχȣ ἱϛοριῶν Βαβυλωνιακῶν *c. Inſcribitur id* Jamblichi *fragmentum*, Περὶ τῆς περιόδȣ *&c. Utinam vero non ulterius eruditi Hiſpaniæ viri invideant Reip. literariæ ipſam Iamblichi hiſtoriam Babyloniam: quam dicebam extare in Scoriaca,* ſ. S. Laurentii Bibliotheca. *Ita enim didici ex edito ejus bibliothecæ indice, concinnato à* Martino, *Abbate Lafarinæ, Philippo IV. Hiſpaniarum Regi à ſacris domeſticis, ac conſiliis.*

(38.) ADULFI *(Leon)* Quæ ſub hoc perſonato nomine prodierunt ſcripta, ea illuſtri Angliæ Conſiliario, Mr. NOEL DU FAIL adſcribit *Bailletus* anonymus des Auteurs deguiſez, vel ut inſcriptio paginarum habet, Deguiſemens des Autheurs pag. 131. & 32. unde ſequentia (a) deſcripſimus.

(a) Baillet Deguiſemens des Auteurs. *pag. 131. 132.*

*Il n'étoit pas de la gravité d'un Conſeiller de Bretagne de paroître Auteur des* Baliverneries d'Eutrapel, *ni d'un autre Ouvrage intitulé* les Ruſes ou les Tromperies de Ragot Prince des Gueux, *quoique ces Ouvrages fuſſent les fruits de ſa jeuneſſe. La honte qu'il eut de les avoüer le porta à les expoſer ſons le nom de* Leon Adulfi, *afin de reſerver ſon nom de* Noel du Fail *pour ſon* Recueïl d'Arreſts, *pour ſon* Hiſtoire de Bretagne, *& pour d'autres Ouvrages capables de luy faire quelque honneur.*

ÆGIDIUS v. *Candidus.*

---

(39.) ÆGIDIUS CARLERIUS: Auctor *Operis ex epiſtolis Hieronymi corrmpilati*, decanus Cameracenſis, miſſus Pragam, teſte *Cöchlæo,* à Patribus Concilii Baſileénſis. Ejus Orationem H. *Caniſius* frontiſpicio Tom. III. Antiqv. lect. Par. II. exhibet, quæ de corrigendis peccatis publicis ſonat: ſed tanquam alterius cujusdam *Ægidii*, decano Cameracenſi contradiſtincti, ut obſervat *Olearius* Abaci Patrolog. p. 7. 8.

---

(39. *a*) ÆGIDII CORBOLIENSIS & ÆGIDII ROMANI permutata ſcripta, illiusque *Correctorium Corruptorii Doctrinæ S. Thomæ* JOANNI PARISIENSI vindicatum, vide apud *Theophil. Raynaud.* de malis ac bonis libris part. I. Erotem. 10. §. 2. pag. 122. De hujusce ſcriptis adde *Tritthemio*, & *Sixto Senenſi* & *Bellarmino* de Script. Eccleſiaſt. ad A. 1290. *Geſnerum* pag. m. 9. & 10. *Poſſevin.* in Apparatu p. 19. & ſeqq. *Gerardi* Patrologiam pag. 617. *Olearii* Abacum Patrologicum p. 8.

(40.) Ampliſſimum librorum numerum ſub nomine *Ægidii de Roma* ſ. COLUMNÆ Romani citat Thomas *Hyde* Catalog. Bibliothecæ Bodl. pag. 7. b. nec minorem Bibliotheca *Geſnero-Friſiana* p. 10. b. Doctoris Fundatiſſimi titulum ei tribuit *König.* Bibliothecæ Vet. & Nov. pag. 10. b. & Cave Chartoplylacis Eccleſiaſtici pag. 260. (a) ubi Raynaudi locus citatur, quem damus lit. (b) & hiſtor. litterar. 521. 522. ubi *Ægidius de Columna* hic prolixe laudatur, aliique teſtantur de eodem. Sed horum duorum confuſionem vide in Homonymoſcopia p. 10. *Molleri* p. 531.

(a) Cave Chartoph. Eccl. p. *261. Extat ejus* Correctorium corruptorii doctrinæ S. Thomæ. *Sunt qui Johanni* de Pariſiis *id tribuunt, quin non deſunt, qui omnia ejus opera nunc* S. Ægidio, *nunc* Ægidio Corbolienſi *adſcribunt, qua de re conqueritur Th. Raynaudus de bon. & mal. libr. P. 1. erotem. p. 122.*

(b) Theoph. Raynaudus de malis & bonis libris pag. 122.

Ægidius Romanus, *Columna Ord Eremitarum S. Auguſtini, poſtea* Archiepiſcopus *Bituricenſis, omnino multa ſcripſit: Sed nomine ejus vulgatum* Correctorium *corruptorii doctrinæ S. Thomæ, Joan.* Picus *quæſt. 1.* Apolog. & Leander *lib. 4. de viris illuſtr. Præd. pag. 138. tribuunt* Joanni Pariſienſi *Ord. Prædic. Ægidii æquali. Sed cum addat* Leander, *Richardum quoqve* Clapvel *Anglum ſcripſiſſe eodem argumento & titulo librum, quidni* Ægidius *quoque ea de re ſcribere, & vindex pro Magiſtratu exſurgere potuerit? Multo ampliorem plagam* Ægidio Romano *inflixit, qui* omnia *ejus* opera ſuppoſuit Ægidio Corbolienſi, *Medico Gallo, eximie laudato ab* Ægidio Pariſienſi *lib. 5. Carolini, quem ſcripſit ad inſtructionem illuſtris pueri Ludovici filii Philippi Auguſti. Falſi enim ſunt,* Plat. *lib. 2. cap. 32. qui ejus opera tribuit S. Ægidio, itemque* Trithemius, & Geſnerus *in ſuis ſcriptorum indicibus, & ex eorum fide* Tiraquellus *lib. de nobilit. cap. 31. num. 254. ac* Schenckius *in Biblioth. Medica, cum Ægidium illum* Corbolienſem *Græcis & Benedictinis accenſuerunt, jure rejecti à Gabriele* Naudæo *in Panegyrico Scholæ Medicæ. Pariſ. pag. 36. Cæterum quantus quantus fuerit hic Ægidius* Corbolienſis, *indignum tamen eſt, ejus ſcriptiones eſſe arbitrari, quæ nomine* Ægidii Romani *circumferuntur. Qvid enim Medico ad tot Ægidii Romani lucubrationes Theologicas?*

ÆGIDIO v. *Crudelio.*

ÆLIANUS v. *Chreggrene.*

---

(41.) *Claudius* ÆLIANUS. Ejus nomine extat *Tactica* ſeu *de inſtruendis aciebus* liber, quem edidit notisque illuſtravit Sixtus *Sarcerius.* Sed Tacticam hanc non Æliano ſed ARRHIANO deberi ſagaciter à *Scheffero* depræhenſum ſcribit ad Arrhiani Tacticam. 111. 112. *Symbola Normanniana*, addens ſeqventia mihi necdum intellecta verba, quæ ut in exemplari leguntur, ita hic adſcribo. *Vide an quæ Arrhiani de inſtruendis aciebus Venetiis extare memorat* Geſnerus, *in Biblioth.* Arrh. *ſint* Tactica Æliana *an vero* Arrhianea *Scheffero publicata.*

ÆLIANUS v. *Matthania.*

---

(42.) AELIUS. Ejus nomine extat Epiſtola ad Aurelium, de qua *Symbola Normanniana* ſic habet:

*Ælii Epiſtola ad* Aurelium G. MS. ARISTIDIS. *Rav.* ad Hoeſch. Cat. Aug. CXVIII. de qua iterum nil capio, ſed explicationem *Normannianam* expecto.

---

(43.) ÆMILIUM PROBUM *opinatur aliquis in Compendium redegiſſe Nepotem,* aſt *Voſſius* de Hiſt. Latinis lib. I. c. 14. pag. 71. eum refutat & CORNELIO NEPOTI opus ſuum aſſerit. Iſte *Aliquis* autem fuit *Gaſpar Barthius*, qui peculiari Diſſertatione hoc egit, ut ipſe teſtatur Adverſarior. lib. 24. cap. 18. & lib. 25. c. 15. *Æmilii* nomine prodiiſſe Vitas illas ſæpius, neminem paulo rei librariæ peritiorem latere poteſt. Occaſionem ejuſce memorat modo laudato loco *Voſſius*, quem hic exſcribere nolumus.

Vid. *Gaddium*, de Scriptoribus, pag. 254. Æmilium Probum libro de vitis Imperatorum Aucto-

Auctorem citantem, quod & facit *Bibliotheca Geſnero-Friſiana* p. 12. b. Utrobique tamen nonnulli hunc librum Cornelii Nepoti tribuere leguntur & alii. Sed ſolide contrarium evincit *Voſſius* loc. cit. Excuſatque *Æmilium Probum* à Plagiario imputato: etiam per *Vallemontium* Elemens de l'Hiſtoire Tom.II. pag. 139. uti refert *Symbola Schröteringiana*. Addatur *Fabricii* Biblioth. Latina pag. 8. & infra in Cornelio Nepote dicenda.

ÆMILIUS v. *Macer.*

ÆNEAS. v. *Sylvius.*

(44.) ÆSCHACIUS *Major Dobreboranus*: Hujus perſonato nomine prodiit Lipſiæ 1622. in 8vo. *Jani Huarti Scrutinium Ingeniorum*, ex lingua Caſtellana *Latine* verſum. Sed latere ſub anagrammatica hac larva nempe *Æſchacij Majoris*, qvi *Dobreboranus* loco *Halenſis* quomodo ſit factus, non capio, *Joachimum* CÆSAREM. ex M. Joh. *Prætorii* Luſtrationis Meditullii Terræ pag.9. & Caſpar. *Posneri* Differt. de Manna §.19. docet *Symbola Mollero-Flensburgiana*, & *Konigii* Bibliothec. pag. 150. a. Ejusdem ut Holſati meminit; ejusque nomine extare librum, cui titulus: *Pugna rationis & appetitus*: qui contineat Hiſtoriam Eduardi III. Angliæ Regis & Elipſiæ Comitiſſæ Salbericenſis innuit *Symbola Schraderiana*. Verſio ipſa etiam anonyma, quantum ad auctorem verſum, recuſa eſt Jenæ. 1663. in 8vo pag. 743. non computato indice alphabetico materiarum locuplete trium plagularum, neque dedicatoria anno Juliano.

*SaXonIæ æternent AſCanIæq; DoMVs*,

i.e. A.1616. data Halis Saxonum ad Albertum Saxoniæ & Ludovicum Anhaltinum Duces. Unde auctoris deſignatio etiam confirmatur, cujus ad Lectorem præfatio plagularum circiter duarum, ipſius auctoris procœmio etiam eſt præmiſſa. De eodem ſcriptore, pergit *Symbola Schraderiana*, ſequentia habet *Oldenburgerus* in indiculo ſcriptorum ſubjuncto Notitiæ rerum imperii in „4to Ao. 1669. editæ: Æſchacius Major. Ficto „nomine ſe vocat ita auctor ille per metatheſin „literarum, qui alias, ut obſervat nobilis ali„quis ſcriptor Holſatus, *Joachimus Cæſar* dictus „eſt. Scripſit hic elegantem librum, quem in„ſcribit, *Scrutinium ingeniorum pro iis, qui excellere* „*volunt*. (D. Meier ad l. I. Pol. Cellar. c. 4.) *Hæc* „*ille*. Quis autem ſit nobilis ille Holſatus, an for„te *Levinus Nic.* MOLTKE, an alius, curabo inqviri ap. D. Meierum, qui nunc non eſt ad manum, uti nec D. G. Theod. *Meieri* ejusdem Introd. ad Theolog. Moral. fol. 2. col. 1. per aliam Symbolam ſuppeditata. Nos Halenſem ex ſupradictis potius *Mollerianæ Symbolæ* accredimus. V. *Francum* de Indic. libror. Expurgatoriis pag. 178. 179. & *Meier* introduct. in Theolog. Moral. c. VI. §. I. *metatheſin* etiam *Anagrammaticam* monentem: Quam & notat *margo Maſtrichtianus* ita: *Auctorem habet* (*hoc ſcriptum*,) *ut ipſe interpres in præfatione ad Lectorem prodit Janum* Huartum *Medicum. Eſt Anagrammatice* Joachimus Cæſar Hildeſienſis. *Idquod firmat Chriſtian* Grublerus *Gymnaſii Osnabrucenſis Rector in exercit. de Critica Cap.* 1. §. 5. *pag.* 13. 2.

(45.) ÆSCHINES LYSANIÆ FILIUS. Hujus nomine celebrantur *VII. dialogi Socratici*, qvos tamen à nonnullis ipſi SOCRATI vindicari aſſerit *Photius* Bibliothecæ pag. 327. Edit. Rothomag. 1653. quod & confirmat *ex Laërtio Allatius*, dialogo de ſcriptis Socratis pag. 103. & ob id à Menedemo Eretrienſi, addit, in jus vocatum ſæpius eſſe Æſchinem, cui viventi legentique eos furtum objecerit Ariſtippus. At excuſatur à Plagio hoc quod Jacobus *Thomaſius* nec intentavit quidem illi, Æſchines per Chriſtianum *Thomaſium* in Verſione Germanica *Charpentierii*, de vita Socratis, pag. 79. itemque à M. Gottfrido *Oleario* Lipſienſi ad ſupra citatum Allatii dialogum Exercitat. §. IX. in fine, quem locum elegantem lectori commendamus. Præter hos VII. dialogos, (II.) adhuc alii, nomine ἀκεφάλων, huic Æſchini tribuuntur, quos tamen deberi potius PASIPHONTI Eretrico oſtendit Bibl. *Geſnero Friſiana* p. 652. a.

(46.) ÆSCHINES ORATOR GRÆCUS Demoſthenis æmulus. Huic vulgo tribuitur *oratio* illa cui titulus: ὁ δηλιακὸς νόμος. Adſcribendam autem illam potius ÆSCHINI ATHENIENSI, *Philoſopho Socratico*, monet *Photius* Bibliothec. pag. 62. cui addit in margine *Hoeſchelius* eam etiam Æſchini abjudicari à *Plutarcho* lib. de decem Oratoribus. Eandem Orationem HYPERIDI Rhetori Athenienſi tribui memorat *Bibliotheca Gesnero-Friſiana* p. 307. b.

(47.) ÆSCULAPIUS ſ. ASCLEPIUS Hermetis Triſmegiſti diſcipulus. Hujus ad *Ammonem Regem Sermones Philoſophici* tres, citantur à *Lambecio* Commentarii de Bibliothec. Cæſarea libr. VII. p. 33. Quos tamen ſuppoſititios, & à SEMI-PLATONICO & SEMI-CHRISTIANO homine ſeculo demum poſt Chriſtum II. compoſitos judicat p. 34. ubi & Franciſci *Patritii* de his libris judicium adducit. Plus lucis Æſculapio huic addere videtur Alexander Bar *Voëtius* in Catalogo ineditorum Biblioth. Scorliacenſis poſt Joh. Joach. *Maderum* de Bibliothecis p. 118. & 119. Ubi hoc legitur: *Æſculapii*, ſeu potius (ut" in aliis pluribus codicibus reperi) *Æſclepii Tral*-" *liani* Philoſophi *enarratio Iſagoges Arithmeticæ*" *Nicomachi*. Videntur autem commentarii iidem" cum iis, qui alias attribuuntur *Anatolio*, *Theoni*" *Smyrnæo*, *Philopono*, *Proclo Laodicenſi*: ſunt au-" tem ſub nomine *Aſclepii Tralliani & Procli Laodi*-" *cenſis*.

(48.) ÆSOPUS. Ejus *Apologi* paſſim extantes, à *Quintiliano* Inſtit. Orator. Lib. V. c. XI. tribuuntur HESIODO. At in *Gesneriana Bibliotheca* ſub nominibus *Æſopi & Maximi*, ut & in Bibliotheca Gesnero-Friſiana adſcribuntur PLANUDI, Monacho Conſtantinopolitano.

p. 14.

p. 14. b. collata cum pag. 598. a. ut & à *Pererio* Principiorum Naturalium IV. c. II. p. 193. auctoritate *Auguſtini* de Conſenſu Evangel. lib. I. c. VII. notante *Symbola Normanniana.* Adde les *Nouvelles de la Republique des lettres* Tom. II. anno 1684 pag. 450. lectu non indigna, quippe quæ de Planude vel certe Chriſtiano miſcente ſua Æſopicis notabilia multum continent. Sentiunt optime igitur ii, qui *non Auctoris unius opus* credunt eſſe Apologos vulgo dictos Æſopianos, quod & docet Symbola *Mollero Flensburgiana.* Huic ſententiæ accedit etiam *Lutherus* Tom. V. Operum à Sagittario editorum p. 403. ſeqq. Dignas judicavit aliqvot harum fabularum Germanica verſione ſua: inſimul *nullum unqvam Æſopum fuiſſe*, veriſimile dicit. Integra præfatio lectu digniſſima eſt.

---

(49.) ÆTHICUS ISTER. Ejus nomine extat *Cosmographia* cum variis lectionibus è MS. anno 1696. Lugduni Batavorum, apud Jordanem Luchtmans una cum aliis libris ejusdem argumenti edita, quæ recenſetur in *Actis Eruditorum Lipſ. Ejusdem anni* p. 430 431. Verum ejus Auctorem JULIUM ORATOREM *Caſſiodoro* memoratum, cenſet *Voſſius* de Hiſtor. lib. III. p. 692. utpote cui in vetuſtis Codicibus tribuatur, verſamque hanc Cosmographiam à B. *Hieronymo* ex Græco in Latinum Sermonem addit. Memoratu digna ſunt, quæ de Æthico affert Paulus *Vindingus* in Epiſtola ſubjuncta Deckherro de ſcriptis Adeſpotis à pag. 363. ad 366. (a) Unde qualiter *cum alio plane Iſtro* occaſione ſuæ patriæ ſit *confuſus* Æthicus, qui ſit Julius Orator, & alia, eſt cognoscere. Cui addenda quæ *Sandius* de hoc ſcriptore notis in *Voſſii* Hiſtoricos Latinos pag. 238. affert & ſub l. (b) conſpiciuntur, nec non alia (c) ejusdem p. 261. & 262. v. *infra* in *Antonini* & *Conſtantini* nominibus. Confirmat hæc etiam *Fabricius* Biblioth. Latinæ. p. 65.

(a) Pauli Vindingii de ſcriptis Adeſpotis 363. De Æthico *quædam ſubjungam forte aliis non obſervata. Omnium fere manibus teritur* Æthici Cosmographia ex recenſione Simleri: *Auctorem huic cognominem, ſed plane alium in MS. Bibliotheca Bodlejana inveni & quidem vulgato longe antiquiorem.* Simlerianus *quidem poſt CONSTANTINI M tempora vixiſſe creditur quem monſtroſorum vocabulorum authorem vocat* Ortelius: *ſi* Burtono *credam comment: in Itiner. Anton. pag. 5 in MS. Thuani vocatur* Julius Orator, *cujus* Caſſiodorus *meminit. Alter vero* Æthicus, *quo Oxonii uſus ſum, una cum* Solino *in optima membrana ſcriptus erat, & quidem ſub* DOMNO THEODOSIO *ut clauſula MS. indicabat. Titulus hic fuit:* Incipit Liber *ÆTHICI (al ATHNICI)* Philoſophico editus oraculo, ab Hieronymo presbytero translatus in latinum ex Cosmographia & mundi ſcriptura; *& ſtatim in initio:* Hic Æthicus in Iſtria regione Sophiſta claruit, primusque Codices ſuos Cosmographiam nuncupavit. *Innumeras in hoc opere fabulas deprehendi, & monſtroſas voces vix ipſi Apollini explicandas, ſed quædam exinde tamen cum fructu decerpſi. Interpolatum à monacho opus ſtatim ſubolui. Quid de hujus authoris ætate ſenſerit* Gualtherus Raleigh in hiſtoria mundi Anglice *conſcripta, ex litteris Cl. Dn.* Ryckii *Profeſſ. Leidenſis celeberr. Amici optimi reſponſoriis judicare licet; cum enim ipſi indicaveram Raleighi ſententiam, hunc* Æthicum *temporibus Ptolomæi Philadelphi antiquiorem ſtatuentis reſcripſit:* Æthicum “ à Vulgato promiſit olim *Salmaſius* in notis ad “ Hiſtor. Aug. 140. ex Thuaneæ Bibliothecæ, ni “ fallor, & *Danielis* Schedis. Memini etiam me “ vidiſſe Codicem ÆTHICI MS. in Bibliotheca “ Voſſiana à publicato diverſum. Multifariam “ autem errat Anglus ille, quem adducis, in “ Æthici ætate notanda. Primo confundit “ ÆTHICUM cum ISTRO CALLIMACHIO, “ qui Ptolemæi Evergetæ temporibus floruit. “ Deinde alium adhuc antiquiorem perperam “ confingit. ISTRI autem enumerantur à *Voſſio* “ tres & forte aliquis iſtorum *Cosmographiam* ſcri- “ ſit Græce, quam B. *Hieronymus* latine vertit, “ quamque inepti monachi, ſicut ſcribis interpolarunt, adſcripſeruntque Æthico, quoniam “ is & ISTER natione erat; & ſimile argumen- “ tum tractaverat. “

(b) Sandius in not. ad Voſſ. pag. 238. *Sunt qui* Æthici Itinerarium *ab itinerario* Antonini *hocque ab itinerario* Conſtantini *non diſtinguunt. De eo judicent qui utrumque viderint & contulerint. Ego olim, cum mihi talia curæ eſſent, memini alterum vidiſſe, & niſi admodum fallor, græcus textus adjunctus erat.*

(c) Sandius in not. ad Voſſ. pag. 261. 262.

De *Æthici* hiſtoriis de græco latine red- “ ditis à B. *Hieronymo*: plane nugæ ſunt, cum viri “ erudititiſſimi, qui legerunt, (necdum prodie- “ re in lucem) plane indignas cenſeant *Hieronymo*, “ atque in iis etiam teſtis ipſe advocetur *Æthicus.*] *Penitus non capio, quid hæc ſibi velint, aut quid* Æthicus *quid* Hieronymus *ad* Vibium Sequeſtrum. *Suſpicor hæc verba miſere exulare, & ſuo loco pag. 692. reſtitui optare, ubi author agit de* Æthico Iſtro *ejusque operis verſione è græco in latinum ab* Hieronymo *adornata; quam quidem ſententiam licet ibi amplecti videatur, his tamen verbis eandem retractare vel reclamare voluiſſe credendus eſt. Niſi mavis hæc trajicere in thecam* Hieronymi pag. 207. *Sed quorſum hæc parentheſis* (nec dum prodiere in lucem:) *Si* Voſſius *Cosmographiam, opera* Hieronymi (*ut fama fert:*) *latine verſam in mente habuit, audi quæ ſcribat ipſe* pag. 693. Ad- “ modùm corrupte editus eſt *Æthicus Iſter.* Sed “ eum ex antiquisſimis ſchedis auctiorem, & “ emendationem pollicetur *Claudius Salmaſius.* “

---

(50.) AFRANII nomine obtruſum nobis per fraudem à M. Antonio MURETO verſiculum hunc (*gaudebit ſapiens lætabuntur cæteri*) appoſitum vocat; ſed addit, Afranii an ſuum? Lipſius ad Epiſtolas Senecæ LIX. p. m. 387. obſervante quoque *Fabricio* Biblioth. Latinæ p. 6. in appendice.

---

(51.) *Sextus* AFRICANUS *Philoſophus* Afer, Autor creditur libri περὶ κεςῶν, ut monet ex *Svida Bibliotheca Gesnero-Friſiana* p. 15. a. At verum ejus libri Auctorem eſſe JULIUM AFRICANUM,

CANUM, Hiſtoricum Sec. p. C.N. tertii, docet *Cave* Chartophylacis Eccleſiaſt. p. 22. & plenius etiam Hiſt. litterar. pag. 54. col. α. nobis ſub lit. (a) citatus. Eundem Julium Africanum, Auctorem eſſe *primi* libri *Collectaneorum Chronologicorum*, quorum *Sex* prodierunt tempore Caroli Magni, edente quodam Gallo, cenſet *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis Lib.III. c. 3. p. 756. & ex eo *Cave* loc. cit. Huic aſſentitur *Sandius* notis ad Voſſium p. 280. 281. cujus verba ſub lit. B. num. 1073. in *anonymis* fuerunt repræſentata.

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 54. a.

Τῶν Κεςῶν, *Opus*, Alexandro Mammææ *nuncupatum. In numero librorum Veteres non conveniunt, nec de Autore Recentiores.* Euſebius *novem tantum fuiſſe dicit*, Photius *quatuordecim*, Suidas *vero* viginti quatuor: *adeo ut errorem alicubi latere neceſſe ſit. Hos libros quotquot tandem fuerint, Joſ.* Scaliger *& Hen.* Valeſius *alii cuidam* Africano *attribuunt; adeoq;* duos *fuiſſe volunt* Africanos; *unum* Palæſtinum, *Chronographum noſtrum religione Chriſtianum; Afrum* alterum, Philoſophum Gentilem, Sextum dictum *κεςῶν* Autorem. *Aliter viſum VV. CL.* Voſſio, Lambecio, Wetſthenio, *aliisque; à quorum partibus ſtant* Euſebius, Photius, Suidas, *qui unum eundemq; Scriptorem diſerte faciunt. Quid ſi media inſiſtentes via, dicamus* Africani noſtri opus eſſe, *ſed ab eo* antequam Chriſti fidem amplecteretur, *ſcriptum? Quod in* Athenagoræ *Amatoriis, Julii* Firmici *Aſtronomicis aliisque id genus ſcriptis contigiſſe veriſimile eſt. Extant hi libri MSS. tum alibi tum in Bibliotheca clariſſimi viri* Iſ. Voſſii.

---

(52) *Bernardino* AFSCALCO: Sub eo latere *Franciſcum* ALIBRANDI, innuit *Bailletus* in indice des Auteurs deguiſez p. 520. De quo *Villani Viſiera* Alzata Hecatoſtes num. XXXIIX. ſequentia, quæ lit. (a) verbotenus damus, habet.

(a) Villani Viſiera Alzata Hecat. num. XXXIIX.

XXXIIX. Franceſco Alibrandi *Meſſineſe, Haveua D. Vincenzo Auria Nobile Palermitano per la naſcita, e Genoueſe per l' Origine conſegnato alle ſtampe queſto libro:*

Vita B. Auguſtini *Nouelli Nobilis Panormitani ex Familia de Thermis Or. Erem. S. Auguſtini. Auctore* Bernardo Riera *I. C. Siculo Drepanenſe. Cum* Annotationibus *V.I.D: Don Vincenti Auria Siculi Panormitani. Panormi ex Typog. Petri de Iſola M. DC. LXIV. 4. nel quale con viuiſſime ragioni proua eſſer Palermitano. Diſpiacque queſta aſſertione al maggior ſegno all'* Alibrandi, *benche à lui nulla ſi toglieſſe, che però ſenza metterci, come ſi ſuol dire, ne Sale, ne Olio* ipſo facto *s' oppoſe con queſta produttione:*

Termine rimeſſa in Stato, *opure* Riſpoſta *ad un Scritto del Dottor D.* Vinzenzo Auria *Cefalutano. Nel quale volendo egli levare alla Città di Termine il ſuo B* Agoſtino *Novello de gli Heremitani di S. Agoſtino, per donarlo à Palermo: ſe li dimoſtra prima, che il B. fu Termineſe, e poi che ſe voleua impiegarſi a favor di Palermo: li potea meglio ſtabilire quei Santi quali ſi ha ſin adeſſo uſurpato, che non cercarne di nuouo. Opera di* Bernardino Afſcalco *Meſſineſe, detto nella Fucina l'* Impatiente. *In Venetia per il Bertani M. DC. LXIV. 4.*

*Pervenuto nelle mani del Santo Tribunale del S. Officio del Regno non tardò*

Nigrum libro præfigere theta,

*e queſto fù il guadagno dell'* Afſcalco *per eſſere entrato in una pugna non invitato.*

---

(52. α) AGAMMENII NATHANAELIS perſonati Scriptiunculæ contra Adamum *Stevartum* auctorem habent *Samuelem* MARESIUM. Prodiere 1651. & 1652. 8. Id adſcriptum meo exemplari manu nota ſcribit *Sym. Maſtr.*

---

(53) AGAPETUS I. *Pontifex.* Illi male tribuitur (I.) AGAPETI DIACONI *Epiſtola ad Juſtinianum*, docente Lud. *Jacob.* Biblioth. Pontific. p. 2. Item (II.) LEONIS I. Epiſtola 97. docente *Cave* Hiſt. litterar. p. 288. a. quem & vide p. 283. de Agapeto diacono C.P. & alio Rhodienſi p. 254. cujus Epiſtola ad Imperatorem, de qua Ludov. Jacob, adſcribitur.

---

(54.) AGGEO inſcriptos *Pſalmos* CXXXVIII. & CXXIX. DAVIDIS eſſe, vide aſſerentes cum *Auguſtino* de Civ. Dei lib. 17. c. 14. Patres & Commentatores plurimos apud *Bellarm.* præfat. in Pſalmos, & de ſcript. Eccleſ. ad A. M. 2919. *Sixtumque Senenſem* Bibl. Sanctæ lib. 1. pag. m. 14. & *Hottinger.* Philol. Sacr. c. 1. Sect. 1. pag. 489. 490. Adde quæ diximus in *Anonymis* c. 1. n. 6 & auctores in præfatione capitis illius memoratos.

---

(55.) L' AGGIRATO Academico incognito, cujus extat *Italica deſcriptio vitæ Ferrantis Palavicini*, operibus ejusdem ſelectis præfixa 1660. in 12. eſt *Girolamo* BRUSSONI, ſicut ex ejus vitæ Veneta editione 1655. in 12. facta ſub ipſius nomine conſtat.

Citatur etiam memoratus Girolamo Bruſſoni ſub nomine perſonato: *Aggirato Academici Incogniti, à Bailleto*, in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 520. Adde *Teiſſier* Catal. Auct. & Bibliothecarum p. 151. ubi meis hiſce addit, editam quoque hanc vitam Venetiis 1651. in 14.

---

(56.) AGGREGATOR LUGDUNENSIS. Ejus nomine citat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ, Tractatus quinque p. 155. b. nobis lit. (a) ex eo allegatos, verumque Auctoris nomen eſſe SYMPHORIANUM CHAMPERIUM, al. Campegium ibidem & p. 10. b. & p. 413. a. declarat.

(a) Thomas Hyde in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 155. b.

Symphorianus Champerius, *al* Campegius, Aggregator *Lugdunenſis.* Mirabilium Divinorum Humanorumque *libri 4. Lugd.* 1517. 4. Roſa Gallica *ſcilicet liber Medicus Pariſiis* 1514. 8. Margarita pretioſa *de' Medici ac Ægroti Officio.* Practica Medicinæ; *& liber* de Febribus. *Ibid.* Comm. ad Galeni Hiſtorias: *item*, de Clyſteribus: *& de*

Phlebotomia *ſeu ſanguinis Miſſione, libri 2. Baſ.* 1532.

(57.) AGGREGATOR PATAVINUS. Cognomentum eſt *Jacobi* DONDI, vel de DONDIS, ut indicat Thomas *Hyde*, in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 10. b. & p. 212. a. Ubi præter I. *Examen Leproſorum*, tractatum anonymum edit. Franc. 1610. & Tigur. 1655. adhuc II. *Promptuarium Medicinæ*, cum aliis aliquot memorat.

(58.) *Nadab* AGMONIUS: Verum ejus nomen detegitur a *Bailleto* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 520. quod eſt: *François* du JON, relatus propter hanc mutationem nominis inter eos, qui ſibi nomina circumpoſuerunt Hebræa ejusdem Significationis, loco gentilium. p. 328. Peſſime ea propter audit *Bailleto* huic pag. 168. cujus verba, quoniam emphatica ſunt, lit. (a) ſubjunximus. vid. ſcripta penes *Hyde* Biblioth. Bodlej. 367., 369. 370.

(a) Bailletus des Auteurs deguiſez pag. 168.

*Dans ces derniers temps un grave Miniſtre, un Theologien Reformé, non obſtant les maximes d' humilité & de détachement, qu'il devoit avoir trouvées dans ſa Religion, ſemble avoir eu honte de porter le nom* de Du Jonc, *qu'il avoit reçu de ſon pere avec les premieres teintures de la Foy Catholique. Lors qu' il ſe défit de ces impreſſions, il voulut auſſi changer de nom, & ſe garda bien de s' appeller* Juncius, *de crainte de ſe faire reconnoître, par ceux qui auroient ſçu un peu de Latin; mais il ſe donna celuy de* Junius *qu' il ſçavoit eſtre celuy d' une ancienne famille Romaine. Il n' avoit pourtant pas entierement oublié ſon nom, lors qu' il publia ſon prêtendu* Curopalate, *dont il ne ſçavoit pas même le nom ſous le masque* d' Agmonius, *qui ne veut dire autre choſe*, que du jonc, *en langue* Hebraique.

(59.) AGNES: ſive *Charles de Sainte* AGNEZ vero nomine appellatur *Jacques* DE CHEVANES, ut indicat *Bailletus* Catalogo des Auteurs deguiſez p. 520. quem & ſub perſona: *Charles* DE SAINT AGNON latere ibidem refert, cujus indicio hæc ſubjungimus.

(60.) AGOBARDI Lugdunenſis Archi-Epiſcopi, & Primatis Aquitaniæ nomine publicatam â *Papyrio Maſſono*, & ipſum ſequente *Melchiore Goldaſto*, in principio Monarchiæ S. Romani Imperii, *Epiſtolam, de Monarchia Imperii Francici* &c. tres integros tractatus continere, quorum primus ſolus *Agobardi* ſit, cujus nomen præfert, medius GREGORII IV. *Pontificis*, Ultimus *innominati*, prolixe docet *Petrus de Marca* lib. 4. de Concordia Sacerdotii & Imperii cap. 11. quem eo nomine laudat *Theoph. Raynauaus* de libris bonis & malis part. 1. Erotem. 10. pag. 12?. qui vitam etiam illius ſcripſit, quam vide, cum *Poſſev.* Appar. S. Tom. p. 6. & citatis aliis *Oleario*, Abaci Patrum pag 10. 11.

Qui ex *Sammarthanis* in Agobardo repræhendit, participem fuiſſe diſſidii Ludovici Pii Imp. & filiorum Lotharii atque Pipini. Cæterum quòd *Petrus* de *Marca* & *Theophilus Raynaudus* locis citatis prolixe referunt, illud compendio breviſſimo complectitur *Cave* Chartophylacis Eccleſ. p. 152. & Commentatione uberiore illuſtrat Hiſtor. Litterariæ ſuæ p. 362.

(61.) *Ser* AGRESTO: Ejus *Commentarium in obſcœnum carmen Italicum*, cui titulus: *Capitolo delle fiche di Molza*, tribuit *Annibali* CARO *Antibailletus* Tom. II. p. 110. Quanquam dubium hoc eſſe dicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 520. qui & Auctorem duplicem alium affert, *Pierre* ARETIN, & *Maria* MOLZA, ſed ipſius proprio judicio, etiam incertum utrumque.

(62.) *Chriſtophorus* AGRICOLA *Rhætus*: Perſonato ejus nomine prodiit Francofurti in 8. liber, cui titulus: *Antipiſtorius*, cujus Auctorem *Bailletus* in tractatu des Auteurs deguiſez p. 520. nominat *David* SCHRAM de Nörtling. De occaſione hujus ſcripti nos docebunt illa, quæ ex Scripto *Bailleti* ejusdem anonymo des Satyres Perſonelles ſub lit. (a) excerpſimus ex Tom. I. pag. 197. Meminit etiam *Schramii* ejusque ſub fictitio nomine emiſſi ſcripti *Witte* Biograph. Indice priori, ſed in poſteriori Indice, dies ejus ſeu annus emortualis plane omittitur. Adde etiam *Wolff.* Tom. II. Memorab. Lection. p. 979. citatum in *Symbola amica* neſcio qua: cui ſuam modo nunc addunt *marginalia Diecmanniana* (b) non omittendam.

(a) Des Satyres Perſonnelles p. 197.

*Le premier des trois, eſt* l' Anti-Piſtorius de Chriſtoph. Agricola *le Griſon, qui eſt le masque d' un Proteſtant, que vous pourrez trouver levé parmi les Pſeudonymes de celuy qui s' eſt chargé du ſoin de nous découvrir les Auteurs déguiſez. Son livre parut à Francford in VIII. ſous le titre* de Chriſtophori Agricolæ Rhæti Anti-Piſtorius. *Mais ayant remarqué le peu d' effet qu' avoit eu cette premiere attaque, il revint à la charge quelque tems aprés, ſans neanmoins vouloir paſſer pour aggreſſeur; & feignant de ſe mettre ſimplement ſur la defenſive contre les attaques de* Piſtorius, *il publia à Francford l' an 1592. in 4. un nouveau Livre intitulé* Anti-Piſtorianum propugnaculum, *ſive*, Exceptio poſterior ad primam Theſeon Piſtorian. Acroama Catholicum pro Tabulis Divini Juris contra Hæreticos Scripturifugas.

(b) Marginalia Diecmanniana.

Chriſtophori Agricolæ *Rhaeti* Anti-Piſtorius, *id eſt*, Exceptio prior contra primam theſin dodecamorii Symboli; quod *Johan-*

*Johannes Piſtorius* defendendum nuper ſuſcepit Badæ Marchionum, *Francof.1590.8.* Anti-Piſtorianum propugnaculum, vel Exceptio poſterior ad primam theſeon *Piſtorianarum.* Acroama Catholicum pro tabulis divini juris, contra Hæreticos ſcripturifugas, *Francof.1592. 4. Hoc ſcriptum poſterius, ut lectu digniſſimum, ſed paucis notum, & lectum,* Waltherus *Officinæ Bibl. p. 203. commendat; Auctorem vero ipſum virum doctiſſimum vocat* Affelmannus *Syntagm. Exerc. Academ. Part. I. p. 7. 8. Neuter liber* Bailleto *incognitus fuit, qui utriusq; titulum Lib. d' Anti Tom. I. p. 224. 225. de ſcripſit, & Chriſtoph. Agricolam Rhœtum larvam proteſtantis eſſe dixit, quæ detracta reperiri poſſit inter Pſeudonymos illius qui curam detegendi auctores larvatos ſuſcepit, citra dubium ad ſuum ipſius librum reſpiciens,* de la decouverte des Auteurs deguiſez, *mihi nondum viſum, ad quem alias quoq; lectores ſuos amandat. Sed larvam perſonato ante hoc fere ſeculum ademit* Wolfius *Lect. Memorabil. Tom. II. p. 980. ubi verum auctorem vocat DAVIDEM SCHRAMUM Theologum, virum doctisſimum & amicum ſingularem ſibi, & ex Anti-Piſtorio ejus quædam citat, quæ tamen non per omnia cum* αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι *impreſſi exemplaris, quod contuli, eadem ſunt. Ex* Wolfio *jam Ao. 1649. Dn. D. Jo.* Fechtius *in Hiſtor. Colloq. Emmending. C. 3. p. 49. hunc Pſeudonymum indicavit, &* Schramum *Gymnaſii tum Evangelici Auguſtæ Vindelicorum Ephorum, plurimarum linguarum, quin & Mauritanicæ & Americanæ gnarum fuiſſe retulit.* Davidem Schrammium *vocat Paul* Freher. *Theatr. viror. Erud. clar. p. 380. b. qui in ejus biographia de ſcriptis plane ſilet, illum tamen ao. 1615. Neoburgi* Philippi Ludovici *Comitis Palatini Concionatorem aulicum, & Conſiſtorii Eccl. Aſſeſſorem factum, ſed eodem adhuc anno, ætatis 56. defunctum memorat.*

(63.) AGRIPPINO PISSENI, *Vegetio:* ſub ejus larva latere *Pierre Joſeph* JUSTINIEN indicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 520. quo fundamento, adhuc me latet.

(64.) *Franciſcus Joſephus Saenz Cardinal d'* AGUIRRE: Ejus prodiit an. 1683. *DefenſioCathedræ S. Petri adverſus declarationem illuſtriſſimi Cleri Gallicani* editam an. 1682. d. 19. Martii. Quod ſcriptum *Journal des Sçavans* an. 1693. pag. 539. ſub lit. (a) excerptum *doctori* cuidam SALMANTICENSI falſo imputatum, ridente ac demum minitante auctore, docet.

(a) Journal des Sçavans, pag. 339. A. 1693.
*Si cet ouvrage lui donna de la conſideration à la Cour de Rome, il lui fit auſſi des envieux, qui durant une dangereuſe maladie, qu' il eut cinq ans aprés, publierent que cette défenſe du ſaint Siege n' eſtoit pas de luy, mais d' un* autre Docteur de Salamanque *qui l' avoit compoſée au meſme temps que parut la declaration du Clergé de France.*

(65) AGUR *filius Jake.* Cui *Proverb.* Caput XXX. adſcriptum legitur. Disquiritur inter Interpretes, an ſit ipſe SALOMO, an alius quispiam. Pro priori ſententia nititur *R. Salomon* Comment. in L. Eccleſ. I. Alteram autem ſaniorem eſſe concludit *Glaſſius* Philologiæ Sacræ lib. IV. Tract. III. p. 987. quem vide: Et magis adhuc *Poli* Critica ad h. l. p. m. 1652. & ſeqq.

AGYMONIUS v. *Nadabus.*

(66) *Jean* AIMÉ, ſive AMATUS: Hoc nomine a Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 25. a. citantur Tractatus duo: I. *Jani Gallici facies* prior, ſeu *Hiſtoria Bellorum civilium* ab anno 1534. ad 1589. ex Mich. Noſtradami Tetraſtichis, Gallice & Latine cum Comm. Lugd. 1594. II. *de l' advenement à la Couronne de France, de Henry de Bourbon Roy de Navarre.* Sive, *Henrici IV. Benigna fata Gallice & Latine* Ibid. Addit tamen *Joanni Amato,* nomen CHAVIGNEUS, quod pro vero Auctoris nomine accipimus.

(67) AJORA VALMISOTO, *Fernandez: Ferdin.* d' AVILA & SOTO-MAYOR. Ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 520. & 521. Utrum præferat, vel an utrosque jungi velit, & qua ratione notitiæ, nunc inquirere non vacat.

(68) ALAGONA, *Meſſire* ARTELOUCHE DE: *Adam* FUMEE, douteux, *Martin* FUMEE, douteux. Verba ſunt *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez. p. 521.

(69) ALAIN CHARTIER, Notarii & Secretarii Regum Gallorum Caroli VI. & VII. nomine, quomodo *Chronicon Hiſtoriæ Regum* illorum prodierit, quod tamen debeatur alteri, cui nomen BERRY, vide in *Anonymis* Gallicis cap. 14. n. 428.

(70) ALANUS, AUTISIODORENSIS Epiſcopus: Ejus nomine extat *Vita S. Bernardi,* monente Val. *Andreæ* Bibliothecæ Belg. pag. 31. Ratione patriæ, quam nactus eſt Inſulas Flandriæ, confuſus dicitur intolerabili errore, per Aubertum *Miræum* cum ALANO MAGNO de Inſulis, qui annis 112. ante hunc Alanum Magnum obiit, referente *Oleario* Abaci Patrolog. p. 12. Adde *Sandium* ad Voſſium p. 169. qui videri ſibi, ait, *duos* fuiſſe *Alanos de Inſulis,* quorum antiquior ſit idem ille GUALTHERUS INSULENSIS, Auctor *Alexandreidos,* i. e. librorum IX. de Alexandro M. carmine Heroico editorum. Vide quæ ſupra *in Anonymis* num. 1215. & ſeqq. de auctore vitæ Bernardi notata dedimus, ex ipſo etiam hoc Sandio & aliis.

(71) *Guilielmi* ALANI ſ. ALLENS. ſ. ALLYN, *Cardinalis.* Ejus vitam breviſſimis lineis

 vide

vide apud *Wood*, Hiſt. & Antiqq. Oxon. L. II. p. 108. b. ſeq. Qui & per brevem ibi ſcriptorum ejus texuit Catalogum. V.g. *de Euchariſtia. Apologia pro ſeminariis. Defenſio & declaratio Purgatorii. Apologia pro Guilielmo Stanlejo. De Indulgentiis. De autoritate Sacerdotali ad remittenda peccata.* Qui ut autoris hujus fœtus ſunt indubitati; ſic reliqua autoris ejusdem ſilentio involvit, & cum his adeo librum ſub hujus *Guilielmi Allyn* Cardinalis nomine publicatum: I. *Cenſure againſt Charke and defence thereof.* h.e. *Cenſura adverſus Charke cum defenſione ejusdem* per anonymum. Qua ipſa cenſura notantur libri duo, adverſus Edmundum Campionem Jeſuitam ſcripti, autoribus William *Charke* & Meredith *Hammers*, quos vide apud *Hydeum* Catal. Bibl. Bodlej. P. II. p. 156 & p. 321. a. ubi etiam videas tractatum Anonymi defenſioni cenſuræ hujus oppoſitum. Quæ cenſura ſicut Alanum falſo venditat autorem: ſic eam ſibi vindicat vere ROBERTUS PARSONIUS *Jeſuita* in Apologia ſua Hierarchiæ Eccleſiaſticalis p. 183. b. & 186. b. conf. *Sutcliff. Bleſſings on mount Geryzim, and the courſes on mount Ebal*, (i.e. *de felicitate Proteſtantium & miſeria Pontificiorum*) Lond. 4. 1602. p. 223. 242. 243.

Sub eodem ALANI nomine prodiit II. *Exhortation to the Nobilitie and People of England and Ireland*, h. e *Exhortatio ad Nobilitatem & populum Angliæ atq; Hiberniæ*, & ipſa PARSONII, teſte *Sutcliffio Bleſſings* &c. p. 242. 243. Adde Jameſii Bibl. Oxon. Catalog. p. 158. & *Acta Eruditorum Lipſ.* An. 1691. M. Januar. p. 2. ubi recenſetur Anglicum memoriale Jeſuitarum, ex quibus ſequentia ſub lit. (a) excerpere e re noſtra duximus. Unde plura de hoc *Perſonio* colligas ut & ex *Anonymis* ſupra dicta ad hocce ſcriptum, aliudque, quod memorat Thomas *Hyde* Biblioth. Bodlej. pag. 109. a. prodiiſſe an. 1584. in 8. Ingolſtadii ſub titulo: *Juſtitia Britannica* ſeu Papiſtarum Querimonia contra eam ſcripta per Pontificium aliquem. Ubi in parentheſi additum legitur (*dicitur eſſe Cardinalis Alani*) vid. anon. n. 650. &c.

(a) Acta Erudit. Lipſ. Menſis Januarii. Ao. M. DC. XCI. p. 2.

*Ut fraudum Politicarum, hypocriſeos atq; πολυπραγμοσύνης Jeſuitarum ſocietatem convinceret, hunc* Roberti Perſonii *libellum memorialem e tenebris in lucem publicam protruſit* Eduardus Gee, *Rector Eccleſiæ, quæ in S. Benedict Pauli-Wharf colligitur, ut & utriq; Regiæ Majeſtati Britannicæ à ſacris ordinariis. Præmiſit autem ipſimet operi* Introductionem de vita Perſonii. *Natus is eſſe dicitur, non ut ipſe ferebat, in* Stokerſey, *ſed in* Nether-Stovvey, *obſcuro Comitatus Sommerſetenſis loco. Liberaliter tamen educatus, Socius ac tutor ſtudioſæ juventutis in collegio Balliolenſi, quod Oxonii eſt evaſit. Verum die 13. Febr. anno 1573. ei valedicere juſſus eſt, ob crimen peculatus, & quæ tunc demum innotuerat, illegitimorum natalium maculam. Ut igitur ignominioſæ hujus expulſionis memoria eo facilius obliteraretur*, Oxonio Londinum *abiit, moxq;* Italiam *& in hac* Bononiam *petiit, ſtudio Juris civilis ſeſe addicturus. Mutato tamen conſilio, Anglicanam religionem ejuravit, & menſe Julio 1575. in Collegium Jeſuitarum Romanum receptus eſt. Anno 1580. 14. Apr. cum* Edmundo Campiano *in Britanniam miſſus fuit, ut Anglis Romano-Catholicis in* Eliſabetham *inſurgendi* Autor *fax & tuba eſſet. Sed cum Campianus antequam annus in orbem rediiſſet, machinationes ſuas capite luiſſet*, Perſonius *fugam arripuit in patriam ſuam reverſurus, variosq; libellos contra Eliſabetham Reginam ejusq; religionem procul a fulmine in Gallia, Hiſpania Italiave conſtitutus, exaravit, quorum aliqui fictitium* Andreæ Philopatoris, Hovvleti, Dolemanni, *aliqui verum ſed commodatum* Cardinalis Alani, *aliqui proprium* Perſonii *nomen præ ſe ferre dicuntur.*

(72) ALANI COPI, Angli *Dialogi VI. de Hiſtoria Magdeburgica, contra ſummi Pontificatus, Monaſticæ Vitæ, Sanctorum, & ſacrarum Imaginum Oppugnatores, & Pſeudo-Martyres*, Antvverpiæ apud Plantinum 1566. in 4. prodiere. Eos eſſe *Nicolai* HARPSFELDI, Angli, cujus extat *Hiſtoria Anglicana*, conceſſos ob periculum, quod ex ſui nominis confeſſione metuebat auctor, *Alano*, vide apud *Th. Raynaudum* part. 1. Erot. 10. §. 1. pag. 117 de libris bonis & malis, (a) & *Poſſev.* appar. Tom. 1. p. 7. & 486. *Pitſeum* de Illuſtribus Angliæ ſcriptoribus pag. 772. 780. 781. (b) *Miræum* Bibliothecæ Eccleſiaſticæ part. 2. fol. 109. (c) & excuſantem à plagio Alanum, *Jacobum Thomaſium* de Plagio Litterario §. 186.

Adde etiam Joh. *Rainoldi* Colloq. cum Harto p. 3. & *Sagittarium* Hiſtor. Eccleſ. pag. 359. Meminerunt aliorum ſcriptorum ab Harpsfeldio editorum, *Wood* Hiſt. & Antiquit. Academ. Oxonienſis p. 137. a. lib. II. & Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlej. p. 322. b. Et *annotata marginalia Diecmanniana* quæ monent, ſiæ editionis titulo deeſſe verba, *de Hiſtoria Magdeburgica*, addit vero *& auctiores nonnullis in locis & caſtigatiores*, ut titulus habet, recuſi ib. ap. eundem Plantinum A. 1573.

(a) Th. Raynaud. part. I. Erotem. de bonis & malis libris 10. §. 1. p. 117.

*Nuper qui Anglicanam hiſtoriam* Nicolai Harpsfeldii *ediderunt*, Dialogos Alani Copi *nomine editos, ſane eruditos, & ad diſſidia de fide perutiles, ab eodem Nicolao autore juſtis de cauſis Alano Copo amico conceſſos, prodiderunt.*

(b) Pitſeus de Illuſtr. Angl. ſcriptoribus. p. 772. 780. 781.

*In carcere igitur conſtitutus, ſcripſit egregium opus ſex doctiſſimis dialogis comprehenſum*, contra Magdeburgenſes, *&* Pſeudomartyrologium Joannis Foxii Angli. *Quod opus quia ſub nomine proprio in lucem emittere non eſt auſus, intimo amico ſuo* Alano Copo, *in exilio tum agenti, edendum commiſit, ſuppreſſo auctoris nomine, ne captivo capitis periculum crearet. Edidit igitur* Alanus *hoc opus ſuo nomine. Tamen ne veritas poſteritatem lateret, & amicus amicum debita ſua laude fraudaret; in calce voluminis, id eſt, finito ſexto dialogo, majuſculas quasdam literas imprimi curavit, earumq; explicationem amico uni forſan & alteri communicavit, in hunc modum qui ſequitur.*

Majuſculæ litteræ.

A. H. L. N. H. E. V. E. A. C.

Expli-

Explicatio characterum.
Auctor hujus libri *Nicolaus Harpeſfeldus*. Edidit vero eum *Alanus Copus*.

*Igitur* Alanus Copus erat *qui librum ſex dialogorum ſuo nomine edidit*, *ſed* Harpesfeldus *erat qui compoſuit*.

(c) *Miræus Bibl. Eccl. P. II. p. 109.* Nicolaus Harpsfeldius, *Anglus*, *Archidiaconus Cantuarienſis, Theologus, jure conſultus & Hiſtoricus, in Vinculis pro Cauſa Religionis orthodoxæ, temporibus Eliſabethæ Reginæ*.

*Idem in carcere exiſtens ſub annum 1565. miſit ad* Alanum Copum, *amicum ſuum in Belgio agentem*, Dialogos ſex *contra ſummi Pontificatus, monaſticæ vitæ, Sanctorum, Sacrarum imaginum oppugnatores & pſeudomartyres: quos* Alanus Copus *ſuo nomine* (*ita volente auctore*) *1566. & 1573. typis Plantinianis edendos curavit. Ne tamen veritas poſteritatem lateret & amicus amicum debita laude fraudaret, in calce voluminis majuſculas haſce literas Alanus ſubtexuit: A. H. L. N. H. E. V. E. A. C. Quarum literarum hæc eſt ſententia:* Auctor hujus libri Nicolaus Harpsfeldius: eum vero edidit Alanus Copus.

---

(73.) PARVUS AGRICOLA quid libri Chemici ſub *Aperta arca arcæ arcani artificioſiſſimi* ſignificet, utque ſit *Johannis* GRASSEI ſive CHORTOLASSEI v. prolixe apud Olaum *Borrichium* in Conſpectu Chemicorum illuſtrium §. LIV. p. 35. & 36. (a)

(b) Borrichius in Conſpectu Chemicorum Illuſtrium §. LIV. p. 35. 36.

Parvus Agricola (Der Klein-und Groß-Bauer) *Auctor* Apertæ arcæ arcani artificioſiſſimi, *plerisque æſtimatur in Chemia ſummus Artifex; ſed quæ mihi de eo dubitandi anſam præbuere hæc fere ſunt:* —

Johannes Harprecht, *Profeſſoris Tubingenſis filius*, (*qui ſub nomine filii* Sendivogii *latere amat*) *Secretarius quondam Rigæ Baronis* Cronſternii *mihi tota hyeme, anni MDCLVII. adfuit, atque in familiari converſatione faſſus eſt, ſibi eadem Manu Scripta* parvi Agricolæ, *hoc eſt*, Johannis Graſſei *ſive* Chortolaſſei *ab amico Livono conceſſa, & ſæpe lecta eſſe, immo deſcripta; neque dubitare ſe de proceſſuum veritate, materiam autem Operis* Chortolaſſeani *haud aliam eſſe, quam mineram Saturni è Miſnia aptius hauriendam, ſibi autem hactenus nullam fuiſſe occaſionem experiundi* (*ut erat ſane id temporis in ergaſterio ignium plane hoſpes*) *eoque feſtinare in Belgium, ut Veritatem Manu Scripti oculatis manibus periclitetur. Quid multis? venit Amſtelredamum, varia ibi ſcripta edit tanquam germaniſſimus Adeptus* de ſale Philoſophorum, *item* Lucernam ſalis Philoſophici, *&c. aſſumpto* filii Sendivogii *titulo; ubi quidem pie, & ſubinde Antiquis ſapientibus convenienter incedit, verum an cum illa ſcripta ederet, vere fuerit* Adeptus, *dubitare me non diſſimulo*.

AGRIGENTINUS PHILOSOPHUS, v. *Empedocles*.

ALAZONOMASTYX. v. *Philalethes*.

(74.) ALBERICUS CASINENSIS Monachus & *Cardinalis*. Huic affingitur liber *de Viſionibus* à *Poſſevino* aliisque, quos refutat *Johann Bapt. Marus* in notis *ad Petr. Diacon.* de vir. Caſin. illuſtr. cap. 21. p. 44. cujus verba ſub lit. (a) repræſentamus.

(a) Petr. Diac. de vir. Caſin. Ill. in not. Joh. Bapt. Mari. c. 21. pag. 44. *Inſuper obſervandum noſtrum* Albericum *Card. non ſcripſiſſe de viſione ſua librum, ut incogitate notarunt* Arnoldus Uvion, Poſſevinus, Torrigius *aliique: quem utique indicaſſet noſter* Petrus, *in* Elencho lucubrationum Alberici, *ſi literis demandaſſet; cum Viſionem habuerit illam* Albericus puer, *natione* Campanus, *ex oppido ſeptem Fratrum, qui poſtea Cœnobium Caſinenſe petiit, ſub Girardo Abbate, ut dicemus infra*.

---

(75.) ALBERTUS MAGNUS cognomento, ex fratribus Prædicatorum Epiſcopus Ratisbonenſis, cujus elogium vide in *Jovianis*, & apud *Sixtum Senenſem* lib. 4. pag. m. 264. *Lanſium* Orat. 1. pro German. p. 40. *Poſſevinum* in apparatu Sacro T. 1. p. 31. & ſeqq. *Anton: Senenſem* in Bibliotheca Prædicatorum, *Bellarm.* ad A. C. 1265. *Gerhardum* pag. 602. *Joh. Imperialem* Muſei Hiſtorici part. 1. in Elogio Arnoldi Villanovani, ubi inter alia hæc ſunt illius verba: *Notam plerique* Magno *inuſſerunt* Alberto, *quod in libris de* Mirabilibus mundi *plurima congerat, quæ vel doctiſſimorum captum effugiant. Ego vero multa reor opuſcula præfulgidum tanti Viri nomen ementiri, ad legentium gratiam, quæ nec ſomniavit* Albertus; *Nimia quippe ſcriptorum celſitudo, & opinionum firmitas, in abditiſſimo rerum omnium examine, quam ab ineptis quorundam commentis, quæ illi vulgus adſcribit, abhorreant, cuilibet veloſcitanter legenti perſpicuum fit.* Ipſa Viri ſcripta vide recenſentem prolixo ſatis Catalogo *Geſnerum* p. m. 18. & 19. In quibus (I.) *De laudibus Virginis Mariæ libri tres* impreſſi Colon. 1509. quos eosdem arbitror cum eo, cui tit: *Biblia Mariæ, cum deſcriptione Vitæ ejus*, Colon. 1625. 8vo aut cum eo, qui *Marialis* nomine citatur, & *Richardo à* S. LAURENTIO vindicatur per *Theoph. Raynaudum*, de libris malis ac bonis p. 121. & 235. ac in Diptychis Marianis; & omnino *Lambecium* de Bibliotheca Cæſarea lib. 2. c. 8. n 38. pag. 7776. quem vide ſub lit. (f) (*II.*) *De Quintis Eſſentiis* liber, quem *Joannis de* RUPE SCISSA, qui Gallice de ROCQVETAILLADE vocatur, eſſe tradit *Petrus Borellus* in Bibliotheca Chymica, quem vide ad nomen utrumque ſcripta plurima referentem. Plura de hoc auctore vide apud nobis ſupra citatos, & *Olearium* pag 16. Abaci Patrum, ubi (III.) & libros ejus, *de Secretis Mulierum*, Venet. 1508. editos ſuppoſititios eſſe teſtatur: nec non (IV.) Libros *de Natura rerum* eſſe *THOMÆ* CANTIPRATENSIS affirmat, quos non extare putat falſo *Gerhardus* Patrolog. p. 600. at ab aliis *Bartholomæo* ANGLICO adſcribuntur, & *de rerum proprietatibus* inſcribuntur, teſte *Poſſev.* Appar. S. Tom. 2. p. 484. ubi & Thomam hunc *de Barbanſano* cognominatum refert.

Editi ſunt ſub hoc nomine *Bartholomæi Anglici* diſerte præfixo, de Rerum proprietatibus libri XIX. Norimb. 1519. in fol. Libro I. à Deo incipiente primi primo, inque tintinnabula de-

ſinente ultimo capite libri ultimi. Qui an idem ſit cum eo, quem *Alberti Magni* vult eſſe *Poſſevinus*, inqvirat ulterius, cui vacat. Interim librum *de Mirabilibus* falſo tribui *Alberto Magno*, docet etiam *Naudé*, Apologie pour tous les grans hommes, qui ont été accuſez de Magie, p.378. cujus verba ſub lit. (a) excerpta Lectori conſpicienda damus. Obſervat quoque *Symbola Rauſchiana* ex Joh. *Pici Mirandulani* lib. I. adverſus Aſtrologos *Alberto M.* falſo attributum (IV.) libellum *de Erroribus Studentium Theologiæ*, cujus verba ſub lit. (b) allegamus, quibus à ROGERIO BACONO ſcriptus indicatur. Præterea notatu digna quoque credimus eſſe, quæ de Opere *de laudibus B. Mariæ virginis* affert *Lambecius* Comment. de Bibliotheca Cæſarea lib. II. c. VIII. num. XXXVIII. p. 776. cujus verba ſub lit. (c) citamus. Jungenda cum *Cave* Hiſt. Litt. pag. 507. b. Qvorum uterqve de RICHARDO à S. *LAURENZIO* auctore memorat. Porro de libello (V.) qui *de Secretis mulierum* circumfertur, ſub nomine Alberti Magni, Medici Lovanienſes judicarunt, *nec ejus, nec cujuspiam docti eſſe*. Ita *Molanus* in Bibliotheca ſacra, & ex eo *Miræus* de ſcriptoribus Eccleſiaſticis pag. 171. Addit *Symbola Rauſchiana* damnatum pag. 36. verbis excerptis. Denique *Symbola Normanniana* huic addit: *Alberti Magni de ſecretis mulierum, de virtutibus herbarum, lapidum, animalium in editione Francofurtenſi 1618. in 12. aſſeritur.* HENRICO DE SAXONIA *Catal. Bibl. Thuanææ* II. part. pag. 156. Editio mea plagulis 26. in 12. minori ſic inſcribitur. (d.) Tandem adhuc (VI.) Alberti Magni *Compendium Theologicæ veritatis*, qvomodo BONAVENTURÆ dein & *Johannis* DE COMBIS evaſerit lit. (e) excerpta ex Joanne *Prideaux* Oratione IX. de Pſeudepigraphis inſcripta teſtantur. Plura v. de Alberto M. apud alios tum imprimis apud *Cave* Hiſt. Litter. p. 507. b. *Baile* dictionaire. Tom. I. p. 164. & citatam hic in *margine Diecmanniano* Biblioth. Dominican. Romæ A. 1677. fol. ed. pag. 49. & Append. pag. 447. 448. Bayle Diction. Hiſt. & Crit. Tom. I. p. 164. ſeqq. & ſpeciatim ad num. (I.) vid. *Glasſius* in Exeg. Evang. & Epiſt. p. 747. ubi hunc titulum exhibet: *Biblia Mariæ* opus à B. *Alberto* ex ord. Præd. olim Epiſcopo Ratisb. conſcriptum, in quo omnia fere, quæ in S. Bibliis continentur Beatiſſimæ DEiparæ matri adaptantur. Colon. ap. Anton. Boetzerum in 8vo: num. (II.) Nicol. *Gudberti* Alchymiam l. 2. c. 7. pag. 66. 67. ubi librum hunc ex libro Joannis DE RUPE SCISSA ab impoſtore aliqvo conſarcinatum ſcribit. Et (III.) *Librum de herbarum myſteriis*, uti & librum *de morbis mulierum* ab *Alberto* M. ſcriptum eſſe negat, & ex ſuperſtitioſa *Arabum officina* prodiiſſe ſentit *Kircher*. Mundi ſubterran. T. II. lin. 12. ſect. 4. c. 5. pag. 413. b. Phil. *Labbeus* Tom. I. de ſcript. Eccl. p. 26. 27. de editione operum Alberti M. agens, quæ XXI. Tomis Lugduni in folio, ſtudio & labore Petri Jamny Ao. 1651. prodiit, conqueritur, ei editioni nullam adjectam cenſuram operum Alberti vel ſpuriorum, vel genuinorum; & Tom. II. pag. 432. hanc editionem à pleriſque mancam, criticam eruditi ſcriptoris diſcuſſionem adhuc expectare monet. Ad (IV.) exiſtimo, *Gerhardum* negare tantum, quod typis excuſi non extent. Nec enim ullam eorum editionem, ut alias diligenter ſolet, refert Valer. *Andreæ* Bibl. Belg. pag. 833. ſed. MSS. apud Georg. *Colvenerium* extare tantum dicit. Hact. *Diecm.* Adde quæ Dnus à Maſtricht ad n. 1. verba hæc: *quos eosdem arbitror*, annotavit ſub lit (g.)

(a) Naudè, Apologie pour tous les Grands Hommes qui ont eſté accuſez de Magie. *pag. 378. Pour ce qui eſt de ces deux liures*, François Pic & Delrio *s'accordent en ce point, que c'eſt faire un grand tort a ce ſaint perſonnage de le croire Autheur de celuy* de mirabilibus; *& qu'ainſi ne ſoit, le dernier ſe deſcharge en ces propres termes*, Alberto Magno tributus liber de mirabilibus, vanitate & ſuperſtitione refertus eſt, ſed magno Doctori partus ſuppoſititius: *&* François Pic *adiouſte qu'il luy eſt fauſſement attribué, avec beaucoup d'autres, entre leſquels ie conjecture que celuy* de ſecretis mulierum *peut eſtre mis legitimement, veu qu'Albert ne ſe nomme point au commencement d'iceluy, comme nous veut faire croire celuy qui l'a commenté, & que quiconque en ait eſté l'Autheur on doit iuger qu'il a veſcu quelque temps apres luy, en ce qu'il ſe ſert fort ſouuent de ſon authorité: De ſorte que toute la difficulté reſte maintenant ſur celuy qui eſt intitulé* Miroir d'Aſtrologie *où il eſt traicté des Autheurs licites & defendus qui ont eſcrit d'icelle, d'autant qu'il a eſté condamné par* Gerſon & Agrippa *comme ſuperſtitieux au poſſible, & par* François Picus *& beaucoup d'autres, à cauſe que ſon Autheur maintient en iceluy une opinion grandement erronée en faveur des liures de Magie, qu'il ſouſtient, ſauf un meilleur advis, devoir eſtre conſervez ſoigneuſement, parce que le temps approche que pour certaines cauſes, leſquelles il ne ſpecifie, l'on ſera contraint de les fueilleter & s'en ſervir en quelques occaſions. A quoy toutes fois ſi nous voulons ſatisfaire & monſtrer qu'* Albert le Grand *ne peut eſtre ſoupſonné qu'à tort de Magie à l'occaſion de ce liure, ie ne produiray point de meilleure preuve & caution plus ſuffiſante que* Jean Pic, *plus capable de juger de cette difficulté qu'aucun autre, lequel maintient en ſon premier liure contre les Aſtrologues, que ce traité* de libris licitis & illicitis, *a eſté aſſeurément compoſé par* Roger Baccon *qui a touſiours gardé cette couſtume de citer & ſe ſervir de tels Autheurs dans tous ſes livres, ce que l'on ne peut remarquer d'* Albert le Grand: *ioint qu'il eſt uray que ledit* Roger Baccon *eſtoit tellement adonné à l'Aſtrologie iudiciaire que* Henry de Haſſia, Guillaume de Paris *&* Nicolas Oreſme, *qui ont eſté des Docteurs tres-fameux & celebres, furent contraints de declamer aſprement contre ſes escrits & toutes les vanites des Aſtrologues.*

(b) Symbola Rauſchiana.

Alberto Magno, *Doctori egregio, falſo, adſcriptus libellus* de Secretis Mulierum, *omnino damnatur, Decreto Magiſtri S. Palatii 16. Dec. 1605. ſubjuncto Indici librorum prohibitor.*

De erroribus ſtudentium Theologiæ *falſo* Alberto *M. attributum libellum notat* Joann. Picus Mirandulanus *l. 1. adverſus Aſtrologos: his verbis: Ferme adducor ut à Rogerio Bacono compoſitum credam libellum cui titulus:* De Erroribus Srudentium Theologiæ, *quo imprimis volumine erroris accuſantur, quod Theologi noſtri myſteria Religionis magis ex* Ariſtotele

ſtotele *cæteriſq; Philoſophis confirment, quam ex Auctoribus fabuloſis* Æthico, Artephio, Ortidio de Vetula, *poëtiſque ſimilibus. Præſcribitur vero liber Alberto, ſed mendoſiſſime, cum nunquam in Theologicis ſuis Scriptis hæc ille ſomnia memorarit: ſed merito ad* Baconem *videtur referendus, cujus alia ſcripta in ea eum fuiſſe ſententia facile declarant, illorum* Auctorum *teſtimoniis oraculisq; perſcatentia.*

(c) Cave Hiſtoriæ Litterariæ Script. Eccleſiaſt. p. 507. b.

De laudibus B. Virginis libri XII. *quos naſutiores Critici* Alberto *abjudicant, & Richardo* à S. Laurentio, *Pœnitentiario Rothomagenſi, tribuunt. Prodierunt Argent. 1493. folio Duaci 1625. 8vo.*

(d) Alberti *cognomento* Magni de ſecretis Mulierum, Libellus *ſcholiis auctus, & à mendis repurgatus. Ejusdem de* Virtutibus Herbarum, Lapidum, & Animalium *quorundam libellus. Item de* mirabilibus mundi, *ac* de quibusdam effectibus cauſſatis à quibusdam animalibus, *&c. 1566. in 12. minori.*

(e) Prideaux Oratione IX. quæ de Pſeudoëpigraphis eſt.

Compendium Theologicæ veritatis, *quod primum ſub* Alberti Magni, *deinde ſub* Bonaventuræ, *tandem ſub* Johannis de Combis *prodiit auſpiciis; Ante decennium, & novum aſcivit Dominum & titulum;* Compendium de Combis, R. D. Sebaſtiani Viſcheri fit ſyſtema Theologicum; *ut novo titulo, rubris characteribus conſpicuo, novum acquiratur pretium. Turpiſſimum hunc* Balatronum *quæſtum, non parum promovit Sectarum & factionum* κακοζηλία, *qui nil penſi habent, quid fiat de nominibus aut fama, modo id quod volunt propagetur.*

(f) Petri Lambecii Comment. de Bibliotheca Cæſ. Lib. II. Cap. VIII. pag. 776. 777.

*Volumen Latinum chartaceum in folio, continens magnum aliquod* Opus de Laudibus Beatæ Mariæ Virginis, *in duodecim libros diviſum, cujus absque ullo titulo ullaque Autoris mentione hoc eſt principium:* Nota prudens Lector & acquieſce obſecro his, quæ tibi dicturus ſum ad honorem Dei & beatisſimæ Matris ejus. Librum iſtum &c. *Nec multo poſt ſequitur:* Liber iſte, qui intitulatur: *De Laudibus Beatæ Mariæ* diſtinctus eſt & partitus in duodecim Libros, &c. *Quod autem Autor hujus operis nomen ſuum de induſtria celaverit, indicat ipſe in fine Prologi ſecundi his verbis:* Nomen vero meum malui ſubticere, ne Tractatus forte vileſceret cognito tractatore. *In fine totius Codicis legitur, deſcriptionem iſtius Operis abſolutam eſſe anno Domini MCCCCXXXVIII. ante Feſtum omnium Sanctorum. Attribuitur illud à nonnullis* Alberto Magno, *ut videre eſt Tomo vigeſimo Operum ipſius,* Petro Jammio, *S. Theologiæ Doctore, Ordinis Prædicatorum, Lugduni Anno 1651. Tomis XXI. editorum in folio; ab* Hippolyto *autem* Maraccio Lucenſi *in Parte ſecunda Bibliothecæ Marianæ, & pleriſque aliis, tribuitur* Richardo de S. Laurentio, *natione Gallo, Pœnitentiario Rothomagenſi. Meminit hujus Controverſiæ etiam R. P.* Philippus Labbe, *Tomo primo doctisſimæ Diſſertationis ſuæ ad* Card. Bellarmini *Librum* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *ipſumque Opus refert Ao. 1625. ex antiquis exemplaribus Duaci primo editum eſſe in quarto apud Joannem Bogardum. Quam editionem ego hactenus nunquam vidi: reperi autem in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi aliam multo antiquiorem in folio, abſque nomine illius autoris publicatam ſub hoc Titulo:* Opus inſigne de laudibus Beatæ Mariæ Virginis, alias *Mariale* appellatum.

(g) Notæ marginales Maſtrichtianæ.

*Error.* Mariale *continet quæſtiones CXXX. & prodiit primum Mediolani 1489.* De Laudibus B. Mariæ *V. Lib. XII. Argentorati 1493. fol. quem librum male quidam, ut obſervat quoque* Cave, *Richardo* à S. Laurentio *adjudicant pœnitentiario Rhotomagenſi.* Biblia Mariæ, *ſcriptum inſulſiſſimum, primum, uti & titulus prodit in meo exemplari demum prodiere Coloniæ* Agrippinæ *1625 8vo. ubi edita opera & ſtudio R. P. F. Vincentii* Juſtiniani *Ord. Prædicatorum & Theologiæ Profeſſoris. Cui potius futile hoc & blaſphemum ſcriptum adſcriberem, quam* Alberto Magno. *Sunt itaque tria hæc ſcripta non unum idemque.* Biblia Mariæ *incipiunt à primo capite Geneſeos ad Apocalypſin, pag. 205. Satis patet, Biblia hæc eſſe diverſa ab opere de* Laudibus DEiparæ, *ex quo locus mutilus horum Bibliorum ſuppletur.*

---

(76.) ALBERTUS PISIPHILUS: Sub ejus perſonato nomine latere *Hermannum* BUSCHIUM, indicat *Bailletus* in Catalogo des Autheurs deguiſez pag. 521.

---

(77.) ALBERTUS DE SAXONIA, Auguſtinianus, qvod falſo Grammaticæ Speculatione JOANNIS DUNS SCOTI, notiſſimi illius Doctoris Angli, ſubtilis cognominati, auctor jactetur, legere eſt apud *Wharton* app. Hiſt. Litter. Caveanæ p. 36.

---

(78.) ABBAS ALBIGENSIS, nomine vero Mr. TOINAT, eſt: ut oſtendunt verba de l'*Hiſtoire des Ouvrages des Scavans* Novembre 1694. p. 133.

(79.) EX ALBIIS. v. *Albius*, & Anon. 1977.

---

(80.) ALBINI JOANNIS SCOTI ALCUINUM nomine latere voluiſſe indicat *Bailletus* in Catalogo des Auters deguiſez p. 524.

---

(81.) THOMAS ALBIUS, ſeu EX ALBIIS, de ALBIORUM familia, ANGLUS. Ejus nomine recenſet aliquot ſcripta Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ. pag. 31. a. quæ lit. (a) conſpiciuntur. Verum Auctoris nomen ibidem aſſerit eſſe *Thomam* WHITE. v. ſupra in *Anonymis Cap. VIII* dicta nobis de alio *Thoma Anglo* ex Albiis Eaſt Saxonum, auctore *Stateræ morum.*

(a) Hyde

(a) Hyde Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 31. a.

Tho. ANGLUS *ex* Albiis, *ſeu de* Albiorum *familia, cujus verum nomen eſt* Tho. White.

De Mundo *Dialogi tres. Par.* 1642.

Ratio Villicationis ſuæ, de medio Animarum ſtatu. Par. 1653. 8. Et Colon. Agr. Anno 1659. 8.

Inſtitutiones Theologicæ, ſuper fundamentis in Peripatetica Digbæana jactis, extructæ; 2. Tomis 1652. 8.

Inſtitutiones Peripateticæ, ad mentem K. Digbæi. Lond. 1647. 8.

Appendix Theologica, de Origine Mundi. ibid.

Sonus Buccinæ *ſeu de* Virtutibus fidei & Theologia de Gratia, & Libero Arbitrio. *Col. Agr.* 1659. 8.

Euclides Phyſicus, *ſeu de* Principiis naturæ, ſ. Stoecheiodea. *Lond.* 1657. 8.

ALBOHAZEN v. *Hali.*

ALBONESIUS v. *Regulus.*

---

(82) (83) ALCABATS ſeu ALCABETS: Is eſt R. SALOMON LEVITA, *filius* Alcabets: cujus nomine citatur a Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 130. 1. *Portiones Levi* ſ. Commentarius in libellum Eſther Ven. 1590. 2. *Radices Jeſſe*, ſeu Commentarius in Ruth. 1566. 4to.

---

(84) ALCANDRO ou plutôt ALEANDRO *Piſano, Giovanni: Jean André* SPINOLA. Ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 521.

ALCASAR v. *Gongora.*

---

(85) ALCASIRN: ZACHAR. f. de *Mah. Palea:* Verba ſunt *Bailleti* Catal. des auteurs deguiſez p. 521.

---

(86) *Andreas* ALCIATUS: Ejus nomine venditatur *Practica* ſive *Speculatoris Epitome* Anno 1537. edita. Cujusmodi librum nec ſomniaviſſe ſe unquam, nedum compoſuiſſe, idque vel ſtylum indicare, ait *Alciatus* præfat. Commentariorum ad Titulum: *Si Certum petatur*: uti monet *Symbola Normanniana*, ſemidetectis Pſeudonymis hunc accenſere librum hoc ipſo jubens.

---

(87) Sotto nome finto D' ALCINIO Lupa, ſi truova *L' Ambaſciatore Invidiato* di *Ferrante* PALLAVICINO di Piacenza, il quale fu decapitato in Avignone, per haver dato alle ſtampe alcuni ſcritti contro l' Autorità del Pontifice Urbano VIII. de' quali habbiamo fatta mentione alcune negl' *Anonymi* cap. 16. Della preſente operetta rendono teſtimonianza, il *Ghilino*, il *Bruſſoni*, & l'autore dell' *Academia degli Incogniti di Venetia*, aſcrivendolo concordevolmente al detto autore.

(87. *α*) ALCINOUS. Librum *de doctrina Platonis*, quem Commentariis illuſtravit Jac. *Carpentarius*, perperam Alcinoo tribui ſuſpicio eſt. Longam enim ſententiam ex capite ejus 10. citat Euſebius l. 11. Præp. Evang. C. 23. ſub nomine cujusdam DIDYMI, quem infra l. 15. c. 13. *Arium* prænominat. Niſi forte hic Didymus ab Alcinoo accepit. Joh. *Bona*, Card. Notit. Auctor, quam præfixit Divinæ Pſalmodiæ. *Symbola* h. e. *Diecmanniana.*

---

(88) Flaccius ALCUINUS Albinus Anglus, Caroli M. Præceptor. De eo ita ſcribit *Th. Raynaudus* de libris malis & bonis, loco ſuperius citato, p. 122. *Alcuino* (*ut refert Chriſtophorus* Madridius *lib. de freq. Commun. cap. 3.*) *multi doctiſſimi Viri ſuppoſuerunt librum de* Eccleſiaſticis dogmatibus, *quem* Gregorius Arimenſis *ex rubricis antiquis*, (*ut ait*) *adſcribit Divo* AUGUSTINO; *ſed liber ille neque* Auguſtini, *neque* Alcuini *eſt*, at GENNADII, qua de re vide infra in ſcriptis *Auguſtini.* De hoc auctore ſcriptisque illius variis bene multa vide apud *Sigebertum*, de Script. ill. cap. 82. *Bellarm.* ad A. D. 780. *Tritthemium* de ſcript. Eccleſ. fol. 250. *Geſner.* pag. m. 196. 197. *Voſſ.* de Hiſt. Lat. lib. 2. c. 30. pag. 280. 290. ex eoque *Zeiler.* part. 2. p. 4. de Hiſtoricis Chronol. &c. *Gerhard.* Patrolog. p. 506. *Olearium* Abaci Patrum p. 17. 18. Ejusdem ſcriptum *Caroli M.* nomine, *de Imaginibus editum*, vide infra ad nomina *Caroli Magni* & Eli, PHILI. Ejusdem nomine ſcriptum editum (II) *ad Carolum Magnum*, tanquam a *Joanne* CALVINO confictum refert in præfatione ſui apparatus *Poſſevinus*, idque illo nomine confixum per indicem Romanum memorat *Th. Raynaudus* de malis & bonis libris part. 1. Erot. 10. §. 3. n. 267. p. 163. Sed an recte *Calvino* tributum hoc opus ſit a Papa, viderint alii. (Dnus a *Maſtricht* addit in margine: Vidit Clariſſ. & Doctiſſ. *Daleus* in ſcripto de imaginibus ſacris) Suſpicionem enim merito nobis hic quoque movent exempla notiſſima & recentiora alia, quæ facile nos erudiunt hac in parte de technis Curiæ Romanæ, modo affingentis opiniones certas certis ſcriptoribus, quas iidem nunquam habuere, ceu *Defenſores Janſenianorum Manium*, inter alios *Janſenio* factum publicis ſcriptis abunde probaverunt: modo auctorem alium ipſi ſcripto affingentis, in quem liberius ſævire poſſit. Cujus poſterioris facti exemplum illuſtre recensque videre eſt, in Inclyti Scriptoris *Petri de Marca*, Archiepiſcopi, Libro *de Concordia Sacerdotii & Imperii*, ſeu *De Libertate Eccleſiæ Gallicanæ*, Pariſiis, 1641. in 4. & rurſus 1663. impreſſo, laudatoque ante ſæpius catholicorum plurimis atque doctiſſimis, qui per Decretum ſacræ (quemadmodum auri Sacra fames) Indicis Congregationis Romæ die 17. Novembris Anno 1664. promulgatum, confixus eſt hoc modo: *De Concordia Sacerdotii & Imperii, ſeu de libertate Eccleſiæ Gallicanæ liber a Stephano Baluzio impreſſus*, Pariſiis anno 1663. *perperam adſcriptus* Petro de Marca, *ex cujus retractatis ſcriptis, aliorumq; erroneis ſententiis opera præfati* Baluzii *editus eſt*, de quo decreto ita prudenter judicavit *Diarium Eruditorum Gallorum*,

Anno

Anno 1665. die 12. Januarii. *La Cour de Rome ayant touſiours ſes viſées, il n'eſt pas trop ſeur de s'attacher ſcrupuleuſement à ces Cenſures. C'eſt pourquoy ce Decret ne doit pas empeſcher, qu'on ne faſſe tousjours autant d'eſtime qu'on faiſoit du livre* des Libertez de l'Egliſe Gallicane, *compoſé par feu* M. de Marca; *En effet il ne contient que des Maximes tres-conſtantes, & qui peuvent paſſer pour des loix fondamentales de cette Monarchie. De meſme on n'aura pas moins bonne opinion de la ſincerité de M. Baluſe, quoy qu'on l'accuſe dans ce Decret d'auoir fauſſement attribué ce livre à M. de Marca. Car il eſt viſible que la Congregation n'a uſé de cette addreſſe, que par ce qu'elle s'eſt imaginée qu'il ſeroit plus facile de deſcrier ſon livre, en ſubſtituant à ſa place une perſonne d'une dignité moins relevée dans l'Egliſe.* i.e. *Curia Romana, cum perpetuo ſuos habeat peculiares ſcopos, ad quos collimet: tutum ſatis haud eſt, ipſorum Cenſuris ſcrupuloſius inhærere. Quam ob rem etiam hocce Decretum impedire non debet, quin pretium fiat idem impoſterum, ac olim Libro* De Libertate Eccleſiæ Gallicanæ, *compoſito à piæ memoriæ Domino* de Marca. *Et ſanè non continet ille, niſi propoſitiones certisſimas, quæque pro Legibus hujuſce Monarchiæ fundamentalibus haberi mereantur. Similiter non minus bene ſentiemus impoſterum de ſinceritate Domini* Baluſii, *quamlibet accuſetur in hoc ipſo Decreto, quaſi falſo attribuerit librum hunc* Domino de Marca. *Etenim manifeſtum eſt, Congregationem non alio fine hac uſam eſſe dexteritate, niſi quod auſa non eſt directe invadere memoriam Magni hujuſce Archi-Epiſcopi: quodq; ſibi perſuaſit, facilius fore librum hunc ipſum infamare, ſupponendo eidem Auctorem alium, cujus perſona minus excelſam in Eccleſia dignitatem obtineret.* Si taliter habet Congregatio Archi-Epiſcopos ſuos, quid non audebit erga inimicos Capitales? quos hæreticos vocat, & anathemate prout lubet feriendos ſibi ſumit? v. plura de hoc *Alcuino* ll. cc. infra ad nomen *Caroli M. Eliphili*, & *Calliopii*.

III. Eidem falſo hactenus ſuppoſitum librum de *S. Baptiſmate ad Carolum M.* AMALARIUM Fortunatum Trevirenſem, Alcuini diſcipulum auctorem habere *Sirmondus* docet, & ex eo *Labbeus* apud *Olearium* Abaci Patrum pag. 24. IV. De *Homiliis* ejusdem cum alieni Interpolatoris opere confuſis vide C. *Barthium* Adverſarior. lib. 43. cap. 26. (a) *Poſſev.* Appar. ſacri Tom. I. p. 37. & 298.

De occaſione ſcripti vero modo memorati, quod *Alcuini* nomine extat, ad Carolum M. *de Baptiſmate*, nos admonet *Journal des Scavans* an. 1676. p. 75. ſub lit. (aa) in recenſione Analectorum veterum Mabillonii. Quibus jungi poteſt *Cave* Chartophylacis Eccleſ. pag. 149 & hiſtor. litter. 350. a. (V.) A nonnullis *Alcuino* noſtro etiam tribui ſcriptum, cui titulus: *Vita Caroli M.* monet *Voſſius*: ſed illud potius adſcribi debere EGINHARDO cenſet, *de* Hiſtoric. Latin. Lib. II. c. XXX. p. 289. 290. Cæterum VI. Alcuini perſonato nomine prodiiſſe, primum ſolis octo capitibus, *Inſtitutiones* CALVINI, vide memorantem *Prideaux* Orat. IX. pag. 85. inſectantem vero etiam Cornelium *Schultingum* Bibliothecæ Catholicæ contra Calvinum & Martyrem part. I. cap. 28. p. 19. (b) Ubi de Inſtitutionum Calvini editionibus agit. Sub *Alcuini nomine* latere *Calvinum* notans etiam *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 521. aliquando *Johannem Scotum* monet ſibi fictitium Alcuini nomen circumpoſuiſſe: uti *ſupra num.* 80. jam indicavimus. VI. *Homiliarium* quod PAULO DIACONO debeatur, etiam *Cave* Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 350. b. huic Alcuino ſuppoſitum memorat verbis ſub lit. (c) a nobis excerptis. Quibus adde notas *Diecmannianas* (d) ſerius allatas: itidem & *Maſtrichtiana* (e)

(a) Barthius adverſar. lib. 43. cap. 26. *Porro Imperante Carolo M.* Alcuinus Albinus *Flaccus, homo ſuorum temporum ſine controverſia eruditiſſimus, opus nobis* ex omnibus *fere* Homiliarum ſcriptoribus *concinnatum ad tempora dedit, in quod tamen & ſuorum nonnullas Tractationes admiſit. Atq; idipſum deniq; opus ab alio interpolatum eſt, quod parum hactenus animadverſum eſt. Nam conciones in eo volumine deprehenduntur, diutino, poſt Carolum M. tempore ſcriptæ. Sed compoſitione accurate inſtituta, utrumque opus ad nos perveniſſe comperimus, & Alcuini legitimum prius, & interpolatoris eum ſequentis. Qua de re alibi. &c.*

(aa) Journal de Scav. anno 1676. pag. 75.

*Entre les pieces les plus conſiderables, on trouve* la lettre circulaire que Charlemagne écrivit *à tous les Archeveſques & Eveſques, qui etoient dans la dependance de ſon Empire, pour les obliger de reduire par ecrit les Inſtructions qu'ils avoient coûtume de faire dans* l'adminiſtration du Baptême, *& la maniere avec laquelle ils expliquoient toutes les ceremonies qui s'y pratiquent. On executa fidelement ce que ce Prince Religieux avoit ordonné, & nous avons encore quelques uns des ouvrages, qui furent faits ſur cette matiere qui ſont venus jusqu'à nous; comme celuy de* Theodulphe Eveſque d'Orleans, *qu'il compoſa par l'ordre de* Magnus Archeveſque de Sens *& celuy* d'Amalarius Archeveſque de Treves *que l'on attribue à* Alcuin.

La Confeſſion de foy *que le P.* Chifflet *a fait imprimer ſous le nom du* même Alcuin, *a donné lieu a cet* Auteur *de faire une* Diſſertation ſur ce ſujet. *Ce luy qui nous a donné l'office du S. Sacrement pour toute l'anneé, en a tiré un tres bel endroit pour prouver la realité du corps de Jeſus-Chriſt dans l'Euchariſtie: mais il a temoigné à même temps, qu'il y avoit ſujet de douter ſi* Alcuin *eſtoit Auteur de cette Confeſſion.* M. Daillé *a pouſſé plus loin cette difficulté, & dans une de ſes diſſertations il a pretendu prouver qu'* Alcuin *n'eſt nullement auteur de cette* Confeſſion, *mais quelque autre qui vivoit aprés* S. Anſelme. *Le P.* D. Mabillon *s'eſt principalement attaché aux argumens de M.* Daillé, *& apres y avoir repondu & examiné l'antiquité du M. duquel celle Confeſſion a eſté tirée, qu'il prouve avoir eſté faite il y a plus de 800. ans, il*

*apporte pluſieurs raiſons tres fortes pour prouver que cette piece eſt* veritablement d'Alcuin.

(b) Schultingi Biblioth. Cathol. contra Calvinum & Martyrem part. I. c. 28. p. 19.

*Reprehenſio tituli ſive Epigraphes confictæ ac commentitiæ ad decipiendum ſimplicem Lectorem excogitatæ editionis Argentoratenſis anni M.D.XXXIX. Cap. XXVII.*

*Hujus editionis ementiti tituli talis eſt inſcriptio:* Inſtitutio Chriſtianæ religionis, nunc vero demum ſuo titulo reſpondens, auctore Alcuino, Argentorati apud Wendelinum menſe Auguſto, anno Domini 1539. *& ad initium perfectionis, ut putes eum cum Carolo Magno loqui.* Potentiſſimo, *ait*, Illuſtriſſimoque Monarchæ, magno Francorum Regi, Principi ac Domino ſuo Alcuinus. *Illud aut maxime falſitatem harum Inſtitutionum & fraudulentum* Calvinum *Joannis Calvini redarguit, quod in prima editione proprium ſuum nomen reticuit, & ſub nomine & auctoritate* Alcuini præceptoris Caroli Magni *invulgus ſparsit, ut & Alcuini nominis celebritas ac fama, vitæq; ſanctitas & ſumma doctrina majorem his Inſtitutionibus auctoritatem conciliaret. Tametſi inverſis & immutatis literis* Alcuinus Calvinum *deſignet, tamen cum hoc ſtatim rudioribus non ſuboleat, voluit ſimplicioribus hac nominis mutatione imponere, ut cum Alcuinus tempore Caroli Magni, ante annos octingentos floruerit, videatur hic liber non primo nunc natus, ſed antiquitatis nomine ſub titulo Alcuini deliteſcens plurimum commendatus, aut ſaltem eò alludere voluit, ut quantam auctoritatem apud Carolum Magnum Alcuinus, (quæ ſane, præſertim in rebus Eccleſiaſticis ſumma fuit) obtinuit, eandem auctoritatem hic novus & fictus Alcuinus* Calvinus *ſcilicet apud* Franciſcum, *Regem Galliarum ſibi comparare poſſet.*

(c) Cave Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 350. b.

*Denique* Homiliarium Pauli Diaconi *in pleriſq; codicibus* Alcuino *male inſcribitur, & ſub illius nomine typis excuſum aliquoties prodiit: ſub ejusdem ſubinde nomine a nobis in hoc opere non raro citatum.*

(d) Notæ Diecmannianæ Marginales.

*Andreas* Du Cheſnius *vitam* Alcuini *per annos digeſſit, & editioni operum ejus ao. 1617. Paris fol. editorum præmiſit.* Alcuini *ſeu potius* Calvini commentarii in libros de Trinitate, *lego in Ind. libr. probib. Clementis X. pag. 6. & Innocentii XI. itidem pag. 6. Pontificiis reſpondet* Prideaux *Orat. de Pſeudepigr. Operum ejus Theol. p. 398. et de Calvino convicto: ita & Claudius* Clemens *Muſei l. 2. ſect. 3. c. 3. p. 399. Deniq; quam* Alcuini *nomine* confeſſionem fidei *Franc.* Chifletius *edidit, ſingulari Diſſertatione poſtuma, Rotomagi in 4. edita Jo.* Dallæus Alcuini non eſſe *oſtendere conatus eſt. Ei tamen Jo.* Mabillon. *T. I. Veter. Analect. aſſeruit. v.* Journal des Scav. *A. 1676. p. 76. Et qui* Alcuino *a* Bellarm. *de Script. Eccl. aliiſq; tribuitur liber de* divinis officiis, *ejus eſſe negatur ab ipſo Card.* Bona *in Notitia Auctorum, quam ſuæ Pſalmodiæ præmiſit: & ante eum a* Quercetano, *cujus verba exhibet Matth.* Larroque *dans l'Hiſtoire d'Euchariſtie P. 2. Ch. 12. p. 567. ed. Ambſt. 1671. 8. Plures ex Pontificiis citat* Tentzel. *Exerc. ſelect. P. I. p. 356. Ac de* Calvini Inſtitutionibus: Alcuini *nomine ipſas* Calvini *Inſtitutiones editas eſſe, ex Reformatis ſcribit William* Jenkyn *in Expoſition of the Epiſtle of Jude, P. I. pag. 7. ed. Lond. 1652. 4.* Verba Jenkyni *hæc ſunt:* Calvin's Inſtitutions vvere printed under the name of Alcuinus. *Quod alibi legiſſe non recordor.*

(e) Maſtrichtiana Symbola.

ALCUINUS.

*Putat dubitanter eum auctorem Carminis de* Congreſſu Caroli & Leonis, Reineſius *de Pallat. Lat. pag. 35. quod* Bartius *adſcribit Ferio* Helperico, *cujus elogia vide, ubi locus Reineſii. Quo factum, ut* ſecundum ſacramentorum librum, Grimoldo *potius Abbati, juxta manuſcriptorum codicum fidem, quam* Alcuino *ſecundum* Micrologi *ſententiam adſcripſerim.* Jacob Pamelius, *in præfatione in primum tomum Liturgicor.*

*Paſſim a Joh.* Dalæo *in opere de confirmatione vocatur* pſeudo-Alcuinus. *vid. & lib. 2. cap. 25. pag. 239. fine. Item de jejun. & quadrageſima, aliiſq; operibus.*

ALCUINUS.

*Scriptor de divinis officiis, qui Alcuini nomine ſed falſo circumfertur (eſt enim auctoris, ut eruditi obſervarunt, multo recentioris)* Dalæus *de cultib. Relig. lib. 5. cap. 4. pag. 591. pr. Idem cap. 25. p. 705. Blondellus libro Gallico de Euchariſtia docuit multis argumentis, id opus longe Alcuini ævo eſſe recentius; poſtea ſeculo XI. extremo ſcriptum dicit.*

Larroquanus *in adverſ. lib. I. pag. 160.* Alcuinus vel potius Larvatus auctor de divinis officiis.

Alcuinus de officiis.

*Non eſt* Alcuinus, *ſed ut videtur* Seculi XI. ſcriptor. *vid.* Dalæum *de cult. lat. Relig. lib. 8. cap. 5. p. 1039. med.*

Remigium Autiſſiodorenſem *auctorem eſſe* libri de divinis officiis *ſub* Alcuini *nomine male editi, probat* Albertinus *de Euchariſtia, lib. tertio, p. 937. in fin. & ſeq.*

ALCUINUS.

*Ejus eſſe* libros ſeptem contra Felicem Orgelitanum, *non cui adſcribuntur* Paulini Aquilegienſis, *vid. apud* Raynaud. *de mal. & bon. libr. §. 243. fin.*

*Apud eum legitur* Carmen quod in ramis palmarum in Eccleſia concinitur, *& tribuitur vel* Thedulpho *Epiſcopo* Aurelianenſi *vel* Renaldo *Epiſcopo* Lingonenſi: *vid.* eund. §. 251.

---

(89) *Petrus* ALCYONIUS. Ejus *duo* prodiere *libri de Exilio*, Venet. 1522. in Genev. 1624. in 4to. quos ex opere M. Tullii *Ciceronis* de Gloria tranſtuliſſe, hoc abolito, indicat *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 17. quod & ante me docuerat *Colomeſius* in Κειμηλίοις literariis c. XV. pag. 31. & *König.* Bibliothecæ Veter. & Nov. p. 24. ubi allegat

legat locum ex P. *Manut.* Comm. in Cicer. Epiſt. ad *Atticum* l. 15. ep. 29. Repetiit *Bayle* Dictionaire Tom. I. p. 183. additis ut ubique alias aliqui bus valde notatu dignis.

(90) ALDEANO *Academico:* fictitium hoc eſſe nomen, quo latere voluerit *Nicolaus* VILLANI, indicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 521. & *Antibailletus* Tom. II. p. 107. At Gjov. Pietro Giacomo *Villani*, qui eſt perſonatus Pater *Vintimiglia*, in ſua Viſiera Alzata Hecatoſtes num. XXXVI. p. 50. *da Piſtoja* Nicolaum Villani ſcribit eſſe, librum vero illius *Diſcorſo Academico ſopra la Poëſia Giocoſa in propoſito della Pedanteſca.* Adde *Cinelli* Bibliotheca volante Scanzia I. p. 33. unde (a) excerpta. Ubi citatus ex P. Vintimiglia Bibliotheca Aproſiana locus nihil, quod huc pertineat habet. Idem confirmat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 521. ut & *Acta Eruditorum Lipſ.* Anni 1682. p. 11. in Anatomes Animalium Blaſianæ recenſione, cujus primæ parti aliqua ex memorato Aldes tractatulo inſerta obſervant.

(a) Cinelli Biblioth. Volante Scanzia I. p. 33.

Cantici di Fidenzio *a' quali con l' auxilio del prelo ſi ſono aggiunti altri cantici e Rithmi di molti celeberrimi Ludimagiſtri, e Profeſſori della priſca fauella. Vicenza, per Giorgio Greco in 12. Furno piu volte ſtampati in Firenze. Perche corre una ſtrana voce circa l' autor vero: Veggoſi* Niccola Villani *à 85. del ſuo diſcorſo della Poeſia giocaſa ſtampato ſotto nome dell* Accademico Aldeano, *e'l P.* Angelico Aproſio *Ventimiglia à 630. della prima parte della* Bibliotheca Aproſiana.

(91.) ALDES *Diſſertatio Epiſtolica contra Guilielmum Harvæum* Amſtelodami 1666. in 12. pauciſſimis foliis conſtans prodiit, auctore, (ut habet inſcriptio Epiſtolæ, ) Theodoro ALDES Anglo, *ad Amicum Batavum* ſcripta, quædam in anatomicis ab *Harvæo* minus accuratè obſervata, melius exponens, cauſſasque errorum Harvæanorum indicans. Eam eſſe *Matthæi* SLADI, Medici Amſtelodami, ni fallor adhuc degentis, ex nominis ſimilitudine, aliisque nonnullis argumentis, collegiſſe ſe ſatis probabiliter indicavit *Amicus quidam*, & ipſe Medicorum haudquaquam infimus.

*Addit hic* Symbola Maſtrichtiana. Theod. Aldes *perſonatus ſcripſit* diſſertationem Epiſtolicam *contra* Guilielmum Harvæum, *tribus obſervationibus anatomicis in vitulis & vaccino utero factis, quæ auctior poſtea edita. Dein Anno* 1668. obſervationes in ovis inſtitutas. *Eſt* Matthæus Sladus, *Medicus Amſtelodamenſis, vid. le* Clerc *&* Manguetti *Bibliothecam anatomicam, ubi hi tractatus* Slado, *adſcribuntur.*

*Dedit idem ſub nomine* Aldis Sciagraphiam nutritionis pulli in ovo, fœtus vaccini in utero & fœtus humani in utero ſuo. *ib. &* de urina.

(92) *Vittorio* ALDIBERTI: de hoc autore *Villani Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XCIX. p. 90. ſequentia (a) affert: quæ declarare cum nequeam neſcius nominis illius, cui dedicatus eſt liber ille Marchionis, ulteriori aliorum indagini hunc *ſemidetectum* hic relinquo. Verba ſic habent.

XCIX. Compendio Iſtorico della Nobiliſſ. Antichità di Caſa *CEVOLI del Conte VITTORIO ALDIBERTI. In Fir. nella ſt. di S. A. S. M. DC. LXXI. 12.*

*Mi ſi dice eſſere l' Autore finto, ſoſpettandoſi eſſere opera dello ſteſſo* Marcheſe à cui è dedicata. *Ne l' affermo, ne lo nego, rimettendomi a chi ſia miglior ſegugio. Non poſſo però tacere d' eſſermi maravigliato, che in Firenze dal reuiſore per gl' intereſſi politici ſi ſia permeſſo un libro in cui al maggior ſegno viene oltraggiato l' all' hora Eminentiſſimo Cardinal* Creſcentio.

(93) CINTHIO ALDIMACHIO: Perſonatum eſſe nomen indicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 521. ſub quo lateat *Franciſcus* MAIDALCHINI. Quod & confirmat la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XLI. p. 53. ubi aliqua ſub ficto hoc nomine edita ſcripta memorantur, ut ex eis, quæ hinc ſub lit. (a) excerpſimus, ad oculum patebit.

(a) Villani Viſiera alzata num.

*XLI. Franceſco MAIDALCHINI. da Viterbo del Ordine de Predicatori, Figliuolo del Marcheſe Fratello di D.* Olimpia, *Soggetto di vaglia, à cui morte invidiò la Porpora, perche in ſua vece ne fuſſe ornato il Fratello, ſtampò in Venetia diverſi Opuſcoli ſotto il proprio, che ſono un* Panegirico *in lode di quella Republica*, e Diſcorſo ſopra l' Auuento *del Signore: ed altri ſotto quello del Conte* Cinthio Aldimachio. *A me ſouuiene ſol di queſto.*

Filimanto Prencipe di Cipro *T. C. di* Cinthio Aldimachio *Accademico Etero lito, tradotto nella lingua Italiana da Acadio Belinzi da Città di Caſtello. In Braciano per Andrea Fei M. DC. XXXVIII. 12.*

(94) *Tobias* ALDINUS Cœſenas, Botanicus Pontificius. Ejus extat *Hortus Farneſianus: ſive exactiſſima deſcriptio rariorum quarundam plantarum, quæ continentur Romæ in Horto Farneſiano:* Romæ typis Jacobi Maſcal. anno. 1625. in folio. Quem magnam partem deberi *Petro* CASTELLO, Medico Meſſanenſi, docent verba *Bartholini*, a nobis ſub lit. (a) ex ejus diſſertatione II. de legendis libris p. 45. excerpta. Quibus adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 521. Fuit hic auctor Profeſſor primo Romæ publicus: Deinde vero Profeſſor Medicinæ Theoreticæ primarius Meſſanæ. Uti apparet ex libro Italico *de Theriaca* edito à Joh. Domenico Cordulluccio Pharmacopola Meſſanenſi, Meſſinæ 1637. in 4. qui pag. 3: hæc habet: *Maſſimo confidato nel valore & benignità del dottor* Petro

d 2 Caſtelli

Caſtelli Rom: *fatto noſtro nobile Meſſineſe Lettore ordinario della prima cathedra di Medicina Theorica, e gia in Roma Lettore de Simplici e coſe naturali, nella cognitione de qvali tra ſempliciſti de noſtri tempi tiene il primo luogo, come teſtimonio ne fà il dotto libro de Semplici piu rari dell'* Horto Farneſiano, *ſotto nome altrui divolgato, oue ſi leggono mater'e da Sempliciſta Philoſopho. Ultimamente hà in queſta noſtra città dato alle ſtampe, l'* Annotationi ſopra l' Antidotario Romano, *opera in vero degna d'un tanto nome che ſi come Roma è la Regina delle Citta coſi qveſto erudito Antidotario ſi deve ſtimare il Rè delli Antidotarii.*

(a) Bartholini de legendis libris Diſſert. II. pag. 45.

Tobiæ Aldini Botanici *Pontificii* Hortus Farneſianus, *qui* Petri Caſtelli *opera concinnatus fertur* (*nec etiam id ipſe* Caſtellus, *quem Meſſanæ in Sicilia conveni, diffitebatur, tacitèque in Præfatione operis indicavit*) *autorem cujus nomen gerit, facile prodit, in re herbaria verſatiſſimum, licet ad formam conciliandam & illuſtrandum textum opera amici Caſtelli uſus ſit.*

(95.) *Ludovicus* ALECTORIUS, à quibusdam creditur eſſe *Theodorus de* BEZA, ut indicium nobis facit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 521. addit tamen ſe dubitare.

(96.) Chriſtianus ALEMANNUS, quod ſit fictitium nomen, æque ac *Regius Selenus* & *Chriſt. Thraſibulus*, occultans unum *Baſilium* MONNERUM, indicat *Limnæus* Jurispublici l.1. c. 11. §. 72. non addens, quidnam librorum ſub hiſce nominibus prodierit. *Baſilii Monneri* nomine extant *de Matrimonio, deque Clandeſtinis Conjugiis* Tractatus. Francof. 1561. & Jenæ 1603. utrobique in 4to excuſi, nec non *Orationes* Francof. 1560. 4to. De fictis vero nominibus tribus cunctis omnes mei Bibliothecarii muti ſunt. Adi tamen *Thomaſium* Epiſt. I. de Certamine Interimiſtico, ubi *Melanchthonis* Epiſtolarum lib. 2. p. 20. citat. Præterea Joh. Chriſtoph. *Becmannus* memorat, in Catalogo Bibliothecæ Francofurtanæ p. 11. prodiiſſe ſub Chriſtiani Alemanni Nomine Baſileæ 1547. in 4to. Gedancken vom Kriege Anno 1546. und 1547. in Meiſſen und Sachſen geführet. At *Symbola Jacobi Thomaſii* Anni 1674. d. 14. May. Lipſia miſſa non poteſt non (a) verbotenus *hic adſcribi. Uti nec Diecmanniana, quæ ſic habet: Baſilius Monnerus* ſub *Regii Selini* nomine Tract. ſcripſit von der Defenſion und Gegen-Wehr / ob man ſich wieder der Obrigkeit unrechte Gewalt wehren möge? Qvem librum cum pluribus aliis anonymis *Hortlederus* Parti Secundæ libri ſecundi von Rechtmäſſigkeit / Anfang / Fort- und Ausgang des teutſchen Krieges inſeruit.

(a) Symbola Jacobi Thomaſii Epiſtolica 1674. d. 14. May.

*In* Pſeudonymis *pag. 140. mones de* Baſilio Monnero *ſub* Chriſtiani Alemanni, Regii Selini (*ſic enim legendum,*) *&* Chriſtoph. Thraſybuli *nominibus ſuum occultante. Quibus in ſcriptis hoc fecerit, nec* Limnæus *prodit, nec ego definire accurate poſſum. Certum tamen habeo, unum alterumve exiſtis nominibus uſurpaſſe* Monnerum *in cauſa certaminis Interimiſtici & Adiaphoriſtici, in qua ſtetit ipſe à partibus* Flacii adverſus Melanchthonem. *Ita ſentire me faciunt, quæ* Philippus *ipſe* Melanchthon *ad* Mattheſium *ſcribit* (libell. Epiſt. II p. 70.) *dum ſcripta Regii Selini Sycophantica vocat, ipſum* Empæctam; *quibus addit:* Tempore belli Regius erat Selinus, nunc eſt Chriſtian Aleman. Auctor eſt Baſilius Monnerus. *E quibus lucem ſimul accendes his verbis, quæ leguntur in ſcripto Scholaſticorum Witebergenſium ad criminationes Flacii* Ao. *1558. edito lit. H. pag. 4.* Tuus vero ille *Baſiliſcus*, (*alludunt ad prænomen* Baſilii,) qui ceu Proteus aliquis & Vertumnus nomina ex occaſionibus mutat, & alias *Regii Selini*, alias *Chriſtophori Traſybuli*, alias *Chriſtiani Alemani* nomine velut hiſtrio in ſcenam perſonatus prodit. *Huc & illa pertinent iterum* Philippi *Anno 1557. è Conventu Wormacienſi ſcribentis ad* Camerarium (p. 725. epiſt. ejus ad Camerar.) Congruere ſententias & voluntates omnium intelligo πλὴν τῶν Μεθωναίων (Weimarienſes *intelligi diſces è* Peuceri *tractatu Hiſtorico de Phil. Melanch. ſententia pag. 91. &* Dreſſero *Part. I. Iſag. Hiſtor. pag. 80.*) diſcurrit at Furca is, qui ſe recte nominat θεραπόβουλον, & petit audire ſuorum παρβουλεύματα. *Hinc & illud Camerarii in vita Philipp. Melanch. eundem Conventum deſcribentis p. m 366. Erat additus Theologis iſtis quidam ex ſcriba Ludimagiſter, ex Ludimagiſtro factus Juris conſultus, tanquam vel cuſtos vel emiſſarius, quem animadverſum eſt & loquendo & ſcribendo quaſi flabello ſeditionis Flacianas conſpirationes ventilare atque inſuper conflare, & furiæ inſtar volitantem ubique odia atque diſcordias excitare.*"

## ALESSIO v. *Abbatutis.*

(97.) *Theophilus* ALETHEUS: Hujus perſonato nomine prodiit Amſtelodami primum *Polygamia triumphatrix* i. e. *diſcurſus Politicus de Polygamia.* Qui liber recuſus eſt anno 1682. Londini Scanorum, adjectæque ei notæ *Athanaſii Vincentii*, ut indicant *Nouvelles de la Republiq. des Lettres, du mois* d'Avril 1685. p. 339. ubi adjectam videbis & ipſius tractatus, & notarum ei additarum epicriſin. Subjungitur deinde p. 358. Epiſtola *D. Maſii ad Alixium*, unde colligere licet verum Auctoris de Polygamia libri nomen eſſe *Johannem* LYSERUM, cujus genus, vita, & mors ibidem prolixe explicantur. Quemque aſſerunt etiam *Bailletus*, in Catalogo des Auteurs degviſez p. 521. & ex *Heiſigii* amici epiſtola, *Symbola Normanniana.* Liber ipſe famoſiſſimus eſt & ſæpius recuſus atque refutatus à quam plurimis partim etiam Pſeudonymis. De quibus ſuo loco. Germanice qvoque prodiit titulo das Königliche Marck aller Landen v. Joh. *Brunsmann.* Nupt. prohibit. c. 1. pag. 2. & ſeqq. Editio mea eſt in 12. hac inſcriptione *Diſcurſus Politicus de Polygamia, Auctore* Theophilo Alethæo (*Salomon.* Eme veritatem nec vende illam. *Johannes.* Si male locutus ſum proba, ſi vero bene, quare verberas me) Friburgi, Apud Henricum Cunrath. 1674. pp. 96. v. infra Vincentius ATHANASIUS, & Daphnæus ARCUARIUS.

(97. a)

(97. α) *Chriſtianus* ALETHINUS Eſt *Jodocus* à LODENSTEIN. Scripſit perſonatus ſub hoc nomine Belgice *Een t' Saemenſprack noopende de formulieren van gebeden en onderrichtingen door* Jacobus à Lodenſtein, onder de naem van *Chriſtianus Alethinus* 1675. 8. vide indicem operum Jacobi *Koltmanni* poſt Commentarios Durhammi, in Canticum Canticor. belgice ab eo verſos, qui hoc opuſculum edidit. Symbola eſt *Maſtrichtiana.*

(97. β) *Chriſtianus* ALETHOCRITUS perſonatus dedit STRICTURAS IN NOTAS VOGELSANGII AD PAPAM ULTRAJECTINUM Ludovici *Molinæi* Londini 1670. in 4to qui non alius eſſe poteſt, quam *Ludovicus* MOLINÆUS, qui perſonatus ſub nomine *Lubomaì Colvini* dedit *Papam Ultrajectinum*, quem vult eſſe Gisbertum *Voetium* in Politica Eccleſiaſtica. *Symbola* iterum eſt *Maſtrichtiana.*

(98.) ALETHOPHANES: Fictum eſſe nomen hoc, aſſumptumque à *Franciſco* BLONDELLO, Medico qvodam Pariſienſi, docet *Bailletus* in Catalogo des Autheurs deguiſez pag. 521.

(99.) ALETHOPHILUS: Ejus nomen præfixum habet epiſtola quædam, impreſſa Jenæ 1678. in 4to, ſub titulo (I) Eilfertig Send-Schreiben an Theophilum, daß die neulich von den Erffurtiſchen Jeſuiten ausgegebene Zerſtörung des Päbſtiſchen Kind-Bettes / von Wort zu Wort aus dem alten Jeſuiten Scherer ausgeſchrieben ſey. Hanc autem epiſtolam agnoſcere Autorem D. *Johannem Friedericum* MAYERUM tunc Profeſſorem Wittebergenſem, nunc Conſiliarium Regium Svecicum &c. docet Symbola *Mullero-Flensburgiana*, ſimulque addit, eam recuſam eſſe additamque Ejusdem D. *Mayeri* Kriegen des Herrn vor die Evangeliſche Kirche. Witteberg. 1685. in 4to.

(100.) ALETHOPHILUS CHARITOPOLITANUS: *Jean* COURTOT. Uti monet *Bailletus* in Catalogo des Autheurs deguiſez pag. 521.

## ALETOPHILUS v. *Chriſtianus.*

(101.) ALETHOPHILUS *Curioſus*: Fictum hoc nomen eſt, ſub qvo prodiit Cosmopoli in 12. 1687. *Tractatus Politico-Hiſtoricus de Moribus, ritibus ac Ceremoniis, in Aulis Regum & Principum, Legationibus, Congreſſibus & Conventibus Magnatum uſitatis &c.*

Quem fœtum eſſe Celeberrimi Profeſſoris Altorfini WAGENSEILII, perſvaſere mihi plures, qui ex noſtris Altorffii ſtudiis per aliquot annos operam dedere v. n. 1391. de *directorio Aulico* eidem attributo dicta in *Anon.*

(102.) Sebaſtiani ALETHOPHILI *Epiſtola*, inter adjunctas alias *Experimentis Anatomicis Joannis Pecqueti*, Pariſ. 1654. in 4to editis pag. 164. legitur. Eam eſſe Domini de SORBIERE, cujus *Epiſtolas Gallicas* varia doctrina refertas, Pariſiis 1660. in 4to editas; aliaque nonnulla habemus, ex relatione Domini *Jacobi Mentelii*, de quo vide infra, ad nomen *Tilebomeni*, margini exemplaris ſui adnotavit laudatus aliquoties mihi, laudandusque iterum Civis & Amicus meus Dom. *Martinus Fogelius* Ph. & Med. D.

Vide etiam *Bailletum* in Catalogo des Autheurs deguiſez p. 521. & *l' Hiſtoire des Ouvrages des ſçavans* du fevrier 1692. p. 275. unde ea, quæ ſub lit. (a) conſpiciuntur, excerpſimus. Quibus addenda etiam ſunt illa, quæ ſub litera (b) ſuppeditat *Sorberianis* præfixa vita de Mr. Sorbiere.

(a) Hiſtoire des Ouvr. des Sçav. *Fevr. 1692. pag. 275. C'eſt* Mr. de Sorbiere, *qui avoit fait ſous le nom de* Sebaſtianus Aletophilus *la lettre latine contre Riolan ſur les veines lactées, qui ſe trouve inſerée dans le livre des Obſervations anatomiques du Pecqvet.*

(b) Sorberiana dans la Vie de Mr. Sorbiere. *Il revint encore à Paris ou il fit imprimer une autre* Lettre Latine contre Mr. Riolan *ſur l' opinion des Veines Lactées qve* Gaspard Aſellius de Cremone, *& celebre Anatomiſte de Pavie avoient decouvertes. Elle ſe trouve inſerée dans le livre des* Obſervations Anatomiques *de Mr.* Pecquet *à qui elle eſt addreſſée. J'avance cela cur la foi de ceux qui m'ont aſſuré, que* Sorbiere *eſt ce* Sebaſtianus Aletophilus, *ſous le nom du quel cette lettre fut publiée, de meme que celle, qui en l' année 1657. c'eſt à dire deux où 3. ans apres fut addreſſée* ad Lignerium de vitanda in ſcribendo acerbitate.

(103.) ALETHOPHILUS VON SELENEN nomen præfixum ſcripto, quod prodiit 1682. cum titulo: Hochgräffliche Stamm-baums-Betrachtung. Ejus verus Auctor eſt D. Caſpar SAGITTARIUS, uti patet ex Catalogo Scriptorum ejus, qui editus eſt an. 1694. in 12. p. 7. Confirmante *Symbola Junckeriana.* v. von *Selenen.*

(104.) ALEXANDER APHRODISIENSIS. Hujus nomine vulgata *Problemata* Auctorem habuiſſe ALEXANDRUM TRALLIANUM, & non Aphrodiſienſem, multæ ſunt rationes, qvæ perſvadere potuerunt, uti vult Hieronymus *Mercurialis* lib. I. variarum Lectionum c. 2. & 10. Idem ſcribit Petrus *Victorius* l. 25. Variarum Lectionum cap. 22. Interpres librorum *de Rebus ſuperis*, ſive Paraphraſtes, qui nunc vulgo Alexander Aphrodiſienſis fuiſſe putatur. Falſo! ut multis conjecturis intelligere licet. Mox *Pſeudo Alexandrum* vocat. Hæc ſuppeditavit nobis *Symbola Rauſchiana.* Cui addit *Normanniana*: Alexandri Aphrodiſienſis *de Figuris ſenſus & dictionis* G. ap. Aldum 1520. fol. NUMENII ALEXANDRI, ut putat Ravius ad Geſnerum.

ALEXANDER v. *Carriero.*

ALEXANDRINUS v. *Cyrillus.*

(105. 106.) ALEXANDER DE HALES ſeu HALENSIS vel ALENSIS, aut GALENSIS. Communi nomine ſolitus appellari Doctor irrefragabilis: v. *Königius* Bibliotheca Vet & Nov. pag. 25. b. Ei à nonnullis etiam cognomen attribui CARPENTER ſeu FABRICIUM, docet Thomas *Hyde* Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 18. b. Vitam ejus & ſcripta prolixe recenſet *Pitſeus* de illuſtribus Angliæ Scriptoribus Tom. I. pag. 315. inter qvæ recenſentur etiam bini *Commentarii, I. in Pſalmos.* II. *in Metaphyſicam Ariſtotelis.* Hunc *Olearius* Abaci Patrol. pag. 18. ALEXANDRI AB ALEXANDRO Minoritæ adjudicat auctoribus nominatis ſub lit. (a) Commentarios in Pſalmos HUGONI DE S. CARO tributos *Cave* Chartophylacis Eccleſiaſt. pag. 243. monet: idque repetit Hiſtor. Litterar. pag. 495. b. & ſequentibus paginis 496. a. ita pergit (III.) *Deſtructorium vitiorum*, qvod prodiit Norembergæ, 1496. fol. & Venet. 1582. Alexandro Alenſi conſtanti Codicum MSS. fide malunt abjudicare nonnulli; eo qvod in fine editionis Nurembergenſis legatur, Opus iſtud compoſitũ fuiſſe à quodam FABRI LIGNARII FILIO, qui ob humilitatem nomen ſuum latere voluit: remittens nos ad Anno 1429. quem locum ex pag. 71. a. exhibemus (b) verbotenus è *Whartoni* appendice.

(a) Olearius Abac. Patrolog. *pag. 18. Comment. in Pſalmos, (quem alii* Hugoni de S. Caro *tribuunt,) Venetiis 1546. Comment. in metaphyſicam Ariſt. (quem alii malunt* Alexandro ab Alexandro, *Minoritæ, juxta* Willotum *ann. 1130. clarenti, adjudicare, & merito, judice* Labbeo, *append. Tom. I. p. 686.) Venetiis, 1572.*

(b) Wharton in appendice ad Cavei Hiſtoriam Litterariam Scriptorum Eccleſiaſt. pag. 71.

Alexander Carpentarius, *natione Anglus claruit anno 1429. quo* Deſtructorium vitiorum *condere incœpit. Iſti enim debetur opus illud, quod Venetiis 1582. 4to. Norimbergæ 1496. & alibi ſæpius, ſine Authoris cognomine,* Alexandro Anglo *inſcriptum, prodiit. Sic enim ad calcem codicis MS. in Bibliotheca Polonienſi Oxon. notatum legitur.* Auferent anguſtias tenebrarum. cujusdam fabri lignarii filius hæc notabilia ſupra dicta ex SS. Doctorum ſententiis & S. Scripturæ documentis collegit; & ad honorem DEi ſcribere ac Eccleſiæ utilitatem decrevit, &c. *Codex vero in fronte* Alexandri noſtri *nomen fert. Hæc αὐτόπτης Cl.* Uſſerius *in* Bibliotheca ſua Theologica MS. *prodit. Porro* Deſtructorium *illud habetur etiam MS. ſub* Alexandri noſtri *nomine in Bibliotheca S. Petri. Cantab. cod. 115.*

ALEXANDER v. *Maffæus.*

(107.) ALEXANDER NECKAM: Hujus nomine recenſet Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 19. a. *doctrinale Grammatices metrice* cum explanatione Lud. de *Guaſchis.* Sed illud deberi ALEXANDRO GRAMMATICO DOLENSI, quem Hyde l. c. confundit cum Alexandro Neckam, oſtendunt *König.* Bibliotheca vet. & Nov. 26. b. & *Bibliotheca Geſnero-Friſiana* pag. 29. a. & 27. b. quæ tertium adhuc addit, Alexandrum Neqvam. Sed hunc eundem eſſe, qui *Alexander Neckam Anglus,* colligere licet ex verbis *Pitſei* de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus pag. 298. nobis ſub lit. (a) allegatis. Nec in Catalogo, *librorum* Neckami, quem *Pitſeus* l.c. nectit, ulla memorati *doctrinalis puerorum mentio* fit.

(a) Pitſeus de illuſtribus Angliæ Scriptoribus p. 298.

*Jucundum quid de homine aliquando legi, quod hic referri operæ precium judicavi. In ætatis flore conſtitutus, etiam litteris non mediocriter inſtructus, ad ordinem S. Benedicti aſpiravit, ſuumque deſiderium Abbati S. Albani jam non ſemel intimaverat: Abbate autem (ut* Alexandro *videbatur) nimis longas moras faciente impatiens tam diuturnæ dilationis* Alexander, *tandem ad Abbatem ſcripſit in hunc modum.* Si vis, veniam. Sin autem, tu autem. *Quibus verbis breviſſimis, finali lectionum omnium concluſione intimata voluit Abbati ſignificare, ſe libenter poſt longam expectationem, velle brevem & finalem petitionis ſuæ reſponſionem. Abbas itaque breviter & acute reſpondit ſic:* Si bonus es venias; ſi nequam, nequaquam. *Quod reſponſum, non ſolum ut acutum, ſed etiam ut alluſionem ad ſuum nomen nimis acerbam, in malam partem accipiens* Neckam, *patriam* Verolamium *reliquit, ab ordine S. Benedicti animum auertit, in* Devoniam *ſe contulit,* Exoniam *petiit, & ibi in celebri cœnobio Canonicorum regularium S. Auguſtini habitum ſuſcepit, ubi anno Domini 1215. à ſuis Abbas electus, reliquos vitæ dies exegit; niſi qvod in itinere conſtitutus alibi obierit.*

(108.) ALEXANDRI III. Papæ nomine, egregiam *ad Iconii Soldanum paræneſin* prodire voluit BLESENSIS, verba ſunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. libr. part. 1. erot. 10. §. 1. pag. 120. Ea de re ad A. C. 1177. *Bellarminus* ita commentatur p. m. 239. poſtquam ſcripta *Petri* BLESENSIS enumeravit. *Inſtructio fidei ad Soldanum, invenitur etiam apud Matthæum Pariſienſem ad ann. Dom. 1169. ſub nomine* Alexandri tertii *Pontificis, Pontifex enim eam direxit nomine ſuo, quamvis à* Petro Bleſenſi *conſcriptam.* Adde ejusdem præfationem circa f. Plura de ſcriptis illius, vide apud *Geſner.* p. m. 554. *Poſſevin.* in Apparatu, Tom. I. p. 38. & Tom. 3. p. 41. *Gerbardum* p. 585. *Olearium* p. 367. ibique citatos.

Nil hac de re habet Ludovicus *à Carolo* Bibliothecæ Pontificiæ pag. 8. nec in præfat. pag. 28. Tacet etiam plane *Sixti* Senenſis Bibliotheca ſancta. Vitam Alexandri Tertii Pontificis resque geſtas breviter qui recenſet *Cave* Hiſtor. Litterar. Scriptorum Eccleſiaſtic. p. 470. b. 471. a. prolixius Hiſt. Litt. pag. 470. 471. Sed nihil utrobique de hisce libris ejus Pſeudonymis. Addit hic *Symbola Maſtrichtiana:*

De

*De tribus epiſtolis* ei *affictis à* Peccatore Mercatore, *ſeu* Pſeudo-Iſidoro, *præter alios Criticos Scriptorum Eccleſiaſt.* Bell. Baron. Cocum, Rivetum, du Pin, Nat. Alexand. Gerh. *&c. vid. Clariſſ.* Blondellum *in Pſeudo-Iſidoro & Turriano Vapulante ad has & alias ſpurias Primorum Epiſcoporum Romanorum Epiſtolas decretal. &* Gerh. von Maſtricht *in hiſtor. juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu à pag. 232. usque adpag. 268.*

ALEXANDER PATRITIUS v. infra.

(109.) ALEXANDRI Severi nomine, *de B. V. Mariæ Annunciatione Carmen*, Veronæ 1613. in 4to editum laudat inter ſcripta *Hieronymi* TORTOLETTI Veronenſis, *Leo Allatius* pag. 133. Apum Urbanarum.

ALEXANDRINUS v. *Ammonius.*

ALEXANDRINUS v. *Clemens.*

ALEXANDRINUS v. *Hero.*

ALEXIUS v. *Philo Romæus.*

(110.) ALEXII à Maſſalia *Diatriba*, *de Mutui alienatione contra Coprianum* in 8vo 1640. Leidæ edita, opponitur *Joh. Jacobi Wiſſembacchii* J.U.D. & Profeſſoris Franeckerani primarii *Confutationi Diatribæ Salmaſianæ, de Mutuo* (corrigit hoc *margo Maſtrichtianus* ita, *non*, *ſed Cypriani Regneri ab Oſtergo ſcripto*:) ibidem excuſæ, habetque auctorem *Claudium* SALMASIUM, ut ex ipſo patet opere, plurimique ſcriptores alii teſtantur, v. gr. *Clementius Zirizæus* in Catalogo operum, ipſius Vitæ ac Epiſtolis juncto. *Lorenzo Graſſi* in Italicis Elogiis Litteratorum part. 2. pag. 209. Vide quæ de eodem ſupra diximus cap. 3. pr. adde *Scaven.* num. 97.

Adde *Bartholinum* de legendis libris diſſertat. II. pag. 39. *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques p. 50. & Thomam *Hyde* in Catalog. Bibliothecæ Bodlejanæ p. 438. a. Nec ipſe Salmaſius diffeſſus eſt; ut patet ex diſqviſitionis de Mutuo p. 2. ejusdemque Elencho ἐκθέσεως p. 307. conf. Theſ. 278. Occaſionem mutationi nominis dedit Patria Auctoris Salmaſia, quæ pagus eſt in Burgundiæ Ballivatu ſ. Præfectura & vulgo vocatur *Auxois*, cujus Metropolis Autiſſiodorum, vulgo *Auxerre*, à quo gens Salmaſia nobiliſſima originem ducit: monente hoc ipſum *Symbola Rauſchiana* ex Claud. *Sarravii* epiſt. ad Frider. Gronovium Non. May. 1640. Adde *Sorberiana* p. 199. & pag. 203. & *notam Dieccmannianam marginalem* quæ tardius allata talis eſt: Si adverſarium ſuum falſe *Salmaſius Coprianum, ex alluſione κοπρεία*, Stercus, *vocavit* (*qvo de adi* Caſaubon. *Animadverſ. ad Svetonium p. 381.*) *emendandus erit error Anton.* Clementii, *qui hunc librum recenſens in Prolegom. Epiſt. Salm. de ejus laudibus vita & ſcriptis, bis, pag. 56. & 65.* Cyprianus *ſcripſit.*

(111.) ALHAZENUS. Ejus nomine citantur duo ſcripta à *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 20. a. (I) *Opticæ Theſaurus* Lat. cum Commentario F. Riſneri. Baſ. 1572. (II) *de Crepusculis*, & *Nubium adſcenſionibus.* ibid. & Olyſſipone 1542. in IV. Verum horum operum Auctorem eſſe AVICENNAM, aſſerit *Symbola Normanniana*, ex Ravianis ad Gesnerum MStis.

ALIGHERIUS v. *Dantes.*

(112.) ALIPIUS. Ejus credit eſſe *Gothofredus Veterem Orbis deſcriptionem Græci ſcriptoris* ſub Conſtantio & Conſtante Impp. quam edidit cum duplici verſione notisqve adjectis Genev. 1620. in 4to ut refert Paulus *Vindingius* Epiſtola quæ Deckherro de ſcriptis Adeſpotis adjuncta eſt, p. 362. Ubi Ipſius Gothofredi verba adducit, quæ ſubjungimus lit. (a) una cum Vindingianis, quibus verum Auctorem ipſum PTOLOMÆUM declarat.

(a) Pauli Vindingii Epiſtola de ſcriptis Adeſpotis. p. 363.

Vetus Orbis deſcriptio *græci Scriptoris*, *ſub Conſtantio & Conſtante Imp. cum duplici verſione & notis* Jac. Gothofredi, *Genevæ 1620. in 4to; Authorem meruit* Alipium *de quo in præfat. ita Gothfr.* Geographia hæc non eſt niſi alicujus operis hiſtorici ἐπίτασις & Ecloga. Auctor videtur Alipius quidam, de cujus Geographia *Julianus* Epiſt. XXX. qui Antiochenus erat, teſte Ammiano lib. XXII. at aliter quibusdam videtur, quod cum ille vicarius Britanniarum fuerit, de Britannia ut ſibi ignota loquitur, cum tamen potuit ſcribere Geographia & jam antem præfecturam ſuam. Auctorem religione paganum fuiſſe ubique conſtat &c.

*Eundem eſſe* Ptolomæum *qui* Geographiam & Almageſtum *conſignavit*, *à Joh. Bapt.* Ricciolo *probatum eſt Lib. VII. cap. X. quicquid contrarietur* Barocius *Lib. III. Ipſe quippe in Almageſti lib. II. ult. pollicetur ſe opus Geographicum conſtructurum & locorum longitudines computaturum à* Meridiano, *qui tranſit per* Alexandriam, *quod etiam in Geographia ſua executus eſt.*

(113.) ALITOPHILUS, *Veritatis Lacrumæ*, ſive *Euphormionis Luſinini continuatio* juncta *Joannis Barclaji* Satyrico, tanquam ejusdem pars V. cum in aliis editionibus, tum in Amſtelodamenſi ao. 1664. in 12. publicata, quod ſit *Claudii Bartholomæi* MORISOTI Divionenſis, cujus ad Ludovicum XIII. opus doctiſſimum habemus, titulo *Orbis Maritimi* ſeu *rerum mari & littoribus geſtarum Generalem Hiſtoriam, in qua Inventiones navium, partes, armamenta, Hiſtoriam Claſſium &c.* refert impreſſam Divione 1643. in fol. Item *Vitam Henrici* IV. Genev. 1629. in 12. *Chriſtophori Forſtneri* teſtimonio docet D. *Geislerus* dec 4. n. 7.

Extat hoc *Forſtneri* Teſtimonium in ejus epiſtol. p. 131. qvam citat quoque Joan. *Deckher.* de ſcriptis adeſpotis p. 249. qui ſimul notat male ibi auctorem vocari *Moriſetum*; verum enim nomen

nomen eſſe *Moriſoti*, ut monſtrant verba ejus clara. Quæ confirmantur a *Bailleto* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526. eum appellante Claude Barthelemi *Moriſot*. Adde Thomam *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 20. a. & 64. b.

Aliam hujus Tituli Satyram, vide infra in *Eſcarbotus & Philalethes*.

(114) ALLANCEE, le Seigneur DE ALAIN CHARTIER. Ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526.

(114. *a*) ALLENS v. ALANUS ſupra.

(115) ALLISUS, PHOEBUS: Joſeph BALLI, in *Bailleti* Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526.

ALMACHANUS v. *Beraquem*.

(116) ALMANSOR. Illud nomen præfixum habent duo ſcripta, alterum (1.) *de curandis infirmitatibus humani corporis*: alterum (2) quod continet *Aſtrologicas Propoſitiones* 150. Saracenorum Regi inſcriptas & dedicatas, recenſente ea Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 21. a.

Ubi innuit *priorem librum eſſe nonam partem* libri RASIS propterea ſic appellatam, quod Almanſuri Ibu ishac ibn Iſmael Ibu Ahmed; Dno ſeu Principi Choraſaniæ, dedicata fuerit, ac inde judicat, poſterioris eandem rationem eſſe, quæ prioris. Reliqua memorati Arabis Abubetri Raſis ſcripta edita latine Baſileæ apud Henricum Petri 1544. in fol. exhibet Merdlin in Lindenio Renovato p. 4.

(117) ALOPECIUS DESIDERIUS. Fictum nomen eſt *Gerardi* VOSSII, indicante *Bailleto* Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 526. Cui ſuffragatur *Colomeſius* dans ſes Melanges Hiſtoriques p. 65. Verba ejus ſub lit. (a) conſpiciuntur. Unde illum Tungrenſem, & propinquum Celeberrimi Gerhardi Joh. Voſſii, apud cujus ſe fuisſe memorat filium Iſaacum nempe, intelligas.

(a) Colomeſius Melanges Hiſtoriques, pag. 65.

Gérard Voſſius *Pére de M. Voſſius chez qui j' eſtois en Hollande, & Gérard* Voſſius de Tungren, *qui a donné au public les* Ouvrages de quelques Péres de l' Egliſe, *eſtoient proches parens. Leur nom eſt* Vos, *qui en Flamand ſignifie la meſme choſe que* Fuchs *en Alleman, c' eſt à dire* Renard. *Auſſi eſtoyent-ils parens de* Leonard Fuchſius, *ſavant Medecin & Botaniſte, qui mourut à Tubinge l' an 1566. Lors que* Gerard Voſſius Pere de M. Voſius *écrivoit certaines Lettres, ou il ne vouloit pas que ſon nom paruſt, au lieu de* Voſſius, *il ſignoit* Alopekios; *Comme je le puis juſtifier par une que je garde écrite à un Théologien de Bréme, nommé* Matthias Martinius.

(118) ALOPECIUS JOANNES Larva JOHANNIS VOSSII fuit, ut judicium nobis facit Bailletus in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526. cui adde pag. 330. ubi hanc nominis mutationem inter eas refert, quæ ad tempus certo cuidam operi (non perſonæ aut familiis) præfiguntur.

(119) FABRICIO ALODNARIM: Perſonatum nomen eſt *Antonii* MIRANDULANI: ut oſtendunt præter Auteurs degviſez Bailleti p. 526. quæ lit. (a) excerpta ſuppeditat la *Viſiera Alzata*, Hecatoſtes Num. XII. p. 32.

XII. ANTONIO MIRANDOLA de Canonici Regolari di S. Saluadore Bologneſe di cui s' hanno alcune opere alle Stampe, e molte ne laſciò MSS. che ſi conſeruano nella loro Libraria. Hauendo Gio: Franceſco Negri Pittore, e Poeta Bologneſe voltata la *Geruſalemme del Taſſo* in lingua popolare di Bologna, il Mirandola à queſta fecè *Annotationi* ſotto il nome di

FABRICIO ALODNARIM.

(120) ALOYSII Siderei nomine Italicum Libellum titulo *Faſciculi Myrrhæ*, ſive *Conſiderationum de plagis Chriſti*, prodiiſſe Romæ 1635. qui biennio poſt vero auctoris *Vincentii* CARAFFÆ, Jeſuitæ Neapolitani, nomine præſcripto, Viennæ Auſtriæ in 12. ſit recuſus & Gallice quoque à Jeſuita quodam verſus, auctor eſt *Alegambe* ſcriptorum Jeſuiticorum Collector diligentiſſimus, pag. 15. & 442.

Verum Auctoris nomen innotuit ex editione Viennenſi anno 1638. tribus poſt primam editionem annis. v. *Sotvell*. 781. a.

Addit hic *margo Diecmannianus*: Habeo" ejus Theologiam myſticam: ac inde ao. 1638." primum poteſtas imprimendi Faſciculum Myrr-" hæ a Mutio Vitelleſco data eſt, ut ed. Col. oſten-" dit. Etiam *Camino del Cielo* ſub *Siderei* nomine" edidit ut præmiſſa facultas imprimendi docet," ut & alia opuſcula: v. Typographi Itali præf."

(121) ALOYSIA *Sygæa*. Hujus Eruditæ fœminæ nomen, mentitur *Satyra* quædam *Sotadica*, uti prolixe oſtendit *Morhofius* Polyhiſtor. lib. I. cap. VIII. p. 76. vero libelli auctore non adaperto. Illum *Iſaaco Voſſio* poſtmodum in privato colloquio tribuiſſe Morhofium, innuit *Junckheri* fœmin. Erudit. p. 126. Qui & ibidem refert, *Thomaſium* in Monathlichen Gedancken / Auctorem nuncupaſſe quidem, ſed non niſi primoribus nominis literis. Part. II. p. 586. Quæ tamen literæ, der H. W. ſatis aperte explicantur, verumque auctoris nomen inde *D Joh.* WESTRENE, eruitur in den Monathlichen Unterredungen ann. 1693. p. 167. uti docebunt ea, quæ ſub lit. (a) inde excerpta ſubjunximus. Ut & ex Teiſſierio Elogior. Thueanor. part. I. p. 183. (b) De illa prolixe Nicolaus *Antonius* Biblioth. Hiſpanicæ p. 57.

(a) Monatl. Unterred. A. 1693. pag. 167. *Chriſtianus Thomaſius* hat in ſeinen Monatlichen Gedancken *an.* 88. *p.* 586. folgendes geſchrieben: Es hat ſich ein gelehrter Mann / der ſich in Spa-

nien

nien bey dem Holländiſchen Geſandten aufgehalten/ mit groſſer Mühe nach der Spaniſchen *Edition* dieſes Buchs umgethan / aber nicht das Geringſte davon erfahren/ oder einige Muthmaſſung kriegen können/ daß Aloyſia Sigæa dergleichen etwas jemahlen geſchrieben. Man hat mich aber berichtet / daß der Hr. W. ein gelehrter *JCtus* im Haag daſſelbige ſoll verfertiget haben. Er ſoll der Spaniſchen / Frantzöſiſchen und Italiäniſchen Sprachen / Sitten und Gebräuche überaus kündig ſeyn/ und über die genaue Wiſſenſchaft freyer und artiger Künſte/ eine vortrefliche *Bibliothec* haben/ in welcher unter andern Büchern faſt alle *Scripta Sotadica* der Spanier / Italiäner und Frantzoſen vorhanden ſeyn ſollen / woraus er dieſes ſauber Buch verfertiget/ von welchen daß er *Auctor* ſey/ er nunmehro eben nicht gar zu ein groß Geheimniß machen ſoll. Daß er aber die gelehrte Welt erſt mit dem Namen der *Aloyſiæ Sigææ* hintergehen / und auf dieſe todten Leute den Schandfleck von dieſer unflätigen Schrift weltzen wollen/ ſoll deßhalben geſchehen ſeyn/ weil er ſeine Satyre nach denen Hiſpaniſchen Laſter-Gebräuchen eingerichtet / auch die Ausarbeitung derſelben ein allerdings fähiges *Ingenium* anzeiget/ habe vermeinet / der Welt gar wahrſcheinlich eine Naſe zu drehen/ wenn er das Buch einer Spaniſchen gelehrten Dame zuſchriebe. Daß er aber die Lateiniſche *Verſion* davon für des *Meurſii* ſein Werck ausgegeben/ habe er damit zu bemänteln geſucht / weil der jungere *Meurſius*, der in ſeiner Jugend geſtorben/ ein *arboretum ſacrum* geſchrieben / welches bey der Utrechtiſchen *Edition* des *Rapini* ſeiner Bücher *de hortis* beygedruckt iſt/ und in dieſem Buch/ fürnemlich/ wenn er etliche Fabeln erklähret/ eines ſolchen *Styli* ſich bedienet/ der des *W.* ſeinem ſehr nahe kömmet. Manche Leute/ die *in notitia auctorum courieux* ſind/ haben die Köpffe drüber zubrochen/ wer doch dieſer Herr *W.* ſeyn müſſe/ und hat bald dieſer / bald jener eine *Conjectur* hervor gebracht/ biß endlich ein guter Freund bey dem bekandten *Hadriano Beverlando* in Engelland ein Exemplar von der *Satyra* gefunden / dem dieſer mit eigener Hand beygeſchrieben hatte: *D. Joh.* Weſtrene *Eroticon de Proſtibulis modernis ſub perſona larvata* Aloyſiæ Sigææ Joh. Meurſii *compoſuit.* Und bald darunter ſtunden dieſe Worte: *Hadrianus* Beverland *Auctor libelli de Peccato Originali, in quo citatur ejusdem opus de P. V.* ſoll ohne Zweiffel heiſſen: *de Proſtibulis Veterum.* Nachdem nun *Weſtrene* geſtorben/ iſt ſeine *Bibliothec* zu Leyden *verauctioniret* / und der *Catalogus* zuvor gedruckt worden/ von welchem Beverland geurtheilet/ daß dergleichen *exquiſita librorum collectio* in einem *Catalogo auctionis* in vielen Jahren nicht geſehen worden. Iſt demnach die *Opinion* falſch/ da etliche vermeinen Iſaac Voſſius ſey *Auctor* von der *Aloyſia. Voſſius* hat mit ſeinem *Catullo* und dergleichen Büchern Urſach dazu gegeben/ urtheilte *Antonio*, daß man ihm andere von gleichem Schrot und Korn auch *attribuiret*.

(b) Teiſſier Eloges *des Scavans Pars I. pag. 183.*

*Au reſte il n' eſt pas neceſſaire de s' arrêter à faire voir que* Louiſe Sigoia *n' a pas compoſé un Livre abominable qui a paru en ce ſiécle ſous ſon nom. Car il il eſt conſtant qu' elle n' a donné au public aucun Ouvrage, & que celui qu' on lui veut attribuër eſt entierement indigne de cette illuſtre femme, qui ne fut pas moins recommendable par ſa chaſteté & par ſa vertu, que par ſon erudition.*

---

(122) ALPATRAGIUS Aſtrologus, ALPETRAGIUS Alberto M. Hunc eſſe ALPHARABIUM, conjecit Ravius ad Geſner. in notis ſuis MStis indicante *Symbola Normanniana.*

---

(123) ALPESEI Londino: Daniel SPINOLA: verba ſunt *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. *526.*

---

(124) ALPHARABIUS, vero nomine eſt MUHAMMED ABUNASR, aut ABUNASRA, à patria urbe Farab ſic dictus, uti monet *Bailletus* des Auteurs deguiſez p. 221. & in catalogo pag. *526.* Aliquot ejus ſcripta recenſet Thomas *Hyde* Biblioth. Bodlejanæ p. 21. b.

---

(124. *α*) ALPHONSUS ANTONIUS. Ejus nomine extant Italice ſcripti *quinq;* ſequentes ſub lit. (a) docente *Sotvello* p. 35. b. & ex eo *Witte* Diarii Bigraph. an. 1649. qui ſimul verum horum librorum Auctorem detegit *Alphonſum* GAINOTTUM natione Italum, patria Corrigienſem Diœceſis Regienſis in Gallia Cis-Alpina.

(a) Sotvell. *p. 35. b. Edidit vernacule ſub nomine* Alphonſi Antonii 1. Myſticum Heliotropium, *ſeu* Induſtrias animæ amantis, ad ſe uniendum DEO. *Bononiæ per Bonavium 1641. in 24.* recuſam *poſtea ſub* nomine Auctoris. 1646. 2. Modum bene communicandi. *Bononiæ 1644. in 24.* 3. Bellum Chriſtianum. *Ibidem 1646. in 24.* Praxes morales virtutum ex doctrina & exemplis Societatis Jeſu. *Qui liber multo piorum uſu & fructu teritur. Bononiæ apud Hæredes Bonavi. 1648. in 12.* 4. Spirituales modos ſe habendi cum infante Jeſu, & coram ſancto Sacramento. *Bononiæ typis eisdem in 16.* 5. Diarium religioſum. *Bononiæ in 16.*

ALPHONSUS, v. *Ciaconius.*

---

(125) ALPHRAGANUS, aut FERGANIUS, eſt MUHMAMED IBN COTHAIR aut Ketir, judicante *Bailleto* des Auteurs deguiſez. p. 222. ſic dictus ab urbe *Fergau*, natali loco. Ejus Elementa Chronologica & Aſtronomica memorantur apud Thomam *Hyde* Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ. p. 19. b.

---

(126) D' ALPINO: Eum eſſe *Thomaſo* SPINOLA MARINI monet *La Viſiera* alzata, Hecatoſtes num. XCVII. p. 90. uti oſtendunt verba ſubjuncta.

XCVII. *TOMASO SPINOLA* Marini *eſiliato ſuo Padre d' Oſtraciſmo dalla Patria, ſcriſſe, e publicò ſotto nome anagrammatico*

*Il* Giuditio appaſſionato. *Cicaleccio* d' Alpino *Sammoſto* Rima. *In Faſtemberg. preſſo gl' H.H. del Vvormi* M. DC. XXXIV. 12.

ALPINO v. *Sammoſto.*

( 126. α) ALSINOIS, *le Comte Nicolas* DENISOT, ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526.

(126. β ) ALSTEDIUS. Huic ſuppoſitos eſſe Tractatus duos, qui in *Encyclopædia* ejus extant, quorum alter (I.) *de pane*, alter (II.) *de optica*, inſcriptus eſt, indicante *Symbola Schröteringiana ex Collegio Becmanniano MSto*, quæ & addit, Prioris libri Auctorem eſſe *Theophilum* de PEJA, Patrem Becmanni Francofurtani; poſterioris autem *Ambroſium* RHODIUM: ſubjungens hæc verba adducta ex eodem collegio quæ (a) ſubjicio.

( a ) Symbolæ Schröteringianæ excerpta ex MSto.

De Suppoſititiis autoribus *egit Joh.* Rhodius, *Danus, quorum Plerique tamen ſunt Scriptores* Pſeudonymi. *Opuſculum editum eſt à* V. Placcio, *qui & ipſe Tractatus duos emiſit, Rhodiique Libello ſubjecit de* Scriptoribus occultis detectis, *quorum prior* anonymos, *poſterior* Pſeudonymos detectos *exhibet. In utroque tamen deprehendes, Auctorem multa alienis oculis vidiſſe, multa quoque egregia præſentis ac præteriti Seculi prætermiſiſſe.*

ALPHONSUS VARGA, v. *infra.*

( 127 ) Romani ALTGLAUB, Philo Chriſtiani nomine, *Defenſionem trium Cauſarum, quas pro ſua converſione* (imo perverſione) *ad Religionem Pontificiam a noſtra, ſtatuarius quidam Oſnabrugenſis adduxerat*, contra Refutationem *Wolfgangi Helvici* Lutherani, Superintendentis Oſnabrugenſis edidit *Guilielmus* ASCHENDORF, Jeſuita Weſtphalus, docente *Alegambe* Bibl. Jeſuiticæ pag. 167.

Adde *Sotwel.* p. 311. & *Witt.* Diarium Biographicum ſub an. 1633. & *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526. & p. 308. ubi hunc Auctorem collocat in ordine eorum, qui ſibi nomen ſubſtratæ materiæ congruum adſciſcunt, ſub quo lateant.

(128) THEODORUS ALTHUSIUS. Sub Perſonato hoc nomine prodiit Lipſiæ anno 1659. *Hiſtoria Eutychiana, quæ Hæreſeos hujus ortum, progreſſum, propagationem, errorum enarrationem & refutationem cum conſectario*, Lutheranos non eſſe Eutychianos, ſiſtit, monente *Sagittario* Hiſtor. Eccl. p. 853. ubi etiam verum Auctorem hujus ſcripti aſſerit eſſe *Matthiam* ZIMMERMANNUM, Superintendentem Miſnienſem &, ut addit *Symbola Rauſchiana*, natione Hungarum Epperieſſinum.

Rationem inſuper notitiæ exprimit *Symbola Diecmanniana*, quæ fundata eſt in ipſius auctoris confeſſione, petita ex Ejusdem *Zimmermanni* diſſertatione Hiſtorico Theol. ad dictum Tertulliani: *Fiunt non naſcuntur Chriſtiani* p. 37. & 349. ubi ſupra memoratam Hiſtoriam Eutychianam tanquam ſuam citare perhibetur.

(129) *Euſebius* ALTKIRCHERUS: Fictum nomen hoc eſſe, ſub quo latere voluerit *Chriſtophorus* HERDESIANUS edito ſcripto *de Myſtico & incruento ſacrificio adverſus abominandam Pontificiæ Miſſæ Idololatriam* refert *Freherus* in Theatro virorum eruditione clarorum p. 899. Confirmatque citatus hic in *margine Diecmanniano Voetius* Aſceticor. p. 843.

(130.) ALVARI Cordubenſis creditum librum, qui *Scintilla* vel *Indiculus Luminoſus* dicitur, non ipſius, ſed BONITI, ex Archi-Diacono Epiſcopi Toletani eſſe, vide ex *Luitprandi* Chronico ad ao. 869. probantem cum *Rameſio, Hallervordium*, ſpicilegii de Hiſtoricis Latinis pag. 15. adde *Voſſ.* de Hiſt. Lat. l. 3. c. 4. p. 759.

Alius liber *Petri Alvarezii* nomine (II) *Itinerarium* nempe deſcripſit: & non eſſe opus ipſius, cujus inſcribitur, auctoris ſed breviarium alterius imperitioris, docet *Sagittarius* Introd. in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 385.

ALYPIUS v. *à S. Cruce.*

(131) AMADEUS à FRIEDLEBEN: eſt *Abrahamus* à FALCKENBERG, Eques Sileſius, cujus prodiit anno 1647. in 12. Amſtelodami ſcriptum fanaticum, de quo *Symbola Flensburgo-Molleriana* nobis ſuggeſſit ea quæ ſub lit. (a) excerpſimus. Meminit etiam *Falckenbergeri* inter fanaticos & aſſeclas Böhmii *Sagittarius*, ubi multorum ejus tam vero, quam ficto nomine emiſſorum ſcriptorum mentionem ſimul facit, eo tamen, quod mirere, de quo loquitur *Mollerus*, penitus omiſſo. v. Friedleben.

(a) Symbola Flensburgo-Molleriana.

*Sub* Amadei à Friedleben *nomine fictitio ſcriptum quoddam publicaſſe Abraham* a Franckenberg *Equitem Sileſium, Fanaticis Erroribus addictum teſtatur* Abrah. Calovius *in Catalogo Autorum, quem* Anti Böhmio ſuo *ſubjecit. Ipſe poſſideo opuſculum Vernaculum Amſtelodami A. 1647. in 12. hoc Titulo excuſum:* Chriſtfürſtliches Bedencken und Außſchreiben *Johannis Chriſtiani* Hertzogen in Schleſien / Liegnitz und Brieg / von nothwendiger Ergreiffung derjenigen Mittel / Wodurch GOttes gerechtes Gerichte / gefaſſeter Zorn und endliche Straffe über die jetzige Welt / recht erkennet / und / wo nicht abgewendet / doch gemiltert werden möge / zu Brieg *Ao. 1627. d. 22. Aug. publiciret /* Jetzt aus dem *Original* mit einer Vorrede ausgegeben durch *Amadeum* von Friedlieben. *Præfationi ſubjunctum eſt* Symb. Franckenbergii: *Antiqua virtute Fideque.*

(132) *Amadæi* GUIMENII, *olim primarii S. Theologiæ Profeſſoris, Opuſculum* Singularia univerſæ *fere* Theologiæ Moralis *complectens, adverſus quorundam Expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales.*

*Præfixa Approbatione R. P. Franciſci Luyſii a Valentia Capucinorum Provinciæ Sanguinis Chriſti*

*ſti in regnis Valentiæ & Murciæ Provincialis*, & *apud fidei Judices ſacros in utriusq; Coronæ Senatibus Conſiliarii Qualificatoris.*

Hucusque libri titulus: in quo *omnia perſonata* eſſe oſtendunt *Acta Eruditorum Lipſ.* anni 1690. p. 313. ſub lit. (a & aa) excerptis. De vero quidem auctore dubitaverunt, an *Theophilus* RAYNAUDUS eſſet, Acta eadem Er. Lipſ. an. 1688. p. 430. uti indicant illa, quæ ſub lit. (b) allegamus. Sed in Actis 1690. pag. 313. 314. 315. P. *Matthæum* de MOYA, e ſocietate Jeſu, verum ejus eſſe Auctorem, extra dubium ponunt, ut patet ex iis, quæ ſub lit. (c) adjecta ſunt ex iisdem *Actis Eruditorum.* Confirmat hoc *la Bibliotheque univerſelle* Tom. XI. p. 387. & tom. XVIII. p. 177. Ex quo loco poſteriori quædam ſub lit. (d) repræſentamus. Oppoſita huic libro eſt non ſolum ab *Oger Liban Erberg*, *Defenſio cenſurarum Papæ Innocentii* XI. ac Sorbonæ adverſus Apologeticos Moralis Jeſuitarum diſciplinæ; de quo *Acta Erud. Lipſ.* 1690. p. 313. ſed aliud adhuc ſcriptum, ſub titulo *la Morale des Jeſuites juſtement condamnée*, de quo vide allegata ſub lit. (e) quæ l'*Hiſtoire des Ouvrages des Scavans* du Fevrier 1689. p. 609. nobis ſuppeditat (de quo ſuo loco plura). Quæ & adde ex 1690. eodem menſe p. 282. Cæterum *Amadæi Guimenii* librum hunc etiam Pontifex Innocentius XI. anno 1680. ut damnarit, refert *Seckendorff.* in Hiſtoria Lutheraniſmi, lib. III. Section. XXI. 84. p. 335. Adde etiam ex *Villani* Viſiera alzata Hecatoſt. p. 29. num. VIII. quæ ſub lit. (f) conſpiciuntur, & inprimis Nicolai *Antonii* Bibliothec. Hiſpan. tom. 2. p. 93. (g) *Acta Erud. Lipſienſ.* 1683. p. 394. *le Journal des Sçavans* 1666. pag. 209. (h) *Hiſtoire des Ouvrages des Scavans* Janvier 1688. tom. I. p. 139. vide ESCLAPEZ & *Symbolam Diecmannianam* (i) atque *Maſtrichtianam.* (k)

(a) Act. Erud. Lipſ. A. 1690. p. 313. *Confictum eſſe Autoris, quod in frontiſpicio libelli legitur nomen, quivis facile deprehendit; etſi Janſeniſtam quendam ſub eo latere voluiſſe, dubitari nequit. Perſonatum & typographum eſſe,* Petriq; Mallei (Pierre Marteau) *nullibi terrarum inveniendi nomen ſatyricis libris aliisq;, quorum editores pariter ac autores ignorari volunt, præſcribi ſolere notiſſimum eſt.*

(aa) Acta Erud. Lipſ. ao. & pag. ead. *Inter eos qui novorum in Eccleſia Romana* Caſuiſtarum, *quos vocant, & Jeſuitarum inprimis licentiæ, qua Moralem diſciplinam miſere depravabant, primi ſeſe oppoſuerunt, quidam fuit,* Anonymus *tum quidem, ſed quem* Eſclapezium *natione Hiſpanum fuiſſe libelli noſtri* (Defenſe des Cenſures du Pape Innocent XI. & de la Sorbonne *&c.*) *Autor* (Oger Liban Erberg) *nos docet, evulgato Lovanii ao. 1646. opuſculo, quo Jeſuitarum illa moralis doctrina improbabilitatis, temeritatis & erroris publice arguebatur.*

(b) Acta Erud Lipſ. ao. 1688. p. 430. *Exemplum affert* (Auctor Recueuil de diverſes Pieces, concernant le Quietiſme, & les Quietiſtes &c.) *libelli horridis opinionibus repleti, & ſub nomine* Amadei Guimenii *anno 1660. Pariſiis editi, quem alii* Mojæ, *Jeſuitæ Hiſpano, alii* Teophilo Raynaldo *adſcribunt.*

(a) Acta Erud. Lipſ. A. 1690. p. 313. *Defenſio Cenſurarum Papæ Innocentii XI. ac Sorbonæ adverſus Apologeticos Moralis Jeſuitarum Diſciplinæ,* a P. Moya *ejusdem Societatis ſub nomine Amadæi Guimenii propugnatæ: autore* Oger Liban Erberg.

Ibid. p. 314. *Præfixa libro conſpiciebatur luculenta Approbatio R. P. Franciſci* Luyſii a Valentia, *Cappuccinorum Provinciæ Sanguinis Chriſti in regnis Valentiæ & Murciæ Provincialis, & apud Fidei Judices ſacros in utriusq; Coronæ Senatibus Conſiliarii Qualificatoris; nimirum ut tanti ex alieno Ordine viri autoritate eo majus iſti* Amadæi *Guimenii, ſeu P. Moyæ e Societate Jeſu (hunc enim genuinum fuiſſe illius autorem, nunc quidem extra dubium eſt) libro decus ac exiſtimatio conciliaretur.*

Ibid. p. 315. *Atq; una cum illa Sorbonæ ſeu Facultatis Theologicæ Pariſienſis cenſura* (libri Guimenii,) *publicatum eodem tempore fuit P.* Nicolai Capuccinorum *in provincia Pariſienſi* Provincialis *teſtimonium, quo nomine Generalis iſtius Ordinis aſſeverabatur, nullum eſſe inter Capuccinos* Luyſium de Valentia, *nec provinciam Capuccinorum, cui nomen ſit* Sanguinis Chriſti; *adeoque* Approbationem *illam ſub Luyſii Capuccini nomine* Amadæi *libro præfixam, ipſo* Amadæo, *i. e.* P. Moya *confictam ac ſuppoſitam fuiſſe.*

(d) Biblioth. Univ. Tom. 18. p. 177. *La defenſe des Cenſures du Pape Innocent XI. & de la Sorbonne contre les Apologiſtes de la Morale des Jeſuites ſoutenus par* le P. Moya *Jeſuite ſous le nom d'* Amadæus Guimenius *Par le Sr. Oger Liban Erberg. 1690. in 12. p. 176.*

(e) Hiſtoire des Ouvr. des Sçavans Fevr. 1689. p. 609. *Je vous prie Mr. d'annoncer par avance une petite piece qui a pour titre:* Avis a l'auteur d'un libelle *intitulé* la Morale des Jeſuites juſtement condamnée *ſur une retractation inſerée dans l'Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans du mois de Janvier 1688. ſous le nom de* N. Philalethes *& ſur la pretendue atteſtation du R.* P. Nicola *Provincial des Capucins de la Province de Paris contre l'Auteur nommé* Amadeus Guimenius.

(f) Villani Viziera alzata Hecatoſt. num VIII. p. 29.

VIII. AMADEO GVIMENIO *Lomarenſe diede alle ſtampe un libro:* Adverſus quorumdam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones Morales *Panhormi, apud Nicolaum Buà M. D. LVII. Hebbe diverſe editioni, e fù abbracciato da Curioſi, come che in eſſo ſi allentaſſero le redini al ſenſo. Io vidi quella di Palermo nelle mani del* P. D. Gio: Franceſco Saoli *C. R. Teatino Fratello di* Giulio Saoli *q. Bendinelli, all' hora Duce del la Sereniſſima Repub. della quale egli era Teologo: e lo credei libro con nome, e cognome legitimo, ma ſtampatoſi poſcia* la Biblioteca de gli Scrittori Spagnuoli *dell' erudītiſſ. D. Nicolas Antonio Canonico Siuigliano, mi potei accorgere eſſer libro pſeudonimo, eſſendo il*

*vero Autore* Matteo de Moia, *conforme ſi può vedere a pag. 93. del To. 11. Contro di eſſo uſcì una Cenſura dell' Accademia della Sorbona, quale venne dannata da Papa Aleſandro VII. con una Bolla publicata ò ſpedita il primo di Luglio M. DC. LXV. ingannato da falſe relationi: quale non tardò à ſupprimere meglio informato, come ſi può vedere nel libro* Juris Canonici Teorica, & Praxis di Gio: Cabaſſutio pag. 92. *oue lo chiama* pernitioſum Amadei Guimenii librum de quæſtionibus circa mores, *che però venne vietato dalla Sacra* Congregatione *dell' Indice. Di queſto non ſi parla dal* Sotuello: *e queſto mi fà credere libro tale eſſere ſtato diſapprouato dalla Religione.*

(g) Nicol. Anton. Biblioth. Hiſpan. Tom. II. p. 93.

Matthæus de Moja, *in oppido* El Moral *Caſtellæ novæ editus, Jeſuita, Compluti primariam Theologiæ cathedram in collegio adminiſtravit, ibiq; diligenter annotatis morum doctrinæ articulis, in quibus receſſiſſe Societatis Jeſu Doctores ab antiquorum ſententia, diſtrictoque rigore, conſcientiisq; habenas relaxaſſe vulgo ferebatur, adſcititio uſus nomine* Amadæi Guimenii Lomarenſis, *elucubravit opus ſatisfactorium pro ſodalium doctrina, quam in omnibus ſuis partibus aſſertorem ex antiquis, maxime Dominicanis, non unum aut alterum habere, adductis eorum teſtimoniis, oſtendere conatur. Libri titulus*: Adverſus quorundam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales. Bambergæ, *ut ſonat, atq; iterum* Panhormi *apud Nicol. Bua. anno 1657. in 4to. Sed hunc librum primum excudit* Panhormi in Sicilia, *cum eo veniſſet Proregi Urſaonenſi Duci a confeſſionibus ſacramentalibus miniſter: Hinc* Valentiæ *prodiit, tertioque* Matriti, *quartum demum* Lugduni. *Vivit etiamnunc author Matriti cum fama non vulgaris Theologi.*

(h) Le Journal des Scavans. ao. 1666. pag. 207. ſeq.

Manuductionis ad Moralem Theologiam pars altera, *contra* Amadæum Geumenium & Wendrochium, *Auctore R. P.* Vinc. Baronio *Ord. Præd. Pariſiis, apud Simeonem Piget. in* 8.

*Comme le deſſein d'* Amadæus Guimenius *eſtoit de monſtrer que les propoſitions qu'il rapporte & qu'on impute aux Caſuiſtes modernes, ont eſté avancées par d'autres Auteurs celebres, & particulierement par S.* Thomas *& par ſes Diſciples: Au contraire la fin que le* P. Baron *ſe propoſe, eſt de faire voir que l'Eſcole de S. Thomas n'a jamais eu de part à la doctrine qu'* Amadæus *luy veut attribuer.*

*Toute cette conteſtation, qui a fait tant de bruit dans le monde, a pris ſon origine d'un livre composé en Eſpagnol, qui fut imprimé il y a environ quinze ans ſous le nom d'* Eſclapez. *Cet auteur y avoit fait un recueil de pluſieurs propoſitions qu'il avoit tirées des Caſuiſtes modernes, & qu'il pretendoit eſtre contraires aux preceptes du decalogue. Un autre auteur Eſpagnol nommé* Aquila, *de l'Ordre de S. Francois, luy reſpondit pour les caſuiſtes modernes, & parce qu'il crut que le livre d'Eſclapez avoit eſté fait par un* Jacobin, *& que meſme le bruit couroit qu'on l'avoit ſecretement imprimé dans le* Couvent de la Minerve à Rome, *il détourna adroitement l'orage ſur les Jacobins, & taſcha de faire voir que la pluſpart des propoſitions qu'* Eſclapez *blaſmoit, avoient eſté ſouſtenuës par les plus celebres de leurs Theologiens. Mais le livre* d'Aquila *ne demeura pas long-temps ſans replique. Car peu de temps apres on vit paroiſtre un autre livre ſous le nom de* Francois de la Pieté, pour ſouſtenir le livre d'Eſclapez contre celuy d'Aquila.

*Là deſſus eſt intervenu* Amadæus Guimenius *qui a pris le party* d'Aquila, *& ayant tranſcrit de ſon livre toutes les propoſitions qui eſtoient en conteſtation, il a maintenu que les unes ſont fauſſement imputées à quelques Auteurs par* Eſclapez, *qu'il nomme touſiours* l'Anonyme; *& que les autres ont eſté auparavant enſeignées par les plus celebres diſciples de* S. Thomas. *D'un autre coſté le* P. Baron *eſt auſſi venu au ſecours de* Francois de la Pieté *Contre* Guimenius, *& il a fait ce livre pour prouver que toutes les citations que ſon adverſaire allegue, ſont ou fauſſes ou mal entenduës.*

*Ce pere ſuppoſe dans tout cét ouvrage, que le* P. Theophile Raynaud *eſt l'auteur veritable du livre qui a eſté imprimé ſous le nom de* Guimenius. *Mais ayant depuis reconnu que ce livre a eſté composé par un* auteur Eſpagnol, *il ſe retracte dans ſa preface. Et certainement le livre de* Guimenius *n'a gueres de rapport avec le ſtyle & la maniere du* P. Theophile Raynaud.

(i) Symbola Diecmanniana.

*Amadæi GUIMENII, Lomarenſis, olim primarii S. Theol. Profeſſoris* opuſculum, ſingularia univerſæ fere Theologiæ moralis complectens, adverſus quorundam expoſtulationes, contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales ad Tractatus de peccatis; de opinione probabili; de fide; de charitate; de juſtitia & jure; de horis Canonicis; de ſacrificio Miſſæ; de Jejunio; de Simonia; de Uſuris; de Baptiſmo; de pœnitentia; de Euchariſtia; de Matrimonio; de cenſuris. Editio noviſſima, ab Auctore correcta & locupletata, nec non ſuis indicibus illuſtrata, juxta exemplar, Valentiæ. Ex typogr. Jo. Bapt. Marſai, cum approb. & permiſſu ao. 1665. 12. Hoc ſcriptum quia ad defendendas ſcandaloſas Theologiæ moralis, qualem Jeſuitæ inculcant, propoſitiones compoſitum erat, & acres Theologorum Pontificiorum cenſuras ejus auctor facile prævidebat, hinc alieni nominis larvam ſibi aptandam duxit, ſub qua tamen ita latere non potuit; quin ei à Janſeniſtis detraheretur. Hi enim Dial. I. contra decretum *Perefixii* ArchiEpiſcopi Pariſ. pag. 47. (editionis, quæ extat part. I. ſcriptorum Gallic. Colon. 1669. 8. hoc tit. impreſſorum: *Recueil de diverſes pieces publiées pour la traduction du N. T. imprimé a Mons*) hunc in modum diſſerunt: On à ſçeu depuis peu à Paris, *que cet Amadæus Guimenius*, qui a fait de bruit tant pour avoir entrepris de deffendre les plus mechantes maximes des Caſuiſtes, contre tant condemnations d'univerſitez, des prelats

&des

& des Papes; qui a pareillement eſté cenſuré cõme plein d'erreurs, d'ordures & d'abominations, avec tant de diligence & de ſoin par nos Theologiens de Paris n'eſt autre qu'un Jeſuite Eſpagnol reſident à Madrit, qui ſe nomme MOYA. *Quem verum auctorem denuo part. II. iſtorum ſcript. Gall. pag. 154. indicant. Quantopere hic Moyæ infelix abortus Theologis Pariſienſibus diſplicuerit, etſi ex jam dictis conſtet, oſtendere tamen porro ex Ludovici* Marais, *Theologi Pariſienſis diſſertatione Gallica lubet, quæ inſcribitur:* Diſcours de la Hierarchie & des Moeurs de l'Egliſe, *cujus p. 40. hæc de perſonato Guimenio legas:* On à veu encore depuis peu au grand ſcandale de l'Egliſe un malheureux livre, dont le deſſein n'eſt pas ſeulement de renouveller toutes les erreurs, & toutes les impietez du premier (*Jac. Vernantium innuit, contra qvem diſputaverat*) mais il encherit encore par deſſus d'une maniere ſi horrible, que l'on le peut appeller le cloaque de toutes les ordures, & des toutes les impietez, dont l'esprit humain eſt capable, quand il eſt abandonné au ſens reprouvé. Je ne vous en diray rien d'avantage, de crainte d'offenser les oreilles chaſtes. *Idem alia diſſert. cujus ἐπιγραφὴ eſt* Diſcours de la defenſe de la verité p. 35. Rappellez, *inquit* dans vôtre memoire les impietez & les ordures d'un Guimenius, l'Autheur le plus impur qui fut jamais.

(K) Symbola Maſtrichtiana.

Guimenius Amadeus, *dedit perſonatus:* Singularia univerſæ fere Theologiæ moralis adverſus quorundam expoſtulationes contra nonnullas Jeſuitarum opiniones morales, *addita approbatione R. P.* Franciſci Luyſii à Valentia, *Capucinorum provinciæ* Sanguinis Chriſti *in regnis Valentiæ & Murciæ Prov. &c. Auctorem facit Pet* von Maſtricht, *in Theolog. Theor. pract. lib. 8. pag. 1077. b. eum qui edidit*, P. Moya *Jeſuitam.* Addit, *Sorbonam Pariſienſem libellum iſtum per XXX. Doctores examinatum condemnaſſe tanquam anti-Evangelicum & approbationem Luyſii per teſtimonium P. Nicolai in provincia Pariſienſi Capucinorum generalis falſi redarguiſſe, quod hujusmodi* Luiſius de Valentia *nec* provincialis Sanguinis Chriſti, *in rerum natura nunquam fuerunt, cenſuram iſtam ab Alexandro VIII. Papa condemnatam, nihil ominus ao. 1666. ab inquiſitione ſatis approbatam fuiſſe.*

*De eo & ejus opuſculo*, ſingularia univerſæ Theologiæ Moralis *1664. Lugd. in 12. edito &* cenſuram Impiarum propoſitionum Theolog. Facultatis Pariſienſ. *vide* Hotting hiſt. *Eccleſ. part. 8. p. 535. & ipſam cenſuram p. 577. & ſeq.*

Honoratus Faber Jeſuita. *In Apologetico doctrinæ Moralis, ſocietatis Jeſu, part. 2. edit.* Colon. *Tract. 4. exhibet R. P.* Matthæi de Moya *S. Jeſ. in Complutenſi collegio quondam Sac Theolog. Schol. & inde in imperiali Metritenſi pro ſcholis regalibus, Fac. Moral. primarii Prof.* Selectas quæſtiones, ex præcipuis Theol. Moralis tractatibus: de opinione probabili, de Religione &c. *Præmiſerat tractatu III.* Supplicem libellum Amadæi Guimenii *ad S. congregationis indicis Eminentiſſ. ac R. R. S. R. E. Cardinales: in quo capita cenſuræ Sorbonicæ diluere conatur, & in præfat. alterius opuſculi crimen falſi a ſe amoliri. Sed ſunt hæ omnes nugæ. Qui conſcientiam hominis novit ſubeſſe judicio Dei, ſatis convictus eſt, ſi Jeſuitarum laxam caſuiſticam legerit.*

AMADEUS v. *Curtius.*

(133.) AMADIO NICOLUCCI eſt Nicolo MACHIAVELLO. Sub hoc nomine prodiere *Diſcorſi politici & militari di Amodio Nicolucci* Venet. 1648. vid. Rhodiana num. 27. Scav. num. 62.

(134.) AMADIS ORIANÆ: *Gerard* DE SPES. Ut habet *Bailletus* in Catalogo des Autheurs deguiſez pag. 526. putans Pſeudonymi hoc eſſe nomen. At ego Eliſabetham Reginam Angliæ perſtringi eodem ex *Cambdeno* in anonymis n. 1023. indicavi.

(135.) AMALARII Fortunati, Trevirenſis, quem *Sigebertus* de Viris Ill. c. 87. AMULARIUM, AMILARIUM, HAMULARIUM & ATTULARIUM vocari in Codd. Mſſ. teſtatur, *Alcuini*, de quo ſuperius egimus, Diſcipuli nomine, qui circumferuntur libri IV. *de divinis officiis*, quod AMILARII Metenſis Diaconi ſint, vide contra *Poſſevinum* T. 1. pag. 56. *Bellarminum, Gerhard.* pag. 511. alioſque aſſerentes plurimos, apud *Olearium* Abaci Patrum, pag. 24. quibus adde *Th. Raynaudum* de mal. & bon. libris part. 1. Erot. 10. §. 2. p. 122 123.

Cujus verba nobis ſub lit. (a) excerpta ſunt. Plenius hæc exſequitur Aubertus *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſticæ p. 128. cujus verba ſub lit. (b) repræſentamus, addimuſque, (d) *notas Marginales Diecmannianas ad Sigebertum notatas; & Maſtrichtianas Symbolas (e) Vide & Cave Hiſt. Litter. Script.* Eccleſiaſt. qui Metenſi adſcribit, præter duo extrema capita lib. IV. addita.

(a) Raynaudus de mal. & bon. libris part. 1. Erot. 10. *§. 2. p. 122. 123.*

Amalarius Trevirenſis *Antiſtes. Huic paſſim ſupponitur lib. de divinis officiis; Non eſſe tamen hunc* Amalarium *libri verum parentem, ſed alium Amalarium non niſi* Diaconum, *& Epiſcopo ætate ſupparem, qui juſſu* Ludovici Imperatoris *opus illud contexuerit, annotat* Sirmondus ad Ennodii *opuſculum de cerei benedictione.*

Amalarius, Metenſis *diaconus, Ludovici pii juſſu, libros quatuor* de divinis officiis *contexuit. Quos quidem libros* Amalario Fortunato, *Treverenſi Epiſcopo, hactenus falſo typographi attribuerunt. Amalarius porro Metenſis, ut dixi, diaconus (quem* Honorius *hoc capite Epiſcopum Metenſem non recte appellat:) Amalario Treverenſi Epiſcopo ætate ſuppar, vir fuit longe eruditiſſimus. Ab iſto* Amalario Metenſi (*facta è Palatio Aquiſgranenſi librorum copia*) *Forma inſtitutionis Canonicorum & Sanctimonialium canonice viventium, ex diverſis veterum Patrum ac doctorum ſententiis concinnata, Conciliique Aquiſgranenſis judicio & auctoritate, anno Chriſti octingenteſimo decimo ſexto, comprobata fuit: quod ex* Admari Chronico Engoliſmenſi Sirmondus *obſervavit.* Diotari *porro* Formam inſtitutionis canonicæ, Notis à me illuſtratam, *Antuerpiæ 1638. cum condice Regularum & Conſtitutionum clericalium, edendam curavi. Quod ad* Amalarium For-

tunatum, Epiſcopum Treverenſem, *attinet*; *is à* Carolo Magno *Conſtantinopolim ad Imp.* Michaëlem Balbum, *cum* Petro *Abbate Nonantula, diœceſis Mutinenſis, miſſus fuit. Succeſſorem in cathedra habuit* Hettum, *cujus Epiſtolam ad* Frotarium Tullenſem *Epiſcopum citat* Sirmondus *in notis ad Tom.* 2. *Conciliorum Galliæ.*

(d) Notæ Marginales Diecmannianæ.

Non *Sigebertus*, qui eum *tantum Attularium* vocat, ſed Suffridus *Petri* in Annot. ad l. c. Sigeb. p. 352. 353. diverſam illam nominis ſcripturam refert. Qvam varietatem quoqve legas apud Petrum *Blanchot* in Elencho Auctorum Biblioth. P. P. Concionat. Paris. ao. 1643. 4to editæ. Junge Uſſer. Hiſtor. Gotteſchalci c. 8. p. 128. Et mox: Lege omnino *Sirmondi* Epiſtolam *de Amalariis*, quam *Labbe* in Addend. T. 1. de Script. Eccl. a. 1692. ad 702. exhibet, ubi librorum *auctorem* eſſe probat *Amalarium*, *non Trevirenſem*, *ſed* alium *Metenſis Eccleſiæ Diaconum*, Trevirenſi paulo Juniorem, licet per aliquot annos una vixerint.

(e) Maſtrichtiana Symbola.
AMALARIUS.

Quem Trevirenſem Uſſerius, Metenſem poſtea Lugdunenſem Epiſcopum facit: Scripſit de *Eccleſiaſticis officiis. Transſubſtantionis* cum *Paſchaſio Ratberto* auctor. De eo Judicium Eccleſiæ Lugdunenſis ex libro de tribus epiſtolis qui in Tom. 4to Biblioth. Patr. edit. 4. Col. 391. habetur exhibet *Forbes* in inſtit. Hiſt. Theolog lib. XI. Cap 18. pag. 604. a.

AMANDUS v. *Flavianus.*

(136.) AMANDUS v. *Roſach.*

(137.) AMANDI ROSARII nomine extare Epiſtolam *Eliæ* PUTSCHII Antverpienſis, docet Teiſſier Elogior. Thuaneor. part. II. pag. 391.

(138.) AMANDUS Verus. Ejus ſub nomine prodiere *Imperium Politicum ex ſacra Regum Hiſtoria deſcriptum*, ad Chriſtianum Ludovicum Magnanimum, Ducem Megapolitanum Anno 1661.

*Triumphans Anima*, ſive *Philoſophica demonſtratio Immortalitatis Animæ.*

*Nova detecta Veritas*, ſive *Animadverſio in veterem ratiocinandi artem Ariſtotelis*, omnia in 12. quæ profecta eſſe à *Chryſoſtomo* EGGENFELD J.U.D. & tum temporis Conſiliario intimo Ducis Megapolitani, non æque reliquis ac ingenio felici, memorant qui & Virum & ſcripta ejus noverunt, de quibus judicium ferre, nobis nunc non arrogamus, at quod ab omnibus æque non probentur, haud ſine cauſa fieri credimus.

Horum trium librorum in 12. *primum* paginis 696. conſtat, cui ſubjungitur Epitome ſive capitum & Quæſtionum index plagularum circiter 6. *Secundum* paginis 522. & indice rerum completo. *Tertium* paginis 232. Capitibus XXI. cum præfatione dedicatoria Principis Megapolitani *Chriſtiani* Aulæ Mareſchallo, Cancellario, Procellario Conſultiſſimo &c. inſcripta cui ſubjecit lit. I. C. E. Unde prænomen *Joannis* aut *Joachimi Chriſtophori* præſumo. *Königius* tamen p. 269. a. poſterius prænomen ſolum habet, forte nec niſi me ſolo, quem allegat, hic uſus. Addit hic *nota Marginalis Diecmanniana* ſequentia: Hunc D. Eggenfeld, mortuo ante aliquot annos Duce Meclenburgico libertati reſtitutum in Belgium abiiſſe, Ultrajecti fama humilitatis & acquiſitæ Divinæ ſapientiæ vivere, & quorundam ſcriptorum, quæ cum nonnullis eruditis contulerit, editionem meditari, ex litteris jam ante quadriennium ſcriptis me accepiſſe recordor. Nec omittenda ſunt, quæ habet *Margo Maſtrichtianus: Chryſoſtomi* hujus *Egenfeldii* fata duriſſima ipſe poſt tot annorum toleratos carceris ſqualores mihi narravit, ſuaq; quæ poſt liberiorem carcerem ſcripſit Theologica, idque de generali quadam religione, omniumque aliarum cum ea conciliatione, mihi ipſe retulit, liberatus ex carcere. Reliquitque ſcripta quædam, in quibus abſtruſa mira & inaudita In Belgium, poſtea Viennam, & Brinnum in Moravia abiit. Unde litterarium commercium ſenex & valetudinarius mecum habuit, quod per triennium & qvod excurrit, ceſſavit, ex quo obiiſſe & ſcripta ejus multa in manus, aliorum incidiſſe, conjicio. Porro addit idem Excellmus Syndicus von *Maſtricht* etiam hæc memorabilia.

Johannes *Chryſoſtomus.* EGENFELD.
Auſtriacus vel Bavarus.

Conſiliarius Ducis Chriſtiani Megalopolitani, incarceratus ao. 1666. hæſit in duro carcere usque ad 1672. poſtea liberiori gaviſus detentione ad lectionem Patrum, ſcripturæ meditationem ſe accinxit & multa abdita & abſtruſa invenit & ſcripſit. Quæ hoc *folio* continentur, Parietibus inſcripſit carbone, & ex MS. ipſius vidi & legi.

Chronographica & Epigrammata.

Anno à Chriſto nato 1666. Menſe Octobris Carceris parietibus Carbone inſcripta.

1. in latere dextro verſus Solis ortum æſtivum:

*fVIt*
*qVI*
*graVes CarCere hoC sIbI InfLICtas MoLeſtIas*
*æternItatIs CogItatIone sVſtInVIt,*
*Vti*
*IVſtItIa regnat*
*InIqVItas patItVr.*

infrà.

*Septima lux Junii dicti mirabilis anni*
*Claret, & inviſas carceris intro fores.*
*Carceris arcanum Sextus tibi detegit annus,*
*Eſt homo per Chriſtum conditus, ecce novus.*

2. in latere oppoſito.

*te ChrIſtIanVM profIterIs:*

patere.

patere.

*ſChoLa ChrIſtI ſChoLa paſsIonIs & affLICtIonIs.*

3. Ortum æquinoctialem verſus a dextris.

*æternVM erIt qVoD IbI LætIfICabIt*

à Siniſtris.

*Vere breVe, qVoD hIC MoLeſtat*

in ſuperiore fornice:

*hIC IgItVr fLebo:*

*Vt IbI rIDEaM.*

4. Verſus ſolis ortum hibernum à dextris.

*SerVItVtIs CarCer*

eſt

*SapIentI LIbertas.*

*CorpVs*

*InCarCerarI poteſt*

*non Mens:*

*qVæ ſerVIre Ignora*

*phILoſophatVr*

*VbIqVe.*

*ea prærogatIVa VIrI SapIentIs.*

in

latere adverſo

*Carcere in hoc concluſus inops, nec ſufficit: ultra*
*Subtrahitur calamus, candida chartâ, liber.*
*Improba ne miſero noceat molitio quicquam:*
*Inſolitas genius ſuggerit ecce modos.*
*Pro Calamo ſervit mens: chartam vis memorandi*
*Supplet: tum Chriſtus ſit Liber ipſe mihi*
*Perlego nunc Librum, cujus nova dogmata ſcribam:*
*Quilibet ut Verbum prædicet eſſe Dei.*

in medio.

*gaVDIa, terra qVIbVs VIVIt MIhI ſterCorIs*
*Inſtar:*
*eſt qVIa Sors IesVs VIVo beatVs oVans.*

5. in latere parietis ad Auſtrum.

*Iras SpIras?*
*abſIt:*
*ConsVLe, qVæso, te, In ratIone tVa, Ipſe*
*& InVenIes.*
*præſtantIVs patI, atqVe facere MaLa*
*honeſtIVs, affLIgI, atqVe affLIgere*
*beatIVs; neCarI atqVe ne Care.*

6. in Latere occaſum verſus

LVX

eſt

*qVâ aLLVCente*

Mens

*VItII eXpers*

*InteLLIgIt InteLLIgIbILIa*

*& fIt*

*SCIens*

*totIVs VerItatIs.*

---

(139.) AMATOR où AMADEUS: *Jean* MEUDEZ: ita *Bailletus* in Catalogo des Autheurs deguiſez. p. 526.

---

(140.) AMATUS LUSITANUS. Ejus nomine editæ ſunt *Curationum Medicinalium* Centuriæ VII, quibus præmittitur *Commentatio de Introitu Medici ad ægrotantem*, docente *Frehero* in Theatro Virorum eruditione clarorum p. 1230. ex vitis Medicorum illuſtrium Petri *Caſtellani*. Verum deinde libri Auctorem, ex *Quenſtedii* Dialogo de Patriis virorum doctorum. p. 17. addit eſſe *Johannem* RODERICUM CASTELLI ALBI, Philoſophum & Medicum præſtantiſſimum, qui ſe poſtea appellavit Amatum Luſitanum, ut notat *Mercklinus* Lindenii renovati p. 672. a. qui & p. 34. & 35. Amati Luſitani Scripta multo numero recenſet.

---

(141.) *Levinus von* AMBEER: Edidit tractatum Germanicum, cui titulus; Der vernichtete Frantzöſiſche *Religions Poppanz &c.* Anagrammaticum hoc nomen eſſe *Immanuelis* WEBERI, multis ſcriptis ſuper ſucceſſionem Lauenburgicam inclyti, docet *Symbola Junckeriana*; cui addenda ſunt illa, quæ aus denen Monatlichen Unterredungen ao. 1692. pag. 245. ſub lit. (a) ſubjunximus.

(a) Monatliche Unterredungen anno 1692. p. 245. Conſtantino nahm derowegen das vorhin promittirte Tractätlein von einer beſtändigen Reichs-Armee zur Hand / deſſen Titul ſich alſo anhebet: Der vernichtete Frantzöſiſche Religions-Poppans ꝛc. Durch *Levinum* von Ambeer. Dieſer Auctor liegt unter dem anagrammate ſeines Nahmens verborgen / (redete Antonio dazwiſchen) und iſt ſchon wegen am Käyſerlichen und andern Höfen wohl auffgenommenen Tractätlein von der Lauenburgiſchen Sache / allenthalben in Teutſchland bekant.

---

(142) AMBROSIASTES: Hujus nomine veniunt Eruditis plerumque Commentarii in Epiſtolas Paulinas: ut notant Monatliche Unterredungen. 1690. pag. 985. quorum verum Auctorem alii REMIGIUM credunt, alii OPTATUM, alii PELAGIUM Hæreticum, alii HILARIUM DIACONUM, quos omnes falſos aut dubios perhibet *Bailletus* in Catalogo des Autheurs degviſez p. 526. tandemque addit: C'eſt ſelon d' autres UN PELAGIEN, dont le nom s'eſt perdu.

---

(143.) AMBROSIUS Anſbertus, Monachus, refertur ad annum 890. a *Bellarm.* pag. m. 197. *Tritthemio*, *Poſſevino* & *Gerh.* p. 523. & inter alia *in Apocalypſin* ſcripſiſſe dicitur, & quidem libris X. editis Col. 1539. ut eſt apud *Sixtum Senenſem* lib. 4. p. m. 238. Eos libros non huic, ſed AUTHPERTO *Abbati S. Vincentii* ad Vulturnum amnem deberi, ſcribit *Theoph. Raynaudus* pag. 125. de mal. & bon. libris, quos duos confundere videtur *Olearius* Abaci patrum pag. 25. quem vide.

Inprimis autem *Miræum* Auctar. de ſcriptoribus Eccleſiaſt p. 230. ſub lit. (a) excerptum, & *Cave* Hiſt. Litterar. pag. 345. a. Ubi *duos Autbertos* ſive *Ansbertos* (quæ nomina Gallica in Latinam dialectum mutata facile confuſa ſunt) arbitratur. Eum locum v. mox infra ad *S. Ambroſium* lit. (c) & *Authpertum* qvos non male confundi notat *Mollerus* Homonymoſcopiæ pag. 538. poſt *Fabrum* revera *Fabricium* Decadis Decadum num. 33. & *Caveum*, omnes tres amicos meos plane ſingulares, quibus

quibus de hoc nævo liberis meis chartaceis demto, gratias, ut debeo, hic ago.

(a.) Miræus Auctar. de Scriptoribus Eccleſiaſt. p. 230.

Ambroſius Ansbertus, *Sigeberto in catalogo c. 91.* Autbertus, *ſcripſit libros decem in Apocalypſim, qui tomo 9. Bibliothecæ Patrum, editionis Colonienſis, leguntur. Ad calcem libri decimi hæc ipſe attexuit:* Ambroſius, qui & *Ansbertus*, ex Galliarum Provincia ortus, intra Samnii regionem apud monaſterium martyris Chriſti Vincentii maxima ex parte divinis rebus imbutus, temporibus Pauli Pontificis Romani, nec non & Deſiderii Regis Longobardorum, ſed & Arrochiſi Ducis ejusdem provinciæ, quam incolo, hoc opus confeci atque complevi: quod propter facilitatem ipſum intelligendi, *Speculum parvulorum* vocavi.

AMBROSIUS v. *Catharinus.*

(144.) *S. AMBROSII Mediolanenſis Epiſcopi ſcripta ſuppoſititia plurima, recenſentur ab iis, qui opera ejusdem edidere in præfationibus eorundem: tum etiam à* Bellarmino *de ſcript. Eccleſ. ad Ao. C. 347.* Sixto Senenſi *Bibl. ſanctæ lib. 4. pag. m. 229. ſeqq.* Poſſevino *in Appar. S. Tom. I. pag. m. 257. usque ad 277.* Andrea Riveto *Critici ſacri lib. 3. cap. 16. & ſeqq.* Theophilo Raynaudo *de mal. & bon. lib. pag. 123. 124. citatosque plurimos alios ab hiſce partim, &* Oleario *Abaci Patrum p. 26. & ſeqq. Ex hiſce pleraque ἀδέσποτα manſere, auctoribus tamen ſuis aliqua, licet haud æque certis ſemper argumentis reſtitui cœperunt. Quæ Alphabetico nunc ordine breviter recenſere hujus inſtituti ratio jubet. Sunt itaque ſequentia.*

I. Apologia pro Davide utraque *per Eraſmum eidem auctori, cujus ſunt* de Vocatione gentium *Ambroſio ſuppoſiti libri, quos vel EUCHERIO vel PROSPERO adjudicari mox videbimus: qua de re imprimis lege* Rivetum *Critici ſacri l. 3. c. 18. pag. 320. Et de poſteriori quidem ipſi Pontificii, quod ſit ſuppoſititia, magno numero conſentiunt apud* Bellarminum, Poſſevinum, Cocum, *&c. ſupra laudatos: priorem vero plerique eorum genuinam volunt, duorum aliqui poſteriorem etiam defendunt, uti videre eſt apud Th.* Raynaud. *p. 123.*

Cujus verba ſub lit. (a) repræſentamus: utramque inter genuinas refert etiam *Cave*, in Hiſtoria Litteraria Scriptorum Eccleſiaſticorum. p. 149. *Elies du Pin* Bibliotheque Tom. 3. p. 256. v. Monachos Benedictinos recenſitos *Actis Eruditor. Lipſ.* 1688. p. 67.

II. Commentarius *ſive* Expoſitio in in Apocalypſin *ſuppoſititius agnoſcitur à Doctoribus Pontificiorum, adductis apud ſupra laudatos. Verum operis auctorem autem eſſe BEREGANDUM, quem laudat* Dionyſius Carthuſianus *cap. 10. in Apocalypſin* ex Manuſcripto Oxonienſi *docet* Joannes Raynoldus *de libris Apocryphis prælect. 74. & cum eo* Joh. Pitſeus *de Rebus Anglicis, aliique citati* Rob. Coco *p. 275.* Riveto *pag. 325.* Gerhardo *p. 288. ubi* Salmeronis *conjecturam de AMBROSIO Monacho fruſtaneam, ut ex hiſce patet, vide.*

BERENGAUDO Commentarium in Apolypſin tribuunt etiam *Supplementa ad Acta Eruditorum Lipſ.* Tom. II. p. 221. Quem *eundem* plane eſſe, cum BERENGARIO, *Archidiacono Andegavenſi*, evincit Henricus *Wharton*, Auctarii Hiſtoriæ dogmaticæ Jacobi *Uſſerii* de Scripturis & ſacris vernaculis pag. 391. & ſeq. ſub lit. (b) Adde *Hotting.* Scriptor. Suppoſititior. pag. 86. citante hic nota marginali *Normanniana MSta.*

III. Commentaria in Eipſtolas Paulinas omnes, *etſi multis ſe genuina venditaverint, attamen à pluribus doctiorum ſuppoſititia judicantur; adjudicantur autem diverſis auctoribus à diverſis. Nimirum HILARIO* Diacono Romano, *qui Luciferi ſchisma propagavit. v.* Bellarminus *p. 97. 98.* Franciſcus Lucas, Brugenſis *apud* Cocum *pag. 271. & alii apud* Rivetum *l. 3. c. 18. & l. 4. c. 13.* Theoph. Raynaud. *pag. 124. Cum OPTATO convenire partim & disconvenire notat* Joh. Gerhard Voſſ. *de Baptismo diſp. 8. theſ. 28. pag. 120. & Diſp. Hiſtorico-Theolog. 26. th. 8. p. 390. REMIGIO* Lugdunenſi *tribuit* Maldonatus *apud* Cocum p. 271. & Poſſevinum, *ac* Gerhard. *p. 285. Sed de* Hilario *videtur eſſe potior ſententia, de qua re vide plura inferius, ubi & de ſcripto* Auguſtini *ſuppoſititio, cui* Quæſtionum in V. & N. Teſtamentum *eſt titulus, ſermonem faciemus.*

Vide etiam *Olear.* Abacum Patrologicum p. 214. & (c) *Cave* Hiſtor. Litt. pag. 150. b. quibus addi poſſunt Monatliche Unterredungen anni 1690. p. 986. *Acta Erudit. Lipſ.* ao. 1689. p. 168. & inprimis *Uſſerius* de Scripturis & ſacris vernaculis pag. 63. & 370. ſub lit. (d) Singularis eſt ſententia *Benedictinorum* nuperorum editorum Ambroſiani operis. Qui *non unius, ſed multorum opus eſſe hos commentarios* aſſerunt, ut patet ex *Supplem. Act. Erud. Lipſ.* Tom. II. Sect. V. p. 220. ſub lit. (e) excerptis. v. Richard *Simon.* Hiſtoire Critique du N. T. c. IX. p. 133.

IV. Commentarius in Epiſtolam ad Hebræos, *licet ipſe multis probatus, attamen improbatus magno* Eraſmo, *potius ANSHELMI vel REMIGII modo memorati creditus in præfatione Tom. 1. Operum Ambroſii. v.* Cocum *pag.* 273. Rivet. *p.* 324. & Poſſev. *ac* Gerhard. *p.* 288.

Tribui etiam hunc Commentarium CLAUDIO AUTISSIODORENSI vel TAURINENSI colligi poteſt ex iis, quæ hanc in rem afferunt der Monatlichen Unterredungen ao. 1693. pag. 292. in recenſione operis *Richardi Simonis* quod prodiit 1693. in 4to chez Reinier Leers ſub titulo: *Hiſtoire critique des principaux Commentateurs du noveau Teſtament, depuis le commencement du Chriſtianisme jusques à notre ſiecle.* Dubitare tamen ipſum Simonem περὶ γνησιότητος memorati commentarii vide loc. cit. ubi tamen & fruſtra *Ambroſio* adſcribi, expreſſe affirmatur.

V. Epiſtola 79. ad Theophilum & Anyſum. *DAMASI Pontificis eſſe dicitur à* Riveto *l.3.c.14.p.306.* VI. Epiſtola ad Demetriadem Virginem *legitur diverſa ab ea, quæ in* Hieronymi *operibus ab* Eraſmo *editis Tom.3. Epiſt.84. exhibetur; eam COELESTII aut PELAGII Hæreticorum dicit* Baronius, *Pelagii Auguſtinus etiam eſſe ſcribit apud* Rivet. *l.3.c.7.pag.405. &* Eraſmum *in præfatione ejus pag.m.12. ubi à* Beda *JULIANO hæretico tribui dicit: confutans illam.* Hieronymi *credita, revera eſt PROSPERI* Aquitanici, *docente* Joanne Coſtero, Suareſio *& aliis apud* Rob. Cocum *pag.261. & 263.* Rivet. *&* Poſſev. *Appar. S. Tom.1. pag.68. &* Gerhard. *pag.277.*

PROSPERO etiam tribuitur à Gvilielmo *Cave* Hiſtor. lit. p. 148. a. & inter Proſperi opera, imo etiam in QuesnelianaLeonis M. editione, epiſtolam ad Demetriadem legi, teſtantur Benedictini, in *Supplement. Act. Erudit. Lipſ.* Tom. II. Sect. V. p. 221. Leoni hanc epiſtolam aſſerit Quesnel, Journal des ſçavans du 17. fevrier 1676. p. 44. Adde *Voſſ.* Hiſtor. Pelagianæ p. 67.

VII. Conciones ad populum breves *Tomo tertio Ambroſianorum operum extantes, omnes Ambroſio abjudicat* Eraſmus. *Et ſane quomodo earum aliæ in AUGUSTINI, aliæ in MAXIMI Taurinenſis ſermonibus legantur, vide apud* Bellarm. *pag.* 95. Richard. Montacu. *Orig. Eccleſ. part.1. §.137. p.130.* Cocum *p.263. & ſeqq. &* Rivetum *l.3. cap.17. pag.314.315,316.* Poſſevin. & Gerhard. *p.277.*

His jungi merito debet Guilielmus *Cave* Hiſtoriæ literariæ Scriptorum Eccleſiaſticorum p. 223. b. & ea, quæ de Sermonibus ſub Ambroſii nomine divulgatis cenſuerunt *Benedictini*, ut referunt *Acta Erud. Lipſ.* ſupplem. Tom. II. Sect. V. pag. 221. nobis ſub lit. (f) excerpta. Adde etiam pag. 423. & *Mabillon.* part. 2. Muſ. Italic. in præf. nobis ſub lit. (g) excerpta.

*VIII.* Liber de Fide contra Arrianos, *GREGORIO Nazianzeno tribuitur, in Latina operum ejus interpretatione, per Ruffinum facta.* Gerhard. *pag.275. Compendium ejus argumenti genuini ab alio factum, pro Ambroſiano venditatum, memorat* Rivetus *l.3.c.19.p.326.*

Hunc librum, qui etiam *de Filii dei divinitate & conſubſtantialitate* inſcribitur, non inter Gregorii Nazianzeni tantum ſed & VIGILII TAPSENSIS opera Chifletius refert. At *Hermannus* in Vita Ambroſii, & *Quesnelius* in appendice ad Opera *Leonis M.* hanc lucubrationem GREGORIO *Eliberytanæ ſedis* in Provincia Bætica *Epiſcopo* adſcribere maluerunt. Quorum conjecturis ſiquis adquieſcere nolit; eum *Benedictini* monent ut ſaltem tractatum hunc antiquum eſſe agnoſcat cum ab Auguſtino allegatus fuerit. *v. Supplem. Act. Erudit. Lipſ.* Tom. II. Sect. V. p. 223. quibus junge *Journal des ſavans.* 1676. pag. 44. ubi Vigilius *Tapſenſis à Vigilio Epiſcopo Tridentino,* diſtinguitur, Auctoritate *Chifletii.*

*IX. Hymnus,* Vexilla Regis prodeunt. *FORTUNATI eſt.* Bellarm. *p.98.*

Fortunato adſcribit *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. pag. 150. b. ſaltem certo certius Ambroſii non eſſe ibidem judicat. De hoc hymno accuratiſſime & ex profeſſo Clariſſ. *Tenzelius* in Exerc. part. 1. Ex. 10. pag. 393. & ſeqq.

*X.* Alius, Te Deum laudamus, *etſi AMBROSIO & Auguſtino communis per miraculum factus memoretur, ex* Dacii *Chronico, tamen ut ſuppoſititium hunc hymnum, utrique abjudicat* Th. Rayn. *p. 124. 125.*

Quæ ſupra c. X. n. 1644. in *Anonymis* fuſe dicta jam habemus & excerpta partim, ut hic ſuperfluum jam ſit adducere ulterius, quæ habet M. Andreas Chriſtianus Eſchenbach / Exercitatione de Poëtis Chriſtianis ſacris, Græcis & Latinis p. 15. & 16. Quique nihilominus inter genuina *Ambroſii* opera hymnum hunc collocavit *Cave* Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 150. a. ut oſtendunt excerpta ſub lit. (h) & *Olear.* Abaci pag. 28.

*XI. Liber unicus* de Pœnitentia, *ſub titulo* Exhortationis ad pœnitentiam, *à nonnullis* Ambroſio *quoque tribuitur: à quo* libri bini de pœnitentia *ſoli ſcripti quod ſint, conſtat ex ipſius teſtimonio in Pſ. 37. quique genuini creduntur & defenduntur, poſt alios contra* Petrum Soto *à* Theoph. Raynaud. *pag. 123. 124. Eum librum ſuppoſitum Ambroſio docti cenſent tantum non omnes: at non modo ſuppoſitum eſſe, ſed & AUGUSTINI genuinum eſſe, vult* Jo. Coſterius *in Catalogo ſcriptorum, poſt vitam Ambroſii Tom. 1. præfixam ſubjuncto.* Rivetus *l.3. c.19. pag. 327. ex ſtylo* Africanum *collegit, & VICTOREM, Caſtennæ Epiſcopum in Mauritania, ei auctorem aſſignat. Quod ad ſummam rei attinet, idem omnino eſt hic tractatus cum Homilia 39. quæ CÆSARIO* Arelatenſi *tribuitur, inquit* Cocus *p. 277.*

Imo etiam fere totidem verbis in ſermone 313. inter AUGUSTIANOS reperiri, contendunt *Benedictini.* Vid. *Act. Erud. Lipſ. Suppl.* Tom. 1. Sect. V. pag. 122. *Victori* tribuit & *du Pin* l. cap. 291. b. & quidem *Tunnenneſi* potius quam Caſtenſi p. 180. Tom. IV.

*XII. Liber* de Dignitate Sacerdotali ANSELMUM *potius redolet, quam* Ambroſium, *nihil tamen definio, inquit* Theoph. Raynaud. *p. 124.*

*Cave* lib. cit p. 150. a. inter genuina Ambroſii ſcripta refertur.

XIII. *Liber* ad Virginem lapſam, *à* Bellarmino, Poſſevino, *aliisq; Pontificiis plurimis* Ambroſio *quidem abjudicatur, at auctori certo nulli adjudicatur. Eundem hunc librum eſſe pauciſſimis excerptis, cum Ep. 22. tomi 9. operum HIERONYMI, quæ nunc titulum gerit* in Suſannam lapſam Exhortatio, *teſtatur* Cocus *p. 257. neq;* Auguſtini *vel hoc, vel illud eſſe ſcriptum, aliorum*

*rum teſtimoniis probans*: *adde* Rivet. *l.3. c. 16. p. 311. 312.*

NICÆÆ Aquileenſi Epiſcopo dubitanter tribuit *Cave* Hiſtor. Litterariæ Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 150. b. citatque *Gennadium* de Scriptoribus cap. 22.

XIV. De Virtutum & vitiorum conflictu *liber, inter Opera AUGUSTINI uberior etiam extat, & a nonnullis* LEONI Papæ, *licet haud adſtipulante* Poſſevino, *ab aliis* GREGORIO Magno Pontifici *tribuitur, teſte* Riveto *l. 3. c. 19. p. 326.*

Adde *Cave* Hiſt. Litterar. pag. 345. hunc cum aliis pluribus ſcriptis AMBROSIO AUTPERTO vel ANSBERTO tribuentem loco (h) quem dare hic modo præcedente numero promittebamus. Idem ex Benedictini editione firmat *du Pin* l. c. p. 291. b.

XV. De Vocatione Gentium *libri, Tomo ſecundo Ambroſianorum operum inſerti, eidem communi ferme doctiorum Theologorum conſenſu abjudicantur, & aſſignantur ab aliis* EUCHERIO Lugdunenſi: *quos inter eſt præcipuus* Eraſmus. *A pleriſq; vero cum* PROSPERI Aquitanici *lib. 1. cap. 7. & lib. 2. c. 8. iidem eſſe manifeſto deprehenſi ſunt, ut eſt apud* Bellarm. *p. 95.* Rivet. *l. c.* Poſſev. & Gerhard. *p. 275. ubi* Eraſmo, Salmerone *& aliis adductis*, Perkinſium *Proſpero eas adimere conantem refutari legas. Plura vide infra, ubi de* Auguſtino *&* Hieronymo *ſermo incidet.*

Gerh. Joh. *Voſſius* vel ARELATENSEM ARLANUM vel PROSPERUM AURELIANENSEM auctorem eſſe non dubitat referente Jo. Conrado *Dürrio* Diſp. Jenæ 1673. habita, *quod Ethnici inexcuſabiles ſint* Th. 60. Militat pro *Proſpero Antelmius*, quem tamen prolixe refellere nititur du *Pin* Nouvelle Bibliotheque des Autheurs Eccleſiaſtiques. Quod & in hujus libri recen ſione obſervant *Acta Erudit. Lipſienſ.* Supplem. tom. II. Sect. IX. p. 423. Quemque aſſerunt tueri partes Paſcaſii *Quesnellii* hunc ipſum librum vindicantis LEONI PAPÆ. Contra *Voſſius Hiſtoriæ Pelag.* lib. I. c. XX. mavult adſcribere HILARIO ARELATENSI aut PROSPERO AURELIANENSI aliquanto JUNIORI (quam quidem Proſper Aquitanicus) ut monet *Symbola Normannia.* Et Proſperi cujusdam eſſe jam omnibus notum eſt, ait *Cave* Hiſt. Litt. p. 150. b. cui adde *Miræum* Biblioth. Eccleſiaſt. p. 68. & *Acta Erud. Lipſ.* Tom. I. Supplementorum Sect. VIII. p. 431. lit. (i) & Joſephi *Antelmii* diſſ. Criticas ibi recenſitas. Hic vero nunc addi olim recenſitis etiam debent:

XVI. *Confeſſio Fidei Catholicæ*: Illam Jacobus *Hommen* in Supplemento Patrum, ſub *Ambroſii*: Sed *Paſchaſius Queſnelius* ſub FAUSTINI nomine vulgavit, ut notant Acta Erud. Lipſienſ. in tom. II. Supplement. Sect. V. p. 123. Cave autem in Hiſtoriæ literariæ ſcriptorum Eccleſiaſticorum p. 150. b. ſub titulo: *Expoſitio fidei ſecundum Symbolum Nicænum*: ex libro primo de fide ad Gratianum excerptum eſſe aſſerit. Invenitur hæc Confeſſio annexa Actis Theodoreti Martyris & Philippi Hadrianapoleos Tom. IV. Veterum Analectorum Joh. *Mabillon*, uti indicant Acta Erud. Lipſ. anni 1686. Januar. p. 19. ſub lit. (k) excerpta.

XVII. *Sermo de Purificatione B. Virginis* hactenus *Ambroſio* tributus eſt; at inter Spuria ejus ſcripta refertur à *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 150. b. ALCUINO illum tribuit *Journal des Scavans* de l'an: 1679. pag. 94. ſub lit. (l) Adde quæ ex du Pin ſub lit. (m) excerpta generatim exhibemus & prolixiora Tom. IV. p. 90. quam ut excerpi potuerint. Plura vide infra de *Antonii Democharis* nomine in Ambroſii operibus collocatis: & nunc allatas notas *marginales Diecmannianas* (n) non omittendas, uti neque *Maſtrichtianas Symbolas* adhuc ſeriores ſub lit. (o) communicatas. (NB. literas Excerptorum hujus numeri B. L. ipſe melius locabit.)

(a) Raynaudus de malis ac bonis libris p. 123.

S. Ambroſio *ſuppoſitam eſſe poſteriorem* pro Davide Apologiam, *contendit* Nicolaus Faber opuſculo ultimo, quod eſt ad Frontonem Ducæum. *Et idem habet* Bellarminus *lib. de ſcriptor. in Ambroſio*: *qui argumentum ducit ex ſtyli diverſitate, & ex eo quod alia extet apud eundem Ambroſium pro Davide Apologia. Sed maxime ex eo quod autor poſterioris Apologiæ negat Davidis cum Berſabea adulterium fuiſſe verum adulterium, illudq; cenſeat allegorice interpretandum, quod S. Ambroſius nunquam diceret. Hinc Nicolaus Faber colligit id opus eſſe alicujus* Origeniſtarum *omnia ad allegorias vertentium*: *& miratur in editione Romana expunctas eſſe ex* cap. 8. *aliquot lineas, quibus ea probroſitas indigne Ambroſio affricabatur, quamvis non ſint craſa ex* cap. 11. *illa idem ferentia.* (In illo invidioſo David adulterio inveniri non ſolum quod non reprehendatur, ſed etiam quod laudetur.) *Hinc tamen minus perſpicue habetur quod hi Autores intendunt de ſuppoſita S. Ambroſio ea lucubratione. Nam ſtylus haud abhorret a S. Ambroſio, imo pleriq; modi loquendi S. Ambroſio familiares, hic paſſim occurrunt. Quod autem alia extet ejusdem tituli lucubratio, non urget. Nam hæc poſterior Apologia, eſt commentarius in titulum* Pſal. 50. *& in ipſum Pſalmum. Prior autem Apologia eſt eo nexu ſoluta. Quod autem adulterium Davidis in poſteriore Apologia dicatur abdere myſteria Chriſtiana, non pertinet ad laudationem adulterii.* (*Abſit*;) *ſed ad utilem allegoriam qualem alii quoq; patres factis quibusdam turpibus ſubſtraverunt. Videndi* S. Auguſtinus 22. *contra Fauſtum cap. 83.* S. Gregor. 3. *moral. cap. 21.* Beda *lib. 2. in Samuelem cap. 3. & quæſt. 6. ex variis* Bernardus *ſerm. 2. de Domin. infra octavam Epiphaniæ, qui ait* hanc eſſe tenebroſam aquam in nubibus aeris. Rupertus *lib. 5. in Geneſ. cap. 9.* Bleſenſis *in calce Invecti. & ex recentioribus* Sanctius *in cap. 1. Oſeæ a num. 18. qui fatetur* S. Hieronymum *aliquando aliud ſenſiſſe, nimirum in cap. 45. Eſaiæ, & in cap. 12. Ezech. & in cap. 10. Oſeæ. Sed notat mutaſſe poſtea ſententiam epiſt. 131. ad* Ruffinum. *Multo minus eſt operæ in retinendo libro altero de* interpellatione David, *quem æque* S. Ambroſio ſuppoſitum *aſſerit* Bellarminus. *Sed quæ adducit, debilia videntur, ut attendenti liquebit. Itaq; fœtus illos*

*eſſe*

*eſſe* S. Ambroſii *genuinos, nec illi fuiſſe ſuppoſitos, ve riſimilius cenſeo.*

(b) Heinricus Wharton Auctarii Hiſtoriæ Dogmaticæ Jac. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis, p. 391. & ſeq. Berengarius, *Archidiaconus Andegavenſis, Expoſit. ſuper Apocalypſin MS. in Bibliotheca Lambethana* — — *Expoſitio iſta* Ambroſio *ſuppoſita, inter Opera illius excuſa reperitur, demptis præfatione, & Introductione, quæ in excuſis fruſtra quæruntur.* Ambroſio *autem illum minime deberi nullus non novit. Reſtat igitur, ut de authore genuino nonnulla diſpiciamus. Duplex ejus Exemplar MS. in Bibliotheca Lambethana habetur; alterum vetuſtius (quod quidem Berengarii ætate haud multo inferius videtur) in principio mutilum, titulo & præfatione caret: alterum recentius* Beringuedis *cujusdam nomen inſcriptum præ ſe fert. Aliud exemplar vidi MS. in Bibliotheca* Collegii Gonvilii & Caji *apud* Cantabrigienſes, Berengario *inſcriptum. De eo certior à me factus, uti & de codicibus Lambethanis ab amico quodam doctiſſimo, Vir Cl.* Guilielmus Cave, *librum Berengario abjudicandum,* Beringuedi *tribuendum conjecit. Vereor autem ne infelici conjectura. Plurimi quidem* Codices *MSS. a* Jameſio *memorati,* Beringuedis *nomen præferunt. Id tamen aut ignorantia aut fraude Monachorum librariorum, quibus inviſum erat Berengarii nomen, factum videtur. Neque enim Scriptor ullus Beringuedem memoravit, aut de iſtiusmodi Scriptore vel inaudivit.* Pitſæus *equidem illum in Appendicem ſuam rejecit; nihil aliud autem de illo dicendum habuit, quam ſe nomen ejus in fronte* Expoſitionis in Apocalypſin *reperiſſe. Neq; certius aliquid novit* Boſtonus Burienſis, *qui in Catalogo ſuo Scriptorum Eccleſ. (cujus exemplar MS. imperfectum penes Archiepiſcopum Cantuarienſem manet)* Berenguaudi *quidem Opera, & in his* Expoſitionem Apocalypſeos *enumerat, quod tamen* Boſtono *ſolenne eſt, è ſola fide titulorum, quos Codicibus MSS. affixos deprehenderat. Quin & inter ipſos Codices de nomine nequaquam convenit. Alii* Bringuedim, *alii* Berengvviddin, *alii denique* Berengaudum *vocant. Verum enim vero ut quod ſentio dicam: inficeti quidam tenebriones, quibus aut Berengarii nomen, abbreviate ſcriptum, ignotum erat, aut ob dogma de Euchariſtia inviſum: Auctoris nomen ſibi pro lubitu cudendum aut immutandum ſuſceperunt. En præclarum igitur commentum, quod in fronte recentioris Codicis Lambethani comparet.* Quisquis auctoris nomen ſcire deſideras, literas Expoſitionum in Capitibus ſeptem Viſionum primas attende. Numerus quatuor vocalium quæ deſunt ſi Græca poſueris eſt 81. Literæ Expoſitionum ſeptem primæ hæ ſunt B. R. N. G. V. D. S. verò vocales ſecundum præfixum numerum quæ deſunt hæ videntur. e. e. i. o. (5. 5. 1. 70.) *Præfationi ſuccedit carmen, quod incipit:*

> Hunc qui compoſuit librum, plerique vocatum
> Dant Berengaudum; verumque velut reor, ajunt.

*Ipſi igitur, qui calculum tam præclare ſubduxerunt nebulones, de commenti ſui veritate ſubdubitarunt. Neque Berengarium enim neq; Berengaudium de iſtiusmodi artificio ſomniaſſe arguit error ejus manifeſtus. Inter conſonas enim antepenultima, inter vocales ultima, otioſæ ſunt. Incredibile autem eſt, Autorem ſi iſtiusmodi quid in animo habuiſſet; artificium quod nomini ſuo ad amuſſim congrueret, excogitare non potuiſſe.* Berengario *igitur* potius, quam Berengaudo *iſti fictitio, Opus eſt relinquendum. Rem extra omne dubium ponet* Johannes Supprior, *qui prolixum in Apocalypſim conſcripſit commentarium, MS. in Bibliotheca Lambethana aſſervatum. In prologo enim Expoſitores Apocalypſeos recenſens, poſt* Jeronymum, Auguſtinum, Primaſium, Victorinum & Bedam *memoratos, hæc habet:* Noſtri quoque temporis Magiſter Berengarius & Robertus Prior; qui quanto ſunt tempore poſteriores, tanto ſunt per experientiam & manifeſtationem ipſius prophetiæ ad exponendum certiores; totum librum ex ordine pleniter expoſuerunt; & expoſitiones ſuas ex locis ſanctarum Scripturarum fortiter munierunt. *Ex horum pariter ac priorum Expoſitionibus Commentarium ſuum* Johannes *conflavit, paucis de ſuo additis. In eo igitur reperiuntur continua fere &* ampla Berengarii Excerpta, *quæ in Codicibus noſtris MSS. totidem verbis comparent. Atq; has quidem Berengarii vindicias me egiſſe, Eruditos, ſpero non pigebit.*

(c) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 150. b.

Commentarii in Epiſtolas D. Pauli. *Scripſit quidem in Apoſtolum* Ambroſius; *ſed opus iſtud interiit. Hoc de quo agimus,* Hilarii Diaconi *eſt, in quo notandum tamen eſt Commentarium in X. priora Epiſtolæ ad Hebræos Capita,* Hilarii *non eſſe (nec enim Hilarius aut ullus alius Latinorum ejusdem ætatis aliquid in Epiſtolam eam ſcripſit) ſed a* falſario quodam *aſſutum eſſe partim, ex* Chryſoſtomo, *partim ex* Hieronymo *contextum.*

(d) Uſſerius de Scripturis & Sacris Vernaculis p. 63. §. 370. Hilarius *Romanus Diaconus, vel quicunq; autor fuit* Commentariorum, *qui* Ambroſii *nomine feruntur* in Pauli Epiſtolas. *Autorem hunc ſancti Hilarii nomine citat* Auguſtinus *lib. 4. contra 2. epiſt. Pelagian. cap. 4. Alii* Hilarium, *qui Romæ Diaconus fuit temporibus Damaſi, eſſe ſuſpicantur. In Commentariis ad 1. Tim. III. mentionem factam legimus* Damaſi, *Rectoris Eccleſiæ; quem locum cum Pontificii Doctores,* Hardingus, Sanderus, Bellarminus, Stapletonus, *& alii paſſim ad Primatum Pontificium ſtabiliendum citare ſoleant; ejusdem autoris explicationem 14. Capitis prioris Epiſtolæ ad* Corinthios *aſpernari non debeant. Hinc autem ſententiæ ſequentes deductæ ſunt.*

(e) Actorum Erudit. Lipſienſium Suppl. Tom. II. ſect. 5. p. 220.

*Sequuntur hunc tractatum* commentaria in Epiſtolas Paulinas, *quæ nec ab* Ambroſio, *nec ab* Hilario Sardo, *quæ plurimorum hodie eſt ſententia, ſcripta eſſe probant* Benedictini, *in eam potius inclinantes ſententiam, quod hic commentarius non tam ab uno autore ſcriptus, quam a quodam compilatore e variis commentariis corraſus fuerit. Quam ſententiam ex eo confirmant, quod in his commentariis magna & dictionum & ſententiarum ſuper eadem materia diverſitas occurrat*

*currat, & non minus quædam ſequioris ævi indicia, quam antiquitatis veſtigia in iſtis deprehendantur.*

(f) Actorum Erudit. Suppl. Tom. II. Sect. 5. p. 221.

*De ſermonibus* Ambroſii *obſervant, neminem ignorare, quod magna pars ſermonũ, qui in antiquioribus editionibus Ambroſii nomen præ ſe ferunt, perperam Ambroſio tribuatur, & inter aliorum patrum opera circumferatur: deinde accuſant Romanæ editionis* Autores, *quod huic malo non ſolum medicam manum non adhibuerint, ſed etiam multos alios ſermones ab Ambroſii ſtylo & ingenio magis alienos adjecerint. At* Benedictini *è tot Ambroſii ſermonibus, exceptis pauciſſimis quos cum genuinis* Ambroſii *operibus ediderunt nullum deprehenderunt, quem probabili aliqua ſpecie Ambroſio tribui poſſe arbitrarentur. Cum autem in iſta* Ambroſianorum *ſermonum farragine nonnulli tantum apud* Ambroſium, *alii alibi etiam & imprimis cum maximi ſermonibus vulgati fuerint, priores tantum in hac appendice Benedictini exhibere voluerunt, reliquorum, quos omiſerunt, indicem attexuiſſe contenti. Præterea in fronte ſingulorum ſermonum, quibus in hac appendice locum reliquerunt, rationes indicarunt, quarum intuitu ſermones illos Ambroſii titulo indignos cenſuerint.*

(g) Mabillon p. II. Muſ. Ital. præf.

*Homiliæ* S. Maximi, *Epiſcopi Taurinenſis, ita diſtractæ, & alienis coloribus infuſcatæ ſunt, ut quis ſit earum legitimus parens, apud viros Doctos dubitetur: dum hi alias* Ambroſio, *illi alias* Auguſtino *tribuunt.*

*Vid. totam illam præf.*

(h) Cave hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 350. b. 119.

*Sunt qui librum de* Conflictu vitiorum & virtutum, *inter* Ambroſii & Auguſtini *Opera repertum,* & Sermonem in Aſſumptionem B. Mariæ (*qui 18us eſt inter* Sermones Auguſtinianos de Sanctis) *ac* Sermonem de Lectione S. Evangelii, (*qui ad calcem Operum S. Ambroſii in editionibus Pariſ. 1642. 1655. reperitur, & à* Baluzio *ſub* Alcuini *nomine editus & Miſcellan. Tom. 2. pag. 382.) quin & alias nonnullas Homilias, quæ MSS. hinc inde aſſervantur, ac vitam SS.* Paldonis, Tutonis & Vaſonis, *una cum* hiſtorica Monaſterii ſui relatione, *à* Mabillonio *editam Sæc. Benedict. III. part. 1. p. 423. ei aſcribant. Verum ea omnia adeò incerta ſunt, ut uberiorem diſquiſitionem nequaquam mereantur. Certe* Authperto, *vel* Ansberto *cuidam juniori tribuenda videntur.*

(i) Actorum Erudit. Supplem. Tom. I. Sect. VIII. p. 431.

Paſchaſius Queſnellus, *cum ao. 1675. Leonis Magni Opera Pariſiis recenſeret, tria ſcripta, de quorum vero auctore inter eruditos nondum convenerat, nempe* capitula de gratia DEi, Epiſtolam ad Demetriadem virginem, & Libros de Vocatione omnium Gentium, Leoni ſuo *attribuit. Illi autem ſe opponens* Antelmius, *tanto apparatu* Proſpero Aquitano *ea vindicavit, ut luculentiſſime, cum cæteris* Proſperi *ſcriptis, quâ res & ſtylum congruere videantur.*

(m) Du Pin. Nouv. Biblioth. des Auteurs Eccleſ. Tom. II. p. 290. 291.

*Mais ſi l'on a perdu quelques Oeuvres de ſaint Ambroiſe, il faut avouër qu'on lui en a donné pluſieurs qui ne lui appartiennent point.*

*Premierement, on a mis ſous ſon nom quantité de* Sermons: *il n'y en a pas un ſeul qui ſoit de lui. Il y en a* trente-ſix *imprimez parmi ceux de* Saint Maxime, *quatorze dans l'appendix des ſermons* de Saint Auguſtin, *deux qui ſont* en ces deux *endroits. Celui qui étoit le 64. eſt la traduction du* Diſcours de Saint Baſile, ſur ces paroles du Riche: Je démolirai mes greniers. *L'explication ſur le Chap. 31. des Proverbes eſt le Sermon 37.* de S. Auguſtin. *Le diſcours* de la Dignité de la nature humaine, *qui a auſſi été attribué* à Saint Auguſtin, *ſous le titre de* Diſcours ſur la Creation *du premier homme, qu'* Alcuin *cite ſous le nom d'* Albin, *& qui a été inſeré tout entier dans le Livre de* l'Eſprit & de l'Ame. *Tel eſt encore le Diſcours, de l'Arbre défendu, qui eſt entre les Sermons de* Saint Auguſtin. Les Diſcours ſur Elie & ſur Eliſée *ſont des ſermons de* Saint Maxime.

*Je ne dis rien ici d'un* Commentaire ſur les Epitres de Saint Paul, *que l'on croit être* d'Hilaire Diacre, *parceque j'en parle en un autre endroit.*

(vid. Hilarius)

Le Commentaire ſur l'Apocalypſe *eſt d'un Auteur fort recent. Il parle des* Lombards *& il cite Saint* Gregoire. *On a trouvé le nom du veritable auteur de ce* Commentaire, *à la fin du Manuſcrit d'Oxfort, où il eſt attribué à* Berengaudus, *que* Denys le Chartreux *cite avec* Bede *&* Haimon, *dans ſon Commentaire ſur le Chapitre 10. de l'Apocalypſe.*

Le Livre de la Divinité du Fils *eſt vraiſemblablement* de Gregoire de Betique, *comme nous l'avons prouvé en traitant des Oeuvres de S.* Gregoire de Nazianze.

*Le Traité intitulé,* des Myſteres de la Pâque, *eſt un Sermon que l'on diſtingue mal à propos par chapitres. Il eſt plutôt du ſtyle de* Saint Maxime *que de celui de* Saint Ambroiſe.

*Le Livre* de la Dignité Sacerdotale *eſt de* Gerbert, *ſous le nom du quel il a été donné par le P.* Mabillon *dans ſes Analectes, où il porte le titre de* Livre Paſtoral.

*Le Livre* du Combat des Vertus & des Vices, *qui eſt auſſi atribué à ſaint* Auguſtin *& à ſaint* Leon, *eſt d'* Ambroiſe Autpert, *comme il eſt marqué dans la Preface de cét ouvrage, qui eſt dans l'Appendix du ſixiême Livre de la nouvelle Edition de ſaint Auguſtin, p. 219.*

*Le Livre* de la Penitence eſt *d'un* Victor, *comme ces derniers mots le prouvent invinciblement,* nulla capiaris oblivione Victoris. *Le nom même de Victor eſt à la tête de deux* anciens Manuſcrits. *Nous examinerons dans la ſuite s'il eſt de Victor* de Cartenne, *ou de Victor* de Tunone.

(n) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1686. Jan. p. 19. *Annectuntur his* (Actis Theodoriti Martyris, & Philippi Hadrianopoleos, *Tomo IV. Veterum Analectorum* Johannis Mabillon) *varia opuſcula* —— – —— – *dein* Diligentia Beatorum Monachorum Armenii, *ſive ut legendum* Mabillonii *cenſet,* Ammonii & Honorii *de libris Canonicis veteris*

*teris & novi Teſtamenti*, & Confeſſio Fidei Catholicæ, *quam breviter viro inluſtri* Theophilo *direxerunt, quæ confeſſio fere integra ſub nomine* Ambroſii *reperitur apud* Vigilium Tapſenſem *in lib.* 2. *contra Palladium cap.* 6.

(l) Journal des Scavans 1679. Mart. pag. 94.

*Le* Sermon d'Alcuin *ſur la feſte de* l'Hypapante *avoit eſté attribué juſqu' icy à* ſaint Ambroiſe *& inſeré parmi ſes oeuvres: ce qui paroiſt évidement faux tant par le Manuſcrit ſur lequel Mr.* Baluze *nous le donne, qui l'attribue à* Alcuin, *que parce qu'il eſt porté en deux differens endroits que ce Sermon fut fait en preſence de Charlemagne & le jour de la Purification; ce qui ne ſcauroit convenir à ſaint Ambroiſe puis que de ſon temps la feſte de l'Hypapante n'eſtoit pas encore inſtituée comme l'a fort bien remarqué le Cardinal* Baronius.

(n) *Notæ Marginales Diecmannianæ* h.l. Ad (III.) v. omnino ex Reformatis *Dallæum* de uſu Patr. L. 1. c.3. p. 55. Ejusd. Apolog. pro Synodo Alenſi & Carent. Part. 4. pag. 786. 787. & l. 2. de Confirm. c. 18. p. 218. 219. *Blondell.* Apol. pro ſent. *Hieronymi* de Epiſc. & Presb. p 47. 48. *Rainold.* Prælect. in libr. Apocr. Præl. 85. p. 1034. 1035. *Vedel.* Exerc. in Ep. Ignat. ad Smyrn. cap. 4. p. 194. Ex Pontificiis Corn. à *Lap.* in Epiſt. Paul. p. 24. Card. *Baronius* ſingul. libro, cujus meminerunt Lorenzo *Craſſo* Elogii d'huomini letterati part. 1. pag. 134. & Girolamo *Ghilini* Theatro d'huomini letterati parte 1. p. 37 Dion. *Petav.* T. 1. Dogm. Theol. l. 10. c. 4. n. 5. p. 686. & T. 3. l. 3. c. 7. num. 12. pag. 210. ubi Hilarium *Placonum Luciferianum* autorem non eſſe probat. Petr. *Arcadius* de Concord. Eccleſ. Orientalis & Occid. in ſeptem ſacram. adminiſt. l. 7. c. 26. pag. 535. 536. Henr. de *Noris* Vindic. Auguſtin. C. 3. p. 50. ex noſtris *Dorſchei* Theol. latron. pag. 284. ſſ. & Pentadec. Diſſ. Theol. pag. 164. 223. 224. *Ziegler.* de Diacon. & Diaconiſſis vet. Eccl. cap. 8. pag. 103. plures alios citans.

Ad (IIII.) v. *Perroniana* p. 10. Matth. *Larroque* Hiſt. de l'Euchariſtie. part. 1. C. 8. p. 170. qui non *Remigio*, ſed *Anshelmo* Archi-Epiſcopo Cantuarienſi tribui vult.

(o) Maſtrichtianæ Symbolæ.

Ambroſius.

*Partim cum* Optato *convenit Scriptor* commentariorum in Epiſtolas Pauli *qui Ambroſio tribuuntur.* Joh. Gerhard. Voſſius *de Baptiſm. diſp.* 8. *theſ.* 28. *p.* 120. *& diſput. hiſt. Theol.* 26. *de virtut. Gent. theſ.* 8. *fin. pag.* 398.

Ambroſius.

Scriptor Commentariorum in epiſtolas *Pauli, Ambroſio vel etiam* Athanaſio *tributorum Gelaſii Epiſcopi Cæſarienſis, aut* Hilarii *urbis Romæ Diaconi eos eſſe arbitrantur. in cap.* 5. *ad Rom. Gerb. Joh. Voſſius diſput. hiſtor. Theol. Sexta in prima quæſtione pag.* 90. *& Diſputat.* 7. *theſ.* 37. *pag.* 115. *& diſput.* 23. *theſ. pag.* 328. *ex Ambroſio ſive alio ſub Ambroſii nomine qui in* Paulinas *epiſtolas ſcripſit.*

Ambroſius *ſive quis alius antiquus auctor*, fortasſis Hilarius *Diaconus Damaſi Romani Epiſcopi, com. in Epiſtol. ad Epheſ.* 4. *Herm. Conring. Exercit. Septima Acad. de Epiſc. Conſt. Germ. theſ. XI. p.* 339. *pr.*

Ambroſius Mediolan. *Epiſcopus auctor Comment. in epiſtolam ad Epheſ. qui* Ambroſius *vulgo audit. Eſt autem forte* S. Hilarius Rom. *Eccleſiæ ſub Tilerio Papa Diaconus*, Hotting. *hiſt. Eccleſ. parte VIII. pag.* 7.

Ambroſius *in* Oratione præparatoria ad Miſſam, *inter genuinos ejus partus agnita à* Caſaubono, Anſelmo *autem contra fidem veterum Codicum a nupero* Scriptore *perperam tributa.* Bona *l. Liturg.* 3. §. 1. *pag.* 13. *med.*

---

(145) AMBROSII AD ORIGENEM EPISTOLA prodiit Ultrajecti an. 1686. de novis Bibliis Polyglottis. Hujus epiſtolæ, & alterius cujusdam opuſculi, cui titulus: *Novorum Bibliorum Synopſis:* Auctorem eſſe SIMONEM ex urbe DIEPPA oriundum, docent *Menagiana* T. II. p. 138.

---

(146) AMBROSIUS WOLFFIUS i. e. *Chriſtianus* HERDESIANUS. vide infra.

---

(147) *Petrus* AMBRUNUS: Hunc eſſe *Richardum* SIMONEM indicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 526. & *la Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique* de l'année 1689. Tom. 12. p. 405. cujus ſub lit. (a) Prolixius autem etiam *Acta Eruditorum Lipſ.* anni 1687. p. 366. & p. 372 ſub lit. (b) (c) excerpta.

(a) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l'année 1689. Tom. 12. p. 405.

*Ainſi on doit s'attendre à voir paroitre encore deux livres de cet Ouvrage, dans l'un deſquels M.* Simon *doit, ſelon la menace qu'il en faite dans un petit livre qu'il a publié ſous le nom de* Pierre Ambrun, *maltraiter* la Verſion de Mons, *& dans l'autre rompre bras & jambes à* S. Auguſtin. *On verra quand ils paroitront, s'il aura tenu ſa parole.*

(b) Acta Erudit. Lipſ. Anno 1687. pag. 366. (Auctor Defenſionis Judiciorum contra Reſponſum Bollevillani,) *Epiſtola* 16. *ex ſtyli præprimis convenientia prolixe probat*, Petrum *illum* Ambrunum, *qui antagoniſtam* Simonis *ſe credi cupiat, ipſummet eſſe* Simonem.

(c) Ibid. pag. 372. (Bollevillanus *in* Reſponſo ad Defenſionem Judiciorum de Hiſtor. Critic. Vet. Teſtament.) Cap. XIV. *negat ſibi cum* Petro Ambruno *quicquam commune eſſe, niſi aliquam forſan paritatem ſtyli, quæ tamen a perſonato illo autore affectata videatur, ut eo tutius lateret.*

(148.) AMESIUS. (Inter opera Guilielmi Ameſii, eſt Tractatio unius folii quantivis pretii, cui titulus de *Traductione Peccatoris ad vitam*, cujus Auctor eſt *Thomas* PARKHERUS Anglus. De quo tractatulo, & quas ille turbas dederit, vide Præfationem *Netheni*, operibus Ameſii præfixam. *Richardus Baxter* in libro *Anglico*, quem *requiem Sanctorum* appellat, hanc tractationem quoque adſerit *Thomæ Parkhero*, ſed vulgatæ in operibus *Ameſii* editioni deeſſe in fine theſes quindecim dicit. Vellem folium iſtud attente legeres, nil in hac materia elegantius & conciſius legiſti unquam. Dedit idem auctor, ni fallor & alia: *Politiam* nimirum *Eccleſiaſticam*, de cujus mutilata editione anni 1638. vid. *Hoornbeckii* ſummam controv. lib. 10. pag. 762.) verba ſunt laudati aliquoties Domini *Gerhardi von Maſtricht*, in excerptis hujus argumenti ad me miſſis.

---

(149.) AMIANTATUS. Sub hoc nomine dicitur in Academia de' Ricourati di Padoua Jacobus ZABARELLA recitaſſe: *Gli Aronzii, vero de Marmi* Antichi, itemque *Il Magnifico*, overo la virtu Maſcherata. vide *Leti* Italia regnante Part. III. l. 3. p. 269. 273. an editi diſcurſus ſub ficto hoc nomine quoque ſint, mihi non conſtat, nec ſine ſuo nomine prodiiſſe, adeoque huc minus pertinere videtur.

---

(150.) *Jaques* AMIOT, vel potius AMYOT, ut ipſe ſe nominat ſub dedicatione Regi ſuo inſcripta, *verſionis operum moralium Gallicæ Plutarchi*, quæ penes me hoc eſt titulo, quem ſub lit. (a) repræſento Tomis duobis ſpiſſis in 8vo Pariſiis 1616. neque non *Vitarum illius* nomine præfixo *Interpretationi* totidem tomis in 8vo ut eſt ſub lit. (b) Pariſiis 1587. qualiter *Adriano* TURNEBO, præceptori Amioti ſint imputandæ bonam partem verſiones v. *Colomeſii* Bibliothecæ Selectæ Gallicæ pag. 40. 41. verbis (c) excerptis. Eum an plagiariis eapropter annumerabimus? Certe non facit *Thomaſius* exacte ſatis pleroſque hujus etiam generis colligens. Quem tamen altero tanto augere, ſit in proclivi & aliquando etiam mihi cœptum opus. De verſionibus Plutarchi v. *Bayle* Dictionaire Tom. I. p. 235.

(a) *Les Oeuvres Morales de Plutarque translatees* de grec en francois, reveûs & corrigees en pluſieurs paſſages par le Translateur. Compriſes en deux Tomes, & enrichiees en cette derniere edition de Prefaces generales, d'amples Summaires au commencement des Traitez, & d'Annotations en marge reveves, & de nouueau augmentees de moitié, leſquelles monſtrent l'artifice, & la ſuite des diſcours de l'Auteur.

(b) *Les Vies des Hommes* illuſtres, grecs & Romains, comparées l'une à autre *par Plutarque de Cheronée*. Translatees de de grec en Francois, par M. I. Amyot, Conſeiller du Roy & Grand Aumoſnier de France. Auſquelles ſont adiouſtees les Vies d'Hannibal & Scipion l'Africain, Traduictes par Charsles de l'Ecluſe. Les Vies d'Epaminondas, de Philippes de Macedoine, de Dionyſius l'aisné, d'Octavius Cæſar Auguſte. Et celles de neuf Excellens chefs de guerre, priſes du Latin d'Æmilius Probus. Nouvellement miſes en lumiere par S. G. S.

(c) Colomeſii Bibliothecæ ſelectæ Gallicæ p. 40. & ſeqq.

*Il s'attacha à la traduction de* Plutarque, *de laquelle* Meſſire Pierre de Bourdeille, Seigneur de Brantome, *au quatrieſme volume de ſes Memoires, fait l'eloge en ces termes :* M. Amiot eſtoit un grand & ſcavant perſonnage en Grec & en Latin, teſmoin les belles & eloquentes traductions qu'il a faites de Plutarque, qu'aucuns pourtant des ſes envieux ont voulu dire qu'il ne les avoit pas faites, mais un certain grand perſonnage & fort ſcavant en Grec, qui ſe trouva par bon cas pour luy priſonnier dans la Conciergerie du Palais de Paris & en neceſſité; il le ſceut là, le retira & le prit à ſon ſervice, & eux deux en cachette firent ces Livres, & puis luy les mit en lumiere en ſon nom. Mais c'eſt une pure menterie, diſoit-on, que les envieux luy ont preſté; car c'eſt un ſeul qui les a faits; & qui l'a connu de ſon ſcavoir, & diſcorru avec luy, dira bien qu'il n'a rien emprunté d'ailleurs du ſien. *Il faut avoüer en effet qu'Amiot eſtoit un grand perſonnage, & que la Republique des Lettres luy a une extreme obligation de ſa traduction de Plutarque, qui eſt comme la ſource & le magaſin de nos plus riches facons de parler. Mais qui peut avoir eſte ce ſcavant priſonnier dont parle M. de* Brantome? Lancelot du Voeſin, Seigneur de la Popeliniere, *nous aprend bien dans ſon Hiſtoire des Hiſtoires pag. 359. qu'* Adrien Turnebe, *ſon Precepteur, qui eſtoit tres docte dans la langue Greque, envoioit de tems en tems à* Amiot *les paſſages difficiles de Plutarque tout tournez. Il repete la même choſe dans ſon* Idée de l'Hiſtoire accomplie *pag. 259.* M. Jacques Amoit, *dit il*, eſt renommée en la connoiſſance de la langue Grecque pour ſes louables verſions des Oeuvres de Plutarque de Grec en Francois. *Encore qu'il n'y aye du tout ſatisfait à l'obligation qu'entr'autres* Tournebus *y avoit acquiſe, luy envoyant les paſſages tous entiers tournez en Francois deſquels il doutoit. Mais je ne ſaurois me perſuader que ce ſoit Turnèbe qu'entende M. de* Brantôme, *un de ceux qui ont parlé de ce grand Critique, ne remarquant qu'il ait eſté jamais priſonnier. Apres Amiot, eſt venu* Claude Gaſpar Bachet, Seigneur de Meziriac, *de l'Académie Francoiſe, qui eſtoit eſtimé très ſavant aux belles Lettres; & le premier homme de ſon tems pour la connoiſſance de la Fable. Ce Gentilhomme ayant envoyé à l'Académie un Diſcours de la Traduction, aprés y avoir loüé l'eſprit, le travail & le ſtile d'Amiot, pretend montrer qu'en divers paſſages, juſqu'au nombre de deux mille*, ce grand Traducteur a fait des fautes tres groſſieres, dont il donne pluſieurs exemples. *Ce Diſcours n'eſt pas imprimé; mais par les* Commentaires de M. de Meziriac ſur les Epitres

Epitres *d'Ovide*, *l'on void bien qu'il n'accuſe pas Amiot ſans fondement.*

---

(151.) AMMIANUS *Marcellinus.* Hic librum de vita Thucydidis tribuit Geſnerus Bibliothecæ univerſalis fol. 35. b. qui alias ſub Ammiani Græci, vel Marcellini Græci nomine extat, idque ex Svidæ verbis colligere nititur. At illos diſtinguit *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. II. Cap. XVIII. pag. 253. Græce tamen aſſerit Commentarios in Hermogenem de ſtatibus, quos cum Syriano & Sopatro excudit *Aldus.* Pro Geſnero tamen militare Ravium ad Gesnerum monet *Symbola Normanniana*, quæ ſic habet:

"Hoc, inqvit *Ravius*, vult negare *Voſſius*, ſed nullis certis argumentis, potius ex obliquo comprobat. Verba, quæ ibidem de *Svida* citat *Gesnerus*: vaticinandi peritiſſimum Marcellinum fuiſſe plane ἀνιςορήτως notant Theologum ſive Bibliorum peritiſſimum.

---

(152.) AMMONIUS Alexandrinus, de quo vid. *Hieron.* & *Sophron.* in Vitis Eccleſiaſticor. pag. m. 114. 115. *Bellarm.* ad A. C. 226. *Sixt. Senenſ.* l. 4. p. m. 242. *Baron.* ad A. C. 147. n. 5. & ſeq. *Poſſev.* in Apparatu, *Gerhard.* p. 157. &c. Ei tributos *I. Canones* X. in *Orthodox. Patr.* lat. Tom. 1. fol. 747. EUSEBIO vindicat *Balth. Bebelius*, Antiq. Eccleſ. ſec. 3. fol. 477. 478. apud *Olear.* Abaci Patrum. p. 29. TATIANI SYRI, ab aliis, imo & THEOPHYLACTI fruſtra creditos, docet *Poſſev.* Apparat. ſacr. Tom. 1. pag. 75. 76. *II. Diateſſeron* vero, ſive *Harmonia Evangelica*, perperam VICTORI Capuano, & aliis cum libris de Conſonantia Moſis & Jeſu, genuinis ejusdem confuſa TATIANO Syro, Juſtini Martyris auditori, de quo *S. Hieron.* & *Sophron.* pag. m. 91. 95. recte aſſeritur ab eodem *Bebelio* l. c. & *Raynaudio* p. 125. v. *Baron.* ad A. C. 174. n. 9. & Monumenta Orthodoxographica Patrum. Ubi quemadmodum & & apud *Geſnerum* p. m. 32. de aliis Ammoniis vide, à quibus omnibus diverſi ſunt illi, de quibus egimus in *Anonymis* n. 157. De quorum poſteriori v. etiam *Popelinicre*, Hiſtoire des Hiſtoires lib. 8. p. 431.

Hunc Amonium rectius à Victore Capuano AIMONIUM ſcribi, credit *Cave* Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 53. a. Canones hos ab Ammonio mirabili ſtudio repertos, & ab *Euſebio* deinde diligenter excultos, *peculiarem* etiam *de illo nomine diſſertationem* à *Labbeo* Diſſertationi de Scritoribus Eccleſiaſticis additam, quæ legi mereatur, indicium facit *Symbola Tenzeliana.*

AMMONIO ALEXANDRINO tribuitur (II.) HARMONIA IV. EVANGELIORUM & in *Bibliotheca veterum Patrum*, interprete *Orthomaro Luſcinio* ut refert *Miræus* in Biblioth. Eccleſiaſt. ad S. Hieronymum p. 19. (a) *Olearius* in Abaco Patrolog. p. 29. pariter quidem recenſet hanc ipſi harmoniam Diateſſaron dictam adſcribi in *Orthodox.* Patr. lat. 1. f. 747. 763. canonibus præmiſſa, ſed addit ex *Bebelio* id perperam fieri (b) Adde, quæ in *Anonymis* num. 708. ex *Strauchio* de hoc libro monuimus *Tatiano* debito.

Quem cum eo, qui *Ammonii* nomine extat, huncque cum Tatiani opere ejusdem nominis confundi per Victorem Capuanum notat *Calixtus* Concord. prolegom. pag. 5. quod & obſervat *Cave* loc. citato, ubi Ammonio ante 500. annos adſcriptam eſſe hanc Harmoniam, à Zacharia Chryſopolitano, qui eam Commentariis illuſtravit, ſimul indicat. De libello (III.) περὶ ὁμοίων κὶ διαφόρων λέξεων: Ammonio tributo, ſed HERENNIO PHILONI aſſignando, vide Colomeſii diſſertationem de dubiis aliquot Scriptoribus, num. XX. *Baile* Dictionaire T. I. p. 244. ex *Menagii* notis ad *Laertium* lib. 2. n. 5. (IV.) *Commentarius* etiam *in librum Ariſtotelis* Stagiritæ vulgo creditum *de interpretatione*, quo nil eo indignius, ut alias docebimus, non eſſe nobilis illius Philoſophi, ſed multo junioris, Hermiam patrem habentes docet *Voſſius* de Nat. & Conſtit. Rhet. c. IX. pag. 612. Adde notas Diecmannianas (c) ſerotinas, & nunc primum editam Homonymoſcopiam operoſiſſimam amici mei *Molleri* pag. 531. & ſeq. & Ampliſſimi tandem Syndici *Maſtrichti* ſub lit. (d) annexa.

(a) Miræus Biblioth. Eccleſiaſt. p. 19. Ammonius.

Alexandrinus, Origenis *in Philoſophia* præceptor, -- *in Bibliotheca veterum Patrum ipſi attribuitur* Harmonia quatuor Evangeliorum *interprete* Orthomaro Luſcinio. *In eadem Bibliotheca extat* alia Harmonia, Tatiano Alexandrino *inſcripta. Ejus tamen interpres* Victor Epiſcopus Capuanus, *in præfatione dubitat*, *ſitne* Tatiani an Ammonii & *rem in dubio relinquit*: *etſi magis arbitretur Tatiani hunc laborem eſſe*; *verum recentiores plerique Ammonio tribuunt. Sic fere Joannes* Molanus *Doctor Theologus Lovanienſis in ſua Bibliotheca ſacra, quæ apud me extat manuſcripta typis hactenus non edita.* Baronium *ad annum* 174. & Bellarminum *in Catalogo conſule.*

(b) Olearius in Abaco Patrol. *pag. 29.* *Eidemque tribuitur* Harmonia Evangelica *in* Orthodox. Patrol. *Lat. I. fol. 747. 763. canonibus præmiſſa. Sed neque decem Canones in iſta Orthodox. ſunt* Ammonii, *verum* Euſebii, *neque Harmonia ejus eſt*, diateſſaron *dicta. Vide prolixe* Bebel. *l. c. Antiqu. ſec. 3. f. 478.* & *quæ in contrarium moveantur à* Baron. Bellarm. &c. *contra Victorem Capuanum*, *inde arbitrare.*

(c) Marginalia Diecmanniana.

*Non memini me quenquam ex Patrologis legiſſe, qui* Victorem Capuanum *Ammonii* Harmoniam, *cum ejusdem* conſonantia Moſis & JEſu *confudiſſe notaverit. Quin potius eum ob hanc Harmoniam Ammonio abjudicatam* Bebelius *l. c. contra* Baron. Bellarm. & Poſſev. *defendit. Si quid hic erravit* Victor, *in eo erravit*, quod Tatiano *hanc* Harmoniam adſcripſerit, *cujus eam eſſe non poſſe Du* Pin *Nouv. Bibl. des* Aut. *Eccleſ. Tom. I. pag.* 120. *fin. inde probat quod* Tatianus *à ſuo opere Genealogiam Chriſti reſecuerit, quæ in Harmonia extat. Quod* & *obſervavit* Cave *l. c. p. 53. a. Neque etiam* Bebelius, *licet Harmoniam à* Luſcinio *interprete* Ammonio *adſcriptam* Ammonii *eſſe neget*, *eam* Tatiano *tribuit*, *ut Cl. Dn.* Placcius *refert.* [*Ac paulo inferius.*] *In Catalogo libror.* Chal-

*Chaldæorum* Hebed Jeſu *Metropolitæ Sobenſis*, *quem Syriace & Latine cum Notis* Abrahamus Ecchellenſis *Syr. linguæ in Gymnaſio Romano Lector*, *Romæ* Ao. 1653. *8vo typis Sacræ Congr. de propag. fide edidit*, *p. 15. hæc in verſione latina lego:* Extat *Evangelium*, quod compilavit vir quidam Alexandrinus *Ammonius*, qui eſt *Titianus*, quod vocavit *Diatasſaron*. *Ubi duplex* error *eſt*, *alter* interpretis, qui Titianum *hic & in indice* vocavit, quem Tatianum *vocare* debeat, *quam poſteriorem lectionem Syriaca vox* Auctoris, *punctis deſtituta*, *utique admittit;* alter *ipſius* Auctoris *qui* Ammonium & Titianum confudit. *Niſi forte & hic errorem interpretis agnoſcas*, *qui Syriaca auctoris* (*quæ Hebraicis literis de induſtria deſcribo*) דהו טטינוס *male verterit*, *qui eſt Titianus*, *cum reddere debuiſſet*, quod (*ſcilicet Evangelium*) eſt Tatiani. *Ut ita Tatiani Harmoniam* Ammonium *ſuam feciſſe*, *dicere voluerit Hebed Jeſu*, *in quo tamen etiam* lapſus *fuiſſet*.

(d) Maſtrichtiana Symbola.

Ammonius & Honorius *vel Armenius Monachorum de libris Canonicis Vet. & Nov. Teſtam. &* confeſſio fidei Catholicæ *ad Theodorum V. illuſtrem. Hanc edidit* Mabillon *in itinere. German. integra vero ſub nomine* Ambroſii *reperitur*; *apud* Vigilium Tapſenſem *libr. 2. contra* Palladium. *vid. Act. Lipſ. ao. 1688. p. 19.*

---

(153.) AMOENUS in Codd. Mſſ. vocatur auctor *Enchiridii Veteris* & N. T. quod in *Prudentii* operibus legi ſolet. *Joannes Sichardus* SEDULII eſſe exiſtimabat. *Amœnum* vocat & *Fabricius*, in editione Chriſtianorum Poetarum: Item *Margarinus Bigneus* Tom. VIII. Bibliothecæ Sanctorum Patrum: verba ſunt *Voſſii* de Poët. Lat. cap. 8. pr. ad quem locum nos remiſerat jam cap. 4. 57. Sed de SEDULIO quidem non video, quid aſſenſum noſtrum provocare debeat. De PRUDENTIO vero videtur res pene certa eſſe ex iis, quæ habent *Andr. Rivetus* Critici ſacri lib. 3. cap. 26. circa finem, & *Caſp. Barthius* Adverſarior. lib. 6. c. 1. & l. 8. c. 11. ubi poſtquam plurima Exempla cognominum, in ipſa Scriptorum nomina per librarios commutatorum, ſatis notabilia notaſſet, etiam *Prudentium Amœnum*, ab amœnitate ſua nominatum, & hocce carmen illius eſſe, multis argumentis probat, quæ huc ſingula transſcribere nimis foret prolixum. Adde citatos *Oleario* Abaci p. 29. 30.

Larvam *Amœni* cognomen non eſſe aſſerit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 526. forte quia idem cum *Barthio* ſenſit; cui adſtipulatur quoque *Fabricius* in Appendice Bibliothecæ latinæ pag. 207. a. & M. Chriſtiani Andreæ ab *Eſchenbach* Exercitationis de Poëtis Chriſtianis Sacris, Græcis & Latinis §. X. p. 17. §. XXVI. p. 23. Inter Aurelii Prudentii Clementis Opera jam olim quoque ENCHIRIDION hocce veteris & novi Teſtamenti prodiit ſæpius: cui librum hunc vindicat Steph. *Chamillard* S. J. commentator illius. Vid. *Acta Erud. Lipſ.* Sect. III. Suppl. p. 126. & 127. ubi recenſentur (a) Editio quæ prodiit Amſtelodami apud Dan. Elzevirium 1667. in 12. cum Nicolai Heinſii animadverſionibus hoc Enchiridion non complectitur. Quod tamen & Joſias *Simlerus* in Biblioth. Gesneri p. 87. & *Friſius* pag. 97. Clementi tribuit illudque carmine Heroico conſcriptum eſſe & à quibusdam Diſtochæum vocari ſcribit. Sed idem ſub nomine Amœni contrarium habet, atque huic adſcribit pag. 32. Adſtipulatur *Olearius* in Abaco Patrol. p. 29. & *Hyde* in Biblioth. Oxon. pag. 26. col. b. editionem habet Par. 1589. excuſam præfixo Amœni nomine. *Margo Diecmannianus* hæc addit (b) hoc loco.

(a) Acta Er. Lipſ. Supplem. Sect. III. pag. 127. Tom. I. *Hac ratione librum* Cathemerinon, hymnos περὶ Στεφάνων, Apotheoſin ceteraque Prudentii opera *exponit* (Stephanus Chamillard *in editione illorum*, *ab ipſo interpretatione & notis illuſtratorum*) *in quibus ultimum locum occupat* Enchiridion Veteris & novi Teſtamenti, *quod etſi nonnulli* Prudentio *cuidam* Amœno *tribuere maluerint*, Chamillardus *tamen noſter*, *cum aliis quibusdam Aurelio* Prudentio *vindicandum cenſuit*.

(b) Marginalia Diecmanniana *h. l.* *V.* Molleri *Hormonymoscop. p. 610. qui tamen* Goldaſti *ſententiam non recte recenſet. Neque enim ille uni ex quatuor à ſe enumeratis* Prudentiis *hoc Enchiridion adſcribit*, *ſed plane* quintum Prudentium Amœnum *cudit*. *Inſpice ipſa Goldaſti verba in Prudentio* Weitzii, *Hanoviæ Ao. 1613. 8. excuſo p. 319. 320.*

---

(154.) AMPHILOCHIUS, EPISCOPUS ICONII. Ejus nomine extat (I) *de Vita & miraculis Baſilii M.* libellus, referente *Bibliotheca Gesnero-Friſiana* p. -- ſed ſuppoſitum eſſe hunc Amphilochio fœtum, docet *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſticæ lit. (a) pag. 36. itemque *Cave* Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 143. a. qui Nugivenduli cujusdam opus eſſe dicit, *Quenſted* etiam de Patriis illuſtrium Doctrina & Scriptis virorum p. 462. ſcatere mendis, fabulis, ſomniis perhibet. Cui autem præciſe Auctori adſcribendum ſit, eorum nemo determinat. (II.) *Homilia de Pœnitentia*, *& quod non ſit deſperandum:* de qua *Cave* loc. citato ait quod ſpuria, ſi quæ ulla, ſit. Utpote quæ iconoclaſtas nominatim refellat, & putidiſſimis fabulis ſcateat. (III.) *Epiſtola ad Seleucum*, quam NAZIANZENO tribuit *Cave* loc. citato cum Billio; prolixe autem vindicat *Lambecius* Commentar. de Bibliotheca Cæſarea, lib. IV. p. 8. num. 99. ſub lit. (b). cum quo ſentit etiam Georgius *Calixtus*. (IV.) *Oratio in S. Deiparam & Simeonem*. Cujus verum Auctorem eſſe AMPHILOCHIUM SIDÆ EPISCOPUM, qui Concilio Epehſino interfuit, credit *Labbeus* Tom. I. pag. 6. citante *Oleario* Abaci Patrologici pag. 30. (c) & *König*. Biblioth. Vet. & Nov. pag. 34. b. Rectius tamen facere contendit *Cave* loc. cit. qui freti Auctoritate *Nicephori* Conſtantinopolitani eam THEODOTO ANCYRANO adſcribant.

(V.) *de Spiritu Sancto*, *quod Deus & quod adorandus*, *quodque omnipotens ſit.* Liber ille Amphi-

lochii

lochii lectus eſt eſt *S. Hieronymo*, uti aſſerit *Cave* loc. cit. imo potius S. Hieronymo prælectus ab Amphilochio, ad quem eum miſerat Baſilius M. ut ad Geſnerum notat *Ravius*, monente Symbola Normanniana.

(VI.) *de agricultura* librum *Amphilochio* tribuit S. *Poſſinus* qui eſt numero decimus in ejus Theſauro Aſcetico ſeu Syntagmate Opuſculorum 18. à Græcis olim Patribus de re Aſcetica ſcriptorum edito Pariſ. in 4to chez Ant. Dezallier 1685. quem tamen alii deberi, qui ſec. VII. demum vixerit, cenſet *Journal des Scavans de l' année* 1685. p. 13. ſub lit. (d) Illum AMPHILOCHUM, ATHENIENSEM vocat *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 34. b. & *Bibliotheca Geſnero Friſiana* p. 83. a.

(a) Miræus Bibl. Eccl. p. 36. *In vitis Patrum lib. I. & alibi, ſub nomine* Amphilochii, *legitur vita S. Baſilii Magni: ſed eam eſſe ſuppoſititiam & in multis falſam,* Baronius *in geſtis anni* 378. & Bellarminus *in Catalogo prorſus convincunt.*

(b) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. Lib. IV. p. 8. 9.

Ἀμφιλοχίου, Ἐπισκόπου Ἰκονίου, ἐπιστολὴ πρὸς Σέλευκον *ſive*, Amphilochii, Epiſcopi Iconii, Epiſtola ad Seleucum; *cujus principium:* χαίρειν κελεύω τὸν καλόν τε κἀγαθὸν &c. *finis autem* Ἔρρωσο τῶν γεγραμμένων. *In margine vero ibidem adſcriptum eſt recentiori manu:* ὡς δέ τινες τοῦ Θεολόγου καὶ αὐτό *hoc eſt:* Secundum nonnullos autem hoc Carmen eſt S. Gregorii Nazianzenii cognomine Theologi. *Extat quoq; ibidem in margine alterum hoc ejusdem argumenti Scholion, itidem recentiori manuſcriptum:* καὶ ταῦτα δοκεῖ τῆς Θεολόγου τυγχάνειν φρενός, ὡς περὶ Ἀμφιλοχίου γραφέντα. *Hoc eſt: Etiam hæc videntur* fœtus eſſe ingenii S. Gregorii Nazianzeni, per excellentiam appellati Theologi, tanquam ab eodem compoſita ſub nomine Amphilochii. *Idem marginale Scholium reperit olim etiam Vir doctiſſimus* Jacobus Billius *in Codice quodam manuſcripto Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ, ut ipſe in Notis ſuis ad illud carmen approbative refert his verbis:* Etſi hoc Carmen *Amphilochio* Iconii Epiſcopo tribuitur, ipſa tamen phraſis Gregorii cothurnum plane reſipit; ut etiam in Græco Codice quidam verbis Græcis annotavit. Nam quod aliorum nomine ad quosdam ſcribat, nemini mirum id videri debet, cum in Heroicis Carminibus id aliquoties uſurparit. *Hæc* Billius. *Mihi autem nec conjector ille recens atque anonymus, nec ipſa conjecturæ ratio, tantum videntur habere ponderis & monumenti, ut propterea illud Carmen indubitanter & præfracte vel* Amphilochio *abjudicandum, vel S.* Gregorio Nazianzeno *adjudicandum ſit. Extant enim in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea etiam alii nonnulli antiqui Codices manuſcripti Græci, in quibus idem Carmen, æque ut in illo Codice, de quo in præſens agitur,* Amphilochio Epiſcopo Iconii *nominatim & expreſſe attribuitur; quemadmodum poſt hac, cum eo perventum fuerit, accuratius indicabo.*

(c) Olear. Abac. Patrolog. pag. 30. Homil. de occurſu Domini noſtri J. C. & de Deipara atque Simeone, *quam tamen cum nonnullis aliis* Amphilochio Sidæ Epiſcopo, *qui an. 431. Conc. Epheſino contra Neſtor. interfuit, tribuendam cenſet Labbeus, T. I. p. 60.*

(d) Journal des Sçavans pag. 13. 14. Janv. Ao. 1685.

*Attribué à St.* Amphiloque *ami de St. Baſile qui a vécu dans le 4. Siécle. La choſe ſeroit remarquable ſi cette piece eſtoit de ce temps-la, puisqu' il y eſt parlé de la* Feſte de l' Annonciation; *mais il pourroit bien ſe faire que ce fut d' un Auteur poſterieur qui a vecu aprés l' an 600. Le ravage des Perſes qui obligea* Paul de Cappadoce *à s' enfuir, ſemble en effet eſtre l' invaſion de l' an 608. Lorsque les Perſes pillerent la Cappadoce du temps de l' Empereur* Phocas. *Ce ſçavant Jeſuite peut nous tirer ſans peine de tous ces doûtes.*

---

(155) *Liberius* de S. AMORE. Ejus extant *Epiſtolæ Theologicæ*, quas Principiis & ſtylo Auctoris *Bibliothecæ Univerſalis* convenire, ac rumore & voce publica eidem imputari monſtrat *Poiret* in Epiſtola ad hunc auctorem ſubnexa Libris III. de Eruditione ſolida &c. p. 407. 408. Ubi ſtyli puritatem Auctorem epiſtolæ ſectatum quidem materiarum non item, ei objicit. Plenius Perſonatum Liberium de S. Amore detegit larvamque ei detrahit Magnificus D. Joh. Fridericus MAYER, de Incarnatione verbi §. IV. diſſert. hab. Hamburg. d. 22. Decembr. 1692. *Johannem* CLERICUM ex propria ejus confeſſione a ſe audita, publice nominans, quibusdam in ejus epiſtola 76. improbatis. Confirmat *Bailletus,* catal. des Aut. deguiſez p. 526.

---

(156) *Antonius* AMPIGOLLUS: Ejus nomine editæ ſunt An. 1511. Pariſiis in 4. a *Badio Figuræ Bibliorum.* Verum hujus operis auctorem eſſe *Antonium* RAMPELOGUM, Genuenſem Eremitam Auguſtinianum, qui diſputavit contra Huſſitas in Concilio Conſtantienſi, judicat *Miræus* Auctarii de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 272. (a) verbis ſubſcriptis.

(a) Miræus, Bibl. Eccl. p. 272. Antonius Rampelogus, *Genuenſis, Auguſtinianus eremita, in Concilio Conſtantienſi adverſus Huſſitas diſputavit, & ſcripſit* figuras Bibliorum; 1516. Argentorati 1558. 1570. Lugduni, & *ſub nomine* Antonii Ampigolli 1511. Pariſiis in 4to. à Badio *editus.*

---

(157) *Peregrinus* AMSTELIUS: Sub perſonato hoc nomine latere Patrem Auguſtinum van Teilingen aſſerit *Bailletus* auteurs deguiſez pag. 224. & in Catalogo ſubnexo pag. 527. poſt *Sotvell.* Biblioth. Scriptorum Societatis Jeſu p. 97. a. ubi librum ejus hac larva tectum *Pharum fidei,* Antvverpiæ. 1660. memorat editum.

---

(158) AMSTELODAMENSES RABBINI. De his vide in *Anonymis* num. 2236. & quæ ibi ſub lit. B. adjecimus, quæ clare eum indicabunt, qui ſub larva Rabbinorum Amſtelodamenſium latere voluit, *Noel Aubert* de VERSE Doctorem Medicinæ, & antea Reformatæ Religionis apud Amſtelodamenſes Miniſtrum.

( 159 ) AMY ou l' AMY : *Antoine* le MAITRE. Hæc habet *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 527. cui adde p. 292.

(160) AMYNTAS *Jean Loys* GUEZ DE BALZAC. Ita *Bailletus* in Catalogo des auteurs deguiſez.

(161) ANACLETI antiquiſſimi Pontificis, qui Petrum Apoſtolum viderit, *Epiſtolas* 3. ſpurias probantem vide *Cocum*, Cenſuræ pag.53 & ſeqq. De eo *Voſſius* Diſp. hiſtorico-Theolog. XI. theſ. I. pag. 147. *Adverſus hæc*, inquit, *Pamelius obtendit Anacleti Decretalem tertiam. Quaſi non etiam Nicolai Cardinalis de Concord. Cathol. lib. 2. cap. 34. p.771. Antonii Contii, JCti, aliorumque confeſſione Epiſtolas ejus ſuppoſititias eſſe, jam olim conſtaret.* Vide has ISIDORO MERCATORI, vel PSEUDISIDORO vendicantem *Davidem Blondellum* in Pſeud-Iſidoro & Turriano vapulante, & ipſum contra defenſorem *Fr. Turrianum* de Epiſtolis Pontificiis, deque hujus *Anacleti* Decretis, impreſſis Florentiæ 1572. in fol. & Colon. v. *Geſner.* p. m. 33. *Poſſev.* appar. S. Tom. 1. p.78.

Adde *Ludov. Jac. à S. Carolo* Biblioth. Pontif. p.14.15. ubi contra Rivetum innumeros Auctores de his epiſtolis citat. Spurias etiam vocat *Chemnitius* Locor. Theologicor. part. 3. p.127. col. 1. Vid. & latè de his aliisque primorum Epiſcoporum urbis Romæ Epiſtolis Dni Gerhardi a *Maſtricht* Hiſtoriam Juris Eccleſiaſtici §. 220. ad p. 232. & multis ſeqq.

ANALYTICOPHILUS v. *Nomicus.*

ANASSARIDE v. *Clorio.*

(162) ANASTASII plures videantur apud *Bellarminum*, *Baronium*, *Sixtum*, *Poſſevinum*, *Gerhardum*, *Olearium*, *Mareſium* diſp. Theolog. de vocibus Trinitatis theſ. 48. & eundem de Papiſſa Joanna pag. 28. 174. & 217. *Delrio* in vindiciis Areopagiticis cap. 4. p. 55. aliosque. Eorum unus Pontifex, qui Siricio ſucceſſit, fertur auctor *Decreti*, cujus eſt Exordium : *Sane Theſſalonicenſes Epiſcopi* &c. quod non illius eſſe, verum HORMISDÆ, *Pontificis* itidem Maximi, docet *Poſſevinus* in apparatu ſacro Tom. 1. pag. 78. & T. 2. p. 60.

Decretum hoc tribui quoque ſed falſo GELASIO Pontifici prolixe docet *Cave* Hiſtor. Litt. Eccleſiaſt. p. 264. b. & 65. Qui tandem in Seculum IX. illud rejici debere, ac forte ex ISIDORI MERCATORIS officina prodiiſſe probabiliter concludit: de quo vide *Bellarm.* & Cocum ac Rivetum & ejus generis alios cum *Du Pin* & *Cave* quem excerpſimus ſub lit. (a) & vel maxime *Blondellum* in Turriano vapulante. Quibus adde *Maſtricht* hiſtor. Juris Eccleſiaſt. a num. 220. ad 233. Cæterum Anaſtaſii quoque nomine latere *Jerome* GRACIAN DE LA MERE DE DIEU, indicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſer p. 527. cui adde p. 313. ſub lit. (b) excerptum & *Moller. Homonomoſcopiæ p. 414. & ſeqq. omnino hic conferendam.*

(a) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p.264.

Decretum in Concilio Romano LXX. Epiſcoporum an. 494 de Libris Canonicis Eccleſiaſticis, & Apocryphis. *Decantatiſſimum hoc* Gelaſii *decretum in omnium ore & manibus habetur. Ejus vero eſſe, eamque quam præ ſe fert, ætatem & auctoritatem habere, ægre mihi perſuadeo his ductus argumentis. 1. Vetuſtiores Codices id nulli certo auctori tribuunt. Hinc notante Cl.* Baluzio *in antiquis Codd. iisq; melioris notæ nunc* Damaſo, *nunc* Gelaſio, *quandoq;* Hormisdæ Papæ *aſſcribitur : certiſſimo indicio, genuinum hujus Decreti Auctorem olim ignotum fuiſſe.*

*p. 265. His rite perpenſis, optimo iure concludo fictum aut ſuppoſitum eſſe hoc* Gelaſii Decretum, *ac ejusdem eſſe cum* Epiſtolis primorum Pontificum Decretalibus *farinæ, ex eademque* Iſidori Mercatoris officina prodiiſſe.

(b) Bailletus in Catalogo des Auteurs deguiſez. p. 313.

*Le pere* Jerôme, Gracian de la Mere de Dieu, *fameux par ſes disgraces, a pris le nom* d' Anaſtaſio *pour faire la deſcription de ſon retabliſſement comme s' il avoit voulu paroitre reſſuſcité.*

(163) ANASTASIUS BIBLIOTHECARIUS: Huic adſcribitur *Pontificale* ſive *Hiſtoria de vitis Romanorum Pontificum.* Prodiit illa, monente *Sagittario* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. p. 653. cura Joa. *Buſæi* e S. J. Moguntiæ 1602. item ſtudio Jacobi *Sirmondi* ſenioris, Pariſiis 1620. & 1649. ad calcem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cum notis Caroli Annibalis *Fabroti*, ac iterum ibidem 1680. cum notis & obſervationibus Antonii *Dadini* Alteſerræ U. J. D. Profeſſ. & Decani Toloſani. Verum Pontificalis hujus autorem, docet Johannes *Ciampinus* Romanus in examine libri Pontificalis, edit. 1688. In cujus recenſione *Acta Eruditorum Lipſienſium* Supplem. Sect. IV. p. 167. octo diverſas de compoſitione Pontificalis hujus ſententias memorant, ut patebit ex allegatis ſub lit. (a) cum quibus plane coincidunt ea, quæ circa hunc librum monentur in Monatlichen Unterredungen/ 1695. p. 139. ſeqq. Nec multum abludunt, quæ ſub lit. (b) ſuppeditat le *Journal des ſcavans* Tom. 18. p. 379. ſeqq. At omnium accuratiſſimè cenſuiſſe *Pearſonum* & *Dodwellum*, judicat *Cave* Hiſtor. literar. ſcriptor. Eccleſiaſt. pag. 129. Illi vero Operibus Pearſonii Poſthumis Chronologicis, &c. quæ prodierunt Londini 1688. cum additionibus Dodvvelli, Pontificale hoc *idem* cenſent eſſe cum *Henſchenii* ſecundo *Catalogo Epiſcoporum* Romæ publicato, *cujus primam partem* DAMASO, Continuationem ANASTASIO adjudicant, ut ex iis notat *Bibliotheque Univerſelle* & Hiſtorique de l'année 1688. p. 162. Tom. 9. ſub lit. (c) Obſervat tamen *Cave* l. c. Pontificale hoc a diverſis, diverſis temporibus ſcriptum, denique nonnullis adjectis ab Anaſtaſio totum recenſitum fuiſſe, ac proinde ſub ejus nomine editum. Quæ ſententia quidem ferme eadem eſt cum ea quam ex *Lambecio* ſupra affert Ciampinus l. c. quæque ſub lit. (d) a nobis ex Biblioth. Cæſareæ. lib. II. p. 917. repræſentatur.

In

In illis plurimum laborat *Ciampinus*, contra *Bellarminum*, evincendis, ab Anaſtaſio Vitas Adriani II. & Stephani VI. ſcriptas non eſſe, ut notant *Acta Erud. Lipſ.* Supplem. Sect. IV. p. 169. ſub lit. (e) Illas GUILIELMO Bibliothecario tribuit *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. II. Cap. XXXV. 319. Nec prioris Pontificalis partis auctorem eſſe poſſe, ex *Labbeo* ſolide demonſtrat *Cave*, Chartophyl. Eccleſiaſt. p. 166. ſub lit. (f)

(a) Acta Erud. Lipſ. Suppl. Sect. IV. p. 167. *In Autorem libri* Pontificalis, *quo* vitæ Romanorum Pontificum *continentur, inquiſiturus celeberrimus* Ciampinus (*in* Examine Libri Pontificalis, *ſeu Vitarum Romanorum Pontificum,*) diverſas opiniones *enumerat.* Primam, *quam* Ptolomæo Lucenſi, Landulpho de Columna *& pluribus aliis adſcribit, iis tribuit, qui vitas Romanorum Pontificum a Petro usq; ad Liberium Damaſi, reliquas usque ad Nicolaum I.* Anaſtaſii *opus eſſe ſtatuunt.* Secundam *ad eos ſpectare ait, qui geſta Pontificum a Petro ad Liberium non ad* Damaſum, *ſed ad* incertum *Autorem referunt, in qua claſſe* Baronium *&* Labbeum *collocat.* Tertiam *aſſignat* Tortelio *&* Sylvagio, *quos Damaſo & Anaſtaſio prætermiſſis, vitas Pontificum* Gulielmo Bibliothecario, *ſive* Pandulpho Oſtiario, *vel etiam cuidam* Petro Lateranenſis eccleſiæ Bibliothecario *adſcribere memorat.* Quarta *eſt* Panvinii, *Ludovici Jacobi* à S. Carolo, Teiſſerii *& aliorum, qui integram hiſtoriam Romanorum Pontificum ſaltem usq; ad Benedictum III. vel Nicolaum I.* Anaſtaſio Bibliothecario *acceptam referunt.* Quinta Henſchenii *&* Papebrochii, *qui* ex vetuſtis quibusdam Romanorum Pontificum catalogis, *quorum ratio in actis Sanctorum Aprilis prolixe recenſetur, vitas illas depromptas arbitrantur.* Sexta *Petri* Lambecii, *qui Tom. 2. Bibliothec. Vind. ſtatuit, primam hiſtoriæ de vitis Romanorum Pontificum originem non tantum S Damaſo multo antiquiorem eſſe verum etiam inde a prima Notariorum Romanæ ſedis inſtitutione, quæ per Clementem I. facta ſit, derivandam eſſe. Tunc enim vitas Romanorum Pontificum ſcribi cœpiſſe ait inſtar ſimplicis alicujus catalogi, quo compendioſe indicarentur cujusq; nomen, patria, parentes, tempus Pontificatus, ordinationes, conſtitutiones, obitus deniq; & ſepultura; quibus poſtea, cum eccleſiæ ſplendor & opulentia ſuccrevit, exſtructiones, inſtaurationes, & exornationes templorum, cum ſpeciali recenſione ſacræ ſupellectilis, & variarum donationum acceſſerint. Ejusmodi catalogum* diverſis temporibus & a diverſis Autoribus *compoſitum, ordine tamen & ſtylo ſibi haud diſſimilem,* Lambecius *in tabulario Baſilicæ Vaticanæ* — — — *Quantum autem hiſtoriæ illius continuationem* poſt mortem Damaſi *attinet, eam* Lambecius a diverſis Romanæ Eccleſiæ Bibliothecariis, *inter quos omnium celeberrimus* Anaſtaſius *fuerit, compoſitam judicat.* (*Et poſt aliquot lineas.*) Octavo *&* ultimo *loco producitur ſententia* Fioravantis Martinelli, *qui in* Roma ſua ex ethnica ſacra *p. 409. ſecundæ editionis pluribus argumentis probat,* Anaſtaſium *non eſſe libri Pontificalis autorem, aſſerens, priorem libri Pontificialis partem* Damaſi juſſu *conſarcinatam, ſed Amanuenſium inſcitia vel malitia paſſim interpolatam, cum Pontificibus Damaſi prædeceſſoribus multa tribuantur, quæ quadringentis demum poſt Damaſum annis conficta ſunt; poſt Damaſi autem tempora neminem præter Petrum* Gulielmum Bibliothecarium, *&* Pandulphum Lateranenſem Oſtiarium, *Pontificum rebus geſtis conſignandis operam dediſſe. Varia autem in Martinelli ſententia* Ciampinus *reprehendit.* — — —*Dixerat inſuper* Martinellus, *libro Pontificali Damaſi nomen inditum fuiſſe, etſi non ab ipſo Damaſo, ſed a miniſtris Romanæ ſedis compilatus fuerit, ſicut Bullæ ab ipſis Pontificibus, non a Datario compilatore nomen accipiant. Ad hoc reſpondet* Ciampinus, *quod Datarius Bullas non compilet, ſed Abbreviator de Parco Majori, & Præſummator litterarum Apoſtolicarum, quæ duo munera ſe jam multis ab annis exercere ſcribit, &c.*

(b) Journal des Sçavans Tom. 18. pag. 379.

Examen Libri Pontificalis *ſ.* vitarum Romanorum Pontificum, *quæ ſub nomine* Anaſtaſii Bibliothecarii *circumferuntur. Les Sçavants ſont extremement partagéz au ſujet de l'auteur de l'Hiſtoire des anciens Papes publiée ſous le nom* d'Anaſtaſe le Bibliothequaire. *Ptolomée* de Luques *Religieux de l'Ordre de S. Dominique & quelques autres croyent que le commencement depuis S. Pere jusques à* Damaſe *eſt de* Damaſe même *& que la reſte jusques à Nicolas l'eſt* d'Anaſtaſe le Bibliothequaire.

Ibid. p. 380. Tortelius *s'eſt imaginé que toutes ces vies ont eté ecrites par* Guillaume Bibliothequaire *qui vivoit en 1142.* Onuphre *les a toutes données à* Anaſtaſe.

Pag. 381. *A l'egard du premier Catalogue les Peres* Henſchenius *&* Papebroch *tiennent, que la premiere partie depuis S. Pierre jusques à S. Urbain Pape & Martyr a eté compoſée par* S. Anthere *qui avant ſon* Pontificat *avoit pris un ſoin particulier de recueillir les actes des Martyres & que la ſeconde l'a eté par S.* Jules *predeceſſeur immediat de Libere.*

Ibid. Lambecius *Bibliothequaire de l'Empereur bien loin de croire qu'* Anaſtaſe *ait ecrit toutes les vies des Papes qui paroiſſent ſous ſon nom, tient que pluſieurs d'entre elles ſont plus anciennes que* Damaſe.

Ibid. p. 383. Floravante Martinelle *homme d'Erudition, qui a long temps travaillé dans la Bibliotheque du Vatican dans un livre qui a pour titre:* Rome devenue Sainte de profane & de payenne — — — *y propoſe des nouvelles penſées qui conſiſtent à dire* que le livre de la vie des Papes *a eté compilé par* l'ordre de Damaſe *des trois catalogues dont il a eté parlé qu'il a eté alteré en pluſieurs endroits par l'ignorance des Copiſtes & continué par differens des auteurs.*

*Ces differentes opinions ont ſervi à Mr.* Ciampini *à former la ſienne qui conſiſtent principalement en deux points, l'un que les vies attribueés à* Anaſtaſe *ne ſont pas d'un ſeul Auteur mais* de Pluſieurs. *L'autre qu'entre toutes les vies des Papes, il n'y a que celles de* Gregoire IV. *qui fut elu en* 827. de Serge II. de Leon IV. *de* Benoit III. *&* de Nicolas I. *qui ayent eté ecrites par* Anaſtaſe.

*Ibid. p. 385. Qui eſt donc l'Auteur de la vie du Pape* Adrien *ſi ce n'eſt pas Anaſtaſe?* Onuphre *a penſé que c'eſtoit* Guilaume Bibliothequaire. *La Conjecture de Mr.* Ciampini *eſt que c'eſt* Zacarie Eveque d'Agnani *le meme qui fut envoyé à Conſtantinople par Nicolas I. en 860. avec l'Eveque de Porte, & qui trahiſſant avec lui ſon devoir conſentit lachement*

*chement à la de depoſition d'Ignace & communia avec* Photius , *pour raiſon de quoi il fut depoſé.*

(c) Bibliotheque Univerſelle de l'année 1688. T. 9. p. 162.

*Notre auteur rapporte enſuite les divers ſentimens que l'on a eû, touchant celui qui a ecrit le* Pontifical, *& reduit ce qu'il en penſe a ces cinq choſes : 1. Que Damaſe n'eſt point auteur de la premiere partie : 2. Que l'auteur, quelqu'il ſoit, n'a pas vêcu avant le ſixieme ſiecle : 3. Que la premiere copie de cet ouvrage eſt la meme, que le* Jeſuite Henſchenius *a publiée ſous le nom de ſecond* Catalogue *des Eveques de Rome ; mais qu'elle a eté retouchée depuis, & continuée avant le temps d'Anaſtaſe le Bibliothecaire, à qui quelques uns en ont attribué la continuation : 4. Que l'on ne peut ſavoir, ſi Anaſtaſe y a encore changé ou ajouté quelque choſe : 5. Que s'il y a quelque choſe de bon, concernant les premiers Evêques de Rome, cela eſt tiré d'un Catalogue plus ancien, que* Cuſpinien *a inſeré dans ſes Faſtes, & duquel il parle ſur l'année de Rome* DCCLXXXI. *Le Jeſuite* Bollandus *l'aiant communiqué à* Gilles Bucherius , *il le publia dans ſon Commentaire ſur le Canon Paſchal de* Victorius. *Enfin le Jeſuite* Henſchenius *l'a publié une troiſieme fois dans ſa* Diſſertation Préliminaire ſur les Saints du mois d'Avril.

(d) Petri Lambecii Biblioth. Cæſar. Lib. II. c. 8. p. 927.

*Cæterum quod ad ejusdem Hiſtoriæ continuationem poſt tempora S. Damaſi attinet, ea quidem paulatim a diverſis S. R. E. Bibliothecariis, tanquam Tabularii ſeu (1) Archivi Vaticani Præfectis, prout quisq; ſub uno vel pluribus Summis Pontificibus vixit, compoſita eſt, obſervata tamen, quantum fieri potuit, ſimilitudine ordinis & ſtyli, quibus antiquiores ejusdem Scriptores ante S. Damaſi ætatem uſi fuerant. Celeberrimus autem omnium jam memoratorum Continuatorum eſt* Anaſtaſius *S. R. E. Bibliothecarius, qui Seculo poſt Chriſtum nono floruit ſub Papa Nicolao I. Hadriano II. & Joanne VIII. & ſecundum* Card. Baronii Chronologiam *vitam produxit usq; ad annum fere 886. Quod enim ſolus Anaſtaſius non ſit autor totius iſtius Continuationis, ſatis patet ex antiquis illis* Codicibus, *qui ſine ulla* Controverſia *ante ipſius ætatem ſcripti ſunt. Cujusmodi fuit ille codex, quem R. P.* Philippus Labbæus *in Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis (2 teſtatur ſe vidiſſe, tempore Imp. Caroli Magni exaratum in quo vitæ illæ Romanorum Pontificum S. DAMASO Papæ jam tum tribuebantur, antequam aut natus eſſet Anaſtaſius aut ſaltem ex primæ infantiæ crepundiis emerſiſſet. Ejusdem generis eſt etiam præſtantiſſimus ille & collatu digniſſimus codex* MStus Ambraſianus, *de quo in præſens agitur; ut pote cum tam ex ſcriptura, quam aliis circumſtantiis certo conſtet, eum ad* Imp. Ludovici Pii *tempora pertinere. Pertingit autem ibi Hiſtoria Pontificum Romanorum tantum usq; ad Papam* Stephanum Secundum , *velut alii ſupputant,* Tertium, *qui A.C. 752. electus eſt, & ao. 757. obiit.*

(e) Acta Erud. Lipſ. Suppl. Sect. IV. p. 169.

*Poſtea* Nicolai *vitam cum Hadriani II. &* Stephani VI. *vitis conferens* (Johannes Ciampinus *in Examine Vitarum Pontificum*) *etſi has* Baronius *ab* Anaſtaſio *concinnatas judicaverit, contrariam tamen ſententiam tueri minime dubitat, cum ſtyli diverſitas alium autorem probet,* - - - -

*Cauſam vero, cur* Anaſtaſius *Bibliothecarius Hadriani II. & Stephani VI. vitas non ſcripſerit, hanc eſſe putat* Autor *noſter, quod ſub Hadriani* Pontificatu *Conſtantinopolim ad octavam Synodum generalem miſſus, & poſt reditum ſuum, ut acta Synodi e Græco in Latinum ſermonem converteret, compulſus fuerit, hisq; & aliis occupationibus detentus, ad vitam Hadriani aliorumque ipſi ſuccedentium* Pontificum *vitas poſteritati tradendas animum applicare non potuerit.*

(f) Cave Cartoph. Eccleſ. pag. 166.

*Libri* de Vitis Pontificum *priorem partem* Anaſtaſium *parentem non agnoſcere inde probat Labbeus, T. I. p. 252. quod viderat MS. Codicem optimæ notæ tempore* Caroli M. *exaratum, in quo vitæ illæ* Damaſo *jam tum tribuebantur, antequam aut natus eſſet Anaſtaſius, aut ſaltem ex primis infantiæ crepundiis emerſiſſet.*

---

(163. a) ANASTASIO SINAITÆ *Patriarchæ Antiocheno*, quædam tribuuntur, quæ ſunt alterius ANASTASII PATRIARCHÆ itidem ANTIOCHENI, RECENTIORIS. Hæc Joh. *Bona* Cardinalis in Notitia Auctorum, quam præmiſit Pſalmodiæ. *Symbola eſt Diecmanniana*, cum qua ſuperiora, & ſequentia & *Molleri* Homonymoſcopiam omnino confer.

---

(164) ANASTASIUS SIONITA. Ejus nomine extat (I.) *Hodegus*, editus anno 1606. Ingolſtadii â Jacobo *Gretſero*; At illud ſcriptum Anaſtaſio hujus Sionitæ ſucceſſori tribuendum monente *Sagittario* Hiſt. Eccleſiaſt. pag. 803. Et omnino non eſſe hujus Anaſtaſii Sionitæ opus, multis rationibus evincit *Cave* Hiſtor. liter. Script. Eccleſiaſticorum p. 296. b. ſub lit. (a) citatus. Juniorem etiam Anaſtaſii Antiocheni temporibus aſſerit *Sagittarius* l. c. ſub lit. (b) Ubi ad ISIDORUM HISPALENSEM auctoritate *Ittigii* inclinat. (II.) *Quæſtiones & Reſponſiones de variis argumentis in S. Scripturam numero* CLIV. quas citat Bibliotheca *Geſnero-Friſiana* p. 39. a. ſub titulo: *ἐκλογὴ τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἐπίτομος τὰ λεγόμενα παράλληλα τί ἐστι χριστιανός* : Quas tamen easdem eſſe conjicit cum definitionibus ANASTASII ANTIOCHENI ejus Succeſſoris; vide & *Cave* l. c. qui Anaſtaſii Sionitæ hunc tractatum eſſe non poſſe prolixe probat. (III.) *Compendiaria Fidei inſtitutio*: *quam cum quinque Dialogis de Trinitate ſub* S. Anaſtaſii nomine Gr. Lat. *edidit Theodorus* Beza, Vezeliacenſis 1570. in 8vo. Sed illam ſub Cyrilli nomine reperiri ait *Cave* l. c. p. 297. a. Neutri tamen deberi, ſed fœtum potius eſſe S. MAXIMI, docet p. 308. (IV.) *Anagogicarum Contemplationum in Hexaëmeron* libri XI. latine editi Pariſ. 1609. Quibus *duodecimum librum* ſive exemplarium Manuſcriptorum raritate, ſive Pontificiorum fraude hactenus ſuppreſſum addidit, & Græce latineque edendum curavit Cl. *Alix*, Londini 1682. 5. Hos libros ANASTASIO JUNIORI quoque aſſerit *Sixtus Senenſis* Biblioth. Sanctæ pag. 243. a. Quo nomine tamen carpitur à *Miræo* Auctar. de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. 213. Et TERTIO cuidam

ANA-

ANASTASIO, ANTIOCHENIS, imo etiam ANASTASIO MONACHO, contradiſtincto tribuit etiam *Bibliotheca Geſnero-Friſiana* p. 39. a. cui adde ea, quæ ſub lit. (b) ex Act. Eruditorum Lipſ. Supplem. Sect. I. p. 17. adducimus.

(a) Cave Hiſtor. Litter. Script. Eccleſiaſt. p. 296. b.

ὁδηγὸς *ſive* Dux viæ adverſus Acephalos: *Videtur iſtud opus tum ex variis ipſius* Anaſtaſii; *tum ex nonnullis Veterum Opuſculis conſarcinatum; ut cuivis conſtabit, qui quatuor priora præſertim capita attente perlegerit: nec id modo, ſed & à recentiore quadam manu haud leviter interpolatum eſt.* Capite *enim 10. pag. 198. meminit* Evlogii Alexandrini *jam mortui, qui nonniſi ao. 608. diem obiit.* Cap. 5. init. *ſex Concilia Oecumenica memorat: ſed forſan menda cubat in numero, cum in eodem capite quinque ſolummodo enumeret. Opus certe nulla diligentia, nullo ordine conſcriptum eſſe ipſe* Anaſtaſius *in Proœmio agnoſcit: ubi veniam à Lectoribus petit ob varias correctiones paſſim adhibitas, & propter* ταυτολογίας *ſæpius commiſſas; cum ægritudinum frequentia non ferebat, ut in iis pro animi ſui ſententia verſaretur. Edidit hunc librum Gr. Lat. Jac.* Gretſerus *Ingolſtad 1606. 4to.*

(b) Sagittarius Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 803.

§. XIII. Iſidoro Hiſpalenſi, Ittigium *noſtrum ſecuti, jungimus* Anaſtaſii Hodegum, *cujus caput IV. in præfatione & ſubjuncto indice, hoc titulo ſignatur:* ἐξήγησις καθ' ἐπιτομὴν περὶ τῶν αἱρεσέων τῆς ἀρχῆς ἕως Νεϛορίȣ καὶ Σευήρȣ: *hoc eſt:* Brevis Expoſitio omnium qui hæreſes introduxerunt, usque ad Neſtorium & Severum. *Etſi autem plerique hoc ſcriptum ab* Anaſtaſio Sinaita, Antiocheno Epiſcopo *qui ſeculo VI. finiente demortuus, elaboratum eſſe, aſſerunt; haut ſpernenda tamen videntur argumenta, quibus* Johannes Dallæus, *&* Edmundus Albertinus *Hodegi auctorem, & ab* Anaſtaſio Sinaita, *& ab altero* Anaſtaſio Sinaitæ ſucceſſore, *ac itidem* Epiſcopo Antiocheno *diſtinguendum, & utroque juniorem, probant. Anaſtaſii Hodegum edidit* Jacobus Gretſerus *Ingolſtadii anno clↄIↄc VI. Opuſculum hoc nulla diligentia, nullo ordine conſcriptum eſſe, ipſe Anaſtaſius in Proœmio agnoſcit. Ubi veniam à lectoribus petit, ob varias correctiones paſſim adhibitas, & propter* ταυτολογίας *ſæpius commiſſas; cum ægritudinum frequentia non ferret, ut in iis pro animi ſuſententia verſaretur. Jam, quod ad hæreticorum recenſum attinet, plerique tantum nominetenus indicantur: quod curioſum Lectorem parum juverit.*

(c) Acta Erud. Lipſ. Supplem. Sect. I. pag. 17.

Anaſtaſii *quoque* Sinaitæ *teſtimonium, in quo maximam vim* Schelſtratenus *fecerat, non* Patriarcham Antiochenum *ſed* alium Anaſtaſium, Maximi diſcipulum, *auctorem habere opinatur (Wilhelmus Erneſtus* Tentzelius *in Epiſtola ad Amicum, qua Reſponſio ad Clariſſimi Viri* Emanuelis ad Schelſtrate *Diſſertationem Apologeticam de* Diſciplina Arcani *ſummatim continetur.)*

ANASTIUS v. *Philareta.*

(165.) *Franciſcus Juniperus de* ANCONA: Ejus nomine Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 369. b. citat conſultationem *de Cauſis & modis Religioſæ diſciplinæ in Societate JEſu inſtaurandæ,* editam 1634. Cujus auctorem eſſe perhibet *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 567. *Caſparem* SCIOPPIUM. V. num. 1498. in Anonymis & *Juniperus* infra.

(166.) Jacob Anderſohn Holſatus. Ejus nomine prodiit ein Sendſchreiben aus Hamburg an einen vornehmen Freund von den Leipzigſchen Collegiis Pietatis. Latere ſub hac perſona D. *Chriſtianum* THOMASIUM, docet Symbola Normanniana ex p. 19. Ausführung des Pietiſtiſchen Unfugs. De cujus tamen aſſerti veritate multum adhuc dubito.

(166. α) Petri ab ANDLO nomen ſuppoſititium eſſe ſcriptoris Carteſiani in Belgio, notat *Bayle* Dict. Hiſt. & Crit. Tom. I. p. 259. ubi ſcripta eriſtica hujus Petri ab Andlo & *Mareſii* recenſet, & in Notis refert, Mareſium nulla, nec ſua nec amicorum, induſtria hunc larvatum ab Andlo detegere potuiſſe. Nous verrons, deinde *Bayle* addit, ſi Mr. *Placcius* ou Mr. *Baillet* ſeront plus heureux que moy à demasquer ce Pſeudonyme, que je crois etre *Regnier* DE MANSVELT, profeſſeur en Philoſophie à Utrecht. *Hæc Bayle.* Innotuit maxime hic Regnerus à *Mansvelt* ex opere poſtumo contra *Spinoſæ* Tr. Theol. polit. de libert. Philoſ. Ambſt. 1674. 4to edito. Fœcundus fuit iſte, quisquis eſt *Petrus ab Andlo,* nam *Daniel ab Andlo* Petri filius Ambſtel. ao. 1673 4to emiſit Notas breves ad Mareſii Tractatum brevem de ſtud. Theol. De quo *novo Pſeudonymo* itidem diſpiciendum erit. Hæc Dnus *Diecmannus.*

(167.) ANDREÆ APOSTOLI ACTA vide infra *Acta Apoſtolorum.*

(167. α) ANDREÆ Apoſtoli *liber Paſſionis,* qui extat in *Hiſtoria Sanctorum Surii,* Tom. 6. quod â NEOCHARIDE & LEONE Philoſophis, una cum aliis ſcriptis, ſuppoſitis aliorum Apoſtolorum nominibus, malitiosè confictus fuerit, vide probantes *Rivet.* lib. 1. Crit. ſacri c. 4. pag. 123. *Cocum* pag. 102. & ſeqq. & *Poſſev.* Tom. 1. appar. pag. 81. ad *Acta illius* hoc reſtringentem, & *Paſſionem* pro legitima defendentem. Addit *Olear.* Abaci Patrologici pag. 3. ACHAJÆ PRESBYTERI, Putatitii PASSIONIS D. ANDREÆ APOSTOLI ſcriptores, expuncti *Baronio* anno 44. 42. evecti contra *Bellarmino*, & maximè *Labbeo* Tom. 1. diſſert. ad *Bellarm.* pag. 4. ſeqq. ejusque app. pag. 677. ſeq. Sed confer *Dannh.* Chriſteid. art. 1. pag. 886. & *Bebel* l. c. antiq. triſec. Adde omnino Diecmannianas notas hic de craſſiſſimo errore meo monentes (a) de quo emendato gratias ago, uti par erat. p. 3.

(a) Nota Diecmanniana Marginalis.

Non *videtur* Andreæ paſſio *hic* recte inter Pſeudonymos *collocari, neque enim ab ullo unquam, quod Andreæ auctoris ſit, proditum eſt, vel etiam prodi potuit, niſi Andream martyrio jam affectum eum conſignaſſe ſomniet; ſed Andreæ vocatur, quod de Andrea agat.* Eſt tamen revera ψευδώνυμ@ *in quantum* a Presbyteris & Diaconis Achajæ *ſcriptus fertur & defenditur à* Bellarm. *de ſcr. Eccl. pag. 46. &* Labbeo *Tom. I. pag. 45. ubi & ad Andr.* Sauſſagi *ingens volumen de Laudibus S. Andreæ provocat. Quibus appones ea, quæ habent* Voſſius *l. 2. de Hiſt. Græc. C. 9. pag. 201. 202.* Brochmand *Lychni prophet. pag. 19. 20. Quod cetera* Neocharides & Leo *hujus libri pasſionis auctores ſint, iſtud neque* Rivetus, neque Poſſevinus, *a Cl. Dn.* Placcio *citati docent.* Cocus *plane nullam horum nominum mentionem facit.* Rivetus *quidem* ex Baronio à Neocharide & Leonide, (*ita enim ſcribit*) Acta Andreæ ſcripta *refert, quod & facit* Poſſevin, *Tom. I. Appar. S. pag. 72. ſed tam Baronius, quam Poſſevinus iſtos Actus vel Acta Andreæ a libro pasſionis Andreæ de quo hic* Dn. Placcius *agit, ſollicite diſtinguit, & duos iſtos Philoſophos non poſterioris (quem presbyteris & Diaconis* Achajæ *tribuunt) ſed prioris, à Gelaſio damnati, auctores faciunt. Niſi igitur oſtendatur, utrumque iſtum librum unum eundemque eſſe, non poſſunt, quæ de priori dicta ſunt, in poſteriorem transferri.*

---

(168) Conradi ANDREÆ, legitimi Jacobi Andreæ fratris nomine Jeſuitam *Conradum* VETTER latitare, docet *Ludov. Lucius* Hiſtoriæ Jeſuiticæ lib. 2. cap. 4. pag. 203. edit. Baſil. 1627. in 4to quod *Alegambe* diſſimulans, ſub eo nomine nihil recenſet, inter illius ſcripta p. 83. enumerata.

*Sotwel* etiam ejus Continuator de perſonato hoc nomine plane ſilet, ubi de Conrado *Vetter* agit, pag. 156. b. Bibliothec. ſcriptorum Societate Jeſu. Meminit tamen ſcripti, cui titulus: *Lutherus innocens* aliorumque, quæ ſub hoc perſonato Conradi Andreæ nomine prodiiſſe oſtendit *Symbola Flensburgo Molleriana*, ſub lit. (a) repræſentata. Et latuiſſe quidem ſub Andreæ Conradi nomine, Conradum Vetterum agnoſcit quoque *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 527. Adde quæ ſub lit. (b) ex *Deckherro* de Scriptis adeſpotis pag. 346. excerpſimus. *Glaſſius* Philologiæ S. pag. 196. eum vocat CONRADUM ANDREÆ & Specimen Sycophantiæ ejus ibidem adjungit. Eundem detegit quoque Petrus *Aurelius* (i. e. *Sancyranus* Abbas) Tomo III. ſuorum operum præfixi indicis Jeſuitarum, qui in certamen Theologicum Larvati prodiere num. 16. Adde *notas Diecmannianas* (c) ad hunc locum.

(a) Symbola Flensburgo-Mölleriana.

*Scripta, quæ* Conr. Vetterus *ſub* Conradi Andreæ *nomine edidit hæc recenſet J. C. Becmannus in Catal. modo laudato pag. 17.* Heilbrunniſcher Triumpf in GOtt 1604. 4to Unſchuldiger demühtiger ꝛc. Luther. 1600. 12. Es müſte wol eine Kuhe lachen daß durch den Tractat wer hat das Kalb ins Auge geſchlagen? Niemand an ſeinen Ehren angetaſtet durch *Conradi Andreæ* Jüngern Bruder. *Dilingæ* 1630. *4to Ultimum ſcriptum non credo eſſe Vetteri, qui (teſtibus* Alegambio *& Sottwello) jam ao. 1622. obiit. Dum hæc ſcribo, recordor, poſſidere me Heilbrunneri Th. D. ac PP. Lavingani Hiſtoriam Vernaculam Poſt-colloquii Ratisbonenſis d. 29. Nov. ao. 1601. de Pſeudonymis hiſce Vetteri Scriptis habiti Witteb. ao. 1602. in 4to excuſam. Ex eo hanc de iis Relationem tibi communico. Vetterus Lutherum ex ſuis ipſius ſcriptis & verbis Hæreſeos, Mendaciorum, Inconſtantiæ, ſeditionum excitatarum, Corruptionis ſcripturæ, impudicitiæ, ebrietatis aliorumque criminum, prout putabat, convicturus, loca huc facientia ex Opp. ejus collegit. Quæ poſtquam in certas claſſes digeſſiſſet, ut eo commodius Lutheranis imponeret, ſub ficto nomine M. Conradi Andreæ, Jacobi Andreæ* ſeeliger Gedächtnis leiblichem Bruder/ *publicavit ſeorſim initio, deinde autem junctim recudi curavit, XII. Tractatus Vernaculos, Ironicis his & per Antiphraſin explicandis Titulis Lectores Lutheranos allicientes:* Der unſchuldige/demühtige/ warhafftige/ chriſtliche/ andächtige/ gläubige/ engliſche/ bibliſche/ gravitätiſche/ keuſche/ nüchterne/ beſtändige/ friedſahme/ ꝛc. Luther. *Pleriſque horum Opuſculorum Heilbrunnerus alia pro Luthero Apologetica ſub iisdem fere titulis (*der unſchuldige/demühtige/warhafftige ꝛc.) Luther *oppoſuit, quæ excuſa ſunt Lavingæ ao. 1599. in 4to. In his plurima crimina falſi in allegandis Lutheri ſcriptis commiſſa ei objecit, & pauli poſt Retorſione utens* den Römiſchen Pabſt *edidit. Cum autem ao. 1601. famoſo illi* Colloquio *Ratisbonenſi &* Vetterus & Heilbrunnerus *intereſſent, iſte in* Maximiliani *Ducis Bavariæ, hic in* Philippi Ludovici *Neoburgo Palatini Principis Comitatu, hujus petitu poſt abruptum* Colloquium *Principale d. 29. Nov. in Palatio Elect. Bavariæ, præſentibus IV. Principibus & eorum Conſiliariis totidem, duo hi* Antagoniſtæ *ſunt commiſſi: Et quoniam anguſtum unius diei Spatium prolixiorem inquiſitionem non admittebat, 12 tantum Loca Lutheri à Vettero falſo ac male fide allegata, cum ipſis Tomorum ejus Editionibus ſunt collata, ac fraudes ejus evidenter oſtenſæ. Ille autem, ſicut erat perfrictæ frontis, mox de hoc* Poſtcolloquio Relationem *edidit, in qua excuſare & defendere Allegationes ſuas incaſſum conatus, inſuper promiſit, ſe Pſeudonyma illa de Luthero Opuſcula eo usque continuaturum, donec integra eorum Centuria prodiiſſet. Relationi iſti Vetterianæ oppoſitum eſt ſcriptum, è quo hæc excerpſi, Vernaculum* Heilbrunneri. *Conferri poteſt* Dannhaueri Memoria Thaumaſiandri Lutheri *p. 51. ubi obiter Pſeudonymorum Vetteri Libellorum & Poſtcolloquii hujus meminit.*

(b) Deckherrus de ſcriptis Adeſpotis pag. 346.

*Alterum* Conradi Vetteri, *qui M. Conradi* Andreæ *nomine adſumto, celeberrimo P.* Jacobo Andreæ *Theologo, ut fratri, illuſurus, libros convitiis refertiſſimos in auram lucemque publicam truſit, dignus, cum averſatione, ad L. Rhemmiam remiſſus.*

(c) Sym-

(c) Symbola Diecmanniana Marginalis.

*Id citra dubium* Lucius *accepit à Conſiſtorio Ducali Neoburgenſi, quod Præf. in Poſt Colloq. Ratisbon. Laugingæ ao. 1602. 4to editum pag. 8. 10. id* Conr. Vettero *exprobrat, V. & deinde ipſum Heilbrunner, qui id. ib. pag. 25. & alias repetit,* Conf. Theol. Saxon. Haupt-Vertheidigung des Aug-Apffels *c. 16. pag. 124. 125.*

---

(169.) *Johannes* ANDREÆ. Ejus nomine prodiit Oppenhemii ao. 1611. in 8vo liber, *de probroſis Calviniſtarum titulis.* Eum eſſe HAINRICI SALCOLBRUGIENSIS cui appenditur, probabile videri ſibi aſſerit *Symbola Normanniana.*

---

(170.) *D. Joa. Valentini* ANDREÆ Greye Feder edit. Franc. 1678. in 12. ab *Antonio* REISERO, ut ex Relatione *D. Speneri* d. 1. Junii 1678. per litteras Dn. Caſparus *Thurman* J. U. D. certum me fecit: at certiorem ipſius Dni auctoris teſtimonium profeſſum de ſe, dum viveret, ac perfamiliariter mecum ageret honoratiſſimus meus & nunc eo magis lugendus longiori vita dignus Scholarcha.

---

(171.) ANDREAS Säuberlich. Ejus nomine extat Tractatus Germanicus, cui titulus: Heimiſcher Prüfung Vortrab contra librum *Heimii*, qui appellatur: *Vinculum Gratiæ.* Hunc Andream Säuberlich / vero nomine eſſe *Chriſtianum* HOBURG, ex vitæ hujus Hoburgi deſcriptione pag. 7. conſtat. *Examen Heimianum* ejusdem extat, *contra librum* Guilielmi Chriſtiani *Heimii* cui titulus: *Vinculum Gratiæ*, imputaturque à *Wittenio* Diar. Biograph. ao. 1675. ad d. 29. Octob. *Chriſtiano* etiam HOBURG, de quo ſcriptore pluribus egimus ſupra in *Baumanno* & *Prætorio.* Adde *Deckherrum* pag. 115. *Moller* Iſagog. Hiſtor. Cherſoneſo Cimbr. part. 2. p. 146.

---

(172.) ANDREAS TAXANDER, VALERIUS: ſub eo latere *Andream* SCHOTTUM, monet *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 527. de quo prolixe (a) pag. 12ma à fine *Nicolaus Antonius* præfationis ad Bibliothecam Hiſpanam.

(a) Nicolaus Antonius præfationis ad Biblioth. Hiſpanam p. 12. à fine.

Andreas Schotus, *Antverpienſis, vir præſtantis altero ſæculo eruditionis, dum apud nos peregrinaretur doluit noſtram vicem, & ne ultra ignoraremus, quos literarum omnium Profeſſores & Magiſtros procreaverit omni tempore Hiſpania, & ob lucubrationes in publicum editas poſteritati famæque tradiderit, ſubducto proprio, aſſumptoque* Andreæ Peregrini *nomine foras emiſit* Bibliothecam *primus* Hiſpaniæ *tomis, dicis cauſa, tribus Francofurti apud Claudium Marnium & heredes Joannis Aubry anno M. DC. VIII. Præceſſerat quidem anno uno hanc Schoti prolem* Valerii Andreæ Taxandri *Catalogus Clarorum Hiſpaniæ Scriptorum ex Moguntino Balthaſaris Lippii typographejo emiſſus. Qui ut ſuſpicor, idem ipſe eſt* Valerius Andreas Deſſelius *Belgicæ Bibliothecæ author, quantum vis nec in Catalogi editione uſus ſit Deſſelii ea nota, nec in Bibliothecæ fine, ubi operum à ſe confectorum habet mentionem hujus* Catalogi *alia inter opera ſua meminerit. Convenit quippe ultra nomen ipſum patria;* Deſſelius *enim pagus, à quo is appellari voluit, Brabantiæ Provinciæ eſt quæ apud veteres* Texandria *ſive* Taxandria, *de quo à Geographis monemur, appellabatur. Deinde author Bibliothecæ fatetur ſe Antverpiæ triennium totum* Andreæ Schoto *jam Ieſuitæ à manibus ac ſtudiis fuiſſe, at ipſum de Taxandro Catalogi confectore ex literis ejusdem Andreæ Schoti ad Ioannem* Marianam *anno M. DC. IX.* directis conſtat, cujus verba tranſcripſimus. Miſi" & duplex exemplar per Bibliopolas Catalogi" clarorum Hiſpaniæ Scriptorum, qui latine" diſciplinas omnes illuſtrarunt, quem hic (An-" tverpiæ) familiaris noſter, me adjuvante, *Va-" lerius Andreas* continuavit, rogatque majorem" in modum, ut iſtic aliquot ſocii, qui Biblio-" thecis noſtris præſunt, dignentur augere iis," quæ nondum abſentes vidimus, idque ſeor-" ſim in charta &c.) *Ejus ergo Bibliothecæ, quam adhuc eo tempore premebat, atque alia quavis forma, quam* Alphabetica, *digeſſerat, Indicem ſive compendiariam notitiam publicare cum decreviſſet Schotus, ſub amanuenſis ſui* Valerii Andreæ *nomine in publicum exire fecit, forte ut Hiſpanos provocaret, (quod Marianæ innuit) ad augendum catalogum, ſeque de prætermiſſis monendum, priusquam Bibliothecam elabi è manibus permiſiſſet.*

---

(172. α) ANDRÉ, ANTOINE DE SAINT: *Antoine* VERJUS. Hæc habet *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 527.

---

(173.) ANDRONICUS *Conſtantinopolitanus è familia Comnenorum* imperatoria oriundus: Ejus extat *Dialogus adverſus Judæos* emiſſus 1327. ut volunt *König* Bibliothecæ Vet. & Nov. pag. 39. a & *Olearius* Abac. Patrolog. p. 34. ſine dubio freti Auctoritate & judicio Johannis *Livincii*, qui eum edidit latine verſum, Ingolſtadii 1616. Sed hunc dialogum ad Imperatorem Conſtantinopolitanum ANDRONICUM COMNENUM, qui 1185. à plebe occiſus eſt, refert *Lambecius* Biblioth. Cæſar. lib. V. pag. 169. ſequenti ſub lit. (a) ubi ſimul ab ipſo Imperatore confectum, & hactenus falſo EUTHYMIO ZIGABENO adſcriptum eſſe demonſtrat. Alios adhuc tractatus duos huic Andronico adſcribit *Cave* Append. ad Hiſtor. lit. ſcriptor. Eccleſiaſticorum p. 17. ſub lit. (b)

(a) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſar. Lib. V. pag. 169.

*Dogmatica horum ſermonum gratia, Hebræorum refutans errorem, pias fidelibus demonſtrat ſemitas: Scripſi autem illam amore Chriſti ego* Andronicus, *filius fratris Imperatoris Romanorum genere* Comneni, *patre* Sebaſtocratore *natus, & in dulcem hanc vitæ lucem editus.*

(b) Whartoni Append. ad Cave Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſiaſticor. p. 17.

*Eundem* Andronicum *Autorem habere videntur,* Dialogus adverſus Latinos de Proceſſione Spiritus

Spiritus S. Diſputatio Imperatoris cum Doctore Armeniorum Petro de duabus in Chriſto naturis, *& aliis Capitibus*, & Scriptum contra Joannem Veccum, *quæ MSS. in Bibliotheca Bavarica Cod. 120. aſſervantur*, *teſte* Poſſevino *in Catalogo pag. 62.*

ANDROVINCI v. *Meliſone.*

ANELLO v. *Iriacaro.*

ANEVO v. **zu Horſtrowey.**

(174.) *Le Pere* ANGE DE SAINT JOSEPH, Carme dechauſſè: eſt accusè (par Abraham *Peritſol*, Juif d'Avignon) d'avoir fait imprimer à Paris ſous ſon nom un traitè, qui a pour titre: *Pharmacopœa Perſica*, bienque ce ſoit une traduction, qui eſt d'un autre Ecrivain: *Journal des Scavans* pour l'annèe 1692. pag. 24.

ANGELO v. *Flavio.*

(175.) *Hieronymus ab* ANGELOFORTI: eſt *Godefroy* HERMANT, indicio *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 527.

ANGELUS v. { *Marianus.* / *Maſarellus.* }

ANGELUS BASSUS v. *Politianus.*

(176.) *Theodorus* ANGELUCCIUS. Ejus nomine prodiit Neapoli apud Hectorem Citonium *Verſio Heroicorum Virgilii metro Italico* abſoluta, quam *Ignatio* ANGELUCCIO natione Italo, patria Belfortenſi in Piceno *Societatis* Jeſu, aſſerit *Sotwell.* Bibliothecæ Scriptorum Soc. JEſu pag. 392. a.

ANGLICANUM COLLEGIUM *Jeſuiticum* v. *Anonymor.* num. 1994. *a*

(177.) ANGLOIS BANNI, *Catholique. Louis d'* ORLEANS. Verba ſunt *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez.

*Anglicus v.* CATHOLICUS.

(178.) *Michaël* ANGRIANUS. Ejus extant *Quæſtiones in IV. libros ſententiarum*, eſtque vero nomine MICH. DE BONONIA L'AYGUANUS, ut docet Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 99. b. & p. 31. a.

(179.) ANHALTINI Ducatus Eccleſiæ Miniſtrorum nomine, *Confeſſio de quibusdam Controverſis Articulis fidei*, *& Refutatio præfationis libri Concordiæ* prodierunt A. D. 1581. & 1582. quæ ſcripta auctorem habent *Georgium* AMELING, ut ex *Conradi Schlüſſelburgii* Theologia Calviniſtarum refert *Draudius* Biblioth. Claſſ. Theolog. pag. 142. Eorum poſterius ſolum mihi videre contigit *Germanice* ſcriptum, & hoc titulo editum: Neuſtadt 1581. in 4to. Der Anhaldiniſchen Theologen Bedencken über die præfation des neulich ausgegangenen Concordien-Buchs / ſampt Refutation-Schrifft der dreyen weltlichen Churfürſten Theologen wider gemeldetes Bedencken / und Apologia der Anhaldiniſchen Theologen / wider gemeldete Refutation, liber operoſus, & quaternionibus ad minimum 60. conſtans, variaque religionis controverſæ capita examinans.

*Wolfgangus* AMLINGUS, non *Georgius Superintendens Serveſtanus* fuit hic: cujus vitam recenſuit Melchior *Adami* inter vitas aliorum Theologorum Germanorum pag. 748. ſeqq. nullam tamen horum ſcriptorum mentionem facit, quanquam Colloquio Herzbergenſi interfuiſſe dicat, veritatemque doctrinæ Evangelicæ viriliter & intrepide propugnaſſe. Addit *Margo Diecmannianus* hic: Wolfgangum Amlingum *recte vocat* Schlüſſelburg. *Theol. Calvin. l. 2. fol. 61. b. Hunc librum Germ. in duo ſcripta hic diviſum, tanquam unicum ſcriptum exhibet editio Serveſtana anni 1589. 4to quam habeo.*

(180.) ANICETI, Papæ Romani *Epiſtolam decretalem* ſuppoſititiam, probat *Cocus* p. 62. ab ISIDORO vel PSEUD-ISIDORO MERCATORE confictam, demonſtrat in Pſeud-Iſidoro ſuo *David Blondellus*: de eo vide plura apud *Salmaſium* de Coma pag. 186. & ſeqq. *Voſſ.* de Hiſtoricis Lat. lib. 3. p. 710. ubi *Peccatoris* ei cognomen loco Mercatoris tribuit.

*Peccatoris* nomen *Iſidoro* tribuit etiam *Cave* Hiſtor. liter. ſcriptor. Eccleſiaſt. pag. 369. b. Auctoritate quorundam MSt. & ex more ſequiorum ſeculorum. *Hiſpalenſi* tamen *Iſidoro*, Anacleti & aliorum Pontificum ſuppoſitarum Epiſtolarum Collectionem, attribui non poſſe cum *Blondello* ſtatuit. Utpote cui temporis ratio repugnet. Quæ & obſtet, quo minus RICULPHO Præſuli Moguntino, qui obiit anno 814. adjudicari poſſint omnes. Quanquam circa hoc tempus enatæ fuerint hæ epiſtolæ. Denique veriſimile eſſe ſibi ait, Epiſtolas à *Riculpho* quidem confictas, aut Collectas, à BENEDICTO autem LEVITA poſtea recognitas, auctas, ac in eam formam, qua nunc conſpiciuntur, redactas fuiſſe. Quare autem *Iſidori* nomen ſibi ſumſerit Auctor, aut Compilator, rationes dat *Cave* p. 370. quas ſub lit. (a) excerpſimus. Memoratu digna etiam nobis videntur illa, quæ ex Stephani *Baluzii* præf. ad Ant. Auguſt. de emendatione Gratiani pag. 1. & 2. allegat Cave l. c. de cauſis ſuppoſitarum Pontificibus epiſtolarum & decretorum, Cujus verba ſub lit. (b) repræſentamus, cum prolixior ſit diſſertatio ipſius Baluzii, quam ut hic verbotenus inſeri poſſit. Plura tamen vide in *Iſidoro.* Genuinas defendit Ludov. à *S. Carolo* cui vide in hunc finem citatos, & prolixe *Maſtricht* hiſt. Juris Eccleſiaſtici à pag. 232. ad 268. ubi & de Aniceto II.

(a) Cave

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 370. a.

*Quod* Iſidori Mercatoris *nomen ſibi ſumſerit impoſtor, neſcio an proferenda ſit D.* Blondelli *conjectura, ingenioſa utiq; ſi ſatis ſolida, nempe fuiſſe Iſidorum quendam gente Hiſpanum, Evlogii Cordubenſis fratrem, qui ob motus civiles patriæ exul hoc ipſo tempore Moguntiæ habitaverit, ubi mercatorem ſtrenue exercuit. Hujus, ut videtur, nomine abuſus eſt Epiſtolaris Impoſtor, ut ſcilicet crederent imperiti Epiſtolas de Hiſpaniis fuiſſe allatas à Mercatore noſtro, qui pietatis cauſa profugus pretioſiſſimum hunc theſaurum barbaricæ libidini ſubductum, ſecum in Germaniam attulerit. Quicquid ſit, mirari licet, cur ultra* DEUS *dedit Pontificis tempora, ſeu annum DCXIV. Epiſtolas ſuas non produxerit compilator,. quod duplici de cauſa mihi factum videtur; primo, ut ſpecioſius collectæ crederentur ab* Iſidoro Hiſpalenſi, *qui obiit anno 636. Secundo, ne ſi ſua propius tempora pertingeret, impoſturæ larva facilius detraheretur. Deniq; notandum, integram Iſidori collectionem præter Epiſtolas Pontificias, ordinem celebrandi Concilii, Apoſtolicorum Canonum verſionem, & plurimarum ſynodorum tum Græcarum tum Latinarum Decreta continere, quæ in omnibus fere Conciliorum editionibus reperiuntur.*

(b) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſ. p. 369. b.

Iſidorus Mercator, *ſeu (ut in Codd. quibusdam MSS. juxta ſequiorum Sæculorum morem vocatur)* Peccator, *Epiſtolarum decretalium Conſarcinator vixiſſe videtur circa annum 830. ſub Pontificum Romanorum nomine, à* Clemente *Romano usq; ad Deus-dedit qui Pontificatum tenuit anno 64. plusquam LXXX. Epiſtolas partim ab aliis compoſitas (quæ tamen paucæ ſunt) partim a ſe compilatas, adjectis aliquot Epiſcoporum Synodorumq; literis in lucem protruſit. Spurias eſſe, & non tam pia fraude, quod vult* Cardinalis Bona, *quam ſtupenda plane impoſtura confictas longo argumentorum agmine & rationibus invictis ex imis antiquitatis, Chronologiæ, criticesq; ſacræ fundamentis, adverſus Turrianum demonſtravit D.* Blondellus *in* Pſeudo-Iſidoro; *adeo ut aliquid hac de re addere, eſſet poſt Homerum Iliadem ſcribere. Et ita quidem eſſe, uno fere ore jam agnoſcunt cordatiores Pontificii. Teſtem dabo è multis unum* Steph. Baluzium, *ingens Eccleſiæ Gallicanæ ornamentum. Antiquo juri, quod per ſeptingentos & amplius annos valuerat, ſucceſſit jus novum ex ſuppoſititiis ſanctiſſimorum Romanæ urbis Epiſcoporum Epiſtolis ab impudentiſſimo illo nebulone Pſeudo-Iſidoro prolatis compactum, & ex novellis eorum conſtitutionibus, qui poſt Caroli tempora ſedem Apoſtolicam occuparunt.——Introductum igitur fuit ævo* Caroli Magni *favorabili videlicet, ſi unquam alias tempore, ob magnam confuſionem, quæ in Politiam Eccleſiaſticam invecta erat ex ſtupenda ac miſerabili Epiſcoporum reliquorumq; Clericorum inſcitia, & vetuſtorum Canonum ignorantia. In hac igitur rerum perturbatione, emerſere famoſæ illæ ac nobiles* Epiſtolæ, quæ priſcis Pontificibus Romanis tribuuntur. *Perculerunt illæ omnium animos ſua nova antiquitate, & quia ſanctorum Epiſcoporum nomine præferebant. Hinc ſuborta in animis hominum religio, fas non eſſe, dubitare de jure quod in his ſacris Antiquitatis monumentis continebatur.* Hæc illæ, *atq; plura Præfat. ad Ant.* Auguſtin. *de Emendatione Gratiani §. 1.2. Eademq; fere ante annotaverat Præfat. ad* Reginon. de Eccleſiaſt. Diſciplinis *§. 3. 8.*

(181) ANICIUS. Prodiit anno 1681. Mediolani *Opus Anicianum Auſtriacum*, cujus Auctorem eſſe Patrem *Girolamo* BOSELLI docet *Cinelli* Bibliotheca Volante, Scanzia Quinta p. 47. & 48. ſub lit. (a)

(a) Cinelli Bibliotheca Volante Scanzia quinta p. 47. 48.

*Notizia del Volume* Aniciano Auſtriaco, *ch' eſce alla luce in Milano nell' anno preſente 1681. data dal Conte* Girolamo Boſelli: *Il titolo conſiderabile dell' opera è il ſequente;* L'Auſtria Anicia nella Maeſtà Cattolica dell' Ibero Monarca Carlo II. con la maggioranza della gloria derivata Libri quattro di D. Cipriano de' Conti Boſelli di Bergamo nobile Aretino &c. Superiore Mont' Vliuetano della Badia di S. Bernardo d' Arezzo, primo Iſtorico, Antiquario, Cronografico &c. dell' Accademia de gli Spaſſionati di Fiorenza: Volumi due Critici, d' immenſa erudizione, di perpetuo combattimento pacifico, e di continoue Vittorie contro falangi di Scrittori, in nuoua guiſa da niuno Iſtorico, e Antiquario &c. attentata. In Milano 1680. nella Regia Ducal corte per Marc Antonio Pandolfo Malateſta Stampator Regio Camerale con licenza de Superiori: con privilegio di S. Maeſta Volume 1. Parte. 1. Libro. I.

*La dedicatoria alla medeſima Maeſta con i ſequenti attributi che ne libri ſopradetti prova, coſi è ſcritta.*

Alla Sagratiſſima Maeſta Cattolica, ed Apoſtolica Indica dell' Auguſtiſſimo Monarca Carlo II. Hiſpanico, Burgundico, Auſtriaco, Hasburgeſe, Pierleone Olibrio, Petronio, Probo, Flavio, Anicio, Giulio, Romuleo, Eneada, Eroico &c. Primogenito dell' Imperio Romano, Gentile, e Chriſtiano: dell' Evangelo, e della grandezza tra la nobilta Patrizzia, ed Auguſta Romana, e della gloria nell' Univerſo I. 4.

*A ſi copioſo titolo, di tante prerogative ripieno, molte coſe potrebbono ſcriverſi, ſi intorno ad eſſo, come all' Opuſcolo, che per eſſer breve tralaſcio, credendomi che a' giudizioſi ed amorevoli Lettori ſeruira, ch' jo gli abbia regiſtrato il titolo di eſſo intero: Si credo però communemente, e lo ſtyle il conferma, che queſto Opuſcolo ſia del medeſimo Padre Annicio: Ha 77. anni come ſi vede dalla pagina 10. del medemo opuſculo, e ſeguita ancora ad affaticarſi intorno à queſte materie.*

ANICIUS v. *Boëthius.*

(182) *Oroſius* ANILO. Ejus nomine extat *Diſſertatio de Bello Dano-Anglico, deq; diſſenſionum inter geminos populos & contentionum cauſis* in 4to. Verum auctorem eſſe *Vitum* BERINGIUM, Regis Daniæ Hiſtoriographum, notat *Deckherr.* de ſcriptis adeſpotis p. 174. ſub lit. (a) Adde *Bailletum* Catal. des Auteurs deguiſez. p. 527. Inſerta eſt hæc diſſertatio appendici Tomi XVI. diarii Europæi. In Alberti tamen *Bartholini* de ſcriptis Danorum etiam auctius a fratre Thoma editis p. 49. inter Beringiana ſcripta hoc non apparet. At Thomas *Bartholinus* de legendis libris

bris Diſſert. II. p. 40. diſſerte id ei vindicat, ubi *Annulone* pro *Anilone* ſcriptum, nec in erratis typographicis poſt p. 305. adjectis emendatum legas.

(a) Jo. Deckherrus de ſcriptis adeſpotis p. 174. 175.

*Eosdem Danicos motus, Arctoaque Regna, vicinaq; quorum inimicitiæ fatales aliquibus creditæ concernit* Diſſertatio de Bello Dano-Anglico, *deque* diſſenſionum inter geminos populos & contentionum cauſis Oroſii Anilonis, *in 4to edita: quæ Hiſtoriographi Regii Viti* Beringii; *cui præter alia hiſtorica & Panegyrica à laudatiſſ.* Vindingio *d. l. p. 396. & 397. numerata*, Oſidio Hafniæ, *& quæ ea durante illuſtria per Septentrionem contigere, Regi oblata, tum nondum typis prodita, paucis autem, antequam mori deſiiſſet, annis, publico concredita dicta.*

ANNIBAL v. *Corradinus.*

(183) ANNOSI Fidelis Verimontani nomine, (I.) *Synopſin Apoſtaſiæ Marci Antonii de Dominis, ex ipſiusmet libro delineatam,* Antvverpiæ typis Nutii 1617. Item (II.) *Detectionem Hypocriſis M. Ant. de Dominis.* Antvverpiæ 1619. in 8. typis Plantinianis Moreti: nec non (III.) *Cenſuram X. librorum de Republica Eccleſiaſtica M. Antonii de Dominis.* Coloniæ 1621. in 8. ſcripſiſſe *Joannem* FLOYDUM, Jeſuitam Anglum, teſtatur *Alegambe* p. 242. Bibliothecæ Jeſuiticæ.

Et ejus continuator P. Nathanael *Sotvell.* p. 449. b. adde Thomam *Hyde* in Catalogo Bodlejanæ Bibl. p. 32. a.

ANOCOPOTA v. *Spica.*

ANONYMUS v. *de Arincinis.*

(183. α) ANONYMUS UTOPICUS. Ejus duo extant in 8vo ſcripta, oppoſita D: Eliæ *Grebenizen.* Quorum alteri titulus eſt (1) Nucleus Invictæ demonſtrationis in aureo libello P. C. E: A. edit. 1679. Alteri (II.) Triumph ohne Sieg. Sieg ohne Kampff: Kampf ohne Streit. Iſt das nicht ein obernatürliches / überwarhaftiges Myſterium? edit. Francof. 1679. Verum horum ſcriptorum auctorem eſſe *Fridericum* GESENIUM, Superintendentem Garlebienſem, in *Anonymis* num. 1745. jam innuimus, ubi de horum ſcriptorum occaſione plura legi poterunt.

ANSBERTUS v. AMBROSIUS.

(184) ANSELMUS plus quam unus inter ſcriptores Eccleſiaſticos memoratur à *Bellarmino, Sixto Senenſi, Poſſevino, Balæo* in vita Thomæ Cantuarienſis, *Gerhardo, & Oleario;* ſed eorum facile celeberrimus Cantuarenſis ille Archiepiſcopus eſt, cujus opera ſuppoſititia plurima, præter memoratos, etiam cenſet *Cocus* pag. 432. & ſeqq. Ex iis auctores certos invenerunt I. *Commentaria in Matthæum*, quæ ut alii mulii ſuppoſititia probaverunt, ita *Petro* BABIONI primus vindicavit *Theophilus Raynaudus* de lib. mal. & bon. pag. 126. ubi imprimis erit videndus, nam in Syntaxi operum ipſius editorum, nondum auctorem detexerat quod ipſe l. c. teſtatur, ut patet ex iis, quæ ſub lit. (a) adducuntur. At illum Commentarium in Matthæum Guilielmo Pariſienſi tribuendum exiſtimat Miræus. Biblioth. Eccleſ. part. I. p. 302. b. Hujus Petri Babionis habeo ſermones LXX. in pergamena nitidiſſime ſcriptos, ſatis Latinos, & elegantes ultra ſectam iſtorum temporum. Vixit enim anno 1317. vid. *Pitſeum.* Ita ſcribit in margine Dnus â *Maſtricht.* Addens *Voſſii* Diſp. Theol. & Hiſtor. Diſp. 24. theſ. 8. pag. 354.

(II.) *Commentaria in Epiſtolas Pauli;* HERVÆO *Monacho* inſcripta in vetuſtis exemplaribus inveniſſe ſe teſtatur *Sixtus* lib. 4. p. m. 244. Adde *Poſſevinum* in Apparatu T. 1. pag. 94. & *Cocum* p. m. 433.

(III.) De confuſis etiam *operibus* hujus Anſelmi, cum operibus Anſelmi Laudenſis, vide auctores eosdem.

*Harvæo* etiam tribuit *Cave* Hiſtor. liter. Scriptorum Eccleſiaſticorum p. 459. item Monatliche Unterredungen an. 1693. pag. 317. judicio *Sixti* Senenſis, *Labbei* & P. *Gerberonis*, qui opera *Anſelmi* Cantuarienſis accuratiſſime edidit, ut cenſet *Journal des Scavans* de l'annee 1676. p. 17. Adde Richard. *Simon* Hiſt. Critique du Nouveau T. c. XXVII. p. m. 386. Præter Hervæum adhuc nominat GUILIELMUM PARISIENSEM & ANSELMUM LAUDUNENSEM: quorum uni hos Commentarios adſcribi debere opinatur *Uſſerius* de Scripturis Sacris vernaculis pag. 136. Hi præter memoratos duos Commentarios hoſce *utrique Anſelmo* tributos, meminerunt adhuc tertii (III.) in *Canticum Canticorum* quem tamen Laudunenſi rectius adſcribi judicant Beſo V. 3. p. 2. Bibl. Theol. & *Crowæus* Elench. ſcript. in S. Script. p. 59. (b)

IV. *Liber de excellentia virginis Mariæ* venditatur ſub nomine *Anshelmi Cantuarienſis*, abjudicatus ipſi à *Bellarmino*, EADMERO vindicatur à *Gab. Gerberonio.*

V. Extat ſub Anſelmi nomine Liber de *conceptu Virginali* quem ex *Natali Alexandro* ei abjudicant *Acta Erud. Lipſienſium* an. 1684. p. 223. quod & facit Journal des Scavans de l'annèe 1676 p. 17. argumentis Gerberonii.

VI. Collatio Canonum Anſelmi, HILDEBERTO CENAMENSI tribuitur *a Strauchio* Amoen. Jur. Eccl. I. c. 6. in fin.

VII. *Elucidarium* ſeu *Dialogus ſummam totius Chriſtianæ Religionis complectens* opus *Anſelmo indignum*, à *Trithemio* Hiſt. litterariæ pag. 439. a. HONORIO AUGUSTODUNENSI aſſignatum eſſe ait *Cave* l. c. qui & a Codicibus nonnullis id GUIBERTO NOVIGENTINO Abbati tribui aſſerit. Sed *Raynaudus* l. c. cum *Lælando, Geſnero, Balæo*, hoc opus vindicat GUILIELMO COVENTRIENSI Carmelitano, fiſus *Pitſeo*, qui hunc Gulielmum ſæpius a Condiſcipulis rogatum edidiſſe tandem *Elucidarium Fidei* teſtatur de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus p. 493. Eundem initialibus litteris ſolis nomen orbi notum feciſſe docet

docet *Sandius* ad *Voſſium* de Hiſtoricis Lat. p. 203. adde *Maſtrichtiana* ſub (c) excerpta.

(a) Raynaudus de libris malis & bonis p. 126.

Commentarium in Matthæum, *annotabam in Syntaxi ſuppoſititium eſſe, tametſi verum ejus parentem nondum compereram. Poſtea vero deprehendi, autorem illius commentarii eſſe* Petrum Babionem. *Nam indices Anglicani, librum unum commentariorum in Matthæum* Petro *illi Babioni tribuunt, ejusque hoc referunt initium:* Dominus ac Redemptor noſter. *Quamvis autem hoc initium non habeatur in eo commentario, qui nomen S.*Anſelmi *præfert, tamen ita plane inchoatur Præfatio ad eum commentarium, quam ex MS. codice commentarii prædicti, aſſervato in Bibliotheca noſtri Lugdunenſis Collegii, repræſentavimus in calce Syntaxeos. Ubi tamen per librarii oſcitantiam, quam a nobis admonitus recognovit, vox prima* Dominus, *mutata eſt in vocem* Chriſtus, *modo loquendi prorſus inuſitato, & abſono. Quis enim aliquando dixit,* Chriſtus, & Redemptor noſter? *Chriſtus enim, eſt Chriſtus DEI (unctus quippe a Deo Patre;) non autem Chriſtus noſter, vere autem eſt Dominus & Redemptor noſter; & ita plane ſcripſit Autor in ea præfatione. Sed librarius, ad vocem initialem cæcutivit, quia tribus litteris majuſculis compendio vocem integram Dominus repræſentantibus, ob configurationem non nihil extraordinariam, varioſq; ac implexos calami ductus, cenſuit exhiberi vocem* Chriſtus, *qui error in noſtram editionem ejusdem præfationis manavit. Quare Autor commentarii, ex præfatione prædicta, tenetur manifeſte Petrus Babion, de cujus præſtanti ingenio, ac dotibus plura* Pitſæus *in Scriptorum Anglicanorum elencho.*

(b) Crovvæi Elench. Script. in S. Script. p. 59. Anſelmus. *Ejus in Cant Cant.*Commentarius *ſub nomine* Anſelmi Lauduhenſis *Pariſ. 1550. cui ſolet attribui Tirin. in Ind. Auct. ut & in Apoc. Bell.* Vid. Cave Chartoph. Eccl. p. 206.

(c) Symbolæ Maſtrichtianæ.

Anſelmus Cantuarienſis.

*Daniel* Cramerus *etiam laudat AnſelmumCantuarienſem in Epiſt. ad Epheſ. cap. 6. ſed Commentarii iſti ſunt* Hervei Natalis, *Britonis, qui Ducentis quinquaginta annis poſt Anſelmum vixit, æqualis* Durandi *adverſus quem ea defendit, in quibus a* Thoma Aquinate *Meldenſis hic Epiſcopus diſceſſerat. Gerh. Joh.* Voſſius *diſput. 24. Theol. & hiſtor. theſ. 8. pag. 354. fin.*

Liber de cognitione veræ vitæ, *inter opera* Auguſtini, *tribuitur* Anſelmo *ab Argent. n. 2. diſt. 37. quæſt. I. art. 2. & ex eo a Raynaud de malis & bon. libris §. 197.*

*Auctorem opellæ* pro incipiente *quæ* Anſelmi *opuſculo* contra inſipientem *annectitur, non eſſe* Holkotum, *ſed aliquem Anſelmo Coævum, vult Raynauld de mal. & bonis libris §. 226. Anſelmo illi revelationem arcanorum cordis adſcribit Cardin.*Bona *de probat. Spir. t. 2. §. 3. p. 15.*

ANSHELMUS v. *Janſſonius.*

ANSHELMUS v. *Solerius.*

(185) *Joannes* ANTARVETUS: Hujus nomine extat *Apologia pro Judicio Scholæ Pariſienſis de Alchymia contra Harvetum & Baucynetum*, quæ prodiit Pariſ. 1604. ut monet Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ. pag. 108. a. coll. cum p. 32. Eam eſſe *Johannis* RIOLANI JUNIORIS, indicant poſt *Hyde* l. c. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 527. & *Witte* Biogr. anno 1657. ſub 17. Februar. Plura ſcripta contra Harvetum a Riolano edita recenſet *Mercklin* Linden. Renov. p. 669.

(186) ANTENOR, Ein Liebhaber der heiligen Schrifft/ ſub cujus nomine prodierunt: Der geplagte Hiob / das iſt / Fürſtellung des groſſen Creutzträgers Hiobs / ꝛc. 1660. in 12. Der rachgierige und unverſöhnliche Lucidor, erinnert / und vermahnet durch Antenorem &c. 1658. in 12. Ninivitiſcher Buß-Spiegel / über den Propheten Jonam, quod ſit p. m. Vir laudatiſſimus *Joh. Balthaſar* SCHUPPIUS, SS. Theol. Dr. & fama notoria, & editio librorum ipſius conjunctim in 8. recuſorum abundè probat, quam v. p. 129. & 169. & in iis ejusdem Ehrenrettung/p. 625.

(187) Di Timauro ANTIATIS *Lettera a Filaleti, della vera ſtoria della Cicloide, e della famoſiſſima Eſperienza dell' Argento vivo,* in Firenze 1663. in 4 Italico Idiomate impreſſa Epiſtola paucorum foliorum, ſed eleganter atque docte ſcripta: qua prima lineæ trochoidis ſive Cycloidis antiquis Geometris, non ſine diſpendio artis ſuæ neglectæ, Conſideratio Mathematica, & adeo Inventio *Marino Merſenno* (cujus habemus *cogitata Phyſico Mathematica* Tomis aliquot Pariſ. 1644. & 1647. in 4.) falſo adſcripta (ab auctore libelli Gallici, cui titulus, *Hiſtoire de la Roulette,* poſtea latine quoque excuſi) *Galilæi de Galilæis* eſſe, documentis certiſſimis liquido probatur, *Torricellius* etiam, illius diſcipulus, a plagii litterarii accuſatione defenditur, & Inventio de preſſione aëris per argentum vivum examinata eidem aſſeritur. Ea Epiſtola quod ſit CAROLI DATI, Nobilis Florentini, litterarum Latinarum & Græcarum in Academia Florentina Profeſſoris publici, patet ex ejusdem Epiſtolæ pag. 26. De cujus viri multa doctrina indignum hic arbitror pauca dicere: humanitatis vero mihi præſenti ante decennium Florentiæ, ab eodem & a Domino *Antonio Magliabecci* eundem ad me ignotum, adducente, mihi præſtitæ dememiniſſe nec debeo nec poſſum.

*Bibliotheca Aproſiana* pag. 567. & ſeqq. prolixe recenſet laudes hujus viri, ut & ſcripta, ac inter hæc illud nobis memoratum, pag. 571. n. 3. aliaque ſolis initialibus litteris præfixis, quæ vide; ut & *Leti* Italia regnante p. 346. ubi *citatis meis*, additur, patere hoc ex ejusdem epiſtola 26.

(187. *a*) ANTI-CHOPPIN, ANTI-COLAZON: *Jean Hotman* de VILLIERS à *Bailleto* in catalogo des Auteurs deguiſez p. 527. adducuntur

cuntur ut *Pſeudonymi* cum ſint tituli librorum, de quibus ipſe prolixe agit in ſuo libro anonymo *des Satyres Perſonelles.*

(187. β) ANTI-COTTON: pro *Pſeudonymo* eſt apud *Bailletum*, cum ſit titulus ſcripti contra Cottonum de quo in Anonymis fuſe quoque ex ipſa dictione noto num. 2091.

(187. γ) ANTI-GARASSE. *Etienne* PASQVIER, douteux. Theophile VIAUT, douteux: vid. *Bailletum* in Catalogo de Autheurs deguiſez pag. 527. & pag. 324. ubi ſcriptum Anti Garaſſi inter Satyrica collocat, argumento ejus in Satyris perſonalibus prolixe, ut appareat *titulum libri pro auctore* Pſeudonymo nobis dari.

(187. δ) ANTI-GASTORELLO: *Jean Baptiſte* NOCETO indicatur à *Bailleto* ut *Pſeudonymus* auctor, cum ſit *libri titulus* ab ipſo in ſuis *Satyris Perſonalibus Gallicis*, ſive Tr. *des Satyres Perſonnelles prolixè* conſiderati.

(187. ε) ANTI MACHIAVELLUS: ſub perſonato nomine latere *Innocentium* GENTILLET, indicat *Bailletus* idem, Auteurs deguiſez pag. 823. & in ſubnexo Catalogo pag. 528. vide in *Anonymis* prolixe num. 1389. *a.*

(188.) CONCILIUM ANTIOCHENUM. Ejus venditatur à *Baronio* Formulare quoddam, quod tamen in Patres Concilii Niceni ut auctores rejiciendum credit Matthæus *Larroquanus*; ut in recenſione ejus Adverſariorum Sacrorum obſervat Hiſtoire des Ouvrages des ſçavans Avril 1688. pag. 516. & 517. Aſſertionis hujus fundamenta ex eodem ſubjungens ſub lit. (a)

(a) Hiſtoire des Ourages des Scavans. Avril 1688. p. 516.

Baronius *reproche fort aigrement à* Euſebe *d' avoir ſupprimé le formulaire du* Concile *d' Antioche, parce qu'il donnoit atteinte à l' hereſie* d' Arius *qui luy tenoit toujours au cœur. On remarque pourtant icy, que ce formulaire, que* Baronius *attribue au* Concile d' Antioche, *ne fut dreſſé, ſelon toutes les apparences, que par* les Peres de Nicee. *Enſuite l' Auteur fait obſerver deux choſes ſur la maniere dont on convoquoit les Conciles dans la premiere & la plus pure Antiquité* —

(189.) Theophilus ANTI-SCEPTICUS. Ejus prodiit nomine 1681. in 4to Tractatus Germanicus ſub titulo: Verwerffung des Cometen-Geſpötts. Illum à ſe compoſitum fatetur Eraſmus FRANCISCI, im Verzeichniß ſeiner gedruckten Schrifften 1691. num. 36. p. 14.

(189. α) ANTI-ESPAGNOL. *N.* DU FAY. Verba ſunt *Bailleti* in Catalogo des Autheurs deguiſez p. 528. Editam eſſe hoc titulo Invectivam Londini 1590. in Sixtum V Papam, docet *Biblioth. Bodlej.* pag. 167. a ſub lit. S. ut adeo iterum hic Pſeudonymus auctor fiat ex anonymo ſcripto.

(190.) L. ANTISTIUS CONSTANS. Ejus prodiit *de Jure Eccleſiaſticorum liber ſingularis*; cujus Auctorem verum eſſe *Benedictum* SPINOSAM oſtendit *Journal de Hamburg* 26. Octob. pag. 133. 134. 135. ſub lit. (a) Pro hujus operis Auctore habitum eſſe etiam Ludovicum DU MOULIN, notat *Bailletus* loc. cit. ſed & dubium illud aut plane falſum eſſe ſubjudicat.

(a) Journal de Hamb. 26. Octobr. pag. 133. 134. 135.

*Je parle en general de la methode de ceux qui abaiſſent l' autorité Eccleſiaſtique, & qui élevent en même tems d' autant plus l' autorité temporelle. Ceux qui la ſuivent de bonne foi, comme a fait ſans doute l' auteur dont il s' agit, ne prennent pas garde qu'ils donnent en cela dans le premier paneau que* Spinoſa *a tendu pour ouvrir la porte à ſes impietez. Cette conjecture eſt fondée ſur la date de deux ouvrages, que cet homme pernicieux mit au jour, l' un en 1665, & l' autre en 1670.* Le premier *a pour titre* Lucii Antiſtii Conſtantis de jure Eccleſiaſticorum liber ſingularis, *quo docetur:* Quodcunque Divini humanique juris Eccleſiaſticis tribuitur, vel ipſi ſibi tribuunt, hoc aut falſo impieque illis tribui, aut non aliunde quam a ſuis, hoc eſt, ejus Reipublicæ ſive Civitatis Prodiis, in qua ſunt conſtituti, accepiſſe. *Le* ſecond *eſt ſon* Tractatus Theologico Politicus *qui a fait beaucoup plus de bruit que le premier. Le* ſtile & les principes de ces deux ouvrages ſont *ſi* uniformes, *qu'il n'y a qu' à les confronter pour être pleinement convaincu, qu'ils ſont du même Auteur. Et il ne faut auſſi que les lire l' un aprez l' autre, pour voir qu'il n' a decrié les droits & l' autorité des Eccleſiaſtiques dans le premier, & qu'il n' a elevé en même tems celle des Rois & des Magiſtrats, que pour faire une planche aux impietez qu'il a debitées dans le ſecond. Ses ſectateurs font depuis tout ce qui leur eſt poſſible, pour ruiner le credit & l' autorité des Eccleſiaſtiques, & ils y ont ſi bien reuſſi en quelques endroits; qu'il n'y a pas de condition plus mepriſée que la leur, & qu'on s'y fait une politique de les mortifier & de les tenir bas. C'eſt donc leur preſter la main en quelque maniere, que de mettre une ſi grande diference entre l' étendue de l' autorité des Eccleſiaſtiques, que les* Spinoſiſtes *veulent ruiner, & celle des Rois qu'ils n' élevent que pour la faire tomber de plus haut, aprez qu'ils auront ſapé ſes veritables fondemens ens ruinant ceux de la Religion.*

(190. α) ANTI-STURMIUS à STURMENECK. Hunc eſſe *Lucam* OSIANDRUM docet *Bailletus*, iterum ex titulo libri auctorem Pſeudonymum nobis formans, in ſuo indiculo des Auteurs deguiſez. Adde Thomam *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ pag. 22. b. ſub lit. O. & ipſum *Bailletum* in Tr. Satyres perſonelles.

(190. β) ANTI-THEOPHILE. Henri ALBY. *Bailletus* loc. cit. Pſeudonymos iterum augens ſcriptore libri vicem nobis obtruſo. v. Ejusdem Satyres perſonnelles.

(190. γ)

(190. γ) ANTI-TRIBONIEN: *François* HOTTMAN. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p.528. *Anonymum* (de quo ſuo loco num.921. etiam ex ipſo *Bailleto* prolixe dictum) in Pſeudonymum transformans.

"(191.) Cornelio Aſpaſio ANTIVIGILMI tra i vagabondi di Tabbia detto L'Aggirato. Sub hocce nomine fictitio quod ſit "edita ab *Angelico* APROSIO *Vintimiglienſe*, cujus "in *Rhodianis* num. 40. 41. meminimus, *Bibliotheca* "*Aproſiana paſſatempo autonnale*, in 12. 1673. paucis "abhinc menſibus ex litteris Domini *Antonii Magliabecci*, Bibliothecarii Eminentiſſimi Cardinalis Medicæi, ad Dn. *Martinum Vogelium* Ph.& "Med. Dr. ſcriptis cognovi: quem precatus etiam "ſum, ut de argumento ſcripti illius, nondum "ad haſce noſtras oras delati, certiora ſcire, vel in "hujuſce opuſculi mei gratiam, ſalute multa Domino Magliabeccio nomine meo nunciata, laboraret. Sed ad eas ipſius litteras reſponſum "adhuc expectamus: & tanto quidem avidius, "quanto plenius illud mihi promitto a ſumma "Viri humanitate, quam ipſo compertam opere "in Carminibus meis Juvenilibus lib. 4. p. 363. laudibus, etſi valde imparibus ſum proſecutus, "animo vero etiamnum memori, ceu par eſt, "proſequor.

Hunc librum mortuo demum p. m. Collega meo Martino *Fogelio* Phil. & Med. Dr. Logicesque hic P. P. nactus ex Bibliotheca ipſius, qui nec dum ejus lectionem totam abſolverat, alioqui vivus adhuc mecum eundem communicaturus, demum ex Italia proprium allatum accepi, per amicum. Unde cognovi auctorem Patrem *de Vintimiglia* paſſim ſe prodentem, & p. 20. de operis idea ex mente *Vintimiglienſis* referentem: Quod nempe alphabeticum Catalogum ſuæ X. aut XII. millia librorum habentis Bibliothecæ voluerit dare: cum hæc donaria ſola ſecundum donatorum nomina ordine alphabetico digeſta repræſentet, & quidem usque ad lit. C. medium hic quem inde habui tomus. Ipſius operis pars 1. usque ad pag. 261. habet *vitam Aproſii*, minutiis etiam cœnarum & prandiorum, & aliis itinerum extenſum, ut & putidiſſimis maledictis in noſtros Theologos, occaſione qualibet inſperſis, digreſſionibus multis & longis, ac ſœpisſime non tempeſtivis, certe non neceſſariis tœdioſa: formulis loquendi ſœpe ſervilibus. Ut ſubinde legens illam obiter, & deſultorie; optaverim Aproſio alium adjutorem. Inde ſequuntur donatorum nomina cum donariis a p. 262. usque ad finem. Ubi littera C. finita tantum additur, Gio. Nicolo *Cavana*, cui dedicatus erat liber. De quo interim illud mirere merito, quod cum hic liber, ut *ſupra* memoravimus, jam prodierit in lucem publicam in Bologna 1673. *Morhoſius* tamen in Polyhiſtore, ed. 1688. & ita 15. integris annis poſt etiam hanc *Bibliothecam Aproſianam*, nihil ejus libri editum eſſe ſciat, p. 59. cum tamen ejus invidenda elogia apud alios, p. 38. & expectationem eruditorum non amplius tolerandam afferat, p. 144. Sed & *Labbei* Bibliotheca Bibliothecarum in 8. 1672. Rotomagi recuſa p. 11. ex Philippi *Elſſii* Encomiaſtico Auguſtiniano eam citat Bibliothecam, ſed queritur, quod non explicet, quid ſit libri. *Teiſſerius* pag. 18. hic remiſit nos ad Joh. Rhodii Catalogum Suppoſitorum, id eſt ad meam ſuper indiculum ejusdem commentationem. Ubi pag. 27. & 28. ad num. Rhodianum 40. & 41. ita ſcripſeram.

*Hunc Autorem* Scavenius Bibliothecam Apocryphorum *contexuiſſe, in qua ſcripta quamplurima ſuis Auctoribus aſſeruit, auctor eſt in Catalogo ſuo quem ſubjiciam. Eum librum videre mihi nunquam contigit etſi ſedulo inquirenti. Neque in Catalogo vel editorum vel edendorum ab ipſo voluminum, quem Italus Autor Elogiorum modo citatus commemorat, talem invenies. Equidem inter ea quæ prælo parantur lego*, La Biblioteca Aproſia, *quæ num forte debeat eſſe Apocrypha illa neſcio. Certe maximopere deſidero videre hoc ſcriptum, ſi tale eſt quale* Scavenius *illud deſcribit. Fortasſis enim augendis hiſce noſtris haud parum conferret. Verum enim vero male metuo ne pro* Bibliotheca Aproſia *nobis* Apocrypham *fecerit* Scavenius, *facili ob vocum affinitatem errore. Quamvis enim* Academiæ Incognitorum Scriptorem *hujuſce libri non meminiſſe propterea non fortasſis inepte ſuſpiceris, quod tum adhuc, anno videlicet hujus ſeculi quadrageſimo ſeptimo, vixit Autor ille quadragenarius primum, adeoque multa poſthinc edere potuerit: attamen accedit huc, quod neque* Lorenzo Graſſi *Elogia ſua Italica litteratorum integris annis decem & novem poſtea in ipſa Venetorum urbe typis committens, usquam hujus* Apocryphorum Bibliothecæ, *ſed* Aproſianæ *ſolius meminerit, quæ forte libros ſcriptos, lectos aut poſſeſſos* Aproſii *continere potuit; & de qua quantum novi, inter pſeudonymos ſub nomine* Antivigilmi, *reperias. Idem facit* Philippus Elſſius *Bruxellenſis in Encomiaſtico ſuo Eremitarum S. Auguſtini, Bruxellis 1654. edito, cujus negligentiam ut alias (nec injuria fortaſſis) in Bibliotheca ſua Bibliothecarum hic, & ad* Angelici Aproſii *nomen carpit* Philippus Labbeus *Jeſuita, apud quem pag. m. 8. ſic legitur.* [*Angelicus Aproſius Ventimilienſis Auguſtinus.* Athenas Italicas eum parare anno 1647. aſſerebat Jacobus Philippus Tomaſinus, in ſuo Parnaſſo Euganeo: (*pag. m. 37.* quem librum nec ipſum lucem publicam hactenus vidiſſe quisquam auctorum ſuperius memoratorum indicat) An perfecerit aut etiam typis commiſerit neſcio: nec id malo ſuo more non diſtinguendi inedita ab editis, indicavit *Philippus Elsſius* in Encomiaſtico Auguſtiniano, ubi addit Bibliothecam Aproſiam, ſed quid ſit non explicat.] *Nimirum ille ſuo more Catalogum alienum aliquem, & fortaſſis hoc loco nobis modo citatum Anonymi de Incognitis ſecutus eſt: ut adeo non ſit quod illius teſtimonium valde curemus.*

Hæc id temporis ibi ſcripſi, quando nec ipſe adhuc quidquam ejus libri viderim. At poſtea ejus operis vidi legique Tomum primum paginis 733. in 8. ita inſcriptum: *La Bibliotheca Aproſiana Paſſatempo Autumnale di Cornelio* Aſpaſio Antivigilmi Tra vagabondi di Tabbia detto l'Aggirato. Bologna 1673. 12. Ejus priores paginæ 261. continent *vitam Aproſii*; deſcriptam à quodam, de quo tum alias, tum pag. 26. agitur, ut nomine ſuo celato, ſuum auxilium 64. annos nato auctori commodante, tam miſere ut ante dictum. Sequentia folia continent *Indicem eorum, qui Patris Aproſii Bibliothecæ libros donaverunt*, una cum librorum ſatis accurata indicatione, vel nimia etiam, additis nempe non locis modo editionum, ſed editorum quoque nominibus & circumſtantiis, & illorum, quibus dedicatur libellus titulis; imo encomiis. Interim non ultra lit. C. perventum in meo volumine, cujus ſequentia, quod ſcio necdum ulla poſtea prodiere. Adde *Bayle* Dictionaire Tom. I. pag. 313. 314.

(191. α) ANTONIATUS *Janus*: eſt J. GVINTHER DE ANDERNACH, indicante *Bailleto* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 528.

(192.) *M. Aurelius* ANTONINUS PHILOSOPHUS: Ejus vita edita eſt Hiſpanice ab Antonio Gvevarra, Mendonenſi Epiſcopo, & Carolo V. Imper. à conſiliis. Sed illam nihil Antonini habere, fœtumque ipſius Gvevarræ genuinum eſſe docet *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. II. c. 14. & ex eo *Zeilerus* de Hiſtoricis Chronologis & Geographis celebribus Part. I. p. 8.

Is liber *Horologium Principum* poſtea inſcriptus ipſius nomine toties recuſus, Latine & à Joh. *Wanckelio* centuriis ultra myriadem aliquot ſententiarum inſtructus prodiit in 4. & folio.

(193.) ANTONINI Pii, Imperatoris *Itinerarium* ſuppoſititium ab ANNIO Viterbienſi profectum in *Rhodianis* num. 18. vidimus. Genuinum extare docet *Voſſius* de Hiſtor. Lat. l. 3. pag. 695. ubi, ut & pag. 693. vide ipſum eundem hunc cum ÆTHICO Coſmographiæ auctore (quem JULIUM Oratorem in nonnullis Codd. eſſe, ac inepte hinc *Julium Cæſarem* quibusdam creditum, docet) arbitrantem, in quo conſentientes habet inter alios magnum *Caſp. Barthium* Adverſarior. lib. 45. c. 13. pr. & pag. 2086. & 2088. ubi legi imprimis meretur. (c) (d) (e) MARTIANI cujusdam illa eſſe putavit, neſcio quibus rationibus adductis, *Naudæus* Bibliographiæ, mihi p. 49.

Plura de Æthico v. ſupra. Dicta Rhodiana olim data ſic habent:

*XVIII. Scav. num. 56. Fabius Pictor* & reliqui *JO. ANNII VITERBIENSIS.*

*Ut ſcias quinam illi ſint Reliqui, Ecce totum Catalogum Suppoſititiorum hujus Annii figmentorum ex Editione Antwerpienſi 1545. in 8vo (præter quam & Commelinianam extat quoque Wittebergenſis editio anno 1612.) excerptum, qui ita ſe habet.*

1. *BEROSI* Sacerdotis Chaldaici antiquitatum totius Orbis Libri V.
2. *MANETHONIS* ſupplementa ad Beroſum lib. I.
3. *XENOPHONTIS* Æquivoca.
4. *FABII Pictoris* de Aureo Seculo & Origine Urbis Romæ Lib. II.
5. *MYRSILI Lesbii* de Bello Pelaſgico.
6. *M. CATONIS* Fragmenta de Originibus.
7. *ANTONINI PII CÆSARIS AUGUSTI* Itinerarium.
8. *C. SEMPRONII* de Diviſione Italiæ.
9. *ARCHILOCHUS* de Temporibus.
10. *METASTHENES* de Judicio Temporum & Annalium Perſarum.
11. *PHILONIS* Hiſtorici Hebræi Breviarium de Temporibus.
12. *CL. MARII ARETII* Viri Patricii Syracuſani de ſitu Siciliæ.

*Ejusdem* Dialogus in quo Hiſpania deſcribitur.

*Hæc ſua ipſius figmenta commentariis & annotationibus ipſe illuſtravit, inepta ſpe ſibimet ipſi blandiens, fore ut nemo tam putida commenta in omni ſecutura poſteritate detegeret, & hac ratione gloria ſibi maneret extractorum & ab interitu vindicatorum tot illuſtrium ſcriptorum. Sed quantopere falſus fuerit, ex innumeris eruditiſſimorum Virorum teſtimoniis, adverſus hunc falſarium, ejusque defenſores aliquos, aut rudiores aut Veritatis minus quam ordinis ſui religioſi cultores, variis argumentis atque probationibus pugnantium patet, quæ ſingillatim huc transſcribere modus operis nobis propoſiti non permittit. Neque vel notorium amplius probare, vel toties ſcripta repetere neceſſarium autumo. Videatur ea de re* Gaſparis Varrerii *Luſitani* Cenſura peculiaris de Pſeudo Beroſo, Manethone Ægyptio, *aliisque ab Annio editis, ex Luſitanico Latine reddita, cum* Jo. Goropii Becani *ex libro illius Originum quarto de iisdem auctoribus ſuppoſititiis excerpto judicio, in Tomo ſecundo* Bibliothecæ Hiſpanicæ *ab* Andrea Schotto *adornatæ pag. 356. & ſeqq. ubi ſolidiſſimis argumentis impoſtura tanta probatur, & ex veris genuinisque reliquiis aſſumenta falſa reprobantur. Excuſa eſt etiam hæc diſſertatio una cum ipſis Auctoribus hiſce apud Commelin. 1599. in 8vo Vide Scalig. de emend. temp. lib. 1. pag. m. 3. Uſſerii annales ad* A. *M. 3335. Keckerm. de nat. & propr. hiſt. auctar. c. 7. p. m. 1879.* Adde Hiſpaniam Nonii *cap. 3. &* Jo. Gerard. Voſſ. *de Hiſtoricis Latinis lib. 3. c. 8. p. m. 609. & ſeqq. ibique citatos* Auctores *ſummos complures; neque pauciores hiſce vel ignobiliores recenſitos à* Theophilo Raynaudo, *Erotematum de bonis ac malis libris partit. 1. Erotem. 10. §. 3. num. 269. pag. m. 164.*

*Ubi*

*Ubi cauſſam legas cur multi Pontificiorum parcius & non ſine prævaricatione aliqua falſarium hunc accuſaverint. Ea hæc eſt.* Fortaſſis tamen ab alio quopiam impoſitum eſt ipſi Annio, quem doli expertem fuiſſe malo exiſtimare, cum religioſum inſtitutum Prædicatorum ſit profeſſus. *Verum enimvero quod hac profeſſione ſua ſe deterreri à tam nefario crimine paſſus haud ſit, vel illa quam de lapide fictis inſcriptionibus ornato ac in vineam ſuam defoſſo, poſteaque publice Viterbienſium Senatui pro antiquo venditato, non illepida hiſtoriola evincit, quam apud* Anton. Auguſtin. *Dialog. X. Antiquitat. Romanarum & Hiſpanarum, ex eoque excerptam apud* Joh. Ger. Voſſium *loco modo citato pag. 610. lectitare licet. Monſ.* de Popeliniere, *in Gallico ſuo libro doctisſimo, cui titulum fecit* Hiſtoire des Hiſtoires *lib. 4. pag. 209. teſtatur etiam peculiarem à ſe diſſertationem conſcriptam adverſus haſce Annii Suppoſitiones, quam tamen hactenus videre mihi non contigit.* Iſaacus Cauſabonus *in Apparatu Exercitationum ad Baronium num. 5. Diatribei. p. m. 20.* ſpurciſſimas Annianarum fabularum lacunas & fœdiſſima mendacia *vocat, ipſum vero* improbiſſimum fabularum concinnatorem, *Exercitat. 1. Diatribe 32. pag. m. 145. adde ejusdem Exercitat. 3. pag. 204. 205. & Exercit. 13. Diatr. 5. pag. 244. ubi Baronium Pſeudophilonem ſequentem aliquoties refutat. In Scaligerianis ſermonibus familiaribus quos fratres Puteani conſervaverunt, iſta lego pag. m. 6.* Annius Viterbienſis a eſté veu par un homme qui me l'a dit; il eſtoit fou, & talis habebatur. *Neque id mirum. Ejusmodi enim mirifica ingenii ſcabies, & inde natus omnem orbem litterarium impudenter adeo decipiendi nefarius pruritus, abſque mentis aliquà inſigni ſtultitia fuiſſe qui poſſit? Quamobrem* Franciſcum Sanſovinum *hoſce libros, in Italicum ſermonem transferre non dedignatum fuiſſe tanto miror impenſius. Ejus tamen facti teſtis eſt* Ghilinus *in Theatri litteratorum Italici parte I. pag. m. 64. ubi vitam hujuſce doctiſſimi Veneti enarrat atque ſcripta. Particulatim de ſingulis hiſce ſcriptoribus vide cum aliis* Voſſium *de Hiſtoricis Latinis atque Græcis & Geſnerum ſuis in locis cuiq; Scriptori convenientibus v. gr.*

1. *de* Beroſo *Hiſtor. Græc. l. 1. c. 13.*
2. Manethone *Hiſt. Græc. l. c. 14.*
3. Xenophonte *Hiſt. Græc. l. 1. c. 3. p. 21.*
4. Fabio Pictore *Hiſt. Lat. l. 1. c. 3.*
5. Myrſilo Lesbio *Hiſt. Græc. l. 3. pag. 391. ubi etiam MYRTILUM vocari eundem docet.*
6. M. Catone *Hiſt. Lat. l. 1. c. 5.*
7. Antonini Pij Cæſaris Itinerario *Hiſt. Lat. l. 3. part. 2. pag. m. 695. ubi de veris hujus Scriptoris Manuſcriptis ac editionibus. Adde* Joannis Hallervordi *nuper editum Spicilegium de Hiſtoricis Latinis p. 3.*
8. C. Sempronio *Hiſt. Lat. l. 1. c. 8.*
9. Archilocho *Hiſt. Græc. l. 1. c. 1. p. 5.*
10. Metaſthene, *qui ne nomine quidem huic falſario notus fuit, & MEGASTHENES dici debuiſſet Hiſt. Gr. l. 1. c. 12. p. 76 77. &c.*
11. Philone *Hiſt. Græc. l. 2. c. 7. p. 191. 192. &* Caſaub. *exercitat. Baron. 3. pag. 204. 205. & Excerc. 13. diatr. 5. p. 144.*

Plura de fraudibus hujus Annii v. ſupra *anonymor.* num. 1509. & *infra* in ſingulis hic nominatis ſuo loco ſuppoſititiis ejus ſcriptoribus; de quorum hocce Paulus *Vindingius* in Epiſtola, quæ Deckherro de ſcriptis Adeſpotis ſubjuncta eſt p. 361. OROSIO cuidam, qui ſub Conſtantino M. floruit, tribui memoratum itinerarium à nonnullis indicat; & ANTONINI hoc itinerarium dici poſſe autumat, eo quod auctoritate & auſpiciis ejus Imperatoris compoſitum ſit. Addit hic *margo Normannianus* citatum Iſaacum *Voſſium* in Melam p. 302. Joh. *Gregorii* poſthumor. in 8vo Londini edito, Ao. 1650. p. 4. Mendoſiſſimum plane libellum iſtum Andreæ *Maſio* commentarii in Joſuam p. 331. & incuria librariorum pene deperditum, recte dici aſſerit *Fabricius* Biblioth. Lat. p. 22. Qui & eundem ſine cenſura à *Gothofredo* in Corpus antiquæ Hiſtoriæ admiſſum, conqueritur p. 64. Appendicis, Annianumque commentum appellat. Nihilominus Itinerarium hoc, utut mancum atque mutilum multum conferre Geographiæ, judicat *Cluverius* in præfatione Germaniæ antiquæ. Cujus ut & alia loca congeſta bene multa non poſſum quin verbotenus hic addantur ſub lit. (a) ex ſcheda per *Dr. Schröderum* A. 1689. 3. Martii mihi communicata. Addatur Symbola *Mollero Flensburgenſis* hujus (b) tenoris. Et quæ Excellmus Syndicus à *Maſtricht* præter citationem *Voſſii* lib. de Philologia Cap. XI. §. 16. per tot. pag. 59. habet & ſub lit. (f) *notata in margine.*

(a) Antonini *Auguſti Itinerarium; Utrum* Antonini Pii an *Philoſophi, an alius Marc. Antonini Philoſophi eſſe clariſſim.* Gevartius *neminem dubitaturum putat, qui apud P.* Victorem *ab* Onuphrio Panvinio *editum lib. de regionibus Urbis reg. 9. hæc verba legat.*

*BASILICA* ANTONINIANA, *ubi eſt* (Roſinus *erat*) *provinciarum memoria, & plura cum Antonini τῶν εἰς ἑαυτὸν ad hoc argumentum facientia promiſit, apud Gothofred. Wendelin. præf. in Eclipſes.*

*In plerisque libris præfigitur Antonii Nomen, ſcilicet* Antonii & Antonini *nomen ſæpius confunduntur.*

*Juvat audire iterum hic* Cluverium *in præfat. Germ. antiq. ita de hoc Itinerario judicantem.*

Ingens

„Ingentis, inquit, uſus opus, ſi barbarum il-„lud ſeculum, quo librariorum incredibili impe-„ritia incuriaque corruptum fuit, ſalvum ad nos „ſanumque transmiſiſſet, nunc mutilum, man-„cum, detortum, ac plurima ex parte deprava-„tum, nil niſi meras tenebras Geographiæ anti-„quæ ignaris offundit. Multa apud *Melam*, multa „apud *Strabonem*; Plura apud *Plinium* reperias, quo-„rum ſitum facile haud unquam perſpexeris, niſi „monſtrante prædicto Itinerario &c. Ac viciſſim „in his pleraque per-obſcura & plane cœca niſi „ab illis illuſtrentur. Hæc *Cluv.*

*In emendando hoc Itinerario egregiam poſuit operam* Hieronymus Surita, *Cæſar Auguſtanus regni Aragoniæ hiſtoricus; qui in Itinerarium hoc Scholia ſcripſit, quæ* Andreas Schottus *typis* Arnoldi Mylii *edidit. Colon. Agripp. 1600. 8vo.*

*Præterea hunc nitori ſuo reſtituit* Abrahamus Orthelius.

*Denique* Joſias Simlerus *Scholia in idem Itinerarium edidit, quæ cum itinerario hoc & Æthici Coſmographia prodiere. Baſileæ 1575. 12mo.*

*Cæterum Itinerarium hoc prodiit ex* Aldi *officina. Poſtea Lugduni. Ab* Henrico Stephano *Pariſiis cum fragmento ejusdem & indice. Præterea Antverpiæ 1545. cum Beroſo & aliis Auctoribus & Joan. Annii Viterbienſis explicationibus. In Collegio S. Benedicti MSum Itinerarium exſtare Cantabrigiæ Gerh. Joan.* Voſſius *L. 3. de hiſtor. Lat. notat.*

*De cætero optamus ut aliquando hoc Itinerarium mappis à Nic.* Samſon. *Regis Galliæ præclariſſimo Geographo exhibitum, publicam lucem videat.*

(b) Symbola Mollero-Flensburgenſis.

*Neſcio an omnia à Joh.* Annio *publicata ſine ullo diſcrimine ſint repudianda & pro figmentis habenda. Aurum forte ex ſtercore iſto Antiquariis peritioribus colligere non erit difficile. Hujus ſententiæ jam olim fuit Seb.* Münſterus, *Vir Doctiſſ. cujus judicium de Annio in Coſmographicis olim legiſſe memini, & alicubi, niſi fallor, annotavi. Merentur autem omnino accuratius conſiderari, quæ Vir acerrimi in talibus judicii Thom.* Reineſius *ao. 1646. ad Joſephum* Clauderum *perſcripſit, ac in Frontiſpicio Epiſtolarum ejus ad Joh. Vorſtium inveniuntur. De nuperis Annii Hyperaspiſtis Th.* Mazza *& Fr.* Macedo *V.* Morhofii *Poly hiſtor. Litterar. c. 6.*

(c) Caſp. Barthius. Adverſarior. Libr. XLV. c. 13. principio.

*Egregie interpolatum & longe alio quam nativo ſuo ad nos habitu perveniſſe* Æthicum *Coſmographum, quivis ejus ſaltem inſpector judicare facile poterit. Multa enim Chriſtianæ in eo fragmento ætatis indicia ſunt; multa prioris, multa etiam ſeculorum abhinc paucorum. Neque illud dubitare non ſinunt Viri doctiſſimi, qui in eam opinionem ante nos non futilibus argumentis venerunt,* Antonini, *quod inſcribitur* itinerarium *ad eundem hunc ſcriptorem pertinere neque divellendum ab eo eſſe; ſi accuratius jus ſuum huic adſcribere voluerimus.*

(d) Idem p. 2086. *Eſt vero idem ſine dubio Autor hic* Æthicus *qui &* Antoninus Itinerarii *conditor appellatur, nam & præfatio olim Antonino præfixa reperta eſt, & alia documenta jam doctis prodita quæ manu velut nos eodem ducunt, & quæ* Flodoardus *ex Æthico annis abhinc ſeptingentis amplius citat, nunc apud* Antoninum *reperiuntur. Videtur itaque* ſubjiciendus hujus Coſmographiæ fini Antoninus *ille & continuato ordine ex male disjunctis nominibus unus porro ſcriptor concinnandus, cujus titulus ſit:* Antoninus Æthicus, *aut* Æthicus Antoninus, *quanquam prius nomen corruptum videatur, fortasſis & poſterius.*

(e) Idem pag. 2088.

Coſmographiæ *autem liber hujus ab his Geographis vel Geometris potius, conceptus haud dubio is eſt, vel exinde concinnatus iſte, quem Coſmographiam quicunque tandem fuerit hic* Æthicus *noſter nominavit, complexus & hunc præſentem noſtrum Commentarium, & eum qui* Antonini Itinerarium *inſcribitur, qui, ut dixi, vel ex fine hujus noſtri ad hunc eundem pertinere noſcitur. Coſmographiam ergo non Æthici, non Antonini ab excerptoribus & coacervatoribus, auctoribusque qui interpolarunt & auxerunt ad ſequentium etiam ſeculorum commodiorem uſum, ſed* Julii Cæſaris, *ab Imperatore ſub quo dimenſio orbis inſtituta, citant nonnulli veterum ſcriptorum ſapientius quidem quam cœteri, uti exiſtimo. Et ſic* Baldericus *libro Chronici Cameracenſis cap. 3.* Cameracæ urbis licet auctor & ætas, *inquit*, certa non pateat, inter antiquiores tamen nomen & famam obtinere illam res ipſa indicat, quod in digeſtis aliquorum ſcripta ſæpe memoratur. Liber namque qui jubente Julio Cæſare ex Senatus Conſulto à prudentiſſimis Viris de Coſmographia inſcribitur, ubiquidem totius orbis Romani univerſa famoſa loca diſtinguit, Cameracum etiam intromittit & quanto à Bagaco Caſtro diſtet, id eſt XVIII. milibus evidenter oſtendit. *Fruſtra eruditisſimus Vir Georgius* Colvenerius *optat extare illum librum; cum extet utique nec alius Balderico in manibus fuerit, quam qui conficiendus eſt ex Æthico & Antonino conjunctis. Nam quæ citat exinde Baldericus manifeſto hodie in* Itinerario Antonini *reperiuntur pag. LXXXV. novisſimæ Editionis. Eſt igitur idem liber,* Æthicus Antoninus, Auguſtus, *Itinerarium, Coſmographia* Julii Cæſaris. *Et fortasſis ut hinc conjici poteſt, Antonii, Antonini & Auguſti nomina ex præfatione hujus libri petita ſunt, ubi Conſulatus Antonii & Auguſti memorantur;* Æthicus *autem verum publicatoris primi nomen, cum præcipue ultra DCCmum abhinc annum eo citetur à* Flodoardo; *Illud autem ſimul attendendum pro ſeculorum variorum auctoritate & uſu interpolatam hanc eſſe & auctam Coſmographiam iſtam, donec ad id Volumen venerit quod nunc in manibus habemus; nec ſine Principis alicujus aut Magnatis juſſu, cum privato alicui minus auctoritatis, plus laboris fuerit, quam ut ab eo profectum tale quod poſteritas credere debeat.*

(f) Notæ marginales Maſtrichtianæ.

*Julio oratori ipſius* Ethici *quæ habemus adſcribunt elogia præmiſſa editioni Melæ & Ethici a. 1685. a Jacobo Gronovio procurata, ubi & Æthicum transtuliſſe in Latinum dicunt* Salmaſius, Optius *&c. Multum etiam differunt editiones Itinerarii Antoniani quas habemus ab Annio &*

*quæ*

*quæ apud Aldum, 1518. Lugduni apud Vincentium & alibi ſunt edita.*

ANTONIUS v. *ALPHONSUS.*

*ANTONIUS* v. *à Conceptione.*

-- -- -- -- v. *Muſa.*

(194) ANTONIUS DEMOCHARES: Sub ejus nomine invenitur *inter Ambroſii Opera* in multis editionibus, *Commentarius in Cantica Canticorum.* Verum hunc deberi GUILHELMO, primum Monacho CLARÆ - VALLENSI (ſub Bernardo Abbate) deinde Abbati S. Theodorici prope Rhemos, ac poſtea S. Nicaſii Rhemenſis, qui claruit ſeculo XII. docet *Cave*, Script. Eccleſiaſt. Hiſtor. Liter. p. 463. a.

(195) ANTONIUS MAGNUS ſeu *Monachus* & *Abbas Ægyptius*, claruit temporibus Conſtantini M. Ei *Loci Communes*, aut *ſermones*, *Meliſſæ dicti* tribuuntur *a Friſio Biblioth. Geſner.* pag. 65. a. quos tamen alteri ANTONIO, *Damaſceno* nominato (vulgo *Meliſſam vocant* ſed falſo) & Octavo demum ſeculo viventi aſſerit *Olearius* Abac. Patrolog. pag. 43. Extant illi Loci Communes num. CLXXV. Tom. V. Biblioth. Patrum edit. Pariſ. 2. fol. 878. MELISSÆ tribuit tamen Cave Hiſtor. liter. Script. Eccleſiaſticor. p. 463. Locos Communes, aut ſententias ex Patrum ſcriptis excerptas.

( 196. ) Ab ANTONIO conſcriptum *Vitam Simeonis*, ſuſceptoris Chriſti, tribui a nonnullis antiquis codicibus, METAPHRASTÆ SINEONI, ſed fruſtra, notat Leo *Allatius* de Scriptis Simeonis pag. 9.

(197) ANTONIUS MERCATOR: Sub perſonato hoc nomine prodierunt. (I.) *Notæ ad libros Joannis Roberti Animadverſionum Juris.* Sed illas vindicat *Jacobo* AUJATIO Tholoſano, *Teiſſier*, Eloges des hommes ſcavans tomo II. p. 147. Ubi ingentem numerum librorum recenſet, quos laudatus Jacobus Cujas in lucem emiſit: v. ſupra in anonymis dicta de Judicio *Keckermanni* Conſilior. Logic. de Locis Commun. faciendis c. 3. Auctorem eſſe credentis hunc Jacobum Cujatem libri, qui inſcribitur: *Locorum Communium typus.* Addit *Teiſſier*, l. c. adſcribi à nonnullis huic (II.) *verſionem Latinam ſexaginta librorum Operum*, quæ veniunt nomine, *Baſilicorum.* Rectius tamen ab aliis hanc quorundam opinionem rejici docet, credendumque, hanc verſionem factam eſſe a quodam Germano, qui ad majorem operi Auctoritatem & ſplendorem conciliandum, tam illuſtris viri nomen ei præſcripſerit. De Notis autem ſupra memoratis, quæ ſub Antonii Mercatoris larva editæ ſunt, non dubitandum eſt deberi Jacobo Cujatio; Quando confirmat id etiam *Salmuth* ad *Pancirollum* Rer. Memorab. lib. II. cap. X. pag. 188. b. indicante *Symbola Poſteliana.* Adde *anonymor.* num. 915.

ANTONIUS v. *Panormitanus.*

(198) ANTONIUS RICHARDUS. Eo nomine aliquoties excuſus liber, BELGÆ CUIDAM S. J. à nonnullis tribuitur, quo Janſenius, occaſione Martis Gallici publicati, ſupraque in anonymis fortaſſe præcociter memorati, vehementer perſtringitur. Ejus proſtremæ editioni adjecta eſt ad Principem *Condæum*, maximum tum temporis in Gallia Mecænatem epiſtola, adulationis plena, & de *Janſenio* parum honorifice loquens, cujus contenta ſubminiſtrat *Sagittarius* Hiſtor. Eccleſ. p. 1005. & ſequenti: & *Leydekerus* Hiſtoriæ Janſeniſmi lib. 2. c. 4.

PIER ANTONIO v. *Salmone.*

(199) ANTYMUS *Coningius.* Sub perſonato hoc nomine prodiit Romæ anno 1655. in 8vo. Typis Hæredum Corbeletti ſcriptum, quod *Pulverem Peruvinum Febrifugum* vindicabat. Hujus Auctorem eſſe *Honoratum* FABRUM, e Societate Jeſu, natione Gallum Breſſæum, ( de la *Breſſe* ) indicium facit la Viſiera alzata Hecatoſtes num. LXVI. p. 69. cujus verba exhibemus infra in *Coningio.* Idem ſentit *Beughemius* in Bibliograph. Medico-Phyſic. p. 63. 83. Qui præterea addit p. 213. contra hunc inſurrexiſſe Scriptorem alium Pſeudonymum, qui ſub larva Philippi *Protimi* ediderit: Antymum *Conigium Pulveris Febrifugi defenſorem repulſum*, citante *Symbola Flensburgo Molleriana.* *Sotvellus* Biblioth Scriptorum Societat. Jeſu meminit etiam opuſculi Geometrici *de linea ſinuum* ab Honorato *Fabri* emiſſi ſub ficto nomine

(199 a) ANTIMI FARBII. p. 350. cui ſubnectit poſt illud de *Pulvere Peruviano* quod ſub larva *Antymi Coningii* prodiit. Poſteriorem tantum citat *Mercklin.* Lindenii Renov. p. 467.

ANUCIUS v. *Foes.*

(200) ANYTES: ΑΝΥΤΗΣ, οἱ δ', ΛΕΩΝΙΔΟΥ. Titulus eſt Epigrammatis *εἰς ἀκρίδα* falſiſſimus, ut ex *Plinio* notat Paulus *Colomeſius* diſſertatione de dubiis aliquot Scriptoribus, n. XXVI. Debetur enim hoc carmen, *à Colomeſio* & Græce & Latine citatum, ERIUNÆ.

(201) APELLIS *poſt Tabulam latentis* nomine extat *epiſtola de Maculis Solaribus*, *& Stellis circa Jovem errantibus*, impreſſa Auguſt. Vindel. 1612. in 4to Fictum hoc eſſe Apellis nomen, indicat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 528. aſſumptum a *Chriſtophoro* SCHEINERO. Addit M. Auguſtinus *Vagetius* in præfatione diſput. de Maculis in Sole viſis habitæ Wittebergæ 1693. prohibitum fuiſſe memoratum Scheinerum a Provinciali ſuo P. Buſæo ſuo nomine evulgare, quas tamen poſtea anno 1611. ad Velſerum ſcriptas in publicam lucem emiſerit. De Apelle

vide plura in *Anonymis* num. CCV. olim , nunc 1317. *a.*

(202) APHEMUS eſt *Bertillus* CANUTIUS. Ut ex amica Symbola Dana comperi.

APHRODISIENSIS *v. Alexander.*

(202. *a* ) APIARIUS dictus eſt THOMAS CANTIPRATENSIS , a libro *de Apibus Myſticis*, de quo in anonymis c.2. n. 19. egimus, v. infra *Brabantini* nomen.

Hoc libro de Apibus Myſticis , quem *Bonum Univerſale* nominavit , monente *Voſſio* de Hiſtor. Latinis lib. LXI. p. 487. non tantum auctor miracula & exempla ſui temporis exponit ; ſed etiam inprimis ex moribus & oeconomia apium Chriſtianos cujuscunque ordinis & conditionis ſolertes & prudentes reddere laborat, ut judicat *Bailletus* Auteurs deguiſez p. 322. cui adde indicem ibidem p. 528.

(203) COELIUS APICIUS: Ejus nomine venditantur *de re Culinaria* libri *decem* inventi ſub Nicolao V. Pontifice in Inſula Megalona, ab Enocho Aſculano, editi autem ex Megalonenſi & Veneto Codice Baſileæ 1541. in 4to ab Albano Torino, referente *Fabricio* Biblioth. Latinæ p. 129. ſeqq. Ubi in verum librorum Auctorem inquirens, QUATUOR APICIOS memorat I. Varronis æqualem II. Auguſto & Tiberio, omnium nepotum altiſſimum gurgitem. III. Sub Trajano famoſum, & IV. denique illum, quem Auctorem horum librorum credidit *Caſaubonus*, ad Lampridium p. 333. Ipſe *Fabricius* in TERTIUM propenſior videretur , niſi mallet cum *Barthio*, aut *Voſſio*, libros hoc de Culinaria, *Apicii nomen* gerere præfixum *ab argumento potius*, quam ab Auctore. Quæ ſententia quoque eſt *Königii* Biblioth. Vet. & Nov. p. 46. b. 47. a. Hoc modo verum Auctoris nomen foret *M. Coelius* aut *Coecilius*. Ceterum ſingulorum librorum nomina recenſita vide apud *Fabricium* loc. cit. p. 130. Inter quæ decimi occurrit ἁλιεὺς ſive *Piſcator*, quem eſſe eundem, qui apud *Hermolaum* citatur ἁλιεύσεως nomine, veriſimile eſt, *Biblioth. Geſnero-Friſianæ* p. 127. a.

(204) DIDACUS APOLEPHTES edidit hiſtoriſcher Erquickſtunden 5. Theile Lipſiæ ab ao. 1609. ad ao. 1628. in 8vo. Auctor eſt, *non* Abraham HOSEMANNUS, prout Cl. *Schurtzfleiſchius* in diſſert. de Rebus Badenſibus §. 6. (teſte Chriſt. Wilh. *Eybenio* in Eponymologico Magiri aucto p. 56.) opinatur; ſed *Jacobus* ZANNACHIUS Luſatus, Bibliopola Serveſtanus (qui Elenchum etiam Commentatorum Biblicorum edidit) vid. Præf. Partis I. Hactenus *Symbola Flensburgo-Molleriana*. v. *Didacus*.

(205) Sidonius APOLLINARIS: Huic in nonnullis MStis tribuitur *Romanæ Curiæ deſcriptio*, quam tamen deberi HILDEBERTO , CENOMANENSI & poſtea TURONENSI Epiſcopo, notant *Acta Eruditor. Lipſ.* menſis Martii 1691. in recenſione faſciculi Rerum Expetendarum editi ab *Orthwino Gratia* Colon. 1535. & recuſi Londini 1690. in fol. opera & ſtudio Edvvardi *Brown*, Parochi Sandrigiæ in Agro Cantiano.

(206) APOLLINIS Denckſprüche über einige hohe Häupter unſerer Zeit / edit. 1693. 4to. Auctorem habere Celeberrimum virum Chriſtianum GRYPHIUM, ex relatione amici cujusd. Uratislavienſis obſervat *Symbola Junckeriana*.

APOLLO v. *Horus*.

(207) APOLLONII quomodo habeantur, qui ſint ARCHIMEDIS, v. *Journal. des Scav.* 1676. Menſe Martio p. m. 62. ubi Apollonii Conica per Iſaac Barrovv illuſtrata recenſentur. vid. ſub lit. (a) excerpta.

(a) Journal des Scavans 1676. Mart. p. m. 62. *Il ne prend point party dans la diſpute qui eſt entre ceux qui attribuent ces livres à Archimede & ceux qui en font* Apollonius *auteur. Il ſoupconne ſeulement qu' Apollonius, a trouvé quelques écrits imparfaits d' Archimede & qu' il les a perfectionez. Ce ſentiment s' accorde aſſez bien avec celuy de quelques anciens auteurs, qui conviennent qu' avant Apollonius on ne connoiſſoit qu' imparfaitement les ſciences Coniques. Ce qui paroiſt par le témoignage d'* Eurocius & d' Ariſtæus. *Ce dernier dit même que c' eſtoit le ſentiment de* Pappus.

(207. *a* ) APOLLONIUS TYRIUS. Ejus hiſtoriam edidit *Hœſchelius*. Lat. puto ſine nomine ſuo addito, Auguſtæ Vindel. Anno 1595. in 4. ubi in editoris cenſura ( quem Petrus *Schriverius*, cujus meum exemplar fuit, adſcribit ſe conjicere Hœſchelium eſſe ) habetur, ſe putare Græcum exemplar extare Conſtantinopoli inter libros Manuelis Eugenici. *Interpretem Latinum* conjicit in meo codice Schriverius eſſe SYMPOSIUM, quod meo codici adſcripſit , ex eo conjecturam ſuam probans quod eadem ænigmata tria, quæ Tarſia Apollonio propoſuit, & in hac Apollonii Tyrii hiſtoria extant , legantur quoque in editis Sympoſii ænigmatibus. Credibile ſane eſt inquit Schriverius in margine mei codicis , cum de Græco Latinos verſus hos feciſſet Sympoſius, & farragini ænigmatum ſuorum inſeruiſſe. Hoc meum ſomnium , ſi melius quis conjexit vatem perhibebo optimum. Judicium Hœſchelii de hac hiſtoria ex Hœſchelii editoris cenſura hoc eſt. —— *Symbola eſt Maſtrichtiana* anon. inſeri debita.

(208) APOLO *Stenonio Gorago*. Ejus nomine exſtat M. S. in 8vo *La Muſa Vintimiglieſe*, *Centuria di Sonetti nella volgare favella del paeſe, Scherzi Poëtici.* Nomen ſuppoſititium hoc eſſe , Auctoremque operis verum, Agoſtino ARENGO, F. di Paolo Girolamo Gentilhuomo di Vintimiglia, notat la *viſiera alzata* pentacoſtes num. XVI. pag. 34. hiſce verbis : XVI. APOLO STENONIO GORAGO. Tra gli anecdoti dell' Aproſiana, hô ritrouato queſto.

La

*La Muſa Vintimiglieſe* Centuria di Sonetti nella volgare fauella del Paeſe, Scherzi Poetici di Apolo di Stenonio Gorago. M. S. in 8.

Il nome è ſuppoſto, e l' Autore è *Agoſtino Orengo* F. *di Paolo Girolamo* Gentilhuomo di Vintimiglia.

---

(209) APOMASARIS nomine, quod extat *Oneirocriticon*, de ejus auctore ſic *Caſp. Barthius* ſcribit adverſar. lib. 31. cap. 14. in principio: ACHMETIS *Sereimi filii Oneirocriticus Commentarius ex Ægyptiorum, Indorum, Perſarum opinionibus conflatus, ut præfert titulus, non ingratus doctis, Græca lingua non ita olim ex Regia Franciæ Bibliotheca prodiit. Eum* Apomaſaris *nomine perperam ediderat Latinum, ex Sambuci Cimeliis, Leunclavius. Exſtat Leonis Tuſci ad Hugonem Eteriarium, ſcriptorem ævo ſuo luculentum, ejus operis ad nos Latina interpretatio non contemnenda.* Denique concludit illud caput hiſce verbis: *Auctorem vero hujus collectionis Græcum quem dicam, ſane dubium & invenio & relinquo, ſecundo capiti auctor laudatur* Sirbacham, *Tertio* Baram, *Quarto* Tarphan *Nomina Orientalium linguarum peritis adgnoſcenda. In ſuperſcriptione vero Leonis noſtri, illis nominibus junguntur* Serim & Achmeth*: ut, indicibus etiam vocabulis, Interpretes & illi Barbarici ſomniorum fuerint. Inſcriptio hæc eſt:* Syrnachan *Indorum*, Baram *Perſarum*, Tarphan *Ægyptiorum*, Serim & Filius ſuus Achmet. *Quæ ne quis temere adſcripta putet ab librario etiam verſui incluſa ſunt hoc pacto*:

SYRNACHAN ATQUE BARAM, TARPHAN, SERIM PATER ACHMET.

Cryptonymus quidam nunc tandem mihi detectus *Peganius*, cujus habemus Anno 1670. in 12. editam declarationem Germanicam Apocalypſios, certe lectu digniſſimam, etſi non ubique fortaſſis probandam pag. 218. laudat hunc librum ad interpretationem imaginum Apocalypticarum.

His addit *Normanniana* nota *MSta marginalis* citatione *Seldeni* de Titulis honor. in indice auctorum pag. 23. & quod ſua ſumſiſſe videtur *Barthius* è præfatione Editionis Græco Latinæ Rigaltii, niſi quod omittit idem poſtea Leunclavio ipſi obſervatum, inque Annalibus Turcicis monitum fuiſſe. At editionem hujus oneiro Critici *Leunclavianam* mutilam ac imperfectam, falſoque hoc nomine pro Achmetis inſcriptam docet quoque *Lambecius* Biblioth. Cæſareæ lib. VII. pag. 264. vide ſub lit. (a) excerptum. Addit & *Margo Diecmannianus*: Idem ad interpretationem Joh. *Gezelius* in אהלי אפרנך c. 2. §. 26. p. 511. 52. ubi & quædam verba Achmed. Ebn. Seirim. & c. 151. adducit. v. prolixe *Bayle* Dictionaire Tom I. p. 83. Et marginalia Maſtrichtiana ſequentia. Hauſit autem ſua omnia Perſonatus ille *Peganius* (qui eſt *Knor* von Roſenroth) ex Joſephi *Medi* Clave Apocalyptica; qui in Commentat. Apocalypticis, part. I. pag. mihi 44. hæc habet: Ex vetuſtis Ægyptiorum, Perſarum, „Indorum monumentis, auctoribus Tarphane, „Interprete Pharaonis; Baramo Saginſſæ Perſa-„rum Regis (Diocletiani συγχρόνȣ) Syrbachamo Regis Indorum Ὀνειροκριτικὰ ſeu Apoteleſmata, „inſomniorum collegit Apomaſar, vel ſecundum „alios Achmetis filius Seerim Arabs: ut fuit il „la gens, cum iſtiusmodi artium aliarumque jam, „ab ultima antiquitate ſtudioſiſſima, tum floren-„te ipſorum Imperio, omnium ubicunque gen-„tium ſcripta in Arabiſmum transferendi avida. „Hunc libellum jam olim Græce, incertum, quo „auctore, loquente, ex Joh. Sambuci Bibliothe-„ca Latine à ſe verſum ſuperiori ſeculo in lucem „dedit Joh. *Leunclavius*. Eundem poſtea a. 1603 „ex Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi Græcum communicavit Nicolaus *Rigaltius* in onericritiçis; ſuppletis, quæ in Exemplari Sambucino deerant. In hoc libello videre eſt pleraſque „imagines propheticas quæ noſtris hominibus, „tantum negotii faceſſunt; gentibus Orientali-„bus familiares, certe in divinationibus non in-„ſuetas extitiſſe &c. „

(a) Lamb. Biblioth. Cæſ. lib. VII. p. 264. *Primus hoc* Oneirocriticon (Achmetis *filii Serem, qui Mamunis vel Mammunis, Caliphæ Babylonii, Oneirocrites ſive ſomniorum Interpres fuit*, ex *Joannis Sambuci antiquo Codice manuſcripto Græco, de quo non multo poſt ſeparatim agetur, latine vertit, & tantum latine edidit* Joannes Leunclavius, *Francofurti, typis Andreæ Wechelii a. 1577. in 8. ſed adeo imperfecte ac mutile, ut ſtatim in principio integra fere quatuor, & ibidem alias plura etiam deſint Capita; nec ſub vero Achmetis nomine, ſed ſub falſo* Apomaſaris.

---

(209. α) ACTA APOSTOLORUM. Ea ſub variis titulis varie ſuppoſititia ſunt. Inter „Apocrypha imprimis numerandum eſt ITI-„NERARIUM PETRI APOSTOLI, quod ap-„pellatur CLEMENTIS, item quod RECOGNI-„TIONUM, aut alio titulo inſcribi ſolet. Rur-„ſus exſtabant diverſi Actus nomine ANDREÆ, „& THOMÆ & PHILIPPI & PAULI ſimul & „THECLÆ: quos omnes *Gelaſii* Cenſura proſcri „pſit. Addit *Athanaſius* CIRCUITUS JOHANNIS. *Innocentius* Epiſt. 3. ad Exſuperantium tradit ACTA falſa APOSTOLORUM, ſub nomi-„ne MATTHIÆ, ſive JACOBI MINORIS, vel „PETRI & JOHANNIS à quodam LEUCIO, „ſcripta eſſe: ſub nomine vero ANDREÆ, à „NEXOCHARIDE, & LEONIDE Philoſophis. „Porro hunc *Leucium* fuiſſe ſecta Manichæum, & „Actus Apoſtolorum ſcripſiſſe teſtatur *Auguſtinus* c. 4. & 38. de fid. contra Manichæos. VITÆ „APOSTOLORUM quædam ſub nomine AB-„DIÆ BABYLONII, & Actus JOANNIS EV-„ANGELISTÆ ſub nomine PROCHORI ſunt, „ſuppoſititii fœtus. PASSIONES APOSTO-„LORUM ſunt incerti auctoris, tribuuntur ta-„men SELEUCO cuidam, vel forte LEVEJO, „Manichæo. *Spondanus* ann. 44. n. 24.

*Acta Paſſionis* Apoſtolorum. Ea feruntur à LI-„NO Pontifice conſcripta, quæ fuerunt aliquo-„modo ſincera forte, ſed quæ modo extant, repe-„riuntur tincta Manichæorum fuligine: ita ait, *Spondan.* in Annal. 68. n° 9.

---

(210) SYMBOLUM APOSTOLICUM; ex XII. APOSTOLORUM fragmentis ſententiarum

tiarum viritim collatarum coaluiſſe Pontificii ſuſtinent. Vide *Lambecii* lib. V. p. 151. de Bibl. Cæſarea ſub lit. (a) cum adducto loco *Leonis* Magni. Ut adeo conſtitutiones Apoſtolorum cognominentur. vid. *Varenii* Rationarium Theologicum de Scriptoribus Eccleſiaſticis (b) & ex profeſſo id argumentum tractantem Kilianum Rudrauff, P. P. Gieſſenſem, habita Diſputatione publica Gieſſæ, de Libris Symbolicis Eccleſiæ Lutheranæ, cujus excerpta damus ſub lit. (c) allegatis: & quidem affirmantibus §. 1. & negantibus §. 5. at dubitantibus §. 18. Ubi concludit tandem, ſalva ſententia aliorum, Apoſtolica omnino auctoritate verba potius ſibi credi ab EPISCOPO QUODAM ROMANÆ ECCLESIÆ concepta, quem tamen nominare non audet. Ut adeo *Semidetectis* annumerandus maneat. Ex noſtratibus Theologis maxime Apoſtolicum hoc ſcriptum affirmantibus, & Rudrauffio citatis addendus *Brochmandus* (b) Cujus an rationes ſatisfacere poſſint Lectori, multum tamen adhuc ambigo. Interim ab Arrianis in SYNODO NICENA confecti Symboli Apoſtolici commentum Auctore ſuo dignum *Sandio*, dictum, improbatur *Tenzelio*: cujus vide enarratum librum in Colloquiis menſtruis. 1692 Ubi multa notabilia valde præterea leguntur, partim & hic excerpi viſa (e) omnino digna. Quod & obſervat Bibliotheque Univerſelle de l'année 1693. Juillet p. 37. Tomi XXV. Porro Symbolum Apoſtolicum Apoſtolis abjudicatum à Mr. *Du Pin* dans la Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques, vindicatur & tribuitur iisdem dans les remarques ſur cette Bibliotheque, par un *Scavant Benedictin.* des l'entrée du ſecund Chapitre ut ſcribit Journ. des ouvrages des ſçavans de l'an. 1692. p. 58. ita pergens: mais dans la reponſe Mr. *Du Pin* n'oublie rien; qui ſe peut apporter, pour etablir ſon ſentiment p. 76. Adde *Supplem. ad Acta Erud. Lipſ.* tom. II. p. 480. *Sagittarium* Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 366. Georgius *Calixtus* (f) ad ipſa Eccleſiæ Chriſtianæ initia referre Symbolum Apoſtolorum haud dubitavit, ut adeo neque ſuam ſententiam adeo facile probaturus fuiſſet Laurentius *Valla* de Patribus Nicenis lingua Græca complectentibus illos quam ut periculo ſuo ſatis grandi luerit, refert *Janus Philadelphus* (g) citatus.

(a) Lambec. Biblioth. Cæſ. lib. V. pag. 151. *(Ducenteſimo quinquageſimo Codice manuſcripto Theologico Græco, chartaceo, mediocriter antiquo, & bonæ notæ in quarto continetur) Decimo ſeptimo, & quidem fol. 302. p. 2.* Symbolum Sanctorum Apoſtolorum, *diviſum in Duodecim ſententias, quarum unicuique in margine adpoſitum eſt nomen Apoſtoli, qui illam Symbolo contulit. Ordo autem ſanctorum Apoſtolorum eſt ibi talis:* Petrus, Andreas, Jacobus major, Joannes, Thomas, Jacobus minor, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Simon, Thaddæus, Matthias. *Huc ergo pertinet inſignis ille locus ex S.* Leonis Magni Epiſtola nonageſima ſexta *ad Pulcheriam Auguſtam: Ipſius Catholici Symboli brevis & perfecta Confeſſio, quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis, tam inſtructa ſit in munitione cœleſti, ut omnes hæreticorum opiniones ſolo hoc poſſint gladio detruncari.*

(b) Rationarii Theologici Varenii pag. 58.

§. 2. *Igitur 1. De* nomine ipſo *pariter haud abs re monuit* Chemnitius: *Notum eſt, quo conſilio* Symbolum *ſit conditum ab Apoſtolis, & quare ita appellatum: Secuti ſunt igitur homines, qui alia quædam confinxerunt, & ut plauſibili ſpecie ea Eccleſiæ obtruderunt,* Canones Apoſtolorum *appellaverunt. Quin ut ne titulus quidem deeſſet ex Apoſtolo deſumtus,* Canonis *Vocabulum ex Epiſtola ad* Philipp. c. 3. 16. Gal. 6, 16. *& alterum:* Conſtitutionum διατάξεων *ex Epiſt. 1. ad* Cor. c. 11. 34. *deſumſerunt, ubi Apoſtolus:* Cætera *inquit,* ubi venero διατάξομαι, conſtituam. *Ut tamen diſpar ratio nominis Apoſtolici quando Canonibus his apponitur, & quando Symbolo, Hoc enim, licet non fuerit Apoſtolicum ipſa formali compoſitione, nedum fictitia illa 12. Symbolarum, a 12. Apoſtolis facta collatione quam ſive ex vocis Symboli etymologia, ſive Homonymia vel etiam vocum diſtinctarum* Symboli & Symbolæ *ſuppoſitione confuſa, otioſus aliquis Grammaticus abortavit, ( ut fruſtra Pontificii poſtulent, vel verborum ſic compactorum ſeriem, qualis eſt in Symbolo apoſtolico ex ſcripturis probari, vel harum imperfectionem agnoſci, cum antiquiſſima Symbola, quæ quæ tribus in locis extant, ap.* Irenæum *l. 1. c. 2. l. 3. c. 4. & apud* Tertull. *L. de præſcriptione, aliam verborum & articulorum compoſitionem habuerint, quam, qualis nunc in Symbolo Apoſtolico, quod, quoad præſentem verborum ordinationem & articulorum præpoſitionem ipſo ſymbolo Nicæno poſterius extitit) fuit tamen, & eſt illud ſymbolum, Apoſtolicum materiali doctrinæ fidei propoſitione ſ. doctrina, & res ibi contenta, vere Apoſtolica, prædicationis & ſcriptionis Apoſtolicæ fundamentalis ſumma, quale neutrum dici poteſt de Canonibus Apoſtolicis.*

(c) Kilian Rudrauffius *Diſp. Gieſſæ 1686. habita de libris Symbolicis Eccleſiæ Lutheranæ. Cap. II. §. 1. Num* ſecundum verba & formaliter *ſpectatum (hoc Symbolum) ab* ipſis Apoſtolis *ſit profectum, de eo admodum variant Eruditorum Judicia.* Ruffinus *in Expoſitione Symb. Apoſt. quæ inter Opera S.* Cypriani *Martyris fol. 249. reperitur,* Genebrardus *lib. 3. de Trinit. pag. 204. Edit. Pariſ. anno 1585.* Gilbertus *Commentar. in Symbol. Apoſtol. pag. 10* Sixtus *Senenſ. Biblioth. ſacr. lib. 2. Voce Apoſtol.* Baron. *ad annum Chriſti 44. aliiq; quamplurimi nullatenus dubitant, quin & ſecundum rem & ſecundum verba, ipſis Apoſtolis ſuam debeat originem.*

Idem §. 2. Argumenta quibus innituntur *partim a Symboli hujus appellatione, dum* Apoſtolicum *dicitur partim a Majorum & nonnullorum Patrum traditione ſunt deducta, recenſet.*

§. *3tia ea argumenta breviter* refutat.

§. *4ta, quid præterea illorum ſententiæ contrarietur, enarrat. Citato in fine Gerh. Joh.* Voſſio *de Tribus Symb. Diſp. 1. pag. 3. ſeq. Ubi maxime notabile eſt quod Symbolum hoc* aliis verbis recitatum *fuerit* ab Irenæo, *aliis a* Tertulliano, *aliis in* Eccleſia Romana, *aliis etiam in Eccleſia* Orientali Græca; *quod ſane factum non fuiſſet, ſi ipſos Apoſtolos Autores agnoſceret.*

§. 5.

§. 5. *Citantur qui id ab Apoſtolis adornatum* negarunt, *Joh.* Brentius *in Expoſit. Catechiſm.* Daniel Chamierus *in Opere de Controverſiis religionis lib. 9. de Canone cap.10. & Joh.* Calvinus *lib. 2. Inſtit. cap.16.* §. *18. Qui* dubitarunt *de eo* Eraſmus *Roterod. in præf. ad Lector. paraphraſ. Matth. & Polydorus* Virgilius *lib. 5. de rerum Invent. c.13. Demum*

§. *6ta Ita auctor* concludit. *Id autem, ſi quod res eſt dicendum fuerit, videtur valde probabile, quod* Epiſcopo cuidam ex Clero Romano *ſuam debeat originem, inprimis cum neque in Hieroſolymitana neque in Conſtantinopolitana, neque in* Antiochena, *neq; in Alexandrina (Hæ enim ſua peculiaria habuerunt Symbola) ſed in ſola & unica Romana Eccleſia antiquitus obtinuerit; ex qua ſubſecutis demum ſeculis ad alias Occidentis Eccleſias eſt derivatum, ut bene notat laudatus* Voſſius *loc.cit. pag.20. th. 24.*

(d) Brochmand Specim. Scriptor. Eccl. I. Seculi. §. 4.

*Ut vero datam fidem liberemus, hoc eſt, certo evincamus* Symbolum Apoſtolicum *vere conſcriptum eſſe ab Apoſtolis: Duo producimus firmamenta quibus velut columnis ſententiam noſtram ſuperſtruimus. Prius aſſertionis noſtræ firmamentum eſt Nihil contineri Apoſtolico ſymbolo quod cum ſcriptis Apoſtolicis, quæ in N.T. conſignata inveniuntur, exacte non conveniat. Poſterius noſtræ aſſeverationis fundamentum eſt veneranda antiquitas.*

(e) Monatl. Unterred. Ann. 1692. p. 286. In der erſten (*Exercitatione ſelecta*) de Symbolo Apoſtolico hält er (*Wilhelmus Erneſtus Tenzelius*) gegen einander/ was *Natalis Alexander in ſelectis Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ capitibus de Symbolo Apoſtolico & Athanaſiano* geſetzet/ und zeiget/ daß beyde *Symbola* von denen *Auctoribus*, welchen ſie zugeſchrieben werden/ den Worten nach nicht herkommen/ indem eben die *ratio probandi*, ſo *Alexander* bey *Aſſerir*ung des erſten gebraucht/ bey *Negir*ung des andern von ihm ſelbſt umgeſtoſſen wird. Hernach verwirfft er *Sandii hypotheſin*; *num. 10. 11.* als ob das *Symbolum Apoſtolicum* in *Synodo Nycena* von denen Arianern gemacht worden; *referiret num. 12.* wie übel es dem *Vallæ* gegangen/ da er die Apoſtel des *Symboli auctores* zu ſeyn geläugnet; und wie ein Jeſuit eine gottloſe *Cenſur* über dieſes *Symbolum* geſchrieben/ welche *Raynaudus* ſeinen *Erotematibus de bonis & malis libris* in der erſten *Edition* einverleibet/ darüber aber in den *Indicem librorum prohibitorum* zu Rom gerahten/ und verordnet/ daß in der andern *Edition* ſeiner *Erotematum* alles was er von dieſer *cenſura Cavillatoria* geſchrieben/ ſolte auſſen gelaſſen werden: Welches auch in der groſſen *Edition* aller ſeiner *Operum* geſchehen/ nachdem ſie zu Lyon in 19. *Voluminibus* in *folio* herauskommen. Was aber *Tenzelii* Meinung vom *Symbolo Apoſtolico* ſey/ wird man innen/ wenn man die folgende *Paragraphos* mit denen *Addendis* des erſten *Tomi conferiret.*

(f) Georgius Calixtus §. XXXVII. pag. 97.

*Nec juvat Canonibus, qui Apoſtolorum nomen præferunt, inhærere. Exiſtimo autem, ſicut ſub ipſa Eccleſiæ Chriſtianæ initia Apoſtolorum doctrina ad ſalutem neceſſaria brevi* Symbolo, Apoſtolico *appellato, fuit comprehenſa, & paſſim inculcata: ita quæ diſciplinam Apoſtolorum temporibus uſitatam concernerent, canonibus nonnullis fuiſſe incluſa, quibus lapſu temporum alia atq; alia acceſſerint, priſtino quidem titulo retento, ſed non puritate.*

(g) Jani Philadelphi de opt. Chriſtianorum Secta p. 98. & 99.

*Et ut manifeſti criminis exemplum e plurimis prodam, memorabile eſt, quod centum fere ante Lutherum annis Laurentio Vallæ, illi literarum* inſtauratori, *contigit. Audiverat is pro concione licentiſſime de omnibus, tum maxime de Symbolo Apoſtolico, decernentem Monachum. Contendebat namq; ille, ut erat ſeculum ineptiſſimum, Apoſtolici Symboli nomen inde profectum eſſe; quod omnes & ſinguli Apoſtoli ea formula & tenore, quin & lingua, qua hodie τὸ credo legitur, illud concinnaſſent, ſingulis Symboli pericopis ad ſingulos nominatim Apoſtolos relatis. Id cum audiret Valla, ad amicum virum eumq; doctum converſus, quæ, inquit, illa Monachi intemperies jactantis Symbolum Apoſtolicum inde appellari, quod ſuum quisq; & ſenſum & vocem illi commodaſſent, cum ego luculentiſſimis teſtimoniis probare poſſim, non ab apoſtolis illud Symbolum, ſed patribus* Concilii *Nicæni illa forma & lingua Græca, ex Apoſtolorum ſcriptis collectum diſpoſitumq; profluxiſſe. Quæ viri docti criſis cum tandem ad Monachi & univerſi Cleri aures dimanaret, tanta in eum coorta eſt tempeſtas, ut niſi in examine, ubi de univerſo religionis & philoſophiæ negotio, etiam* num quid de decem prædicamentis crederet, *rationem reddere debuit, ambiguo ſophiſmate & reſponſo,* credo quod credit Eccleſia mater, *capiti ſuo caviſſet, utiq; perierat* Valla, *exinde tamen ſemper ob reformatos ex hiſtoria ſacra* Evangelii ſenſus in ſuſpicionem Atheiſmi adductus.

---

(211) APRIGIUS alias APRINGIUS. Ejus nomine extat (inquit *Loaiſa* in ſuis notis ad Iſidori Catalogum) opus ingens Manuſcriptum in Apocalypſin. Sed ego, cum vidiſſem Codicem Gothicum Legionenſem, ſcriptū æra milleſima octava, animadverti de Auctoris nomine inde non conſtare, ſed editum opus in gratiam cujusdam Æteri. Quin & in præfatione Auctor ille ait, ſe collegiſſe ſua, ex libris VICTORINI, ISIDORI & APRIGII. Ex quo manifeſto conſtat, non eſſe illum Aprigium, cujus Iſidorus meminit. Verba illa ex *Loaiſa* allegat *Miræus* de Scriptor. Eccleſ. pag. 85.

---

(212) APULEJUS. Ejus nomine Extat (I) Ἀνεχόμενος, qui in libro, qui inſcribitur *Baudii amores*, notis *P. Scriverii* illuſtratus legitur, qui vel ſuppoſititium vel infimæ vetuſtatis eſſe cenſet. At *Elmenhorſtius* credit, recentioris Itali fœtum eſſe, perhibente *Fabricio* Append. ad Biblioth. Latin. p.26. qui & aſſerit, quod *Gabema & Hadrianides* exhibeant Jambos non minus laſcivos Jacobi *Durantii*, quibus illis Apulejanis contradicit. (II. *de Herbis.* Qui cujusnam Apuleji ſit, Scriptores ambigunt. Paulus *Colomeſius* diſſertat. de dubiis aliquot ſcriptoribus num. VI. CELSO tribuit, qui ſub Auguſto vixit Centuripinus Siculus; quod non admittit *Fabricius* Bibliothecæ latinæ p. 139. ſqq. eo quod nusquam ejus nomine extat, ſed potius APULEJI PLATONICI. Quanquam deinde hunc librum ex aliis congeſtum conflatumque

tumque eſſe apertè colligit, quicquid in contrarium ſentiat *Hummelsbergius*, qui hoc genuinum Apulei ſcriptum eſſe admittit, ſed quod multo cum defectu mancum mutilumque ad nos pervenerit.

(213.) *Franciſcus* APULUS. Hoc perſonato editore prodiit ao. 1499. *Hieronymi Savonarolæ*, Florentini, Monachi Dominicani, Prophetæ, ut ſua ætate eſſe & æſtimari voluit, vel fuit! *Proceſſus inquiſitionis & Examinationis*, *cum refutatione errorum* ejus. Quem ſcriptum eſſe à *Simone* RUCELLANO, Canonico Florentino aſſerit *Deckher*. de ſcriptis Adeſpotis pag. 125. ſeq. quod etiam confirmat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 528.

(214.) *Albertus* AQUENSIS, ſcriptor *Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ*, *expeditionis* Godofredi. Eum edidit Hanoviæ in fol. 1611. *Reineccius*. HuncScriptorem eundem credit *Ravius* ad Jameſ 33. cum ALBERTO MAGNO, ut docet *Symbola Normanniana*.

(215.) *Johannes* AQUÆPONTANUS ſeu AQUIPONTANUS Anglus: Hujus duo refert ſcripta *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 56. b. (I.) *Concertationem Eccleſiæ Catholicæ in Anglia*, *contra Calvino-Papiſtas & Puritanos* ſub Eliſabetha Regina, Aug. Trevir. 1594. in IV. (II) *Pontificem Romanum non eſſe* Anti-*Chriſtum* contra Georgium Sohn. ibid. 1589. verumque Auctoris nomen addit eſſe *Johannes* BRIDGEWATER.

(216.) *Franciſcus* de AQUIFOLIO: *Franceſco* DE ENCINAS. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p.528.

(217.) *Cæſar* AQUILINIUS: SALLé où plutôt SALLO, faux. Fabieu SCOTTI. Douteux. Scipion ERRICO, où Henry, vrayſemblable. Verba ſunt itidem Bailleti, liſte des Auteurs deguiſez p. 528. Unde colligo defuiſſe illi tunc rariſſimum libellum *Villani* Viſiera Alzata cujus Hecatoſtes n. 92. confirmatur diſertis verbis. *Aquilinii* librum memorat le journal des ſavans du Lundy 23. May 1665. editum Amſtelod. p. 1118. præferre titulum: *de tribus Concilii Tridentini Hiſtoricis*. At verum Auctorem non detegit, niſi quod *Calviniſtam* appellat. Occaſionem ſcripto dedit *Iſtoria del Concilio di Tridento*, ſcritta dal Padre *Sforza Palavicino* della Compagnia di Gieſu, ora Cardinale della ſanta Romana Chieſa in Roma. in 4to trois Volum. Comparatur enim in illo Hiſtoria modo memorati Pallavicini, cum alia *Sergii Henrici*, & cum Fratris *Pauli* Servitæ, de quo alibi diximus Anonymor. puta Cap. XV. Hanc ultimam reliquis præfert *Aquilinius*, Pallavicini autem perſtringit, vindicatam per Auctorem du Journal des *ſcavans* loc. cit.

SCIPIONI HERRICO MESSINENSI aſſerit la *Viſiera Alzata* Hecatoſte num. XCII. pag. 87. ſic ſcribens.

XCII. SCIPPIONE HERRICO Meſſineſe *Incognito di Venetia Humoriſta di Roma*, e Fucinante della Patria, oltre le produtioni col vero, diede queſte pſeudonime.
De *Tribus Scriptoribus Hiſt. Con.* Trid. Auctore *Cæſare Aquilino* Amſtelodami, & Antuerpiæ M. DC. LVI. 8. Che fù immediatamente vietata per cenſurarſi in eſſa quella del Card. Pallavicino.
*De ſcientia Media*, *& ejus Origine* Opuſculum Antonio QUIRINGO Auctore Genuæ ap. Jacobum Guaſco. M. DC. LXVIII. 12.

(218.) *Claudius* DE AQUIS, *Claude* né SEYSSEL. Ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 528.

AQUIBONIUS v. *alibi*.

(219.) *Petri* ARATORIS Viſio. Auctor eſt *Johannes* MALVERNE. vid. *Benthem.* Engel. Kirch- und Schulen-Staat p. 308.

(220.) *Robertus* de ARBRISSELLO. Ejus extat *Epiſtola contra naſcentem Fontebraldenſem ordinem*, quam confictam à ROSCELINO Hæretico (damnato in Concilio Sveſſionenſi ob tres Deos aſſertos) aſſerunt diſſertationes in Epiſtolam contra Robertum de Arbriſſello, editæ 1682. à P. de la *Main ferme*. Confer *Nouvelles de la Republique des lettres* Avril 1686. p. 384. & 393.

(221.) *Sillac* DE ARBOIS. Jean François SARRAZIN. *Bailletus*, liſte des Auteurs deguiſez p. 528.

(222.) ARBUSSI Vera idea gratiæ immediatæ, in *Actis Eruditorum* L. 1689. p. 519. recenſita, nobisque in *Anonymis* num. 2183. memorata eſt, deberi DOMINO JURIEU quo Lectorem nunc remittimus.

(223.) Andreæ del ARCA, Comitis nomine, prodiiſſe ſcriptum Italicum Bononiæ 1614 in. 4to hoc titulo: *Eſamina ſopra le ragioni del Conte Lodovico Teſauro, in difeſa d'un ſonetto del Cavalier Marini*: auctore Hieronymo TORTOLETTO Veronenſe, teſtis eſt *Leo Allatius* Apum Urbanar. pag. 133.

Hic quidem nihil ad *Andream de l' Arca* pertinens legitur, attamen *Tortolleti* fratris utriusque ſcriptorum fit enumeratio. Unde neſcio quomodo à me ex præcipitantia (urgente & me, & amanuenſem, id temporis typographo ad nundinas feſtinante, poſtquam diu operis impreſſionem diſtuliſſet, unde alia multa etiam priori opusculo labes illata) commiſſus ſatis enormis ab habente *Allatium* & *quidem totum excerptum*, *hic* error eſt. Leo enim *Allatius* pag. 93. Apum Urb. *Ferdinando* CAROLO memoratum ſcriptum expreſſe tribuit. Quod obſervat la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XXXV. p. 48. quæ & alia ſub lit. (a) huc facientia ſuppeditat. Addatur Toppii Bibliotheca Neapolitana pag. 114. ſub lit. (b) itemque *Cinelli* Bibliotheca volante

Scanzia

Scanzia Quinta p.67. quæ eſt (c) v. Monatliche Unterredungen (d) 1690. p. 344. & in voce *Ardelio* vel *Ardeſio.*

(a) Villani Viſiera Alzata p.48.49.

*XXXV. FERRANTE CARLI Parmegiano le di cui odi poſſono ammirarſi nella* Pinacoteca I. de GianoNicio Eritreo *p. 240. Num. CXXXIII.*

*Conſumando in deſcriver le tré intere Cartelle. Haveva* Raeffale Rabbia *compoſto un Poematio in ottaua Rima ſopra S. Maria Egittiaca.* Il Cavalier Marini *volſe honorar l' Amico con un Sonetto che comincia*

*Obeleſchi pomposi all Oſſa alzarò.*

*Hor dicendo nel primo ternario.*

al bel Giardino in riua
Diè la Fera magnanima di Lerna.

*Sì laſciò intendere, che l' Marino haueſſe preſo un Solenniſſimo granchio. Eſſendone ſtato auuiſato il Poeta, il Conte* Lodovico Teſauro *da Foſſano, mandò fori queſto libretto di due Fogli.*

Ragioni del Conte Lodovico Teſauro in Difeſa d' un Son. del Cav. Marino. *In Ven. app. G. B. Ciotti M. DC. XIV. 12.*

*Alle quali il* Carle *s'oppoſe con nome fittitio per non eſſer conoſciuto.*

Eſſamina del Conte Andrea dell' Arca intorno alle Ragioni del Conte Lodouico Teſauro in difeſa d'un Sonetto del Cav. Marino. *In Bologna per Vittorio Benacci. M. DC. XIV.* 4.

*A queſta furono date varie riſpoſte, e con nomi veri, e con finti.*

Giudicio *di Franceſco Dolci da Spoleto intorno alle Ragioni del Conte Lodovico Teſauro in difeſa &c. & intorno all' Eſſamina del Conte Andrea dell' Arca in riſpoſta di quelle. In Bologna come ſopra 12.*

Lettera del Sig. Girolamo Clavigero ſcritta ad un ſuo Amico à Bologna in materia dell' Eſſamina del Conte A. dell' Arca &c. *come ſopra 12.*

Parere dell' Inſtabile Accademico Incaminato intorno ad una Poſtilla del Conte Andrea dell' Arca, contra una particella che tratta della Pittura, nelle Ragioni del Conte Lodovico Teſauro in difeſa &c. *come ſopra, 12.*

*Queſti è* Gio: Luigi Valeſio *Pittore, e Poeta Bolognese, ma figlivolo di Padre Spagnuolo per quanto m' inſegna* Felſina Pittrice *eruditiſſima produttione dell' aurea penna del Conte* Carlo Ceſare *Canonico* Maluaſia *Par. IV. pag. 139. e per il mio propoſito à p. 146.*

*Si come il* Clauigero *fù il Medico, e Poeta Giouanni Capponi.*

Lettera del Signor Sulpitio Tanaglia in materia dell' Eſſamina del Conte A. dell' Arca intorno &c. in difeſa &c. *come ſopra 12.*

Il Tanaglia, è Sebaſtiano Forteguerra *da Piſtoia. Ne il* Teſauro *ancorche da tanti aſſalito, volſe la ſpada del ſuo ſapere s'irruginiſſe nel fodero che però habbiamo.*

Annotationi di Lodouico Teſauro *intorno alla Eſſamina di* Ferrante Carli publicato ſotto nome del Conte Andrea dell' Arca. *In Torino M. DC. XIV. 12.*

*In queſto il dottiſſimo* Placcio *hà preſo un Equiuoco più che ſolenne, mentre ſcriue nel* Catalogo *à p. 151. Andreæ del' ARCA* Comitis nomine prodiiſſe ſcriptum Italicum Bononiæ *M. DC. XIV. 4.* hoc titulo *Eſamina &c.* auctore Hieronymo *TORTOLETTO Veronenſe,* Teſtis eſt *Leo* Allatius Apum *Urbanarum p. 133. Queſto mi fa credere non hauer egli lette le* Api Urbane *imperciochè iui ben ſi è nominato con altre ſue opere non con queſta. Che ſe le hà le legga à pag. 93. in* Ferdinandus Carolus *che al num. 5. dell' Opere ritrouerà* Eſamina &c. *Lo compatiſco, per eſſere ſtato siniſtramente informato. E veramente disgratia del Letterato, quando mancano i libri neceſſarii. Hò citata in principio la Pinocoteca dell' Eritreo Num. CXXXIII. p. 240. Chiunque l' oſſeruerà, ne vi ritrouera il nome FERDINANDUS CAROLUS, ſi crederà che mi ſia ingannato, mentre ne men ſi legge nell' altra. Hor ſia ſmaſcherato ZOILUS ARDELIO, che ſi conoſcera eſſer* Ferrante *Carli.*

(b) Additiones ad Toppii Bibliothecam Neapolitanam p. 113. 114.

*Circa alla prima, à dirne il vero, par c' haveſſero avuto ragione i Cenſori del Cavalier* Marino, *onde* Scipione Errico *fa dire a* Calliope, *a carte 94. delle Rivolte di Parnaſo.* Foſte giuſtamente ripreſo di quell' ineſcuſabile errore di aver chiamato il Leone Nemeo, la Fera di Lerna: doletevi dell' innauvertenza, e non parlate contra i Cenſori. *Aveva detto il* Marino, *nel ſonnetto al Rabbia in lode del ſuo Poemetto, di S. Egiziaca, nel modo che ſiegue.*

*La ſanta ſpoglia, a cui ſtrania caverna*
*Di tomba in vece, al bel Giordano in riva,*
*Die la Fera magnanima di Lerna.*

*Par che l' errore ſia troppo chiaro, e con tutto ciò contro* Ferrante Carli, *che ſtampò ſotto nome del* Conte Andrea dell' Arca l' Eſſamina *ſopra le ragioni dell'* Conte Lodovico Teſauro, *in difeſa di un ſonetto del Cavalier Marino &c. uſcirono in difeſa del Marino diverſi Opuſcoli, de' quali qui ſe ne regiſtreranno alcuni.*

Annotaz. di *Lodovico Teſauro* intorno all' Eſamina di Ferrante Carlo publicata ſotto il nome del Conte Andrea dell' Arca. In Torino 1614. in 12mo.

*Giudizio* di *Franceſco Dolci* da Spoleto intorno alle ragioni del Conte Ludovico Teſauro in difeſa d'un ſonetto del Cavalier Marino. E intorno all' Eſamina del Conte Andrea dell' Arca in riſposta di quelle. In Bologna per Vittorio Benacci. 1614. in 12.

Lettera del ſignor *Girolamo Clavigero* ſcritta ad un ſuo Amico a Bologna in materia dell' Eſamina del Conte Andrea dell' Arca, intorno alle ragioni del Conte Lodovico Teſauro, in difeſa di un ſonetto del Cavalier Marino. In Bologna per Vittorio Benacci. 1614. in 12.

La detta *Lettera* è del Dottor Gio: *Capponi.*

Parere dell' Inſtabile Accademico Incaminato, intorno ad una Poſtilla del Conte Andrea

drea dell' Arca. Contra una particella, che tratta della Pittura, nelle ragioni del Conte Lodovico Teſauro, in difeſa di un ſonetto del Cavalier Marino. In Bologna per Vittorio Benacci. 1614. in 12.

Lettera del Signor *Sulpitio* Tanaglia in materia dell' Eſſamina del Conte Andrea dell' Arca, intorno alle ragioni del Conte Lodovico Teſauro in difeſa d' un ſonetto del Cavalier Marino. In Bologna per Vittorio Benacci. 1614. in 12.

*L' iſteſſo* Marino *nella Lettera all'* Achillini *ch' è in principio della Sampogna ſcrive:*

*Più mi giova, che prima dal* Conte Lodovico Teſauro, *teſoro veramente non meno d'incomparabil gentilezza, che di ſcelta, e peregrina erudizione; e poi dal* Capponi, *dal Dolci, dal Forteguerra, e dal Valeſio, cime, e fiori degl' ingegni elevati, ſia ſtata abbracciata la mia difeſa contro l' altrui oppoſizioni, con ſi dotte riſpoſte, che non mi nuoce l' eſſere ſtato ſindicato con oltraggioſe, e mordaci Eſſamine, dai Fiſcali della Poeſia.*

(c) Cinelli Bibliotheca Volante Scanzia V. p. 67.

*Fu da* Ferrante Carli *cenſurato, come che il Marino aueſſe preſo un grandiſſimo errore nè predetti verſi, ponendo l' Idra in* Cambio *del leone; Fu celebre in que' tempi queſta diſputa, e n' eſcirono in luce diverſi Opuſcoli, frà quali uno non molto doppo un' eſamine di* Zoilo Ardeſio, *che coſiſi chiama l'* Autor *di queſta da* Giano Nicio Eritreo, o ſia Gio-Vittorio de Roſſi *nella I. parte di ſua Pinacoteca c. 133. p. 240. alla quale replicò il Teſauro con queſt' altro Opuſcolo.*

Annotazioni di Lodovico Teſauro intorno all' Eſamine di Ferrante Carlo, Publicata ſotto nome del Co: Andrea dell' Arca. In Torino 1614. *in 12. e doppo molti altri dè quali tutti darò piena notizia in un altra Scanzia.*

(d) Monatliche Unterredungen. *1690. pag. 344.*

Unter denen oben anzuſetzen / wo er den *Placcium corrigiret*: Als *pag. 25. 26.* von dem Buche / *delle belle Creanze delle Donne*, das iſt / vom höfflichen Frauen-Zimmer / welches nicht Pabſt *Paulus V.* wie *Placcius pag. 119.* vorgegeben / ſondern *Alexander Piccolomini* gemacht. Jmgleichen *pag. 47. 48.* von dem Buche *Eſſamina &c.* welches nicht *Tortollettus*, wie *Placcius pag. 151.* geſetzet / ſondern *Ferdinandus Carolus* gemacht.

AQUITANICO v. *Proſpero.*

(224.) *Baccalaurus* ARCAS: Hunc eſſe *Didacum Hurtado* de MENDOZA innuit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 528. At ficti hujus nominis, non meminit *Antonius* in Bibliotheca Hiſpanica, quanquam aliqua, quæ verum ejus nomen præfixum non gerunt, ſcripta ei imputari fateatur p. 225. ubi alia quædam citat.

*Frater* ARCHANGELI v. *de Parma.*

(225.) ARCHILOCHUS, quod ſit ANNII *Viterbienſis* v. in *Rhodianis* n. 18. data ſupra n. 193. Quibus adde Aubertum *Miræum* Auctorem de ſcriptoribus Eccleſiaſticis c. 3. & ſeqq. pag. m. 178. & p. 278. 279. quod excerptum ſub lit. (a) & (b) damus: addimusque etiam hic editiones vetuſtiores eis, quæ initio ſunt memoratæ laudatas *Beughemio.* Incunabulor. typographiæ pag. 29. nempe Venetam & Romanam. 1494. in 4to.

(a) Miræus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. pag. 178.

*pag. 178. MEGASTHENES (non, ut* Annius Viterbienſis *nominat,* Metaſthenes) *hiſtoricus celebris, ſcripſit* Indica, *apud Reges Indorum idcirco verſatus, ut omnia fideliter traderet: quod* Plinius *libr. 6. c. 17. &* Solinus. *c. 49. produnt. Ejusdem meminit* Strabo *lib. 1. Geograph. &* Clemens Alexandrinus *lib. 1. Stromatum, &* Euſebius *in libris Præparat. Evangelicæ. Sed cave, genuina eſſe putes, quæ ſub hujus nomine edita ſunt ab* Annio Viterbienſi. *Nam cuncta iſta ab ipſo aut alio quopiam ſunt conficta: adeo ut ne verum quidem Hiſtorici nomen Annius ſciverit.* Megaſthenis Athenæus, Arianus, Cicero *& alii veteres meminerunt: cujus ſi germana aliqua legere lubet,* Strabonem *lib. 15.* Joſephum *lib. 1. contra Apionem, &* Euſebium *lib. citato conſule.*

(b) Idem.

*p. 278. 279.* Joannes Annius, Viterbienſis, *ordinis Prædicatorum, ſacri palatii Magiſter, reliquit* Antiquitatum libros viginti ſeptem, *ſæpius recuſos; ſed nugis mendacibus plenos. Nam* Beroſus, Manetho, *& alii ſcriptores veteres, quos ſe producere dicit, prorſus ſunt ſuppoſititii: ut ſupra cap. 3. & ſequentibus docui. Suis porro nugis Annius in errorem traxit* Joh. Nauclerum, Sixtum Senenſem, *& alios. Quod monere viſum fuit, ne quis errantium veſtigiis inſiſtat. Annius porro obiit Romæ ſub initium ſæculi decimi ſexti; conditus apud ſuos in æde ſupra Minervam.*

(225. a) *Joannes* ARCHITRENIUS. Eum eſſe *Johannem de* HANTWILE, indicat *Bailletus*, liſte des Auteurs deguiſez pag. 529. narratque prodiiſſe hoc nomine *Carmina de mundi miſeris & calamitatibus*: vid. pag. 321. Sed jam ſæpius titulum libri vel cognomen auctoris aut operis pro Pſeudonymo ſcriptore nobis dedit *Bailletus.* Quod quousque hic factum, v. in anonymis num. 1601.

(226.) *Julianus* ARCHYNTAS Antverpien. Hujus Proſodiæ Tyrunculi ad virum doctiſſimum Michaëlem Abb. Cappellarium Antverp. typ. Frid. Ægimontani in 4to citantur in Cinelli Bibliotheca volante pag. 72. ubi fictum nomen hoc aſſerit, verum tamen Auctorem non detegit, niſi quod Cappellarii amicum judicat. Pertinet Ergo hic ad ſemidetectos, & ulterius inquirendos.

(227.) *Daphnæus* ARCUARIUS: Ejus prodiit anno 1679. tractatus: von Ehe-Sachen / & quidem ut notat *Seckendorffius* Comment. de

Luther.

Luther. lib. III. Sect. XXI. §. 79. p. 277. a. juſſu Caroli Ludovici, Electoris Palatini. Ipſe liber Germanico Idiomate ſcriptus conſtat in univerſum 250. paginis diſtinctus in IV. Sectiones quarum ſingulæ ſua Capita, & hæc ſuas Paragraphos continent. Addita ſunt documenta, potiſſimum Landgravii Philippi Haſſi & Margarethæ Salanæ amores tangentia. Adjectum eſt quoque Exemplari meo *Programma* quo declarant Profeſſores Academiæ Heidelbergenſes, hoc ſcriptum a nemine ſui ordinis ſcriptum nec editum nec quocunque modo promotum fuiſſe, de 5. Novemb. 1680. Immanuel Weber in Beurtheilung der Atheiſterey/nuper 1697. in 8. edito ſcripto *Arcularium* vocat. Rationem aſſumpti nominis ex Græco δάφνη, quæ *laurum*, & *arcu*, quæ einen Bogen ſignificat, docet M. Juncker epiſt. d. 17. Auguſt. 95. elicitque inde *Laurentium* BöGERUM, Electori Palatino olim nunc Brandenburgico a Bibliotheca, gaza & Antiquitatibus. v. ſupra ALETHÆUS, & infra Vincentius ATHANASIUS.

(228) *Scribanius* ARCULARIUS. Hujus prodiit diſſertatio *de Abuſu circumforaneæ Proceſſionis, circa Ferias Jeſu Chriſti natalitias.* Jenæ Typis & ſumtibus Johannis Jacobi Bauhoferi; Anno 1674. Tribus foliis abſolvitur diſſertatio hæc, debeturque *Caſpari* SAGITTARIO, Profeſſori Hiſtoriarum p. m. in Academia Jenenſi. Quod ex propria ejus confeſſione ſe ſcire mihi perſuaſit D. *Thurmann*, literis, quas hac de re ad me perſcripſit. At M *Junckher* ex relatione amicorum ſuorum Jenenſium antea mihi nominaverat D. *Ahasverum* FRITSCHIUM ejuſdem Diſſertationis Auctorem.

(229) *Zoilus* ARDELIO: *Ferdinand* où *Ferrante* CARLI: v. ſupra 223. excerpta loca ad Andream de l'*Arca*.

(230) *Auguſtinus* ARDINGHELLUS: Caſpar SCIOPPIUS. douteux *Baillet.* p. 529. indiculi des Auteurs deguiſez.

(231) ARDO: SMARAGDUS *Bailletus* loc. cit.

ARELATENSIS v. *Hilarius*.

ARENIF v. *Otonali*.

AREOPAGITA v. *Dionyſius*.

(232) Leonhardus ARETINUS, vero nomine BRUNUS, quomodo *Gothicam Hiſtoriam* PROCOPII latine, quaſi ex multis aliis collectam, ſuo nomine publicaverit, vide ex *Jovio* & *Cuſpiniano* referentes *Bayerlingium* in Theatro *Zwingeri* a ſe aucto, *Voſſ.* de Hiſtor. Lat. lib. 3. c. 5. p. 558. *Lomeyerum* de Bibliothecis pag. 203. & *Thomaſium* de plagio litterario §. 361. qui furti damnatum eum aſſerit; quod confirmat *Freherus*, in Theatro Virorum eruditione clarorum pag. 1426. a. Fraudem detectam eſſe a Chriſtophoro *Perſona*, qui non dubia Aretini æmulatione (ut ex *Jovio* monet *Voſſius* l. c.) Agathiam vertit, indicat *Symbola Normanniana*, ex *Tilem.* diſc. Philol. 41. & Nicol. *Alemanni* Prolegom. ἀνεκδότων Procopii 13. quibus addi poterunt *Abercrombii* Fur Academ. p. 85. & *Menagiana* Tom. II. 95. ſub lit. (a) cæterum Alemanni Prolegomena, a Normanno ſupra citata in editione Procopii Eicheliana Helmſt. 54. non extant.

(a) Menagiana pag. 95. & 96.

Leonard Aretin *étoit un des Scavans qui ſe ſont le plus diſtinguez dans le temps du renouvellement des Lettres; mais il a fait une choſe qui ne lui eſt pas honorable. Il trouva un Manuſcrit grec de* Procope, de bello Gothico. *Il le traduiſit en* Latin, *& fit paſſer cet Ouvrage comme s'il eut été de lui; mais depuis on trouva d'autres Manuſcrits du meme Ouvrage de Procope, & la ſupercherie de Leonard Aretin fut découverte.* Machiavel *s'y prit plus adroitement dans une ſemblable affaire. Un Manuſcrit des Apophtegmes des Anciens de* Plutarque, *lui etant tombé entre les mains, il en prit ce qui lui plut davantage, & ne croyant pas qu'une ſimple traduction lui fiſt aſſez d'honneur dans le monde, & ne s'accommodant pas d'ailleurs d'une impoſture auſſi groſſiere & auſſi facile à decouvrir que celle de Leonard Aretin; il agit à la verité plus finement que lui, mais non plus conſciencieuſement. Il entreprit la vie de* Caſtrucio Caſtracani, *& là il mit dans la bouche de ſon Heros la pluspart des bonnes choſes que Plutarque rapporte des Anciens; encore a-t-il deguiſé ſa mauvaiſe foy, & n'en a pas pouſſé l'impudence ſi loin que Leonard Arétin l'a pouſſée.*

(233) *Scipio* ARETINUS: Ejus nomine prodiit gründliche Deduction wie es mit dem Käyſerl. Religions Edict, und dem geiſtlichen vermeinten Vorbehalt eigentlich bewandt / und was dieſelbe beederſeits vor Kraft und Wirckung haben; Neben angehängter Relation eines Chur-Sächſiſchen Schreibens ſo den 28. Apr. ao. 1629. wegen des publicirten Religion Edicts an die Röm. Käyſerl. Mayeſtät abgangen/und von einem vornehmen Reichs-Hof-Raht verfertiget und abgeleget etc. Alles aus des Heil. Röm. Reichs Fundamental-Satzungen/Käyſerl. Reſolutionen, actis publicis und andern bewehrten Uhrkunden gezogen/ erörtert und deduciret / durch Scipionem Aretinum. Franckfurt 1633. 4to. Hunc vero Scipionem Aretinum eſſe *Jac.* LAMPADIUM, docuit nos Conringius in Lectionibus ad Lampadii libellum de Imperio Romano-Germanico. Hactenus *Symbola Schraderiana*. Idem docet *Deckherr.* in peculiari Epiſtola Spira ad me miſſa d. 10. Decembr. 1676. quem & conſule tract. de Scriptis Adeſpotis p. 146. Itemque *Obrecht* ad Receſſ. Nov. Articul. V. p. 147. qui hoc ſcriptum maxime commendat, multaque alia notabilia de Reſervato Catholicorum ſtatuum ſubnectit, ſub lit. (a)

(a) D. Ulrici Obrechti Expoſitio Inſtrumenti Pacis pag. 147.

*Nullus autem melius de hoc* Reſervato *egiſſe videtur* Scipione Aretino (*ſub quo ficto nomine* Lampadium *latitare, quidam autumant*) in ſeinem gründlichen Bericht von dem geiſtlichen Vorbehalt. *Quod ſcriptum tunc in lucem prodiit, cum de hoc Reſervato in*

*in Tractatibus Pacis ageretur. Quomodo tandem res hæc ut hic habetur, quoad hoc Reſervatum fuerit deducta, videri poteſt apud* Auth. Hiſt. Pac. pag. 183. 209. 275. 295. 363.

(234) ARETIUS *Felinus.* Hoc nomen præfixum gerunt *Commentarii in Pſalmos* editi Argentorati an. 1529. in 4to. Iſtos eſſe *Martini* BUCERI notat *Schultingius* Biblioth. Orthod. & Cathol. contra Calvinum & Martyrem Tom. I. p. 20. itemque *Colomeſius* Melanges Hiſtoriques p. 50. *Kortholt.* de variis Scripturæ Editionibus p. 281. Quibus addit adſtipulantem Symbola Flensburgo Molleriana, *Indicem librorum Prohibitorum* & expurgandorum p. 28. Tenzeliana etiam *Reineſium*, *Bangium*, *Crowæum*, & inprimis *Hottingerum*, qui Hiſtor. Eccleſ. Sec. XVI. Part. IV. p. 232. hoc doceat ex ipſa Buceri ad Zvvinglium Epiſtola iis verbis: *Aretii Felini, quod meum nomen & cognomen eſt*; Sed illud Græce, hoc latine: librum, niſi conſilium mutavero faciam &c. Vide *Sturmii* Anti Pappum (a) excerptum. Addit Simlerum in vita Petri Martyris ejus Comm. in Geneſ. præmiſſa lit. a. 4. col. 2. poſt princ. Symbola Maſtrichtiana.

(a) Jo. Sturmius Anti-Pappi quarti part. 1. p. 11.

Bucerus *in Pſalmis explicandis verſabatur: neq; quisquam omnium eſt, qui plura tum ſcripſerat, quam* Bucerus. *Capito quædam in lucem ediderat, non tam ſuo judicio, quàm amicorum ſtudio divulgata. Habebat autem tum* Bucerus *commentarios Pſalmorum: quos* Aretii Felini *nomine inſcripſit: Opus valde vendibile: etiam Cardinalibus & Epiſcopi laudatum: dum verus autor ignorabatur.*

(235) Cl. *Marius* ARETIUS, vir Patricius Syracuſanus. Ejus de Situ Siciliæ liber inter eos qui ab ANNIO VITERBIENSI ſuppoſiti ſunt, refertur in Rhodianis num. XVIII. 12. v. ſupra *Archilochus:* ut & Marius.

(236) *Thomas de* ARGENTINA: Ejus credunt nonnulli eſſe *Compendium Theologicæ Facultatis*, quod tamen alios rectius tribuere HUGONI RUPELIN ordinis prædicatorum, docet Wimpheling. Catalogo Epiſcop. Argent. n. LXV. p. 71. ſub lit. (a)

(a) Wimpheling in Catal. Argent. n. LXV. p. 71.

*Fuit in eorum monaſterio* Thomas de Argentina *qui exactiſſime ſcripſit in quatuor ſententiarum libros. Laus hæc patriæ noſtræ & ordinis ſempiterna. Sunt qui putant ipſum etiam* Compendium Theologicæ facultatis *comportaſſe: Licet alii ſcribant librum illum a quodam* Hugone Rupelin *ordinis Prædicatorum conventus Argentinenſis eſſe compoſitum.*

(237) DISCIPULUS ARIANUS aut ARRIANUS: *Fauſte* SOCIN, douteux. *Pierre* STATORIUS aut STOINSKY; vray-ſemblable. Ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 529. *Sandii* Bibliotheca Anti-Trinitariorum de hoc nihil huc pertinens habet ad nomen utrumque.

(238) *Petrus* ARIDIENSIS. *Pierre* SECHESPEE *Baillet.* loc. cit.

(238. *a*) *Antonii* ARIMATHÆENSIS, Studioſi ſinceræ Theologiæ nomine Neuſtadii, A. 1586. 4. edita eſt *Iſagoge brevis & perſpicua, monſtrans uſum atq; vim veræ ſalutaris & immotæ doctrinæ de Invocatione DEI & Filii DEI Domini noſtri JEſu Chriſti &c.* Ægidio Hunnio oppoſita. Verus auctor eſt *Joſephus* GRABIUS, Auerbacenſis, Gymnaſii Bremenſis Profeſſor, ut Gerh. *Mejerus* Orat. de ſchol. Brem. progreſſu & incremento Ao. 1684. habita, & eodem anno Bremæ 4. cum duabus aliis orationibus impreſſa, p. 102. refert. Sed quid ad recentiora provoco? Jam ao. 1587. ipſe Chriſtoph. *Pezelius*, Bremenſis Theologus pagina ultima præfationis, quam libro alii ejusdem Grabii contra Hunnium, cui tit. *Refutatio neceſſaria errorum & Sophiſticæ* &c. præfixit, hunc Pſeudonymum detexit. Hactenus *Symbola Diecmanniana* marginalis.

(239) *Anonymus* de ARIMINIS. Ejus prodierunt anno 1656. *Obſervationes ad Annales Eccleſiaſticos Spondani*; quos deberi Equiti Genuenſis, *Girolamo* de MARINI docet *la Viſiera Alzata* Hecatoſtes p. 64. num. LIX. ſub lit. (a) & ex ea Monatliche Unterredungen/ p. 344. 1690. ac ſine dubio etiam *Bailletus* pag. 529. indicis ſui des auteurs deguiſez; Qui uterque neſcio quo fato ARIMINIS hic pro ARMINIS legere. v. infra *Hieronymum de Arminis.*

(a) LIX. GIROLAMO DE MARINI *Cavaliere Genoveſe, che non andò lontano dal vederſi ornate le tempie dalla Regal Corona della Liguria. Soggetto molto caro alla immortal ricordanza di* PAPA ALESSANDRO VII.

Obſervationes Anonymi de Arminis ad Annales Eccleſiaſticos Henrici Spondanis *Apamiarum in Gallia Epiſcopi. Quibus expenduntur nonnulla ejusdem* Spondani *de aliquibus Principibus nationibusque Elogia, quæ ſequens pagina demonſtrabit. Ad* Joannem Paulum Olivam *è Soc. Jeſu, dudum* INNOCENTII X. *nunc* ALEXANDRI VII. *Pont. Max. Eccleſiaſten. A.* M. DC. LVI.

*Furono ſtampate in Genova da Benedetto Guaſco, ſicome queſt' altra* lettera di N. N. concernente la materia della Controuerſia del Finale. All' Illuſtriſſimo Sig. N. N. M. DC. LV. in fol.

*Vedi il Soprani negli Scrittori Liguri pag. 117. e l' Abbate Giuſtiniani pag. 443.*

(239. *a*) ARISTÆNETI Interpretatio. 1595. quod eſſet Joſiæ MERCERI, conjecit Iſaacus *Cauſabonus* Epiſt. 403. poſtea confirmatus

matus in ſententia à *Bongarſio* 406. 407. *Symbola eſt Normannniana.*

(240) ARISTARQUE. Sous ce nom Monſ. *Sorell* dans ſa Bibliotheque Françoiſe, nous raconte pag. m. 132. avoir eté publié un *livre contre Nicandre exerceant ſa Critique, & contre Phylarque* c'eſt à dire le Pere Goulu, *& contre Narciſſe* ou Monſ. Balzac tout enſemble; par le *Sieur* de JAVERSAC: dont les aventures ont eté bien ridicules. On en voit comme les Critiques s'attachent à leurs mots & phraſes tout de méme, comme les enfants à leur jouets à s'en facher & entrebattre, comme ſi c'eſtoient de choſes de conſequence.

(241) ARISTARCHUS SAMIUS. Huic quomodo male tributa ſint à *Sambuco* & *Tengnagelio* duo capita ex Hypotypoſi PROCLI LYCII, quæ revera hujus Autoris ſint, docet *Lambecius* Comment. de Biblioth. cæſar. lib. VII. p. 229. ſub lit. (a)

(a) Lamb. Bibl. Cæſ. lib. VII. p. 229. *Inter cætera præſtantiſſimi hujus, & hactenus quod ego ſciam, nondum editi libri* (Procli Lycii, Diadochi Platonici, Hypotyposeos Aſtronomicarum Hypotheſium) *Capita ſunt etiam illa duo*, περὶ τῶ ἀςρολαβικῶ ὀργάνω, *&* Ἐπάναληψις τῆ καθόλης πραγματείας *inſcripta, quæ extant in proxime præcedenti Codice CXXVto, num. 1. ſed* absque nomine Autoris; *ideoq; Joannes* Sambucus *& Sebaſtianus* Tengnagelius *perperam ibi in margine adnotarunt ea eſſe* Ariſtarchi Samii, *cum tamen* Claudius Ptolemæus, *cujus in iisdem Capitibus expreſſa ſit mentio, integris fere quatuor ſeculis Ariſtarcho Samio ſit junior. Ariſtarchus enim floruit ſeculo ante* Chriſtum *tertio, & fuit Archimedi Syracuſano Synchronus; at* Claudius *Ptolemæus floruit ſeculo poſt* Chriſtum *ſecundo ſub Imp. M. Aurelio Antonino Philoſopho.*

(242) ARISTARCHI SAMII nomine latere quoque voluiſſe *Gilles* PERSONNE DE ROBERVAL, indicium nobis facit *Bailletus*, liſte des Auteurs deguiſez p. 529.

(243) ARISTEAS: Hujus *de LXXII. S. Scripturæ Interpretibus ad Philocratem fratrem* extat *Hiſtoria.* Quæ an genuinus Ariſteæ fœtus ſit, Auctores ambigunt, ut docet *Olearius* Abac. Patrol. p. 27. lit. (a) *Bellarminus* & *Baronius* genuinum dicunt, *Scaliger* cum aliis ibidem allegatis, ſuppoſititium, ut notat *Varenius*, Rationarii Theol. de Script. Eccleſiaſt. p. 18. §. 18. lit. (b) Scaligero accedit *Wharton* Auctario Hiſtoriæ dogmaticæ J. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis p. 317. adjectis aliis quibusdam obſervationibus non inutilibus lit. (c) At P. Nicolaus le *Nourri* in apparat. ad Bibliothecam Maximam Veterum Patrum edit. 1694. à Paris chez Jean Aniſſon, nec à Judæo brevi ante Chriſtum nec a Græco brevi poſt Chriſtum natum compoſitam hanc Ariſteæ Hiſtoriam contra *Hodium* propugnat; dubius tamen in vera ætate Auctoris aſſignanda, ut obſervant *Acta Erud. Lipſienſ.* Tom. II. Supplem. Sect. XI. p. 538. & *Journal des Scavans* du 15. fevrier 1694. p. 169. 170. unde quædam ſub lit. (d) excerpenda duximus. Neque tacendum etiam hic, quod ao. 1685. Oxonii in 8. prodiit, contra hiſtoriam Ariſteæ de LXX. Interpretibus diſſertatio, in qua probatur illam a Judæo aliquo confictam fuiſſe ad conciliandam authoritatem Verſioni Græcæ: Et Clariſſ. Doctiſſimique Viri D. Iſaaci *Voſſii*, aliorumque, Defenſiones ejusdem, examini ſubjiciuntur. Per *Humfredum* HODY, A.M. Coll. Wadhami Oxon. Soc. Probat. in 8. paginis 312. Capitibus XXI. compræhenſa ſane quam erudita. Plura v. titulo *Septuaginta Interpretes* & quæ de *Hiſtoria van de valſelyk verſierde Ariſteus de gepretendeerde Schryver der Hiſtorie van de 70. Overzetters*, ex *Vermakelykheeden der Taalkunde* door Pieter *Rabus* p. 12. *der Aanmerckinge over Joſephus* allegat *Symbola Schröteringiana.* Adde *Richard Simon.* Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament lib. 2. C. 2. p. 187. ubi JUDÆUM aliquem HELLENISTAM in gratiam ſuæ nationis ſub *Ariſteæ* nomine librum eum ſcripſiſſe arbitratur. adde p. 189. 191.

(a) Olear. Abac. Patrolog. pag. 47. Ariſteas *circa annum urbis conditæ 470. adeoque ante Chriſtum natum vixit; huic Abaco tamen inſertus, quia ejus Hiſtoria de LXX. interpr. Bibliothecis* Patrum *juncta, vid. T. VII.* Pariſ. *edit. 2. f. 1. quanquam, an Germanus Ariſteæ fœtus ſit, ambigant alii inter eruditos, alii plane, ceu ſpurium rejiciant. vide citatos* Dannhauero *Chriſteid. p. 886. & Labbeo T. 1. diſſ. p. 104. & tamen illum evehere auſi* Bellarminus *atq;* Baronius, *de quibus B. Gamaliel.* Dannh. *l. c.*

(b) Auguſti Varenii Rationar. Theol. de Scriptor. Eccleſ. p. 18. §. 18. *In Bibliotheca Patrum tom. 7. edit. 3. habetur liber inſcriptus:* Ariſtææ de 72. ſacræ ſcripturæ interpretibus ad Philocratem fratrem hiſtoria, *qui non ſolum citatur à* Baronio *Annal. tom. 1. ad a. 57. n. 107. ut probet:* Judæos non niſi manibus lotis adorare conſueviſſe, *& a Bell. l. 2. d. V. D. c. 6. ut probet,* LXX. Interpp. peculiari modo aſſiſtentem ſibi S. Spiritum habuiſſe, ne qua in re errarent: *Sed & tum ibidem, tum in libro de Script. Eccleſ. a* Bellarm. *defenditur fuiſſe illius* Ariſtææ, *qui tempore tranſlationis illius celeberrimæ in aula Pt. Philadelphi vixerit, & negotio tranſlationis interfuerit. Contra Leo a Caſtro præf. in comm. Eſ. c. 35.* Lud. Viv. *in c. 42. L. 18. de Civ. Dei,* Salmeron *Jeſuita in proleg. 6. in Evang. tom. 1.* Scalig. *in animadv. Euſeb. p. 123. & ſeq. librum hunc non eſſe veri Ariſtææ ſed* confictum ab Hebræis vel Helleniſtis, vel ab aliquo ex Joſepho & Ariſtæa vero, & aliis quibusdam compilatum, eſſe adeo falſum & ſuppoſititium ſtatuunt, *& pluribus argumentis deducunt, quæ apud* Salmeronem & Scaligerum *curioſus lector reperiet.*

Pag. 20. §. 20. Juxta Scaligerum, *is qui hodie in manibus omnium eſt,* Ariſtæus, *fuerit quidem idem, quo uſus* Joſephus *& poſt Joſephum forte* Epiphanius, *ſed uterq;* ſuppoſititius, à Judæis Helleniſtis convictus, *ex quo hoc negocium hauſerit* Joſephus, *& quotquot hac de re poſt* Joſephum *Patres magno numero tractarunt, addito etiam LXXII. cellarum commento, quas ignoratas* Ariſtææ, *tradiderit* Juſtinus, *poſt hunc* Epiphanius, *riſit autem, & merito,* Hieronymus.

(c) *Heinricus Wharton Auctario Hiſtoriæ Dogmaticæ J. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis*, „p. 317. Non illubens equidem concedo *Ariſtææ Hiſtoriam* ab impoſtore quodam judæo longe poſt Philadelphi tempora confictam eſſe; *ante Philonis* tamen & *Joſephi tempora*, a quibus laudatur, emiſſam conſtat. Forſitan nec melioris cenſus, antiquior tamen eſt *Ariſtobuli liber de rebus Judaicis, Ptolomæo Philometori* nuncupatus, qui apud *Joſephum, Clementem Alex. & Euſebium* paſſim citatur, eandemque hiſtoriam narrat.

Tanto quidem rerum apparatu, tam magnificis ceremoniis procuratam eſſe à *Philadelphio τῶν ὁ Verſionem*, fabulam ſapit Judaicam. „Incredibile tamen prorſus videtur, aut *Pſeudo-Ariſtobulum & Pſeudo-Ariſteam* id hiſtoriæ committere auſos eſſe, aut *Philonem*, qui Alexandriæ verſatus eſt, & *Joſephum*, qui in Græcorum uſum ſcripſerit, utrumque notæ gravitatis Scriptorem, eandem Scriptis ſuis divulgare voluiſſe; „niſi id inter Græcos etiam, præſertim Alexandrinos, traditione conſtaret, ejusmodi translationem procurante *Philadelpho* olim factam fuiſſe; licet temporis diſtantia & Hiſtoricorum ſilentium Ariſteæ fabulandi anſam dediſſet. Certe *Juſtinus Martyr*, teſtis oculatus, id ſe Alexandriæ poſitum ex conſtanti incolarum traditione didiciſſe diſerte affirmat.

(d) Journal des Scavans du 15. Feurier 1694. p. 169. 170.

*Le premier traité de* l' hiſtoire d' Ariſtee, *dont l' analiſe remplit tout le premier paragrafe. Le ſecond paragrafe contient les differentes opinions qui ont partagé les ſcavans ſur ce ſujet. Les uns ont cru que la* relation de la verſion des Septante eſtoit l'ouvrage d'Ariſtée. *Les autres ſont demeurez d' accord qu' Ariſtee avoit autre fois compoſé cette relation; mais qu' elle avoit eſté perdue, & que celle que nous avons eſt* une piéce ſuppoſée. *D' Auteurs enfin, comme* Vives & Scaliger, *ont ſoutenu qu' Ariſtée n' avoit jamais fait de relation de cette verſion.*

*La* Premiere opinion *ſemble fondée ſur l' autorité de* Joſephe, de Philon, de ſaint Juſtin, de ſaint Irenée, de Clement d' Alexandrie, *dont les uns ont parlé preciſement de l' hiſtoire d' Ariſtée, & les autres ſans faire mention d' Ariſtée ont raconté de quelle maniere* Ptolemée *avoit fait traduire les livres ſacrez en langue Greque.* Scaliger *& les autres modernes qui ſoutiennent la ſeconde opinion, s' apuyent principalement ſur le temoignage* d' Hermippe de Smirne *qui vivoit ſous le regne de* Ptolemée Evergete, *& qui au rapport de* Diogene Laerce, *a aſſuré que* Demetrius de Phalere *devint ſuſpect & odieux à* Ptolemée Philadelfe, *& mourut au commencement de ſon regne: d' ou il s' infere qu' il y a peu d' apparence qu' il lui ait jamais conſeillé de procurer une traduction de l' Ecriture ſainte pour en enrichir ſa biblioteque. Le P.* le Nourry *veſe exactement toutes ces raiſons & plusieurs autres, & reduiſant la principale difficulté à l' oppoſition qui paroit entre* Hermippe & Ariſtobule, *il declare que le temoignage de ce dernier lui ſemble plus fort que celui de l' autre.*

---

(244) *Janus* ARISTOPHILUS. Perſonatum hoc nomen eſt, ſub quo, monente M. Chriſtiano *Junkero*, Ephemer. Erudit. pag. 260 contra ſe prodito ſcripto, cui titulus eines Anonymi freymühtigen Gedancken / edito Halle 1690 in 8. oppoſuit D. *Andreas* PETERMANNUS Eine gründliche Beantwortung.

---

(245) ARISTOTELIS Stagiritæ, qui leguntur in Scholis (I.) *Categoriarum* libri non illius eſſe, ſed ARCHYTÆ *Tarentini*, quod a philoſophis plurimis credantur, ſcribit *Sixtus Senenſis* Bibl. ſanctæ l. 4. concluſione p. m. 416. ſed nominat nullum: Et vero vetuſtiſſimos Ariſtotelis Interpretes, *Theophraſtum, Eudemum, Alexandrum & Simplicium* hoſce libros pro Ariſtotelicis habere, nec ſine cauſa, docet pluribus *Piccartus* p. 14. in Synopſi Organica Ariſtotelis. Adde Commentatores alios in hoſce libros bene multos, in quibus exſcribendis nunc non vacat operam abuti. De ejusdem libris (II.) *Ethicorum Nicomachiis* a Cicerone NICOMACHO, filio Ariſtotelis, adſcriptis l. 5. de finibus, ut & (III.) *περὶ ἀτόμων γραμμῶν*, ſeu *de lineis inſecabilibus* THEOPHRASTO apud *Simplicium* l. 3. de Cœlo asſignatis, ac (IV.) *Rhetoricorum* per *Quintilianum* THEODECTO tributis libris, alios multos de vita ejus, & in ſcripta iſta commentantes diſputare videas, quibus examinandis nunc inſudare non licet.

(II.) Vid. *Lambecium* Comment. de libris *Ethicorum Nicomachiis* de Biblioth. Cæſarea. lib. VII. §. 59. p. 104. ſub lit. (a) ubi Ariſtoteli aſſerit eosdem cum eruditioribus pleriſque.

(III.) Librum *περὶ ἀτόμων γραμμῶν* ſeu de *lineis inſecabilibus* THEOPHRASTO apud Simplicium lib. 3. de Cœlo asſignatum Georgio PACHIMERIO reſtituit interpres Julius *Martianus Rota*, notante *Friſio* in Bibliotheca Geſneriana p. 526. a. De Theophraſto vid. *Rav.* ad Geſn. Bibl. 866. idem ex Philopono in de ortu & interitu ſtatuentem ut habent *Marginalia Normanniana* MSta.

(IV.) Libros *Rhetoricorum* per *Quintilianum* THEODECTO tributos deberi ANAXIMENI LAMPSACENO ſeniori ſentit *Victorius* præf in genuina Ariſtotelis, docente *Symbola Normanniana*, *quæ & poſt Robertellium, Simlerum*, idem ait opinari *Nunneſium* notis in Phrynich p. 56. Multis hoc argumentis probat *Voſſius* de Natur. & Conſt. Rhetor. c. IX. p. 63. Certe Ariſtotelem Auctorem eorum non eſſe, ex innumeris Contradictionibus patere; per HERMOGENIANUM etiam aut illo juniorem videri poſſe eſſe ſcriptos, affirmat. Vide notata ad eum, & Confuſionem illi perpetuam. Fuit autem is Anaximenes cum Alexandro M. in bello; v. *Corradum* in Brut. Cicer. p. 84. Pro Anaximene Lampſaceno citant & *Friſii* Bibl. *Riccob.* Conſ. Cic. 50. b. *Sigon.* ibid. 99. *Voſſ.* Rhet. Conſt. 63. & qui Coraci librum unum tribuat *Geſnerus* Pand. 51. *Marginalia Normanniana.* Et *Rhetorica* ad *Alexandrum Anaximeni* probabili conjectura tribui à *Victorio, Robertello, Nunneſio, Aldobrando* & *Voſſio* ſcribit *Menage* Obſervat. ad Laërt. p. 710.

(V.) *Metallicon Ariſtotelis* aut THEOPHRASTI eſt, ut habet Pollux VII. XXIII. pag. 349. 17. ſed idem p. 492. 21. ſoli Theophraſto adſcribit: & ſic *Heſychius* in *περὶ σφαιρῶν*, & ex eo

*Symbola*

*Symbola Normanniana*, unde proximè ſequentia etiam aliquot damus opera Ariſtoteli abjudicata.

(VI.) *De Proprietatibus Elementorum* librum in quo de magnis agitur conjunctionibus, & de Secretis ad Alexandrum, Ariſtoteli nulla culpa boni Philoſophi nullo demerito, tributum, ex genere fictorum & fabuloſorum ſcriptorum, judicat Jo. Picus *Mirandula* lib. 1. adverſus Aſtrologos.

(VII.) Libellus *de Spiritu*, Ariſtoteli falſo adſcriptus, eo ſolo, quod pulſuum nulla in eo fiat mentio, præter alia, genuinum non eſſe Ariſtotelis ſcriptum ſe proderet eruditis, ut credit Hier. *Mercurialis* lib. 2. Var. Lect. c. 12.

(IIX.) θαυμάσια ἀκέσματα *ſ. de admirandis Auſcultationibus* liber non eſt Ariſtotelis, ut ex citatione Plinii deprehendit J. *Camer.* ad Florum III. 66. JUNIORIS ARISTOTELIS credit eſſe *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis. 514. aut potius TROPHILI ſunt, cujus nomine *Stobæus* ſermone XCVIII. in MSS. locos quatuor citat iisdem verbis & ordine, quo heic (in Ariſtotele) leguntur. *Gesner.* Biblioth. pag. 86. in voc. Ariſtotel. & Trophil.

(IX.) *De Ingenuitate.* De hoc libro dubitat *Plutarchus* in vita Ariſtidis, ſi tamen, inquiens, inter Ariſtotelis genuinos libros haberi debet.

(X.) *De Mundo* liber ad Alexandrum, Ariſtotelis quoque nomine venditatur, qui tamen creditur à multis eſſe PHILONIS JUDÆI, inter quos eſt Moyſes *Amiraldus* de la Religion p. II. verſionis Germanicæ Adriani Stegers C. IV. pag. 357. Eſſe forte NICOLAI DAMASCENI PERIPATETICI colligit ex *Danæi* Phyſ. Chriſt. part. II. præf. *Symbola Normanniana.* THEOPHRASTI vel certe Ariſtotelis non eſſe judicat Hieronym. *Magius* Variar. Lection. lib. I. Cap. IV. pag. 21. Ariſtoteli abjudicat etiam *Thomaſius* in Exercitationibus ad Philoſophiam Stoicam diſſert. XIV. num. 8vo & 150. 152. Contra *vindicant Ariſtoteli* librum hunc Petrus *Petit.* lib. II. Miſcell Obſerv. CXIX. & *Scheurlinus* Biblioth. Moral. §. 53. & inprimis Bonavent. *Vulcanius* Epiſtola dedicatoria ſcholiis in eum librum præmiſſa, qui argumenta *Victorii*, Ariſtoteli librum hunc abjudicantis, ut plumbea rejicit. Ante iſtum jam Jo. Pico *Mirandulæ* lib. IV. adv. Aſtrolog. c. 3. Ariſtotelis ſapientia dignus is liber viſus eſt, ut notat Symbola *Rauſchiana*, quæ & Cœl. *Rhodiginum* l. 8. Antiqv. lect. c. 16. & alibi ſæpe ut lib. III. 10. XI. 17. XV. 20. XVIII. inter Ariſtotelem & THEOPHRASTUM nutare refert, à *Voſſio* autem *Ariſtoteli abjudicatum* IV. de Vitiis lat. Serm. cap. 17. innuit. Ad NICOLAUM, quem DAMASCENUM appellat, inclinare videtur Auctor des *nouvelles de la Republique* des lettres du Septembr. 1684. p. 292. Addit hic *Margo Diecmanni:*

Liber de mundo *Ariſtoteli tributus, non eſt ejus. V. omnino* Naudæum de *fato & vitæ term. ap.* Beverovie *Part* 3. *Quæſt. Epiſtol. a pag.* 25. *ad* 37. *&* Heinſium. *Diſſert. annex. Orationibus pag.* 471. *ſ. Cum Franc.* Patritio *tamen & Olao* Wormio *hunc librum Ariſtoteli vindicat Simon* Bormeiſterus *de error. Hiſtor. Gentil. in rebus Sacr. recenſenſis pag.* 6. *Adde* Fabri *Dec. Decad. num.* 58. Menage *ad Laert. pag.* 203. *qui pag.* 324. Poſidonium *Stoicum pro auctore hujus libelli ab* Aldobrandino *haberi notat.*

(XI.) *De Plantis.* Falſo hunc librum Ariſtoteli tribui, aſſerit *Scaliger* præfat. in eosdem libros, ut notat *Symbola Rauſchiana*, cui adde Jo. *Blomii* de Baculo c. 2. qui MSStus autographus Auctoris apud me liber editioni aptus & paratus ſervatur.

XII. Ariſtotelis *de Interpretatione* liber, tantopere *Symplicio* laudatus, ut Ariſtotelem eum ſcribentem, non in atramentum ſed mentem, calamum intinxiſſe dicat, eo indigniſſimus judicatur à *Feld.* Mſſ. interpr. p. 1208. 1209. 1229. 1232. 1276. impreſſi vero p. 470. 471.

XIII. *Libri* SALOMONIS *ab Ariſtotele*, cum ab Alexandro theſauris ejus præfectus eſſet, ſuo nomine, ſed & ſuis erroribus infecti traduntur editi judaica quidem atque ita ſubleſta fide ap. Rabbi *Meir Aldabi* Emiena Sect. VIII. ut ex *Buxtorf.* Coſri p. 30. docet *Symbola Normanniana.*

Sed hactenus de quibusdam libris in ſpecie egimus: reſtat ut ex Pico *Mirandula* & *Nizolio* pleroſque Ariſtotelis libros, qui extant, dubios, incertosque aſſerentem repræſentemus *Naudæum*, Apologie pour tous les grans hommes, qui ont êté accuſez de Magie p. 74. & 75. ſub lit. (b) cui opponemus *Leibnizium* in præfatione, quæ Nizolii Anti barbaro Philoſophico Edit. Francof. 1674. præfixa eſt, p. 33. ubi ex Harmonia Operum, quæ extant Ariſtotelicorum, de eorum ingenuitate ſimul firmiter colligit vid. lit. (c) Adde *Moller.* Homonymoſcopiæ p. 287. & de ſummulis Ariſtotelis locum ex *Antonio Senenſi* Chronici Fratrum ordinis Prædicantium pag. 91. aliquando excerptum at neſcio an deperditum, vel aliquo translocatum, qui nunc amplius liber non eſt ad manum, ab amico quondam commodatus.

(a) Lambecii Biblioth. Cæſar. pag. 104. L. VII.

*Quod reſtat, quamvis* (1) Cicero *libro quinto de Finibus bonorum & malorum ad Brutum, cap.* 5. *pag.* 70. *editionis Gruterianæ Hamburgenſis in folio, certo videatur affirmare ſupra memoratos decem Libros Ethicorum non ab ipſo Ariſtotele, ſed ab ejus filio* Nicomacho *fuiſſe conſcriptos; attamen non ſolum ipſa inventio, methodus, tractatio, phraſis, ac probandi ratio, Ariſtotelicum ingenium & acumen repræſentant, verum etiam ipſe Ariſtoteles illos libros pro ſuis haud obſcure agnoſcit: nam & in aliis ſuis ſcriptis etiam iſtorum Librorum facit mentionem, & in his ipſis Libris lectorem remittit ad poſteriora* Analytica; *ac demum in fine hos Libros connectit cum Politicis; quos ab* Ariſtotele *conſcriptos eſſe, extra controverſiam eſt. Qua de re vide plura apud Theophilum* Golium *in Prolegomenis Epitomes Doctrinæ moralium ex decem libris* Ethicorum *Ariſtotelis ad Nicomachum collectæ, & per Quæſtiones atque Reſponſiones diſpoſitæ.*

(b) Naudé Apologie pour tous les Grands Hommes qui ont eſté accuſez de Magie, p. 74. & 75.

Francois Picus *qui ſucceda tant à la doctrine qu' à la Principauté de ſon oncle ce grand Picus le Phœnix de ſon ſiecle, s' eſt efforcé de monſtrer par une longue ſuitte de raiſons, qu'il eſt du tout incertain ſi Ariſtote a compoſé aucun liure de tous ceux qui ſont aujourd' huy compris dans le Catalogue de ſes Oeuvres : ce qui a neantmoins eſté par apres confirmé par* Nizolius, *& tellement examiné par* Patrice, *qu' apres avoir fait remarquer ſon admirable diligence à bien rechercher la verité de cette propoſition, il conclud en fin que de tous les liures de ce Demon de la Nature il n'y en a que 4. fort petits & quaſi de nulle conſequence au prix des autres qui ſoient paruenus iusques à nous hors de doute & de controverſe, ſçauoir celuy des* Mechaniques, *&* trois autres *qu'il compoſa* contre Zenon, Gorgias & Xenophane : *où au contraire* Ammonius *teſmoigne en ſon commentaire ſur les Categories, que l'on trouva dans cette ſomptueuſe Bibliotheque de la ville d' Alexandrie quarante liures des Analytiques qui tous portoient le nom d'* Ariſtote, *combien qu'il n'en euſt' composé que quatre, desquels les deux premiers reſpondent aux neuf qui ſont citez par* Diogenes Laerte.

(c) Leibnizius in præfat. Nizolii Antibarbaro Philoſoph. *præfixa p. 33.*

*Mihi genuitatem* Operum Ariſtoteleorum, *quicquid dicant Joh.* Franciſcus Picus *in Examine Vanitatis doctrinæ gentium, quicquid* Nizolius, *quicquid* Petrus Ramus, *quicquid* Patricius, *quicquid in Apologia magnorum Virorum Magiæ ſuſpectorum, ubi & hunc* Nizolius *librum citat,* Naudæus; *ſatis ſuperque perſuadet perſpecta hypotheſium inter ſe Harmonia, & æqualis ubique methodus feliciſſimæ ſubtilitatis.*

---

(246.) ARISTOTELIS de Benedictis, qui *Nomina Sanctorum ex Martyrologio Romano collecta* edidit, eſt *Petrus Antonius* SPINELLUS, Jeſuita Neapolitanus, docente *Alegambe* p. 372.

Cui adde *Sotwel* ejus Continuatorem Bibliothecæ ſcriptorum Societatis Jeſu p. 659. b. & *Colomeſium* Melanges Hiſtoriques p. 51.

---

(247.) *Baptiſta* ARMATUS Vates *Thaloſus.* Ejus nomine prodiit Hamburgi anno 1642. in 8. Rettung der teutſchen Haupt-Sprach. Deſignant autem hæc nomina Perſonata tum ſignificatu vocum, tum Anagrammatiſmo, *Joannem* RISTIUM, Poëtam notiſſimum & Paſtorem olim Wedeliæ Holſatum, ut monet *Symbola Rauſchiana:* cui adde Habbichhorſt Bedencken von der Zeſiſchen Redens-Art p. 77.

---

(248.) *Jacobus* ARMINIUS. Verum huic Auctori nomen fuiſſe *Jacobo* HERMANNI, certum me reddidit *Olearius* peculari epiſtola ſub dato Halæ Sax. d. 26. Junii 1676.

---

(249.) *Hieronymus* DE ARMINIS, quod ſit paucis transpoſitis literis *Jerome* DE MARINIS Genuenſis, docet *Baillet* des Auteurs deguiſez p. 437. & in ſubnexo Catalogo p. 529. ſine dubio ex *Villani* Viſiera Alzata p. 46. num. LIX. Hecatoſtes cujus legas verba num 239. ſupra in *Anonymo* de Ariminis, facile cum Anonymo de ARIMINIS confundendo. Et ſane non Ariminis ſed ARMINIS in *Villani* lego.

---

(250.) *Antonius* ARNALDUS, Theologus Sorbonicus. Ejus nomine editæ ſunt epiſtolæ quædam *falſæ*, quibus diu Theologi Duacenſes decepti ſunt, ut conqueritur dictus Arnaldus epiſtola ad Dominum Epiſcopum Atrebatenſem, quam recenſent *Acta Eruditorum* Lipſ. p. 535. menſ. Novemb. 1691. ſub lit. (a) & l' *Hiſtoire des Ouvrages des ſcavans* du Juillet 1691. pag. 486. ſub lit. (b) Auctor detectus quidem quod ſciamus, nondum eſt; eſſe tamen non contemnendas de eo conjecturas, ex allegatis lit. (a) apparet. Ut adeo ſemidetectis, perque curioſos facile plenius detegendis, accenſeri hic mereatur.

(a) Acta Erudit. Menſis Novembris Ao. 1691. p. 534. 535.

*Impoſtura, de qua queritur Autor, tam atrox eſt, ut propemodum, ob imitationis metum, periculoſum videri poſſit, eam liquide exponere. Quoniam tamen evulgata eſt, & cautelam aliquam notitia ejus afferre etiam prudentiſſimis poteſt, diſſimulandam omnino aut ſilentio prætereundam non putavimus. Tanto vero magis deteſtanda eſt fraus iſta, quod a viris literatis & ſacri ordinis commiſſa eſſe videatur. Anſam enim habuit ex diuturna illa & acri diſceptatione, quæ* Arnaldo *& ſociis cum ſectatoribus* Molinæ *intercedit. Qui illius fuerint architecti, Arnaldus affirmare non audet; ſuſpiciones tamen detegit, & inveſtigationem atque vindictam criminis ab Epiſcopo expectat. Antequam igitur innoteſcat, quid Epiſcopus præſtiterit, nemo præjudicio gravandus eſt. Summa querelæ, ut eam pauciſſimis proponamus, hæc eſt:* Cum in Academia Duacena, " ex profeſſoribus Philoſophiæ junior quidam, " *Lignius*, orationem & ſententiam Jeſuitæ cu-" jusdam in publica declamatione refutaſſet, &" famoſas illas quinque propoſitiones (quas *Jan-*" *ſenianas* vocant) defendiſſet, mirum in modum" adverſarios offendit. In hujus igitur perni-" ciem literæ confictæ ad illum aliosque Arnoldi" nomine miſſæ eſſe dicuntur, quæ illos in frau-" dem induxerunt, ut Arnoldo illi perſonato" reſpondentes, animi ſui ſenſa ſimpliciter &" aperte indicarent. Lignius ipſe & libros & ma-" nuſcripta quædam ſecretiora impoſtori miſit," reculas ſuas vendidit & ſtatione ſua deſerta in" extremos Galliæ fines Carcaſſonam usque, Gal-" liæ Narbonenſis urbem ducentis â patria millia-" ribus diſſitam, profectus eſt, mendacibus pro-" miſſis illectus, fore, ut a pio quodam Epiſcopo" ſuſciperetur & optime haberetur. Sed miſere" deluſum ſe eſſe cum damno & dedecore exper-" tus eſt. Alius Duacenſium Arnaldo fictitio," quem pro patre ſpirituali elegerat, arcana con-" ſcientiæ ſuæ in literis relevavit. Ut vero literæ" hæ Duacenſium, in damnum eorum & ſine ſu " ſpicione ſtellionis, qui eas ab incautis elicue-" rat, publicari poſſent, alio figmento ſuppoſitæ" ſunt Arnaldi literæ, quibus vehementer la-"

"men-

mentatur, literas illas ab infido & profugo fa-" mulo, ægrotanti ſibi ſurreptas eſſe; quan-" quam ipſe in hac Querela ſua affirmet, ſe neque" ægrotaſſe, neque ac multis annis famulum ha-" buiſſe. Interim in fine libelli ad Epiſcopum" ſignificat, epiſtolas illas Duacenſium a Rectore" collegii Jeſuitarum illius loci aſſervari, & cu-" pientibus oſtendi. *Hæc de ludo hoc minime liberali" & faceto ſufficiant, de quo fortaſſe tempus plura docebit, cum nec Arnaldus à proſecutione cauſæ ceſſaturus eſſe videatur, nec fortaſſis etiam Jeſuitis defutura ſint, quæ pro ſe allegent.*

(b) Hiſtoire des Ouvrages des Scavans *Juillet. 1691. p. 486.*

*Plainte de Mr.* Arnauld *Docteur de Sorbonne à Mr. l'*Eveque d' Arras *contre des Impoſteurs qui écrivent ſous ſon nom, 1691. in 4to p. 28.*

---

(251.) D. Johannes ARNDS. Notus in vulgus ejus liber eſt, cui titulus: wahres Chriſtenthum. Extant autem in libro hujus ſcripti tertio, à c. 34. duodecim alia capita, vom Gebeht quæ revera ſunt WEIGELII, ut docet Lucas *Oſiander* in ſeinem Theologiſchen Bedencken und Chriſtlichen treuhertzigen Erinnerung von Joh. Arnds wahrem Chriſtenthum. Tübing. 1624. in 8. cap. 4. p. 118. hiſce verbis. Im andern Buch im 7. Cap. des Büchleins Weigelii vom Gebeht/ welches Joh. Arnd, (als eines edlen finſtern Apoſtels Arbeit) gantz in ſein Chriſtenthumb eingeſellet/ ſteht alſo &c. Adde *Varenii* Rettung der 4. Bücher Joh. Arnds part. 1. c. 1. p. 85, & ſeqq. ubi poſt adducta verba Arndtii ea de re, ex Repetit. Apologetica p. 77. 78. docet *Weigelii* ea quidem eſſe, ſed inſcium Arndtium ejus rei accepta ab amico, cum inedita eſſent ſub Weigelii nomine, probaſſe ut congrua fidei capita inſerta, XVto anno poſt Ao. 1612. nempe prodiiſſe demum ea ſub Weigelii nomine, ſed mutata varie. v. eund. ibid. pag. 90. & 91. ubi laudatur Hr. *Dilgeri* Repetitio und Verantwortung der Chriſtlichen Lehre in Johann Arnds Chriſtenthumb c. 5. p. 12. da er durch viel Blätter Arnds und Weigels ihrer Lehre Unterſcheid gründlich bewieſen. Adde part. 2. c. 1. pag. 78. de differentia Weigelii Beht-Büchleins / & horum 12. Capitum.

---

(252.) ARNOBII Afri nomen, quo pacto MINUTII FELICIS Cauſſidici *Octavius* diu geſſerit, & malè, vide apud *Franciſcum Balduinum* in Prolegomenis ad hunc auctorem, editioni *Elmenhorſtianæ*, Hamb. 1610. in fol. publicatæ præfixis, nec non apud *Rivetum* Critici ſacri lib. 2. c. 17. pag. m. 240. *Poſſevin.* apparatus ſacri pag. 130. & alios ipſis citatos. *Geſner.* pag. 508. edit. Simleri &c.

Ex *Octavio* nempe, qui dialogi titulus fuit, factus eſt *Octavus liber Arnobii*, qui tamen *ſeptem* tantum compoſuit *adverſus Gentes* libros, teſte *Hieronymo* apud *Miræum* Biblioth. Eccleſiaſt. p. 19. (a) cui adde Nouvelles des lettres May 1685. pag. 309. Supponuntur præterea Arnobio Seniori Commentarii in Pſalmos, quos JUNIORIS cujusdam ARNOBII eſſe docet Joh. *Prideaux* Orat. IX. p. 84. §. IV. & *Scultetus* Medull. Theol. Patr. part. 1. Lib. IX. C. 1. p. 341. ſub lit. (b) ubi etiam memorantur *fragmenta notationum in Johannem & Lucam* Arnobio ſuppoſita. Addit *Miræ.* lib. cit. p. 15. *Conflictum Arnobii & Seraphionis* cum operibus Irenæi demum 1596. à Feu-Ardentio editum: vid. *Olear.* Abaci Patr. pag. 49. & Joh. *Deckherr.* de ſcriptis Adeſpotis p. 65. 66. Mehlführ. Cor. p. 92. &, qui unus omnium inſtar eſſe poteſt, *Cave* Hiſtor. lit. ſcriptor. Eccleſiaſt. pag. 255. b. nobis ſub lit. (c) exceptus. Adde du *Pin* Bibliothec. Tom. I. p. 119.

(a) Miræus, Biblioth. Eccleſiaſt. pag. 19. Marci Minucii Felicis, *cauſſidici olim Romani, teſte Lactantio,* Dialogus *eſt in omnium manibus, qui à principe perſona inducta* Octavius *inſcribitur; falſo hactenus liber Octavus* Arnobii *habitus, qui teſte Hieronymo, ſeptem duntaxat libros adverſus gentes, plenos eruditionis reliquit.*

Et paulò antè:

Minucius Felix, *Romæ inſignis Cauſſidicus, ſcripſit* Dialogum Chriſtiani & Ethnici diſputantium, *qui* Octavius *inſcribitur. Sed & alius ſub nomine ejus fertur* de Fato, *vel contra Mathematicos: qui cum ſit & ipſe diſerti hominis, non mihi videtur cum ſuperioris libri ſtilo convenire.*

pag. 25: *Commentarii in Pſalmos à Trithemio & Eraſmo non rectè huic* Arnobio *attribuuntur; ſunt tamen alicujus* Arnobii junioris, *ſed Pelagianiſmum ſapientis: ut Bartholomæus* Petrus Lintrenſis, *Doct. Theol. Duacenſis, notavit.*

(b) Scultetus Medull. Theol. Patr. part. 1. Lib. IX. C. I. p. 341.

*Circumferuntur ejus nomine & Pſalmorum explicationes, quas adduci non poſſum, ut credam ab hoc* Arnobio *noſtro* Lactantii præceptore *conſcriptas. Stylus enim toto genere diverſus eſt ab eo, qui in ſeptem libris adverſus gentes viget floretque; imo ſolæcos & barbariſmos ſæpenumero ſapiunt explicationes iſtæ: nec vero ſimile eſt, Arnobium, quod* Eraſmus *putavit, de induſtria barbare fuiſſe loquutum. Deinde nec tantos in Religione profectus habuit* Arnobius, *quantos interpres ille Pſalmorum. Nec dubito, ſi vidiſſet ſeptem libros adverſus gentes Eraſmus, quin pedibus in ſententiam hanc meam fuiſſet iturus.*

pag. 342. *Præterea exſtant inter Orthodoxographa & fragmenta quædam notationum in Johannem & Lucam, quæ & ipſa a* ſuppoſititio *quodam* Arnobio *fuiſſe compoſita exiſtimo.*

(c) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 255. b.

Arnobius, Junior *vulgo dictus, ut ab Arnobio Afro diſtinguatur; gente, ut videtur, Gallus claruit circa ao. 460. ut ex inſcriptione Commentarii in Pſalmos Leontio Arelatenſi & Ruſtico Narbonenſi Epiſcopis nuncupati colligitur: Leone certe aliquantulum poſterior, quem paſſim laudat. Extant ſub illius nomine*

*Commentarius in Pſalmos Davidis CL. Arnobio Afro male aſcriptus.*

Prodiit ſeorſim Baſil. 1522. deinde ab Eraſmo editus Colon. 1532. denique à Laurentio de la Barre emendatus Pariſ. 1639. Extat

Extat & in Bibliothecâ Patr. Tom. VIII. pag. 203.

*Annotationes ad quædam loca Evangeliſtarum,*

quæ habentur editæ Baſil. 1543. & a Schotto recognitæ. Pariſ. 1639.

*Altercatio ſeu conflictus cum Serapione Ægyptio de Deo trino & uno, de duabus in Chriſto ſubſtantiis & unicâ Perſonâ, & de gratiæ ac liberi arbitrii concordia, in duos libros diviſa.*

*Opuſculum iſtud neſcio qua autoritate ductus inter Vigilii Tapſenſis Opera reponit Caſimirus Oudin. Certè præter* Codicum *MSS. fidem illud ſub Arnobii nomine ante annos octingentos citavit Alcuinus. Primus edidit Franciſcus Feuardentius ad calcem Irenæi Colon. 1596 Habetur in ſequentibus omnibus Irenæi editionibus, & in Biblioth. Patr. Tom. VIII. p 236.*

ARNOLDUS v. *Ernoldus.*

(253.) *ARNOLDUS (Simon Joannes) Interpres* creditus omnium Operum Franc. *Baconis* de Verulamio, quæ & ejus nomen præferunt in editione Lipſienſi. Ao. 1694. in fol. Quomodo tamen aliquot horum operum partes verſæ ſint, ex Anglico in Latinum ſermonem, abs RAWLEY & GRUTERO, vide præfationes in Sylvam Sylvarum edit. Amſtelod. 1648. & præcipue præfat. in lib. de dignitate & augmentis ſcientiarum, ubi libri hujus à multis inſignioris *Eloquentiæ* viris elaboratam translationem & propria Auctoris recenſione caſtigatam dicit Ravvley: edit. Lugduno Batavæ in 12. 1645.

(254.) ARRIANUS. Hujus nomen præfert liber de Venatione editus 1644. Græce & latine ex Typographia Cremoſiana, qui tamen JUNIORIS XENOPHONTIS eſt, judicante *Colomeſio*, differt. de dubiis aliquot ſcriptoribus, num. XII.

(255.) ARSENIUS: *WALA;* ita *Bailletus* liſte des Auteurs deguiſez. p. 529.

(256.) *Fortunius* de ARTEAGA: *Fort.* GARZIA De ERZILLA. *Baillet.* loc. cit.

MESSIRE ARTELOCHE v. *Alagona.*

(257.) *Felix de* ARTIAGA: Hortenſe *Felix* PARAVICINO indicante *Bailleto* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 530.

(258.) ARTEMIDORUS. Extat ejus de Somniorum Conjecturis liber, ut ex Angeli *Politiani* Opp. pag. 252. monet Symbola amica, additque, Auctorem dici malle DALDIANUM. *Bailletus* in tractatu des auteurs deguiſez Part. III. c. XVII. p. 438. meminit Hiſpani, dicti: Andre REY DE ARTIEDA, qui librum ediderit ſub nomine Artemidori, vero nomine ſuo ſub imperfecto, ut ille loquitur, anagrammate occultato; ubi & p. 530. liſte des Auteurs ita lego. ARTEMIDORUS ONEIROCRITICUS: *Libert.* FROMOND, douteux. Libri, qui hujus Artemidori nomine extat, ſub titulo: *Oneirocritici*, meminerunt Thom. *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 45. b & *König.* Bibl. Vet. & Nov. p. 65. a. ubi ex *Voſſio* hunc librum vaniſſimum dicit. Fictum tamen non indicant eſſe Artemidori vocabulum. *Antonii* Bibliotheca Hiſpanica plane de eo ſilet.

(259.) ARTICULUS ASMALCALDUS fictus ex Articulis Smalcaldicis & execratus auctor à Ludovico à *S. Carolo* in Bibliotheca Pontificia, toties riſum & ſannos excuſſit bene multis. Ego fragilitati humanæ hic etiam ignoſco potius, condoleoque libens, quando mecum cogito, quam parum abfuerit quin culpa concipientis aliqua meorum anonymorum *Wirkeri Brunellus* à colore, ſicuti mos eſt Germanis (mein Brůnecke/ Schimmel/ Voß ꝛc.) dictus mulus, aut aſinus, transmutatus pari metamorphoſi in hominem, ſcriptoribus Pſeudonymis hiſce meis ſeſe inferret, ſupra inter Anonymos Poëtas inſerto ſcripto. Interim hæc ſunt illius verba *Ludov. Jac.* a S. Carolo. *Bibliothecæ Pontificiæ lib. 2. in Catalogo hæreticorum, qui adverſus Romanum Pontificem malo animo ſcripſerunt, p. 455. & 456.*

Articulus Aſmacaldus, Germanus Lutheranus, *edidit de* primatu & poteſtate Papæ *librum. Ridiculum hunc Pſeudonymi ſcripti fabrum vel joci cauſſa hic inſerere non piguit, exagitatum merito plurimis. Inter quos mihi conſpecti* --- --- --

(260.) *Johannes* ARTISIUS. Hunc eſſe *Johannem* DE MANIBUS teſtantur Thomas *Hyde* Catalag. Biblioth. Bodlejan. p. 36. a & 242 b ſub lit. u. & *Lipenius* Biblioth. Jurid. p. 508. a. ubi utrumque ſcripti contra eum editi Argentorat. 1620. in 8vo mentio fit.

(261.) ASCANIUS PERSIUS. Perſonam hanc eſſe *Jacobi* ZABARELLÆ ex *Prodomo Apologiæ Fratrum Roſeæ Crucis* per Irenecum Agnoſtum 1620. 8vo. C. b. b. indicat *Symbola* Junckeriana.

(262.) ASCANII Torri nomine *Benedictus* JUSTINIANUS, Jeſuita Genuenſis, ſcripſit *Apologiam pro libertate Eccleſiaſtica ad Gallo-Francos* Romæ 1607. in 4. editam, memorante *Alegambe* p. 59. & poſt eum *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societatis Jeſu p. 111. b. quos citat la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XXII. pag. 40. hiſce verbis.

XXII. BENEDETTO GIUSTINIANI Geſuita di gran ſapere, ſotto altro nome communicò queſti Libri.

*Aſcanij Torrij* Theolog. Romani pro *libertate Eccleſiaſtica* ad Gallofrancum *Apologia.* Romæ app. Barthol. Zanettum M. DC. VII. 4.

*Riſpoſta di Giulio Roſſo* Theologo da Valditaro al parere di F. *Marc' Antonio* Capello Min. Con. ſopro le Controverſie tra'l S. P. e la Rep. di Venetia. In Roma, apreſſo Guglielmo Facciotto M. DC. VII. 4.

*Ducente, e piu Calonnie oppoſte da Gio: Marſilio all' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Cardinale Bellarmino*

*mino confuſate dal Dottor Ottavio de Franceſci Theologo* Meſſineſe. In Macerata appreſſo Sebaſtiano Martellini 4.
Vegganſi l' Alegambe pag. 59. e'l Sotuello pag. 110. della Bibl. degli Scrittori Gieſuiti; il Soprani pag. 58. e l' Abb. Giuſtiniani pag. 134.

(263.) ASCANIUS: JOSSE: *Badius* ASCENSIUS ita *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 530.

ASCETA Carthuſienſis vid. *Humbertus.*

(264.) DOROTHEUS ASCIANUS. Ejus editus eſt Lipſiæ 1670. Tractatus *de nervis rerum gerendarum* Curiæ Romanæ, præfixus libro *de Montibus Pietatis*) qui debetur D. *Matthiæ* ZIMMERMANNO, Superintendenti Miſnienſi; ut ex utriusque nominis συνκεζιᾳ colligit *Symbola Diecmanniana*, & a fabrorum Aſcia perſonatum Aſciani nomen a Zimmermanno aſſumtum ſcribit D. *Thürman.* m. Jun. 1693. v. Dorotheus.

(265) ASCELLINUS: ADALBERON: verba ſunt *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 530.

(266) ASCONIUS PEDIANUS *Patavinus.* Ejus nomine extant *Commentarii mutili in Orationes quasdam Ciceronis*, in lucem *protracti* primum a *Poggio*, emendati deinde a *Manutio, Hottomanno & Friſio*; accuratiſſime autem editi a *Gronovio.* Has illi tribuit *Scaliger* ad *Euſebium* p. 184. edit. priori. v. *Fabriicii* Biblioth. latin. p. 61. Quanquam *duos Aſconios* faciat Scaliger, ut D. *Hieronymi* Chronologiam ſalvet: Invito Fabricio, loc. cit. ſub lit. (a) Admittit tamen duos Aſconios *Voſſius*, & *poſteriori*, qui Veſpaſiani tempore vixit, non Hiſtorias tantum cum *Scaligero*, ſed & *hos ipſos Commentarios* in Ciceronem aſſignat, de Hiſtor. Latin. lib. I. c. XXVII. pag. 144. Qui & animadvertit, pro Aſconii hujus opere habitos fuiſſe (II.) *Elegantiarum libros*, qui tamen LAURENTII VALLENSIS ſint indubitato lit. (b) de quo & Anonymus *Baillet* Jugemens des Scavans part. 3. part. 76. (c)

(a) Fabricius Bibliothec. Latinæ pag. 61.
Aſconius Pedianus Patavinus, *cum Virgilio familiariter verſatus, ſi Servium & Philargyrum in Eclogam IV. audiamus, & tamen ab Hieronymo in Chron. dictus adhuc ſub Veſpaſianis floruiſſe. Quamquam vero addit* Hieronymus, *eum anno ætatis 73. oculis captum ſuper vixiſſe 12. annos; majus tamen eſt intervallum temporis ad Virgilium usq;, quam ut de uno homine dici poſſit, eundem ſeptimo Domitiani anno obiiſſe. Itaq; duos Aſconios commentus eſt* Scaliger *ad Euſebium pag. 184. prioris edit. cum longè rectius Hieronymum metachroniſmi arguiſſet, quod etiam fecit nuper Joh.* Harduinus *ad Plinium, & pridem Scaliger ipſe in ſecunda Euſebii editione pag. 200.*

*Extant* Aſconii Commentarii *mutili in Orationes quasdam Ciceronis ſupra p. 11. ſqq. a nobis recenſiti. Videntur autem ſcripti ſub Claudio Imp. uti* Lipſius *in Satyra Menippea & poſt eum alii colligunt ex eo loco commentarii in Orationem pro M. Scaurio, ubi meminit Longi Cæcinæ, qui cum Claudio Coſ. fuit. Hujus longi nomen à Voſſio fruſtra ſollicitatum Claudio adjungitur faſtis Conſularibus optimis ante paucos annos editis ab Henrico* Noriſio *poſt commentarium inſignem de Epochis Syro Macedonum.*

*Aſconii Commentarii* Poggio *lucem debent, emendati poſtea a Paulo* Manutio, *Franciſco* Hottomanno & Tito Popma *Friſio.*

*Aliis editionibus in quibus ſeorſim iſti vulgati ſunt præferenda* Gronoviana, *in qua Ciceronis verbis ſubjecti utilius jucundiusq; leguntur, uti in Cicerone ſupra diximus.*

(b) Voſſius de Hiſtor. Latin. Lib. I. c. XXVII. p. 544.
*Itaq; cum extra controverſiam ſit,* Livium *eſſe Patavinum, & vel ex iſtis Sillii verſibus*, Patavinum *etiam* Pedianum *eſſe, videamus: ne illud quidem dubium erit, quin cum Aſconius dicit;* Livius noſter, *communem, ut ajebam patriam reſpexerit. Quare nunc ſic ſtatuere malo*, duos *quidem fuiſſe* Aſconios Pedianos, *ut bene obſervat Scaliger: unum, qui Virgilii ætate vixerit: alterum qui ſub Nerone, & Veſpaſiano claruerit: at poſteriorem hunc, contra quam Scaliger opinabatur, non tantum hiſtorias condidiſſe: ſed & commentariorum in Ciceronis orationes eſſe auctorem. Admodum autem perfrictæ frontis fuiſſe neceſſe eſt, qui cum* Laurentii Vallenſis *Elegantiarum libros in honore eſſe dolerent, in vulgus ſparſere, eos jam olim in Germania fuiſſe repertos, quodque ſcripti eſſent literis fugientibus ac fatiſcentibus, vix certis cognitum indiciis tandem fuiſſe,* Aſconii Pediani *eſſe opus: cujus calumniæ meminit* Mariangelus Accurſius *in diatribarum ſuarum defenſione, cui* teſtudo *nomen fecit.*

(c) Jugemens des Scavans Tom. 3. pag. 76.
*Laur. Valla mort en 1457.*
*Il a fait un petit ouvrage des* élegances Latines. Alexandre ab Alexandro (1) *dit que c'eſt le fruit d' un hardi Grammarien, mais habile d' ailleurs, & qui a recueilli ce qu' il y avoit de meilleur dans les Auteurs, ajoûtant que l' employ qu' il en a fait, eſt ſouvent aſſez exquis & agreablement tourné.*
Voſſius *rapporte* de Mariange Accurſius, *que cet ouvrage fit tant de bruit, que quelques-uns de ſes envieux ne pouvant rien diminuer de l' opinion avantageuſe qu' on en avoit, s' aviſerent de publier qu' il n' en etoit pas le veritable Auteur. Pour colorer cette impertinent accuſation, ils firent courir le bruit qu' on en avoit trouvé dans l' Allemagne un exemplaire ſur un parchemin tout rongé de vieilleſſe; & que bien que les lettres fuſſent effacees en pluſieurs endroits, on n' avoit pas laiſſé de reconnoître que l' ouvrage étoit d'* Aſconius Pedianus.

(1) Alex ab Alex. *Genial. dier. l. 6. cap. 9.*
(2) Mar. Accurſ. *in Diatribar. Suar. defenſione, cui nomen* Teſtudo.
(3) Voſſ. de hiſt. Lat. *Lib. 1. cap. 27. p. 144.*

(267) C. *Sempronius* ASELLIO. Ejuſdem nomen præ ſe fert *Chorographicus de Italia libellus*, quem primus in lucem protulit, & commentario explicuit Joannes ANNIUS Viterbienſis. Prodiit ita Romæ 1498. f. & Pariſ. 1515. f. Witteb. 1512. in 8. & inter antiquæ Hiſtoriæ Auctores, poſt alias editiones, etiam in editione Dionyſii *Gothofredi* Lugduni 1521. 16. ut notat Martinus *Hanckius*, de Romanarum rerum Scriptoribus Par. I. c. 3. art. 11. p. 30. 31. Sed hunc fœtum eſſe ipſius Annii, poſt *Poſſevinum* & alios ab Hanckio citatos, diſerte affirmat *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis Lib. I. c. VIII. p. 33. ubi de Aſellionis libris idem cenſendum docet, quod de Beroſo, Catone, atque aliis Annii figmentis, de quibus ſupra in *Archilocho*, & infra iterum ſuis ubique locis dicendum.

ASMALCALDUS v. *Articulus*.

(268) ASPASIUS *Groſippus*. Ejus prodiit anno 1612. in 4to Friburgi Briſgoviæ apud Joannem Straſſerum, *Pædagogus Pædagogorum*, ſive *Parænesis ad aſſiduam veram ac fructuoſam S.S. Bibliorum Lectionem.* Hic tractatus inter Scripta Pſeudonyma *Caſparis* SCIOPPII recenſetur in la Viſiera Alzata Hecatoſtes num. XLVII. p. 57. v. infra *Paſcaſius Groſippus*.

ASPASIO v. *Antivigilmi*.

(269) Jo. Franciſci ASPASTIS Salaſſii U. D.M. *in virulentam planeq; ſophiſticam Andreæ Pouchenii criminationem, quam adverſus Joannis Palmerii juſtas & neceſſarias proteſtationes conſcripſit, pro eodem Palmerio vera atq; modeſta Defenſio* Genevæ 1580. in 8. prodiit. Eam *Fr.* HOTOMANNO tribuit *Conradus Schlüſſelburgius*, in Theologia Calviniſtica lib. 1. fol. 61. b. cum *Huttero* Concordiæ concordis cap. 32. olim 2461. b. ubi commendat librum *Andreæ Pouchenii*, Superintendentis Lubecenſis, cui titulus eſt: *Reſponſio ad Jo. Palmerii, Sacramentarii, proteſtationes*, oppoſitas formulæ Concordiæ, Lubecæ 1579. in 4to. vide infra *Palmerius*.

Franciſco *Hottomanno*, tractatum Aſpaſtis Pſeudonymum etiam tribuunt *Draudius* Biblioth. Claſſic. p. 117. & *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 530. vid. etiam *Teiſſier* Eloges des hommes ſçavans Tom. II. p. 146.

(270) ASSAPH adſcriptos *Pſalmos* DAVIDIS eſſe, vide apud *Sixtum Senenſem* lib. 1. pag. 12. *Bellarm.* ad A.M. 2919. *Poſſevin.* appar. ſacr. & alios notatos in *Anonym.* c. 1. n. 6.

*Sixti Senenſis* verba ſub lit. (a) excerpſimus. At contra *Hottingerus* tutius exiſtimat Pſalmos adſcribi poſſe iis, quorum nomina præferunt, Theſ. Philolog. 496. allegante eas *Symbola Normanniana.* Quibus addit nota *Diecmanniana* quæ ſequuntur:

*Imo revera* Aſſaphi *ſunt iſti Pſalmi, qui ejus nomen præferunt, quod inter alia ex II. Paral. XXIX. p. 12. v. 30. oſtendi poteſt. V. quæ hanc in rem dixi in Notis Concioni funebri in B. Cancellar. ab* Ehrenburg *habitæ, & Ao. 1695. fol. excuſæ adjectis pag. 54. & quæ noviſſime dixit Joh.* Marckius, *Exeget. Exerc. 17. p. 263. 264.* Adde Witſium *Miſcell. ſacr. l. 1. c. 18. p. 212. 213.*

(a) Sixti Senenſis Bibliothecæ ſanctæ Lib. I. p. 12.

De autore voluminis Pſalmorum (*quod Hebraice* ספר תהלים Sepher thehillim. *Lib. Hymnorum; Græce vero* Ψαλτήριον *dicitur*) duplex eſt opinio. *Chryſ. & Auguſt. cenſent, Davidem Regem ac Prophetam auctorem fuiſſe omnium Pſalmorum, ex quibus ipſe quosdam ore proprio cecinit, cæterorum vero Pſalmorum ſola argumenta edidit: eaq; tradidit cantoribus, in templo Dei ab ipſo ordinatis: qui accepta argumenta carminibus deſcripſerunt, & ad varios cantus & organa muſica accommodarunt, eaq; propriis nominibus inſcripſerunt. Deducta videtur hæc ſententia ex libris Regum, & Paralipomenon; in quibus legitur Davidem fuiſſe egregium pſaltem Iſrael, qui ore proprio cecinit Domino Pſalmos aliquot veluti Pſal. 17. cum liberaſſet eum Dominus de manu Saul, & omnium inimicorum ſuorum; & Pſalm. 104. cum reduceretur Arca Domini. Idemque conſtituit in templo quatuor mille pſaltes, canentes Domino in organis; inter quos præcipui erant tres, qui juxta eum in templo canerent cantica in citharis, Pſalteriis, & Cymbalis, videlicet* Eman, Idithum, & Aſaph; *quem Esdras teſtatur laudaſſe DEum per manus Davidis Regis, hoc eſt, Pſalmis manu David Regis conſcriptis. At Hieronymus in epiſtolis ad Sophronium & Cyprianum, ſequens Athanaſii ſententiam, decernit errare eos, qui omnes Pſalmos Davidis eſſe arbitrantur, & non eorum, quorum nominibus inſcripti ſunt, ſcilicet* Aſaph, Idithum, filiorum Cohre, Eman Ezraithæ, Moſis, & Salomonis & *reliquorum, quos Esdras primo volumine Paralipomenon comprehendit. Erunt itaq; juxta hanc ſententiam decem hujus voluminis autores: quorum nomina in titulis Pſalmorum ponuntur, videlicet* David, Salomon, Moyſes, Aſaph, Ethan Ezrachi, Eman Ezraita, Idithum, & tres filii Cohre, ---

(271) Juſti ASTERII JCti nomine prodiere Tractatus duo, quorum primus *Deploratio Pacis Germanicæ*, ſive *Diſſertatio de Pace Pragenſi, tam infauſtè, quam injuſtè inita; Pragæ Bohemorum* 20/30. Martii 1637. Paris 1639. quam Suecarum eſſe partium liquido conſtat, inquit ex vero *Geisler.* dec. 5. n. 2. Idem ſcriptum Germanice ſed mutilatum 1669. in 8. recuſum docens. Ei opponitur der Schwediſche Stórenfriede/ oder gewiſſer Grund und Beweiß/ daß die Schwediſche Waffen nach geſchloſſenen Pragiſchen Frieden in Teutſchland unrecht/ &c. Durch Innocentium Ehrenfrid vom Creutzlag/ 1637. in 4. cui adde 1. Vindicias Pacificationis Pragenſis Germanicas, aufgeſetzt durch einen getreuen Chur-Sächſiſchen Patriotem 1635. 4. Item, Gegrůndete Ablehnung etlicher wider den Pragiſchen Friedens-Schluß movirten dubiorum, von einem Liebhaber des Friedens 1636. 4. aliaque hinc inde vulgata ſcripta plura. Secundus, *Examen Comitiorum Ratisbonenſium*, ſive *Disquiſitio Politica, de nupera Electione noviſſimi Regis Romanorum: in qua perſpicue oſtenditur, neq; Conventum Electoralem Ratisbonæ rite inſtitutum, neq; Deſignatio-* nem

*nem Regis Romanorum legitime celebratam eſſe.* Juxta Exemplar Hanoviæ 1637. cum Privilegio Veritatis. in 4. Horum duorum ſcriptorum prius HUGONI GROTIO adſcribitur a *Georgio Hornio*, in orbe Politico part. 2. pag. m. 38. An etiam poſterius eidem adſcribi debeat, Lector viderit. Ego vix ea de re dubitaverim.

Sed nunc ab *Hornio* diſcedere me jubent & *Grotius* ipſe in epiſtolis, & *Pufendorffius* in Commentariis rerum Suecicarum, qui AuctoremScriptorum horum faciunt quendam *Johannem* STELLAM Bipontinum, Gallorum ſtipendiis illigatum. Quod me monuit ex Dn. *Franckenſteinii* MSto *Stampelius* Auditor olim meus nunc Lipſiæ agens J. U. C. doctisſimus in litteris 1696. ſcriptis & Jo. *Deckherrus* non in epiſtola tantum peculiari de 4. dec. 1676. ſed & de Scriptis Adespotis p. 140. ſeqq. Quibus adde *Boeclerum* in notis ad Ottonis Jus publicum p. 59. De Poſteriori Aſterii ſcripto *Pufendorf.* lib. IX. p. 302. b. judicaſſe indicat cordatos, id genus libris hoſtem irritari, vires ejus non minui; quare & Stellam admonitum, ne operi ſuum nomen aut aliquam Galliæ urbem adſcriberet. Addit hic *margo Diecmannianus* ex Vitriario:

„ Idem argumentum tractavit nuper *Juſtus* „ASTERIUS, vel ut verius loquar, *Johannes* „STELLA, Reſidens Chriſtianiſſimi Galliarum „Regis Argentinæ: tempore Ferdinandi III. in „Regem Roman. eligendi, quum ad electionem „Elector Trevirenſis non vocabatur, in cujus fa„vorem edidit Examen Comitiorum Ratisbo„nenſium, quo oſtendere conatus eſt, electio„nem illam eſſe irritam, quia non convocatis „omnibus Electoribus, adeoque contra A.B fa„cta; Huic ſe opponebat Joh. *Oſterman*, Electori „Colon. a Conſiliis, docendo electionem rite „factam eſſe. Hæc *Vitriarius illuſtratus* ed. Friburg. 1691. 8. p. 220.

---

(272) TURCIUS RUFIUS ASTERIUS. Sub Hujus nomine extat Collatio V. & N. Teſtamenti, quæ tamen ab aliis MAMERTO CLAUDIANO, ab aliis SEDULIO Poetæ adſcribitur, ut obſervat *Miræus* Bibl. Eccleſiaſt. p. 191. adde pag. 82. itemque Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 48. col. b. cui tamen TURCUS *Ruffus Aſterius* nuncupatur. Ad *Sedulium* potius referenda videtur *Bailleto* in indiculo des Auteurs deguiſez p. 530.

---

(273) ASTERIUS URBANUS. Scripſit *adverſus Cataphrygas* libros tres, docente Guil. *Cave* (a) ex *Euſebio*: quos alii APOLLINARI, alii RHODONI tribuunt, de quorum poſteriori immediate poſt illum Aſterium ibidem agit *Cave*, l. c. & fuſius Hiſtor. liter. Script. Eccleſ. pag. 32. 35.

(a) Cave Cartophyl. Eccl. pag. 14. Aſterius Urbanus *Epiſcopus an Presbyter, incertum. Claruit circa ann. 188. Scripſit ad Abricium Marcellum (an idem ſit cum Abercio Hierapolitano, de quo ſupra, viderint eruditi) adv.* Cataphrygas libros III. *Hos Rufinus & ex eo alii* Apollinari Hierapolitano, *Hieronymus* Rhodoni, *aliquando etiam* Apollonio *tribuunt, cum ex Euſebii nota conſtat Aſterium quendam* Urbanum *autorem eſſe.*

---

(274) ASTORO *Griſagni.* Perſonatum nomen eſt, ſub quo extat in *Bibliotheca Aproſiana* tractatus Italicus MStus: *difeſa della Salmace del Preti* di Aſtoro Griſani in 4to. Auctor eſt *Guid. Ubaldo* BENAMATI, Gentilhuomo di Gubbio, ut docet la *Viſiera Alzata Hecatoſt.* num. LXV. p. 69. ſub lit. (a) exſcripta.

(a) Villani Viſiera Alzata Hecatoſt. num. LXV. p. 69.

*LXV. GUID. UBALDO BENAMATI, Gentilhuomo di Gubbio hauenda letto nelle* Conſiderationi di Meſſer Pagiano *pag. 725. e ſegu. una fiera cenſura alla Salmace famoſiſſimo Idillio di* Girolamo Preti *Soauiſſimo Cigno del picciol Reno; per non laſſar l' Amico indifeſo ſcriſſe non però ſi ſtampò.*

Difeſa della Salmace del Preti *di Aſtoro Griſagni 4.*

*Si conſerva il M. S. Originale dell' Autore nella Biblioteca Aproſiana.*

---

(274) D. *Bernardi* de ATAYDE, illuſtrisſimi Epiſcopi ſui nomine & juſſu, utpote cui ægrotanti apud Metinam Campi diu aſtitit, edidit *Gabriel de* HENAO Hiſpanus, Valliſoletanus, S. J. Epiſtolam Paſtoralem ad Clerum ſuæ diœceſis, impreſſam Matriti, typis Didaci diaz à Camera. 1655. vide *Sotwell.* Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſu p. 271. a. Scripti hujus inter reliqua Gabrielis de Henao Opera, p. 387. recenſita non meminit Nicolaus *Antonius.*

ATEGA v. *Onantio.*

---

(275) ATHANASIUS Epiſcopus Alexandrinus quænam ſcripſerit, vide apud *Hieronym.* & *Sophronium* pag. m. 137. *Sixtum Senenſem* l. 4. p. m. 250. *Bellarm.* ad A. C. 340. *Poſſevinum* T. 1. pag. 125. & ſeqq. *Gerhardum*, *Geſnerum* alioſque. Suſpecta & ſuppoſititia illius præter horum aliquos, & editores varios operum ejus, recenſent *Bellarminus*, *Cocus*, *Rivetus*, & vel maxime du *Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom. 2. pag. 40. ſeqq cujus excerpta habes ſub lit. (a) quibus adde alia Tom. IV. p. 55. ubi VIGILIUM TAPSENSEM XII. *libros de Trinitate* ejus nomine ſcripſiſſe refert: aliaque certis auctoribus vindicantur.

I. Commentarius in Epiſtolas omnes Paulinas, THEOPHYLACTI *Bulgariæ Epiſcopi poſtea deprehenſus, docente* Poſſevino, & Riveto *Crit. ſacr. lib. 3. cap. 6. in fol. pag. m.* 227.

Adde *Cave* Hiſt. lit. Script. Eccleſiaſt. pag. 105. a. qui itidem Theophylacto tribuit.

II. De Vera & pura Eccleſia, *quem contra viſibilem Eccleſiam ab* Henrico BULLINGERO *conſcriptum, & ſub hujusce Patris nomine divulgatum aſſerunt Pontificii*, Th Raynaud, *de mal. & bon. lib. pag. m. 163.* Poſſevinus *in præfat.*

*præfat. apparatus ſacri. Quo jure hæc dicantur, & quomodo probari poſſint ejuſcemodi traditiones, ipſi viderint. Vide quæ ſupra ad* Alcuinum *diximus.*

Conſtare dicit inter Bullingeri & Athanaſii Opera de tali libro & titulo ait *Prideaux* Orat. IX. p. 85. Adde *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 530.

III. Epiſtolas ad Conſtantinum Imperatorem *ab Arrianis ſcriptas prætereo, quia non extant amplius.*

IV. De Incarnatione, Cumulus opuſculorum, *quem MAXIMI cujusdam multo recentioris eſſe vult* Schultetus *in Analyſi Patrum part. 2. c. 42. cui adde* Bezam *apud* Mareſium *in diſp. de vocab. Trinitatis: theſ.* 43. *THEODORETI eſſe* Raynaud. *de mal. & bon. lib. p.* 127. *ex* Photio *probat, &* Dalæus *de Demonſtrat. fidei ex ſcriptis PP. part. 1. c. 8. p. 40. & ſeqq.*

Theodoreto adſcribi confirmat *Cave* l. c. qui tamen contra D. Alixium, ſcriptum hoc *Athanaſii Genuinum* eſſe videtur probare velle. At Athanaſii non eſſe contendit *du Pin* Nouvelle Bibliotheque. Quod & ex ea obſervat *Journal des Scavans* du 4. fevr. 1692.

V. Diſputatio Laodiceæ habita contra Arrium, VIGILII Tapſenſis *ex propria illius confeſſione probatur.* Bellarm. *p. m.* 78. *Rivet. l. 3. c. 6. p.* 275. Raynaud. *pag.* 117. 118. *&* 235.

Confirmat *Cave* l. c. qui hoc omnibus notum eſſe, adeoque extra omne dubium ponit. *Raynaudi* Cenſur. Apocryphor. l. 11. *Ienzel.* de Symb. p. 253.

VI. Quæſtiones ad Antiochum ex V. & N. Teſtamento, *communiter* Athanaſio *noſtro abjudicantur. Collectanea cujusdam Studioſi ex Patribus variis putat* Sixtus, *alterius vero cujusdam* ATHANASII *quod ſint, docere conatur* Raynaud. *l. c. p.* 127.

Conſentit *Cave* l. c. qui rationem aſſenſus exprimit, eo quod Occidentales omnes Francorum nomine inſigniantur. ATHANASIO MINORI tribuit *Lambec.* Biblioth. Cæſar. lib. V. pag. 98. ſub lit. (a) vid. & lib. III. p. 97. & lib. I. p. 125. ſeqq. Accedunt his olim mihi adhuc intacti libri Pſeudo-Athanaſiani ſequentes.

VII. *Vita St. Antonii* falſo Athanaſio adſcribitur, ut ex Basnagio notant *Acta Eruditor. Lipſ.* An. 1687. pag. 567. & *Deckherr.* de Script. Adeſp. p. 77. & *Cave* l. c. quibus adde M. *Goezium*, de dubiis Athanaſii ſcriptis Lipſ. 1689. §. XII.

VIII. *Hiſtoria Miraculi* Athanaſio tributa, quod ATHANASII quoque cujusdam JUNIORIS ſit, evincitur à *Lambecio* Biblioth. Cæſar. lib. 8. p. 325. ſub lit. (b) Adde eund. lib. I. pag. 125. ſeqq.

IX. *De Deipara Virgine*, qui extat Tomo II. inter Baſileæ a Frobenio edita opera Athanaſii liber, ut docet *Simler.* Biblioth. Geſneri p. 72. b. non eſt Athanaſii; ſed ſcriptus poſt exortum Hæreſeos Monotheleticæ, judicante *Cave* l. c. tributus Athanaſio ab Ecſtaticis, ad conciliandam Ecſtaſibus ſuis fidem, ut vult Oudin, citantibus *Actis Erudit. Lipſ.* 1686. p. 397. (c) CYRILLO tamen ALEXANDRINO aſſignatur a *Baronio* & *Bellarmino*, ut habet *Lambecius* diar. Sacri Itin. cellenſ. p. 116. ſub lit. (d)

X. *Syntagmata Doctrinæ ad Clericos & Laicos* ex Cl. Iſa. *Voſſii* Bibliotheca primum edita Pariſ. 1685. Gr. & Lat. ATHANASII JUNIORIS eſt judicio *Voſſii*, monente *Cave* l. c. Ubi ſimul de ſyntagmatis hujus Auctore diſceptantes indicat Cl. *Arnoldum* & Theologum quendam Rothomagenſem, de quibus plura monent *Acta Erud. Lipſ.* an. 1687. p. 564. & an. 1685. pag. 510. ſqq. ex iis, quæ hac de re notant *Nouvell. de la Republique des Lettres* Guil. 1685. p. 744. lit. (e) vid. etiam *Goez* §. XIV. de dubiis Athanaſii ſcriptis: & quæ aſſerunt *Nouvelles de la Rep. de lett.* an. 1687. pag. 271.

XI. *De Virginitate* ſeu de *Meditatione* liber qui extat Athanaſii nomine, non eſt Athanaſii, ut docet ex *Sculteto* & *Riveto* contra *Natalem Alexandrum Goezius* diſp. ſupra cit. §. VII. Scriptum eſſe tamen ab Athanaſio Ejusdem argumenti librum obſervat *Cave* Hiſtor. Liter. Script. Eccleſ. p. 103. b.

XII. *Dialogi ſeptem Contra Arrianos, Apollinariſtas & Macedonianos*; in editione Heidelbergenſi bifariam dividuntur. V. priores *de Trinitate*, reliqui II. *inter Orthodoxum & Macedonianum.* Hi ab aliis MAXIMO MONACHO, ab aliis ETHERIO THYANENSI adſcribuntur: revera tamen ſunt THEODORITI SYRI, Antiocheni, ut evincit *Garnerius*, teſtante *Cave* loc. cit. pag. 104. b. Adde *Morhof.* Polyhiſt. lib. I. c. XXIV. p. 291. *Maximo* attribuit *Hoeſchel.* Polyhiſt. Auguſt. XX. p. 18. Phot. 968. indicante *Symbola Normanniana*, quæ ex *Beza* citat Sequentia ſub lit. (f) adjecta. Vide Theodoritus.

XIII. *Orationes in Aſſumtionem Domini.* Quatuor illarum citat *Cave*, quarum *prima* manifeſte non ſit Athanaſii, utpote Neſtorianam & Eutychianam hæreſin reſpiciens; *Poſteriores* autem *duas* videri eſſe BASILII SELEUCENSIS, NESTORIO tamen à *Garnerio* tribui.

XIV. *S. Syncleticæ Vita*, quæ inter opera quoque Athanaſii extat in MS. nonnullis POLYCARPO Monacho cuidam adſcribitur, ut notat *Cave* loc. cit. At *Miræus* & hanc & Antonii Vitam pro genuinis Athanaſii Scriptis agnoſcit, non itidem Theclæ, ut obſervare licet de Scriptoribus Eccleſiaſt. p. 17. & 184.

*XV.* Nec *Liberii* nomine quæ extat ad Athanaſium, *epiſtola*, Liberii eſt, nec quod Athanaſii

naſii nomine circumfertur *ad Liberium reſponſum* Athanaſii eſſe poteſt, ut indubiis rationibus oſtendit *Goezius* differt. ſupp. memor. §. V. & VI.

XVI. *Sermones XX. contra diverſas Hæreſes*, quæ Athanaſio vulgo adſcribuntur, vindicantur cum dialogis V. de Trinitate, MAXIMO MONACHO CONSTANTINOPOLITANO, qui obiit 657. per Abrah. *Scultetum* p. 483. & *Rivetum* Crit. Sac. 276 277. notante *Symbola Normanniana:* adde *Deckher.* de ſcriptis adeſp. p. 76. vide Theodoritus infra.

XVII. *Symbolum Athanaſii*, Hujus Autoris non eſſe, facile inde apparere colligit *Cave* l. c. quod demum ao. 1233. à Gregorii IX. legatis in diſputatione Conſtantinopoli habita teſtimonii loco citatum fuerit. VIGILIO TAPSENSI adſcribi debere autumat. Quem eundem Auctorem conſtituit cum *Queſnellio*, *du Pin*, ut & ex eo obſervant *Acta Erud. Lipſ.* ao. 1693. pag. 419. Sed multis contra Vigilium argumentis militat Joſ. *Antelmius* diſquiſitione de Symbolo Athanaſii, quam recenſet *Journal des Savans* du 2 fevr. 1693. pag. 71. ſeqq. tandemque VINCENTIUM LERINENSEM, pro Auctore hujus Symboli venditat, p. 74. Quod iterum repetunt Acta Eruditorum ao. 1695. p. 412. ſeqq. At denique VigilioTapſenſi vindicat *Tenzelius* in Judiciis de hoc Symbolo, p. 242. ſeqq. cui adde *Journal des Savans* 1681. pag. 282. & *Biblioth. Univerſ.* 1689. Tom. 15. pag. 314. lit. (g) Quæ Anglici quidam Theologi in hoc Symbolo deſiderent vide *Barrocco* citata, in Biblioth. Univerſel. de l'année 1688. p. 39. ſeqq. Tom. X. Ut autem eo melius diſtinguantur Athanaſii vera ſcripta à fictitiis, obſervandum eſt (1.) à Vigilio Tapſenſi multa ejus nomina edita eſſe, quæ ipſius non ſunt. (2) duos fuiſſe Athanaſios in Eccleſia Orientali celebres, quos male confundi obſervat *Lambecius* lib. III. Biblioth. Cæſar. p. 97. & lib. I. 124. ſeqq. & lib. V. p. 98. & 229. (3) omnes ferme Papicolas pro genuino Athanaſii opere agnoſcere Symbolum ejus nomine venditatum, ut notat *Rudrauffius* diſput. Gieſſæ 1686. habita, de libris Symbolicis Cap. II. §. 10. Cujus modeſtum de hoc argumento judicium ſub lit. (h) repræſentamus. Ceterum quam multi pro Auctoribus Symboli Athanaſiani habiti ſint, quamque varie hoc argumentum ab eruditis diſputatum ſit vid. apud *Tenzelium* lib. ſupra memorato de Judiciis &c. quem breviter excerpſerunt *Acta Erud. Lipſ.* 1687. p. 543. ſub lit. (l.) quæ & 1685. p. 509. & ſeqq. jam in eo fuerant. v. infra *Clencherum* Pſeudonymum.

XVIII. βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας (ἐγκλητικῆς) exſtat *Græcè & Latinè* apud *Cotelerium* T. I. Monum. Eccl. Græcæ p. 201. ad 277. qui in notis p. 745. in ſuis codicibus ἀδέσποτον ferri, in aliis ATHANASIO, aut POLYCARPO Aſcetæ tribui obſervat. Ipſe in *Athanaſium* pronior videtur, adducta & *Nicephori* auctoritate ex Hiſt. Eccl. VIII. XL. Eadem, ut arbitror, eidem *Athanaſio* tribuitur à *Barvoetio* ap. *Labbeum* *Biblioth.* MSS. pag. 183. *Symbola* eſt *Normanniana.* Adde *Diecmanniana Marginalia* ſequentia.

*Auctor opuſculorum quorundam adverſus Eytychianos & Apollinariſtas, qui inter* Athanaſii *opera leguntur*, Theodoreti *eſſe videntur, ut alibi dixi, ait* Petavius *Tom. IV. Theol. Dogm. P. 1. l. 3. C. 1. §. 2. pag. 205.* Athanaſio *attributi ſermones in varias hæreſes, ſunt* Etherii *hominis Neſtoriani, ut ex Marii Mercatoris operibus nuper editis diſcimus. V. Journal des Sçavans A. 1674. pag. 155.* Athanaſii ſermonem de Deipara, *quem ejus non eſſe variis indiciis conſtat, ſunt qui* Cyrillo Alex. *tribuant, teſte* Labbeo. *Tom. 1. de ſcr. Eccl, p. 115.*

Et ad num. (III.) *Idem quod hic* Rayn. & Poſſevinus *agunt* Gretſer. *l. 2. de jur. & mor. probib. libr. mal. C. 5. pag. 280. 281.* Claud. Clemens *Muſei l. 2. ſect. 3. C. 3. p. 399.*

Ad num. (IV.) *Qui operum* Athanaſii *Tomo II. extant* Dialogi, *non illius ſunt, ſed* Maximi. *V. Petavium Tom. I. Dogm. Theol. l. 2. C. 3. num. 2. pag. 117. 118. Adde 226. & Tom. 2. pag. 316. 369.*

Ad num. (XVII.) Athanaſii *nomine celebre* Symbolum, *quod ejus eſſe, idoneis ſatis argumentis, fatente ex noſtris inter alios* Carpzovio *Iſagog. in libr. Symbol. p. 72. 73. adſtrui nequit; imo non levibus rationibus impugnari poteſt. Alibi* Euſebio Vercellenſi, *alii cuidam* Anaſtaſio, Sandius Athanaſio Epiſcopo Nemetum *qui ſeculo ſeptimo vixit*, Queſnellius Vigilio Tapſenſi *tribuunt. Quod argumentum late & erudite proſequitur Wilh. Ern.* Tentzelius *in Judiciis de Symb. Athanaſ. ſtudioſe collectis & inter ſe collatis ed. Gothæ 1687. 12. Poſt quem librum editum in Nova de Symb. Athanaſ. Diſquiſitione, Paris. 1693. 8. emiſſa nova de ejus auctore Joſephi* Antelmii *ſententia acceſſit, qui* Vincentium Lirinenſem, *facit. V. l.* Acta Erud. Lipſ. *Ao. 1695. pag. 412. ſſ. Tandem videatur & Homonymoſcopia* Molleri *p. 419.*

(a) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques *Tom. II. pag. 40. b.*

La refutation de l'Hypocriſie de Melece *eſt plutôt un Ouvrage de* Paulin d'Antioche, *ou de quelqu' un de ſon parti que de ſaint* Athanaſe: *qui n'etoit pas ſi entêté ſur le fait des trois hypoſtaſes, ni ſi emporté contre Melece, que l'Auteur de ce Traité.*

La vie de ſaint Syncletique *donnée en Latin par* Bollandus, *& en Grec par le Sçavant* M. Cotelier, *dans ſon premier volume des Monumens de l'Egliſe Grecque, eſt ſoupçonnée de fauſſeté: parce que perſonne n'en parle avant* Nicephore, *& que dans quelques Manuſcrits elle eſt attribuée à* un Moine *nommé* Polycarpe *outre qu'elle n'eſt point du ſtile de ſaint Athanaſe.*

Ib. col. b. Le Symbole, *qui porte le nom* de ſaint Athanaſe, *a long-tems paſſé ſans contredit comme un Ouvrage, dont ce Pere eſtoit veritablement l'Auteur. Neanmoins preſentement tout le monde convient qu'il n'eſt point de lui, mais de quelque Auteur qu'a vêcu long-*

tems aprés lui. L'on ne ſçait qui ce peut-être : quelques-uns l' attribuent à quelque François ; d' autres comme le Pere Quesnel , pretendent qu' il eſt de Vigile de Tapſe, qui vivoit vers la fin du cinquiéme ſiecle de l' Egliſe.

Les autres Ouvrages attribuez à ſaint Athanaſe ſont encore plus manifeſtement ſuppoſez , & presque perſonne ne les à reconnus pour veritables. La Diſpute contre Arius , qui eſt dans le premier volume , eſt un Dialogue composé ſous le nom de ſaint Athanaſe & d' Arius, par quelqu' un qui a vecu bien depuis ſaint Athanaſe. Cela eſt viſible, & tout le monde en convient ; mais on ne ſçait pas qui en eſt l' Auteur. Quelques-uns l' attribuent à Vigile de Tapſe : pour moi je croi que c'eſt plûtôt l' Ouvrage d' un Grec que d' un Latin , & qu' on pourroit bien l' attribuer à Maxime.

Ib. pag. 42. La Lettre de Jovien à S. Athanaſe , & celle de S. Athanaſe à Jovien , qui ſont dans le ſecond volume, doivent paſſer pour tres-ſuſpectes. Celle de S. Athanaſe en fait voir la fauſſeté , parce qu' elle contient une Confeſſion de Foi differente de celle du Concile de Nicée ; & il eſt certain que ce Saint n' en a point envoïé d' autre à cet Empereur. L' Auteur de cette Lettre parle en des termes , qui font voir que ce n' eſt point Saint Athanaſe , mais plûtôt Apollinaire qui l' a écrite, puisqu' il ne reconnôit qu' un nature en JESUS CHRIST. Et certes Leonce eſt témoin qu' Apollinaire avoit inſeré cette doctrine dans un Ecrit à l' Empereur Jovien. &c. Un bonne partie de ce livre eſte tirée du Livre d' Athanaſe Sinaïte , intitulé ὁδηγὸς ; & dans quelqves Manuſcrits ces Definitions ſont attribuées à Maxime, ſous le nom du quel le Pere Combefis les a données au Public.

Tous les Sçavans conviennent que les ſept Dialogues de la Trinité ne ſont point de ſaint Athanaſe : la difference du ſtile, des termes, & de la doctrine en ſont des preuves convaincantes ; & il eſt viſible que l' Auteur de ce Traité a vêcu depuis le Concile de Conſtantinople, dans le tems qu' il y avoit dans l' Egliſe des diſputes ſur l' incarnation de Jeſus - Chriſt. Le Pere Combefis les a reſtituez à Maxime , ſur l' autorité de quelques Manuſcrits , & ſur le temoignage des nouveaux Grecs qui les citent le plus ſouvent ſous le nom de cet Auteur. Le Pere Garniere tres-habile Jeſuite les attribuë a Theodoret , & les a fait imprimer ſous ſon nom dans un pretendu Supplément des Ouvrages de ce Pere. Mais il n' a pour defendre ſon ſentiment , que des conjectures aſſez legeres & il ne refute pas aſſez ſolidement l' opinion du Pere Combefis.

Col. b. Le Livre ſuivant, intitulé Tragedie, porte fauſſement le nom de S. Athanaſe. Photius au code 46. rapporte tous les titres des queſtions traitées dans ce Livre avec quelques autres qui ne s'y trouvent plus , & les attribuë à Theodoret. Le Pere Garnier les donne ſur la Foi de Marius Mercator , à Etherius de Tyane , diſciple de Theodoret.

Ibid. p. 43. Les onze Livres de l'unité de la divinité dans la Trinité , ſont de Vigile Diacre d' Afrique , & depuis Evêque de Tapſe , auſſi bien que le Dialogue, ou conference d' Arius & de S. Athanaſe , qui ſuit ſes onze Livres.

Col. b. Les deux derniers ſur la Pâque & ſur l' Aſcenſion ſont attribuez dans quelques Manuſcrits à S. Baſile de Seleucie , & il y a apparence qu' ils ſont tous quatre de cet Auteur. &c. Je ne parle point du Commentaire ſur les Pſeaumes , qui porte dans les premieres editions le nom de S. Athanaſe , parce qu' il eſt conſtant que c' eſt celui de Theophylacte.

(aa) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. lib. V. p. 98.

Decimo - quarto , & quidem à fol. 242. pag. 2. usque ad fol. 246. pag. 1. ex Athanaſii Minoris ſeu Junioris Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris ad Antiochum Quæſtiones ſex , quarum prima de multiplici differentiâ peccati fornicationis inſcribitur atque incipit hoc modo : Ἀθανασίου τοῦ ψιλοῦ ἑρμηνεῖαι. Ερώτησις ; πόσα κρίματα καὶ πόσα ἁμαρτήματα , πορνεία εἰσι; πολλὰ καὶ διάφορα μείζονι γὰρ κρίματι ὑπόκειται &c. Notabile autem eſt, Athanaſium illum in hoc codice MSto Cæſareo expreſſè cognominari τὸν ψιλὸν , hoc eſt , Parvum , nempe reſpectu S. Athanaſii Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi , cui , ut alias jam indicavi , eædem Quæſtiones perperam attribuuntur , ideoque etiam Operum ipſius , græcè & latine Pariſiis Ao. 1627. editorum , Tomo ſecundo inſertæ ſunt. Ibi enim jam memorata prima Quæſtio eſt nonageſima ſexta , pag. 368. ſecunda autem eſt centeſima ſexta, pag. 373. tertia eſt decima octava, pag. 337. quarta eſt ſexageſima octava , pag. 354. quinta eſt ſeptuageſima quarta , pag. 360. ſexta denique eſt ſeptuageſima quinta p. 361.

(b) Lamb. Biblioth. Cæſar. lib. 8. p. 325. Duodecimo , & quidem a fol. 108. pag. 1. usque ad fol. 111. pag. 2. Hiſtoria Miraculi, quod Ao. C. 765. ſub Imp. Conſtantino Copronymo , cum quæſtio de ſacrarum imaginum cultu quam maxime agitaretur , opportuniſſime contigit Beryti per Imaginem Chriſti , quæ cum a Judæis ad imititationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet , verum ex latere ſuo emiſit ſanguinem & aquam. Attribuitur quidem ea in hoc Codice S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino , ſed perperam ; verusque Hiſtoriæ iſtius autor eſt Athanaſius aliquis, Magno illo Athanaſio integris fere quadringentis annis junior , utpote qui ipſe expreſſe indicat , ſe eodem tempore vixiſſe , quo Miraculum illud contigit.

(c) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1686. pag. 397. F. Caſimirus Oudin in Supplemento de Scriptoribus, vel ſcriptis Eccleſiaſticis a Bellarmino omiſſis , Maraccium, & Spinellum perſtringit, devotos , ut appellat , Marianos , qui inter ecſtaſes ſuas nullum antiquitatis guſtum habeant , & nulla alia de cauſſa Opus de Deipara Virgine Athanaſio vindicent , quam ut ecſtaticis ſuis exceſſibus ſatisfaciant.

(d) Petrus Lambecius Diario Sacri Itin. Cellenſ. p. 116.

In vetuſtiſſimo illo ſermone de ſanctiſſima Deiparâ, qui S. Athanaſii Archi-epiſcopi Alexandrini Operibus inſertus eſt , ſed ab Eminentiſſ. Cardinalibus Bellarmino ac Baronio propter refutationem Neſtorianiſmi S. Cyrillo Alexandrino potius , quam ipſi S. Athanaſio attribuitur.

(e) Nouvelles de la Republique des Lettres. Juillet. 1685. p. 744. & ſeqq.

Ce qui fait croire à M. Arnold que c'eſt un Ouvrage de S. Athanaſe , eſt I. que le titre le lui attribuë. 2. qu' il a trouvé un MS. dans la Bibliotheque Royale , intitulé : Queſtions Canoniques & reponſes du S. Synode,

node, où l'on cite deux endroits de cette Piece, comme étant de S. Athanaſe. 3. qu'il y a diverſes choſes dans cet Ecrit entierement conformes à celles qu'on voit dans S. Athanaſe au Traité de la Virginité.

Mais on peut repondre 1. que le titre a été mis par un Copiſte, comme lors qu'un Libraire ayant trouvé le nom de Novatien à la tête d'un livre, y mit celui de Tertullien, qui étoit plus celebre & moins odieux. 2. que le Synode, qui attribue cet Ouvrage à S. Athanaſe, ſelon M. Arnold, ne s'eſt tenu qu'au IX. ſiécle, temps d'ignorance où il a êté aiſé de meconnoitre l'Auteur d'un Manuſcrit. 3. que S. Athanaſe ne dit en aucun endroit de ſes Oeuvres qu'il a fait ce livre-ci, & qu'aucun des Peres ne le lui attribue. 4. qu'il eſt conſtant que du temps de S. Athanaſe les Moines n'avoient point encore des Communautez ni de Régle, comme ce livre-ci le ſuppoſe. Il ordonne aux Moines 1. de renoncer à leurs biens; du moins c'eſt ainſi que M. Arnold explique ces termes de la page 22. ἐὰν χωρίον κέκτησαι ἐν μοναστηρίῳ ἀναχωρῶν οὐκ ἀνεχώρησέν σοι. Or du temps de S. Athanaſe les Moines pouvoient encore poſſeder en propre. Le Code Theodoſien l. 5. t. 3. cum not. Gothofred. leur permet de teſter. Le Pape Gregoire le Grand, l. 1. epiſt. 42. ordonne qu'on livre à Fauſtin la part que le Moine Jean lui avoit laiſſée en mourant. Il ſemble que le Scavant P. Mabillon rapporte la defenſe de poſſeder aucune choſe en propre à S. Benoit. Mais il avouë que le Maitre dans ſa Régle c. 89. veut que l'Abbé inſere dans ſon Teſtament les brefs des Donations qui ont été faites par les Moines, & il rapparte les exemples de divers Abbez & Abbeſſes comme celui de la Reine Radegunde & de Fulrad Abbe de S. Denys qui ont fait de ſemblables donations: De re diplomat. l. c. 2. En 2. lieu de payer les dimes, ce qui eſt non ſeulement contraire à l'explication que M. Arnold donne au paſſage ci-deſſus allegué, mais montre auſſi que S. Athanaſe n'eſt pas l'Auteur de cette Piéce, parce que les dimes n'ont commencé à êtré payées que longtemps apres lui. On n'en payoit point ſans doute pendant les 10. perſecutions, & ſi S. Cyprien employe ce terme c'eſt par égard aux dimes du Vieux Teſtament. Conſtantin ordonna que l'on donnât aux Paſteurs une Certaine portion de bled. Cette Ordonnance ſubſiſta juſqu'à Julien l'Apoſtat, & fut retablie par ſon Succeſſeur Jovien. Celui qui a fait l'Hiſtoire des Benefices rapporte l'origine des dimes à l'avarice de quelques Eveques de Cour qui ne ſe contentant pas du quart de la maſſe qui leur avoit été aſſigné, la prirent toute entiére, ſi bien qu'on fut obligé de lever des dimes pour l'entretien des Pretres, & ce fut Charlemagne qui porta cette coutume en Italie. 3. d'obſerver le Carême de l'Egliſe. M. Arnold prend cette expreſſion à la rigueur pour le jeune qui s'obſerve depuis le Mercredi des cendres juſqu'au Dimanche de Paques Fleuries. Cependant s'il paroit par le temoignage de Socrate Hiſt. l. 5. c. 22. que ceux d'Alexandrie jeunoient péndant 6. ſemaines, ce n'a été que ſous l'Empire de Valentinien & de Theodoſe. 4. de ne ſe pas marier. Il n'y a nulle apparence que S. Athanaſe qui avoit aſſiſté au Concile de Nicée, ou le ſentiment contraire avoit prêvalu, ſoit l'Auteur d'une defenſe qui s'etend ſur tous les Pretres. J'oubliois à vous dire que cet Ouvrage eſt appellé le troiſiéme à Quirinus, qu'il eſt bien vrai qu'on trouve deux livres à Quirinus parmi ceux de S. Athanaſe, mais ils ſont écrits contre les Juifs, & que l'Illuſtre M. Bigot ne croit point que celui-ci ſoit de S. Athanaſe, mais de quelque ancien Auteur, & qu'il étoit utile de le publier.

(f) Symbola Normanniana.

Athanaſii Dialogi Quinque περὶ τῆς ἁγίας τριάδος Gr. & Lat. per Theodorum Bezam ap. H. Steph. 1570. 8vo. Ejuſdem Sermones XX. contra diverſas hæreſes per Abr. Sculteтum; qui & Dialogos, & Sermones, Maximo Monacho, Conſtantinopolitano qui obiit A.D. 657. vindicat.

(g) Biblioth. Univ. Tom. 15. pag. 314. On peut trouver ici La refutation de ceux qui veulent que le Symbole qui porte le nom de S. Athanaſe ſoit veritablement de lui. L'Auteur croit apres quelques Savans, qu'il eſt de Vigile, Eveque de Thapſe qui vivoit ſur la fin du cinquieme ſiecle; temps auquel les Vandales qui etoient Ariens perſecutoient violemment les Orthodoxes. Dans la Critica Hiſtorico Chronologica in Annales Eccleſiaſticos Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Cæſaris Cardinalis Baronii &c. R. P. Antonii Pagi Doctoris Theologi.

(h) Kilian Rudrauffius Diſp. Gieſſæ 1686. habita de Libris Symbolicis, Cap. II. §. 10. Sequitur Symbolum Athanaſianum, de quo maxima inter Eruditos eſt controverſia, cuinam ſua debeat primordia? Communiter quidem Athanaſianum appellari putant ab Athanaſio Alexandrinæ Eccleſiæ Patriarcha, qui omni niſu Arianis ſeſe opponens maximas perpeſſus eſt perſecutiones, easque propter per univerſum Chriſtianum orbem quam maximum comparavit nomen. Statuunt hoc Suarez. de Fide Diſput. 2. Sect. 5. num. 5. Poſſevinus in Apparatu in Vocab. Athanaſius fol. 125. Bellarm. in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſt. Baronius in Annalib. ad annum Chriſti 340. & ad unum omnes ferme Papicolæ, quorum conſtans ſenſentia eo collimat, Symbolum hoc lingua Latina ab Athanaſio eſſe confectum, quando Romam a Julio Papa fuerat citatus, ut Papæ ceu Univerſali & Oecumenico Epiſcopo, ſeſe ſubmitteret, prout etiam ex noſtratibus D. Chriſtianus Matthias lib. 4. de Monarch. p. 318. id recitat.

§. 11. Aſt ſuſpectam nonnullis reddiderunt hanc ſententiam (1) quod in antiquis operibus Athanaſii manuſcriptis Symbolum hoc plane non reperiatur. Excipit quidem B. Carpzov. in Iſagog. Lib. Symbol. p 73. unicum exemplar, ſed illud autoris nomen non habuiſſe adſcriptum, ex Sculteti Medulla Patrum ſtatim addit. Meminit etiam Petrus Feltmannus Coronæus in variantibus Athanaſ. Lectionibus, Commelianæ Editioni ſubjectis, ſe incidiſſe in Codicem quendam Bibliothecæ Palatinæ, ubi illud cum præfixo Athanaſii nomine invenerit. Verum, quemadmodum una Hirundo non facit ver; ita neque unum Codicem, manu fortean recentiori deſcriptum, ſatis perſuadere poſſe illud ipſum in vetuſtiſſimis etiam Codicibus reperiri putat Joh. Gerard. Voſſ. loc. cit. (in Diſſert. de Symbol. pag. 82.) (2) Quod neque Athanaſius ipſe in Epiſtolis de fuga ſua contextis, neque Gregorius Nazianzenus, qui eodem vixit ſeculo, ac in laudem Athanaſii inſignem conſcripſit Orationem, neque ullus alius ſcriptor coætaneus hujus Symboli faciat mentionem. (3) quod Symbolum hoc primitus Latine videatur conſcriptum, id quod inde patet, quia Latinæ editiones exactiſſime conveniunt; Græcæ vero admodum inter ſe diſcrepantiæ cauſſam vix aliam dari poſſe autumant, quam quia Græce a variis eſſet translatum.

§. 12.

§. 12. *Quibus omnibus accuratius paulo conſideratis, non pauci Symbolum hoc* Athanaſianum *vocari ſtatuunt*, non *quod* ab Athanaſio *vere fuerit conſcriptum, ſed quia ſummam fidei* Athanaſianæ *complectatur, &* ex illius ſcriptis *ſit* concinnatum, *non ſecus ac Symbolum Apoſtolicum ita nuncupari diximus, quia ſummam fidei Apoſtolicæ continet: Cui ſententiæ calculum ſuum adjeciſſe videtur B.* D. Muſæus *in Colleg. Manuſcript. ſuper Formul. Concord.* Joachim. Camerar. *in Catena Græc. p. 297.* Meiſner. *Diſput. 3. Præcognitor. Theolog. Theorem. 20.* Pelargus *in Schola fidei, & ipſe denique* Genebrardus *Papiſta in Præfatione Commentarii ſui in Symbol. hoc. Cujus verba Auctor adſcribit.*

§. 13. *Nos inpræſentiarum hanc litem non faciemus noſtram, moti quod unicum teſtimonium affirmativum plus ponderis habeat, quam negativa infinita, factum enim omnino eſt quod vidit unus, non autem indubitato non factum quod vel infiniti non viderunt, unde* dubium adhuc *videtur*, annon potius laudati Symboli omiſſio, quam *ejusdem* expreſſio corruptela *ſit vetuſtorum* exemplarium.

(1) Acta Erud. Lipſ. ao. *1687. pag. 543.* (*Wilh. Ern. Tentzelius in Judiciis Eruditorum de Symbolo Athanaſii*) varias *de Symboli Auctore illorum conjecturas explorat. Quorum alii qui* Athanaſio *id abjudicant; alii* Euſebium Vercellenſem, *alii* Anaſtaſium, *alii* Athanaſium Spirenſem, *alii hominem* Gallum, *vel* Hiſpanum, *alii* Vigilium Tapſenſem *ſubſtituentes.*

---

(276.) ATHANASIUS alius, cujus nomine prodierunt 1554. in 4to *Scholia ad Reg. Poli Orationem contra Evangelicos.* Horum Auctorem verum eſſe *Petrum Paulum* VERGERIUM, docent Thomas *Hyde.* In Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 486. & *Baillet.* Liſte des Auteurs deguiſez, pag. 530. Idem Vergerius ſub Athanaſii nomine edidit *Faſciculum rerum expetendarum & fugiendarum*, ut notat *Simler. Biblioth. Friſ. 679.* b.

---

(277.) VINCENTIUS ATHANASIUS. Larva eſt *Johannis* LYSERI, quam induit in editione libelli, cui titulus: *Polygamia Triumphatrix*, ut monet *Severinus Waltherus Sluterus* Propylæi Hiſtor. Chriſt. Sect. II. pag. 230. num. 7. 8. nobis ſub lit. (a) excerptus: adde Diecmanni Natural. Bodini pag. 12. v. ſupra *Alethæus* & *Arcuarius*, & nuperrima ſuppeditata *Diecmanniana* ſequentia:

*Athanaſium Vincentium*, qui ad *Theophili Alethei* (de quo V. infra) Diſcurſum Politicum *de polygamia* prolixiſſimas, & maximam partem extra oleam vagantes Notas adjecit, atque toti operi ſic ſuffarcinato ſuperbum *Polygamiæ Triumphatricis* nomen impoſuit, eundem ipſum *Johannem Lyſerum* eſſe, qui duplici illa *Athan. Vincentii*, & *Theoph. Alethei appellatione* majorem ſui famam excitare voluerit, mihi aliisque, qui hominum propius noverunt, abunde conſtat. Cum hic Stadæ ao. 1677. aliquandiu degeret, & mihi non raro adeſſet, (qua occaſione inter me & ipſum tunc *certamen literarium, typis excuſum*, naſcebatur) jam iſtud vægrande opus cum Notis minabatur. Unde fruſtra duos ſibi hoſtes, quibuscum pugnaret, pro uno, Joh. *Meyerus*, Profeſſor Harderovicenus, in *Uxore Chriſtiana*, Amſtel. 1688. 4. excuſa Diſſertat. finxit, dum ſollicite ſemper *Vincentium* ab *Aletheo* diſtinguit. In quem errorem etiam Jo. *Clericum* Biblioth. univ. & Hiſtor. Tom. VII. p. 476. induxit.

(a) Severini Waltheri Sluteri Propylæum Hiſt. Chriſt. Sect. II. p. 230. n. 7. & 8.

Johannes Brunsmannus *in Monogamia Victrice, ed. Francof. an. 1679. in 8vo. cujus Defenſionem adverſus* Athanaſii Vincentii (Johannis Lyſeri) *Polygamiam triumphatricem cum aliis, tum Brunſmanno inprimis an. 1682. in 4to Londini Scanorum (quod tamen falſo pretenditur) oppoſitam, quondam mihi ab autore Hafniæ monſtratam memini, ſed an typis jam tum exſcripta ſit neſcio.*

n. 8. Johannes Meyerus *in Uxore Chriſtiana, ſive de Conjugio inter duos, deq; inceſtu & divortiis, Amſtel. an. 1688. in 4to. Sed &* me ipſum, *cum in Dania adhuc agerem, hos tales aggredi iuſſit importunitas* Johannis Lyſeri *ſub* Theophili Alethæi *nomine publico ſeſe cum impudenti propugnatione polygyniæ ſiſtentis, & cum alibi tum in Suecia maximè ob id (ceu præter Relationes publicas, viri illuſtris,* Samuelis Pufendorfii *epiſtola Holmia Svecorum ad me Hafniam olim perſcripta luculenter me docuit) ſevere tractati. Feci hoc, antequam* Feltmanni, Diecmanni atq; Brunsmanni *contra eundem ſcripta prodirent, in libello, cujus titulus: Theologiſche* Gedancken von der *Polygynia, ed. Roſt. an 1677. in 8. Cum autem nonnulla hujus libelli quidam ſub nomine* Daphnæi Arcuarii, in der Betrachtung des in dem Natur- und göttlichen Recht gegründeten Heiligen Eheſtandes/ *ed. an. 1679. in 4to adoriri ſuſtinuiſſet, reſpondi huic ipſi in libello anno 1680. Hamburgi impreſſo cujus titulus:* Pyrrhonii und Orthopili Unterredung von der im nechſten Jahre unter dem Namen Daphnæi Arcuarii ans Licht gekommenen Betrachtung &c. *Cum* Athanaſio Vincentio, *qui & ipſe poſtea primum meum libellum in Polygamia Triumphatrice (Scripti mei* Daphnæo Arcuario *oppoſiti editionem, jam tum ante biennium tunc procuratam, plane diſſimulante) aliquibus locis vellicare auſus eſt, ceu levis armaturæ milite, congredi inglorium duxi, maxime quod malitia ipſius cum pudenda inſcitia conjuncta ubiq; ſeſe prodat, & res ipſæ in Vindiciis adverſus Daphnæum Arcuarium, Athanaſio Vincentio multo ingenioſiorem, ſic ſatis diſcuſſæ ſint.*

---

(278) ATHENAGORAS. Ejus nomine prodiit Pariſiis. 1612. *de vero & perfecto amore* liber Gallice verſus à Martino *Fumejo*, editus autem a Bernardo de *Sant-Jorry.* Hujus auctorem eſſe ſuſpicatur *Huetium* PHILANDRUM Vitruvii Commentatorem, ut obſervat *Cave* Hiſt. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 36. b. Cujus verba me-

memorabilia ſub lit. (a) repræſentamus. Baronium, qui S. Athenogeni tribuit hoc opuſculum, caſtigat *Colomeſius* Paralipom. *ad Chartoph. Guil. Cave* p. 3. ſub lit. (b)

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 36. b.
*Extant ſub* Athenagoræ *nomine* Amatoria, ſeu de vero & perfecto Amore: *Opus hiſtoricum, ex eorum librorum genere, quos* Romanenſes *hodie vocant. Librum (ni fallor) ex Oriente olim allatum Gallice vertit, & ad Dominum de* Lamane, *Cardinalis de Armagniaco Secretarium, an. 1569. miſit Martinus* Fumejus, *Dominus de* Genille.

(b) Colomeſii Paralipomena ad Chartoph. Guil. Cave, p. 3. *Non eſt proinde cur dubitet* Baronius *notis ad diem 18. Januarii, an opera tributa Athenagoræ ſint S. Martyris* Athenogenis. *An Amatoria Gallice verſa ac edita ſub nomine* Athenagoræ, *hujus noſtri ſint plane neſcio. Huic adjudicat clariſſimus* Huetius. *Ego ampliandum cenſeo.*

## ATTICUS v. *Secundus.*

(279) ATTILÆ Friedrich Frommholds Rechts-gegründeter Bericht / wie ſich ein Ehrliebender *Scribent* zu verhalten habe / wenn eine auswärtige Herrſchafft ſeine ſonſt *approbirte* Schrifften durch den Hencker verbrennen zu laſſen / von einem *paſſionirten* verleitet wäre. Freyburg 1691. trium plagularum liber in 4to non male ſcriptus Germanicus diu mihi ignoratus cujus eſſet tandem comparuit inter libros *Chriſtiani* THOMASII ab ipſomet Catalogo ſcriptorum aliquoties edito & confeſſione ſua agnito inſertum n. 13. in quarto; ſed ſine nomine auctoris, vel hujus ſuppoſititii, hiſce plagulis præfixi.

(279) ATTIZATO Acad. *Baptiſte* GUARINI, *Daniel* SPINOLA &c. Verba ſunt *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 530.

(279. α) AVANTIUS *Hieronymus.* Inter Poetas Veronenſes, eadem ætate (*Bernardi* nempe *Palponiſtæ*) notos reperio *Hieronym.* VERITATIUM & *Hieron.* AVANTIUM: vide an non unus ſit. *Leonander* illum laudat, hunc non item, & hujus tamen celebre nomen eſt, ob editum Catullum. *Scaliger* tamen aliud de eo judicat, Priapeja & Senecam Tragœdum, Reineſ. ad Daumium Epiſt. 265. pag. 265. media, edidiſſe quoque Lucretium apud Aldum 1500. in 4. excuſum teſtatur *Daumius* ad Reineſ. Epiſtola 106. p. 270. med. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(280) *Loys* de SAINT AUBIN: *Iſaac* le MAITRE de SACY. Hæc *Bailletus* p. 530. indicis auctorum ſui, & Cabale Chimerique p. 172.

(281) AVEMPACE *Hiſpanus*: Ei tribuitur liber, qui extat Hebraice, *de cauſis*, qui tamen ab aliis iterum ARISTOTELI, vel ALPHARABIO aut PROCLO adſcribitur, ut notat *Friſius* Bibliothecæ Geſnerianæ p. 88. b. Idem & Arabs dicitur, ut credit *Ravius*, qui non obſcure innuit quoque, ſibi eundem hunc eſſe cum AVERROE, qui & Arabs & Hiſpanus & Philoſophus & Commentator audit: indicante *Symbola Normanniana.*

(282) *Johannes* AVENTINUS: Ejus *Annales Bojorum* libris VII. ad annum 1533. usque reſtituti ſunt è MSS. & aucti à Nicolao *Ciſnero* Baſileæ an. 1615. in fol. Verum Auctoris (Aventini) nomen eſſe THURNMEIR, qui natus ſit Avensbergi in Bavaria ſuperiori 1466. docet *Hallervordius* Bibliothec. Curioſ. p. 162. a.

## AVITUS v. *Aurelius.*

## AUGIENSIS v. *Berno.*

(283) *Collegium* AUGUSTANUM. Ejus nomine emiſit *Senecam Chriſtianum*, & *Vitam S. Noberti, Joh. Baptiſta* SCHELLEMBERGH Germanus, Auguſtanus, ut teſtatur Witte Diarii Biographici an. 1645. 23. Januar. vide *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſ. p. 418. b. qui addit, priorem librum conſtare collectis è Seneca ſententiis, ad mores inſtituto Chriſtianæ perfectionis formandos, recuſumque eſſe Romæ 1648. Editum autem Auguſt. 1637. in 24.

## AUGUSTINUS v. *Ardinghellus.*

(284) *Aurelius* AUGUSTINUS *Hipponenſis, quam multa ſcripſerit egregia, vide apud auctores modo laudatos, quorum etiam plerique ſuppoſita eidem multa recenſent, una cum illius editoribus. Nobis ea ſola, quæ verum auctorem certum aut probabilem inveniſſe creduntur, alphabetica ſerie nunc recenſere inſtituti ratio mandat. Ea igitur hæc ſunt.* I. De Spiritu & Anima HUGONI VICTORINO *ſecundum* Trithemium *&* Vincentium Bellovacenſem, *vel* ETHERIANO, *ſec. alios*: CISTERCIENSI *cuidam*, *ſec.* Thomam Aquinatem *attribuitur. v.* Cocum p. 339. & Raynaud. p. 128. Rivet. l. 4. c. 12. 422.

Ubi ex verbis *Boethii* citatis colligit hunc tractatum non eſſe Auguſtini. Extant autem verba illa in *Boethii* lib. V. Conſolationis Philoſophiæ p. 255. edit. Hanckianæ, Lugdun. Batavorum 1671. cum notis Berarrii Sitzmani & Vallini. CISTERCIENSI tribuit etiam cum Benedictinis Pariſienſibus *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 173. b. ubi ſimul ALCHERO ei nomen fuiſſe indicium facit.

II. Explicatio in Apocalypſin TYCHONII *dicitur* Gretſero *in Myſtæ Salmurienſis proleg. c. 6. p. 47. &* Raynaudus *illud eviciſſe* Franciſcum Riberam *in Anacriſi Interpretum Apocalypſeos docet p. 128. v.* Coc. 356. *&* Rivetum.

Vide *Symbolam Flensburgo-Mollerianam* ſub lit. (f) exhibitam.

Non eſſe Tychonis judicant tamen *Benedictini*, ſed has expoſitiones ex BEDÆ, VICTORINI & TYCHONII operibus eſſe collectas, & in Homiliarum formas redactas, vide *Cave* loc. cit.

III. De Clericorum ſingularitate liber CYPRIANI *modo*, *modo* HIERONYMI *nomine excuſus eſt*, *cum ſit neutrius:Verum* ORIGENSIS, *ſi* Pamelio *credimus*, *cui tamen ipſi multum repugnat* Eraſmus: *v.* Cocum *p.*149. & ſeqq. Rivetum *l.*2. *c.*13. *p.*225. *plura v. infra in* Cypriano.

Circa Bedæ tempora ſcriptum eſſe hunc de ſingularitate Cll. librum judicant Curatores Editionis Oxonienſis ſcriptorum Cypriani apud *Cave* loc. cit. p. 65. a. ipſi tamen Hieronymi ævo non videtur poſterior p.61. b.

IV. De Continentia HUGONIS a S. VICTORE *putat* Eraſmus *apud* Rivet. *p.*426. *contradicentibus aliis.*

At contra *Eraſmum* defendi ingenuitatem hujus ſcripti a Benedictinis, memorat *Journal des Sçavans* du 17. Decemb. 1685. p. 547.

V. De Rectitudine Converſationis Catholicæ, *S. ELIGII Epiſcopi Noviomenſis*, *ex* Audoeno *in vita ejus l.* 2. *c.*16. *probatur à* Raynaudo *l.c.*

*VI.* De Divinitatis Eſſentia, *ANSELMI judicatur a* Poſſevino *appar. ſacr. p.* 94.

*Cave* autem Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 173. b. aſſerit, ſibi hunc tractatum videri excerptum ex EUCHERIO Lugdunenſi. Idem volunt *Benedictini*, indicio *Act. Lipſ.* an. 1688. p. 622. lit. (a)

Addit hic *Margo Diecmannianus:* Mihi pag. 85. Conf. *Bellarm.* de ſcr. Eccl. in *Anshelmo* p. m. 210. *Lovanienſes* in Cenſura T. 4. Oper. Auguſt. hunc librum dicunt eſſe duo prima capita libri, quem EUCHERIUS Lugdunenſis ſcripſit de formulis ſpiritualis intelligentiæ.

VII. De Bono Diſciplinæ: *ex fide Codicis Mſſ. S. VALERIONI Cimelenſi Epiſcopo tribuitur a* Goldaſto *apud* Rivet. l. 4. c. 15. p. m. 432.

VALERIANUM CEMELIENSEM vocat *Cave* loc. cit.

*VIII.* De Eccleſiæ Dogmatibus ALCUINO *etiam à* Trithemio *aliisq; tributo ſcripto*, *ſupra egimus: illudq; non minus male* FULGENTIO, ut & B. ISIDORO, *aut Gregorio Papæ tribui docat* Cocus *p.* 131. *GENNADIO illud* Bellarm. *p. m.* 124. *vindicat*, & *plerią; melioribus fundamentis nixi v.* Coc. *p.* 340. 341. Raynaud. *p.* 122. Rivet. *l.* 3. *c.* 2. *p. m.* 421. *Imo & Tertulliani operibus inſertum prodiit*, *æque male. Vide imprimis editionem Elmenhorſtii* 1614. *publicatam*, *ubi teſtimoniis auctorum & MSti cujusdam probat eſſe GENNADII*, *ſed capita quædam ex Epiſtolis COELESTINI & CONCILIORUM quorundam eſſe deſumpta*, *cum in MSto deeſſent.*

Gennadio etiam tribuit *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 74. ſub lit. (b) & *Benedictini* ex recenſione Actor. *Erudit. Lipſ.* an. 1688. p. 622. 623. ſub lit. (c) & an. 1689. p. 230. ubi ex Apologia Hiſtorica de *Mr. Gery* Gennadium hunc Semi-Pelagianum vocant. Et omnino Auctorem hujus libri *de Eccleſiaſticis dogmatibus* c. 53. de quotidiana Communione *repugnare Auguſtino* e diametro, nec proinde Auguſtinum ipſum eſſe putandum; ſed potius GENNADIUM obſervat Bernardus *Vindingus* Theologus Auguſtinianus Hiſpanus in Critico Auguſtiniano Caſtigato p. 58. ubi etiam *librum de Fide ad Petrum Fulgentio* abjudicat, citante *Symbola Flensburgo Molleriana*. Legendam de hoc libro præfationem *Eraſmi* commendat *Dannhawerus* Hodoſophiæ pag. 1080. & 1217. ubi dubitare de illo eundem addit.

IX. De Fide contra Manichæos, *librum eſſe EVODII Uzalenſis*, *ex* MSto Corbejenſi, & Sirmondi *Hiſtor. prædeſt. c.* 1. *probat* Rainaud. *p.* 128.

Cum eo faciunt quoque *Cave* loc. cit. & *Oudin* in *Actis Erud.* Lipſ. 1686. p. 398. lit (d) & *Benedictini* ib. 1688. p. 622. (e) Addit *Margo Diecmann.*

Auguſtino *tamen eum adhuc vindicant* " Lovanienſes *in Cenſura T.* 6. *Oper. ejus p.* 207. "

X. De Fide ad Petrum Diaconum *liber*, *S. FULGENTII probatur à* Raynaud. *l. c.* Bellarm. *p.* 125. *Maxime vero fide* MSti *cujusdam*, *a* Thoma Jameſio *in Ecloga Oxonio-Cantabrigienſi ad finem libri ſecundi*, *ubi Cenſura talis hujuſce libri extat:* Librum *de Fide ad Petrum Diaconum* non fuiſſe ſcriptum ab *Auguſtino*, ſcribunt cum *Eraſmo Lovanienſes*, & ego facile inducor ut credam, tum ob rationes a Viris doctiſſimis allatas, tum vel maxime quod in celeberrima Bibliotheca Collegii Mertanenſis invenitur ſcriptum ſub hoc titulo: *Fulgentii ad Petrum Diaconum de Fide &c. v.* Gerh. *p.* 462. & Coc. *p.* 341. *nec non* Rivet. *lib.* 4. *c.* 12. *p.* 419. & *cap.* 25. *p.* 470. *prolixe hac de re docentem.*

XI. De Triplici Habitaculo, *FULGENTIO ex auctoritate* Bonaventuræ *tribuitur a* Raynaud. *l. c. ab aliis S. BERNARDO*, *ut habet* Angelus Rocca *apud* Cocum *pag.* 35. *Quod* Auguſtini *non ſit*, *omnes fere affirmant.*

*XII.* De V. Hæreſibus *liber*, *PETRO CHRYSOLOGO adſcribitur a* S. Hildephonſo *lib. de perp. Virginitate & partu S. Mariæ*, *inquit* Raynaud. *l. c.* *Beda tamen* Auguſtinianum *agnoſcit.*

*XIII.*

*XIII.* De Mirabilibus S. Scripturæ *tripartitum opus*, *perperam* Auguſtino *tribui, jam olim monuit* Thomas Aquinas 3. *part. pag.* 45. *art.* 3. *ad* 2. *Vide in eandem ſententiam euntes plurimos apud* Cocum *pag.* 357. *& ſeq. Verum ejus auctorem eſſe quendam* Sanctum Hibernum, *MARCHIANUM*, Henricus Firtzeſimon (*Addit* Margo Diecmannianus: *Firthſimon ſcribit* Labbe *T.* 1. *de Scr. Eccl. p.* 133. *ſed ſcribendum eſt* Fitzſimon *v.* Alegambe *p.* 172.) *in libro de Sanctis Hiberniæ ſcriptum reliquit.*

*XIV.* De Benedictionibus Patriarcharum *liber, excerptus videtur ex S. HIERONYMI* Q.Q. Hebraicis, Bellarm. *p. m.* 125. *quod approbant* Poſſevinus *&* Rivetus *pag.* 419. *lib.* 3. *c.* 12.

Addit tamen *Vinding.* l.c. p. 58. non tantum maximam partem eſſe deſumtam ex Quæſtionibus Hieronymi libellum, ſed ad finem etiam ſat multos verſus eſſe e S. GREGORII lib. I. Moralium c. 7. & lib. XXXI. c. 10. Abbatis Hiberni MANCHINI qui claruit 651. voluit Henr. Fitz *Simonis*, reclamante *Waræo* de Scriptor. Hiberniæ l. 1. c. 3. p. 26. qui poſteriorem eo conjicit, docente *Symbola Islingtoniana Cavei* MSta. Is dein ALCUINUM Auctorem ſubſtituit Hiſtor. lit. Scriptor. Eccleſ. p. 173. b. Auguſtini quidem ingenio & eruditione inferiores; antiquos tamen judicat hoſce libros negari non poſſe Georg. *Calixtus* de numero libror. V. T. §. 33. p. 89.

*XV.* De Prædeſtinatione & Gratia *librum eſſe FULGENTII, ſcripto peculiari probaverunt* Theoph. Raynaudus *cui titulus:* Cenſura inofficioſæ cenſuræ, *&* Sirmondus *editioni libri illius ao.* 1623. *factæ præfixa peculiari præfatione v.* Rivetum *l.* 4. *c.* 14. *p.* 430. *& c.* 25. *pag.* 471. 472.

*XVI.* Quæſtiones in V. & N. Teſtamentum, *quod non ſint* Auguſtini, *fere omnes animadvertunt eruditi, cujus autem ſint auctoris, ſtrenue controvertitur: vide quæ in Ambroſio* de Comm. in Epiſtolas Paulinas *diximus. Unde ut & aliis* Joh. Gerhard. *pag.* 282. *&* 285. *HILARIUM* Diaconum *auctorem earum credi notat. adde* Rivetum *l.* 3. *c.* 13. *p.* 423.

Hilario aſſerit tractatum hunc *Garnerius* in Append. ad Part. I. oper. Marii Merc. Diſſert. I. c. 8. §. 1. 2. 3. 4. qui & Pelagianiſmi crimen ibidem fuſe Auctori a multis impactum diluit, monente Guilielmo *Cave* loc. cit. Adde *Hottinger.* de Script. ſuppoſititiis pag. 86. citatum hic in margine *Normanni* & p. 85. ad n. ſeq. XVII. XIIX. du *Pin* Biblioth. Tom. 2. p. 239.

*XVII.* Reſponſio Auguſtini ad articulos ſibi propoſitos, *quomodo a S. PROSPERO conſcripta ſit, &* Auguſtini *nomine publicata, vide prolixe* Raynaud. *de mal. & bon. lib. p.* 117. Raynaudii verba ſub lit. (g) exerpſimus. *Voſſii* Hiſtoria Pelagiana citatur hic etiam in margine *Normanni.*

*XVIII.* Sententiæ Auguſtini, *quod ſint a PROSPERO collectæ, potiſſimum tamen ex ipſo* Auguſtino, *teſtantur fere omnes, v.* Bellarm. *p.* 125. Rivetum *p.* 419. 424. 425.

*XIX.* Sermones *ejuſdem multi ſuſpecti ſunt. v. gr.* De Abſolone, *quem ei tribui a nonnullis, revera autem eſſe CHRYSOSTOMI, docet* Th. Raynaudus *p.* 148.

*XX.* De Cathedra Petri, *quod ſit AMBROSII, multis probare laborat* Iſ. Caſaubonus *in Baronium, Exercit.* 13. *Diatribe* 17. *p. m.* 267.

*XXI.* De Epiphania, *LEONIS* Pontificis *eſſe, docet* Th. Raynaudus *p.* 148. *v.* Rivet. *l.* 4. *c.* 22. *p.* 458. Coc. *p.* 398.

*XXII.* De Laudibus Mariæ ex partu Salvatoris, *cujus initium:* Nativitas Domini *&c. & eſt* 15. de tempore *in quibusdam MSS. Teſte* Perkinſo, *tribuitur SEVERIANO.* Rivet. *l.* 4. *c.* 25. *p.* 470. Raynaud. *p* 128. *vult eſſe FULGENTII.*

*XXIII.* De Quadrageſima, *LEONIS I.* Pontificis *eſt, docente eodem* Raynaudo *l. c.*

*XXIV.* Sermo I. de Feſto omnium Sanctorum, *quem Lovanienſes volunt potius eſſe ALCUINI, tribuitur ODONI Cluniacenſi in* Mſſo Codice *Eccleſiæ S. Mariæ ad Martyres Romæ, teſte* Baronio *in Martyrolog.* 1. *Novemb.*

Ut eo aptius videri queat, quinam inter Sermones Auguſtini, dubii aut ſuppoſititii habeantur, Catalogum eorum ex *Mente Benedictinorum* ſubnectit Guilielmus *Cave* Hiſtoriæ literariæ Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 172. b. Poſtquam genuinos Auguſtini libros recenſuit; quem nos ſub lit. (h) excerptum ſubjecimus. v. *Journal des Sçavans* an. 1684. p. 47. 49. 50.

XXV. De Bono Viduitatis *liber JULIANI Pelagiani creditur multis, tam Catholicis, quam Reformatis, aliisq; vide* Rivet. *l.* 4. *c.* 13. *p.* 426. 427. Poſſevin. *Tom.* 1. *appar. Sacr.* Raynaud. *p.* 147. *qui duo poſteriores tamen reclamant huic ſententiæ, una cum* Bellarmino.

XXVI. Liber de Vita Chriſtiana, ad Sororem viduam, *id eſt, piam Matronam orbam conjuge, FASTIDII* Epiſcopi Britanni *eſſe perhibetur, nulla ratione addita,* Raynaudo *pag.* 127. *non eſſe* Auguſtini *v. apud* Cocum *p.* 357. 358.

Vindicatur autem ei data opera per Lucam *Holſtenium*, qui & ſingularem illius editio-

nem Romæ 1663. teſtante Guilielmo *Cave* loc. c. p. 174. a. dedit.

XXVII. De Cognitione Veræ vitæ *liber, ANSELMO vindicatur ab eodem pag.* 128. *v.* Cocum *p.* 358.

Rectius tamen adſcribi à *Benedictinis* HONORIO AUGUSTODUNENSI, judicat Cave loc. cit.

XXVIII. De Virtutum & Vitiorum Conflictu, *in Ambroſii operibus ſupra jam memoratus liber, LEONI* Papæ *tribuitur, ſed male, ſecundum* Bellarm. *p.* 134. *&* 150. *&* Poſſevinum. *Alios GREGORIO MAGNO eum tribuere docet* Rivet. *p.* 326. *adde p.* 431. *& l.* 4. *c.* 22. *p.* 462. *Plura lege apud editores operum* Auguſtini, *quos nunc exſcribere, comparare, examinare, moles operis, otiumque, & inſtituti ratio non patitur.*

ISIDORI HISPALENSIS eſſe *Labbeus* conjicit. AMBROSIO AUTBERTO adjudicant *Benedictini Pariſienſes*; Quorum quale judicium de aliis aliquot ſcriptis, quæ Auguſtini nomine vulgo veniunt, ſit, oſtendent ea, quæ *Acta Eruditorum Lipſ.* an. 1688. p. 619. 622. 623. nobis hanc in rem ſuppeditant ſub lit. (i) quibus adde Jo. de Croi Auguſtin Suppoſé p. 9. 10. 71. 72. lit. (k)

His addimus, nunc olim datis ulteriora quædam. Videlicet:

XXIX. Librum *de gratia & Libero arbitrio*, quem *Cave* Hiſtor. lit. Script. Eccleſ. pag. 171. b. anno 424. ſcriptum teſtatur, adeoque Auguſtini eſſe non poteſt. FAUSTI ESSE ex *Gery* notant *Acta Erudit. Lipſ.* A. 1689. pag. 230. ſub lit. (l)

*XXX. De Hæreſibus ad Quod vult DEum* librum, non diu ante mortem ſcriptum *ab Auguſtino* monet *Cave* lib. cit. p. 170. ſed Adjectam eſſe Appendicem *de hæreſibus: Neſtoriana, Eutychiana, & Trinotheana, per* GENNADIUM MASSILIENSEM, quibus in codice S. Victoris Pariſienſis MS. adjungitur *hæreſis Prædeſtinatiana*, teſtante *Sirmondo*, in *Actis Erud. Lipſ.* an. 1687. pag. 271. 272. lit. (m) Cujus Autor à Patre *Piccinardi* creditur EVODIUS *Epiſcopus Uzalenſis*. Huic a *Vincentio Victore* oppoſitus eſt liber quidam ſub titulo: PRÆDESTINATUS, editus primum *ab Anonymo* Pariſ. 1643. in octavo, vid. *Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique* de l'annee 1686. p. 259. Hunc ſine cenſura prætermiſſum dolet *Piccinardi* ſed inique, ut teſtantur *Acta Erud. Lipſ.* an. 1687 pag. 272. Lit. (n) Cum refutata ſit primo ab editore anno ab *Arwæo*, doctore Sorbonico & poſtea *Maguino* & aliis, ut notant *Ephemerides Literariæ Hamburgenſes* plagul. 4. Patavio. lit. (o) Multus & in hoc ſcripto ſub PRIMASII nomine Cave hiſtor. lit. p. 221. 292. (p) Interim mirandum videtur *Erud. Lipſ. Actis* 1688. p. 621. lit. (pp) quod Patres *Benedictini*, qui tamen Codice Victoris uſi ſunt, in editione ſua nullam neque *Gennadii*, neque *Prædeſtinatianæ hæreſeos* mentionem fecerint, ſicut neque *Theologi Lovanienſes*. Ceterum nihil in hoc libro de hæreſibus inveniri, quod non ex EPIPHANIO & PHILASTRIO hauſtum ſit, credit *Vallemont* Elem. de l'Hiſt. Tom. II. pag. 83. v. A*rwoeus* infra n. 304. Add. 122. *Inter Spuria Auguſtini Opera* cenſendus venit quoque

XXXI. *Liber Soliloqviorum animæ ad Deum*, qui HUGONIS VICTORINI videtur eſſe Gevilielmo *Cave* Hiſtor. Lit. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 173. a. Utpote cujus ſcrinia affatim expilata ſcribit, additque recentiorem Auguſtino videri etiam *Benedictinis*, qui tamen & hunc librum & *Manuale*, quod ſub Auguſtini nomine venditatur, ANSELMO tribuunt: vid. etiam *Journ. des Savans* 1685. p. 547.

Addit *Margo Diecmannianus*: *Manuale & Soliloquia* Auguſtini non eſſe, ſed Petri DAMIANI, Cardinalis, ait *Hulſeman* in Method. Stud. Theol. pag. 305. qui tamen in Patrologia ſua, quæ operibus ejus poſtumis. Ao. 1679. a B. D. Scherzero editis inſerta eſt. pag. 1062. Spuriis quidem utrumque librum iſtum adnumerat & de ſoliloquiis addit; *Quanquam* Hieronymus *quoq; ſoliloquia* Auguſtini *pag.* 244. *ſe legiſſe teſtetur, manifeſti tamen & ſtolidi errores his, quæ nunc ſuperſunt irrepſerunt.* Aſt de *Petro* DAMIANO, utriusque libri auctore, ὀδὲ γρῦ. Neque memini me in Operibus Petri Damiani, quæ ante aliquot annos ex editione Pariſienſi. ao. 1642. IV. Tomis. fol. nonnulla cum cura tractavi, Manuale iſtud & ſoliloquia reperiſſe.

XXXII. *Sermo in Natali S. Vincentii Martyris* Auguſtino falſo tributus, ſcriptus eſt judicante *Queſnello*, ab Hiſpano quodam, forſan LEANDRO HISPALENSI. Habetur inter Auguſtini Sermones de Sanctis num. 13. indicante *Cave* l. c.

XXXIII. *Sermones ad fratres in Eremo* Auguſtini non ſunt, ſed inſulſi cujusdam impoſtoris, ut cenſet *Cave* l. c. pag. 174. b. Auctorem eorum eſſe le B. JOURDAIN DE SAXE Auguſtin. ex P. Jacob. *Hommen* ſupplemento Patrum refert *Journal des Sçavans* d. 21. Amſtelod. 1684. pag. 345.

XXXIV. *Prologus Enarrationibus Auguſtini in Pſalmos præfixus* initio Tom. 8. operum ejus, idem cenſetur eſſe *Uſſerio*, cum *Proœmio* BASILII M. Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopi in Pſalmos, & revera Baſilium Auctorem habere, de ſcript. & Sacris vernacul. pag. 25.

XXXV. *Epiſtola ad Demetriadem Virginem*, quæ inter Auguſtinianos extat, ab ipſo Auguſtino lib. I. de gratia Chriſti c. 36. tribuitur PELAGIO & *ab Oroſio Orebeſtræ Scriptore in Apologetico*. Alii JULIANUM CELANENSEM Epiſcopum Auctorem faciunt, ut notat *Colomeſius* diſſ. de dubiis aliquot Scriptor. num. XXIV. Hanc & alias Auguſtini Epiſtolas Gallice vertit Mons du *Bois*, Præ-

Præcepteur du dernier Duc de Guiſe *Journal des Savans* 1685. pag. 21. Epiſtolam ad Demetriadem LEONI M. *Queſnellum*, PROSPERO AQUITANICO *Antelmium*, vindicantes vid. *Supplem. Act. Erudit. Lipſ. Tom. I. Sect. VIII. p. 431.*

XXXVI. *Exhortatio de ſalutaribus documentis ad quendam Comitem*, Auguſtino tributa, eſt PAULINI Patriarchæ AQUILEJENSIS, ut ex relatione codicis MSti quo uſi Benedictini Pariſienſes evincit *Uſſerius* de ſcript. & Sacris Vernaculis pag. 84. & Cave l. c.

*XXXVII.* De *Scalis Paradiſi* liber Auguſtino tributus, qui extat quoque ſub titulo *Scalæ Clauſtralium* inter opera B. BERNARDI, GVIGONEM Carthuſiæ Majoris Priorem, qui obiit ao. 1137. Auctorem habet: ut docent *Uſſerius* p. 144. Cave. p. 450. a. ll. citt.

*XXXIIX.* *Hypognoſticōn contra Pelagianos* libri VI, qui extant, Auguſtini non ſunt. SIXTO Presbytero Romano eos tribuit *Garnerius*, *Piccinardus* autem MARIO MERCATORI vindicat, Cave l. c. & *Acta Erud. Lipſ.* 1687. p. 275. Lit. (Q) His addit *Margo Diecmanni:*

Hypognoſticōn ſex libros *contra Pelagianos in Auguſtini Operibus extantes, quos dudum Eccleſia Lugdunenſis apud Raynaud. Erotem. p.* 127. νοθείας *poſtulavit*, SIXTO III. *Papæ Jo.* Cornelius, Mario Mercatori *autem Seraphinus Piccinardus tribuit. Utriusque ſententiæ rationes veriſimiles ipſe producit* Piccinardus *Quæſt. Hiſt. Theol. de novitio opere Prædeſtinati Sect. 1. p. 72. ſſ. ed. Patav. 1686. 4.*

*XXXIX.* De *fide rerum inviſibilium* Tractatus à Lovanienſibus Auguſtino abjudicatus, ab *Eraſmo* HUGONI aſſertus, à *Benedictinis* magno conatu *vendicatur*, vid. *Acta Erud. Lipſienſ.* ao. 1688. pag. 620. (r) *Cave* Hiſtor. lit. Script. Eccleſ. pag. 173. a. hunc tractatum ex *Auguſtini operibus conſarcinatum*, veriſimile facit. Auguſtino vindicat etiam Mericus *Caſaubonus* of credulity and incredulity pag. 7.

*XL.* De *Antichriſto liber* Auguſtino vulgo attributus RABANI MAURI eſt, docente *Cave* l. cit. & *Schiltero* de fatis Eccleſiaſt. §. 98.

*XLI.* *Vita Senecæ*, quæ circumfertur Auguſtini nomine, eſt XYCHONIS POLETONI ſ. POLENTINI, ut ex *Gyraldi* dial. 9. de Poëtis docet *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 74.

*XLII.* *Sermo de Annunciatione & aſſumtione B. Virginis*, Auguſtino tributus, FULBERTO Epiſcopo Carnotenſi aſſeritur apud Morn. Any. 637. *White* defence of the Way p. 123. At Lambecius diario S. Itin. Cellenſ. pag. 119. Auctorem hujus opuſculi dicit *Joan. Teutonicum* ex Friburgo oriundum, Epiſcopum Boſſinenſem, & Generalem ſui ordinis quartum, ut patet ex eis, quæ lit. (s) adduximus. Adde, quæ *idem* Auctor Biblioth. Cæſar. lib. VIII. pag. 158. prolixe differit.

*LXIII.* *Regulæ ad incluſas ſeu moniales*, quæ perperam inter Auguſtini opera habentur ALFREDI nomine in Collectione Regularum Holſteniana part. 3. pag. 109. collocantur: docente *Cave*, Hiſtor. Litterar. p. 468. a. & *Pin.* Biblioth. Tom. III. p. 171. a.

Vide plura in *Ambroſio Ansberto*, *Autperto Ambroſio Mediolanenſi* & aliis, qui nominati fuere *ſupra*, eo nomine quod Auguſtini opera cum ipſorum operibus fuere commutata. Denique addantur excerpta (t) *du Pinii* Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſt. Tom. III pag. 217. 218. 219.

Adde *Maſtrichtianas* (u) *Symbolas.*

(a) Acta Erud. Lipſ. *ao. 1688. p. 622. Rejecti præterea in hujus tomi (IIX. Operum Auguſtini a Monachis Benedictinis editorum) appendicem --- tractatus de eſſentia divinitatis, cujus prima & maxima pars ex* Eucherii *Lugdunenſis opere de* formula ſpiritalis intelligentiæ *deprompta eſt.*

(b) Miræus Biblioth. Eccleſ. *pag. 74. Ex variis Gennadii* ſcriptis *præter librum* De illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus, *extat liber* De dogmatibus Eccleſiaſticis, *quem Gelaſio Papæ dicavit. Hunc librum falſo tribui S.* Auguſtino, *jam ante 800 amplius annos monuit Clerus Lugdunenſis, de Godeſcalci cauſa, adverſus joannem Erigenam Scotum, ſcribens.*

(c) Acta Erud. Lipſ. ao. 1688. *& 623. Rejecti præterea in hujus tomi (IIX. Operum Auguſtini a Monachis Benedictinis recognitorum) appendicem ------ liber de eccleſiaſticis dogmatibus, quem* Gennadio Maſſilienſi *inter eruditos plerique tribuunt.*

(d) Acta Erud. Lipſ. 1686. *Aug. pag. 398. Ex iis, quos Bellarminus prætermiſit, antiquiores ſunt (in ſupplemento de Scriptoribus vel ſcriptis eccleſiaſticis a Bellarmino omiſſis ad ao. 1460. Collectore F. Caſimiro Oudin)* --------------------------------- Evodius *Uzalenſis, cui librum de fide ſeu unitate Trinitatis contra Manichæos, inter* Auguſtini *opera tomo ſexto editum, deberi* Sirmondus *ſtatuit.*

(e) Acta Erud. Lipſ. *ao. 1688. pag. 622. Rejecti præterea in hujus tomi (IIX. Operum Auguſtini a Monachis Benedictinis editorum) appendicem --- liber* de altercatione eccleſiæ & Synagogæ --- *liber de* fide contra Manichæos Evodio *tributus.*

(f) *Bernh. Vindingius* Theol. Hiſpanus *Auguſtinianus, in Critico Auguſtiniano Caſtigato, Valanzeriæ* Ao. 1621. in 8vo edito, de plerisque ſcriptis D. Auguſtino ſuppoſitis erudite & judicioſe differuit. Ex eo habe ſequentia, de ſcriptis Auguſtini Pſeudonymis detectis, quorum in tuo ſynt. nulla mentio facta.

pag. 83. Liber Meditationum *pius utilisque, non item Auguſtinianus eſt (quod agnovit Gabr. Vasquez Tomo 1. Diſp. 52. num. 18.) nec abſurdum*



*ſuſpicari,*

*ſuſpicari, ab Anſhelmo Cantuarienſi profectum. Legitur certe ejus nomine Bona pars iſtarum, ut oſtendit* Faſciculus Devotionis *ab Henrico* Sommalio *G. J. Lovanii ao. 1607. & 1616. editus.* (Affert ibidem V. rationes, quibus probat non eſſe eas Auguſtini.)

pag. 86. Scala Paradiſi *non magis eſt S. Auguſtini, quam* Bernhardi, *cujus inter opera ſimiliter vagatur.*

pag. 86. Duodecim Gradus Abusconum *nonnusquam aſcribuntur cuidam* Ebrado, *ut teſtatur Pamelius in ſuo Cypriano. Apparet hominem fuiſſe non valde doctum & bene dividendi ignarum.*

pag. 93. *Libellus de* Antichriſto *legitur etiam apud Alcuinum (quamvis Rupertus citet nomine* Rabani), *verbis paſſim variatis, & Textu in fine aucto.*

pag. 95. *Sermonem tertium de* Verbis Domini *Codices. Antiqui tribuunt Eradio Presbytero, S. Auguſtini deſignato ſucceſſori. Sermo XIX. eſt S.* Maximi Taurinenſis; *Exſtat etiam inter Ambroſianos.*

pag. 98. *Serm. 28. eſſe partem libri VIti S. Ambroſii de Sacramentis obſervarunt Lovanienſes.*

pag. 100. *Sermo XXV. de* Verbis Apoſtoli *eſt S.* Maximi *Epiſcopi.*

pag. 101. *Ex* Homiliis *Quinquaginta IVta eſt Autoris diſerti. Itaque ejus nomen tam inique ſuppreſſum, quam falſo Auguſtini olim præfixum. Fuerunt, qui aliquid odorarentur* Ambroſianum. *Quid ſi ego* Chryſologum? *Quanquam nihil affirmo.*

pag. 111. *Homilia XLI.* πολυδεσπότη *eſt, nec ſolum Auguſtino & Ambroſio, ſed etiam* Cæſario *Tomo V. Biblioth. PP. parte 3.) adſcribitur. Mihi videtur cento male conſutus.*

pag. 118. *Sermo X. de* Tempore *eſt S.* Ambroſii, *teſte* Caſſiano *l. 7. de Incarnat. cap. 25. Sermo XI. S.* Maximi, *cujus & inter Sermones legitur.*

pag. 120. *Sermo XV. de* Tempore *haud eſt contemnendus.* Severianine *ſit, an* Fulgentii *(uterque enim ſecundum Lovanienſes, Aſtipulatores habet MSS. Codices), non facile judicarim.*

pag. 126. *Sermo 33. de* Tempore *eſt* Leonis Magni.

pag. 127. *Sermo 37. de* Tempore *debetur S.* Maximo. *Sermo 38. eſt totus liber 1.* Alcuini *de Trinitate, cum parte ſecundi.*

pag. 133. *Sermo 58. de* Tempore *eſt 14tus inter adſcriptos Cæſario. Cujuscunque autem ſit; Auguſtini non eſſe, loquela ejus manifeſtum facit.*

pag. 135. *Sermo 63. de* Tempore *eſt S.* Leonis Papæ. *Sermo 66. conſtat ex c. 12. & 13.* Alcuini *de Virtutibus & Vitiis.*

pag. 136. *Sermo 68. de* Tempore *Lovanienſibus* Ambroſianum *quid viſus eſt ſapere.*

pag. 139. *Sermo 77. de* Tempore *inter* Ambroſianos *militat, ſed forte eſt S.* Maximi.

pag. 152 153. *Sermo 98 & 99. de* Tempore *deſcripti ſunt ex* Origenis *Homilia 9. ſuper Numer.*

pag. 160. *Sermo 112. de* Tempore *deſcriptus eſt ex* Alcuini *libello de* Virtutibus & Vitiis *cap. 1. & 5.*

pag. 162. *Sermonem 117. de* tempore *ex* Ambroſio *in Lucam decerptum Lovanienſes indicant. Sermo 118. ab iisdem S.* Maximo *tanquam Poſſeſſori legitimo reſtitutus eſt.*

pag. 163. *Sermo CXX. de* tempore *numeratur in Sermonibus* Euſebii Emiſſeni, *Tomo V. Biblioth. pp. parte 1.*

pag. 165. *Sermo 125. de* tempore *non eſt Sermo, ſed* Damaſi *Papæ* Symbolum, *ut obſervarunt Lovanienſes.*

pag. 166. *Sermo 128. de* Tempore *eſt S.* Maximi Taurinenſis.

pag. 167. *Sermonem 130. de* Tempore *Lovanienſes ex Libb. MSS. & nonnullis excuſis reſtituerunt* Joh. Chryſoſtomo.

pag. 168. *Sermonis 133. de* Tempore *Initium eſt Pars poſterior Sermonis 48. ap. S.* Ambroſium, *quod autem ſequitur, eſt integer Sermo 57. apud eundem.*

pag. 169. *Sermonem 136. de* Tempore Euſebius Emiſſenus *ſibi vindicat. Sermo 137. ex* Euſebio *& Homilia S.* Gregorii *22. in Evang. congeſtus. Sermo 138. itidem* Euſebianus *eſt.*

pag. 170. *Sermo 156. de* Tempore *inter Euſebianos militat.*

pag. 171. *Sermo 162. de* Tempore *in Bibliotheca Cluniacenſi Col. 383. adſcribitur etiam S.* Odiloni, *ſed eodem ni fallor jure, quo* Auguſtino: Eodem, *inquam,* Jure, *quo eidem S. Odiloni col. 407. tribuitur* Fragmentum libri de V. Hæreſibus, *& col. 127. S.* Odoni *Sermo Leonis Papæ.*

pag. 173. *Sermo 168. de* Tempore *eſt XImus inter S.* Cæſario *adſcriptos.*

pag. 176. *Sermo 176. de* Tempore Euſebianus *eſt, & impugnat Errorem Eutychetis, non ortum niſi Auguſtino mortuo.*

pag. 185. *Sermo 203. de* Tempore *compoſitus ex Cap. 7. & 8.* Alcuini *de Virtutibus & Vitiis.*

pag. 188. *Sermo 213. conſutus eſt ex Cap. 10. & 15.* Alcuini *de Virt. & Vitiis.*

pag. 194. *Sermonem 226. de* Tempore *Lovanienſes notant hauſtum ex* Ambroſio.

pag. 203. *Sermo 246. de* Tempore *Autoris eſt neque indocti, neque indiſerti. Quid ſi* Ambroſii? *Ab ejus ſane ſtylo non abhorret, licet in Opp. ejus non inveniatur.*

pag. 207. *Serm. 253. de* Tempore *locum habet inter Homilias* Euſebii *Gallicani, Tomo V. Bibl. Pp. parte I. p. 596. Edit. Noviſſ. ao. 1618.*

pag. 210. *Sermonem I.* de Sanctis *MSta quædam* Fulgentio *Epiſcopo adſcribere inquiunt Lovanienſes. Ego fateor, nihil habere ab* Auguſtino *alienum.*

pag. 211. *Sermo V.* de SS. *eſt* Maximi *Taurinenſis.*

pag. 212. *Sermo XIII.* de SS. *eſt Ante penultimus* Leonis Papæ.

pag. 215. *Sermo XVI.* de SS. *eſt XLVIImus apud S.* Ambroſium.

pag. 219. *Sermo XXII.* de SS. *eſt S.* Petri *Epiſcopi Ravennatis: Vigeſimus ſextus eſt inter* Ambroſianos *LXVIII. XXVIImus eſt* Maximi *Taurinenſis.*

pag.

pag. 221. Sermo XXX. de SS. uti & XXXI. & XXXIII. exſtant inter Ambroſianos.
pag. 222. Sermo XXXV. de SS. citat Iſidorum de vita & Obitu Sanctorum, & a MSS. tribuitur Fulberto Carnotenſi. Sermo XXXVI. Euſebianus eſt. XXXVII. alibi Alcuino, alibi Bedæ tribuitur; ſed pro Beda facit Autoritas Romani Breviarii.
pag. 223. Sermo XLI. de SS. adſcribitur etiam S. Cæſario, apud quem numero Octavus eſt.
Hactenus Excerpta ex Vindingio.

(g) Raynaudus de libris malis & bonis. pag. 117.

*Non deſunt apud ipſos Patres, exempla. Opus S. Proſperi ad objectiones Vincentianas, ab ipſomet Proſpero, nomine S.* Auguſtini *editum, eo titulo;* Auguſtini, ad Articulos ſibi falſo impoſitos, reſponſio; *olim invaluit opinio, quæ tam-etſi nunc eraſo eo titulo prope exolevit, videtur tamen eſſe vere antiqua. Nam S.* Fulgentius *lib. I. ad Monimum, Cap. ult. illum librum citans tanquam Proſperi, ait in eo depelli, quæ fuerant S. Auguſtino malé impoſita: & tamen conſtat, Proſperum neque in præfatione illius libri, neque in reſponſione ad ſingula objecta, meminiſſe depulſionis calumniarum circa ea puncta irrogatarum D. Auguſtino. Videtur ergo Proſper D. Auguſtini nomine librum conſcripſiſſe, ut ferebat vetus inſcriptio, nomine Auguſtini ad Articulos ſibi falſo impoſitos.*

(h) Cave Hiſtor. Litterar. de Scriptoribus Eccleſiaſt. p. 172. b.

*Sermones ex hiſce aliquot ſpurios nos in tranſitu notavimus. Verum cum accuratius longe id præſtiterint* Benedictini Pariſienſes *in editione ſua nupera; nos cenſuram Sermonum ab iis latam compendio exhibere, è re fore arbitramur. Sermones itaque omnes (quibus Tomus IV. abſolvitur) in quatuor claſſes redegerunt,* de Scripturis, de Tempore, de Sanctis & de Diverſis, *quibus acceſſit quintus Ordo* Sermonum Dubiorum; *cum non niſi aperte ſuppoſititii in Appendicem rejecti ſint. Claſſes iſtæ quinque Sermones complectuntur cccxiv. præter Fragmenta. In Appendicem rejiciuntur, tanquam certo certius ſpurii, Sermones cccxvii. ex Collectionibus ſupra memoratis hinc inde ſelecti, nimirum ex vulgari Collectione Sermonum de* Verbis Domini *Sermon. 3us 4us. 19.20. 22. 28. 34. 47. 52. 54. 56. 57. 58. De* verbis Apoſtoli *Serm. 2ius. 25. 26.34.35.* Homiliarum *L. Serm. 2us 3.4.6.7 8.9. 10. 12.15.16.21.22. 26.30.31.33.35. 39.45. 46.47.48. De* Tempore *Serm. 1us 2us 3. & omnes reliqui præter 5m. 12.16.19. 20. 23. 25. 27. 28.30.31. 32.34. 39. 42. 45. 49.50. 52.72.74.94.96. 107. 09. 110.113. 119. 135.139.140.141.143. 144.145.146.147.148.149.151. 155. 160. 164.165 170.174. 186. 187.196.205. 212. 214.220.234.235.236.237. 245.254. 256. Sermones* de Sanctis *omnes ſpurii ſunt præter 4m. 12. 17.23.24.42.45.48. 50. 51. Inter Sermones XVII. Paris. 1531. additos, ſpurii ſunt 1us. 2. (qui pars eſt Sermonis 51. in hac Collectione nova Benedictinorum) 7. (pars Sermonis 88.) 15. (pars Sermonis 150.) Inter Sermones de diverſis ſpurii ſunt 7us (pars Sermonis 361.) 35.36. (pars ſermonis 279.) 38.65.96.97 98.99. 118. (pars Sermonis 325.) Ex Sermonibus* ad Fratres in Eremo *non niſi ſex in hoc Tomo exhibentur, reliqui in Tomo ſequente. Ex his ſex ſpurii ſunt, tres, qui in vulgari Sermonum iſtorum Collectione locum obtinent 56. 70. & 72. Ex* Sermonibus ad Hierpn. *Vignerio editis, in parte I. Supplementi ſpurii ſunt 3us 4. 5. 13.14.15. 17. 18. In parte II. Supplementi ſpurii ſunt 1us. 2. 8. 10. 11. 12.13.14. 20.23. 25. 26. 27. 29. 34. 36. 37. 38. 39. Atq; hactenus quidem* Benedictini.

(i) Act. Erud. Lipſ. Ao. 1688. p. 619.

*In appendicem (Tom. Operum S. Aurelii Auguſtini, opera & ſtudio Monachorum Ord. S. Benedicti editorum) rejecti ſunt ſermones ſuppoſititii totidem, & iisdem, quibus genuini, claſſibus diſpoſiti, e quibus haud pauci* Cæſario Arelatenſi *vindicantur.* Ibid. p. 621. *In appendice (Tom. VI. Operum Auguſtini) leguntur quædam opuſcula* Auguſtini *nomine perperam inſcripta, e quibus libellus de ſubſtantia dilectionis* Hugoni Victorino, *liber de ſcala paradiſi* Guigoni Carthuſiano, *tractatus de fide ad Petrum* Fulgentio, *liber de cognitione veræ vitæ* Honorio Auguſtodunenſi, *liber de vita Chriſtiana* Faſtidio Britanno, *liber de ſalutaribus documentis* Paulino Aquilegienſi, *tractatus de conflictu virtutum & vitiorum* Ambroſio Autperto, *tractatus de rectitudine catholicæ converſationis* Eligio Noviomenſi, *tractatus de bono Diſciplinæ* Valeriano Cemelienſi; *alii aliis aſſeruntur. Neque hic ſilentio prætermittendi* ſermones ad fratres in eremo, *quos Auguſtini nomine plane indignos eſſe, plurium eruditorum teſtimoniis confirmatur.*

Ibid. pag. 622. *In appendice hujus Tomi (IIX) nonnulla occurrunt, quæ a Lovanienſibus inter genuina* Auguſtini *opera relata fuerant, ut liber adverſus 5 hæreſes, ſermo de Symbolo contra Judæos, Paganos & Arianos, & tractatus de unitate Trinitatis contra Felicianum, qui jampridem a Chiffletio* Vigilio Tapſenſi *reſtitutus eſt.*

Ibid. pag. 623. *In appendice hujus Tomi (IX. Operum* Auguſtini *a Monachis Benedictinis recognitorum) legitur tractatus contra Fulgentium Donatiſtam quem fœtum Auguſtino ſuppoſitum eſſe cum Lovanienſibus & Vindingo variis rationibus perſvadent.*

(k) Jean de Croi Auguſtin Suppoſé pag. 9.

*Il n'a pas remarqué, que la ſeconde preface ſur les Pſeaumes, qui commence par ces paroles,* omnis ſcriptura divinitus inſpirata, Toute l' Eſcriture diuiniment inſpirée, *n'eſt pas d' Auguſtin. Il n'a pas remarqué, que le CXXX. ſermon* de Tempore, *n'eſt pas d' Auguſtin, s' enſuit-il pourtant, que cette preface, & que ce ſermon ſoit d' Auguſtin? I' avois enuoyé au Sieur* Moynier *un billet, où i' aſſeuray, que ces deux pieces eſtoyent des pieces etrangeres, & où ie le priay de m'en dire ſon opinion. Mais il n'y a pas voulu reſpondre, de peur de s' engager dans quelque mauuais pas. La preface eſt une verſion de la preface de* Baſile *ſur les Pſeaumes. Et ce ſermon eſt une verſion d' un ſermon du* Jean Chryſoſtome, *que* Gretſer *a mis au iour; qui ſe trouue dans le cinquieſme, des oeuures de Chryſoſtome imprimées à Paris.* ------ ---

Pag. 10. *Eraſme dit, que les livres* de la continence, de la patience, & du bien du veſvage *ne ſont pas d' Auguſtin. Il donne les deux premiers à* Hugues de S. Victor. *Et le troiſieme, il attribuë à* Julie le Pelagien. *Il dit que le liure des* cinque hereſies *n' eſt pas d' Auguſtin. Il dit la meſme choſe du liure* contre Felicien. *Et toutes fois toux ces liures ſont marquez dans le catalogue de* Poſſide, & Bede *les allegue en diuers endroits de ſes commentaires*

taires

*mires ſur les lettres de Sainct Paul aux Romains , aux Corinthiens, aux Philippiens, & à Timothée ,ainſi que* Bellarmin *meſme l' a remarqué.* ———

Pag.71.&72. *Voicy les liures , qui ſont dans ce tome, des auteurs deſquels je ſai les noms.* Tyconius *eſt l'auteur de l'expoſition de l'Apocalypſe. Et* Blaiſe Vieux *jeſuite l'allegue ſouuent dans ſes comentaires ſur l'Apocalypſe. Les ſoliloqves ont e été pris d'* Anſelme. *Le manuel eſt d'* Anſelme. *Thomas d'Argentina dit, que le livre de la cognoiſſance de la vraye vie eſt d'* Anſelme. ——

(l) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1689. p.230.

*Hac occaſione inſignem addit* (M. Gery *Bach. en Theol. en Apologie Hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Douay, ſur la matiere de la Grace) annnotationem, quam adſcribere non piget. Ait enim : Quod poſterioribus ſeculis multi doctores errarunt , non levem cauſam dedit confuſio operum a Sanctis Patribus ſcriptorum, quæ tanta fuit , ut* Gennadii *Semipelagiani ſcriptum,* pro Auguſtini *legeretur ; commentarius* Pelagii in *Paulum , & epiſtola ejus ad Demetriadem,* Hieronymo *tribueretur ; libri* Fauſti *de gratia & libero arbitrio , ſancti cujusdam Eccleſiæ* Patris *opus eſſe crederentur , adeo ut* Tapperus *hunc autorem , dum citat, venerabilem vocarit, vehementer territus, cum a collega aliquo de errore admoneretur ; ut* Eſtius *refert in ſermone quodam anno 1609. Duaci habito. Hæc Auctor.*

(m) Acta Erud. Menſis May. Anno 1687. p. 271. & 272.

Auguſtinus.

*Quatuor ſupra quadraginta elapſi ſunt anni, ex quo* Jacobus Sirmondus , *Jeſuiticæ Societatis Presbyter jam ſenex, poſt plurima alia novum aliquod antiquitatis eccleſiaſticæ monumentum , in Mariæ Remenſis Bibliotheca ſine autoris nomine repertum , e tenebris produxit. Quod etſi Hincmarus Remenſis* Hygino, *alii* Primaſio *tribuiſſent, & ipſe ex ſtyli & ſententiarum affinitate autorem ejus* Arnobium *juniorem deprehendiſſe ſibi videretur ; nihilominus tamen , cum & ſuæ ipſius divinationi minus fideret , & aliorum judicia falſis præſumptionibus inniti crederet,* Prædeſtinati *titulo ſignare maluit. Prædeſtinatorum enim hæreſin Autor ille, quisquis fuerit tripartito hoc opuſculo quantis poteſt viribus impugnat, ac primum quidem 90 hæreſes recenſet, in quo catalogo cum Pelagiana , Neſtoriana , & Prædeſtinatiana , ultimo compareant loco , Autorem hunc nondum exorto Eutyche , & ante Gennadium Maſſilienſem ſcripſiſſe , Sirmondus conjicit. Deinde vero libellum prædeſtinatianis erroribus confertum , & à prædeſtinatis ſub* Auguſtini , *ut inſcriptio habet ,* nomine *confictum exhibet, quem poſtea tertia opuſculi parte non ſine magna verborum acrimonia confutat.*

(n) Acta Erud. Lipſ. A. 1687. p. 272: (*Seraphinus* Piccinardus *in Quæſtione Hiſtorico-Theologica de Opere, quod inſcribitur* Prædeſtinatus, ) *libellum prædeſtinatianis erroribus, confertum & a* Prædeſtinatis *ſub* Auguſtini, *ut inſcriptio habet, nomine confictum exhibet, quem poſtea tertia opuſculi parte non ſine magna verborum acrimonia confutat.*

*Ibid.* Johannis Avvræi *Doctoris Sorbonici cenrum , altero ſtatim poſt Prædeſtinatum anno edita, Autoſem hunc anonymum* (Prædeſtinati) *plurimorum errorum Pelagianiſmi , aliarumque hereſium , mendaciorum, fabularum , craſſæ ignorantiæ , & fœdiſſimæ impoſturæ arguit, quod librum, quem ſub* Auguſtini *nomine confictum aſſerit , ipſe finxerit ; cum ex omnibus ſtyli lineamentis, una & confutantis, & confutati appareat facies.*

*Ibid. pag. 275. Quantum autem ad ſecundum Prædeſtinati librum attinet , qui ſub Auguſtini nomine confictus inſcribitur, ejus Autorem Piccinardus* Evodium Uzalenſem *eſſe pronunciat , qui cum apud Adrumetinos monachos Prædeſtinatorum hæreſis exorta jam fuiſſet, a* Valentino *Abbate rogatus , ſententiam ſuam, & alia quadam epiſtola, & hoc ipſo libello indicaverit.*

(o) Ephemerides Literariæ Hamburgenſes, *plagula 4. Patavio : Edidit inibi P.* Seraphinus Piccinardus *Brixienſis Ord. Prædic. Provinc. Magiſt. ac Theologus Primar.* Novam Quæſtionem Hiſtorico-Theologicam *ad Novitium opus, quod Autor Anonymus Semipelagianus ſub titulo* Prædeſtinatus *& horum quidem nomine adverſus Sancti Patris Auguſtini diſcipulos conſarcinavit, anno , ut ſupponitur 434. tempore Proſperi. Illud nuper repertum & in Gallia impreſſum cum juxta Piccinardum nemo revocaverit ad examen, cenſuræ ſubjecit, & præter alia ſimul elucidare ſtudet hiſtoriam de Prædeſtinatorum hæreſi. Quæ nunc publicæ luci commiſſa Patavii in via S. Thomæ apud Frambottum 1686. in 4to invenitur. Circa quam Polyhiſtor quidam Florentinus admodum miratur Patrem* Piccinardum *ſcripſiſſe ac ſi opus Anonymi hactenus nemo revocaſſet ad examen, cum tamen P.* Maguino *& plures alii jam dudum illud non minus accurate præſtiterint.*

(p) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag 291. 292.

Extant hodie ſub *Prædeſtinati* nomine " editi , de Hæreſibus , præcipue Prædeſtinato-" rum hæreſi, libri tres. In *prima parte* agit Autor" quiſquis ſit , de Hæreſibus quibuscunque nu-" mero XC. à Simone uſque Mago ad Hæreſin " Prædeſtinatianam, earumque autores, placita," mores breviter recenſet. *Secundam partem*" conſtituit liber de prædeſtinatione ſub *Auguſtini*" *nomine* olim confictus : in *tertia* parte libri hu-" juſce Auguſtiniani refutationem inſtituit. Quis" fuerit verus horum librorum parens eruditis" inter ſe haud ſatis convenit: *Hincmaro Remenſi* ſub" *Hygini* nomine citantur; errore ſatis manifeſto," nec forſan aliunde orto, quam quod in indice" Autorum operi præfixo Hygini nomen repe-" rerat. *Sirmondus* ob ſtyli ſententiarumque affini-" tatem *Arnobio juniori* adjudicandos eſſe ſuſpicatus" eſt. Nuper *Piccinardus* Theologus Brixienſis" *Vincentium* quendam neſcio quem Autorem ſta-" tuit, illum nempe cujus XVII. objectionibus" totidem reſponſiones oppoſuit Proſper Aquita-" nicus. Quis vero ſit iſte Vincentius an Presby-" ter ille natione Gallus qui in Pſalmos com " mentatus eſt, de quo *Gennadius* c. 80. an *Vincen-*" *tius Victor* , adverſus quem de origine animæ ,, ſcripſit Auguſtinus, haud ſatis novit; *Lirinenſem*" enim prorſus rejicit: librum ſub *Auguſtini nomine*" confictum *Evodio Uzzalenſi* tribuit, quem ſuſpica-" tur libello ſuo hunc titulum præfixiſſe , *Expoſitio*"

"*doctri-*

*doctrinæ Auguſtini*, indeque pro ipſius Auguſtini fœtu habitum eſſe: verum quæ de tota hac re habet Piccinardus, adeo incertis & levibus nituntur conjecturis, ut paucos fortaſſe in ſententiam ſuam pertracturus ſit. Longe potiori jure tribuendi videntur *Primaſio* noſtro, idque fide vetuſti codicis MS. ante annos octingentos exarati, quem in Bibliotheca Augienſi vidit CL. (Anal Tom. IV p. 84.) *Mabillonius*, in quo comparuit hic titulus dilutiori quidem attramento ſcriptus, ſed antiqua manu, *Opus Sancti Primaſii Diſcipuli Auguſti-„ni de Hæreſibus numero XC.* Certe Autor non „uno in loco ſe Afrum eſſe innuere videtur; „ſed ut quod ſuſpicor libere proferam, quisquis „hanc notulam Codici Augienſi appoſuit, forſan „hallucinatus ſit, & cum apud Iſidorum legerat „Primaſium tres de Hæreſibus libros ſcripſiſſe, „hosque tres Anonymos repererat, mox Pri-„maſii nomen indidit. Adde quod cum Autor „noſter nullam fere Hæreſin Neſtoriana recen-„tiorem memoravit, Primaſius tot exinde na-„tas & damnatas hæreſes haud omiſſurus erat. „Sed totam hanc rem eruditis diſcutiendam re-„linquimus. Primus hos libros ex Hincmari „Remenſis codice extulit Jac. *Sirmondus* Pariſ. „1643. Anno ſequenti acrem ſatis totius operis „cenſuram gallice edidit Joan. *Avvræus* Theolo-„gus Sorbonicus qua autorem hominem fuiſſe „Pelagianum contendit, eique errores, hære-„ſes, mendacia, fabulas, fœdamque ignoranti-„am objicit. Mox opus in Hollandia recuſum „Amſtelodami, ni fallor, 1645. cui Avvræi cen-„ſuram latine verſam ſubjecit editor. Anno „1677. in Bibliotheca Patrum Lugdunenſi Tom. „XXVII locum invenit. Demum Seraphinus „*Piccinardus* ex Ord. Prædic. in Academia Pata-„tavina Theologus additis variis de Autore, Ope-„re, totaque controverſia diſſertationibus de-„nuo in lucem protulit Patav. 1686.

(pp) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1688. pag. 621. Tomum octavum *(operum S. Auguſtini a Monachis Benedictinis editorum) auſpicatur Auguſtini liber de hæreſibus, ad cujus calcem in ſubjectis Notis Neſtoriana, Eutychiana & Timotheana hæreſis additur, quam appendicem etiam in aliis Auguſtini editionibus legere eſt. Cum vero jampridem* Jacobus Sirmondus *in hiſtoria hæreſeos Prædeſtinatianæ c. 6 prodiderit, in codice MSC. S. Victoris Pariſienſis tribus illis hæreſibus etiam* Prædeſtinatianam *addi, illudq; additamentum* Gennadio *Maſſilienſi tribui, & ſatis mirari non poſſit, quo caſu vel Conſilio factum ſit, ut in celeberrima S. Auguſtini operum editione a Lovanienſibus Theologis procurata, cum ex Codice Gemblacenſi Gennadiana hæc appendix tacito licet autoris nomine proferretur, omiſſa Prædeſtinatiana tres tantum reliquæ expreſſæ fuerint; nobis multo magis mirandum videtur, quod Benedictini Fratres, qui in recognitione hujus libri ſe Codice S. Victoris uſos profitentur, nullam neq; Gennadii, neq; hæreſeos Prædeſtinatianæ, in variis ſuis lectionibus mentionem fecerint.*

(q) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1687. pag. 275. (*F. Seraphinus Piccinardus in Quæſtione Hiſtorico-Theologica de novitio opere, quod inſcribitur* Prædeſtinatus, *de Autore* ἀπογνωστικῶν, *( quæ* Auguſtini *Tomo 7. leguntur) disquirit; & quamvis* Johannis Garnerii *rationes pro* Sixto, *ſeu* Xyſto *III. probabiles cenſeat, easq; contra Natalis Alexandri objecta dubia defendat, veriſimilius tamen ipſi videtur, libros iſtos a* Mario Mercatore *compoſitos fuiſſe, qui poſt ſubnotationes in Julianum plenius hoc opus, jam in ſubnotationibus promiſſum elucubraverit, & Græcæ linguæ non imperitus Græco hoc titulo inſigniverit.*

(r) Acta Erud. Lipſ. ao. 1688. p. 620. *Ex his tractatum de fide rerum* falſo ab Eraſmo Hugoni tribui, *ex eo* arguunt Benedictini *noſtri, editores operum* S. Auguſtini, *) quod in codice antiquo ante Hugonis ætatem exarato Auguſtino tribuatur, & ipſe* Auguſtinus *in epiſtola ad Darium Comitem hunc tractatum pro ſuo agnoſcat, quæ epiſtola poſt Frobenianam editionem demum reperta, & in Plantiniana Lovanienſium primum vulgata fuit, qui tamen hunc de* fide rerum *tractatum pro genuino Auguſtini fœtu minime agnoverunt.*

(s) Petrus Lambecius Diario Sacri Itin. Cellenſ. p. 119.

*Cui inſigni teſtimonio Græco aliud addam Latinum, quod extat in appendice Tomi noni Operum S.* Auguſtini *Tractatu octavo, cujus principium: „Ad interrogata de virginis & Matris Domini reſolutione tempo-„rali & aſſumptione perenni, quid intelligam, reſpon-„ſurus &c.*

p. 121. *Ubi notandum eſt, Tractatum hunc vulgo quidem attribui S* Auguſtino, *eamq; opinionem etiam à Laurentio Surio Carthuſiano, qui illum Albini Flacci Alcuini Homiliario primus inſeruit, probari, rectius autem a Theologis Lovanienſibus in editione ſua Operum S. Auguſtini, nec non ab Em. Card. Baronio eidem abjudicari. Cui poſteriori ſententiæ ipſe accedo; utpote qui perſuaſiſſimum habeo, ſcriptum eſſe hunc Tractatum ſub finem ſeculi poſt Chriſtum octavi; nempe eodem circiter tempore, quo* Carolus Magnus, *nondum Imperator, ſed tantum ut ipſe loqui amat, Rex & Rector regni Francorum, Capitulorum ſuorum, ſive Legum Eccleſiaſticarum &* Civilium *librum, primum edidit.*

*Veriſimilimum itaq; eſt,* Carolum *Magnum interrogationem hanc primo omnium ac præ cœteris Præceptori ſuo* Albino Flacco Alcuino *qui A C. 804 obiit, privatim propoſuiſſe, reſponſi autem loco hunc ab Alcuino compoſitum eſſe* Tractatum, *in cujus principio, tanquam ad jam citata* Caroli *Magni verba reſpiciens ac alludens, expreſſe teſtatur, ſe, quid de Virginis ac Matris Domini reſolutione temporali & aſſumptione perenni intelligat, non ſcribere proprio intellectu, ſed ad interrogata reſpondere. Confirmant enim hanc conjecturam ſupra citata Caroli M. verba, & principium hujus Tractatus Caroli M. verbis reſpondens.* Confirmant *eandem* ſtylus Alcuini, & quæſtiones ſacræ a Carolo M. *eidem - - - - & index ſcriptorum Alcuini apud Joannem Baleum* Centuria *ſecunda Scriptorum Britanniæ, in quo per librum, cui titulus* Reſponſiones ad interrogata, *hunc ipſum de aſſumptione B. Virginis tractatum ſignificari exiſtimo. Confirmat deniq; conjecturam iſtam* Homiliarium *ab Alcuino juſſu* Caroli *M. collectum, cui tractatum illum ſive Sermonem de aſſumptione ſine dubio inſeruiſſet* Alcuinus, *ſi S. Auguſtini is fuiſſet, non autem proprius. Primus enim* Homiliarium Alcuini *Sermone iſto auxit F.* Laurentius Surius *Carthuſianus in editione Colonienſi in fol. quæ typis Materni* Cholini *ao. 1576. in lucem prodiit. In omnibus enim antiquioribus ejusdem Homiliarii editionibus, nempe in prima & antiquiſſima Lugdunenſi typis Joannis*

*Clein, ao. 1520. in fol. in fol. in Colonienſi typis Eucharii Cervicorni, A. 1539. in fol. & in duabus Colonienſibus Materni Cholini ao. 1557. & ao. 1569. in folio, tractatus hic, qui perperam S. Auguſtino attribuitur, non reperitur. Suppoſititius autem ille S. Hieronymi vel Sophronii ſermo de Aſſumptione in omnibus* Homiliarii *iſtius extat editionibus: quem profecto ipſe* Alcuinus *ei inſeruit; nec inſeruiſſet, niſi & ipſe ſpecioſis Pauli & Euſtochii nominibus deceptus, ſpurium hoc ſcriptum pro genuino habuiſſet.*

(t) Du Pin Nouv. Biblioth. des Autheurs Eccleſiaſt. Tom. III. pag. 217. 218. 219.

Le petit Ecrit des Benedictions *du Patriar-* „*che Jacob*, n'eſt pas un ouvrage de ſaint *Auguſtin*, „mais un *Fragment des queſtions d'* Alcuin *ſur la Ge-* „*neſe*, qui en a pris une partie des queſtions ſur la Geneſe, & l'autre partie des *Morales de ſaint Gregoire*. Ce meme Ecrit ſe trouve encore dans le troiſiéme Livre du *Commmentaire ſur la Geneſe* attribué à ſaint *Eucher* Eveque de Lyon..

Nous avons déja remarqué en parlant des Oeuvres d'*Hilaire Diacre*, dans le ſecond Tome de cette Bibliotheque, que les *queſtions ſur l' Ancien* & le *Nouveau Teſtament* ne ſont point de ſaint *Auguſtin*. Nous avons auſſi rapporté les Conjectures que l'on a pour les attribuer à Hilaire Diacre.

*Ibid.* p. 219. L' Addition contient *trois cens dix-ſept Sermons* ſuppoſez, diviſez en quatre Claſſes, ſuivant l'ordre obſervé dans les veritables. On a mis à la tête de chacun une Critique tresjuſte. Il y en a pluſieurs que l'on reſtituë a *Ceſarius* leur veritable Auteur. L'on en trouve quelques-uns *de Raban*, & quelques autres, qui ſont tirez des Homilies *d' Origenes* ou des Oeuvres de ſaint *Cyprien*, de ſaint *Ambroiſe*, de ſaint *Maxime*, de ſaint *Leon*, de *Fauſte*, de ſaint *Gregoire*, d'*Alcuin*, & d' *Ives de Chartres*.

*Ibid. p. 230. b.* Les *ſoixante-cinq Queſtions* & Réponſes ſuivantes qui ſe trouvent dans quelques MSS. ſous le nom *d'Oroſe* & de *S. Auguſtin* ſont dans un meilleur ordre que les prêcédentes, & & ſur des matiéres plus Theologiques. Mais elles ſons tirées de divers endroits. Les *douze premiéres* ſon priſes d'un Traité fauſſement attribué à *S. Auguſtin* touchant la *Trinité & l'Unité de Dieu*. La plûpart de ſuivantes ſon extraites de *S. Eucher*. Il y en a quelques-unes du Traité *de S. Auguſtin* ſur la *Geneſe*.

Le livre *de la Foi à Pierre & de S. Fulgence*, à qui il eſt attribué dans un MS. de Corbie, ancien de plus de mille ans, auſſi bien que dans un autre plus récent. Il eſt cité ſous ſon nom par *Ratramne* dans le Traité du Corps & du Sang du Seigneur. *Iſidore* & *Honoré d' Autun* font auſſi mention d'un Traité de *S. Fulgence*, qui contenoit la *regle de la Foi*, qui n' eſt pas different de celui-ci.

*Ibid.* p. 231. a. Le livre *de l' Eſprit & de l' Ame*, qui eſt un *Recueil* de paſſages *de pluſieurs Auteurs*, eſt attribué à *Hugues de Saint Victor* par *Tritheme*, par *Vincent de Beauvois*, & imprimé parmi les Oeuvres de cet Auteur. Cependant le grand nombre d'extraits tirez des Oeuvres méme de Hugues de Saint Victor font douter qu'ils ſoient de lui. *S. Thomas* l'attribuë à un Moine de l'ordre de Cîteaux. Les *Benedictins* croyent que c'eſt *Alkher* ami de l' Abbé Iſaac Abbé de l'Etoile à qui celui-ci adreſſa un lettre de l'Ame. Dans la Bibliotheque de Citeaux on l'attribuë à *Iſaac*, & l'on y remarque qu'il l' a mis ſous le nom d' Alkher; mais il n'y a pas d'apparence que l'Abbé Iſaac eut inſéré une partie de ſa lettre dans ce Traité.

Le Traité *de l' Amitié* eſt l'abregé, on plûtôt un extrait du Traité d'*Alfrede* Abbé de Revesby en Angleterre, qui ſe trouve parmi les Oeuvres de cet Auteur.

Le livre *de la Subſtance de l' Amour* eſt compoſez de deux petits Traitez qui ſe trouvent parmi les Oeuvres *de Hugues de Saint Victor*. Celui *de l' Amour de Dieu* eſt un recueil de paſſages de ce même Auteur, de S. Bernard & de S. Anſelme: *Vincent de Beauvais* le cite ſous le nom de *Pierre Comeſtor*.

*Le Soliloques* qui ſont ici, ne ſont pas ceux de *S. Auguſtin*, dont nous avons parlé ſur premier Volume: ceux-ci ſont compoſez de paſſages des Soliloques & des Confeſſions de S. Auguſtin, & des Livres de *Hugues de S. Victor*. L'on y trouve le chapitre I. du Concile IV. de Latran tenu l'an. 1198.

Il eſt prouvé dans la Préface du livre *des Méditations*, qu'elles ne peuvent étre de Saint Auguſtin. Il y en a pluſieurs qui ſont auſſi attribuées *à Saint Anſelme*; mais on fait voir qu'elles ſont plus vrai-ſemblablement de *Jean Abbé de Feſcamp*, qui vivoit du temps de l'Empereur Henri III à la Veuve duquel il adreſſe une lettre donnée par le Pere *Mabillon*, dans le premier de ſes Analects, ſur un autre MS. de l'Abbaye de S. Arnoul de Metz, où il eſt fait mention de ce Traité de Meditations, dont une partie ſe trouve dans ce même MS. Le Traité ſuivant de la Contrition du coeur eſt tiré des Méditations attribuées à ſaint *Anſelme*.

*col. b. Le Manuel* eſt auſſi compoſé des extraits des Oeuvres de *Saint Anſelme*, de *Saint Bernard*, de *Hugues de Saint Victor*, & d'*Alcuin*. On y trouve auſſi quelques paſſages de *Saint Auguſtin*, de *Saint Cyprien*, de *Saint Gregoire*, & d' *Iſidore de Seville*. Il y a une partie de ce livre dans le livre ſuivant intitulé *le Miroir*. Une autre partie eſt un extrait d'une Oraiſon qui eſt dans le MS. de Corbie, qui contient les Oeuvres de l' *Abbé Jean*.

*Le Miroir* fait partie de la Confeſſion de Foi que le P. *Chifflet* a publié ſous le nom *d' Alcuin*; elle eſt néanmoins compoſée de paſſages des Oeuvres d'Alcuin méme.

Les livre ſuivant eſt intitulé *le Miroir du Pecheur*. L'Auteur cite un mot d' *Eudes Abbé de Cluni*, à la loüange de *Saint Martin*: il ſe ſert du terme de Prébende, & il a tiré quelques endroits du Traité de l'Oraiſon de Hugues de Saint Victor, du livre de l'Eſprit & de l'Ame, dont nous avons parlé, & du livre *de la Conſcience* attribué à *ſaint Bernard*.

*Le Livre des trois Habitacles* eſt encore de méme, & l'on y trouve les mêmes penſées. Il y a apparence, que tous ces Traitez de Pieré ſont d'*un méme Auteur*.

Le

Le livre intitulé l'*Echelle du Paradis*, attribué à Saint *Bernard*, & intitulé parmi ſes Oeuvres l'*Echelle du Cloître*, ou Traité *de la Maniere de prier*, eſt de *Guiges le Chartreux*, comme il paroit par la lettre qui ſert de Préface, tirée d'un MS. de la Chartreuſe de Cologne.

(333) BARTOLI JCti famigeratiſſimi *Lecturæ* multæ *alienæ* plane ſunt, ut apparet ex Franciſci *Zoanettæ* repetitione ſuper rubricam ff. de Juſtit. & Jure, quæ eſt repetitionum in varias Juris Civilis leges editarum Venetiis 1608. tomis aliquot Tom. I. fol. 45. col. 4. in fine ubi Dn. de PERUSIO pro ipſo aliqua addidiſſe ab *Alexandro* JCto refertur. vide excerpta (a) ob libri raritatem & molem fuſius data.

(a) Franciſci Zoanettæ Repetit. ſuper Rubr. ff. de Juſtitia & Jure Tom. Fol. 45. col. 4.
*Poſtremo, quia Bartolus in hac lege contradicit in aliquibus his, quæ dixit in aliis locis: ut apparet ex prædictis, quod eſt contra morem Barto. poteſt dici, quod iſta proprie non eſt lectura* Bart. *qui non legit ſuper hoc primo libro, ff. præter quam, l. omnes populi, inf. eo. quod poteſt percipi ex eo, quod diverſo ſtylo utitur, quam utatur in aliis lecturis, & etiam in repetitione :· d. l. omnes populi. Et quia in hoc primo libro in multis contradicit his, quæ dicit in aliis locis contra morem ſuum. Sed fuit lectura alicujus Doctoris, qui pro eo legebat, ita dicit Io. de Imo. in l. is qui reus, in 26. colum. infra de pub. refert & ſequitur Doc.* Alexan. *in rub. infra de acquir. hæred. circa princip. ubi hoc colligit ex dictis Barto. ibi idem Alexan. in. l. diem functo: in 11. colum. inf. de offic. aſſeſſo & in l. Pomponius. §. ſi juſſu in 7. colum. de acquir. poſ. & in l. qui tale, circa medium, infra ſoluto matrim. & in rubrica, eo. tit. in 5. colum. & in primo volum. Conſi. 138. incipien. opportune conſideratis, in 9. colum. in ſecundo volum. conſi. 206. incip. viſo themate in 5. colum. in fi. tamen ego conſidero contra prædicta, quod Barto. in l. prima.* C. *de ſal. hoſp. non præſtan. li. 12. alleg. no. per ſc. in l. 1. ſupra eo & Doct. communiter etiam antiqui maxime Bal. &* Ang. *ſemper allegant, Barto. hic: unde vere non crederem in hoc Imo. &* Alexan. *& hoc eſt magnæ importantiæ, quia ſumma eſt autoritas Bar. in judicando. in quo ſolet eſſe ſemper ſubſtantia veritatis: ut dicit Ro. conſi. 469. in fi primi dubii, Et dicit Do. Fran. de Are. in conſi. 155. ad fi. quod Bart. fuit pater juris. & Do Andr. Barb. in c. Raynutius, in 39. col. dicit, quod Bar. eſt juris humani lumen ardentiſſimum, & ibidem in 42. col. dicit, quod eſt Doctor ſupremus. Ipſe etiam in quodam ſuo conſ. quod eſt inſertum inter conſilia* Alex. *in 4. volum. conſil 55. & incipit: perſpectis his, quæ in themate. in 18. col. refert, quod etiam Bal. in l. rationes,* C. *de. proba. appellat Bar. doctorem ſupremum, & quod Ang. in conſiliis ſuis circa prin. appellat illam Lucernam juris, & ideo magni intereſt, an ſit ejus lectura, an ne 134. ſicut etiam in lectura trium librorum,* C. *nam quidam voluerunt dicere, quod ipſe non legit niſi usq; ad titulum de periculo eorum qui pro magi 5. inter lib. II. & ita atteſtatur* Ang. *& reliquum quod ſequitur usq; in fi. 12. fuit additum per quendam dominum Contem de Peruſio ut aſſeverat Alex. in l. divortio, §. interdum, in pen. col. inf. ſolu. Mat. & in rubri. ejusdem tituli, in ulti. col. in rubrica, inf. de acquir. here. & in l. 1. inf. qui ſatisd., cogan. & in rubrica, inf. de no. operum. in 13. col. & in l. Gallus. §. ille caſus. in 5. colum. inf. de liberis & poſthu. & in 2. volu. in conſi. l. in cip. viſis actis, in ult. col. & hoc confirmari poteſt,*

*poteſt, quia Bac. in l. I. C. ut nullus ex vicar. pro ali. vica. lib. II. & tamen ibidem in lecturis, quæ communiter habenter, nihil dicit in illa. l. quia illam non legit, & eodem modo in. l. probatoris. C. d. diver. offi. lib. 12. ſe remittit de quadam quæſtione ad dicta per ſe in authen. ſi quis in aliquo, C. de eden. & tamen ibi de eo nihil dicit. Item in l. I. C. de ſtrato. lib. 12. ſe remittit de alia quæſtione ad notata per ſe in l. 1. in fin. qui ſatisd. cog. ubi tamen nihil ad illud propoſitum. Et licet prædicta ſint magna arg. quod non ſit lectura Bar. tamen in contrarium multum me movet: quia ipſe Bart. in l. 1. C. de infa. lib. 11. alleg. no. perſe in l. 1. C. de digni. lib. 12. item in illa. l. 1. C. de dignitat, in 15. col. multum pertinenter allegat, not. perſe in l. Labeo. inf. de ſupl. leg. item Bal. in c. olim ex litteris, reſcrip. cui non minus crederem, quam Angel. allegat. not. per Bar. in l. litibus, C. de agri. & cenſi. lib. II. qui tamen titulus eſt poſt illum titulum. de peric. & com. & illum etiam allegant Imo. & Ang. Aret. in l. imperatores, §. fi. inf. de appel. & Panor. in c. 2. de ſequeſtr. poſ. & fruc. 135. Similiter etiam eſt magnum dubium, an lectura ſuper authenticis quæ attribuitur, Bar. fuerit ipſius Bar. quia multum eſt aliena à ſtylo ſuo, & ideo dicit Alex. in d. rubrica ſoluto matrim. in ſeptima colum. quod nunquam fuit ſibi viſum, quòd fuerit Bar. licet ipſe Barto. in authen. hoc ſi debitor. C. de pign. ad finem, remittat ſe ad dicta per ſe in §. ſed neque in authen. de fidejuſ. Hæc licet non ſint de materia hujus legis, tamen quia non ſunt omnino extra propoſitum: nec etiam ſunt inutilia ad majus ipſius legis ornamentum, interſerere volui.*

---

(334.) BARUCH. Ejus liber ſive Vaticinia à nonnullis JEREMIÆ tributa, & tanquam hujus citata in teſtimonium, Barucho iterum vindicantur prolixe ab *Huetio* Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. pag. 389. 390. ſqq. Quanquam ejus non eſſe aſſerat *Capellus*, nec traductionem Latinam S. Hieronymi *Biblioth. Univerſ.* Tom. XII. 1689. p. 31. ſub lit. (a) At *Epiſtola Syriaca*, quæ Baruchi nomine extat, ei abjudicatur ab *Huetio* lib. cit. p. 390. CHRISTIANO QVE CUIDAM MONACHO in Syria probabiliter aſſeritur. Prophetiam vero memoratam Barucho cuidam juniori cum Kippingio exercit. de S. Script. XXIII. p. 257. & ſeqq. imputare mavult Joh. *Mollerus* in ſua Homonomoſcopia doctiſſima pag. 158. Sect. II. Cap. 1.

(a) Bibl. Univerſ. Tom. XII. pag. 31. *Ludovicus* Capellus *in Comment. & notis Criticis in V. Teſtamentum compare le Græc & le Latin du livre de Baruch, d'ou il conclut, que ce dernier n'eſt pas de S. Jerome. Il fait voir que cette Hiſtoire n'eſt point de Baruch & qu'elle n'eſt point divinement inſpirée.*

BARUCHUS v. *Canephius.*

---

(334. α) *Gabriel* BARULUS. Ejus nomine edidit Conciones imperitus quidam, quem notum ſibi eſſe quidem dicit *Miræus* Biblioth. Eccleſ. part II. pag. 9. in fine, ſed nomen ejus non indicat.

---

(334. β) BAS-BRETON, Gentilhomme de Province : Dominique BOUHOURS. *Baillet.* Liſte des Auteurs deguiſez p. 532.

BASILIUS v. *de Barna.*

---

(335.) *Thalaſſius* BASILIDES: Ex Græco illud nomen ſibi aſſumſit *Marin* LE ROY de Gomberville, ſignificatione vocum retenta. Marin enim Græce Thalaſſium, & le Roy Baſilidem innuit, ut obſervat *Menage Antibaillet.* Tom. l. p. 36. adde *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques pag. 53. & *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 532. & 330.

---

(336.) *Cyriacus* BASILICUS. Perſonatum nomen eſt Dominici REGII, ut in recenſione Bibliothecæ Romanæ Proſperi *Mædanſii* Volum. II. ex eadem obſervant *Acta Eruditor. Lipſienſia* ao. 1693. p. 308.

BASILIO v. *Pica.*

---

(337.) BASILIUS *Gröningenſis.* Ejus nomine quinque recenſet ſcripta, Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 252. a. ſub lit. W. verumque Auctoris nomen aperit, WESSELUM Phryſium Gröningenſem. Ejus *Farrago*, quæ ultimo loco ab *Hyde* memoratur, extat in Bibliotheca noſtra, ſex capitibus diſtincta conſtans; ceterum nec locus nec annus quibus impreſſa ſit, memoratur. Titulus totus libri ſub (a) repræſentatur, ob ravitatem exſcriptus.

(a) Farrago Weſſeli: M. Weſſeli Groningen. *LVX. Mundi olim vulgo dicti raræ & reconditæ doctrinæ, Notulæ aliquot & propoſitiones, quarum ſeries & materia latius verſa pagina conſpicitur. In hoc libello tractatur. I. De benigniſſima Dei providentia omnia ſuaviter diſponente. II. De cauſis, myſteriis & effectibus dominicæ incarnationis & Paſſionis. III. De dignitate & poteſtate eccleſiaſtica. De vera & recta obedientia. Et quantum obligent ſubditos mandata & ſtatuta prælatorum. IV. De Sacramento penitentiæ, & quæ ſint claves eccleſiæ. De poteſtate ligandi & ſolvendi. V. Quæ ſit vera communio Sanctorum. De theſauro eccleſiæ. De participatione & diſpenſatione hujus theſauri. De fraternitatibus. &c. VI. De Purgatorio, quis & qualis ſit ignis purgatorius. De ſtatu & profectu animarum poſt hanc vitam, &c. Deceſſit ex hac luce M. Weſſelus, Ao. M. CCCC. LXXXIX. in die ſancti Franciſci. Sepultus Groningæ in monaſterio quod dicitur Spumalium virginum.*

---

(337. α) BASILIUS HYPERETA. Eo nomine prodiit Hamburgi ao. 1679. in 12mo typis Arnoldi Lichtenſteinii Hiſtoriſche und Politiſche Beſchreibung der Geiſtl. Monarchie des Stuhls zu Rom. Auctor ſcripti eſt *Samuel* PUFFENDORF, cujus introductioni oder Einleitung zu den vornehmſten Staaten in Europa inſertum eſt, facitque ejus Caput XII. in Parte prima. vid. *Benzens* Ebenbild Thomaſii pag. 215. in fin. Editio Hyperetæ nomine facta hujus ſcripti complectitur paginas in univerſum 258. præfixaque ei eſt præfatio ad lectorem, & ſubjectus contentorum index.

(338.) BASILII Magni operum editiones varias, vide apud *Gerhard.* pag. 248. 249. & *Olear.* pag. 71. quorum Concinnatores de operibus tum genuinis, cum ſuppoſititiis ejus diverſimode agunt, quæ curioſo lectori examinanda relinquimus. Nobis hinc inde ſparſim collecta, de operibus ad alios auctores relatis, pro inſtituto noſtro breviter referre ſuffecerit; plura qui volet, *Bellarminum*, *Sixtum Senenſem*, *Tritthemium*, *Poſſevinum*, *Baronium* ad Ao. C. 361. *Labbæum*, aliosque de ſcriptoribus Eccleſiaſticis fuſius commentantes adeat. Itaque

*I. Aſceticorum præfatio*, cujus initium: *Etſi præclaræ ſunt illæ legum ſanctiones*, eadem cum CHRISOSTOMI *Homilia de Militia Spirituali* Tom. 3. operum ejus excuſa, notatur *Riveto* Critici ſacri lib. 3. c. 20. p. m. 330.

*II. Aſcetica* vero ipſa EUSTHATIO *Sebaſteno hæretico* adſcribuntur, auctoritate *Nicephori*, & *Sozomeni*, & aliorum, ab eodem *Riveto* l. c. Coc. pag. 251. & *Gerhardo* pag. 252.

Irrepſiſſe quædam in Baſilii Aſcetica, aliena, quæ tamen qualia aut cujus ſint non dignoſcantur, agnoſcit *Cave* Hiſtor. lit. ſcript. Eccleſiaſt. pag. 136. b. ubi ſimul addit veri non abſimile eſſe, nonnulla ex illis deberi EUSTHATIO, quod notavit etiam ex *Nicephori* IX. XVI. XIII. XIX. & Gatak. Anton. 188. 50. Marginalia *Normanniana* MSSta hoc loco. Adde *du Pin* Biblioth. Tom. 2. p. 182. 183.

*III. Epiſtola* 80. eadem cum *GREGORII NYSSENI de Trinitate ad Euſthatium* tractatu deprehenſa *Theoph. Raynaudo* de mal. & bon. lib. pag. 128. videtur *Gregorio* adjudicari, ſed *Baſilii* malunt eſſe *Rivetus* l. 3. c. 20. & c. 23. p. 350. *Bellarminus* aliique.

*IV. De Eremi laudibus* opuſculum, contineri capite ultimo operis *de Dominus Vobiſcum*, *a Petro* DAMIANO conſcripti, monet idem p. 129.

*V. Grammaticas Exercitationes*, libellum *Baſilio* male tributum, recte à Pariſienbus, *Manuelis* MOSCHOPULI nomine recuſum eſſe, docet ibidem cum aliis. Editio illa facta 1545 in 4to ex Officina Roberti Stephani, nitidiſſima, cum inſcriptione libri Græca tali: Τοῦ Σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου μανουήλου τοῦ μοσχοπούλου περὶ σχεδῶν. Latina vero iſta: *Manuelis Moſchopuli de ratione examinandæ orationis libellus*, ex Bibliotheca Regia.

*Raynaudus* de Malis & bonis libris part. I. Erotem. X. pag. 129. Moſchopulo *Exercitationes Grammaticales* adſcribit lit. (a) Auctoritate Cruſii, de quo *Marginalia Normanniana* ſequentia notant: περὶ τῆς γραμματικῆς γυμνασίας Baſil. 1553. MOSCHOPULI eſſe fide ſui MSti aſſeverat *Cruſius* Turco-Gr. p. 45. Conferatur *Labbe* Tom. I. de Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 177. 397. monente hic nota *Marginali Diecmanniana.*

*VI. Homiliam* X. & XI. idem p. 129. adjudicat dubie GREGORIO NYSSENO, quod plenius probat *Rivetus* l. c. pag. 328. & *Poſſev.* Tom. 1. p. 192. appar. ſacri.

*VII. Monaſticas Conſtitutiones*, ab ipſo *Baſilio* & *GREGORIO* NAZIANZENO conſcriptas, ex *Georgio Presbytero* idem Raynaudus l. c. docet: verum *Nicetas* Commentator Nazianzeni, Monaſticam Inſtitutionem non *Baſilio*, ſed EUSTHATIO *Sebaſteno* expreſſe tributam a *Nicephoro* in Eccleſiaſtica Hiſtoria teſtatur. Vid. *Gerhard.* p. 253.

*VIII. Præfatio Pſalmorum*, eadem cum AUGUSTINI Præfatione in eosdem eſſe, adeoque Græce, & ab eodem iterum Latine dein reddita creditur, *Frontoni Ducæo* & *Riveto* l. c. p. 329.

*IX. Commentarius* autem *in Pſalmos*, Cinnus Commentariorum CHRYSOSTOMI & THEODORETI, docetur ab eodem *Riveto* p. 333.

*X. Quæſtiones Compendio tractatæ*, EUSTHATIO *Sebaſtiano* tribuuntur a *Sozomeno* Hiſt. lib. 3. c. 15 & *Niceph.* lib. 9. c. 16. & l. 13. c. 9. teſte *Bellarm.* de amiſſ. gratiæ lib. 1. c. 13 apud *Gerhard.* pag 26, 33. & *Poſſev.* Tom. 1. apparat. pag. 192.

*XI. Regulæ breviores* ejusdem EUSTHATII, ex *Nicephori* l. 9. c. 16. & l. 13. c. 19. judicantur Pontificiis quibusdam, a quibus alii iterum, *Photii* auctoritate moti, diſſentiunt: qua de re vide ſibimetipſi fere contrarium *Th. Raynaud.* l. c. p. 128 (b) & 139. (c) & *Cocum* pag. 251.

Adde quod præterea in nunquam ſatis laudandis *Actis Erud. Lipſ.* ao. 1686. (F. *Caſimirus* Oudin in Supplem. de Scriptor. & ſcriptis Eccleſiaſticis,) librum *Victoris Africani* de Conſolatione in adverſis inter *Baſilii* etiam opera haberi, a nemine hactenus obſervatum aſſerit: quodque Gvil. *Cave* Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſticor. pag. a. ſcribit de ſuppoſititiis Baſilii ſcriptis hoc modo: Homilia decima & undecima in Hexaëmeron, quas a *Gregorio Nyſſeno* additas fuiſſe Socrates l. 4. cap. 26. atque ipſe Nyſſenus Hexaem. in fin. fidem faciunt.

De Grammatica exercitatione libellus, qui eſt *Joannis Moſchopuli.*

De

De conſolatione in adverſis Epiſtola lat. quæ VICTORIS CARTENNENSIS eſt.

De laudibus Eremi, ſeu vitæ ſolitariæ Lat. fragmentum eſt ex opere PETRI DAMIANI. Adde *du Pin* Bibliothec. Nouv. (d) Tom. IV. pag. 180.

(a) Raynaud. de mal. & bonis libr. pag. 129.

*Ægre adducor ut moneam libellum de Grammatica exercitatione abſurde adſcribi S. Baſilio Magno, ut habet titulus. Sed ſive eum titulum appoſuit Gilbertus Cognatus interpres, ſive quisquam alius, ut acceſſu illius lucubrationis, editio operum S. Baſilii videretur plenior prodire, impoſitum eſt manifeſte lectoribus. Nam ipſummet initium, ſatis ſuperq; docere poterat hallucinationem. Siquidem in eo initio ponitur oratio ad DEum, qua rogatur, ut meritis S. Johannis* Chryſoſtomi, *Sancti, parvulum rudem literarum, & primis Grammaticæ notionibus imbuendum, dignetur ad profectum juvare. Hæc quis fingat a Magno Baſilio, qui Chryſoſtomum anteceſſit, eſſe conſcripta? Itaq; abſurde omnino, ea ſcriptio S. Baſilio eſt attributa, quam auctionem, nomine Manuelis Moſchopuli, qui ſub annum Domini 1300. ſcribebat, emiſere jam olim Pariſienſes. Notavit quoq; Moſchopulum, non S. Baſilium eſſe libri hujus Grammaticalis autorem, Martinus* Cruſius, *in Notis ad Hiſtoriam Politicam Conſtantinopoleos, inſertam libro I. Turco-Græciæ.*

(b) Ibidem p. 128.

Regulas breviores, *ſuppoſitas eſſe S. Baſilio, eſſe autem revera Euſtathii Sebaſteni monuit Garetius præfatione ad opus ſuum de Euchariſtia, allegato Nicephoro lib. 9. Hiſtor. c. 16. & lib. 13. c. 29. fateor tamen Photium eſſe in contrarium, & eas regulas tanquam genuinum S. Baſilii opus agnoſcere.*

(c) Ibidem p. 139.

Euſtathio *quidam ſuppoſuere* regulas *apud S. Baſilium fuſius diſputatas. Ita conſtanter aſſeruiſſe aliquos, teſtatur Sozomenus lib. 3 hiſtor c. 13. & Nicephorus lib. 9. c. 16. ac lib. 13. cap 29. Fuit hic Euſtathius, Epiſcopus Sebaſtenus,* Arrianorum *gregalis, & plenus nequitiæ homo, ut intelligitur ex iis quæ de eo tradit S. Baſilius binis epiſtolis, altera ad Occidentales Epiſcopos, ad Patrophilum altera. Itaq; minus veriſimile eſt, tantæ perfectionis lucubrationem ad perditum* Arrianum *eſſe referendam: ac proinde S. Baſilio eam abjudicant Juſtinianus Imperator tract. pro V. Synodo Oecumenica; tom. 2 Conciliorum editionis Romanæ p. 267. & Photius cod. 144 ac codice 191.*

(d) Du Pin Nouv. Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſt. Tom. IV. p. 18.

*Nous n' avons aucun de ſes Ouvrages ſous ſon nom; mais il y a parmi les Oeuvres de ſaint Baſile un Traité Latin intitulé Conſolation dans l' adverſité, qui avoit auſſi eſté mis avec les Oeuvres de Saint Eucher, qui eſt ſelon toutes les apparences celui dont parle ici Gennade. Comme il eſtoit adreſſé à Baſile, on a crû qu' il eſtoit de Saint Baſile; il eſt viſible qu' il eſt d' un* Auteur Latin, *& ce que Gennade dit du Traité du Victor, convient à celui-ci: car il y eſt parlé de* la Reſurrection, *&* l'Ouvrage *eſt plein d' autoritez & d' exemples, tires de l' Ecriture Sainte.*

(339) BASILE DE ROUEU: François CLOUET. *Bailletus* in Catalogo des Autheurs deguiſez p. 532.

---

(340) BASILIUS Valentinus, Monachus Benedictinus (cujus libri Chymici plurimi recenſentur apud *Borellum*, Biblioth. Chymicæ p. 212. & ſeqq. nec non apud *Draudium*, titulis variis, *Lindanum* pag. 93. & jejune apud *Schenck* pag. 43. Biblioth. Med.) nullus unquam in rerum natura fuiſſe quibusdam creditur. *Morhofius* ſane in Epiſtola elegantiſſima de Metallorum transmutatione, hic Hamburgi anno ſuperiori edita, p. m. 133. omnia de ipſo incerta eſſe teſtatur, quanquam diligentisſime in ejus Hiſtoriam inquiſitum fuerit ab Imperatoribus Germanicis. Certe Dominus *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Dr. aliquoties mihi, ſed pro merito nunquam digne laudatus, ex Domino *Raſchio*, Med. olim Doctore, ſe plus ſemel audiviſſe, mihi confirmavit, nullum ejus nominis Monachum Benedictinum fuiſſe. Quandoquidem nec in Catalogo Benedictinorum Provinciali Erfurti, neque in Generali Romæ nomen hoc a ſe fuerit inventum. Arbitrari vero ſe, quendam hoc nomine latitare voluiſſe ex familia Johann. Tholdeni Heſſi, cujus *Haligraphia* Germanica, ſive Beſchreibung aller Saltz-Mineralien/ Erfurti 1612. in. 8 edita Chymiæ notitiam non proletariam arguit. Quicquid autem ejus ſit, certe librum illius *Baſilii* nomine venditatum de *incrementis & decrementis Metallorum* & cum *clavibus 12.* impreſſum, *Andreæ* de SOLEA ſeculo integro antiquiori deberi, docet modo laudatus *Morhofius* p. m. 9.

Idem repetit *Morhofius* Polyhiſtoris liter. lib. I. c. IX. p. 85. 86. Sed in tantum mutata ſententia, ut credat A. *de Solea* Nomen eſſe Anagramma Joannis *Toldeni*, veri ſcripti hujus Auctoris; vid. allegat. ſub lit. (a) Sed *Leibnuz.* Epiſtola quadam data Hannov. 1690. d. 27. Junii, interpolata tantum à *Tholdio* credit Perſonati Valentini *Baſilii* ſcripta, quanquam non tam Vetuſtum auctorem eſſe largitur, quam quidem ille videri vult. vid. lit. (b) Et extitiſſe omnino *Baſilium Valentinum*, ex Curioſorum quorundam relatione per D. *Waizium* certus factus *Reiherus* docet, ut in recenſione diſſertationis Reiherianæ de Nummis Chymicis animadvertunt, Monatliche Unterredungen 1693. p. 617. ſub lit. (c) & 1689. p. 36. 37. 44. Cum *Leibnuzio* facit *Bibliotheque Univerſelle* Tom. 13. de l'ann. 1689. p. 206. ſub lit (d) itemque *Nouvelles de la Rep. des Lettres,* du Fevrier. 1689. p. 176. ex *Tollio* ſub lit. (e) Scripta hujus Baſilii Valentini vide apud *Mercklin.* in Linden. renov. lib. I. p. 120. qui Monachum Benedictinum appellando indicat ſatis, ipſi hunc ſcriptorem non perſonatum, ſed verum videri: æque ac Olao *Borrichio* Conſpectus Chemicor. Illuſtr. §. XLIV. p. 30. qui notabilia refert, & caſtratum ejus artificis ſcriptum ſuſpicatur De quo mirabilem hiſtoriam probat Sam. Reyherus Tr. de nummis ex Chymico metallo factis cap. XXXVI. p. 136. § 22. & ſequentibus, qui legi meretur.

(a)

(a) Morhof. Polyhiſt. literar. Lib. I. Cap. IX. p. 85. 86.

*In his ( Pſeudonymis ) Baſilius Valentinus, magnus hujus artis antiſtes, ( ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ moneam ) quibusdam numeratur. Ego ipſe quondam in illa fui ſententia, ac confirmat Raſchii teſtimonio Placcius in Pſeudonymorum Catalogo p. 159. qui nec in Catalogo Benedictinorum Provinciali Erfurti, neque in Generali Romæ nomen hoc invenerit. Raſchius aliquem ex familia Johann. Tholdenii Heſſi ſub hoc nomine latitare voluiſſe exiſtimavit. Sed in aliam nunc ſententiam pene impellit Gudenus ipſe Erfurdienſis, qui in Hiſtor. Erfurdenſi lib. 2. p. 129. ita ſcribit: Eadem ætate, ſc. An. 1413. Baſilius Valentinus in Divi Petri monaſterio vixit, arte medica & naturali indagatione admirabilis. Addit quidem Gudenius ipſe ab his ſacris alienior: Inſuper iis accenſetur, quos in augmentum ſpei nominant aurum confeciſſe. Sic aliena dementia poſt ſecula fallit, ideo minus culpabilis, quod non niſi decipi amantes facultatibus exuat. Verum ut iis verbis demonſtrat, illum rerum, quas proponit Baſilius, notitiam non habuiſſe, ita ſuffragium tamen idoneum præbet, quendam ejus nominis vixiſſe in Divi Petri monaſterio. Librum tamen illum de incrementis & Decrementis metallorum, qui Baſilio Valentino vulgo tribuitur, ſed cujusdam de Solea nomine apud amicum editum vidi, & quidem in 4to.— Suſpicionem hoc de Solea nomen mihi movit, quoniam de Tholdeno aliorum opinio eſt annon forte in illo Johannis Tholdeni nomine lateat: Et ſane integrum illud nomen de Solea in nomine Joannes Tholdenus occultatur: quæ vero ſuperſunt literæ, nullum formare prænomen poſſunt, atq; nunc memoria excidit, quale in libro illo edito fuerit. Fortaſſis aliud quoddam aſſumpſit, eo contentus, quod nomen quodcunq; e ſuo exſtruxerit.*

(a) Leibnüz Epiſt. data Hannov. 1690. d. 27. Jun.

*Baſilii Valentini nomen eſſe fictitium & a duobus effectibus primariis lapidis Philoſophorum jactati ſumtum divitiis Regiis, & perfecta valetudine, dudum ſuſpicatus ſum, & Clmo Tollio ſententiam meam aperii; qui ab ea non videbatur abhorrere, idq; nuper indicavit in libello edito titulo ſapientiæ inſanientis. Neſcio an Rudolphus Imperator ut narrat Tollius in Monadii hujus crediti res inquiſierit, illud ſcio Joh. Philippum Electorem Moguntinum Erfordia potitum inveſtigari juſſiſſe apud Benedictinos ejus civitatis ſed fruſtra. Ego ut verum fatear, an ſcriptor ſit tam antiquus, qui ut ipſi videri vult, libros ſuos compoſuerit eo tempore, quo lues venerea innotuit, dictio enim Germanica recentius aliquid ſpirat, niſi dicere malimus fuiſſe ſcripta Baſilii a Johanne Tholdio interpolata. Hic enim quorundam editor habetur. Et ſunt qui credunt Tholdium cognatione junctum auctori, quædam ex ejus ſchedis in Haligraphiam ſuam transtuliſſe.*

(c) Monatliche Unteredungen/ 1693. pag. 617. 618.

Wir laſſen demnach dieſe ungewiſſe und betriegliche Dinge fahren / und kommen mit dem Herrn Reyher auf den *Baſilium Valentinum*, welchen etliche gar nicht auf der Welt geweſen zu ſeyn glauben. Herr *Dr.* Wäitz aber hat an ihn überſchrieben/ daß er von alten *Curioſis* verſichert worden / *Baſilius* habe ſich eine geraume Zeit würcklich zu Walckenrieht aufgehalten/und bey damahligen Cinnober Bergwerck-Bau zu der *via humida* gute Gelegenheit bekommen; von welchen allen Herr *D.* Waitz viel *ſingularia* beygefüget/und mit einem alten Gemählde zu Walckenrieht im Creutzgange nach der Kirchen beſchleuſt / darinnen der Meiſter der erſtmahligen *Tinctur* mit allen *Figuris* in kleinen Thieren/ als Tauben/ Löuen/und dergleichen / unter fünf Bögen zuſehen/ ſo ſehr rar iſt/ und weil es noch in ſeiner natürlichen Farbe ſtehet/ da das andere faſt alles *ruiniret* iſt/ ſo iſt es biß *dato* recht *fatal*. Wir haben auch einmahl vom *Baſilio Valentino* gehandelt/ fuhr *Leonardo* fort/ im erſten *Januario p. 36. 37. & 44.* und im Zweiffel geſtellet/ ob er zu Erffurt im Peters-Kloſter gelebet/ weil *Raſchius* im *Catalogo* der Benedictiner daſelbſt ſeinen Namen nicht finden können. Nach der Zeit aber bin ich deſſen abermahl verſichert worden/ und als ich die *Exception* mit dem *Catalogo* machte/ward mir zur Antwort/ die Schweden/als ſie im 30jährigen Kriege Erffurt inne gehabt/hätten den *Catalogum* mitgenommen: Doch wäre vor wenig Jahren noch ein *Manuſcript* von ihm auf dem Peters-Berge vorhanden geweſen/ welches die Capuciner einmahl geborget/aber man wüſte nicht / wo es hernach weiter hinkommen. Ob aber *Baſilius Valentinus* in dem Walckenriethiſchen Kloſter ſich jemahls anfgehalten/ laſſe ich dahin geſtellet ſeyn: Im *Eckſtormio* kan ich nichts finden. Ja derſelbe ſetzet die Erfindung der Cinnober-Minen erſt um das Jahr Chriſti 1569. da doch *Baſilius Valentinus*, nach *Gudeni* Rechnung / ſchon *an.* 1413. zu Erffurt *floriret*.

(d) Bibliothequ. Univ. Tom. 13. de l'an. 1689. p. 206.

*La plus part de ceux qui ont lu les livres de Baſile Valentin ont cru que c'etoit un Moine de l'ordre des Benedictins, qui condamne l'ignorance des Ennemis des Chimiſtes: Mais M.* Tollius *fait voir qu'il etoit inutile à l'Empereur Maximilien de faire chercher ce pretendu Moine & ſon Couvent dans ſes etats;* Cet Auteur *introduit ſouvent le* Mercure Philoſophique, que les *Philoſophes appellent* Baſilius *ou Regalis, fils de Regale parlant ſous ce nom. Il ne s'apelle pas Valentin de la Ville de Valence comme on ſe l'eſt imaginé, mais du Verbe Latin* Valere *qui ſignifie* etre puiſſant *parce que ce Mercure penetre, engendre, nourrit, augmente, change & renouvelle toutes choſes.*

(e) *Nouv. de la Rep. des Lettres Fevrier 1689 p. 176. M. Tollius pretend neantmois que tout y eſt allégorique jusqu'au Nom* de Baſilius Valentinus, *que tout le monde prenoit bonnement pour le Nom de l'Autheur; au lieu que ſelon Mr. Tollius, c'eſt le Nom qui donne au Mercure Philoſophique dont la Nature & l'Excellence ſe trouve exprimé par l'Etymologie de ces deux mots.*

*Vid.* Monatl. Unterred. *ao. 1693. p. 617. & ao. 1689. p. 36. 37. & 44.*

---

(341) BASSARIUS, VULTURIUS GRATIANUS: Hunc eſſe *Gerardum Joannem* VOSSIUM docet *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 532. & 330. v. Gratianus.

---

(343) BASSEANUS ou DE LA BASSEE, *Bonaventura, Louys* le PIPPRE. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 532. liber eſt anonymus pro

pro Pſeudonymo venditatus ut apparet *Pſeudonymor.* num. 818. a. 898. a

(343.) BASTONE, *Scipione: Jean* CAPPONI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 532.

(344.) BATAVI THEOLOGI. Eorum editum eſt *Judicium ſuper Simonis Hiſtoria Critica*, Gallico idiomate, cujus auctorem ex fama publica *facit Joannem* CLERICUM Hermannus *Witſius* in Miſcellaneis Sacris, uti in eorum recenſione annotant *Acta Eruditorum Lipſienſium* ao. 1695. pag. 513. Et ipſe *Richard Simon* in Reſponſione ad hoc judicium facit libri auctorem Johannem *Clericum* Profeſſorem linguæ Hebrææ Amſtelodamenſem c. 1. p. 1. Adjuncta eſt hæc reſponſio Criticæ V. T. in edit. Rotterdam. 1685. chez Reinier Leers.

(345.) *D. Rudolphus* BATTERMANN. Ejus nomine prodiit Coloniæ typis Wilhelmi Freiſſem. 1649. in 8vo *Inſtructio Theologica contra Scheiblerum & Tremolienſes.* Verus auctor eſt *Joannes* SCHUCKING, natione Germanus, patria Darubdienſis in Weſtphalia: notante *Sotwel,* Biblioth. Societ. JEſu p. 501. b. 502. a.

(346.) *Joannes* BATRACHUS. Sub ejus nomine recenſet Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejan. p. 70. b. librum: *De origine & Principiis naturalibus impreſſionum in aëre, & cometarum, deque eorum ſignificationibus* Arg. 1532. in 4. additque inſuper, *Batrachum* hunc eſſe FROSCHIUM.

(347.) BAVARIÆ Theologorum nomine librum, *De Communione ſub utraque ſpecie,* publicatum, à Jeſuita Germano *Paulo* HOFFÆO ex *Alegambe* pag. 365. memoratum eſt, in *anonymis* c. 11. num. 327.

Addatur *Sotwell.* Biblioth. Scriptorum Societ. JEſu pag. 649. b. *Miræus* Bibl. Eccleſiaſt. part. II. pag. 180. a *Witte* Diar. Biograph. anno 1608. 17. Decembr. qui tamen omnes titulum libri formant: *De Communione ſub una tantum ſpecie.*

(348.) *Conradus Bavarus*, ſeu BOJUS. Editum eſt ejus nomine Viennæ 1524. in 8vo. *Memoriale Biblicum, Carmine,* Sed verus Auctor dicitur fuiſſe *Petrus* ROSENHAJUS, Monachus in Melck, Cœnobio Auſtriæ, ut monet ex *Molano*, *Miræus* Bibliothec. Eccleſiaſt. Part. II. pag. 18. lit. (a)

(a) Miræus, Biblioth. Part. II. p. 18. Conradi Bavari, *ſeu Boy*, Memoriale Biblicum *carmine 1524. in 8vo. Viennæ editum fuit. Sed verus auctor dicitur fuiſſe* Petrus Roſenhajus, *monachus in Melck, Cœnobio Auſtriæ, Ita Molanus.*

(349.) Germani BAVARI Hallenſis nomine, *ſcriptum invectivum contra Dr. Nicolaum Selneccerum* ao. 1579. à *Joanne* LAGO, *Pomerano* editum fuiſſe, ex *Conr. Schlüſſelburgii* Theologia Calviniſtica refert *Draudius* Bibl. Claſſ. Theol. pag. 142.

Verum Auctoris eſt JOSUÆ (non *Joannis*) *Lagi* nomen, animadvertente *Symbola Flensburgo-Molleriana,* addente ex Conradi *Schluſſelburgii* Lib. 3. Theologiæ Calviniſtarum p. 297. titulum libro fuiſſe: *Examen contra Nicol.* Selnecceri *Repetitionem doctrinæ de Idiomatum Communicatione.* Neuſtad. ao. 1579. Nota *Marginalis Diecmanniana* hæc addit: Non *Johannem* ſed *Joſuam Lagum* vocat Schlüſſelburg Theol. Calv. l. 2. Art. 7. fol. 61. a. Verba hæc ſunt: ao. 79. Joſua Lagus Pomeranus, profugus & clandeſtinus Dantiſci Sacramentarius contumelioſiſſimum & atramento Diabolico tinctum ſcriptum edidit, contra D. Nicol. Selneccerum ſub nomine *Germani Bavari* Hallenſis. Hæc *Schlüſſelb.*

Germani BAYER nomine *provocationem ad Nicolaum Selneccerum* ao. 1582. ſcripſiſſe *Chriſtophorum* HERDESIANUM J. C. lege apud Paul. *Freherum* Theatr. Vir. erud. clar. pag. 899. a. Non dubito huncipſum illum librum eſſe quem *Joſuæ* LAGO Schlüſſelburgius aſſerit & tanto magis Frehero fidendum arbitror, quod ipſe Noribergæ, ubi Herdeſianus quondam Conſiliarius fuerat, vixerit. Hæc *Symbola* eſt *Diecmanniana.*

(350.) *Bernhardus* BAUMAN: Ejus nomine prodierunt (1) *Medulla Jauleri.* (2) Aergerliches Chriſtenthumb. Quorum Scriptorum auctorem eſſe *Chriſtianum* HOBURGH docet nos filius ejus in *Vita Parentis*, quam addidit Parti 2dæ der abgenöhtigten Lehr- und Schutz-Schrifft wider den Guttmanniſchen Offenbahrungs-Patron durch das Predig-Ampt zu Lübeck / Hamburg und Lüneburg. edit. Hamburg. 1674. in 8. pag. 38. der Vorrede addep. 52. ubi refertur, quomodo ipſe Chriſtianus Hoburgh ſe ſub hoc Baumanni nomine latentem in Poſtilla Myſtica ſua & Apologia non vulgaribus laudibus impertiverit. Citat hanc in rem teſtimonium filii ex additionibus in Parentis *Hoburgi* Commentationem in Canticum: HErr Chriſt der einig GOttes Sohn / Joa. *Deckher.* de ſcriptis Adeſpotis pag. 114. 115. qui hunc Hoburgum ſat honorificis elogiis ornat: quod notat quoque *Mollerus Flensburgenſis* Iſagoges ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ Eccleſiaſticam & Literariam univerſalem Part. II. p. 146.

BEAUCHATEAU v. *Luſancy.*

(351.) BEAUME, *Denis de la ſainte: Jean Baptiſte* GUESNAY. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez p. 533.

(352.) BAYS & DRAWCANSIR: N. DRYDEN & *Samuel* PARKER. *Baillet.* liſte des Aut. deguiſ. p. 533.

(353.) *Claude de* BEAUBOURG: *Antoine* ARNAUD. *Baillet.* Liſte des Auteurs deguiſez. pag. 533.

(354.) BEAULIEU, le *Sieur de: Pierre Thomas* DU FOSSE. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 533.

(355.) Ludovici de BEAUMANOIR nomine *contra Servinum, Advocatum Regum, Apologiam, pro Societate JEſu Gallicam* prodiiſſe, conſcriptam â *Ludovico* RICHEOMO vel RICHELMIO, vid. apud *Alegamben* p. 318. & apud ejus Continuatorem *Sotwel.* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu p. 573. b. qui Ludovicum de BEAUMONT, & *Witte* Diar. Biograph. 1625. 15. Septembr. qui *Ludovicum* de BEAUMANTIR nominant, larvatum hujus pro Jeſuitis Apologiæ auctorem. Aſt Beaumanoir legas apud *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 532.

(356.) BEAUMONT Jeſuita. Verum ejus nomen eſt ROOKWOOD, illius Rookvvodi frater, qui ob ſulphuream Conjurationem pœnas luit, ut teſtatur *Bates* in vita Jacobi Uſſerii Archiepiſcopi Armachani pag. 741. ex Nicolao Bernardo. Sed quid ſub hoc perſona ſcripti ediderit, ibidem non indicat. Etiam Sotvvel nec de Beaumontio nec de Rookvvoodo quicquam memorat.

(356. *a*) Jo. G. BECHTIUS: Balthaſar VENATOR, AVEC D'AUTRES. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 533.

(357.) Georgii BECKERI Elbingenſis nomine, prodiit aliquoties libellus Rhetoricus, cui titulus: *Orator Extemporaneus*, ſive *Oratoris breviarium bipartitum.* In eo ſibi adſcribendo, cum â *Michaele* RADAU, Jeſuita dictatus Regiomonti eſſet publice, plagium ipſum admiſiſſe, per præfationem editioni Amſtelodamenſi 1655. in 12mo præfixam docuit *Adamus Motkoveski*; unde factum, ut poſtea vel ſub utroque, vel ſub *Radavii* nomine ſolo prodierit, Lipſiæ 1659. cum anonymi præfatione dubitante de auctore, & 1664. vide notantem etiam hoc *Thomaſium* de plagio littario §. 369.

Ubi Adami *Motkowsky* verba ex editione Amſtelodamenſi allegat. Nihil hac de re meminit *Sotwel* in Bibliotheca Scriptor. Societatis JEſu, in vita Michaelis Radauii, ſub cujus nomine memoratum ſcriptum refert, pag. 616. a. Liber *Beckheri* in Edit. Amſtelod. 1650. in duas Partes diſtinctus eſt quarum utraque in Capita & hæc in quæſtiones ſubdiviſa. Prior pars de Elocutione, diſpoſitione & inventione agit Capp. tribus. Altera praxin & genera cauſarum complectitur Cap. IV. Subjunctus eſt index. Liber conſtat paginis in univerſum 473.

(358.) *Nicolaus* BECMAN. Ejus nomine edita eſt Pariſiis Medulla Juſtinianea, quam Juriſconſulti cujusdam Marpurgenſis eſſe, notat *Puffendorff.* epiſtol. ad amic. p. 7. ſub lit. (a) quibus adde ea quæ in *Anonymis* n. 1558. de *Becmanno* monuimus.

(a) Epiſtolæ Pufendorffii ad *Amicos p. mihi 224.*

*Poſt ſexennium in familia Comitis abſumtum, Marpurgum abiit, juris ſtudio ſe adplicaturus. Ubi dicitur, Medullam ſuam Juſtinianæam ex privato collegio MSto Profeſſoris cujusdam compilaſſe, vel potius id paucis in locis interpolatum præfixo ſuo nomine Pariſiis poſt edidiſſe. Certe vix triennium eſt, cum Nobilis quidam Suerus, qui Marpurgi aliquandiu hæſerat, præſentibus quibusdam ſtudioſis, & Profeſſore uno heic loci diceret; Marpurgenſem illum Profeſſorem Bekmanno plagii actionem intentaturum. Id certe patet, eam Medullam alium præferre genium à Commentario ad Inſtituta aliquot poſt annos ſcripto; nec eam ſpirare ruditatem & veſaniam, qua hic ſcatet; cum tamen alias intra tantum temporis ſpatium in melius ire debuiſſent ſtudia hominis. Quicquid hujus ſit, ſaltem deſcriptio ejus libri non exiguo labore ipſi conſtitit, cujus intemperantia ictæ rum Pariſiis contraxit.*

(259.) BEDA Britannus, ex vitæ ſanctimonia *Venerabilis* nomen ſortitus, opera varia ſcripſit, de quibus vide *Bellarm. Sixtum, Poſſevinum, Labbæum, Olearium* & alios. Ex iis aliis aſſeruntur

I. *Commentaria in epiſtolas Paulinas*, quæ PETRO TRIPOLITANO Abbati tribuit *Baronius*, Tom. 7. annal. ad Ao. C. 862. BARTHOLOMÆO URBINATI cuidam, aut etiam FLORO *Monacho Sixtus Senenſis* lib. 4. p. m. 267. repugnante utrique *Bellarmino* de ſcript. Eccleſ. p. m. 180.

FLORO Magiſtro, qui ſeculo poſt Bedam floruit, non male a nonnullis tribui judicat *Uſſerius* de ſcripturis & ſacris vernaculis p. 105. & 106. cui adde *du Pin* in Bibliothec. Eccleſ. ut ex eo *recenſent Acta Erud. Lipſ.* ao. 1696. p. 39. & Tom. II. Supplem. Sect. X. pag. 478. qui Floro aſſerit auctoritate trium MStorum, Corbejenſis, alterius à Trithemio viſi, & tertii à Mabillonio prolati. Et apud Hunc ultimum delitelcere verum Bedæ Commentarium MS. ab illo Flori plane diverſum, fidem facit *Cave* Hiſtor. lit. Script. Eccleſ. pag. 335. b. Quod & de Benedictinis affirmat *Journal des Savans* pag. 50. ao. 1684. qui & FLORO DIACONO LUGDUNENSI, eum qui hactenus extat, in Epiſtolas Pauli, Commentarium aſſerunt, nec minus *Mabillon* peculiari diſſertatione quæ extat Tom. I. Analect. p. 12. citata etiam *du Pin* Biblioth. Nouv. Tom. VI. p. 88. ubi prolixe legendus.

II. *Epiſtola de Divinatione Mortis & vitæ*, quam ſub APULEII *Platonici* nomine vult extare *Bellarminus*, pag. 178. de ſcript. Eccleſ.

III. *Vitæ Sanctorum* non omnes *Bedæ* quod ſint, ipſæ arguunt. Ex his *Arnulphi vita* PAULO DIACONO. *Patritii* PROBO. *Columbani, Attalæ, Euſthatii & Bertolfi Abbatum*, JONÆ SCOTO ſunt adſcribendæ. vid. *Poſſev.* appar. ad nomen Jonæ. *Bellarm.* p. 181. 182. *Cocum* p. 426. *Gerhardum.* p. 405. 406. Con-

Confirmat hæc non tantum *Miræus* ſed & addit, S. *Vedaſti Vitam*, quæ Bedæ nomine circumfertur, non à Beda ſed ab ALCUINO eſſe conſignatam. Bibl. Eccleſ. p. 127.

IV. *Martyrologium*. Scriptum quidem ejus nominis à *Beda* librum ex ipſius Bedæ teſtimonio aſſerit *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 238. ſed & inſimul dolet non amplius purum & integrum extare. Quod hodie pro illo venditatur maximopere à FLORO interpolatum & auctum dicit *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 345. ſub lit. (a) carmine vero redditum à WANDELBERTO *Diacono* Martyrologium quoddam, compoſitum ex hoc *Bedæ* & *Flori*, quod pro Bedæ Martyrologio venditatum a *Molano* ſcribit du *Pin* Biblioth. Eccleſ. de Script. Secul. IX. tom. VII. p. 200. ſub lit. (b)

V. *Commentaria in Boëthii libros de Trinitate* quæ Bedæ alias tribuuntur, Seculi Septimi Auctori tribuit *Tenzelius*, ut in recenſione judiciorum *Symboli Athanaſiani* ab eo editorum obſervant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* an. 1687. p. 541.

VI. *Commentaria in Jobum libris tribus ad Nectarium* quæ *Bedæ* vulgo adſcribuntur, non ei ſed PHILIPPO aſſerit *Caſimirus Oudin* in Supplement. de Scriptoribus &c. ut notant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1686. p. 399. (c) & *Cave* Hiſtor. liter. Script. Eccleſ. p. 246. b. ubi citatum ex hac *Philippi in Jobum expoſitione* locum eſſe a Beda, monet, & alia plura huc facientia ſubnectit. Vide infra in *Hieronymo*. *Imbonati* etiam p. 328. Biblioth. Latino Hebraicæ ab ipſo Beda tribui PHILIPPO Presbytero docentur.

VII. *De Orthographia* Libellus Bedæ adſcriptus, alius a vero ejusdem de Orthographiæ libro, editus eſt ab Helia *Putſchio* poſt Veter. Grammat. p. 2527. indicante *Symbola Rauſchiana*.

IIX. Homilia de Quadrageſimalibus Bedæ, eſt etiam ex eis una quas ALCUINUS vel PAULUS DIACONUS Caroli M. juſſu in Evangelia totius anni collegit. *Uſſerius* de Script. & Sacris Vernac. p. 105. 106. Ubi n. (8.) annotat FLORO MAGISTRO qui ſeculo ſequenti floruit eam non male ab aliis adſcribi.

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccl. p. 245.

*Florus, Monachus, S. Trudonis, Leodicenſis diœceſeos, congregationis Gallicanæ, claruit circa an. DCCLX. Scripſit Geſta & Paſſiones Sanctorum Martyrum, ſeu, ut habet Uſuardus, breve & conciſum antea, Bedæ Martyrologium ſupplevit, auxit, & locupletavit. Teſtatur idem & Ado Præfat. ad Martyrologium ſuum, Martyrologium, inquit, quod venerabilis Flori ſtudio in labore Domini Bedæ accreverat. Vide quæ hac de re notant noviſſimi Actorum S.S. editores Prolog. ad Menſem Mart. Tom. II. Extat Martyrologium iſtud ſub Bedæ nomine, aliorum tamen pariter ac Flori additamentis locupletatum, inter Bedæ opera, & alibi ſæpius. Reliqua quæ Floro Martyrologo aſcribuntur opuſcula Floro Lugdunenſi deberi cenſemus ubi plura de iis ſubnotabimus.*

(b) Du Pin Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques. Tom. VII. p. 200.

*Wandalbert Diacre & Moine de Prom, Monaſtere du Diocese de Treves, compoſa vers l' an 850. un Martyrologe en vers tiré de ceux de Bede & de Flore. Sigebert & Tritheme enfont mention. Il a êté imprimé ſous le nom de Bede à la fin des Ephemerides de cet Auteur dans l' Edition de Bâle, & enſuite par Molanus à la fin du Martyrologe d' Uſuard; mais le Pere Dachery l' a donné plus exact, & plus Correct, dans le troſieme Tome de ſon Spicilege.*

(c) Acta Erud. Lipſ. ao. 1686. p. 399. Philippi Presbyteri Commentarium in Jobum, *non modo ſeorſim typis impreſſum, verum etiam in* Bedæ, & Hieronymi *Operibus, alieno inſcriptum nomini habemus.*

---

(360) *Daniel Jonas* BEDA, *Separatus Gallo-Belg. Germ. Anglicus* edidit *Juſtum Judicium ae Juſta Bonorum a Malis quod ad unionem Communionemq; Eccleſiaſticam* attinet, *ſeceſſione*, ex ore Dei h. e. S. Scriptura latum. Neapoli (i.e. Altonaviæ) 1673. 12. Verus autor eſt quem nuper conjectura Anagrammatica detexi: *Joannes* de LABADIE Separatiſtarum Choragus. Hæc *Symbola Flensburgo-Molleriana*. Eadem habet laudatus Dn. Mollerus *Iſagoges ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbr.* Eccleſ. & literar. Univerſ. part. II. p. 123.

---

(361) BELGICORUM Miniſtrorum nomine, *contra libri Concordiæ ſcriptores* editam *Epiſtolam* A. 1579. eſſe *Petri* VILLERII, Galli Concionatoris Principis Auriaci, docet ex *Conr. Schlüſſelburgii* Theologia Calviniſtica *Draud.* Bibl. Claſſ. Theol. p. 142.

---

(362) BELGII Ordinum perſona tectum *Dominicum* BAUDIUM edidiſſe *ad Jacobum I. Angliæ Regem Orationem de non ineundo fœdere cum Hiſpano*, docet *Valerius Andreæ* Bibl. Belgicæ p. m. 192. tacente hac de re *Fr. Sweertio* pag. 221. Athenar. Belgicar. ubi ejusdem ſcripta enumerat.

---

(363) Nicolai BELLERMONTANI veri an ficti nomine, publicati *diſcurſus Academici in optimos veteris ac novæ hiſtoriæ ſcriptores*, Francof. 1602. quomodo ex fragmentis magnis AMMIRATI, BESOLDI, FORSTNERI &c. ſint conſcripti, vide apud *Jacob Thomaſ.* de plag. Litterat. §. 238. & 263. qui tamen fictum nomen credit potius, commiſſumque ab eo multiplex plagium latiſſime deducit, integræ ferme centuriæ *Hypomneſmatum Forſtneri Politicorum* exſcriptæ. Dnus Gerhardus a *Maſtricht* autem notat in margine, dedicationem typographi non agnoſcere perſonatum Bellermontanum. Addens ſimul, ſuum exemplar. a. 1626. impreſſum.

---

(364) Martini BELLII nomine *Sebaſtianum* CASTALIONEM licet hoc ejeraſſet, contra Calvinum ſcripſiſſe *Dialogum Lælium, de hæreticis gladio coërcendis*, nihilominus contendentem in vita Calvini *Theodorum Bezam*, ſeque ſcriptum hoc refutaſſe memorantem, legere operæ pre-

tium eſt; plolixior enim eſt locus, quam ut hac vice poſſit hic exhiberi. Adde *Hoornbeck* controverſiar. lib. 7. p. 563. edit. ſecundæ.

Qui Dialogum hunc communiter *Caſtalioni* quidem aſſerit, ſed & ſimul Lælium *Socinum* ejus Auctorem credi innuit, ut ex eo quoq́ obſervat *Teiſſier* Eloges des hommes ſavans tom. I. p. 225. Caſtalioni tribuunt *Simlerus* Biblioth. Geſner. p. 620. b. *Friſius*. 545. b. *Colomeſ.* Melanges Hiſtoriques p. 52. & *Beſoldus* Operis Politici de Majeſtate Sect. II. cap. III. num. 4. p. 116. ex Beza. Ex eodem autem *Thomaſius* Schediaſm. Hiſtor. §. 54. p. 75. & Caſtellioni & Lælio Socino ſimul aſſerit, cui addit tertium, *Cœlium Secundum* CURIONEM *Symbola Flensburgo-Molleriana*, quæ a tribus hiſce nominatis, ex aliorum ſcriptis Dialogum hunc compilatum ait, ut manifeſtum facient ſub lit. (a) allegata. Præter hos memoratur adhuc alius, nomine *Jerome* BOLSEC, cui adſcriptus eſt hic dialogus, ſed falſo, ut judicat *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez pag. 533. Addit hic *Margo Diecmannianus*, quod vita *Calvini* præfixa ſit Epiſtolis ejus, ad ao. 1554. quodque conferendum ei *Bezæ* Volumen Tractat. Theol. Genev. 1576. fol. edit. p. 541. quæ clavem dabunt, referantem notitiam auctoris illius non expreſſi, quem ſub *Bellii* nomine latere *Beza* Epiſt. 45. p. m. 232. indicat. Ipſa vero verba *Bezæ* exhibet etiam *Maſtrichtiana Symbola*. (b)

(a) Symbola Flensburgo Molleriana.
*Invenio in Bibliotheca mea Sententias Martini* Lutheri, *Joh.* Brentii, *aliorumq́ multorum tum Veterum tum Recentiorum de Hæreticis, an ſint perſequendi & omnino quomodo ſit cum eis agendum, ſine mentione loci ac temporis in 8. excuſas. Præfixa eſt Martini* Bellii *earum collectoris Epiſtola Dedicatoria ad Chriſtophorum Ducem Wurtembergicum. Joh. Rodingus (quem ex Rodingorum celebrium in Haſſia ſeculo ſuperiori* Theologorum *poſteris fuiſſe ſuſpicor) libri hujus ante me poſſeſſor, ſequentia fronti illius adjecit: Hunc librum collegerunt ac concinnarunt Sebaſt.* Caſtalio, *Cœlius Secundus* Curio, Cœlius *filius* Socini. *Calvinum autem nuſpiam in eo refutari aut vellicari obſervavi. Scriptores ex quorum* Teſtimoniis *Sylloge hæc conſtat, ſunt Mart. Lutherus, Joh. Brentius, Eraſmus Roterodamus, Auguſtus Eleutherius, Joh. Calvinus, Otto Brunfelſius, Conr. Pellicanus, Urb. Regius, Cœlius Secundus Curio, Sebaſt. Caſtalio, Georg. Klembergius, Baſilius Montfortius, quæ duo poſtrema nomina ego ficta eſſe credo.*

(b) Symbola Maſtrichtiana.
*Bellus Martinus. Itaq́ cum anno 1554. ineunte Calvinus ſubſcribentibus collegiis omnibus, copioſam Servetanæ Doctrinæ refutationem edidiſſet, adjectis etiam rationibus cur & quatenus a Magiſtratu quoque legitima præeunte cognitione, puniri hæreticos oporteret, oppoſuerunt illi farraginem, partim ex ſcriptis Piorum Doctorum depravatis, partim ex fanaticorum quorundam ignoti alioquin nominis Schedis conſarcinatam* Martini *cujusdam* Bellii *nomine (is ipſe fuit* Caſtalio, *quamvis id poſtea ejuravit) præfationi inſcripto & ementito civitatis nomine in qua editam fuiſſe farraginem mentiebantur. Huic autem non tantum illo errore, ſed multis etiam Blaſphemiis ſcatenti libello poſtea reſpondi,* - - Theodor. Beza *in vita Joh. Calvini.*

(365) *Serafino* COLATO da S. BELLINO *Barbiere.* Perſona eſt *Baptiſtæ* GVARINI, ut indicat la *Viſiera Alzata Hecatoſtes* num. XVII. p. 35. hiſce verbis:

BALDASSARE BONIFACCIO Gentilhuomo Rodigino Arcidiacono di Treuigi, e poſcia Veſcouo Giuſtinopolitano, Soggetto non inferiore di Eruditione a *Ludovico Celio* ſuo Compatriotta, per ſecondare il genio di *Gio: Bonifaccio* I. C. Aſſeſſore ed Hiſtorico, ſuo litteratiſſimo Zio, eſſendo ancor giouane attacò briga col Cavaliere *Battiſta Guarini* famoſiſſimo autore del *Paſtorfido.* Haveva il Zio fatta un' Oratione per traſportare in Rouigo il Corpo di S. Bellino Veſcovo, e Martire, che ripoſa nella Chieſa d' una Villa che dallo ſteſſo Santo ne prende il nome. Parve queſta troppa carita al Cavalier *Guarini*, che però s' induiſſe a confutare con altra i ſofiſtici argomenti di quella. Hora *Baldaſſare* per difeſa del Zio diede fuori l'
*Apologia per l' Oratione di Giovanni* Bonifaccio *per le traſporto delle Reliquie di S. Bellino contra il Cavallier Battiſta Guarini ſotto il nome di Pier* Antonio *Salmone.* In Parigi M.DC. IX. 4.
E'l Guarini mandò à lui
Il *Barbiere.* Riſpoſta di Serafino *Colato da S. Bellino* Barbiere, all' Inuettiua di Pier *Antonio Salmone* nella qual riſpoſta ſi ſcuoprono le Menzogne, & la falſita del vero Autore della detta Inuettiua 4.

(366) *Petrus* BELLOCIRIUS: *Pierre* DANES. *Colomies* Melanges Hiſtoriques pag. 53. & *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 535.

(367) Petri BELLONII, ſive ut à *Scævola Sanmarthano* (in Elogio P. Gillii, quod eſt in Elogiis Gallor. part. I. pag. m. 13. & 14.) nominatur, BELOINI furtum ſcriptorum, Domino ſuo cognomini GILLIO factum plures confirmant, apud *Thomaſium* de plag. litt. §. 371. quem vide, & adde non nominatos illi, *Toll.* appendice ad *Pierium Valerianum* de Infelicitate litteratorum, & ex eodem *Lomeyerum* de Bibliothecis, cap. 9. ſect. 1. p. 192. Omnium autem diſſertiſſime, niſi que fallor, primus denunciavit hoc furtum *Sanmarthanus*, cujus, quia rarior eſt, ſolius verba nunc exſcribam, ita ſe habentia: *A Barbaris interceptus, & in Africo littore duriſſimam carceris moleſtiam perpeſſus, vix tandem Armeniaci Cardinalis munificentiſſimi cura & liberalitate redemptus evaſit. Cujus benignitatis non immemor, Mæcenatem de ſe bene meritum, Romæ tunc agentem adiit, ejusque demum juſſu quidquid apud exteras nationes memoratu dignum obſervaverat, eo ſtylo perſcribere aggreſſus eſt, qui non obſcuram eruditionis & facundiæ laudem ſibi pollicetur, ſed ejus generis unicum habemus,* de Bosphoro Thracico Commentariorum, *præter Græcos aliquot ſcriptores Latinitate donatos. Cætera* P. Belo, *unus é domeſticis, mortuo Domino ſurripuiſſe, ac pro ſuis edidiſſe, conſtantiſſimo rumore dictus eſt. Cum Docti omnes Viri ab homine vix mediocriter literato præſtari talia nequaquam poſſe, facillima conjectura judicarent.* Ejus Bellonii ſcripta vide apud *Draudium* in Latinis & Gal-

Gallicis, *Geſnerum* p. m. 553. *Lindan.* p. 516. 517 *Schenck*, p. 441.

Plagium *Bellonii* in ſcriptis infortunatiſſimi Petri *Gillii* comiſſum indignatur *Abercrombe* Fur. Academ. p. 91. Inter plagiarios eum referri debere monet *Bailletus* poſt liſte des Auteurs, deguiſez pag. 533. Ex Gillii ſchedis deſumta eſſe ea, quæ de rebus orientalibus Petrus *Bellonius* edidit judicat *Miræus* Biblioth. Eccleſ. part. II. pag. 46. lit. (a) Gillio multa ab aliis, qui gloriam ſibi ex alienis aucupantur ambitioſi, ſubtracta eſſe dudum ſuſpicatum eſſe Conradum *Geſnerum* in præfat. ad *Æliani* Hiſtoriam Animalium à Gillio latine verſam, me docuit *Cave* epiſtola peculiari ad me perſcripta Idib. Decemb. 1676. vide & Corn. Tollium in Appendice ad Pier. Valerianum de literatorum infelicitate pag. 53. de Gillio prolixius agentem, & ex eo Lomejerum de Bibliothecis p. 191. 192 brevius eadem exhibentem, quæ ſub (b) repræſentamus.

(a) Miræus, Biblioth. Eccleſ. part. II. pag. 46.

*Quæ porro* Petrus Belonius *unus ex* Gillii *comitibus ac domeſticis, poſtea de rebus orientalibus edidit, putantur ex ejusdem Gillii ſchedis potiſſimum eſſe deſumpta.*

(b) Lomejerus de Bibliothecis pag. 191. & 192.

*Hunc vero Regem literatorum Mœcenatem Franciscum primum Gall. Regem Petrum* Gillium *neglexiſſe mirum eſt. Hunc cum de* Bibliotheca *extruenda cogitaret, in Græciam Aſiamque, Rex legaverat, ut Græcos Codices Manuſcriptos undiq; conquiſitos in Galliam aſportaret, ſed præter ſpem à Rege deſtitutus, coactus eſt Caſtra Perſarum ſequi, tyro, ea ætate, qua Veterani emereri ſolent. Tandem variis caſibus jactatus, à Gerbenſibus pyratis captus, Carceri mancipatus à* Cardinale Armeniaco *redemtus eſt. Petrus* Belonus *Amanuenſis ſcripta ejus ſurripuit, ac pro ſuis edidit.*

---

(368.) *Nicolaus* BELLUS: G. SCHONBORNER. Douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 533.

---

(369.) *Gregorius* BELSENSIS. Ejus nomine edita eſt Bonon. 1655. in 4to *Tragœdia* cui titulus: *Il Nino Figlio*: Verum Auctorem eſſe, *Berlingiero* GESSI, docet *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XXIII. p. 40 hiſce verbis:

XXIII. BERLINGIERO GESSI. Sen. di Bologna, Figliuolo di Camillo, e Nipote del Gran Cardinale *Berlingiero* da cui hereditò il nome, Soggetti tutti d' immortal ricordanza, à compiacenza d' Amici ſi contentò ſi ſtampaſſe, benche contro il ſuo genio modeſtiſſimo

Il *Nino Figlio* Tragedia di *Gregorio Belſenſi*. In Bologna per gli H. H. del Benacci M. DC. LV. 4.

Vegganſi la Dramaturgia di Monſig. *Leone Allacci* Ind. I. p. 227. con le *Memorie Impreſe, e Ritratti* de Sig. Accad. Gelati di Bologna raccolte nel Principato del dottiſſ. e generoſiſſimo Sig. Conte Valerio Zani, a cui ſpeſe furono publicate.

---

(370.) BELUS DE *Rocca Contrada, Lucianus*: *Antoine Marie* BETTI. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 534.

---

(371.) *Didacus* BERNARDINUS. Ejus prodiit ao. 1644. Dilingæ *Utopia*, ſive *Sales Muſici* quibus depinguntur commixtis invicem ſeriis jocisque varii vitæ humanæ errores, notante *Boſio* de comparanda Prudentia Civili C. LXXXI. p. 36. ubi verum ſcripti Auctorem detegit, *Jacobum* BIDERMANNUM *Jeſuitam*, ex cujus MStis illud poſt ejus mortem editum ſit. Inter poſthumos Bidermanni fœtus nulla perſonati tituli facta mentione, referunt Utopiã hanc *Alegambe* Bibl. Scriptor. Societ. JEſu. pag. 194. b. & totidem fere verbis ex eo *Sotwel* ejus continuator p. 358. b. Scriptum hoc commendari pueris tanquam utile à *Democrito Ridente* in præfatione Narrationum Ridicularum, in ejus recenſione obſervant Monatliche Unterredungen ao. 1689. p. 1091. ubi & ſupra memorata ſimul confirmantur.

---

(372.) Antonius BEMBELLONA de Godentiis, inter ſcriptores Juris publici præcipuos numeratus à *Limnæo*, Juris publici l. 1. cap. 3. v. 6. dicitur eſſe *Bartholomæus* GOERICIUS, ab eodem c. 11. §. 72. Extant ſub hoc fictitio nomine: *Ad pragmaticam Conſtitutionem de Pace Religionis in Comitiis Auguſtanis A. D. 1555. promulgatam, Commentatio Juridico-Politico-Hiſtorica, pro Defenſione Autonomiæ, & Conſcientiarum libertate, Imperiique Romani dignitate*, Francof. 1612. in 8vo. Item *Tempeſtivum ſuſcitabulum pro Principibus, ſive Commentarius ad Edictum Diocletiani Imp. in Chriſtianos, C. Hermog. de Malef. & Mathem. pro Defenſione Autonomiæ & Eunomiæ in Imperio Romano conceſſæ & ſtatutæ.* Serveſtæ 1602. 4to. Quod utrumque ſcriptum idem & unum eſſe me docuit vir Celeberrimus in Hiſtoricis ex merito ſuo P. P. Francofurti Joh. Chriſtoph. *Becmannus* Diſſertat. de Jure Principum recipiendi Exules fidei ſocios cap. IV. § 19. pag. 47. Sub *Bembellona* larva vero latere *Bartholomæum Gerick* jam ante poſt plures dixerat etiam *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 534. & firmaverat *Schlüſſelburg* Theolog-Calviniſt. p. 25. qui Auctorem hunc hominem graviter impudentem & audacem nominat, & latere eundem quoque ſub perſonato BERNARDINO à S. GEORGIO indicium facit, nullo tamen ſcripto, quod ſub poſteriori nomine ediderit, nominato, ut ex Schluſſelburgio monet *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

---

(373.) BENANCIO, *Liſet*: *Antoine* BELISE. *Symphorien* CHAMPIER, douteux. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 534.

BENDUCCIO v. *Riboboli.*

---

(374.) BENEDICTINI MONACHI è *Congregatione D. Mauri Bibliothecam Patrum ediderunt*, in qua Opera Patrum ſibi recenſenda ſumſerunt.

ſerunt. Nihilominus in hac aliqua privatis vendicantur, uti MABILLONIO, BERNHARDI, *Thomæ* BLAMPINO, *Auguſtini*, *Joanni* MARTIANAY *Hieronymi* Opera: Itemque *Jacobo* LOPPIN, *S. Euthymii & Stephani Junioris*; *Antonio* POUGET, *S. Cyriaci Vitæ* Verſiones debentur. Alia de *Bernhardo* MONTFAUCON ſoli adſcribenda ſunt ut docent *Acta Eruditorum Lipſienſ.* ao. 1695. pag. 98. ſub lit. (a) & Supplem. (Tom. I.) Sect. V. p. 357. ſub lit. (b.)

(a) Acta Eruditorum Lipſ. Menſis Martii ao. 16. pag. 98.

*Doctiſſimos Ordinis* Benedictini *ê Congregatione S. Mauri Monachos de S. Patrum ſcriptis præclare hactenus mereri, novæ eæque egregiæ* Ambroſii, *Auguſtini, Hilarii, Hieronymi, &* Bernhardi *editiones, Pariſiis illorum ſtudio procuratæ, abunde teſtantur. Et* Bernhardi *quidem opera Mabillonius ſibi vindicavit. Reliqui, quos nominavimus, Patres ſub communi totius congregationis nomine prodierunt; etſi Auguſtinum imprimis Thomæ* Blampino, *Hilarium Petro* Coutant, *& Hieronymum Johanni Martianay debeamus, qui jam ao. 1690. Divi Hieronymi prodromum duodecim plagulis conſtantem publicavit, de quo nonnulla prius afferre lubet, quam primum Hieronymi tomum recenſeamus.*

(b) Actorum Erud. L. Supplementa Tom. I. Sect. 5. pag. 257.

*Nunc Græcorum* Analectorum, *quæ ſub totius illius* Congregationis *nomine prodire cœperunt, tomum primum paucis recenſebimus. Operam huic tomo ſuam imprimis impenderunt Dominus Jacobus Loppin, qui vitam S. Euthymii & Stephani junioris latine interpretatus eſt, Dominus Antonius Pouget, qui vitam S. Cyriaci Latine reddidit, & Dominus* Bernhardus *de Montfaucon, qui typicum* Irenes *Auguſtæ, excerpta ex Heronis Geometria, antiquum rationarium* Auguſti *Cæſaris & novum Alexii* Comneni, *& breviſſimum tractatum de ponderibus & menſuris latina verſione donavit.*

(375.) BENEDICTUS PRIMUS, PAPA de unica epiſtola ei affictà à Peccatore MERCATORE ſeu Pſeudo *Iſidoro* præter alios Criticos ſcriptorum Eccleſiaſt. *Bellar. Baron.* Cocum, Rivetum, du Pin, Nat. *Alexand. Gerhard.* &c. vide Clariſſ. *Blondellum* in Pſeudo-Iſidoro & Turriano Vapulant. ad has & alias ſpurias Primorum Epiſcoporum Romanorum Epiſtolas decretales: & *Gerh. von Maſtricht* in hiſtoria juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu pag. 232. ad pag. 268.

(375. a) DE BENEDICTIS, ARISTOTELES ſupra Pierre Antoine Spinelli. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 534.

(376.) SAN-BENEDICTUS Franciſcus *Jean Guillaume* CALAVERONI. *Baillet* p. 534.

(377.) BENEDICTUS DE MONTE ORO BARABRANTO, & *Nathan Neſtolus* Pragetius, hiſce nominibus verum ſuum occuluiſſe, in plurimis ſuis ſcriptis & carminibus, teſtatur *Joannes Stephanus* RITTANGELIUS, Lingg. Orient. Profeſſor Regiomontanus, in notis ad librum Jezira pag. 28. Hæc *Symbola Normanniana.*

(378.) BENEDICTUS PASSAVANTIUS. Ejus nomine prodiit in publicum *epiſtola reſponſoria ad Commiſſionem ſibi datam* à Petro Lyſeto. Auctor putatur eſſe *Theodorus* BEZA, ut ex Nicol. Durand. Catalog. Oxonien. p. 38. l. 11. monet Symbola amica. Hanc epiſtolam *Naudé* pro excellentiſſimo opere habet, quod unquam ejus generis factum eſt, ut fidem facit *Teiſſier* Tom. II. des Eloges des Savans p. 373. adde *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques p. 51.

(378. a) *BENOIST* VAILLANT quod ſit *Petrus* CHARRON ita docet Symbola Maſtrichtiana:

CHARRON PIERRE.

Auctor ejus vitæ quæ præmiſſa eſt ejus operi, cui titulus de *de la Sageſſe* eum ait ſine nomine edidiſſe ao. 1594. librum ſuum cui titulus, *des trois veritez*, qui fût receu fort plauſiblement. Impreſſus Burdigalæ, primo & poſtea aliquoties, iterum Bruxellis, ſub nomine *Benoiſt* VAILLANT, Advocat de Saincte foy, nom inventé à plaiſir. Addend. reliqua ex vita ejus mihi p. e 3. Edidit tandem Burdigalæ ao. 1635. cum nomine ſuo; auxit replicatione ad reſponſionem, quæ impreſſa erat Rupellæ contra tertiam ejus veritatem.

(379.) BENET. Ejus nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 79. b. *Rule of Perfection, reducing the Whole Scriptural life tho this one point, of the will of God*, Roan. 1609. in 8vo. additque ibidem Auctorem alias nominari *W.* FITCH.

(380.) *Le Rabin* BENONI. Perſona eſt *Matthæi de* MOURGUES ſub qua Abbas hic SANCTI GERMANI deſcripſit aut deplorat potius *Afflictiones Reginæ Mariæ de Medicis*, occaſione ſumpta à difficillimo Rachelis partu, ut conjicit *Bailletus* Auteurs deguiſez pag. 312. & liſte des aut. d. p. 534.

(381.) BERAGREM *Marquis d'Almachen*, *Pierre François* PRODEZ: AREMBERG, douteux. *Baillet.* Liſte des Auteurs deguiſez pag. 534.

(382.) De BEREE *Theognoſte*. Ejus *de nouveau Viſionaire de Rotterdam ou examen de paralleles Myſtiques de* Mr. Jurieu à Cologne 1686. in 8vo accenſetur libris Monſ. *Noël Aubert* DE VERSE in Catalogo à Dn. L. *Winkel* mihi deſignato de quo v. ſupra in *Anonymis* Cap. XIV. Sect. I. n. 2236. excerpta (b.)

(383.) BERENGARIUS *Matthias*: Ejus *Hyperbolimæa* (*Hypobol.* forte) MARIÆ CAMERACENSIS. Argent. 1619. Iames Append. Biblioth. Oxonienſis BERNEGGERI ut videtur:

tur: Verba ſunt *Symbolæ Normannianæ* quam fateor me non aſſequi.

(384) Theodoſii BERENICI nomine publicata duo ſcripta: *Proaulium Tubæ pacis occentum Scioppiano ſacri belli Claſſico, a Salpiſte* Theodoſio Berenico, Norico, *hiſtoriarum & patriæ Studioſo.* Argentin. 1620. in 4. & *Tuba Pacis AntiSciop-piana* Theodoſii Berenici, Norici. ibid. 1621. in 4. libri oppoſiti *Gaſparis Scioppii Claſſico belli ſacri* funeſtiſſimo, auctorem habent *Matthiam* BERNEGGERUM, aliis quoque ſcriptis litteratiſſimis celebrem, uti patet ex elogio viri, quod *Theodorus Spizelius* ſuo Templo honoris inſeruit, pag. 353. vid. *Scaven.* n. 94.

Adde Magnif. Dnum *Mayerum* in diſſertat. Epiſt. ſub lit. C. in fine: les *Satyres Perſonelles* Tom. II. pag. 154. la *Viſiera Al'zata* Hecatoſt. n. XCIII. p. 86. ſub lit. (a) Præter hos duos BERENICI tractatus memorat adhuc tertium, *Deckher.* de ſcriptis adeſpotis p. 138. ſeq. nomine Epiſtolæ, quam editam a *Berneggero*, conceptam a *Forſtnero* ibidem aſſerit; Certe hujus Epiſtolis ſubnexam eſſe tradit, quod & *Symbola Flensburgo-Molleriana* confirmat, quæ teſtem citat editionem Montisbeliartenſem A. 1670. in. 12.

(a) La Viſiera Al'zata Hecatoſt. num. XCIII. p. 86.

XCIII. TEODOSIO BERENICO *Norico. Haveva lo Scioppio publicato*

Gaſp. Scioppii *Conſiliarii Regii* Claſſicum Belli Sacri, *ſive* Heldus redivivus. *Hoc eſt: Ad Carolum V. Imperatorem Auguſtum* Suaſoria *de Chriſtiani Cæſaris erga Principes Eccleſiæ rebelles officio, deque veris compeſcendorum Hæreticorum Eccleſiæque in pace collocandæ rationibus.* Ticini *Typis Petri* Bartholi A. *M.DC.XIX.4.*

*Quando ſi vide veniſſe adoſſo*

Proaulium Tubæ Pacis *occentũ Scioppiano ſacri belli claſſico, a Salpiſte Theodoſio Berenico Norico, hiſtoriarum, & Patriæ ſtudioſo, Argentinæ apud Vuirioth. M.DC.XX. 4.*

Tuba Pacis Antiſcioppiana *Theod.* Berenici *Norici Argent. apud Wirioth. M.DC.XXI.*

*In propoſito de quali mi ſcriſſe lo Scioppio nella piu volte citata lettera.*

Tubam Pacis vidi ſimulac fuit edita, in qua de bello Germaniæ diſputatur, utrum ſcilicet Religionis Cauſa id geri deceat. Quam tamen reſponſione dignam non cenſui: *Che ne fuſſe Autore Mattia* Bernegger *l' appreſi dall' Anuoc.* Craſſo, *e dal Segretario* Alvigi Quirini, *amendue d' immortal ricordanza.*

BERNARDINO v. *Aſſcalco.*

BERNARDINUS v. *Giraldus.*

(385) BERNARDINUS Lauretanus, eſt *Carolus* SIGONIUS, vid. *Rhod.* n. 20.

XX. Scav. 46.

*Bernardini* LAURETANI Scholia in Ciceronis Orationes, imo *Commentarius in Orationem Ciceronis de lege agraria* Venet. 1558. in 4. editus. v. Lauretanus.

BERNARDI v. *de Abayde.*

(386) BERNARDUS natione Burgundus, Abbas Clarævallenſis, ſcripſit multa ſæpius edita conjunctim, quorum editores in diſcernendis ejusdem ſcriptis genuinis a ſuppoſititiis, multum laboravere, adeoque cumprimis hic erunt conſulendi & comparandi cum iis, quæ nos hinc inde præterea de ſcriptis ad alios pertinentibus collegimus, illos exſcribere nolentes. Hujus itaque Patris

I. *De Amoris natura & dignitate* liber GUILIELMI ABBATIS *S. Theodorici*, Bernardo conjunctiſſimi eſſe, ex confeſſione propria probatur a *Th. Raynaudo* de mal. & bon. libris p. 131. (a)

II. *Epiſtolas aliquas* ſuo nomine vulgatas a quodam NICOLAO, ſuperſtes adhuc ipſe conqueritur acerbe Epiſtola 298.

III. *Epiſtola de re familiari bene adminiſtranda*, quondam *Bernardo* tributa, *Bernardo* SYLVESTRO vindicatur a *Th. Raynaud.* p. 130. ut &

IV. *Formula honeſtæ Vitæ.*

V. *Meditationes* verò, quarum initium eſt: *Verbum absconditum mihi eſt*, ECKBERTO *Abbati* tribuuntur a *Tritthemio*; eidemque auctoritate *Richardi a S. Laurentio* adſcribitur

VI. *Oratio ad Deiparam*, quæ incipit: *Mentem & oculos* à *Th. Raynaud.* l.c.

VII. *Scala Clauſtralium* GUIGONI, *Carthuſiano*, ibidem aſſeritur.

VIII. *Sermonesq; varii*, AELREDO *Ciſtercienſi* vindicantur *ibidem.* Eum AILREDUM vocat *Carolus Viſch*, quem vid. p. 9. & 10. Biblioth. Ciſtercienſis.

IX. *Sermones V. ſuper Salve Regina* BERNARDO alteri *Benedictino*, *Archi-Epiſcopo Toletano* tribuuntur à *Raynaud.* p. 131.

X. *De Vita ſolitaria* vero liber, GUILIELMO *Abbati* ſive Theodorici coævo, ſive Bernardi, a *Bellarmino* imputatur p. m. 224. quod pluribus etiam adſtruere laborat *Raynaud.* l.c. Plura vide apud *Bellarm.* ad A. D. 1130. *Poſſevinum* in Apparatu. *Carolum Viſch* Bibl. Ciſtercienſis pag. 40. & ſeqq. ac citatos alios iſtis ut & *Oleario* p. 82.

XI. *Meditationes Piiſſimæ* XV. in illam ſententiam: noſce teipſum; Conficiunt primum librum HUGONIS A S. VICTORE de anima.

XII. *De interiori domo* ſeu de conſcientia ædificandi, Liber; Tertius eſt inter HUGONIS LIBROS DE ANIMA. Cave Hiſtor. lit. Script. Eccleſ. p. 450. a. & 468. a.

XIII. Tractatus *de Puero Jeſu* duodecenni eſt STELREDI Abbatis Rievellenſis in Anglia, ut vult Guilielmus *Cave* loc. cit.

XIV. *Sermones XV. de ſermone Domini in Cœna* habito, OGERIO cuidam Abbati Lucedii Ordinis Ciſtercienſis a Labbeo tribuuntur.

*Cave*

Cave loc. cit. de quibus ita notat *margo Dieckmannianus:*

*Inter* Bernardi *opera extant* 15. ſermones de Cœna Domini, *qui ſunt* OGERII (*quem alii* OGLERUM, *alii* OCCLESIUM *vocant*) *Abbatis Lucedii, quod eſt cœnobium Ord. Ciſter. in Diœceſi Vercellenſi. Ut Joannes* Bona *Cardinalis, ex vet. Codice MS.* Abbatiæ *Stafardæ ejus Ordinis, qui nunc eſt Taurini in Bibliotheca Ducis Sabaudiæ, docet in Notitia Auctorum, quam Divinæ Pſalmodiæ præmiſit.*

XV. *Sermones: 1. de Nativitate & Privilegiis S. Joannis Baptiſtæ. 2. De S. Andrea*, in illud: Corde credens. 3. *In Feſto S. Nicolai*, inter Opera PETRI DAMIANI reperiuntur. *Cave* loc. cit.

XVI. *De fugienda cordis & corporis immunditia*, Certe eſt ex Patribus conſarcinatus. Vide *Cave* Hiſtor. liter. Script. Eccleſiaſt. pag. 450. b.

(a) Raynaudus de malis & bonis libris p. 131.

*Eidem* S. Bernardo Clarævallenſi *tributus liber de* natura & dignitate amoris, *eſt Gulielmi* Abbatis *S.* Theodorici *S. Bernardo conjunctiſſimi, ut ipſe Gulielmus ſcribit in quadam Epiſtola, cujus fragmentum exhibet* Andreas Quercetanus *in* præludiis ad Abailardum.

(387) BERNARDUS ABBAS FONTIS CALIDI. Ejus liber (I.) qui *contra Waldenſes* inſcribitur, titulum ſuum non niſi a *Gretſero* accepit, multaque a Religione Waldenſium aliena continet, ut ex *Natali Alexandro*, in recenſione illius Selectorum Hiſtor. Eccleſiaſt. cap. animadvertunt *Acta Erudito. Lipſ.* Ao. 1684. p. 222. Qui autem huic Bernardo aſcribitur (II.) *De Vita Glodeſindis* Virginis liber, eſt JOA. GORZIENSIS: ut notat *Sande* ad Voſſium pag. 243. ſub lit. (a)

(a) Sand. in not. ad Voſs. pag. 243. *Vitam S.* Glodeſindis *Virginis, quam huic* Bernhardo *Voſſius attribuit, Labbæus Tom. I. Bibl. nov. MS. ſub nomine* Johannis Gorzienſis *Abbatis, qui tamen in titulo ſimpliciter tantum dicitur* Joannes *Abbas, integrum vulgavit, absq; illa ſtyli expoſitione, ut ut in plerisq; incultioris minusq; compti. Adjecit complures translationes eodem autore conſcriptas. Vide pluribus Sandium d. l.*

(388) BERNESTAPOLIUS, *Obertus*: *Robert* TURNELL. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 534. v. Obertus.

BERNARDUS v. *Bauman.*

(389) BERNONI Augienſi ſuppoſitum *Micrologi* titulo (quem aliqui pro cognomine auctoris habentes, ne prænomine deſtitueretur, *Joannem* ridicule nominarunt) librum *de officiis Miſſæ, & Eccleſiaſticis obſervationibus*, GUIDONIS Abbatis exiſtimatum eſſe docent, ac bene an male factum hoc ſit diſputant *Th. Raynaud.* l. c. p. 131. (a) *Labbæus* T. 1. diſſ. ad *Bellarm.* p. 91. & citati apud *Olear.* p. 84 & 316. adde *Rivet.* cap. ult. p. 498. Et *Bernoni & Guidoni* abjudicat *Caveus* Hiſtoriæ literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 434. ubi in Seculum XI. aut XII. Auctorem libelli hujus rejicit. Adde Chartophylacis Eccleſiaſt. p. 197. (b) At IVONEM CARNUTENSEM, verum Micrologi Auctorem aſſerit *Wharton* Auctar. Hiſtor. dogmat. Diſſer. p. 394. (c) & quod eſt in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1691. p. 297. (d) *Miræus* tamen Micrologum, verum auctoris nomen credere videtur Biblioth. Eccleſ. p. 240. Editiones pene innumeras recenſet Bibliotheca Oxonienſis Bodlejana Hydei p. 456. b.

(a) Raynaudus de malis & bonis libris. p. 131.

Bernoni Abbati Augienſi *ſuppoſitus eſt liber* Micrologus, *is enim eſt libri titulus, non autem, ut aliqui commenti ſunt, cognomentum autoris, quem fingunt vocatum* Joannem Micrologum. *Ejus ergo libri autorem, Claudius* Eſpencæus *tract.* de Miſſa publica, & privata, *qui habetur in calce operis ab eo conſcripti de* adoratione Euchariſtiæ, *ait fuiſſe* Bernonem *Augienſem, ſub cujus nomine eum librum prodiiſſe ait Pariſiis anno 1518. titulo libri* De officio Miſſæ, *quem inter* Bernonis *opera numerat* Trithemius. *Non poteſt tamen veriſimiliter* Bernoni *tribui Micrologus. Quandoquidem Berno lib. de rebus ad Miſſæ officium pertinentibus, teſtatur, ſe interfuiſſe coronationi Henrici primi per* Benedictum *octavum anno 1014. Autor autem Micrologi c. 34. teſtatur ſe ſcribere poſt obitum Gregorii VII. qui exceſſit e vivis anno 1085. Atque ita oporteret fateri,* Bernonem *plusquam decrepitum, ſcriptioni Micrologi dediſſe operam. Eſt qui ſcribat, Autorem Micrologi fuiſſe* Guidonem Abbatem S. Crucis Avellani, *prope Aretium, qui cantum figuratum, & ſolemnes illas notas,* ut, re, mi, fa, ſo, la, *excogitavit. Nam* Donizo Presbyter, *carmine de geſtis Comitiſſæ Mactildis, agens de* Thebaldo *Aretino Epiſcopo, ſic canit.*

Micrologum librum ſibi dictat Guido peritus,
Muſicus, & Monachus, nec non Eremita beandus.

*Hic tamen Micrologus longe diverſus eſt ab eo opere de Eccleſiaſticis obſervationibus, aut officio Miſſæ: nam Card.* Baronius *anno 1022. recitans præfationem ejus ad prædictum* Thebaldum, *monſtrat fuiſſe librum* de Muſica, *qui ibidem ſcriptus refertur anno ætatis Guidonis 34. ſub Joanne Romano Pontifice, nempe Joanne XX qui eſt ſublatus e vivis anno 1033. Ex qua temporum collatione, in idem prope incommodum revoluimur, in quod ſe conjeciſſe vidimus, qui id opus adſcripſere Bernoni. Nam ſi Guido tempore Joannis XX. agebat ætatis annum 34. (ut teſtatur vetus codex Micrologi Muſici, cui id opus adſcriptum eſſe refert* Baronius) *Autor autem Micrologi de Eccleſiaſticis obſervationibus, ſcripſit poſt Gregorium VII. quem notavimus obiiſſe anno 1085. neceſſe erit Guidonem pluſquam nonagenarium ſcripſiſſe hoc opus de Eccleſiaſticis obſervationibus. An in Guidone præceſſit, quod ſeculum proximum in Martino Navarro expertum*

*eſt*

*eſt ut ſcilicet 90, eoque amplius annos natus, adhuc ſcriptioni daret operam.*

(b) Cave Chartoph. Eccl. pag. 197.

*Quisquis ſub hoc nomine lateat, vixit circa* Ao. *1080. Ej. liber, de Eccleſ. obſervationibus Ext. Bibl. Pp. T. 18. pag. 469. De authore hujus libri Vide quæ habet Raynaudus de bon. & mal. libr. Part. 1. not. 10. num. 203. pag. 131.*

( c ) Acta Eruditorum Lipſienſ. pag. 297.

*Adducitur etiam inter teſtes Undecimi Seculi* Ivo Carnotenſis, *ejusque liber de* Eccleſiaſticis officiis, *qui in Lambethana Bibliotheca Manuſcriptus extat. Ex hoc ipſo autem MSto* Whartonus *deprehendit,* Ivonem *Autorem eſſe operis, quod* Micrologi *nomine allegari ſolet. Equidem octo priora illius codicis capita, quæ de nocturnis Vigiliis, de matutinis laudibus, de prima, de tertia, de ſexta, de nona, de Veſpertina Synaxi, & de completione inſcribuntur, nondum, quod ſciat, prodierunt: at ſequentia capitula 62. Micrologum conſtituunt, quibus in manuſcripto codice additur capitulum de Miſſa & ſingularum ejus partium autoribus, quod in Micrologo deſideratur.*

(d) Heinr. Wharton Auctarii Hiſtor. Dogmat. J. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis, *p. 394. n. 1090 :* Ivo *Epiſcopus* Carnotenſis, *Lib. de Eccleſiaſticis Officiis, MS. in Bibliotheca Lambethana.* — — --- --- ---- ---- —
Pag. 395. *Ex Codice iſto MS.* Ivonem Micrologi Auctorem *eſſe (quod quidem hactenus Eruditos latuit) deprehendi. Codex enim ipſe præclaræ vetuſtatis eſt, Ivone haud multo inferior, adeoque nihil non fidei meretur. In fronte autem iſtusmodi titulum præfert:* Liber Ivonis, Carnotenſis Epiſcopi, de Eccleſiaſticis Officiis. *Conſtat Capitulis LXXI. Ex his octo priora (quæ de nocturnis Vigiliis, de matutinis Laudibus, de prima, de Tertia, de Sexta, de Nona, de veſpertina Synaxi, & de Completorio inſcribuntur) nondum, quod ſcio, prodierunt. Sequentia Capitula LXII. Micrologum conſtituunt. Ultimum (quod de Miſſæ ſingularumque ejus partium Authoribus agit) Micrologo deeſt.*

---

(390.) BEROSUS, Vetus rerum Chaldaicarum ſive Babylonicarum ſcriptor eſt, citatus multis Antiquorum, *Vitruvio* l. 9. c 9. *Tertulliano* in Apologeticis c. 19. *Clementi Alexandrino* l. I. Stromatum, aliisque. Fragmenta ejus exhibet Fl. *Joſe.* lib. I. contra Appionem, ut obſervat *Zeilerus* Hiſtor. Chronol. & Geograph. celeb. part. II. pag. 15. ubi ex *Conringii* Adverſariis Chronologicis de Aſiæ dynaſtiis cap. 10. neque hujus (veri & antiqui) Beroſi Hiſtoriam Chaldaicam non fuiſſe omni ex parte fide dignam docet: Multo minus ementita illa quæ nunc ejus nomine circumferantur, admittenda, cum ſolius ANNII VITERBIENSIS fœtus ſint, ut poſt allegatos ſcriptores, etiam animadvertunt *Quenſted* de Patriis Virorum doctrina & ſcriptis illuſtrium pag. 613. *Hallervordius* Bibliothecæ Curioſ. p. 25. *Cinelli* Bibliotheca volante Scanz. V. p. 88. & imprimis *Deckherrus* de ſcriptis Adeſpotis pag. 299. *ſeqq.* qui varia Eruditorum de Beroſo Anniano judicia collegit verbisque Beati *Rhenani*, Antonii *Auguſtini*, *Sleidani*, *Chytræi*, *Beſoldi*, *Bernhardi*, *Munſteri*, fideliter allegatis, rem hanc egregie illuſtrat, quem vide: & præ reliquis conſule citatum ibi Didac. *Covarruv.* lib. IV. Variar. Reſolut. c. 14. num. 5. pag. 35. Adde *Morhof.* Polyhiſtor. literar. lib. I. cap. VI. p. 50. & pag. 90. ubi Beroſi opera à nonnullis ex Armenia allata, ab aliis ſaltem in Galliis extitiſſe ante, quam in Annii manus inciderit, credi annotat; vide etiam *Maſtricht.* Hiſtor. Jur. Eccleſiaſt. p. 233. num. 222. & quæ dixi plura jam in *Rhodianis* olim, additisque nunc ſupra in *Archilocho* ubi recenſiti ſunt omnes illius Annii auctores conficti; quorum ſingulis nominibus ſua vide annotata. Ubi & *Miræum* de illius fraudibus vide ſis excerptum, cui nunc addimus alia p. 84. part. II. Bibl. Eccleſiaſticæ. p. 84. ubi de Gaſparis *Varrerii* Cenſura in Beroſum Latine atque Hiſpanice publicata nos monet. *Lambecius* de Bibliotheca Cæſarea Tom. I. pag. 16. eum explodit. At Antonius *Senenſis* Bibliothecæ Fratrum Ord. Prædicatorum pag. 148. & 149. hujus Fr. Joannis Annii memoriam & ſcripta recenſet, & vocat hæc *commentaria præclara* in Beroſum Babylonium Metaſnem (ita legitur) &c. Librumque Quæſtionum in Apocalypſin, ubi beſtiam Apocal. XIII. quam Anti-Chriſtum Patres communiter interpretantur, eſſe vult Pſeudo-Prophetam Mahumetem cum ſua ſecta. Denique *Symbolam* adde *Maſtrichtianam* ſequentem:

*Judicium de* Beroſo Anniano *Thom.* Reineſii *non totum rejiciente nec probante eum vid. in epiſtola* ejus *prima ad Joh. Vorſtium. Idem judicium habet juſtus Henr. Jungman II. In propheta Daniele reſerato, ſeu Docto Comment. in Cap. IX. Dan. paſſim. Itidem in Chronologia ejus infallibili, quæ tamen nondum edita eſt; ſed quam M. S. legi.*

---

(391.) BERROCAL, *Petrus de: Gabriel de:* ADARZO & SANTANDER. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 534.

---

(392.) Franciſco BERSABITA : *Giacomo* CASTELLANO v. *Rhod.* n. 29. ubi

*Quid ſub hoc nomine prodierit ignorat vel certe tacet mecum* Scavenius *n. 65.*

Adde *Bailletum* liſte des Auteurs deguiſez pag. 534. forte aliquid explicatius hic aliquando daturum.

---

(393.) *Johannes* BERSANDIUS. Ejus nomine extat *de Venatione hominum*, ſive *Artificium Benevolentiæ colligendæ ex priſcis Sapientum* oraculis & *Probatorum autoritate munitum.* Francofurti ad Mœnum 1677. in 12mo pag. 476. XLV. collectanea lectu non indigna hujus argumenti continens. Is tractatus eſt *Johannis* BRANDESII ſub anagrammate deliteſcentis, ut ex relatione Dni. Licentiati *Cruſii* ab hinc aliquot annis mihi innotuit. Is eſt Brandeſius, qui de vera Juris Philoſophia in 12mo ſcripſit libellum lectu itidem

dem non indignum editum 1668. Francof. Typis Joan. Andreæ, directum ad illuſtriſſimum Baronem Boineburgium.

(394.) Scipione Africano de BERTI, *Cæſar* CREMONINUS de quo dixi aliqua jam olim ad *Rhod.* n. 36. de cujus Atheiſmo vid. *Giſbertum Voetium* Diſpp. Theologicar. part. I. Diſp. de Atheiſmo p. 206.

*Rhodianis* addita ſic *habent*: XXXVI. 7. Scav. Scipione Africano di BERTI, CREMONINO. *Cæſarem Cremoninum* intelligi credo Profeſſorem Patavinum juxta cum Fr. Piccolomineo, de quo vide Auctores Italos Lorenzo *Graſſi* Elogior. part. 2. pag. m 123. *Giov. Imperiali* nel Muſeo, & ex latine ſcribentibus præcipue *Tomaſinum* in Gymnaſio Patavino hinc inde illius encomia repetentem, absque tamen ulla ſcriptorum ſub aliquo fictitio nomine editorum mentione: quemadmodum neque diligentiſſimus alias Medicorum ſcriptorum collector *Lindanus* huic nomini quidquam adſcribit, apud quem tamen *Cremonini* ſcripta enumerata reperias. Hunc ab omni religione alienum fuiſſe, Animam mortalem & alia Chriſtiano homine prorſus indigna dogmata defendiſſe, notant Auctores Itali modo laudati.

Plura mihi comperiendi ſpem facit *Bailletus*, ejus mentionem faciens indiculi des Auteurs deguiſez pag. 535. *Margo Diecmannianus* hæc addit notabilia: Amicus ille, à quo *Voëtius* l. c. Cremonini Epitaphium ſe accepiſſe refert, citra dubium eſt Andr. *Colvius*, quem *Voëtius* p. 202. laudaverat. Hujus *Colvii ad Voëtium Epiſtolam* Dordraco 1635. 14. Jul. ſcriptam αὐτόγραφον, cum pluribus aliis doctorum in Belgio virorum legi, in qua iſtud de *Cremonino*, quem ſe Patavii publice docentem audiviſſe Colvius ſcribebat, extat. Ex Excerptis *MSS. Naudæanis*, quæ doctiſſimus Medicus *Guido Patinus* collegerat, hæc "de Cremonino notavi: Pour Cremonin, il ca-"choit finement ſon jeu, nihil habebat pietatis, "tamen pius videri volebat. Une de ſes maximes "ordinaires eſtoit: Intus ut libuit, foris, ut mo-"ris eſt. Hæc ibi.

(395.) BERTOLINO, *R. M. Leone*: Antoine VALENTINO. Baillet. p. 535.

(396.) BERTRAMI librum *de Euchariſtia*, quovis modo cupiunt adulterinum facere, qui transſubſtantiationis dogma defendunt. Hinc alii Caroloſtadio eundem, eo quod ab ipſo primitus fuit editus, aut totum aut ex parte conati ſunt imputare, ſed nulla idonea ne præſumtione quidem nedum probatione inducti: inter quos vide præcipue *Poſſevinum* in præfatione ſui apparatus, & *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. pag. 132. Sed illius quidem levitatem jam detexit *Rivetus* Critici ſacri l. 4. c. 12. p. m. 420. Hic autem ipſe ſuam inconſtantiam, & quam parum huic ſuæ, pro lubitu in caput, jam alias, ut ipſe judicabat, condemnatum, confictæ calumniæ tribuerit, vel inde aperit: quod mox magno conatu, neſcio quem, RATRANNUM pro Caroloſtadio ſubſtituere, ex quodam ignobili manuſcripto nulli viſo laborat. Locus ipſe prolixior eſt, quam ut nunc exſcribi poſſit, adeoque Lectori curioſo ipſe auctor inſpiciendus. Confer quæ diximus ad *Alcuinum* & quæ dicemus ſuo loco ad *Carolum Magnum*.

At nunc *Poſſevinianum* ſub lit. (a) æque, ac Theophili *Raynaudi* locum ſub lit. (aa) excerpſimus. Et RATRAMNUM quidem Auctorem hujus libri addimus indicatum etiam Auctoritate Manuſcriptorum, præſertim eorum, quæ à *Mabillonio* producta ſunt, *Cave* Hiſtoriæ literar. ſcritor. Eccleſiaſt. p. 373. & Chrtophylac. Eccleſiaſt. pag. 156. cui aſſentitur *Colomeſius* in Paralipom. ad ad hunc lib. p. 18. & 19. ſub lit. (b) & ex eo *Acta Erud.* 1686. p. 554 (bb) ubi ſimul in vehitur in *Sixtum* Senenſem qui in præfatione Biblioth. ſuæ Sanctæ OECOLAMPADIO fœtum hunc ſubſtituit; Quod tamen etiam fieri à *Coco*, ex *Hottingero* de ſcript. ſuppoſit. 48. citat *Simbola Normanniana*, ſed Oecolampadii Apologiam ſuſcipit contra *Sixtum* Senenſem *Prideaux* Oration. IX. p. 85. Multi interim Pontificii pro ſuppoſititio & damnando ſcripto proclamaverant hunc Bertramo adſcriptum librum: quod & de Cenſoribus Belgicis ex *Rainoldo* de Romanæ Eccleſiæ idololatria p. 31. memorat *Kempius* Bibliothec. Anglorum Theol. p. 500. ſub lit. (c) Alii, inter quos præcipuus eſt *Petrus de Marca*, Archiepiſcopus Pariſienſis, fœtum hunc crediderunt eſſe JOHANNIS ERIGENÆ SCOTI, quem tamen à multis confundi cum Joan *Dunſio Scoto*, Doctore cognomento ſubtili, obſervat *Heupelius* in Sylloge Amœnitat. Hiſtor. Criticar. Witteb. 1688. §. VIII. Sed Scotum hunc non agnoſcit Jacobus *Boileau*, qui hunc libellum edi curavit Pariſ. 1686. in 12mo ſub RATRAMNI ſeu BERTRAMI PRESBYTERI nomine, ut recenſent *Acta Erudit. Liſienſium* ao. 1687. p. 44 ſeqq. quæ omnino vide, ſub lit. (h) BERENGARIUM tamen Auctorem conſtituere mavult *Pater Pariſienſis* Canonicus Regul. S. Auguſtini & Profeſſor Theologus Abbatiæ S. Genovevæ Certe hunc Berengarium hauſiſſe errorem ſuum Sacramentarium ex hoc libro judicat Gerhardus *du Bois* in Hiſtoria Eccleſiæ Pariſienſis, qui tamen videtur malle SCOTUM Auctorem agnoſcere, quam Bertramum, ut patet ex eis quæ ſub lit. (d.) *ex Act. Erud. Supplem. Tom.* II. Sect. III. p. 125. ſeq. excerpta ſunt. De *Mabillonio* ſcriptum hoc BERTRAMO ſeu RATRAMNO vindicante vide *Act. Erud. ao.* 1687. *pag.* 45. (e) & *Journal des Savans* pag. 161. du 20. May 1680. Judicat tamen *Nouet* in ſcripto: la preſence de Jeſus Chriſt dans le Saint Sacrement, Bertramii hujus ſcriptum idem eſſe cum libello SCOTI ejusdem argumenti, inde quod uno comparente, alterius amplius plane nulla ſit facta mentio, Joannemque Scotum ejus auctorem eſſe, qui illud Caroli Calvi mandato compoſuerit, non obſcure innuit. Vide excerpta *ex Journal des Savans* du 28. Juin 1667. pag. 169. ſeq. ſub lit. (f) Notatu quoque digna ſunt quæ de controverſia hac notavit *Symbola Rauſchiana* ex Thomæ *Reineſii* Epiſtola ad Joan Vorſtium, ſub lit. (g) An libri Scoti & Ratramni dif-

differant necne, nondum ſatis manifeſtum eſſe aſſerunt *Acta Erud. Lipſ.* 1683. p. 193. (h) Vide hic omnino *Diecmannianas notas Marginales* lit. (i) exhibitas. Adde *Symbolam Maſtrichtianam*, quæ allegat notabilia Th. *Reineſii* in Epiſtola 24. ad Vorſtium pag. 54. & ſeq. & porro addit hæc: *Prodiit liber primum, ni fallor, Coloniæ Agrippinæ Anno 1532. Vix itaque ab* Oecolampadio *potuit ſupponi.*

(a) Poſſevinus Appar. Sacri in præf. p. 6. *Oecolampadius vero contra divinam Euchariſtiam ſub nomine Bertrami Presbyteri de Corpore & Sanguine librum ſcripſit ad Carolum Magnum. Caroloſtadius commentum ſuum adverſus cultores imaginum ſub nomine Caroli M. de Cultu Imaginum ad Sextam Synodum in oriente congregatam. Calvinus aliud ſub nomine Alcuini Præceptoris Caroli Magni ad eundem Carolum Magnum.*

(aa) Raynaudus de libris mal. & bon. p. 132. 133.

„ Bertramo ſuppoſitum eſſe librum de Euchariſtia qui ejus nomine circumfertur, graves „autores prodiderunt, nominatimque Sanctesius repetit. 2. c. 14. Sixtus Senenſis in Bibliothecæ ſanctæ præfatione, & Claudius Eſpencæus lib 2. de adorat. Euchariſtiæ cap. 41. Nec „repugnat Sanderus lib. 7. de Viſibili Monarch. „hæreſi 133. At Valentia lib. I. de præſentia „Chriſti in Euchar. cap. 2. num. 10. & Nicolaus „Romæus in Calvini effigie ſpectaculo 3. colore „21. & ſpectac. 8. colore 72. librum Bertrami, „adulteratum duntaxat, & admiſtis plerisque „ſuppoſititiis depravatum confirmant. Addit „vero Nicolaus, ſyncerum opus Bertrami, ſcriptum eſſe adverſus hæreſim, quam nuper quidam Siculi non absque barditate renovarunt, de „ſpeciebus ſacramentalibus, ſi objective ſpectentur, nequaquam realibus, ſed meris præſtigiis ac ſpectris. Nam hanc hæreſim olim fuiſſe invectam, ex Algero eam diligenter confutante lib. I. cap. 7. perſpicuum eſt. Sed hæreo in adulteratione operis illius. Poteſtque „ſatis veriſimile apparere, OEcolampadium, cujus opera Bertrami liber primum lucem vidit, „manus falſarias & adulteratrices ei lucubrationi appoſuiſſe; qui per idem tempus Chriſtianum „Druthmarum, & alios Catholicos ſcriptores „perfide contaminavit. Nec item eſt inveriſimile, eum per OEcolampadium totum libellum confixiſſe, & ſuppoſuiſſe Bertramo, bono, „& pio Presbytero, ut eſt apud Trithemium in „Catalogo. Suffragatur huic veriſimilitudini, „quod Bertramus per totos annos ſeptingentos, „a nemine notatus eſt hæreſeos; nec ullus tam „multorum qui Berengarii tempore ſcripſerunt „præiviſſe Berengario Bertramum, meminit. „Imo quotquot Bertramum norunt, virum bonum, ac pium fuiſſe, ſtatuerunt, & Catholicis „Scriptoribus annumerarunt. Alanus quidem l. 1. „de Euch. c. 21. Bertramum facit autorem primum „diſtinctionis illius corporis Chriſti, in verum, „myſticum, & ſacramentale, quam impugnat „Paſchaſius ſub finem expoſiti: nihil tamen apud „Paſchaſium invenio, quod aperte Bertramum „feriat. Et illa ipſa diſtinctio tripartita, ſalvo „myſterio Euchariſtiæ, & vera in eo Chriſti præſentia, retineri facile poteſt; nam Corpus Chriſti, „myſticum, eſt Eccleſia, verum, eſt corpus Chriſti, „ſub ſpecie viſibili, ſacramentale, idem ſpeciebus, „opertum. Itaq; quamvis Paſchaſius in eam diſtinctionem inſurrexiſſet tacito Bertramo, nihil inde, „haberetur, ad opus quod extat Bertrami nomine, „genuini partus titulo venditandum vel etiam ad, „ſtatuendum, Bertramum, Berengarii prodromũ: veriſimilius autem eſt, quæ Paſchaſius perver„ſe a quibusdã ſub illud tempus jactata dicit contra Euchariſtiam, intorqueri in Joannem Scotum Benedictinum, qui primus in Eccleſia Latina, dubie de Euchariſtia ſcripſit, & in concilio, „Vercellenſi præſente S. Leone IX. damnatus, „eſt, ejusque liber de Euchariſtia confixus, teſte, „Lantfranco qui aderat, & Paſchaſii, ac Johannis Scoti contrapoſitionem à Berengario factam memorat, tacito prorſus Bertramo. Sit, „igitur non inveriſimile, opus quod Bertrami, „nomine circumfertur, eſſe illi ſuppoſitum, „ſaltem magna ex parte.

Audio extare MS Codicem Autoris Anonymi, qui tempore Caroli Calvi ſcripſit, & Paſchaſii, ac Rabani, ejusd. ævi ſcriptorum tanq. ſuorum æqualium meminit; in quo etiam Codice mentio habetur operis Carolo Calvo inſcripti de Euchariſtia, contra Paſchaſium, nomine cujusdam Ratranni. Cujus item Ratranni ſcriptionem, conformem ei quæ ſub Bertrami nomine, „vulgata eſt, extare manu exaratam, refert vir, „Eminentiſſimus tract. de Euchar. lib. 2 caput. 59., „qua ratione ſalva manet Bertrami fama; & veriſimilitudo ſuppoſitionis ei factæ, obtruſo illi, „libro Ratranni, inſigniter confirmatur. Quam, „enim facile fuit, in tanta nominum affinitate, „atque vicinia Bertramum & Ratrannum confundere? Scripſiſſe porro fertur Ratrannus ille, „contra hæreſim Stercoraniſtarum, ab Erybaldo, Autiſſiodorenſi Epiſcopo proſeminatum, „qua Chriſti Corpus in Euchariſtia tale prorſus, „quale ſpeciebus objicitur, atq; adeo albũ, rotundum, ſapidum quale ſpeciebus præfertur, nuda, „& aperta prorſus veritati exhiberi aſſerebatur, „afficta corpori Chriſti in Euchariſtia, paſſibilitate, diviſibilitate, digeſtibilitate, & ſubjectione ad omnes ſpecierum viſibilium affectiones. In hunc errorem inſurgens Ratrannus, „ut eſt mos improvidorum, vitans hoc extremum, in contrarium cucurrit, & nihil niſi myſticum, & figuratum, (contra quam Erybaldus figuram prorſus excludens cenſuerat,) reperiri in Euchariſtia contendit. Quod ipſum, „in vulgato Bertrami nomine, de Euchariſtia, „libro, aliquoties occurrit. Ut proinde merito liber ille, falce Eccleſiaſticæ cenſuræ ſuccisus, „ſit, & libris damnatis annumeratus. „

(b) Colomeſii Paralip. ad Chartoph. pag. 18. & 19.

Bertram *vel* Ratramni *liber de* Corpore & Sanguine Domini MS. *extitit* Pariſiis *in Jacobi Gillotii Senatoris Bibliotheca. Codicem ſe vidiſſe Reverendiſſimo Uſſerio teſtatus eſt magnus noſter* Caſaubonus, *ut doctiſſimus Præſul aſſerit in libro* de Eccleſiarum Chriſtianarum ſucceſſione. Alius *codex* in Belgio *nuper inventus eſt, a candidiſſimi pectoris Monacho*

*Joh.* Mabillonio : In Belgii partes profectus, Mabillonium *audis in quadam in Acta Benedictinorum præfatione*) Lebienſe adii Monaſterium, ubi inter Codd. MSS. bene paucos qui reſtant, binos reperi, unum vetuſtiſſimum ab annis fere octingentis exaratum, in quo continentur opuſcula duo, primum de Corpore & Sanguine Domini, ſubſequens de Prædeſtinatione; Illud unico, hoc duobus libris conſtans. Utriuſque inſcriptio & exordia ita ſe habent in Codice MS. *Incipit liber Ratramni de Corpore & Sanguine Domini. Juſſiſti glorioſe Princeps, &c.* Poſt hunc librum, *incipit liber Ratramni de Prædeſtinatione Dei. Domino glorioſo atq; Præcellentiſſimo Regi Carolo Ratramnus, &c.* ut in editis. *Valeat ergo* Sixti Senenſis *inſulſa conjectura, Ratramni librum de Corpore & Sanguine Domini Joh.* Hauſſchein *Græce* Oecolampadio *tribuentis. Rectius ſentit Sixto longe occulatior Fr.* Turrianus, *contra Volanum ſcribens lib. 1. cap. 22. cum ait:* Bertramum citare quid aliud eſt, quam dicere Calvini Hæreſim non eſſe novam? *Ridendus porro* Latinus Latinius; *Vir alias doctus ac diligens, ſed pontificiis nugis addictiſſimus, qui cum Bertrami Librum percurriſſet, immemor indice notatum hæreſeos nomine, poſt agnitum errorem ſuum, librum projecit, & a ſummo Pœnitentiario curavit ſe abſolvendum Reverendiſſimo Card. Varmienſi. Hæc de ſe Latinus Latinius in Bibliotheca Sacro-profana p. 110.*

(b) Acta Eruditor. Lipſienſ. Ao. 1686 pag. 554.

Ratramni *Librum de Corpore, & Sanguine Domini, a* Sixto Senenſi *perperam* Johanni Hauſſcheinio, *ſeu* Oecolampadio *tribui aſſerit (Paulus Colomeſius, Bibliothecæ Lambethanæ Curator, in Paralipomenis ad Guil. Cave Chartophylacem Eccleſiaſticum.)*

(c) Kempius Biblioth. Anglorum Theolog. p. 500.

*Sed quot & quanta in hunc ſcriptorem latrocinia commiſſa ſunt! Audiatur iterum Rainoldus: (n) Iſti veſtri operum auctores ementiuntur ea, non ſolum mutilandis, aut addendis verbis; ſed etiam cum verba incorrupta retinent, falſo tamen ſenſu illis affingendo. Hoc Cenſores Belgici (in Indice expurgatorio) ſe in aliis Patribus facere profitentur, & in BERTRAMO, quod nequaquam faciunt in cunctis aliis Patribus, locos item integros expungendos notant, ut utroque fraudis genere ſimul pugnent. &c.*

(d) Acta Erudit. Supplement. Tom. II. Sect. III. p. 125. & 126.

*In tertia claſſe locat* Joannem Erigenam Scotum, *quem ſub Carolo Calvo in Galliam veniſſe, & inedito ibidem libro de Euchariſtia virtutem tantum corporis Chriſti ac figuram, non veritatem; umbram, non corpus in hoc Sacramento admiſiſſe teſtatur. Hunc librum itidem periiſſe putat, tametſi quidam exiſtiment, opuſculum de corpore & ſanguine Domini, quod refert nomen Bertrami ſeu Ratramni,* Jo. Scoto *potius deberi. Inducit ſane virum eruditiſſimum* Petrum de Marca, *id probare conantem in ſcripta A. 1657. ad Lucam Dacherium epiſtola; a quo tamen cum aliis recedat* Mabillonius, *& noviſſime Decanus Eccleſiæ Senonenſis,* (Jacobus Boileau,) *qui hunc librum 1686. Latine & Gallice redditum e Mſtis & antiquis Codicibus in lucem emiſerit. (Conf. Acta noſtra ad A. 1687. p. 43. ſeq.) Ex iſto autem Scoti libro virus ſuum hauſiſſe Berengarium oſtendit, qui ſimiliter, quod in Sacramento Altaris, nec vere corpus nec vere ſanguis Domini exhibeatur, propugnare auſus ſit. Theoduinus, Leodienſis Epiſcopus, in Epiſtola ad Henricum, Regem Francorum, tres quidem alios errores ipſi tribuit, quod ſcilicet noluerit infantes baptizari; quod nuptias & conjugia ſuſtulerit; quod Chriſtum clauſo cœnaculo ad Diſcipulos ingreſſum fuiſſe negarit: Sed cum de his nihil alibi reperiatur, vix quicquam certi affirmare Autor noſter ſuſtinet; illum vero de Euchariſtia errorem ſtatim ab Hugone, Lingonenſi Epiſcopo, & imprimis a Lanfranco animadverſum ſcribit. Cum enim hic Paſcaſium a Berengario condemnari intelligeret, hoc ſibi maximum in modum diſplicere oſtendit. Berengarius viciſſim ſe defendit in Epiſtola ad Lanfrancum, quam Dacherius in notis ad hujus vitam edidit. Ea dein Romam allata fuit* A. *1050. perlectaq; a Patribus in Synodo tum congregatis, qui ſtatim ob hanc ſententiam Berengarium, ni reſipiſceret, a communione excluſerunt.*

(e) Acta Erud. Menſis Januarii Ao. 1687. p. 44. 45.

Poſtquam vero ex non uno Codice Manuſcripto abunde conſtitit, opuſculum hoc ætatem nequaquam mentiri, nondum tamen autori illius æquiori fortuna uti licuit. Neque enim Cardinalis Perronius ipſum Ratramnum cum hoc ſuo fœtu hæreſeos poſtulare veritus, eſt; quemadmodum jam dudum Genebrardus, in Chronico Ratramnum inter hæreticos ſeculi noni, (nec minus tamen ad annum 1215. inter Tranſſubſtantiationis hyperaspiſtas) retulerat. Idem judicium fuit Anonymi illius, quem Cellotius Jeſuita a. 1655. cum notis vulgavit, dum Ratramnum contra Paſchaſium Ratbertum ſcripſiſſe, autor eſt. Id quod tamen impune non tulit. Boileau enim indignum fuiſſe pronunciat, qui tot tantisque commentariis, ſtipatus publicæ luci datus fuerit.

Alii famæ Ratramni parcendum rati, hunc de corpore & ſanguine Domini librum, non a Calvinianis quidem, a priſcis tamen, quos Pontificii putant, hæreſiarchis Ratramno ſuppoſitum fuiſſe conjecerunt. Nimirum *Petrus de Marca*, (Epiſtola Calendis Januariis anno 1657. data ad Lucam Dacherium, frontique tomi II. Spicilegii præfixa,) contendit, a coætaneo Ratramni, *Joanne Scoto Erigena* compilatum, meritoque damnatum in Concilio Vercellenſi ſub Leone IX. & combuſtum in Concilio Romano, Nicolao II. Pontifice, cum a Berengarii ſequacibus ſub Scoti nomine allegaretur. Duobus autem ſeculis recentiorem eſſe, autoremque habuiſſe Berengarium hujusve aſſeclas, opinatus eſt Pater Pariſienſis, Canonicus Regul. S. Auguſt. & Profeſſor Theologus Abbatiæ S. Genovevæ.

Authoritatem tantorum virorum fraudi fuiſſe cæteris Pontificiorum Theologis, ut cæco impetu in libri hujus condemnationem conſentirent, obſervat *Boileau*, qui poſt Dominum *de Sainte boeuve, Johannemque Mabillonium*, & genuinum Ratramni fœtum, & Eccleſiæ Romanæ dogmatibus non adverſum eſſe, perſuaſiſſi-

mus

"mus videri cupit. Cum ergo non dubitaret, "multum ad odium, quo ſuæ communionis ho- "mines in opuſculum illud flagrarunt, contuliſſe "verſiones Gallicas annis 1558, 1600. & 1672, "editas, in quibus (ſi Autori noſtro fides,) à Cal- "vinianis editoribus ſana mentis ſuæ ſenſa Calvi- "nianis formulis eloqui coactus fuit Ratramnus; "operæ ſe pretium facturum credidit, ſi novam "& magis fidam verſionem vernaculam adorna- "ret, publicique juris faceret, una cum ipſo "Latino archetypo, correcto ad apographum "cum cura & fide exſcriptum à Joh. Mabillonio "ex codice manuſcripto Abbatiæ Lebienſis, "quem octingentorum annorum eſſe doctiſſi- "mus ille Benedictinus judicaverat, Præfat. P. II. "Sec. IV. Actorum Benedictinorum p. 35. §. 83. "Varias Lectiones editionum Veterum in mar- "ginem rejecit; totumque opuſculum in Para- "graphos CII. diſtinxit.

(f) Journal des Scavans du 28. Juin 1667. p. 169. ſeqq.

*Il produit en ſuite le temoignage des Sçavans du IX. ſiecle, dont quelques uns diſent que de leur temps c' eſtoit une choſe nouvelle, d' enſeigner que le Sacrement de l' Autel n' eſt pas le vray corps de Jeſus Chriſt; & tous generalement tiennent la preſence reelle. Il excepte ſeulement* Jean l' Eſcoſſois & Bertram. *Encore pouvoit il reduire ces deux Auteurs à un. Car quoy qu' en diſe le Miniſtre, il y a bien de l' apparence, ſuivant la conjecture du ſcavant* Monſieur de Marca *Archeveſque de Paris, que le livre de Jean l' Eſcoſſois & celuy de Bertram ne ſont qu' un ſeul & meſme livre; & la plus docte Faculté de Theologie qui ſoit dans l' Europe, en parut ces jours paſſez perſuadée par les raiſons que Monſieur le Duc d' Albret en apporta dans cét Acte Celebre où s' eſtant preſenté pour répondre de toutes les difficultez de l' Hiſtoire Eccleſiaſtique depuis le premier ſiecle juſqu' au XVI. Il parla de chacune auſſi ſolidement que s' il n' euſt eu à en approfondir qu' une ſeule. Ce Prince repreſenta que jamais on n' avoit veu ces deux livres en meſme temps: Que pendant que le livre de Bertram a paru, on n' a point connu celuy de Jean l' Ecoſſois; que depuis qu' on commence à connoiſtre celuy de Jean l' Eſcoſſois, on ceſſa de voir celuy de* Bertram; *& qu' enfin maintenant que nous avons le livre de* Bertram, *celuy de Jean l' Eſcoſſois a derechef diſparu: Que ce qui a eſté cité du livre de Jean l' Eſcoſſois, ſe trouve maintenant dans celuy de* Bertram: *Que ces livres ſont tous deux écrits par le commandement de Charles le Chauve, tous deux écrits ſur la meſme matiere, tous deux ecrits contre Paſchaſe, qu' ils enſeignent tous deux la meſme doctrine: Qu' ainſi c' eſt une choſe manifeſte que le livre de Jean l' Eſcoſſois eſt le meſme que celuy de Betram, ſous le nom duquel Jean l' Eſcoſſois s' eſtoit peut-eſtre caché; & que c' eſt par erreur que l' on a depuis changé le nom de* Bertram *en celuy de Ratramne: En effet on ne trouve point que les anciens Auteurs qui on dit que Jean l' Eſcoſſois n' a pas crû la preſence reelle, ayent jamais rien dit de ſemblable de Ratramne.*

(g) Symbola Rauſchiana.

*Damnatus fuit in Cynodo Vercellenſi, ſi Balæo fides habenda eſt: Quod miror fugiſſe Rivetum, qui à nemine hæreſeos accerſitum, convictum & damnatum tradit 4. Crit. Sacr. 12. Poſſevino autem quid facias, qui libellum de Corpore & Sanguine Domini Pſeudepigraphum eſſe, & ab Oecolampadio ſcriptum adſictum Bertramo contendit? an latere potuit naſutum Jeſuitam hiſtoria ſeculi noni circa Bertramum & Joannem Erigenam Scotum ὁμόδοξος?*

(h) Acta Erudit. Menſis Januarii ao. 1687. p. 44. 45.

*Poſtquam vero ex non uno Codice Manuſcripto abunde conſtitit, opuſculum hoc ætatem nequaquam mentiri, nondum tamen autori illius æquiori fortuna uti licuit. Neque enim Cardinalis Perronius ipſum Ratramnum cum hoc ſuo fætu hæreſeos poſtulare veritus eſt; quemadmodum jam dudum Genebrardus in Chronico Ratramnum inter hæreticos ſeculi noni, (nec minus tamen ad annum 1215. inter Transſubſtantiationis hyperaspiſtas,) retulerat. Idem judicium fuit Anonymi illius, quem Cellotius Jeſuita à 1655. cum notis vulgavit, dum Ratramnum contra Paſchaſium Ratbertum ſcripſiſſe, autor eſt. Id quod tamen impune non tulit. Boileau enim indignum fuiſſe pronunciat, qui tot tantisque commentariis ſtipatus publicæ luci datus fuerit.*

*Alii famæ Ratramni parcendum rati, hunc de corpore & ſanguine Domini librum, non à Calvinianis quidem, priſcis tamen, quos Pontificii putant, hæreſiarchis Ratramno ſuppoſitum fuiſſe conjecerunt. Nimirum Petrus de Marca, (Epiſtola Kalendis Januariis anno. 1657. data ad Lucam Dacherium, frontiq; tomi II. Spicilegii præfixa) contendit, à Coætaneo Ratramni, Johanne Scoto Erigena compilatum, meritoque damnatum in Concilio Vercellenſi ſub Leone IX. & combuſtum in Concilio Romano, Nicolao II. Pontifice, cum à Berengarii ſequacibus ſub Scoti nomine allegaretur. Duobus autem ſeculis recentiorem eſſe, authoremque habuiſſe Berengarium hujusve aſſeclas, opinatus eſt Pater Pariſienſis, Canonicus Regul. S. Auguſt. & Profeſſor Theologus Abbatiæ S. Genovevæ.*

*Authoritatem tantorum virorum fraudi fuiſſe cæteris Pontificiorum Theologis, ut cæco impetu in libri hujus condemnationem conſentirent, obſervat Boileau, qui poſt Dominum de Sainte bœuve, Johannemque Mabillonium, & genuinum Ratramni fœtum, & Eccleſiæ Romanæ dogmatibus non adverſum eſſe, perſuaſiſſimus videri cupit. Cum ergo non dubitaret, multum ad odium, quo ſuæ communionis homines in opuſculum illud flagrarunt, contuliſſe Verſiones Gallicas annis 1558, 1600, & 1672, editas, in quibus (ſi Autori noſtro fides,) à Calvinianis editoribus ſana mentis ſuæ ſenſa Calvinianis formulis eloqui coactus fuit Ratramnus, operæ ſe pretium facturum credidit, ſi novam & magis fidam verſionem vernaculam adornaret, publicique juris faceret, una cum ipſo Latino archetypo, correcto ad apographum cum cura & fide exſcriptum à Joh. Mabillonio ex codice Manuſcripto Abbatiæ Lebienſis, quem octingentorum annorum eſſe doctiſſimus ille Benedictinus judicaverat, Præfat. P. II. Sec. IV. Actorum Benedictinorum p. 45. §. 83. Varias Lectiones editionum veterum in marginem rejecit; totumq; opuſculum in Paragraphos CII. diſtinxit.*

Subſtituat B. L. hujus duplicati Excerpti loco ex obviis ubique Act. Lipſ. p. 192. anni 1683.

(i) Notæ Diecmannianæ marginales.

*Exiſtimat l. c.* Raynaudus, Ratranni *librum* Bertramo *obtruſum & ſuppoſitum eſſe. Atqui* Ratrannus *ille vel* Ratramnus, *ut eum plurima*

*plurima optimæ notæ MSSta vocant*, *eſt ipſe* Bertramus. *Ratbramnus enim* corrupte Bertramus *dictus eſt*, *quod ex ipſis Pontificiis docet Gilbertus* Mauguinus, *Regi Galliæ a Conſiliis*, & *in ſuprema monetarum curia Præſes Tom. II. de Prædeſt. & grat. p. 133. ed. Pariſ. 1650. 4. Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſ. in Diſſert. poſtum. Gallicis*, *à Paulo* de Faget, *nepote ejus editis*, & *ao. 1669. 12. impreſſis p. 32.* Bertramus, *inquit*, *autrement nommé* Ratrannus. *Ellies* du Pin *in Nouv. Bibliotheque des Auteurs Eccl. Tom. VII. quo ſeculi IX. ſcriptores tractat*, *eum ſemper Ratramnum*, *nunquam Bertramum vocat. Adde omnino Jac.* Uſſerii *Hiſtor. Gotheſcalc. p. 267. ſſ.* & *de Chriſtiano Eccleſ. Succ. & ſtat. p. 47. ſſ.* Larroque *Hiſtorie del Euchariſtie P. 2. p. 601. ſſ.* Cave *Hiſtor. Litter. Script. Eccl. p. 373. Ut itapudere* Raynaudum *commenti ſui de libro Ratranni Bertramo obtruſi debeat.*

(397.) *Petrus* BERTRANDUS *de Columbario* Epiſcopus Oſtienſis & Cardinalis. Huic adſcribuntur à Philippo *Locrio* Opera, quæ tamen ejus patruo, Petro BERTRANDO SENIORI, Matthæi filio Bertrandi debentur, ut ex *San-Marthanis* docet *Olearius* Abaci Patrolog. p. 366. & 367. ſub lit. (a)

(a) Olear. Abaci Patrolog. pag. 366. & 367.

Petrus Bertrandus, *Matthæi filius Bertrandi*, *Annonæenſis oppidi in tractu Vivarienſi civis*, *ex Decano Eccleſiæ Anicienſis*, *juriumque in Acad. Avenion. Monſpeſſul. Aurelian. & Pariſienſi Profeſſore*, *Epiſcopus Nivernenſis*, *tum ao. 1325. Æduenſis ſive Auguſtodunenſis*, *ac tandem ao. 1331. Cardinalis tit. S. Clementis*, *juxta ea*, *quæ narrant Sanmarthani. Tom. I. Gall. f. 50. Labb. p. 185.* Senior *dicitur*, *ad diſcrimen ſui ex ſorore Nepotis* Petri Bertrandi de Columbario *cognominati*, *Epiſcopi Oſtienſis & Cardinalis*, *cui iſtius opera male adſcripſit* Philippus Locrius, *de quo Sanmarth. l. c. Acta diſputationis Bertrandi*, *de juris dictione & libertate Eccleſ. Prælatorum*, *adverſus Petrum de Cuneriis coram Rege Philippo VI. Valeſio celebratæ*, *cum tractatu ejusdem de origine & uſu juris dictionum*, *ſive de* Spirituali *(prout loquuntur)* & temporali poteſtate, *Tomis Bibl. PP. inſerta vid. Pariſ. 2. Bibl. T. 4. 1179. 1225. Mentionem ejus facit* Gerh. *p. 627. Satis indiſcretam Petri Bertrandi locutionem*, (*de parum diſcreto Chriſto*, *ſi Papæam non inſtituiſſet ſucceſſionem*) *ex Bonif. VIII. extravag. de Majoritate*, *notavit* Johann. Henr. Otto *Tigurinus*, *epitom. tract. de auctoritate Eccleſ. Rom. Præf.*

BESANTINOUS v. *Helladius.*

(398.) Chriſtophori BESOLDI nomine prodiere *Diſputationes ad jus Würtembergicum*, ſub ejusdem publico præſidio ventilatæ. Eas ipſe collectas ſibi ex FRATRIS SUI defuncti Adverſariis, fatetur in Theſauro Practico, lit. in voce Ringen und gewunnen p. m. 296.

(399.) BESSARION Cardinalis, aut potius vir latine doctiſſimus, qui auſpiciis ejus P*latonis librum latinum* fecit. *Budæus* Annot. ad Pand. ad l. vulgò concep. de ſtatu hom. p. m. 134. Hæc *Symbola Rauſchiana.* Is eſt notiſſimus ille Cardinalis ad libros VI. de Republica Ciceronis recuperandos, dicitur inſumſiſſe in Polonia aureos amplius bis mille, ap. *Fabric.* Biblioth. Latin. pag. 17. Quis vero vir ille doctiſſimus, ejus auſpicio factum Latinum Platonem ipſi adſcribens, ulterius ſit inquirendum.

(400.) BESSIN *Pierre* : *Jacques* DU PUY. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez pag. 535.

(401.) BETHEMII *Centiloquium Aſtrologicum* Baſileæ. 1551. *fol.*

Hic *Bethem* eſt ipſiſſimus PTOLEMÆUS Auctor Centiloquiorum, ſolum, quod in Arabico vocant *Batlamicq.* Id quod alius legit *Batlam*, unde falſum nomen *Bethem.* Miror cum utrobique ſint Centiloquia, neminem hoc obſervaſſe. Hæc Chriſt. *Ravius* ad *Geſnerum.* Idem ad *Iames. Bethem*, BETHLEM *Ptolemæo* vulgo attributum nomen. Indicante *Symbola Normanniana.* Dubium tamen movet, quod ſub Bethemii nomine adhuc tractatus alii duo citantur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlej. p. 85. b. nempe : liber *de horis Planetatum*, &: *de Significatione Triplicitatum Ortus.* Niſi malis dicere, hos poſteriores duos tractatus eſſe partem Primi illius, quod Centiloquiorum titulo inſignitum eſt, ſicuti omnino videas apud *Geſnerum* p. 147. & *Friſium* Biblioth. Geſner. p. 120. b. Centiloquium, & de Horis Planetarum librum pro uno eodemque haberi.

(402.) *Eberhardus de* BETHUNIA. Ejus libri, qui *contra Waldenſes* inſcribuntur, titulum hunc non niſi ab ingenio *Gretſeri*, & non ab Autoribus ſuis acceperunt, judicante *Natali Alexandro*, ut in recenſione Selectorum ejus Hiſtor. Eccleſ. &c. notant *Acta Erud. Lipſienſ.* anno 1684. pag. 222.

(403.) BEUIL *de Saint Val. le Sieur de* : *Iſaac* LE MAITRE DE SACY. *Baillet*, p. 535.

(404.) Theodori BEZÆ nomine edita *diſſertatio contra Tyrannos.* v. *Junius* Brutus.

BIBLIOTHECARIUS v. *Anaſtaſius.*

(405.) Gabriel BIEL Tubingenſis Profeſſor, Occami Sectator, cujus ſcripta recenſent *Bellarm.* ad Ao. C. 1490. & *Gerhardus* p. m. 669. dicens ſibi manuſcripta ejusdem Budſtadii in Wetteravia inſpecta; addit autem recenſitis per hoſce ſcriptis ejus, *Olearius* pag. 172. alia etiam. Pſeudonyma vero *Canonis Miſſæ expoſitio* prodiit

Baſileæ

Baſileæ 1515. quam non illius, ſed EGGELINGI, neſcio cujus, eſſe, ex ipſa confeſſione *Bielis* docet *Th. Raynaudus* de mal. & bon. lib. p. 140.

Addit hic *margo Dietmannianus* (Brunſvicencenſis), ad nomen Eggelingi, & paucis a Gabriele omiſſis, nonnullis additis aut mutatis, ita *Raynaud.* l.c. Ex eodem Raynaudo pergit: Forte hic Eggelingus eſt, in Abbatem Riddagshuſanum A. 1348. electus, de quo v. Chronicon Riddagshuſenſe, quod extat Tom. III. Rer. German. *Maibom.* p. 370. & ſeqq. ubi *Eggelingus* vir moderatus & ſapiens audit.

BIANCHI v. *Albiis*.

(406) BIONDI *Eromena Opera* del Cavallier *Giovanni Franceſco* in 4to Roma nell' 1631. Sexto communemente dire, che ſia ſtata compoſta veramente, dal Cardinale *Maffeo* BARBERINI, poi detto URBANO OTTAVO. Hæc *Symbola Maglibechiana* favore mihi procurata ignotiſſimi alioqui Fratris Dominicani Raphaelis *Badii*, quam cum litterulis Papenbrochianis Ao. 1690. m. Octobri accepi, ſed ita inarticulate ſcriptam, ut adhibitis etiam præter oculos meos alienis bene multis & tandem aſſuetiſſimo lirarum maxime delirarum interprete Notario litteras collybiſticas mercatorum interpretante quotidie, non potuerim tamen ex difficultatibus lectionis pluribus emergere. Hanc tamen lectionem ſibi conſtare ſatis exiſtimo. Alia illius *Biondi* extant plurima, hic non memoranda, quæ conferat, cui vacat.

BIBLIOTHECARIUS v. *Guilielmus*.

(407) *William* BISHOP *of the Reformation deformed by William Perkins*. h. e. *De Reformatione deformata per Williamum Perkinſum*. ſive ex allegatione *Hydei*. D B.P. i.e. *William Biſhop Reformation of a Catholick deformed by W. Perkinſum. Pars I.* 1604. 4. *Pars* vero *II.* una cum Reſponſo ad Perkinſi animadverſionem. 1607. 4. Catal. Biblioth. Bodlej. P. I. p. 56. a. utut ſub autoris hujus nomine conſtantiſſime allegata, & paſſim cognita ſit hujus cum Perkinſo reciprocata controverſia. conf. *Hyde*, l. all. & pag. 2. a. V. Nob. Abbat. nihilominus Ravii nota ad Geſnerum a Normanno transmiſſa, autorem quendam putat DEWELLUM, ſed quo argumento?

(408) D. Pauli BISCIOLÆ, fratris ſui nomine, *Lælium* Biſciolam, Jeſuitam Mutinenſem edidiſſe Italica ſcripta ſequentia, refert *Alegambe* Bibliothec. Jeſ. p. 293.

I. *Dialogum de Bono Peregrinationis.*
II. *Dialogum de Bono Mortis.*
III. *Diſcurſus Chriſtianos & Morales tom. 2.*
IV. *Librum Comparationum & Similitudinum*, *pro Concionatoribus.* Similem in modum

refert eadem & opera perpulchra vocat Aubertus *Miræus* Bibl. Eccleſiaſt. part. II. p. 223. *Sotvel.* autem Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 537. a. his ſcriptis a Lælio fratris ſui nomine editis ſuperaddit *Quintum*, cui titulus: *Diſcurſus Tres ſuper Epiſtola Baruch Prophetæ, ad Hebræos Captivos in Babylonia.* Comi per Balthaſarem Arcionem 1620. in 8vo.

BITHINUS v. *Hipparchus*.

(408. *a*) *Olivus* de BITURIS: *Pierre* JOHANNIS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez. p. 535.

(409) *Georgius* BLACKWEL: Ejus nomine extat in *Bibliotheca Bodlejana* (quem Thomas *Hyde* in Catalogo impreſſorum ſolorum ſuo non memorat) Tractatus *MStus*, contra Mendaciloquentiam & fraudulentam diſſimulationem, quem deberi *Franciſco* TRESHAM, Theologo itidem Pontificio colligit *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 295. b. unde ſequentia ſub lit. (a) excerpſimus.

(a) Wood Antiquitat. Oxonienſ. Lib. II. p. 295. b.

*Tractatum* contra mendaciloquentiam & fraudulentam diſſimulationem. *MS. in Bibl. Bodl. angl in cujus fine occurrunt hæc verba propria autoris manuſcripta.*

Tractatus iſte valde doctus & vere pius & Catholicus eſt. Certe SS. Scripturarum, Patrum, Doctorum, Scholaſticorum, Canoniſtarum, & optimarum rationum præſidiis pleniſſime firmat æquitatem æquivocationis. Ideoque dignisſimus eſt qui typis propagetur, ad conſolationem afflictorum Catholicorum, & omnium piorum inſtructionem. Ita Cenſeo Georgius Blackvvellus Archipresbyter Angliæ & Protonotarius Apoſtolicus.

*Unde quis forte non male conjiciat, ipſum revera non fuiſſe ejus autorem, (ſicuti etiam ab aliis affirmatur, à* Franciſco Treſham, *ex agro Northamtonienſi & Pontificio fuiſſe ſcriptum.) At vero cum in Catalogo Bodlejano ſub hujus viri nomine ſemper occurrat, vulgo eidem asſcribi ſolet.*

(410) A.F. BLANCKENPOHT, eſt *Alb. Frider.* KNOPIUS, indicante Thoma *Hyde*, in Catalogo Biblioth. Bodlejan. p. 93. b. & p. 168. a. ubi ejus nomine citatur: *Fabrica & Uſus Inſtrumenti, quo rerum Altitudines, Latitudines, cæteræq; dimenſiones indagari poſſunt.* Herb. Naſſ. 1633. in 4to.

(411) BLASII de Pinna Freyre, fratris ſui nomine, Jeſuitam Luſitanum, *Franciſcum* FREYRE publicaſſe Luſitanica ſcripta bina, videlicet:

I. *De Excellenti magnitudine Imperii Auſtriaci.*
II. *Muſas Chriſtianas oratione ligata*, teſtis eſt *Alegambe* p. 123.

Addit *Sotvel.* ejus continuator, *tertium* ſcriptum à Franciſco ſub fratris Blaſii nomine publicatum, de *Rebus Geſtis S. Eliſabethæ Reginæ Luſitaniæ*, quas libris duobus Latine & Luſitanice comprehendit. vid. *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſ. p. 228. b.

(412)

(412) *Guilielmus* BLEAU: de *Uſu Globi*: JANSONII *Joh. Gregorii* Poſthuma Anglica Londin. 1650. in 4to. & poſt in 8vo. Verba ſunt ex *Symbola Normanniana*: unde hariolor in paginis allegatis libelli Janſoniani, cui ſit titulus Poſthuma, illum de Uſu Globi vel contineri, vel Blavianum certe indicari.

(413) *Ritterhold von* BLAUEN. Perſonatum nomen eſt *Philippi* CÆSII, cum ex Sermone vernaculo voces omnes exoticas relegandas cenſeret, hoc etiam nomen ſuum, Latino-Græcum, idiomate patrio exprimere maluit. Edidit autem ſub ea larva Die Adriatiſche Roſemund/ Amſtelod. 1664. 12mo. Hæc ex *Symbola Flensburgo-Molleriana*.

(414) Petrus BLESENSIS a natali Galliæ ad Ligerim oppido, vulgo Blois dicto cognominatus, quæ ſcripſerit, enumerat *Bellarm.* ad A.C. 1177. & poſt eum *Poſſevinus* atque *Gerardus*. In iis eſt: *De Amicitia Chriſtiana* liber, quem ſuppoſitum eſſe, ac conferendum cum AELREDII, ejuſdem argumenti tituliqueſcripto, monet *Th. Raynaud.* libro ſuperius citato p. 151. vide Petrum hunc laudatum *Caſp. Zieglero*, in eleganti tractatu, Epiſcopus miles, inſcripto, c. 11. §. 32.

At verum Auctorem eſſe PETRUM COMESTOREM indicat *Journal des Savans* du 16. Maji 1667. p. 126. 127. ubi Editionem Operum Petri Bleſenſis Pariſinam recenſet. Vide quæ ſub lit. (a) excerpſimus.

(a) Journal des Scavans du 16. Maji. 1667. p. 126. 127.

*On avoit deia deux fois imprimé les Ouvrages de ce grand homme: Mais cette nouvelle edition eſt beaucoup plus parfaite, que les deux autres. Car non ſeulement elle a eſtè relevé ſur pluſieurs manuſcrits; mais auſſi elle eſt augmentè de quelques ouvrages qui n' avoient point encore eſté publiez. On n' y a point mis les Sermons que le P.* Buſée *de la Comp. de Jeſus a fait imprimer ſous le nom de* Pierre de Blois, *parce qu' on a depuis peu reconnu que* Pierre Comeſtor *en eſt le veritable* Auteur.

(415) BLONDEL *Marin*: *Pierre* LANGLOIS DE BELESTAT. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 535.

(416) Benedicti BLOTESANDÆI, (*Antonius*) *Deuſingius Heautontimorumenos* in 4. apud Batavos editus, quod *Olao* BORRICHIO *Dano*, cujus alia ſcripta doctiſſima extant, debeatur, ipſius Populari *Petro Scavenio* n. 86. hoc affirmanti lubentes accredimus. Nomen fictum ex Danico derivatum eſt. Danis enim *Sande* Veritatem, *Blot* nudum denotat, quaſi dicas *Nudiverius*.

Confirmat hoc *Bartholinus* de legendis libris diſſert. II. p. 40. ubi cauſſam addit aſſumtæ perſonæ fuiſſe Deuſingii mordacitatem. Ipſe tamen *Deuſingius* in Reſurrectione Hepatis *Vincentium* SLEGELIUM ſub Perſonati Blotteioſandæi cohorte furioſa ſigniferum pronunciavit, memorante *Symbola Sperlingiana*. Nempe totus liber, cujus titulus ſub lit. (a) repræſentatur, conſtat pagg. — in 4. quibus continentur Epiſtolæ diverſæ de *Deuſingio* agentes. Earum *prima* & præliminaris eſt Blotteſande a. 1661. d. 20. Octobris ſcripta quaſi Hamburgi. Paginam primam dein occupat Epiſtola *Petri Alvares*, de *Charletonis*, & *Deuſingii* Controverſia usque ad p. 8. Ubi *Vincentii Slegelii* neſcio an fictitii, vel vero alias cognati celeberrimo tunc *Marquardo Slegelio* de ϰιαςιϰῶ Hepatis Deuſingiana Epiſtola porrigitur usque ad pag. 19. Ubi Johannis *Cordillii* de Fr. Joſepho *Burro*, Equite Mediolanenſi p. 29. Bernhardi *à Doma*, de variis ſcriptis Deuſingianis p. 42. Antonii *Roſini* Epiſtola de Elegantiis Philologicis Deuſingii agmen claudit. Addit hic *Margo Diecmannianus*:

Id non ignoravit ipſe *Deuſingius*, qui in Oeconomo corporis animalis reſtituto edito Groningæ 1662. in præf. *** b. Amſterodami ſibi nunciatum refert *Blotteſandei* genuinum nomen commutatum anagramma eſſe *Baloorrichioo*. Nollem profecto pergit *Deuſingius*, doctiſſimo viro (ipſimet Bartholino nequaquam Ignoto) ſub hujus Anagrammatis larva deliteſcenti barbariem tantam, 1. pag. tantam improbitatem tribuere. Utrum de induſtria an per errorem typographi *Baloorrichioo* pro *Olao Borrichio* ſcriptum ſit, non inquiro.

(a) Deuſingius Heavtontimorumenos *ſive Epiſtolæ* Selectæ eruditorum, quæ immaturis Antonii Deuſingii, Medici Groningenſis ſcriptis larvam ſtrictim, ſed ſincere detrahunt, & Clariſſimi nominis Viros,

*Dn.* Gualtherum Charletonem, *Regium apud* Britannos *Medicum*,
*Dn.* Thomam Bartholinum, *Honorarium apud* Hafnienſes *Profeſſorem*,
*Dn.* Franciſcum Joſephum Burrum, *Illuſtriſſimum Equitem* Mediolanenſem,
*Dn.* Joannem Pecquetum *Diepæum*, *Felicem in* Galliis *Anatomicum*,
*Dn.* Gaſparem Scottum, *laudatum* Herbipolenſium *Profeſſorem*,

*A Supercilio, & Cenſura ejuſdem non minus inepta quam improba luculenter vindicant, ex Autographis edente* Benedicto Blotteſandæo, *Hamburgi Typis Nicolai* Molybdii. *Anno* 1661.

(417) *Edoardus* BLOUND. Ejus nomine prodiit Londin. 1628. in 8vo anglice *Microcoſmography* or *Eſſay and Characters*, ut monet Thomas *Hyde* in Catal. Biblioth. Bodlejan. p. 221. a ubi verum ſcripti Auctorem ſimul indicat eſſe *John* EARLS Epiſcopum Saliſburienſem. Meminit ejus etiam *Witte* Diar. Biograph. ſub die 17. Novembr. 1665.

(418) *Jacobus* BLUHMIUS edidit *Proceſſum Cameralem*, cujus pleraque a D. & Aſſeſſore Camerali FAUSTO, Advocatoque *Paulo* GAMBSIO accepit; ipſe laborem addidit ordinandi & deſcribendi. Imo tranſtuliſſe illum in hoc ſcriptum ſuum quædam ex ultima ſua Ro-

dingi editione palam ei nuntiavit BibliopolaSpirenſis Jacobus Siverts in Præfatione ad Edit. Roding.ao.1668. uti notat *Deckher*. de ſcriptis Adeſpotis p. 223. ſeqq. ubi tamen Bluhmium ab hoc crimine excuſare velle videtur. *In Receſſum autem Imperii* 1654. commentarium GAMBSIO idem aperte vindicat. *Supplicationes* quoque *Camerales* Bluhmio in ordinem redegit, nitoremque addidit L.POHLMAN, uti MSta apud illum extantia teſtantur, iisdem Correctionibus & emendationibus, quibus editæ, partim hujus, partim illius manu notatæ. Idque ex Actis Publicis Carten-Buſch contra Hervordiam civitatem quibus hoc ipſi fuit objectum ab eodem, evaſit notorium in foro Hamburgenſi, æque ac prævaricationis accuſatio: de qua in tractatu meo de Prævaricatione & prævaricationibus cui anſam illa præbuit agetur amplius.

(419.) Joannis BOBOLÆ nomine, ſcripſiſſe *Albertum* ROZCISZEVSKI, Jeſuitam Polonum, *defenſionem Calendarii Gregoriani*, *contra Latoſium Mathematicum*, titulo Polonico *Latoſie Ciele*, id eſt, *Latoſii vitulus*, ob ineptias hominis, quem confutabat, auctor eſt *Alegambe* pag. 10.

Adde *Sotwellum* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu pag. 18. a. & *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 535. neſcio an hac de re plura olim daturum.

(420.) *Nicolaus* BOCASIUS. Eſt B. Nicolaus BUCCASSENUS Tarviſinus, poſtea dictus BENEDICTUS X. al. XI. Papa. Edidit autem *Comment. in Evangelium Matthæi*, Tarviſ. 1603. & per Georg. Lazar. Venet. 1603. vid. Thomam *Hyde* in Catalog. Bibliothec. Bodlejan. pag. 94. & 113. a.

(421.) Trajani BOCCALINI ſcripta, *Cardinali* GAETANO â *Joanne Rhodio* tributa, vid. in *Rhod.* 57. Ejus ſententiam vide an non juvare poſſit *Janus Nicius* Pinacothecæ ſuæ part. 3. Elogio 59. quod ſecundum eſt *Boccalini*, quem part. 1. Elog. 149. jam commendaverat, diſerte ſcribens, ei, quemadmodum Terentio, fuiſſe objectum, quod in actis ſuis referendis homines nobiliſſimos ſocios & adjutores haberet, ipſum vero cum Terentio ſibi laudi duxiſſe, quod adverſarii probro vertiſſent. Ibidem de Morte ipſius hiſtoriam totam enarrat. Extat etiam *auctarium* earum *Relationum Italicum*, X. relationibus conſtans, di *Girolamo Briani* cittadino Modaneſe in Modona 1614. & *Centuria quarta*, contra quam ſcripta eſt Riſpoſta *alla quarta Centuria*, & huic iterum oppoſita *Replica alla Riſpoſta*, ſed omnia anonyma. *Centuria* etiam *quinta* Norimbergæ 1619. edita exſtat anonyma. *Michiele Pio* quoque ſcripſit *allegationi per confutatione di quello che ſi ſcrive nell annotationi dell aviſi di Parnaſſo* &c. Anthopoli 1621. in 4to item *Supplemento all Aviſi di Parnaſſo* in 4to.

Cardinalem CAJETANUM Relationum ex Parnaſſo Auctorem judicari firmat *Morhofius* Polyhiſt. liter. lib. I. Cap. IX. pag. 81. ſub lit. (a) quod tamen ſolum ad centurias duas priores Centurias reſtringit *Deckherrus* quas ipſas tamen Boccalino idem vendicat de ſcriptis Adeſpotis p. 253. Nihilominus adjutorem Boccalino fuiſſe *J. Franciſcum* PERANDAM audacte aſſeri *J. Nicius* Erythræus Pinac. III. pag. 131. Ad *Rhodium* olim data hic reddimus

LVII. Scav. 80.

*Cardinale GAETANO autore delle opere ſotto il nome di Trajano BOCCALINI* i. e. Cardinalis CAJETANUS auctor operum ſub nomine *Trojani Boccalini*, editorum.

*Hoc ſane perdubito num ita ſeſe habeat, Quamvis* Scavenius *num.* 89. *bona fide hic noſtro ſubſcribat. Nam Trajani Boccalini quidem nomen haud eſſe fictum ſed verum Romani Civis, ex Architecto quodam nati, quique libros illos inſcriptos*

Raguaglio del Parnaſſo *& Paragone Politico*,

i. e. Relationes ex Parnaſſo & Lapis Lydius Politicus; *Italice primo ſcriptos & poſtea in varias linguas ab aliis verſos compoſuerit, ac propterea mala morte per Hiſpanos quosdam, injurias genti ſuæ â calamo auctoris illius audaciſſimo illatas ægre nimis ferentes, mulctatum fuiſſe, plene & pro comperto narrat* Lorenzo Graſſi *Elogiorum Italorum ante jam laudatorum part. 1 pag. m. 159. quod ipſum non obſcure quoque confirmat* Janus Nicius Erythræus, *ſive ut indicavimus in* Pſeudonymis, Vittorio Roſſi *Pinacothecæ, part.* 1. *Elog.* 149. *Niſi forte Cardinalis Cajetani inſtinctu ſcripſiſſe, vel calamum ſuum ipſius genio ac ingenio commodaſſe Boccalinum, auctori noſtro accredere velis*. Apologia pro Monarchia Hiſpanica *contra Boccalinum italica* Simonis Baſſi *prodiit. Neapoli*, 1619. 4. *Nec poſſum quin addam hic locum ex appendice* ἀνωνύμῳ *ad Campanellæ Monarchiam Hiſpanicam, huc pertinentem, is talis eſt.* Reperti ſunt adeo ſtolidi qui Reformationem totius mundi a Trajano Boccalini inventam *& de* verbo ad verbum ex Italica illius editione verſam & vulgatam pro ſingulari quodam myſterio amplexi & Cabaliſtico quodam more interpretati fuerint, quaſi Ars Chymica vel Chryſopæias in illa occultata contineatur, quod forſan ipſi Autori nunquam in mentem venit. v. *Baile* dictionaire Tom. 1. p. 608.

(a) Morhof. Polyhiſt. lib. I. Cap. IX. pag. 81.

*Non deſunt, qui datæ opera libros ſuos ſub aliorum nomine exire in vulgus patiuntur, ut vel latere poſſint, ſi periculoſa ſcriptio ſit, vel aliorum judicia ſecurius ſcrutari poſſint. De* Trajani Boccalini *relationibus hoc aliqui affirmant: Nam* Cardinalem Cajetanum *earum autorem venditant, qui Trajani Boccalini nomine abuſus fuerit, ne ſibi fraudi eſſet, quod ſcriberet;*

*beret; Teſtaturque* Laurent. Craſſ. *Elog. Hom. literat. part. I. p. 160. ac p. 162. librum hunc mortem Boccalino paraviſſe: nam à quatuor armatis hominibus ſaccis arena repletis vulneratus eſt, uſque dum animam efflavit. Refert &* Erythr. *Pinac. III. pag. 131. J.* Franciſcum Perandam *ejus adjutorem fuiſſe. Ac facile apparet è commentario Boccalini, in Tacitum Italica lingua ſcripto, ab ingenio humiliore illum eſſe profectum.*

(423.) *Liborius* à BODENSTEIN. Ejus nomine prodierunt Francof. apud Conradum Eifrid. in 8vo. *Jurisprudentiæ Politicæ*, ſive, *Arcanarum Disquiſitionum Politicarum* lib. II. quos eſſe *Laurentii* GRIMALII, qui eos *de Optimo Senatore* inſcripſit, indicat *Draudius* Bibliothecæ Claſſicæ pag. 753. & 1231 Unus proinde idemque liber eſt, qui de optimo Senatore inſcribitur, & qui Jurisprudentiæ Politicæ nomine extat. Diverſitas autem in ſolo titulo eſt. Culpam fraudis in Bibliopolas lucripetas rejicit *Deckher.* de ſcriptis Adeſpotis p. 310. Addit *Symbola Maſtrichtiana* quod ſequitur:

*Extat etiam diſſertatio de* jure divortii *quod maritus habet proprium adulterii cauſa. Quæ prodiit Francofurti 1610. ſumptibus hæredum Romani Beati, quam in* Draudii *Bibliotheca non inveni.*

BODERIANUS v. *Fabricius.*

(424.) Joannis BODINI *Commentarium in Oppianum* editum, refert *Draud.* Bibl. Claſſ. pag. 1602. Eas eſſe Lectiones *Adriani* TURNEBI, docet *Nicolaus Rittershuſ.* in Epiſtola ad Richterum, cujus inter Epiſtolas legitur pag. 205. citante V. Cl. *Thomaſio* de plag. litterar. §. 373. Bodinum hoc nomine plagiariis accenſente. Ex eoque *Teiſſier* Eloges de Savans Tom. II. pag. 250. quibus adde ante omnia *Colomeſii* Gall. Orient. p. 83. & Scaligerana prima p. 25. Excuſat tamen Bodinum aliquomodo *Menage* Anti-Baillet. num. XIX. p. 64. ſub lit. (a) vide quæ hanc in rem affert *Symbola Flensburgo Molleriana* ſub lit. (b) Ubi meum in *Conrado* loco *Nicolai* Rittershuſii citandi errorem & ipſe ſequitur, de quo quam operoſe me monuerit p. m. amicus eruditiſſimus Jacobus *Thomaſius* ex adjuncto excerpto (c) videre eſt.

(a) Menage Anti-Baillet. num. XIX. pag. 64.

Bodin *a fait des Notes ſur les Cynégétiques d'Oppian: & il les à traduits en vers Latins.* Mr. Baillet *dit que* Bodin *a volé cette Traduction & ces Notes à Turnébe.* C'eſt dommage, *dit-il*, que Bodin avoit volé cet ouvrage à Turnebé. *Quelle conſtruction? Mais il n'eſt pas ici queſtion de fautes de langue. Pour juſtifier que cette Traduction eſt de Turnébe, Mr. Baillet nous renvoyé à la France Orientale de* Mr. Colomiés *: mais où il n'eſt rien dit de ſemblable. On y rapporte ſeulement une lettre de* Bongars à Rittershuſius, *où Bongars dit qu' on ne doutoit point que les* Corrections de Bodin ſur Oppian *ne fuſſent de Turnebe. L'édition de ce livre de Bodin a precedé la mort de Turnebe de pluſieurs années. Et Turnebe qui s'eſt plaint qu'on lui avoit volé quelques uns de ſes Corrections ſur Oppian ne s'eſt point plaint qu'on lui uſt volé cette Traduction.* Septem ab hinc annis leviter emendave-„ram Oppianum de Venatione, partim animi„ conjectura, partim libri veteris ope: Eas emen-„dationes quidam uſurpavit, & ſibi donavit:„ quas tamen non putabam tanti ut in furtivis re-„bus eſſe deberent. Eas à nobis vindicatas & re-„cuperatas eſſe, nemo conqueri debebit: Nam„ rerum furtivarum lege æterna eſt autoritas.„ Scaliger *dans ſon premier Scaligerana, dit auſſi que Bodin lui a pris des pages entiéres de ſon* Varron. *Et il eſt aſſez vrai-ſemblable que Bodin ayt pris à Turnebe quelques-unes de ſes Emendations ſur Oppian. Mais il n'eſt ny vray ſemblable ny veritable qu' il lui ayt pris cette Verſion en vers.*

(b) Symbola Flensburgo Molleriana.

*Primus Plagium hoc Bodini detexit Jac.* Bongarſius, *in Epiſt. ad* Conr. Rittershuſium *Francof. d. 4. Apr. ao. 1600. ſcripta, quam legendam exhibet* Paulus Colomeſius *in Gallia ſua Oriental. in qua pag. 74-87. multa Autorum variorum de Bodino & ejus ſcriptis teſtimonia coacervavit. Verba* Bongarſii *hæc ſunt: Jam edidiſſe illum lectiones Turnebi in Oppinianum pro ſuis, nemo noſtrum ignorat.*

(c) *Symbola* Jacobi Thomaſii.

*Ibi liber tuus ad ſecundam editionem flagitabitur, ſvadeo p. 166. ad num. 194. pro Conrado Rittershuſio Nicolaum ſcribas. Video enim ibi Te eſſe ſecutum meum errorem, qui non tantum §. 373. Diſp. meæ de plagio litterario, ſed & §. 172. 217. & 534. pro Nicolao ſcripſi Conradum ex incuria inſpiciundi indicem in Epiſtolas Richterianas. Agnitionem hujus deſidiæ debeo litteris celeberrimi Arnoldi, qui erroris me mei admonuit.*

BOEMO v. *Indris.*

BOEOCIUS v. *Sultacerus.*

(425.) *Anicius Manlius Torquatus Severinus* BOETHIUS. Ejus nomine vulgo circumfertur libellus *de diſciplina Scholarium*, quem tamen cum *Labbeo* eruditi hodie putant eſſe fœtum *Dionyſii* RIKELII *Carthuſiani*, qui obiit ao. 1471. indicante *Cave* Hiſt. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 275. b. & *Fabricio* Bibliothec. latin. pag. 206. nempe vulnus tritum Jeſuiticum denudare non ſuſtinens.

(426.) *Martinus* BOGDANUS, edidit *Apologiam pro Vaſis lymphaticis Bartholini*, quæ propterea adſcripta à *Rudbeckio Thomæ* BARTHOLINO in Apologia adverſus Bartholin. Lugduni publicata & Epiſt. Upſal. 7. Sed hoc religione Sacramenti negavit *Bartholinus* præfatione *Apologiæ Secundæ* Bogdani. Rudb. epiſtol. ad Barthol. 5. *Hæc Symbola Normanniana.*

(427.) *Gedeon van den* BOGAERDE, nobilis Flander. Ejus nomine quæ proſtant ſcripta, quibus ille converſionem ſuam ad Religionem Pontificiam juſtificare annititur deberi GAUDÆ Jeſuitæ

Jeſuitæ Antvverpienſi docet *Bateſius* in Vita Antonii Walæi, p.622. (a) *Sotvell.* nihil hac de re; ne Gaudam quidem nominat.

(a) Bateſius in vita Antonii Walæi, pag. 622.

*Haud ita multo poſt* Gedeon vanden Bogaerde, *Nobilis Flander, neutrarum antea partium, cum vexillo ineſcatus, ſequi partes Regis Hiſpaniæ decreviſſet, Religionem quoq; debuit mutare, quæſito prætextu, Religionem Pontificiam Reformata veriorem eſſe. Et id in negotio Transſubſtantiationis, per Patrem Gaudam Jeſuitam Antwerpienſem, publicatis ſcriptis conatus eſt demonſtrare. Subactus in religione Pontificia eſſe debuit, qui auſus non fuit aliis quam Patris Gaudæ verbis loqui, penetravit ad minimum illam religionem, qui prætcritis ſpecioſis, eam converſionis ſuæ prætextum elegit, ubi religio Pontificia quam maxime eſt monſtroſa: quid enim horrendum magis quam panem adorare? Quare facile contemni potuiſſet, niſi ſub* Bogardi *nomine luſiſſet Gauda Jeſuita imprudens: qui eo temeritatis devenerat, ut immemor fragibilitatis humanæ, horret animus eloqui, Deo animam ſuam offerret expiatricem errorum qui in Eccleſia Pontificia invenirentur. Egregius certe vades, qui ipſe plura debuit, quam poſſet perſolvere. Huic ſtatim ſe oppoſuit ac reſpondit* Walæus, *oſtenditq; verba inſtitutionis Cœnæ ipſis Pontificiis non niſi figurate intelligi poſſe; nec conſecratione corpus Chriſti infinitis locis eodem eſſe momento, quia ita corpus non eſſet, quod ſuis terminis ſemper eſt circumſcriptum. Gauda ad ſecundam reſponſionem conticuit. Sine dubio valde imparem ſe ſentiens.*

(428) *Balthaſar* BOHEMUS: *Balt.*OSTHOVINUS. *Baillet.* liſte des Autheurs deguiſez. p. 535.

(429) BOIS, *le ſieur des*: *Gabriel* GERBERON, douteux. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez. p. 535.

(430) BOISIC, l'*Abbé de*: *François* PINTHEREAU. *Baillet.* p. 535.

BOJUS v. *Bavarus.*

(431) *Conradus* BOJUS *Monoreus*, alio nomine *Conradus* BAVARUS Norimbergenſis. Ejus extat *Mnemoſynon*, i. e. *Bibliorum memoriale carmine*: Verus autor hujus libri dicitur *Petrus* ROSENHAIM Monachus in Melck Auſtriæ. Hæc *Friſius* Bibliothecæ Geſnerian.p.160.a.

(432) *Prior* BOLLEVILLANUS. Ejus nomine prodiit: *Reponſe à la deffenſe des Sentimens de quelques* Theologiens *de Hollande.* Illum eſſe SIMONEM *Richardum* docent *Nouvelles de la Republique des Lettres.* Mars. 1687. p. 332. & 333. quod eſſe non videtur voluiſſe diſſimulare, ut judicant *Acta Eruditor. Lipſienſium* Ann. 1686. pag. 439. Quibus adde la Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l'an. 1686. Tom. III. p. 99. ſeq. & *Baillet.* des Auteurs deguiſez p. 535. & 233. ſq. ſub lit. (a) Tractatus hic adjectus eſt Hiſtoriæ Criticæ V.T. in Editione Roterodam. 1685. continens paginas 170. Quem in eadem excipit alius tractatus ſub *Prioris Bollevillani nomine*, cum inſcriptione: *Reponſe aux ſentimens de quelques* Theologiens *de Hollande &c.* Ille conſtat pagg. 256. diſtinctus XX. capitibus. Huic utrique præmittitur adhuc alius ejusdem Bollevillani nomen præferens cum titulo: *de l'inſpiration des livres Sacrés.* Ille abſolvitur paginis L.

(a) Baillet des Auteurs deguiſez. pag. 535. & 233. pag. 535. Bolleville, *Le Prieur de* Richard Simon p. 233. 234. *Mais ces inconveniens ne nous empecheront pas de reconnoiſtre, que les noms pris du lieu de benefices que l'on poſſede, n'ont jamais été commodes pour deguiſer les auteurs, ſur tout lors qu'ils ſont aſſez conſiderables pour donner quelque rang de diſtinction. Neanmoins lors que ces lieux ſont obſcurs ou ſans éclat, les Auteurs n'ont point fait difficulté de les prendre, pour ſe cacher en ſupprimant ceux qu'ils portent ordinairement. Par cette raiſon M. le* Prieur de Bolleville, *qui vient de ſe mettre au rang des Auteurs, n'auroit peut-être jamais trahi M. Simon, ſi ſes Lecteurs n'avoient pas trouvé encore autre choſe que le Prieuré de* Bolleville *au pays de* Caux, *qui convint à M. Simon dans le livre qui porte ce nom inconnu.*

BOLOGNESE v. *Maccati.*

(433) *Conradus* BOLOVESUS. Ejus nomine prodiit *Hiſtoria & Interpretatio prodigii, quo cælum ardere viſum eſt* an. 1561. Hoc ſcriptum eſt *Conradi* GESNERI: ut in Catalogo librorum ejus refert *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 166. b. & cum eo *Hottingerus* Schol. Tigur. Carol. Append. I. p. 112. ſub lit. (a)

(a) Hotting. Schola Tigur. Carol. App. I. p. 112.

*Hiſtoria & interpretatio* prodigii, *quo cælum ardere viſum eſt per plurimas germaniæ regiones, ineunte anno 1561. die tertio à natali Dominico deq; aliis quibusdam prodigiis veteribus ac novis Chartæ ſunt tres impreſſæ apud nos in 8.* Boloveſi *Autoris nomine, meum enim non ponere placebat, ne quis Sutorem ultra Crepidam mihi objiceret. Sunt verba* Conradi Geſneri *libros ſuos ipſius recenſentis.*

(434) *Liconio* BOLPAMI. Impreſſum ejus nomine eſt Lucca 1678. in 4to. opuſculum cui titulus: *Il Penitente Corteggiato da' Miracoli Panegirico di S. Rainieri nob. Piſano*, Auctor operis perhibetur P. *Niccolo* PALOMBO della Compagnia di Gieſu. *Cinelli* Bibliotheca Volante Scanzia VI. p. 80. & 88. ſub lit. (a) Nihil hujus meminit, ne nominis quidem Palumbini *Sotvell.* in Biblioth. Script. Societatis Jeſu. Cæterum facile apparet, fictum nomen *anagrammaticum* merum involucrum eſſe Veri Auctoris Niccolo Palombo.

(a) Cinelli Biblioth. Volante Scanzia VI. p. 80. & 88.

Il Penitente corteggiato da' Miracoli *Panegirico di S. Rainieri nob. Piſano, recitato nel Duomo di Piſa dal Dottor. Liconio* Bolpami, *e dedicato all' Illuſtriſſimo Signor Marcantonio Veneroſi Operaio, Lucca, preſſo*

*preſſo Jacinto Paci.* 1678. *In* 4. *Queſto nobiliſſimo e belliſſimo Panegirico è opera del* P. Niccolo Palombo *della compagnia di Gièſu*; Rainieri *fù di caſa Scacceri oggi ſpenta*; *Il Signor* Veneroſiè *de' Conti di Strido*, *che tali furon fatti i ſuoi Antenati da Carlo Ottavo*, *Rè di Francia*, *ſi non erro*.

pag. 88. Niccolo Palombo *della Compagnia di Gieſu*: *Genoua* 1677. *in* 4. *Queſto è lo ſteſſo Padre che fece il belliſſimo Panegyrico a S.* Rainieri *citato di ſopra ſotto nome di* Liconio Bolpami.

---

(435) BON *le ſieur de*: *Antoine* ARNAUD, & *Pierre* NICOLE, conjointement. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 536. adde 292.

---

(436) Mirabilis de BONA CASA, quod ſit *Eberhardus* à WEIHE, JCtus & Cancellarius olim Illuſtriſsimi Domini Henrici Julii, Principis Brunſuicenſis ac Luneburgenſis, ex *Limnæi* de J. publ. l. 1. c. 11. n. 72. *Geislerus* dec. 1. n. 1. indicium fecerat, eundemque & Wahremundum ab Ehrenberg, & Durum de Paſcolo ſe vocaſſe monuerat. Quod & *Zeilerus* Ep. 15. confirmat: ſed nullus horum, quid ſub quoquo nomine prodierit, recenſet. Et de reliquis quidem nominibus ſuo loco agetur. Sub hocce Bonæ Caſæ nomine vero prodiit ſcriptum doctiſſimum, contra Regicidii defenſores Jeſuitas, aliosque Judithæ exemplo ſcelera ſua defendentes, egregie probans, & apocryphum librum, & illaudatum Judithæ factum eſſe. Illius hæc eſt inſcriptio: *Ficta Juditha*, *& falſa ex ea ſumpta Doctrina*, *licere hoſtem quemcunq; omni in loco*, *ſub prætextu Amicitiæ & ſimulationis Religionis*, *& ratione Status*, *interficere*, *propoſita & refutata per* Mirabilem de Bona Caſa, *contra* Roſæum, Marianam, *& alios ſceleſtiſſimos Monarchomachos* &c. Veronæ, apud Johannem de Pomo, proſtat in Bibliopolio Emmeliano 1614. v. *Piccard.* Obſ. Polit. Dec. 16. c. 5. p. 250. ubi laudat hunc auctorem: quem ob toties mutatum nomen Proteum Politicum vocat *Dav. Otto* de J. publ. c. 10. p. 155. v. *Thomaſium* de plag. litterario §. 243. qui *Beſoldii* teſtimonium etiam adducit. Adde *Rumelin.* in A. B. part. 1. diſſ. 3. th. 1. pr. p. 53. *Peller.* Polit. ſceler. pag. 2.

Invehentem tamen in hunc noſtrum quendam Chriſtophorum ab Ungersdorff introducit *Becmann* Meditat. Politic. Diſſert. I. p. 6. Sed ei opponit is ex Anonymi Wiederlegung Ungersdorffiſcher Erinnerungen p. 139. quæ inde ſub lit. (a) excerpſimus. Fuit denique hic *Eberhardus a Weihe*, Cancellarius non Julii ſed Henrici Julii Principis Brunſv. & Luneb. ut obſervat *Symbola Flensburgo-Molleriana.* Ipſe liber non magnæ molis eſt, conſtans ſaltim paginis 64. diſtinctus numeris marginalibus CXXXIIX. in 4. Addunt ſuperioribus *Carpzov.* Vol. Diſp. H. P. I. de pacto Confrat. Saxon. Haſſiacæ c. 1. poſ. 10. & 11. marginalia *Maſtrichtiana.*

(a) J. C. Becmannus meditat. Tit. I. pag. 6. 7.

*Politicus Duri de Paſcolo*, *ſeu quod proprium Nomen ejus eſt*, Eberhardi à Weihe *qui etiam nomine Waremundi ab* Ehrenberg/ *& Mirabilis de* Bona *Caſa alias innotuit*; *Et Proteum ea propter vocant J. Publ. Scriptores* Dan. Otto *Diſſ. de Jur. Publ. c. X. princ.* Goldaſt. *de Jur. Regn. Bohem. L. VI. c. 18. Immodeſtius Chriſtoph. ab Ungersdorff.* den naſweiſen Hoff-Schulfüchſigen *Doctor* Edelmann Eberhard Weihe/ *cit. eod. Goldaſt. l. c. & ex eo* Carpzov. *Diſſ. de Pact. Confrat. c. 1. num. 22. Sed reſpondit autor* der Wiederlegung Ungersdorfiſcher Erinnerungen *p.* 139. Daß ob ſchon Herr Eberhard Weyhe das gantze Römiſche Reich/ oder die von Ungersdorffen gerühmte groſſe Spaniſche Monarchie nicht regieret / ſo habe er doch bey theils und unterſchiedenen vornehmſten und vornehmen Ständen des Reichs nun eine geraume Zeit dermaſſen das Regiment verſehen helffen/ *Directorium* geführet/ und ſeinen Ort vertreten/ daß weder Ungersdorf noch andere Mißgünſtige ihme mit Warheit ichtwas ungebührliches werden nachzuſagen wiſſen/ wird auch wol inskünftige dabey bleiben. Seines Nahmens habe er weil er nichts unehrliches / noch ſchmähliches *tractiret*/ keine Scham tragen dürffen/ ſondern derſelbe iſt *ex Modeſtia* und daß bißweilen etliche politiſche Regeln auf dieſem oder jenem / der die Warheit übel leiden kan / gedeutet werden mögen / bey zuſetzen unterlaſſen worden. *Item.* Es *defendire* der Gernherr Ungersdorff in ſeiner Verantwortung der Glückwünſchung *p.* 47. 48. daß den Namen zu verſchweigen in den Schriften nicht unrecht ſey/ und von vielen heiligen Leuten auß Demuth verſchwiegen oder verändert worden / ſtehe auch einem jeden frey vor den gemeinen Nutzen dergeſtalt diejenige/ deren man zu Recht nicht mächtig iſt/ mit ſeinen Pfeilen zu ſchieſſen / und verweiſe endlich *p.* 51. die *Prædicanten*/ die ihn Ungersdorffen zu kennen begehren / auf ſchimpffliche Nachforſchung bey ſeinem unbekanten Dorff und Nachbaren. *Paulum ante dixerat*: daß er Eberhard Weihe ſelbſten in ſeiner *Præfation Aulici Politici excuſire*/ daß Er des *Methodi* halben nicht *curieus* ſey / ofte *ex propoſito tautologias* begangen / auch nicht *Superſtitioſe* oder *exacte leges Logicorum obſerviret*/ und gebeten/ daß niemand deßwegen das Büchlein ſcheuen oder haſſen wolle / würde ſolches auch niemand thun/ dem die Hof-Weiſe dißfals bekandt wäre/ *&c. Et*: Wann dieſer vornehme Mann in den Catholiſchen Hauffen gehörig wäre / müſte man ihn über alle Evangeliſche die jemahls *in Rerum Natura* geweſen / gleich ſeinem *Bruno* und andern ſeinen Herren Jeſuiten rühmen.

---

(437) *Ubertus* de BONACURSO. Hujus *de Proceſſu*, *aut ordine circa judicia libellus* quomodo idem plane totidemque fere verbis ſit cum tractatu BAGAROTI, cui *Cavillationum* nomen ille impoſuit, vide in Notis aut additionibus *Joannis Andreæ* ad *Durandi* Speculum Juris in Proœmio num. 17. ad lit. C. p. 3. b. ſub lit. (a) Furti quidem ille alterutrum inſimulat; nobis tamen potius fictitium nomen alterum videtur.

(a) Joannes Andreæ in proœm. Addit. ad Durandi Speculum Juris num. 17. ad lit. c. p. 3. b.

*Secundus* Bagarotus *libellum compoſuit*, *& incipit*: Precibus & inſtantia: *& contractum*, *qui incipit*: Ab accuſatore. *Compoſuit & ſecundum*; *cui* Cavillationum *nomen impoſuit*: *& incipit*, Cum periculoſum ſit mihi: *& de judicis recuſatione præmittit. Scias tamen hoc quaſi per omnia idem opus ad*

*ad literam cum opere Uberti de* Bonacurſio, *de quo ſequitur, quod aliquis horum fur fuerit. Quis autem fuerit, relinquamus illi, cujus eſt furta punire; alterius igitur nomen, quo ad illud opus expreſſum, pro utroque ſufficiat.*

(438.) BONAGRATIA, *Nuncio: Jean Ange* Duc ALTAEMPS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 536.

(439.) JI BONANO quod ſit *Jean Pierre* BELLORI, docet *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 536. ſine dubio ex iis quæ ad *Rhodiana* n. LIII. dedi, quæ ſic habent:

*LIII. Scav. 29.*

*II BONANI* Nepote del Sr. Franceſco Angeloni in Roma: ſive, Nepos Dni Fr. Angelonii Romæ.

Scavenius *hic ipſum* Angelonium *pro Nepote ſuo ſubſtituens addit, ſcripſiſſe eum* Tractatum Italicum contra Commentarios Triſtani *neſcio cujus, puto tamen eum eſſe Jo. Triſtanum cujus cum* Jacobo Sirmondo *diſceptationes de triplici nummo Anno 1650. & 1651. Pariſiis prodiere. Non poſſum hic præterire ſilentio quod nuper ex Domino Cive, ac Amico meo honoratiſſimo* Martino Fogelio *Phil. & Med. Dre audivi: nempe Johannem Petrum* BELLORIUM, *cujus extant Italico ſermono ſcripta* Vitæ Pictorum, Sculptorum & Architectorum Italorum hodiernorum *1642. in 4to &* Fragmenta veſtigii veteris Romæ ex ædibus Farneſianis *1673. fol. item* Vita Petri de la Valle Italice *ſcripta, peregrinationibusque illius præfixa, & alia: Romæ agenti ante decennium ipſi coram indicaſſe, quod* de nummis *aliqua* contra Triſtanum *ficto nomine ſcripſiſſet, qui cum ſit Nepos Angelonii, ſine dubio is ipſus eſt, quem auctor indicatum hic voluit, patetque adeo* Scavenium *ipſum nobis Angelonium pro nepote ſuo ſubſtituentem erraſſe: De Fr. Angelono vide* Leonis Allatii Apes Urbanas *pag.* 103.

(440.) Clarus BONARSCIUS, cujus ſub nomine extat *Amphitheatrum honoris, libris tribus, in quo Calviniſtarum in Societatem JEſu Criminationes jugulatæ.* Palæopoli Aduaticorum, apud Alexandrum Verheiden (quod aliqui Antvverpiam interpretantur, alii Ingolſtadium) 1594. in 4to quod ſit *Carolus* SCRIBANIUS, Jeſuita Bruxellenſis, per Anagrammatiſmum jam olim divinaverunt eruditi, & palam profeſſi ſunt. *Caſaubonus* Ep. 170, pag. m. 160. ubi *Amphitheatrum horroris* illud ex vero nominat. *Paulus Colomeſius* in Clave Epiſtolarum Joſ. Scalig. ap pag. 287. *Valerius Andreæ*, pag. 126. Biblioth. Belgicæ. *Fr. Sweertius* Athen. Belgicar. p. 270. Etiam Italus *Girolamo Ghilini* in Italico Theatro Litteratorum part. 1. pag. 36. vitam Scribanii enarrans; idem confirmat *Ludov. Lucius* Hiſtor. Jeſuiticæ lib. 2. c. 4. pag. 203. edit. Baſil. 1627. in 4to *Infamem librum* eum appellans. *Joſephus Scaliger*, in ſermonibus per fratres Puteanos adſervatis, & nomine *Scaligerianorum* editis pag. m. 34. imprimis eum librum ridet, & quod ipſos Jeſuitas puduerit tam ineptæ ſcriptionis, quodque abnegaverint librum & ſupprimere conati ſint, teſtatur. Attamen, ſive quod ipſos depuduit poſtea, ſive quod melius de ipſis ſenſit *Scaliger*, quam res erat, ipſi ſcriptum etiam auctum libro IV. & V. recudi ſivere Antvverpiæ typis Plantinianis, & palam ejus auctorem ipſe Jeſuiticæ Bibliothecæ Catalogus *Alegambes* p. 72. profitetur. Ipſo libro ſane vix quidquam inſulſius dari poterat, & impudentius, ſive ſpectes ſtylum, ſive ipſum argumentum, in oſtentatione ridicula ſuorum, & cavillatione aliorum Virorum omni laude majorum, unice conſiſtens. Auctorem *Carminum editionis primæ libro tertio inſertorum*, ſupra cap. 10. num. 315. civem hujus Scribanii, Jeſuitamque *Maximilianum Habbequium*, ex eodem *Alegambe* pag. 338. detectum habemus. Extant etiam *Paralipomena ad Amphitheatrum honoris Jeſuitarum* ex recenſione *Petri de Wangen*, Lugduni 1611. in 8vo edita, quæ continent varias in Jeſuitarum ordinem invectivas.

*Alegambes* imprudentiam in detegendo vero Amphiteatri Auctore notat Anonym. *Jugem. des Sçavans* Tom. II. ch. 3. num. 112. p. 136. propterea quod P. *Cotton* Regi Henrico M. contrarium adſeruiſſet, de qua re vide Anton. *Reiſer.* Uhrſachen ohne Uhrſachen ad P. Ottonem in der Vorerinnerung ſub lit. (a) qui tamen in eo *errat* quod Regem Angliæ pro Henrico Magno Franciæ Rege ſubſtituit. Cui adde *Caſaubonum* Epiſtola ad Frontonem Ducæum, quæ eſt inter Epiſt. ejus num. 624. p. 727. & epiſt. ad Freherum, num. 408. p. m. 468. ſub lit. (b) & ante omnia Martin. *Diſenbachium* Diſſertat. de morte Henrici VII. *Imp.* pag. 84. ſub lit. (c) Nihilominus, quod mirandum, confeſſionem *Alegambeam* repetiit *Sotwel* in Bibliothec. ſcript. Societ. Jeſu. pag. 135. a. Ubi ingenue confitetur librum hunc à SCRIBANIO editum & libro IV. & V. auctumetiam in in edit. Antvverp. Videatur & *Freherus* in Theatro Viror. erudit. Claror. p. 445. a. & *Witten.* Diari. Biograph. ao. 1629. & Thomas *Hyde* Catalog. Bibliothec. Bodlej. p. 97. b. & indicio M. Schaur. epiſt. de 12. Jun. 1690. Hartnac. Molimin. Jeſuit. p. 221. quibus jungunt *Marginalia Normanniana Montaltum* Theologiæ moralis Jeſuitar. 112. pag. II. 480 *Molin.* Monarch. Pont. 49. *Burhill.* in Becan. 21. Prior Editio libris tribus abſolvitur, quorum primus, Capita XV. Secundus, Capita XIII. & Tertius Capita IIX. carminibus referta complectitur. Præfixa eſt præfatio ad Conſules & Senatum Antvverpienſem. Paginas in univerſum 376. continet opuſculum hoc. Libri vero, qui ſuper acceſſere, uti modo dictum, necdum oculis ſunt uſurpati meis. De abnegatione quoque ſcripti ejus publica coram Rege Galliarum legi meretur Petri *Aurelii* i. e. *Sancyrani* locus indicis Tomo III. præfixi, quem ſæpe jam laudavimus, hic vero contentumeo numerum etiam (d) excerpſimus. Addo nunc & *additiones Diecmannianas* (e) excerptas.

(a) Anton Reiſer Uhrſachen ohne Uhrſachen ad Ottonem in der Vorerinnerung.

Und dieſes Handwercks ſchämet man ſich bey eurer Geſellſchafft ſo gar nicht / daß man ſich vielmehr damit an den Laden leget. Wie dann *Philippus Alegambe*, euer Ordens-Mann in der nach *Petro Ribadeneira* vor 22. Jahren außgefertigten *Bibliothec*, neben dem Regiſter derjenigen Bücher / die eure Geſellſchafften ohne Namen herauß gaben / auch ein anders mit anfügen deren / welche ihre Nahmen in nicht geringer Anzahl / verändert haben/womit er uns ein trefflich Vortheil gemachet / indeme wir wegen unterſchiedlicher Bücher in Zweifel hätten ſtehen müſſen / was ſie eigentlich für Meiſter gehabt / wann er uns nicht aus dem Traum geholffen/und angezeiget hätte wem dieſes oder jenes Kind zugehöre / als zum *Exempel*, daß das Buch *Clari Bonarscii*, welches er *Amphitheatrum honoris* (wäre beſſer geweſen *Horroris*) genennet dem geweſenen *Rector* des *Collegii* zu Antorff *Carolio Scribanio*, zuſtändig ſeye/als dem rechtmäßigen Vatter / welches auch der *Anagrammati*ſche Nahmen zuerkennen gibt/ wie ſehr ſich auch ein ander euer Ordens-Mann *Petrus Cottonus*, vor Königlicher Majeſtät in Engelland deßwegen verſchworen und nicht geſtehen wollen / daß dieſe unzeitige Frucht in euer Geſellſchafft ſey ausgebrütet worden / wie hievon oberwehnter *Aurelius* vor angezogener Stätte berichtet / von welchem Buche was der gelehrte C*aſaubonus Epiſt. 408. ad Marquard. Freberum & Epiſt. 624. ad Frontonem Ducæum*, geurtheilet/ kennet ihr daſelbſten bey guter Weil mit mehrern vernehmen.

(b) Caſaubonus Epiſt. num. 408. p. m. 468.

*Ego ita ſentio, intereſſe reipublicæ, ne eximatur hominum oculis tam inſigne monumentum Jeſuiticæ imimpudentiæ, συκοφαντίας, impietatis erga Deum, contumeliæ in Reges ac Principes, furioſi denique odii, quo literas & virtutem perſequuntur οἱ ἀλάστορες. Non dubito tibi quoque idem videri. Heic certe optimus quisque etiam inter* Catholicos, *uti vocant, plurimum & librum & libri patres abominatur. Itaque qui hic ſunt ex illa familia, mentiri neſcia, Deos Deasque dejerant, non ſe neque ſuos tam abominandi libri eſſe autores: verum iſtos nequam hæreticos, qui verecundæ familiæ atque probiſſimæ invidiam voluerunt conflare: & cum aſtu illorum omnes libri eſſent ſubducti, tum frontem perfricuerunt, & apud Regem fortiter negarunt vel talem aliquem librum fuiſſe ſcriptum, vel in eo quicquam eorum legi, quæ vulgo jactarentur. Quid multa? θαυματοποιοὶ homines ſunt: adeo facile eſt ipſis efficere, ut ne ſit factum, quod factum eſt.*

(c) Difenbacchii Diſſertat. de morte Henrici VII. Imp. p. 84.

Jeſuita Cotonius *negabat quondam, idque Rege Henrico IV. præſente atque audiente, libri iſtius auctorem ſocium eſſe ſui ordinis, ſed fuit mendacii egregie convictus ab adſtante quodam Viro Principalus dignitatis. Hiſtoriam refert* Petrus Aurelius *Tom. III. Opp. pag. 332.* Pater Cottous Jeſuita, cum negaret coram Rege Henrico IV. librum in Reges impium, inſcriptum *Amphitheatrum honoris* à quoquam è ſua ſocietate manaſſe, Vir illuſtris, qui aderat, ipſum mendacii coram tanto Principe redarguit, aſſerens libellum ſibi ab eo ipſo traditum commendatumque ut à ſocietate ſua manantem, & filio ſuo erudiendo utilem, quod puro ſermone conſcriptus eſſet. *Quod quidem manifeſte poſtea comprobatum eſt, cum* Ribadeneira *in Catalogo ſcriptorum ſocietatis* Amphitheatrum *illud honoris* Carolo Scribanio *attribuerit, qui è nomine ſuo Carolus Scribanius anagramma fecerat,* Clarus Bonarſcius. *Adde argumentum operum quod Petri Aurelii Operibus juſſu atque impenſis Gallicani Cleri editis præfixum eſt. Patet hinc, quam vere ſcribat* Philippus Alegambe, *Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 70. b. Henricum IV. diplomate regio ad Scribanium miſſo hunc ejus librum laudaſſe.*

(d) Petrus Aurelius Indice Tomi III. IV. Carolus Scribanius, *Antverpienſis Collegii Rector, & poſtea Provincialis Belgii circa annum 1605. edidit* Amphitheatrum *honoris nomine* Clari Bonarſcii, *quo ſuum anagrammate incluſit. Quem librum in Henrici IV. glorioſæ memoriæ Regis, aliorumque principum Majeſtatem contumelioſisſimum, cum* P. Cottonus *eidem Regi ſanctisſime dejeraſſet è ſua Societate non prodiiſſe,* P. Ribadeneira *eum non ita multo poſt in libro* de Scriptoribus Societatis *cæteris Scribanii Scriptis accenſuit, & inſigne* Cottono *mendacium apud Regem tantum impegit.*

(e) Symbola Diecmanniana Marginalis.

*Contra Eudæmono-Johannem* v. Rivet *Oper. Tom. III. pag. 1238. b. ubi illius impudentiam notat, qua hunc librum* Scribanii *eſſe negaverat, Et ad* (l) p. 170. m. 160. *Ep. 624. p. 717. Caſaub. Ep. 397. p. 454. ed. Bruſuic. vocat* librum ſacerrimum. *Et Ep. 401. p. 460. hic liber ei audit nefarii hominis partus, blaſphemiis in Deum, & in conſtitutos à Deo Reges plenus, in omnes bonos contumelioſiſſimus. Adde omnino Epiſt.* 408. *pag. 468. Ep.* 444. *p. 506.*

---

(441.) *BONAVENTURA, qui & Eutychius Græce dictus eſt, Italus ex Minoritarum Generali Epiſcopus, ac tandem Cardinalis, multa ſcripſit, quæ recenſentur à* Bellarm. *ad A. C. 1265.* Sixto Senenſi *l. 4. p. m. 269. & ſeq.* Poſſevino *in Apparatu,* Gerhard. *p. m. 609.* & *ſeqq. & citatis aliis ab* Oleario *p. 89. Ex ejus operibus ad alios referuntur ſequentia.*

I. De ſex alis Cherubim, *quem ALANO DE INSULIS, auctoritate multorum ſcriptorum gravium,* Codicum MStorum *vindicat* Carolus de Viſch *Bibl. Ciſtercienſis pag. 14. & 15.*

I. Vid. Olearium l. c. quin & in Operum Bonavententuræ ultima editione Tomis in folio majore ſeptem, ſtudio Franciſci *Lamatæ* poſt Romanam Vaticanam & Germanicam impreſſa Lugduni 1668. Tomo II. opuſculo IV. append. pag. 643. 645. extat hic liber ibique diſerte habetur, quod ALANO jam ſit adſcriptus. Unde *Tritthemio* de Scriptoribus Eccleſiaſticis erroris anſa

anſa videtur, quia *de ſex Alis* Seraphim Bonaventuræ Tractatus extabat. ib. 83--95.

II. Alphabetum Monachorum. Thomæ de KEMPIS *tribui*, *docet* Bellarminus p. m. 25.

In iisdem modo memoratis conjunctim editis Bonaventuræ Operibus part. IV. p. 528. & 529. Breviſſimum hoc Opuſculum *Alphabetum Religioſorum* inſcribitur, adjecto Rhythmico eodem titulo & argumento, nulla ſignificatione alterius Auctoris.

III. De Inſtitutione Novitiorum partem primam, &

IV. De profectu religioſorum lib. 1. & 2. Davidi ab AUGUSTA *tribui docet*.

Ea Operum Tom. VII. part. 4. p. 613. — 619. exhibetur, totidem Capitibus, quot in editione piorum & devotorum opuſculorum beati Fr. *David* de AUGUSTA 12. Aug. Vindel. 1596 niſi quod his præfatio etiam adeſt ad fratrem Bertholdum. Bonaventuræ vero additur & Inſtitutionis Novitiorum pars II. capitibus XIII. a. p. 619. ad 623. Et ſane *potius eſt*, *ut Davidis* ſit hic liber, quando Bonaventura jam ad Novitios partem I. & II. aliam prolixiorem dederat, quæ & operum eodem, & opuſculorum Tomo exſtat a p. 533. - - - 557. Item Regula Novitiorum. ib. 623. - - - 629.

Vid. *Olear.* Abac. Patrolog. pag. 89. Extat inter Opera Tom. VII. part. IV. a pag. 557. 612. Sed plane diverſus videtur ab eo, qui de *Proceſſibus VII. religioſis* eſt in Opuſculis Davidis.

V. *Biblia Pauperum* eſſe *Nicolai* HANAPI Ordinis Prædicatorum, olim Patriarchæ Hieroſolymitani &c. non modo non docet *Cave* Chartophylacis pag. 553. ad A. C. 1220. eum referens, ſed & *editio* non una. Quarum *Tertia* Lug. 1566. quæ penes me eſt, Fr. Maximi T*rocherii* Tartuſini *prœmium auctoris* etiam continet *paginis* 4. ac dein librum ipſius paginis 512. capitibus 134. *Virtutum vitiorumq; Exempla* (titulus hic ſive inſcriptio ipſa eſt liber) *ex utriusq; legis promtuario decerpta*. Libellus breviter multa exhibens bona.

Extat ſub titulo *Parvorum Bibliorum* Tomo VII. Opuſculo IV. etiam libellus, ut puto hic a pag. 434. usque ad 528. Eſſe autem revera *Nicolai* HANAPI docent *Anton. Senenſis* Biblioth. Ordin. Fratrum Prædicatorum p. 177. ſub lit. (a) & *Aub. Miræus* Biblioth. Eccleſ. Tom. I. p. 264. qui & *Petri* a SUTRA hoc titulo librum in chronico ordinis præmonſtratenſium citat v. (b) & (c) & *Olearius* Abaci Patrolog. p. 327. ſeq. ſub lit. (d)

VI. *Sermones de Tempore & Sanctis* excuſi à Badio Lutet. 1521. ſunt CONRADI SAXONIS Minoritæ. *Miræus* Biblioth. Eccleſ. Pars. II pag. 14.

VII. *Verbum abbreviatum*, PETRI CRAUTORIS eſt. vid. *Pagi* præfat. in Anton. de Padova Conciones §. III. p. 7. Libellus hic non eſt in Operibus ultimis.

IIX. *Summa* S. HIERONYMI *de Eſſentia & Inviſibilitate & immenſitate DEI*, extat inter opuſcula Bonaventuræ primo ſtatim loco in Append. a p. 460. ad 643. in editione Lugdun. 1668. Tom. VII. ſtudio Franciſci *Lamatæ* poſt Romanam Vaticanam & Germanicam impreſſa. Hoc titulo inſcribitur hic tractatus fere in omnibus impreſſis S. Bonaventuræ: ex cujus Tom. VII. pag. 640. vide ſub lit. (d) excerpta.

IX. *De Modo confitendi*, *& de Puritate Conſcientiæ*. Extat hic tractatus in Opuſculis S. THOMÆ qui a *Trithemio* ejus quoque Auctor agnoſcitur. Verum Joan. *Gerſo* Pariſienſis Cancellarius, de pollutione diurna propoſ. 12. Bonaventuræ vindicat. vid. lit. (e) ex Tom. VII. Append. p. 646.

X. *Theologia Myſtica*, adſcribitur a quibusdam HENRICO DE PALMA, ab aliis, iterum aliis. CARTHUSIENSIS ORDINIS CUIDAM ex antiquo quodam MSto exemplari colligitur p. 657. Append. Tom. VII. uti indicant excerpta ſub lit. (f)

XI. *Compendium Theologicæ Veritatis* à *Trithemio*, ÆGIDIO ROMANO tribuitur, ab aliis D. THOMÆ, aut etiam hujus Præceptori, ALBERTO M. Veruntamen deberi illud Bonaventuræ ipſi; aut ſaltem ex ejus ſcriptis collectum eſſe docent ea, quæ ſub lit. (g) ex Append. citat. p. 687. adducimus. Conſtat autem hoc Compendium Theologiæ libris VII. quorum (1) De Natura DEI cap. 34. (2) De Operibus conditoris c. 66. (3) De corruptela peccati c. 33. (4) De Chriſti humanitate c. 25. (5) De Gratiarum Sanctificatione c. 70. (6) De Sacramentorum virtute c. 38. (7) De ultimis temporibus, capita 31. continet.

Superaddit his *Raynaudus* de bon. & malis lib. p. 133. librum Collationum, quem Bonaventuræ ſuppoſitum demonſtrat, de vero autem ejus Auctore nihil ſubjungit, ſicut nec *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor Eccleſiaſt. p. 506. qui dubium tamen ſcriptum hoc Bonaventuræ nominat, deque auctore ambigi memorat. Illud mirere, quod tam audacter aſſerit *Oudinus*, ultra dimidiam partem operum illorum, quæ ſub Thomæ Aquinatis & Bonaventuræ nomine vulgo veniunt, eſſe ſuppoſititiam. vid. Monatliche Unterred. Ao. 1692. p. 942.

(a) Biblioth. Ord. Fratr. Prædicat. Antonii Senenſis p. 177.

*Frater* Nicolaus de Anapis Remenſis *ex provincia Franciæ Patriarcha Conſtantinopolitanus poſtea factus*, *vir admodum gravis religione præſtans & doctrina clariſſimus*, *compoſuit librum veluti Enchiridion quo colligit univerſa S. Scripturæ exempla quæ ad vitiorum deteſtationem & virtutum exhortationem facere poſſunt &* Biblia Pauperum *ſolebat appellari communiter*. *Qui liber falſo & reclamantibus exemplaribus manu-*

*manuſcriptis antiquiſſimis a quibusdam* Bonaventuræ *ſupponitur. Habetur autem ille* antiquiſſimis characteribus ſcriptus in membranis Neapoli in Conventu noſtro S. Dominici in Bibliotheca communi.

(b) Miræus Chron. Ord. præmonſtr. pag. 196.

Petrus à Sutra *Canonicus Cœnobii Sutrenſis -- Citatur & quoddam ejus Chronicon nondum a me viſum. Johannes* Paleonydorus *ait hoc Chronicon vocari* Biblia pauperum.

(c) Miræus Bibl. Eccl. Tom. I. p. 264.

*Nicolaus* Hanapus *natione Gallus collegit ex utriusque teſtamenti libris Exempla virtutum ac vitiorum Tub. 1533. Pariſiis 1547. & alibi excuſa. Vocantur vulgo Biblia pauperum falſo* S. Bonaventuræ *a quibusdam adſcripta: ut ex Mſſ. codicibus Neapolitanis Antonius Senenſis in ſua Bibl. tradit.*

(d) Olear. Abac. p. 327. & ſeq.

*Solus fere Sixtus Sen. Bibl. lib. 4 f. 293. dictum Autorem, (Nicolaum* Hanapum*) quem Nic.* Anapum *vocat, ejusq; librum commemorat, addens, Ord. Præd. religioſum illum fuiſſe, atq; anno 1430. ſub Sigismundo Imp. floruiſſe. Aliud tamen operis initium deſignat, quam in impreſſo noſtro comparet. Nec ſilentio involvo (quanquam temporis epocha longe differat) quæ Labbeus append. Tom. I. diſſ. p 749. ſuggeſſit, Biblia Pauperum, ſub nomine* Bonaventuræ *Cardinalis vulgo nota, a quibusdam tribui Nicolao de* Hanapis, *Ord. Prædic. qui obierit ann. 1288. Dum hæc ſcribo, reperio inter Baſileenſis Biblioth. MSS. Theologica (a Dn.* Spizelio *arc. Bibl. p. 22. communicata) Nicolai de Hanapis Patriarchæ Hieroſol. Applicationes totius Bibliæ ad quamlibet materiam, aſſervari. Et omnino conjicio easdem ſupra dicto Exemplorum libro ſive Enchiridio, a Zinſero luci publicæ datas.*

(e) Bonaventuræ operum Tom. VII. append. p. 640.

*Summa ſancti* Hieronymi de Eſſentia, & inviſibilitate DEI, *quæ S. Bonaventuræ adſcribitur.*

*Hoc titulo inſcribitur iſte Tractatus in omnibus oppreſſis S. Bonaventuræ, ſed in editione Romana operum S. Hieronymi longe alio, & magis conformi rei, de qua in eo agitur: De his, quæ Deo in Scripturis Sanctis attribuuntur. In qua quidem editione illum tanquam* Hieronymo *falſo adſcriptum inter parerga ad tomum nonum rejecerunt. Et vero potius* Bonaventuræ, *quam Hieronymi videtur; quamvis utrumque incertum ſit.*

Ibid. p. 646.

*S. Bonaventuræ eximii Eccleſiæ Doctoris, opuſculum de modo confitendi, & de puritate Conſcientiæ.*

*Tractatus hic de puritate Conſcientiæ inter opuſcula S. Bonaventuræ impreſſus fuit Argentinæ anno Domini* M CCCC XCV. *& etiam in editione Veneta anno* M. CIↃ LXXIV. *Sed in opuſculis quoque S. Thomæ recenſetur in editione Romana ſub Pio V. Pontifice. & Johannes Trithemius S. Thomam Aquinatem ejus auctorem agnoſcit. Verum* Joannes Gerſo, *Pariſienſis Cancellarius prim. parte opuſc. in opuſculo de pollutione diurna propoſitione 12. in fine* S. Bonaventuræ *tribuit, his verbis:* item Tractatus, quem adſcribunt aliqui S. Thomæ: ſed magis apparet ex ſtylo, & materia, quod ſit Bonaventuræ. Qui incipit: *Quoniam fundamentum & janua. Eſt & valde utilis.* Hæc Gerſo. *Cujuscunque autem opus ſit, legitimæ confeſſionis conditiones continet docte & breviter expreſſas: nec non quomodo Conſcientiæ puritas ſervetur.*

(f) Ibid. p. 657.

*Incipit Myſtica* Theologia *Doctoris Seraphici Sancti* Bonaventuræ, *ordinis Minorum, a quibusdam adſcripta* Henrico de Palma: *a quibusdam aliis: a pluribus tamen adſcribitur S. Bonaventuræ. Præcedens Titulus eſt in antiquis impreſſis Argentinæ Anno* M CCCC XCV. *ex quo apparet jam tum addubitatum fuiſſe de Auctore hujus opuſculi. Sed quod nec S. Bonaventuræ ſit nec alicujus ordinis minorum, videtur colligi manifeſte ex antiquo Mſto exemplari: Cujus hæc eſt Inſcriptio:* JEſus Chriſtus Mariæ filius. Incipit liber, qui dicitur, Myſtica Theologia. *Ubi enim de beneficiis ſpecialibus agitur, cap. I. part. 2. loco illorum verborum:* Quem maxime ad religionem fratrum minorum divina Clementia provocavit. *Mſ. ſic habet:* Qui maxime ipſum ad religionem Carthuſienſis ordinis divina clementia provocavit. *Et mox infra, Mſ.* Tertio recolat illud, ad quod vocatur, quia non ad regulam Beati Benedicti. *Et ſubditur:* Sed ad ipſam ſacratisſimam, quam ipſemet eligit, quando ductus eſt in deſertum, ubi quadraginta dies & quadraginta noctes jejunavit, & præcurſor ſuus; *&c. Impreſſa inter illa verba:* jejunavit, atque, & præcurſor ſuus, *interſerunt hæc:* Et maxima paupertate per mundum prædicavit, & ſaluti omnium ardentisſime intendit. *Unde ab aliquo Carthuſienſi compoſitum opuſculum videtur, & quibusdam mutatis, & auctis illud S. Bonaventuræ adſcriptum; niſi quis idem retorqueat argumentum. Stylus vero non eſſe Bonaventuræ perſuadet, eſt enim ſanctus is Doctor conciſus quidem, ſed quantum fieri poteſt in brevitate perſpicuus. At vero* Tractatus *iſte diffuſus eſt & obſcurus; ſed ad anagogicos exceſſus affectui admodum utilis.*

(g) Ib. p. 687. Compendium Theologicæ Veritatis. Bonaventuræ *adſcriptum.* Jo. Combis *ex ordine Minorum jamdiu Compendium hoc in lucem emiſit, nec de ejus auctore quidquam ſtatuit: cum in Manuſcriptis antiquis Exemplaribus nulli forſan inſcriptum invenerit. Nec propterea ſine auctore eſt, imo eo plures ejus exiſtimantur auctores, quo nullus eſt certus.* Joannes *enim* Trithemius Ægidio Romano *illud tribuit in ſuo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis catalogo. Alii ſanctum* Thomam, *ſeu ejus Magiſtrum* Albertum Magnum *ejusdem auctores opinantur. Sed eſſe S. Bonaventuræ, ex his perſuadetur. Inprimis quia in antiquo manuſcripto exemplari Vaticano poſt finem opuſculi, forma ſcripturæ recentiori, ſic habetur exaratum:* Compendium Theologicæ Veritatis Bonaventuræ. *Tum etiam quia in alio pervetuſto codice extra Bibliothecam Vatican. in ipſo ſtatim principio a parte ſuperiori chartæ depictus eſt* Sanctus Bonaventura *docens e ſuggeſtu, in quo duæ ſunt parvulæ cruces intra duos quadratos ante ſuggeſtum expreſſæ, quæ inſignia videntur ejusdem Sancti: a parte vero inferiori cernitur imago S. Franciſci ſtigmata Chriſti ſuſcipientis: ex quo non*

levis

*levis conjectura deducitur ad idem comprobandum. Præterea diviſus eſt iſte Tractatus juxta diviſionem Breviloquii in ſeptem libros, & doctrina ejus conformis eſt valde doctrinæ S. Bonaventuræ tum in breviloquio, & Certiloquio, tum etiam in libris ſententiarum, imo ſæpius verba ſunt omnino eadem. Hæc auctorem probant eſſe S. Bonaventuram. Niſi malueris exiſtimare abincerto aliquo recentiori ex doctrina S. Bonaventuræ, & aliorum fuiſſe compilatum, ut ex principio præfationis licet colligere. Quisquis ejus ſit auctor, Compendium ſtudioſis Theologiæ utile valde eſt, & quantum patitur anguſtia Compendii ſatis copioſum, ac nunc demum ope trium Bibliothecæ Vaticanæ, & alterius extra eam manuſcriptorum exemplarium ſibi reſtitutum, nec non conquiſitis, quoad fieri potuit, & citatis ad marginem ſanctorum locis locupletatum.*

BONAVENTURE v. *du Periers.*

(442.) BONEL, *Charles*: *Claude* FLEURY. Cela regarde peut etre les *Plagiaires. Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez p. 536.

(443.) Vaudius Dathirius BONGLARUS, auctor *Teſtis examinati* (Philyra eſt, Florentiæ 1658. in fol. edita, & Anglicis Ephemeridibus 1668. menſ. decembr. inſerta) eſt *Claudius* AUBRIUS Lotharingus, κατ᾽ ἀναγράμμα, ut Piſis accepiſſe ſe à Viro inſigni *Claudio Tilemanno*, Anatomico Magni Ducis Hetruriæ, narravit mihi ſæpius laudatus Dn. Civis meus *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Dr.

Adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 536. qui pro Dathirio mavult ſubſtituere CLATHIRIUM.

(443. a) BONIFACIUS IV. Ei attributa Varia Opera quomodo ALII BONIFACIO debeantur vid. apud Ludovicum Jac. *à S. Carolo* Biblioth. Pontific. p. 28. 29. nempe ex quodam *Monacho Paſſatenſi*, rerum Scoticarum Scriptore (1.) *De Prærogativa Petri*, lib. I. (1) 2. *Parænesis ad Scotos*, lib. 1. (3) *Doctrinale fidei lib. 1. MS.* Aberdoniæ olim aſſervata.

(444.) BONIFACIUS VIII. Ejus nomine extant decretalium titulo novæ Conſtitutiones collectæ à tribus eruditiſſimis in jure viris, ut innuit *Friſius* Bibliothecæ Geſner. pag. 123. a. Hi vero ſunt GVILIELMUS, Archiepiſcopus Ebrodunenſis, BERENGARIUS Epiſcopus Biterenſis, & M. RICHARDUS DE SENIS. Sunt autem hæ Conſtitutiones illæ, quæ hodie *librum decretalium Sextum* conſtituunt. vid. *Strauchii* Amœnit. Juris Canon. Eclog. I. Op. X. p. 18. 19. ſub lit. (a). Nihil hujus rei memorat Lud. *Jacob à S. Carolo* in Biblioth. Pontific.

(a) Strauchius Amœnit. Juris Canon. Ecloga I. Cap. X. p. 18. 19.

*Bonifacius VIII. partim ſuas partim aliorum ſuperiorum Pontificum, qui inter ipſum & Gregorium IX. interceſſerant, nec non ipſius Gregorii novas conſtitutiones, ac præcipue duorum generalium conciliorum Lugdunenſium, quorum alterum ſub Innocentio IV. anno 1245. alterum ſub Gregorio X. ao. 1273. celebratum, decreta totidem libris, eodemque prorſus ordine, quot ipſe Gregorius uſus fuit, adjecit. Multa, quæ ante in ſcholis & in judiciis ambigua declaraſſe dicitur Henrico Stereoni p. 403. Tom. ſcriptorum Germanorum à Frehero editorum, & Henrico à Rebdorff. p. 417. Hæc compilatio facta per Guilielmum Archiepiſcopum Ebrodunenſem & Berengarium, Epiſcopum Biterenſem, ac Magiſtrum Richardum de Senis, S. R. E. Vice Cancellarium, quorum ſit mentio in proœm. libri VI. Decretalium. Meminit & Richardi, tanquam Auctoris hujus* Compilationis *Alber. de Roſat. l. ult.* C. *de Feriis.* Cui *etiam Dynum ſuperfuiſſe tradunt.* ——

(445.) *Boninus* DE BONINIS, larva eſt Petri Pauli VERGERII, uti evincunt *Colomeſius* Melanges Hiſtoriques p. 57. & *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 536. Citat eo nomine IV. libros aut literas *de ſtatu Romanæ Curiæ* Italice in *Geſneriana* Bibliotheca *Friſius* p. 679. a. & p. 123. b. cui adde Ludov. *Jacob à S. Carolo* Biblioth. Pontific. lib. II. pag. 473. De quo & aliis huc pertinentibus ita *Margo Diecmannianus* continuando allegationem noſtram.

*Qui alias Boninum de Boninis, Italum inter Scriptores* Eccleſiæ *ſuæ p. 283. locaverat, eidemque de Papatu libros 4. tribuerat. Sed in Indicibus generalibus, quos toti operi præmiſit, ſe ipſe corrigit. Nam paſtquam hunc* Boninum de Boninis *Scriptorum Pontificiorum catalogo inſeruiſſet: Deinde* in Indice Hæreticorum *quos vocat, Scriptorum Boninum de Boninis expungendum eſſe inter Catholicos, & hic reponendum monet. Sed cum fides hujus Monachi non tantum Conſultiſſimo Gerhardo* von Maſtricht *Hiſt. ſcr. Eccl. pag. 205. ſed & ex ipſis Pontificiis* Bailleto *Jugemens des Sçavans &c. Tom. 2. P. 2. pag. 99. ſuſpecta ſit, nec in hoc Pſeudonymo detecto, niſi aliunde res conſtet, ei tuto credere poſſumus.*

(446.) BONLIEU, le *Sieur de*: *Noël* DE LA LANE: *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 536.

(447.) BONNEVAL *le Sieur de*: *Antoine* ARNAUD. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 536.

(448.) BONNEVAL le *Sieur*: Iſaac LE MAITRE DE SACY. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 536.

(449.) *Sigiſmundus à* BONONIA. Hujus nomine citat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlejanæ p. 99. a. librum: *de Electione & Poteſtate Prælatorum* &c. trib. Part. cum addition. Bonon. 1626. Huic Auctori nomen alias eſſe *Johanni* FEDERICO ibidem ſubjungit.

(450.) BONONIENSIS Collegii nomine editum *Antidotarium Ulyſſis* ALDROVANDI v. in *Rhodianis* num 19. adde *Lindan.* p. 76.

(451.) BORANOWSKI, (*Hieroth.*) gerechtfertigter Gewiſſens-Zwang 1674. Verus auctor

eſt D. SCHEFLERUS Apoſtata, teſte Valentino *Alberti* præf. Diſſert. de Claſſico belli Sancti non canendo. Huic *Scheflero* oppoſuit B. D. *Pomarius*: Den bewieſenen ungerechten Gewiſſens-Zwang: ex quo immortalis ex merito famæ & gloriæ Martyr incruentus Dr. & Paſtor Jacobæus hic & Amiciſſimus Fautor atque Scholarcha venerandus p.m. Antonius *Reiſerus* ita ſcribit in tractatu der Gedancken über den 73. Pſalm --- der berühmte Theologus Herr D. Samuel *Pomarius*, Weyland geweſener Director und Prof. Primarius des kurtz-vorhero neu auffgerichteten Gymnaſii zu Eperies in Ober-Ungarn / jetzt Superintendens in der vornehmen Handels Stadt Lübeck / in ſeiner herrlichen Arbeit wieder den von einem vermumeten alſo genandten / aber nicht allerdings unbekandten Hierotheo vielmehr Theomacho vertheidigten Gewiſſens-Zwang mit unwiederſtreitlichen Gründen gewaltig an- und ausgeführet. &c.

(452.) BORBORITA. André RIVET. paſſive. Ita *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 536. At *Colomeſius* Biblioth. Choiſ. pag. 77. memorat *Grotium* Annotationibus in Evangelia adjeciſſe tractatum contra duos Theologos, *Borboritam* & *Frontonem*. Borborita (verba ſunt Colomeſii loc. cit.) C'eſt Samuel DES MARETS, Theologien de Groningue.

(453.) *Franciſcus* DE BORGIA. Ei tribuunt *Alegambe* pag. 166. & *Sotwel* pag. 217. Tractatum *de Meditatione ſuper paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti*, quem tamen *Ludovico de* MONTOYA Auguſtiniano vindicant *Miræus* Biblioth. Eccleſ. Part. II. pag. 151. ſub lit. (a) & ex Nicolai *Anthon.* Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 313. & Tom. II. pag. 4. *Viſiera Alzata* Pentecoſt. num. XIII. p. 106. ſub lit. (b)

(a) Miræus, Biblioth. Eccleſ. Part. II. pag. 151.

Ludovicus de Montoya, *Auguſtinianus Eremita ſcripſit vitam Chriſti in quatuor partes diſtributam & Tractatum* de Paſſione Chriſti *diviſum in ſeptem diſcurſus pro ſeptem horis* Canonicis; *quem librum alibi ſuppreſſi auctoris nomine, divulgatum eſſe inter opera P.* Franciſci de Borgia, *Soc. JEſu Præpoſiti Generalis III. conqueritur* Corn. Curtius *Eremitarum Auguſtinianorum Hiſtoriographus & Definitor Generalis, in Elogiis virorum illuſtrium ſui ordinis.*

(b) Villanii Viſiera Alzata p. 106.

XIII. *S. FRANCESCO* BORGIA. *Ritrouo attributo à queſto Santo P. dall'* Alegambe *pag. 111. della* Bibliotheca *il libro.*

Meditationes de la Paſion de Nueſter Sennor per totas las horas Canonicas.

*Di queſte non parla il Ribadeneira; e nel Sotouello à p. 217. in vece di*

Meditationes de Paſſione Domini per omnes Horas Canonicas *Conforme ſcriue l'* Alegambe, *ſi regiſtra*

De Meditatione ſuper Paſſione D. N Jeſu Chriſti. *Non sò ſe a bella poſta habbia tralaſciate le parole, che ſeguono, accortoſi, che l'accennato libro non fuſſe, come non è di quel glorioſo Santo Confeſſore: o per naſcondere la ſuppoſitione d'eſſo: eſſendo fattura del Ven. F. LODOVICO di MONTOIA Bellomontano Religioſo dell' Or. Er. del P. S. Agoſtino, Predicatore non Valefatio, ma Apoſtolico, e con l'eloquenza, e con l'eſemplo. Lo ritrouai nel di lui Elogio tra gli altri de gli* Huomini Illuſtri *da F.* Cornelio Curtio *nobilmente deſcritti p. 179, oue ſi legge*

Tractatum de Paſſione Chriſti diuiſum in VII. diſcurſus pro VII. horis Canonicis; Qui liber inter opera B. Franciſci de Borgia Soc. JEſu alibi ſuppreſſo auctoris nomine divulgatus eſt. *Ma non mi ſarei moſſo à fauellarne, ſe dalla* Bibliotheca *de gli Scrittori di Spagna del Sapientiſſimo* D. Nicolas Antonio *p. 313. del T. I. non mi ſi accennaſſe doppo queſto libro notato trà le altre Opere del Santo;* Huius argumenti Tractatus, BORGIÆ non jure tributus *LUDOVICUM DE MONTOIA* Auguſtinianum auctorem habuiſſe dicitur. *E nel Tom. II. p. 4. in F. LUDOVICUS DE MONTOIA, non laſſa di parlarne parimente.*

De la paſſion de Chriſto, *Diſcurſibus VII. diviſus*, qui inter *B. FRANCISCI* BORGIÆ Opuſcula viro huic Sanctiſſimo non jure ſupponitur. *Mà mentre dal P. Pietro Ribadeneira del medeſimo coetano non ſe ne parla, perche volerglielo attribuire? Gl'* Agoſtiniani *ſono poueri mendicanti, e per uno Scrittore, che eglino habbiano, gia che dal Labbè ſi dica, che non ne habbiano, e per uno poſſano corriſpondere con mille: à volergli togliere un libro, quanto à fogli di poco momento? Auuertano di non venire ammoniti con Dauide, che hauendo Mandre di Beſtiame s' inuoglie di rapire la pecorella d' Vria. Ma forſe da gli altri glie ne ſarà ſtato fatto dono: ne conſiderando fuſſe d' altrui, l' accettarono con buona fede. Hor con migliore non diſpiaccia loro, ſe m' induco à reſtituirlo à gli Agoſtiniani &c.*

BOREALIS v. *Heliocantharus.*

(454.) *Heidenus* BORRHOMÆUS *Ricruntus* ad Manuale Pacificum *Schützii* eſt *Henricus* BRUCKNERUS, Conſil. Aul. Saxo-Gothanus, indicante *Deckherro* epiſtola ſub dato Erff. 7. Ianua. 1690. Quod & confirmat *Symbola Junckeriana* ex Chriſtiani *Gryphii* Relatione ex Parnaſſo, auff des HErrn Baron von Logau Beylager. vide quæ de hoc libro ſentit Sev. Walth. *Sluterus* Propylæi Hiſtor. Chriſt. Sect. II. pag. 189. n. 4. ſub lit. (a)

(a) Severini Waltheri Sluteri Propylæum Hiſtor. Chriſt. Sect. II. p. 189. n. 4.

*Neque fruſtra legeris ut de Religione* in Conventu Oſnabrugenſi *conſtitutorum verum ſenſum capias,* Guilielmi Ignatii Schützii *Manuale pacificum cum notis & animadverſionibus Heydeni* Barromei *Riccrunti, quibus ea, quæ cum principiis revelatis, nobiſcum natis, juris item publici atque privati in Imperio Romano Germanico recepti conveniunt, latius confirmantur, ea vero quæ his aduerſa in præjudicium & odium Religionis Evangelicæ ab ipſo aſſerta ſunt, ſuccincte examinantur & refutantur, Veronæ German. anno 1689. in 12mo.*

(455.)

(455) BORTHENIUS. *REINBOTHIUS* Rechenberg libr. Symbol. p. 46. docente *Symbola Normanniana*, & Anagrammatis reſolutione.

(456) BORUSSUS *Polyphemus : Jean* OECOLAMPADE paſſive. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 536.

(457) Le Pere du BOSC. Ejus nomine extat *Verſio Sermonum P Narni*, quæ tamen Auctorem verum agnoſcit M. Perrot d' ABLANCOURT, uti indicant *Colomiés* Biblioth. choiſ. pag. 170. 171. ſub lit. (a) & *Baillet.* Auteurs deguiſez p. 245. 246. ſub lit. (b) *Bayl.* Dictionaire Tom. I. p. 634.

(a) Colomies Biblioth. Choiſ. pag. 170. 171.

*Le* Pére du Boſc, *Cordelier autheur de* l' Honneſte Femme, *d' un Panegyrique du Card. de Richelieu, & de pluſieurs autres Ouvrages, eſtoit ami particulier de M.* Perrot d' Ablancourt. *On tira ce Père du couvent avec quelques autres Moines de divres Ordres par permiſſion du Pape ; & comme il manquoit d' argent, M. d' Ablancourt lui donna les Sermons du* Pere Narni, *qu' il avoit traduis, & le Père du Boſc, ayant traité avec l' Imprimeur, les fit imprimer ſous ſon nom. Enſuite il ſe fit encore Cordelier, ſans en rien communiquer à M. d' Ablancourt qui s' en plaignit. L' autre rêpondit que M. d' Ablancourt eſtoit bien retourné à la Religion Proteſtante, ſans lui en rien dire. Car M. d' Ablancourt eſtant amoureux de Madame de S.* Dié, *ſa parente, qui s' appelloit* Perrot, *comme lui, ſe fit de la Religion Romaine. Mais il y renonca en Hollande.*

*Je tiens toutes ces particularitez de M.* Bouhereau, *celebre Medecin de la Rochelle, de qui nous verrons bien toſt une Traduction Francoiſe des Livres d' Origène contre Celſe, qui pourra ſervir de modèle à nos Traducteurs.*

(b) Baillet deguiſemens des Auteurs. p. 245. 246.

Monſieur d' Ablancourt *dans le temps qu' il eſtoit du nombre des Catholiques en uſa auſſi genereuſement, & peuteſtre plus charitablement que le Cardinal à l' egard d' un de ſes amis qui s' eſtoit trouvé dans le beſoin apres etre ſorti de ſon Couvent. La neceſſité d' aſſiſter cet amy le ſurprit dans un temps où il manquoit d' argent. N' ayant donc pas de bourſe à luy offrir, il luy dit à peu près ce que Saint Pierre dit au Pauvre, qui luy demanda l' aumône ; & il s' aviſa de luy donner une Traduction de Francoiſe des Sermons du* P. Narni *pour en diſpoſer comme de ſon bien, & d' en tirer ce qu' il pourroit des Libraires. L' amy pouvoit traiter avec le Libraire pour ſon profit en conſervant le nom de Monſieur d' Ablancourt. Mais celuy-cy pouſſa la generoſité juſqu' au bout, en permettant à ſon amy d' y mettre ſon nom, à fin qu' il puſt avoir encore l' honneur du Livre avec le profit.*

(457. α) BOTERO, *Barragan : Jean de* RIBAS, où RIVAS CARRASQUILLA. *Baillet.* liſte des Aut. deguiſez. p. 536.

(458) BOURDOUIN, *le ſieur : Antoine* SINGLIN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 536.

(459) BOURG *l' Abbé*, *Olenix du : Jean Pierre* CAMUS. Baillet. liſte des Aut. degu. p. 536.

(460) BOUTIGNY, *Matthieu de : François* SAGON. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 537.

(461) Henricus, qui aliis Wilhelmus BRABANTINUS, à patria item MOORBECANUS aliis cognominatus, idem eſt qui *Thomas Apiarius*, ſive CANTIPRATENSIS: uti demonſtrat pluribus in vita ejusdem *Georgius Colvenerius*, & ex eodem *Valerius Andreæ* pag. 330. & 833. adde *Jo. Gerh. Voſſium* de Hiſtor. Lat. l. 2. c. 60. pag. 487. & *Fr. Sweertium* pag. 692. Vide quæ diximus de eodem ſupra, in voce *Apiarius*, & *Anon.* c. 2. n. 19. c. 5. n. 178. & c. 6. n. 190.

(462) BRANDEBURG: *Chriſtianus Wilhelmus Marchio. Laurent.* FORER. Baillet. liſte des Aut. deg. p. 537.

(463) BRANDINUS *Sibaldus : Barthelemy* PITISCUS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez, p. 537. Editum autem eſt a Pitiſco ſub Brandini perſonato nomine Vaticinium de futuro S. Rom. Imperii ſtatu, ut ex Goldaſt. de Regno Bohem. lib. IV. cap. 14. p. 541. memorat Deckh. de Script. Adeſp. p. 150.

BRAVONIUS v. *Senatus*.

(464) *Bernardus* BREDENBACHIUS. Ei tribuitur *Hiſtoria Capti Hydrantii*, ſed minus recte, ut judicat Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 133. ubi librum hunc *Guilielmo* CANOERSIN, ſeu CAORSIN, Rhodiorum Vice-Cancellario aſſerit. Adde *Baillet.* liſte des Aut. deguiſ. p. 538.

(465) A. BRESENII Send Schreiben an einen guten Freund/ eſt *Petri* STREUBERI. *Rango* Hiſtor. Syncretiſmi p. 1099.

(466) S. BRIGITTÆ Revelationes, quæ Brigittæ Laginenſi SCOTÆ aſſignantur, potius debentur BRIGITTÆ SUETICÆ, ut obſervant, ex Jacobi *Waræi* de Scriptoribus Hyberniæ p. 9. Magnif. *D. Maier* diſſertat. Epiſtol. ſub lit. C. & ex *Oudino* Monatliche Unterredungen / An. 1690. p. 159. 160. ſub lit. (a)

(a) Monatliche Unterredung. A. 1690. pag. 159. 160.

Ich halte es lieber mit dem *Oudino*, der in ſeinem *Supplemento p.* 108. ſchreibet: *Hujus Brigittæ nonnulli revelationes celebrant, quas eſſe Brigittæ junioris apud me conſtat, quasq; nullius aut minimi ponderis eſſe cenſeo.* Nemlich / es ſind vor Alters zwey Brigitten berühmt geweſen/eine aus Irrland/ die um das Jahr Chriſti 521. gelebt / die andere aus Schweden / die

*Anno* 1373. zu Rom geſtorben. Gleichwie nun die *Confuſio nominum* gar gemein iſt/ alſo haben etliche Unverſtändige die *Revelationes* oder Offenbahrungen der Irrländiſchen Brigitten zugeſchrieben/welche *Oudinus* ſtraffet/ und ſelbige der Schwediſchen zueignet/ aber nichts darauf hält/wie er denn *p.643*. da er die Schwediſche *Brigittam* als eine *Scriptricem Eccleſiaſticam recenſiret* / gleichfals ſchreibet: *Opus quamvis pium, nullam tamen apud graves viros, aut ſaltem modicam huc-usque obtinuit fidem: licet inde devoti magnam ſumant Meditationum ſuarum Materiam, devotionis alimoniam.*

(467) BRITANNICUS v. *Mercurius.*

(468) BRITANNUS, *Paulus: Gabriel* BOWEL. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 537.

(469) BRITO v. *Herodus.*

(470) *Joannes de* BRITTO edidit Luſitanice *Compendium Ceremoniarum, quæ obſervari debent in celebranda Miſſa.* Ulyſſipone, typis Dominici Carneiri, An. 1671. in 4to. Verus auctor eſt Jeſuita, *Joannes de* PAYVA Luſitanus Ulyſſiponenſis, teſtante *Sotvello* Biblioth. Script. Societ. Jeſu. p. 486.

(471) BROTHEUS, où plutôt BROTEUS: *Angelus* SABINUS, paſſive. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 537.

(472) BROUARD, ſe venditat pro Auctore *Supplementi ad tractatum de Veſica & Ureteribus, quod tamen debetur Regis Angliæ Medico,* D. de MAYERNE. vid. *Nouvelles de la Republique des lettres.* Juillet 1685. p. 796. ſub lit. (a)

(a) Nouvelles de la Republ. des Lettr. Juillet 1685. p. 796.

*La 2. piece qu' ils ont ſupplée eſt le Traité de* Veſica & Ureteribus, *ou ils rapportent l' Hiſtoire de la Veſſie monſtrueuſe de Caſaubon. Cette Hiſtoire vient originairement du fameux M. de* Mayerne, *Medicin du Roy d' Angleterre, quoi que Brouard s' en ſoit dit l' Auteur en l' envoyant a Breverovicius Medecin de Dordrecht qui l' a inſerée dans ſon livre* de calculo.

(473) *William* BROWNES, *Letter dated* Aug. 16. anno 1599. in Parſonium, *Caroli* PAGETII: Sutcliff. Bleſſing pag. 228. 230. Confer *Parſon* Apolog. 194. b. Hæc *Symbola Normanniana.*

(474) *Jean* BRUCK. *David* GEORGE. *Baillet* Liſte des Auteurs deguiſez p. 537.

(475) *Franciſcus* van der BRüGGE. Ejus nomine prodiit Amſtelodami, typis *Philippi* VAN EYCK, 1661. in 12. lingua Belgica tractatus cum inſcriptione: *Fidelis ductor.* Hujus Auctorem *Sotwel.* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu pag 238. a. innuit eſſe P. Franciſcum MILEMAN, Bela Brugenſem qui eum oppoſuit Mennoni cuidam, cujus deliramenta confutat; ut ait Sotvvel. loc. cit.

DE BRUGIS v. *Robertus.*

(476) BRUN, *Le Sieur de: Dom.* MORILLON. *Baillet* Liſte des Auteurs degviſez pagina 537.

(477) BRUNERUS, ſuis auſpiciis in lucem edidit *Grammaticam Hebraicam,* compoſitam â CEVALERIO, ut indicat *Abercrombius* Furis Academ. p. 304.

(478) BRUNET *Hugues Bertrand* CARBONEL. *Baillet.* Liſte des Auteurs degviſez pagina 537.

(479) BRUNONIS Carthuſianorum Principis opera, quomodo BRUNONIBUS *aliis*, nempe ASTENSI *Cardinali*, SIGNIENSI, & tertio Epiſcopo HERBIPOLENSI, vindicata fuerit, vid. apud *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 135. & 139. & *Olearium* abaci Patrum p. 93. & ſeqq. quæ loca ſub lit. (a) & (b) repræſentamus.

(a) Raynaudus de malis & bonis libris pag. 139.

S. Brunoni Carthuſiano, *ſuppoſita eſſe omnia opuſcula tomi tertii, quæ in Indicibus Caſſinenſibus a primo illorum opuſculorum denominantur, Liber* de luminaribus Eccleſiæ, *eſſeque omnia S. Brunonis Signienſis; contendit Autor diſquiſitionis hiſtoricæ ad opera S. Brunonis Signienſis, recens evulgata. Qui ſi exiſtimaret, S. Brunonem Carthuſianum non fuiſſe ſatis a doctrina bene conſtitutum, ut poſſet dici ea opuſcula conſcripſiſſe, aberraret omnino; cum S. Bruno Carthuſianus fuerit Doctor ſuo tempore eximius. Suppoſita tamen utriusque Brunonis idoneitate ad eas ſcriptiones conficiendas, quorum alterutri tribuenda ſint ea opuſcula non definio.*

(b) Olearius Abaci Patrum pag. 93. & ſeqq.

Bruno Aſtenſis, *Abbas Caſſinenſis, Epiſcopus Signienſis & Cardinalis, qui obiit ann. 1125. teſte Ferd. Ughello Abbate, T. I. Ital. Sacr. Jo. Bapt. Marco, ad Pet. Diac. de viris illuſtr. Caſſ. 34. pag. 61. & aliis, quos Labbeus T. 1. pag. 213. producit. Ejus opera omnia, quæ Brunoni Carthuſiano ex parte, & aliis, hactenus falſo attributa, vindicavit ſuoq; autori aſſeruit, eorum integris 2. Tomis, Venetiis ann. 1651. excuſorum editor D.* Maurus Marcheſius, *Panormitanus, Congreg. Caſſin. monachus. Sunt autem, Tomo I. Comm. in Pentateuchum edit. antea Duaci, 1648. item Comm. in Jobum, Pſalm. Canticum & Apocal. Tomo vero 2. homiliæ ſeu Sermones 145. in Evangelia totius anni, (quæ ann. 1578. ſub nomine Euſebii Emiſſeni, & Tom. 5. Bibl. Magn. Colon ann. 1622. ed. Part. I. f. 544. ex recognitione* A. Schotti, *ſub* Euſebii Gallicani *cujusdam nomine editæ extant,) tract. in Cantic. Zach. & de Incarn. Dom. de laudibus Eccleſiæ, libri 6. ſententiarum, & ſimilia plura. Ejus aliquam homiliam,*

*am, in die Natalis Dom. in nocte, habitam, cum aliis ejusdem argumenti nuper communicavit & edidit C. Daumius pag. 197.*

BRUNO v. *Cibaldi.*

(480.) BRUNO MAGNUS ARCHIEPISCOPUS COLONIENSIS. Ei adſcribunt *Commentarium in Pentateuchum Sixtus Senenſis* Bibl. Sanctæ lib. IV. pag. 270. b. & ex eo *Olearius* Abaci Patrolog. p. 95. & *Voſſius* de Hiſtor. Latin. lib. IV. cap. XL. pag. 344. Quem tamen vindicat BRUNONI ASTENSI Cardinali, & Epiſcopo Signienſi, *Sandius ad Voſſ.* p. 72. ſub lit. (a)

(a) Sandius in notis ad Voſſ. p. 72. *Commentarium in* Pentateuchum Brunoni (*Archiepiſcopo* Colon.) à *Voſſio tributum*, *Maurus Marcheſius & Aloyſius Sqvadronus* Brunoni Signenſi *vindicant; de quo* Brunone *V. Voſſ. p.* 773.

(481.) Brunsvicenſis Senatus Nomine Acten-Gemäſſe *relationem facti & juris* wieder *Dr. Juſtum Oldekoppen* ſcriptam conſignavit Dr. Joh. STRAUCHIUS, t. t. Syndic. Reip. Brunsvicenſis ſcilicet contra Doctoris *Oldekoppii* librum, inſcriptum, *Horrendum injuſtitiæ monſtrum.* Didici hoc ex libro, cujus titulus: Dr. Ægidii Strauchs läſtern- und Lügen-Kunſt / durch Georg Chriſtoph. Calixtum, Helmſt. 1668. pag. 80. indicante Clariſſimo viro Dno Secretario civitatis Stadenſis *Diterico*, per Symbolam a filio *Joh. Friderico von Stade* J. U. Candidato cui & alias debemus Symbolas notabiles etſi paucas & ſeras quidem attamen non eo minus honoratas.

(481 *a*) BRUNSWICK, Henricus Julius Dux: *Werner* KOENIG. Baillet, liſte des Auteurs deguiſez pag. 537.

(482.) Friderici BRUSSI Theologi nomine, ſcripſit Jeſuita Prutenus, *Fridericus* BARTSCHIUS, *Reſponſionem benevolam & Chriſtianam, qua refutat Orationem Andreæ Volani, Lithuanos à Secta Zwingliana ad fidem Catholicam converſos, ad priſtinos errores revocare conantis:* uti refert *Alegambe* pag. 144.

Addit *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 267. a. (2) *Speculum Jeſuitarum*, idiomate Germanico ſcriptum *contra* Danielem *Cramerum*, Lutheranum Pſeudo-Miniſtrum, Braunsbergæ, typis Schonfelſianis 1603. (3) *Commentarios in Evangelia*, *Adventus*, & quæ ſequuntur, Dominicarum ad eos potiſſimum, qui inter hæreticos degunt, juvandos ordinatos. Cracoviæ, apud Nicolaum Lobium 1607. Eadem habet quoque *Witte* Diar. Biograph. Anno 1609. 21. Novemb.

(483.) BRUTUS; *Staniſlas* LUBIENIECKI DE LUBIENIETZ. Baillet, liſte des Auteurs deguiſez p. 537. adde pag. 313. & 314. ubi hunc Socinianum eſſe indicat, qui ad libertatem Conſcientiarum invehendam ſuppoſititio hoc nomine uſus fuerit, ſcriptorum tamen ſub hoc locum emiſſorum nullam injicit mentionem. Is eſt qui Hamburgi diu commoratus opus grande in folio de Cometis nobis dedit. Quemque Sandii Bibliotheca Antitrinitaritorum LUTOMIRSIUM nobis appellat, ejusq; ſcripta ordine recenſet pag. 42. 43. hujusce tamen haut meminit.

(484.) Stephani Junii BRUTI Celtæ, *Vindiciæ contra Tyrannos.* De Auctore hujus libelli, ſæpiſſime variis in locis excuſi, variæ fuere ſuſpiciones eruditorum, donec tandem in Editionis novæ, ao. 1660. apud Ægidium Valkenier, Amſtelodami excuſæ frontiſpicio, nomen *Theodori* BEZÆ fictitio illi ſuperius memorato ſubjiceretur. Ibi vero *Gisbertus Voetius*, Theologiæ Profeſſor Ultrajectinus, ſive quod auctoritate publica fuiſſet ad hoc ipſum *inſtigatus*, (quandoquidem Senatum Genevenſem ea de re ſcripſiſſe Amſtelodamenſi, ac Bezam ſuum purgaſſe, ſibi ex fama publica compertum, in litteris ſuis memorat Excellentiſſimus Dn. *Gerhard von Maſtricht*,) ſive quod injuriam Bezæ factam arbitraretur, illius Manes libello peculiari defendendos ſuſcepit, cui Titulum fecit: *Disquiſitio de Auctore Vindiciarum contra Tyrannos, quæ ſub nomine* Junii Bruti Celtæ, *aliquoties typis editæ ſunt*, Amſtelodami ex officina Ægidii Valkenier ao. 1661. in 12mo ſine auctoris nomine, quem tamen poſtea *Voetius* prodidit ſemetipſum, parti quartæ Diſputationum ſuarum Theologicarum ſelectarum numero viceſimam pag. 231. & ſeqq. eandem recuſam inſerens. In ea, *Huberti* LANGUETI opuſculum hoc eſſe, veroſimilius facit, quam ut amplius ea de re dubitare ſuſtineam. Interim non poſſum non aliquid notare ad hæc Disquiſitoris illius verba p. m. 15. editionis in 12. extantia: *Cum ergo nulli Editores, nulli* Amici *& Inimici, tum* Langueti, *tum* Bezæ, *usque ad annum* 1660. Bezam *auctorem prodiderint, ne quidem conjecturam de eo fecerint: non video cur ἀεροβατοῦσι στοχασμῷ τοῦ δεῖνα, tantum tribuendum ſit, ut conjecturali novi tituli epiſagmate libellus hac tempeſtate oneretur, & omnis ordo Theologorum, qui innovandi pruritu à Genevenſibus non divortiunt, quamdiu nec illi a verbo Dei, Regibus ſuſpectus redderetur.* Nimirum *Joannem Philippum Anglum* in Reſponſione ſua ad Apologiam (*Brammali*) pro Rege & populo Anglicano, Londini 1652. in 12. edita, pag. m. 29. Bezam expreſſis verbis harum Vindiciarum contra Tyrannos auctorem affirmare. Quæ forte cauſa fuit, cur aliquot annis poſt illius nomen editioni novæ publice præfigeretur. In Languetum conſentit etiam *Paulus Colomeſius* Recueil des Particularitez pag. 130. hiſce verbis: *M. Daillé m'a dit qu'il avoit appris que l'Autheur du livre intitulé: Vindiciæ contra Tyrannos, ſous le nom de* Stephanus Junius Brutus, *eſt* Hubert Languet, *ſavant homme, & grand Politique, Ce qui m'a eſté depuis confirmé par M. Legoux de Dijon, qui ajoûta que M. de la Mare Conſeiller de la meſme Ville, avoit remarqué cela, faiſant l'Eloge* d'Hubert Languet. *D'Autres attribuent ce livre à* M. du Pleſſis, *à qui je le donnerois auſſi volontiers, ſur ce temoignage de*

*D. Aubigné*, Tom. 2. l. 2. ch. 2. pag. 108. Il paroiſſoit un autre livre, qui s'appelloit *Junius Brutus*, ou defenſe contre les Tyrans, fait par un des doctes Gentils hommes du Royaume, renommé pour pluſieurs excellens livres, & vivant encore aujour d' huy avec authorité. Dans un autre endroit de ſon Hiſtoire ſcavoir Tom. 1. liv. 2. ch. 15. pag. 91. D' Aubigné dit, que ce Gentilhomme luy á avoûé qu'il en eſtoit l' Autheur. *Hugonem Grotium* quoque in eadem opinione fuiſſe, memorat *Scavenius* num. 75. Notabilis etiam eſt locus *Bœcleri* ad Grotium lib. 1. de J. Belli & Pacis cap. 4. §. 6. ita ſe habens: *Ejus liber ſatis eleganter ſcriptus eſt.* Grotius in Apologetico adverſus Rivetum *docet*, MORNÆUM *eſſe auctorem*, *neſcio an ſatis verè. Mihi videtur auctorem fuiſſe* Hub. Languetum. *Loſannæ fuit Vir doctus, qui pagellas habuit ſcriptas manu ipſius* Langueti, *& quidem ita ſcriptas, quaſi compoſuerit, deinde ſtylus cum ipſius ſtylo congruit. Scopus Reformatorum fuit, ut Regis Galliæ poteſtatem coarctarent.* Idem in Modeſto ſeu Muſeo ſuo pag. 31. adhuc de auctore dubitabat, hiſce verbis eundem laudans: *Egregia autem doctrina famaque præditum, Franco Galliæ ſcriptorem, & qui ſe* Bruti *nomine diſſimulat, ſive* Mornæus *is eſt, ſive* Hubertus Languetus, *quis non miretur.* Dominus *Dietericus* in notis ad A.B. t. 5. pag. 43. quas Oldenburgerus diſc. in Inſtrum. Pacis part. 3. p. m. 5. *ſuccinctas & elegantes* ex vero vocat, ab ejus, tanquam ſeditionibus excitandis apti, lectione cavendum, una cum aliis plurimis Viris doctis monet.

De auctore quidquid etiam ſit: Certe crematum eſſe librum hunc per Carnificem apud Anglos, in recenſione Epiſtolarum *Voſſii* à *Colomeſio* collectarum fidem faciunt Monatliche Unterredungen Ao. 1690. p. 630. Cœterum & Tres memoratos eruditos viros, BEZAM, MORNÆUM & LANGVETUM pro Auctoribus Scripti hujus habitos eſſe docet *Teiſſier* Eloges des Savans Tom. I. pag. 512. Inprimis autem de hac controverſia vide treues Lutherthum pag. 109.— 113. ſub lit. (a) ubi ex *Grotio*, *Bœclero*, *Voetio* multa hanc in rem Auctor affert, tandemque cum Auctore *de l' Avis aux refugiez* (qui eſt *Jurieu*) LANGVETUM ET MORNÆUM ſimultaneos Auctores ſcripti hujus conſtituit. Adde *Acta Erudit. Lipſienſ.* ao. 1692. p. 59. *Deckher.* de Script. Adeſpotis p. 88. quibus addit Dr. *Thurman. Zieglerum* de Jurib. Majeſtat. Exerc. I. §. 17. & Ex. X. §. 44. *Marginalia* autem *Normanniana Bœcleri* Diſſert. Polit. 322. 409. Inſtit. Polit. 104. & *Milton* defenſ. Secund. 134. Rem omnem breviter ediſſerunt *Menagiana* Tomo II. pag. 86. 87. ſub lit. (b) ubi LANGVETO expreſſe hic liber aſſeritur, adde *Baillet* deguiſem. de Auteurs pag. 313. ſub lit. (c) & *Colomies*, Melanges Hiſtoriq. p. 52. In primis autem le projet d' un dictionaire critique pag. 88-101. HOTOMANNO tamen adſcribere hoc ſcriptum contra Tyrannos videntur les *Nouvelles de la Republ. des lettres* du ſeptembre, 684. pag. 151. Aperte Domino de ALDEGONDE tribuit Vindicias contra Tyrannos Petrus *Gartz* Puritaniſchen Glaubens- und Regiment-Spiegels cap. IIX. pag. 210. Vide prolixe *Bayle* Dictionaire peculiari diſſertatione addita Tom. II. pag. 1286. usque 1294. & ante p. 138. incidenter, ut & 284. Extat in Bibliotheca mea tractatus hic *Bruti* ex Zetzneri editione Francofurtana 1622. Quatuor Quæſtionibus diſtinctus cum Prætectatione Cononis *Superantii* Vaſconis, additusque ei *de jure Magiſtratuum in ſubditos*, & *officio ſubditorum erga Magiſtratus*, cui ſubjunctus Quæſtionum & objectionum index. Uterque liber conſtat paginis in univerſum 281. Vide infra Vaſco.

(a) Treues Lutherthum M.D.E.P.P. (i e. Maſii, Doctoris, Eccleſiaſtæ, Prof. Publ. pag. 109. 110. §. 5.

Nachdem dann nun erhellet / was *Beza* von der Gegenwehr der Unterthanen gegen die hohe Obrigkeit halte / wollen wir kürtzlich erörtern/ob *Beza auctor* ſey von dem ſchädlichen auffrühriſchen Buch / genannt: *Steph. Junii Brutii Vindiciæ contra Tyrannos:* Ich weiß woll / daß unter den Gelehrten hierüber viel Fragens und Zweifel geweſen / und daß vielleicht diejenigen *Raiſon* haben / die dieſes Buch einem andern beylegen; Dennoch wird mir woll vergönnet ſeyn derer zu gedencken / die es *Theodoro Bezæ* beymeſſen. *Johannes Philippus Anglus in Reſponſione ad Apologiam* (*Brammali*) *pro Rege & populo Anglicano Londini edita 1652. in 12mo pag. 29.* bekräfftiget mit ausdrücklichen Worten / daß *Beza* der *Auctor Vindiciarum contra Tyrannos* ſey. Wie ich dieſen Ohrt bey dem gelehrten Herrn Placcio *in Catalogo Pſeudonymorum pag. 169.* angemercket finde. Es iſt auch bekandt / daß dieſer *Tractat* des *Junii Bruti ao. 1660.* zu Amſterdam bey *Ægidio Vakenier* unter dem Nahmen *Theodori Bezæ* öffentlich gedrücket/ und wieder auffgeleget worden. Und meinte damahlen der Verleger ſo wol / als andere gelehrte Leute Beweißthum gnug zu haben / umb den *Theod. Bezam* für dem *Auctore* auszugeben. Es wolten es auch einige aus ſeiner Schrifft-Art beſtändig behaupten. Allein der Raht von *Genev*, der wol ſahe / daß es bey groſſen Herrn ihrer *Religion* wenig Vortheil bringen würde/wenn man glaubte / daß dis Buch von einem vornehmen Lehrer ihrer Kirchen geſchrieben wäre/ erinnerte den Raht zu Amſterdam des *Bezæ auctorität* hinführo zu verſchonen. Worauff *Gisbertus Voëtius* den *Bezam* zu *defendiren* ſich unterſtanden / und ließ einen *Tractat* ausgehen / dieſes Tituls: *Diſquiſitio de Auctore Vindiciarum contra Tyrannos, quæ ſub nomine Annii Bruti Celtæ aliquoties typis editæ ſunt. Amſtelodami ao. 1661. ex officina Ægidii Valckenier.* Aber dieſer *Tractat* ging zuerſt ohn des *Voëtii* Nahmen aus. Nachgehends aber hat er ſelbſt ſich dazu bekennen / und ihn ſeinen *Tomis Diſputat. Select. part. 4.* mit einverleiben wollen. Man ſihet aber leicht / daß er ſeine *negativam* ziemlich ſchlecht beweiſe/als zum Exempel. Weil diejenigen dis Buch dem *Bezæ* nicht *attribuiret* haben/ die ſonſt aus ſeinen Schrifften alles auffrühriſche zuſammen gezogen / ſo iſt er auch nicht der *Auctor*. Denn ſonſt würden ſeine Feinde es nicht verſchwiegen haben. Das *Argument* iſt ſchlecht / und wann ich nicht durch andere *Auctoritates* mich überreden lieſſe/daß *Beza* nicht *Auctor* davon ſey / würde ich noch mit *Johanne Philippo, Anglo* gleiche Meynung behalten. Aber es iſt gnug hierüber folgende *reflexion* zu machen. 1. Wo *Beza* nicht der Lehr des *Junii Bruti* hin und wieder in ſeinen Schrifften *favoriſiret* hätte / würde ſich niemand unterſtanden haben / ihn für *Junio Bruto* zu halten. Nun aber

aber iſt zum wenigſten die Gleichheit ihrer *Sentiments* Urſach / daß *Beza* für dem *Auctore paſſiren* müſſen. 2. Iſt auch das zu mercken / daß ob woll *Voetius* und andere dieſes Buch nicht *Bezæ* zueignen / daß ſie es doch einem *Reformirten* laſſen müſſen / und wie es auch gehet / geſtehen / daß dieſe Frucht in *Calvini* Garten gewachſen.

Pag. 112. & 113. §. 7. Ob aber *Beza Auctor* ſey des Buchs / ſo unter den Nahmen *Junii Bruti* ausgegangen / kan uns woll gleich viel thun. Genug iſt es / daß es ohnfehlbar von einem *Refomirten* gemacht worden. Die es *Theodoro Bezæ* beylegen / die beruffen ſich auf *Johannis Philippi Angli* Zeugniß / welcher davon gnugſahm müſſe *informiret* geweſen ſeyn / weil ers ſo ſo deutlich / und ohne allen Zweiffel bejahet. Sie beruffen ſich auch auf die offentliche *Edition*, die zu *Amſterdam Anno* 1660. den Nahmen *Theodori Bezæ* führet. Sie beruffen ſich auf die Gleichheit des *Styli*, meynen *ex ungue Leonem* zu erkennen.

Sie führen an / daß *Beza* als ein *Exul* aus Franckreich wider des Königs in Franckreich *Auctorität* aus Haß geſchrieben / und daß Er in der *Republique Genev* den *Eſprit Republiquaire* nicht verbergen wollen.

Das ſagt *Bœclerus in annot. ad Grot. de J. Belli & P. cap.* 4. §. 6. kühn heraus: *Scopus Reformatorum fuit, ut Regis Galliæ poteſtatem coarctarent*: Das Abſehen der Reformirten in dieſem Buche ſey geweſen / daß ſie die Macht des Königes in Franckreich einſchrencken möchten; ob wol ſonſt *Bœclerus* in der Meinung iſt / daß *Hubertus Languetus* ein Reformirter Frantzos dieſes aufrühriſchen Buchs *Auctor* ſey. Welches ihn ohnzweiffel *Voetius* überredet hat. *Grotius* aber in ſeinem *Apologetico adverſus Rivetum* hält *Mornæum* für dem rechten *Auctore*, und *Boeclerus* ſtehet an einem Orte ſelbſt an / ob ers dem *Mornæo*, oder *Langueto* beylegen ſoll. Und *Colomeſius* in ſeinem *Recueil de partularites*, ſtreitet mit ſich ſelbſt / ob ers *Mornæo* oder *Langueto* beylegen ſoll: *je le donnerois Volontiers a Monſ. du Pleſſis dit il &c.* Aber dieſen ſtreit hat *D' Aubigne Tom. 1. pag. 124.* und *170.* dadurch aufgehaben / daß er ſagt / *Languetus* ſey zwar der *Autor* des Buchs / *Mornæus* aber habe es herausgegeben / woraus denn der *Autor* des *Avis aux Refugies pag. 206.* ſagt: *Il ſe trouve ſelon les diſpoſitions du droit Romain, que ce livre peut eſtre attribué a deux auteurs ſcavoir à du* Pleſſis Mornai *&* à Hubert Languet, *les deux perſonnes, qui par leur naiſſance, par leur Scavoir, par leur eſprit, par leur plume, par leur zele, & par leur continuelles negotiations en faveur de la cauſe, s' eſtoient acquis la plus grande autorité parmi vous.* Der *Auctor* aber ſagt darum / *ſelon diſpoſitions du droit Romain*, weil das *Jus Civile* den *Editorem* eines *Infamen*-Buchs ſo wol / als den *Auctorem* ſelbſt / ſchüldig hält.

(b) Menagian. Tom. II. p. 86. 87.

*Le Roy qui a le ſens plus juſte qu' aucun autre de ſon Royaume, approuva la remarque & changea ſa Lettre. Cela eſt beau pour un Prince.*

*C' eſt un excellent Livre que les* Lettres de Languet. *M. Languet étoit Conſeiller au Parlement, & homme de grand mérite. C' eſt lui qui eſt Auteur d' un Ouvrage admirable intitulè :* Vindiciæ Regiæ contra Tyrannos. *Il fit ce Livre pour defendre la Cauſe d' Henry IV. Comme il y alloit de la vie de s' en declarer Auteur, il prit ſi bien ſes meſures avec ſon Imprimeur, & le ſecret fut ſi bien gardé par l' intéreſt qu' ils y avoient l' un & l' autre, qu' on ne ſcut que long-temps aprés la mort de M. Languet, que ce livre êtoit de lui; & l' Imprimeur qui dêclara qu' il l' avoit imprimè aprés la paix faite, dêcouvrit auſſi au Roy Henry IV. comment la choſe s' êſtoit paſſée.*

(c) Baillet Deguiſemens des Auteurs pag. 313.

*On peut rapporter aux matieres de la Politique le fameux maſque de* Junius Brutus, *dont s' eſt couvert* Hubert Languet, *pour ecrire contre le gouvernement Monarchique, parce qu' il ſemble avoir voulu ſe revêtir du Caractere Republicain des deux celebres Brutus, qui ſe ſont ſoulevez l' un contre les Tarquins, & l' autre contre Ceſar.*

---

(485) JUNIUS BRUTUS POLONUS. Hoc nomine extant *Vindiciæ pro Religionis libertate* Elevterop. 1650. in 8vo. quas *Caſaubono* tribuunt *Acta Eruditorum Lipſienſ.* Anno 1694. pag. 162. ſub lit. (a) BUCHANANO autem *Acta Eruditorum* An. 1684. p. 22. (aa) & cum iis Mich. *Piccartus*, qui hoc exemplari ſuo, quod penes *Daumium* eſt, propria manu ſua adnotavit, ut refert laudatus Daumius ad me Mſc. epiſt. ſub dat. 10. Octob. 1677. CRELLIO, Scriptori de grege Socini decantatiſſimo aſſerit judicio Virorum fide digniſſimorum *Cave* epiſtola mihi ſcripta ſub dato 8. Iduum 10bris 1676. Cui adde le *Projet d' un diction. Critique* p. 112. ſub lit. (b) Certe LANGUETO hunc tractatum abjudicat Sorbiere, ut patet ex Vita ejus p. 17. & *Sorberianis* p. 29. ſub lit. (c) (d) Adde *Bayle* Dictionaire. addit. Tom. II. 1292.

(a) Acta Erud. Lipſienſ. An. 1694. pag. 162.

*Aliquot ante mortem annis cœperat vertere librum* Crellii Sociniani, *quem magni æſtimabat, de* cauſis mortis Chriſti, *& cœperat quoq; Hiſtoriam Eruditorum ſcribere. Sed deſtitit propoſito; quemadmodum etiam neſcitur, quorſus devenerit Tractatulus ejuſdem* de pace & concordia inter Chriſtianos concilianda, *ut & verſio libri anno 1637. impreſſi ſub titulo:* Junii Bruti Poloni Vindiciæ pro Religionis libertate *cujus autor tantum abeſt ut ſit* Hupertus Languetus, *ut ſit potius continuatio Tractatus de Libertate Eccleſiaſtica anno 1607. excuſi, cujus autor extra controverſiam omnem eſt* Caſaubonus, *ipſomet teſte Epiſtolarum ſuarum 539. editionis Hagenſis.*

(aa) Acta Erudit. Lipſienſ. an. 1684. pag. 22.

*Objecerat autem Arnaldus (is enim eſt, quem deſignat, quemq; tandem, capite ultimo aperte nominat) Reformatis libros Buchanani & Paræi, tum qui ſub nomine Junii Bruti, & ſine nomine ſub titulo, de jure Magiſtratuum in ſubditos & ſubditorum officio erga Magiſtratus, editi dudum fuerunt.*

(b) Projet d' un Diction. Critiqu. p. 112.

*Au reſte* Languet *n' eſt pas le ſeul qui ſe ſoit caché ſous celuy de Junius Brutus. Le Fameux* Socinien

Crellius

Crellius *l'a fait auſſi dans un livre ſur la* liberté de Conſcience. *Le Catalogue de la Bibliotheque d'Oxfort en fait mention en cette maniere : Junius Brutus Polonus : Vindiciæ pro Religionis libertate; & nous renvoye a Val. Magnus.*

Ib. *La Méme* Biblioth. *des* Anti Trinit. *qui apprend p. 117. que* Crellius *a ecrit ſous le nom de* Junius Brutus.

(c) Sorberianis *præfixa* Graverolii *Vita de Sorbiere. p. 17.* Junii Bruti *Poloni* Vindiciæ pro religionis libertate. *Ce livre n'eſt pas comme quelques uns ont crû du Sçavant Hubert* Languet, *quoi qu'il ſe ſoit autres fois deguiſé ſous ce nom là en ſes Vindiciæ contra Tyrannos.*

(d) Ibid. p. 29. *Junii* Bruti *Poloni Vindiciæ pro religionis libertate Eleutheropoli 1637. Hunc* libellum auro contra non carum *in Gallicum ſermonem tranſtuli* ( Mr. Sorbiere ) *a quibusdam amicis meis latinæ linguæ ignaris rogatus.*

---

(486) BRUXELLENSIS Collegii Rhetorum S. J. nomine, *Lacrumas in obitum Sereniſſimæ Hiſpaniarum Reginæ, Margaritæ Auſtriacæ, cum Oratione funebri* 1611. edidiſſe *Jodocum* ANDRIES, Jeſuitam Belgam, teſtatur *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. p. 588. & *Alegamb.* Bibl. Jeſ. p. 280.

Adde etiam *Sotvellum* Bibliothec. Script. Soc. Jeſu p. 517. a.

---

(487) BUCCABELLA où BOCCABELLA. *Stephanus* COSELINI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez. p. 537.

---

(488) Noa vel Lothus BUCHOLTZERUS. Quod hujus nomine proſtat *Carmen de Matth. Flaccio Illyrico* ſcripſiſſe fertur *Georgius* SABINUS ut ex Petro *Albino* in Vita Sabini recenſet *Symbola Rauſchiana.*

---

(489) BUDDAS. TERBINTHE où TEREBINTE. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 538

---

(490) *Claus* BUER : BADO Minenſis. Baillet, liſte p. 538.

---

(491) BULIFON, *Antonio : Pompée* SARNELLI. *Baillet.* p. 538.

---

(492) Johanne Antonio BUMALDO, Bononienſe Collectore, quæ prodiit *Bibliotheca Botanica*, ſeu *Herbariſtarum ſcriptorum promota Synodia, cui acceſſit individualis graminum omnium, ab auctoribus hucusque obſervatorum, numeroſiſſima Nomenclatura.* Bononiæ typis hæredis Bonatii 1657. in forma minima 24. Liber ut mole, ita non tam uſu exiguus. Ejus auctorem verum eſſe *Ovidium* MONTALBANUM, Senatorem & profeſſorem Bononienſem, cognovi ex Civis Amicique mei doctiſsimi Domini *Martini Fogelii* Ph. & Med. Doctoris, exemplari, quod dono auctoris modo nominati ad ſe perveniſſe, in fronte notaverat.

Confirmat hoc la *Viſiera* Alzata Hecatoſtes num. LXXXII. p. 80. 81. ſub lit. (a) cui adde *Bailletum* liſte des Anteurs degviſez. p. 538. De Thoma *Bartholino* idem dicente in Præfat. ſuarum de Medicina Danorum domeſtica diſſertationum refert *Symbola Normanniana.*

(a) Villani Viziera alzata pag. 80. 81.

LXXXII. OVIDIO MONTALBANI. *Soggetto benemerito della Patria, e della Republ. letteraria, oltre li parti col vero altri ne publicò con nome ſuppoſto.*

Mineralia Bonon. Civium Anademata *ſeu* Bibliotheca Bononienſis, *cui acceſſit* Antiquorum Pictorum, & Sculptorum Bonon. *Breuis* Catalogus *Collectore Io. Antonio Bumaldo C. B. C. & Equ. Bononiæ Typis H. Victoris* Bonatii *M. DC. XLI. 24.*

*In queſto breue* Catalogo *ſon notati in* Compendio *gli Scrittori e di Pittori Bologneſi. De Pittori dalla Famoſa Penna dal Conte* Carlo Ceſare *Canon. Malvaſia ne ſono deſcritte badialmente le Vite : e doue il* Montalbano *ſi dimenticò del Gran* Giouannino *da* Capugnano *li cui pennelli illuſtrano le più famoſe Galerie, non manco di quello ſi faccia nelle più conſpicue librarie l'Oceano imboſchito di Giacomo Maria da S. Remo; Il Malvaſia lo deſcrive qual' era : e doue il primo fù encomiato dal famoſiſſimo, e Pittore, e Poeta* Leonello Spada, *il S. Remo ne ottenne un Panegirico nello ſtile di Marco Lamberti, da Madama* Camilla Bertinelli, *Conſorte di Monſieur* Ludovico Martini *Sirena innocente del Paglione. E de gli Scrittori ſcrive, e ſcrivera il non men gentile che eruditiſſimo* Conte Valerio Zani, *e fin d' hora sò hauere alla medeſima aggiunti ſopra C.C. Scrittori, alli quali andaranno aggiunti gli Epitaffi, ne mancheranno all' Opera gl' Indici neceſſarii.*

---

(493) *Edmundus* BUNNEY, Collegii Mertonenſis aliqvando ſocius, immutata forma Proteſtantium uſui accommodatum edidit tractatum ſub nomine ſuo qui ſub Roberti PARSONII vulgo PARSONS nomine extat, inſcriptus *directorium ad Chriſtianam fidem, ſeu Reſolutio.* Qvanquam nec ille revera Perſonii eſt, ut exponit *Wood* Antiqvitat. Oxonienſ. lib. II. p. 78. b. ſub lit. (a) Operis Ichnographiam *Ludovico de* GRANADA, compoſitionem M. BRINCKLEJO adſcribi docens. At *Alegambe & Sotvel.* librum *Perſonio* tribuunt, de Pſeudonymis autem nihil addunt.

(a) Wood. Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 78.

*Directorium ad* Chriſtianam *fidem, ſeu reſolutio, lib. I. extat* Anglice. *1585.*

*Hoc ille libro magnam ſibi famam cumulavit, idque non tantum apud Pontificios, verum & Proteſtantium doctiſſimos; quam tamen, ne mentiar, haud usq; adeo promeritus videtur, cum aliorum unice inventa collegiſſe, inque Linguam Anglicanam transfudiſſe compareat; quamvis vel eo nomine laudandus ſit, quod Collectanea illa probe tranſtulerit, & caſtigata brevitate, ſtylo eleganti, methodoque ſingulari compegerit.* Operis Ichnographia, *cum univerſa pene materia, Ludoviſio* de Granada *tribuitur, immo ejusdem compoſitionem Magiſtro* Brincklejo *adſcribunt nonnulli. Hunc autem, ut opinor, Librum, immutata forma Proteſtantium*

*tium uſui accommodatum ſub nomine ſuo edidit Mag. Edmundus* Bunney, *Collegii Mertonenſis, aliquando ſocius.*

BUONARDO v. *Savi.*

(493. a) BUONCHIER : *Cherubin* BOZZOMO. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 538.

BURANUS v. *Fannius.*

(494.) BURCHARDUS. Epiſcopus Wormatienſis. Ejus nomine veniunt *Collectiones Canonum*, quas OLBERTO potius, Abbati Gemblacenſi adſcribendas eſſe judicat *Strauchius.* Amœnitatum Juris Canonici Eclog. I. c. VI. p. II. 12. ſub lit. (a)

(a) Strauchius Amœnitat. Jur. Canon. Eclog. I. c. VI. p. 11. 12.

*Poſt hunc ſecutus eſt* Burchardus, *(Wormacienſis Epiſcopus, quem Itali Brocardum appellant (Et inde* Brocardica *volunt dicta, id eſt, regulas canonicas, quas Damaſus vetus. Juris Canonici Doctor conſcripſiſſe dicitur, & Petrus Salunus Aquilius recognovit ex Manuſcriptis exemplaribus, qui in præfatione libelli ita ſcribit: Burchardica inſcribuntur à Burchardo Epiſcopo Wormacienſi, qui primus ea tempeſtate cœpit jus Pontificium ad Generales quasdam theſes revocare. Quem exterorum plerique originationem verbi ignorantes, corrupte Brocardam & Brocardum appellant. Sane Burchardicas ejusmodi regulas non dubitat appellare Cujacius in præfatione ad conſultationes ſuas) Henrici IV. Bavari Imp. temporibus, ut habet Sigebertus ad annum 1008. ſimile opus compilavit continens libros viginti, ſecundum ordinem non temporum, ſed materiarum diſtributum. Quibus ſuppoſititias primorum Pontificum Epiſtolas, cum ſelectis ex Auguſtino, Hieronymo, Gregorio & Iſidoro locis abjicit, plurima autem Reginoni ſubduxit. Vide Cenſores Gregorianos, præfatione recognitionis ſuæ, & P. Gregor. paratit. Jur. Can. tit. 1. num. 12. Dn. Steph. Baluz. præfat. ad Aug. emendationes. §. 18. ubi addit: In libro de geſtis Abbatum Gemblacenſium auctorem collectionis Burchardicæ non eſſe Burchardum, ſed Olbertum, Abbatem Gemblacenſem, quo dictante & Magiſtrante Burchardus magnum illud volumen canonum congeſſit. Videatur Sigebertus ad annum 1008. & libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, c. 142.*

DA BURDE v. *Tonſo.*

BURGHIL v. *Aben.*

(495.) *Franciſcus* BURGKARDUS. Nomen ejus præſcriptum gerit ſcriptum, quod *Autonomia* inſcribitur, edit. Monac. 1602. in IVto Autorem verum hujus tractatus eſſe ERSTENBERGERUM ex *Poſſevino* referunt *Olearius* epiſt. ſub dato 26. Jun. 1676. Halæ Saxon. qui hunc in finem allegat *Parthen.* litigioſum [vide lib. 1. cap. 6. num. 9.] & juſtum *Springer.* tract. de Pace religioſa, & *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 209. 210. ſeqq. Qui tamen ſimul addit à *Limnæo* & *Oldenburgio* tribui *Andreæ* GAILIO. Nihil de his duobus, utri debeatur, ſtatuit *Bœclerus* Notit. Imper. lib. 12. c. 5. pag. 224. Ad Erſtenbergerum magis inclinat *Obrecht* in Collegio MS. ad hunc Bœcleri lib.: ita tamen ut credat potius totum Collegium Jeſuitarum hic operas ſuas contuliſſe. Vide *Symbolam Dornianam* ſub lit. (a) Citat quoque *Tileman.* Diſc. Philol. de Hiſtor. delectu, in teſtimonium *Symbola Normanniana.* Adde *Eyben* ad Magiri Eponymol. pag. 96. 97. (b) Creditur hic Erſtenberger vulgo Cancellarius Colonienſis, ſed Dorſcheus in Anticriſi Theol. oppoſita Judicio Theologico pag. 249. vocum perſonatum, revera ERNSTENBERGER Secretarium Aulæ Viennenſis, vid. not. ad pag. 10 num. 19. ſupra cit. Schütz Jur. publ. pag. 155. Maximiliani. II. Imperat. Secretarium dicit *Thurman.* vide. *Deckher.* Conſultat. de pace religioſa p. 10. Male hic liber audit *Theologis Lipſienſibus in Præfatione ad Matthiæ Hoë* Evangel. Hand-Büchlein circa finem. Ipſe liber folio Plagularum 485. in tres Partes diſtinctus eſt, quarum Ima continet c. VIII. (II) cap. XXXIX. (III) cap. XLII. Adjecta in fine Summaria cum indice. Oppoſitus eſt ei liber Domaren. à *Disſingas* von der Autonomia contra Burchardum. Ernſtling. 1610. in 4to vide Lipen. Biblioth. real. Jurid. p. 32. b. *Ernſtenbergeri* aut *Erſtenbergeri* plane non meminerunt *Alegambe* & *Sotwel* in Biblioth. Scriptorum Societ. JEſu.

(a) Symbola Dorniana.

*Franciſci* Burchrdi *Autonomi:* gedruckt zu München, *1602. in 4to.*

*Ulricus* Obrechtus *in Collegio MSto ad J. H.* Bœ*cleri Notitiam Imperii Lib. V. c. 2. pag. 70. Huc pertinet Franciſci Burgkardi ſive potius Jeſuitarum Colonienſium Tractatus de Autonomia.*

*Idem poſtea ad d. notit. Lib. XII. cap. 5. p. 171. Auctor ille prætulit nomen Franciſci* Burgkardi *ICti Colonienſis, conſtat autem non eum eſſe autorem; hinc alii* Andreæ Gailio; *alii vero* Erſtenbergero *adſcribunt. Edita eſt poſtea contra hanc Autonomiam* Anti-Autonomia *ſive refutatio Autonomiæ Colonienſis.*

*Idem* ad inſtrum. Pacis Osnabr. *Art. V. §. 17. v. 6. Utriusque religionis Magiſtratus ſevere &c. prohibitæ ſeditioſæ conciones & ne ſcriberentur contra Tranſactionem Paſſavienſem, Pacem religioſam, & hoc nominatim inſtrumentum Pacis, libri aut ſcripti foverentur; cujusmodi hic ſingulariter innuuntur (1.) Autonomia Burgkardi, cujus autor fuit Jeſuita Colonienſis* Erſtenbergerus, *aut totum Collegium Jeſuitarum.*

(c) Eybenius ad Magiri Eponymolog. pag. 9697.

*Famoſus & perſonatus ille Burghardus autor, ſeu potius compilator (Paurm. 2. de jurisdict. 2. n. 66.) Autonomiæ; ſive ille Andreas* Erſtenberger *Cæſ. quondam Secretarius intimus, quod Poſſevinus jeſuita cum Ungersdorffero & multis aliis exiſtimat, ſed Hortlederus non admittit; ſive is Andreas Gailius ICtus, quod Wæremundo ab* Ehrenberg *placet, ita dicenti:* Daß Andr: Gayl und Erſtenberger viel in dem Buch geflicket haben &c. *ubi tandem ſubdit, quod Gailius potius ſit ejus libri Author; ſive tandem fuerit Franciscus Burghardus, & Archi Epiſcopi Colonienſis olim Cancellarius, quæ opi-*

*nio fere communis eſt, quam ipſa etiam libri inſcriptio confirmat. Corn.* Crull. *Vindic. Maurit. num. 35. add. num. 44. ubi plura ipſius* Autoris *, ſcilicet , encomia, recitantur.*

(495.α) Sebaſtiani BURGENSIS nomine , *Rhetoricam* impreſſam , dedit *Sebaſtianus* MATIENZUS , Jeſuita Burgenſis , Hiſpanus, cognominis ſui mentione omiſſa, prænomine & patria tantummodo, memoratis, uti refert accuratiſſimus Jeſuiticorum laborum collector, *Alegambe* p.420.

Vide & continuatorem ejus *Sotwellum* Bibl. Script. Societ. JEſu pag.736. b. ubi & alius ſcripti alieno nomine emiſſi meminit, aſſumptam tamen Auctoris perſonam reticet. Eadem habet *Witte* Diar. Biograph. anno 1644. d. 14. Martii.

( 496. ) BURGHESIUS , *Scipio : Jean* BRICCIO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p.538. Edito eſt illo nomine *Speculum miſeriæ Humanæ. Witte* Diar. Biogr. p.II. ao. 1646.

(497.) *Thomas* DE BURGILLOS Perſona eſt *Fel.* LOPE DE VEGA , ſub qua tractatus duos publicavit (I) *Rimas humanas y divinas*, & (II) *la Gatomachie.* vid. *jugemens des Scavans Tom.* IV. par. 4. pag. 85. num. 1428. ſub lit. (a) Nihil hac de re memorat Nicol. Antonius in Biblioth. Hiſpanica.

(a) Jugements des Ouvrages des Scavans (Bailleti) Tom. IV. part. 4. pag. 85. num. 1428.

*Au reſte, il eſt bon d' avertir le Lecteur, que lorsque* Lopé de Vega *vouloit écrire des plaiſanteries & des bouffonneries , il ſe cachoit ſous un nom emprunté: c' eſt ce qui a fait, qu'on a attribué à un fantôme appellé* Thome *de* Burgillos *un volume de Poeſies, ſous le titre de* Rimas humanas y divinas *qui eſt de* Lopé*: & il eſt conſtant auſſi , que c' eſt luy , qui a composé ſous le même nom la* Gatomachie , *ou le* combat des chats , *qui a paſſé ſur le ventre à tout ce qu' il y a eu d' ecrits en ce genre, depuis ſon temps jusqu' à la* Ba*trachomyomachie d' Homere.*

(497.α) *Jonæ* LE BUR , quem cum inſigni elogio Bochartus Hierozoic. Tom.II. 3.C.6. pag. 770. citat; nomine editi ſunt *Commentarii in Apocalypſin.* LAUNÆUM auctorem habent, ut indicat Anonymus Scriptor libri, Amſt. 1687. 12mo editi, cui tit. *Eclairciſſements ſur l' Apocalypſe de S. Jean, in præfationis* fine. Non dubito , hunc ipſum illum *Petrum* LAURÆUM eſſe , quem Stephan. Gauſſenus, doctiſſimus Salmuriens. Theologus in Diſſert. Ultraj. Anno 1678. 12mo editis pag. 32. ad annum ætatis nonum ſupra octogeſimum aſſiduum in literis fuiſſe ſcribit, eumque inter optimos Scripturarum interpretes numerat.

(498.) Philippi Andreæ BURGOLDENSIS nomine impreſſa *Notitia Imperii* , ſive *Diſcurſus Juridico-Politico-Hiſtorici, ad Inſtrumentum Pacis Osnabrugo Monaſterienſis*, primum in 8. deinde ſecunda vice cum augmentis , cura & ſtudio Warmundi von Friedberg, Freiſtadii apud Æmilium Verum 1669. in 4. recuſa , quod auctorem habeat Dn. *Philippum Andream* OLDENBURGERUM, ex *Relfendſo* , perſonato itidem inferius detecto, cap.5. pag. 67. probat Dominus *Geislerus* dec. 2. num. 6. hac occaſione , de auctoritate perſonatorum ſcriptorum alleganda, erudita quædam adſpergens. Idem fama publica nominumque affinitas , quæ non ſerio latitare voluiſſe auctorem facile probat, plerisque, mihi vero etiam Cognatorum meorum Excellentiſſimi alicujus teſtimonium privatum , qui ex litteris ipſius hoc intellexerat , notum fecit. Ejus *cenſuram* , *defenſionem*, *& additamenta* tangemus infra , ad nomen *Franciſci Irenici.*

Editio hujus libri II. a *Waremundo* Aucta in tres Partes diſtincta eſt , quarum I. Diſcurſus XXXII. p. 531. II. Diſcurſus XXII. p. 251. III. Diſcurſus XIX. pag. 136. continet. Subjecta ſunt operi (I) Excerpta Hiſtorica. (II) Juris Publici. III. Juris Privati IV. Politica. V. Theologica VI. Catalogus Auctorum Clariſſimorum in opere laudatorum; denique Errata Typographica.

(499.) BURINUS, *Petrus :* FLORENT *Chretien*, douteux. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 538.

( 500. ) BURNETI nomine edidiſſe WARTHONEM Presbyterum Eccleſiæ Anglicanæ ſcriptum ſub titulo: *A ſpecimen of ſome errors aud defects in the Hiſtory of Reformation of the* Church *of England;* Wrote by G. Burnet D. D. novv Lord Biſhof of Sarum. By Anthony Harmer. London. 1693. in 8. pag. 199. Vid. *Hiſtoire des Ouvrages Tom. III.* May 1693. pag. 524. ſeqq ſub lit. (a)

(a) Hiſtor. des Ouvr. des Sçav. Mai 1693. pag. 524.

*Il paroit icy à Londres un petit livre Pſeudonyme contre l' Hiſtoire de la Reformation de Mr.* Burnet *Eveque de Saliſbury. En voicy le titre:* A Specimen of ſome errors and defects in the Hiſtory of Reformation of the Church of England. Wrote by G. Burnet D. D. novv Lord Biſhop of Sarum. *By Anthomy Harmer. London 1693. in 8vo pag. 199. On croit que le veritable Auteur eſt* Mr. Warthon *Pretre de l' Egliſe Anglicane, & ſi je ne me trompe le même qui a publié* Anglia Sacra.

(501.) Alberti BURONZI nomine ſcripſit italice *Praxim recte meditandi*, Romæ ad Bartholomæum Zannettum 1609. in 16. *Nicolaus* BERZETUS, Jeſuita Italus , docente *Alegambe* pag. 348.

Adde Leonem *Allatium* de Apibus Urbanis pag. 198. & *Sotwell.* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu pag. 624. a. qui addit latinam hujus Scripti verſionem prodiiſſe Coloniæ apud Kinckium 1658. Perſonatumque prænomen addit *Joannem Albertum* Buronzi. Vide Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 538.

(502)

(502.) Joſephi BUSONI nomine vero Jeſuita Italus alius, *Joannes* RHO, Mediolanenſis, *eodem* p. 269. teſtante, ſcripſit: *Martyrium trium Beatorum è Societate JEſu, Pauli Michi, Joannis Goto, Jacobi Ghiſai, Japonum crucifixorum.* Florentiæ apud Simonem Ciottum 1628. in 8.

Adde *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu pag. 496. a.

---

(503.) *Nectarius* BUTYROLAMBIUS, edidit Scriptum cui titulus: Der Bücher-Dieb *Antenors* abgefertiget / eſt cujusdam non Medici, ut fert Titulus, ſed Theologi, eo, contra quem prodiit ipſo ſic judicante Dr. *Schuppio*, apud *Mollerum* Iſagoges ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbr. Eccleſ. & literar. univerſ. part. IV. p. 592. ſeqq. ſub lit. (a) Idem *Mollerus in Symbola* transmiſſa Theologum Hamburgenſem D. Jo. MOLLERUM Auctorem eſſe conjecerat hujus ſcripti jam antea.

(a) Mollerus Iſagoge ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbr. Eccleſ. & literar. univerſ. part. IV. p. 591. ſeq.

*A. 1658. Admonitioni illius ad Bibliopolas, Meletemata ſua ſe inſcio, divulgantes, Vernaculæ* (dem gewarneten und ermahneten Bücher-Dieb / ) *oppoſitus eſt typis, uti inſcriptio jactat,* A*mſtelodamenſibus, libellus famoſus, iterato recuſus, ſed a Senatu vendi prohibitus:* Der Bücher-Dieb *Antenors* empfangen und abgefertiget / durch *Nectarium Butyrolambium (97) Autor illius* Ψευδώνυμος *non, uti ipſe fingit, medicinæ fuit Doctor, & in civitate Amſtelod. Practicus, ſed potius Schuppii (98) atque aliorum judicio, Theologus e Phariſæorum cætu* Ψιλοπρωτεύων καὶ κώνωπας διυλίζων (ein hochtrabender Phariſäiſcher Mückenſäuger) *inter Lumina mundi locum ſibi ipſi vindicans haud poſtremum. Admodùm ille furioſe atque impotenter in Schuppii famam debacchatur, & præjudiciis ſuis ita indulget, ut liberalitatem etiam, Divitiarum contemptum, aliasq; virtutes, laude ac imitatione omnium ſacri ordinis Hominum digniſſimas, vitio ei vertere non dubitet. Oppoſuit Schuppius huic calumniatori:* 1. Die *Relation* auß dem *Parnaſſo* der Verfolgung *Antenors* durch *Nectar. Butyrolambium,* oder vielmehr *Stercorilambium:* Wolffenbüttel 1658. *in 12mo:* Calender an ſeinen Sohn: *Ib.* 1659. *in 12mo:* 3. Eilfertiges Send-Schreiben an den Calendermacher in Leipzig: Altona 1659. 12. 5. Abgenöhtigte Ehren-Rettung wieder *Nectar. Butyrol.* an den Raht zu Hamburg: Leipz. 1660. *in 12mo. Minatus inſuper eſt aliud ſcriptum adverſus eundem Satyricum, ipſo titulo* Ψευδώνυμον *hunc Scriptorem* εἰρωνικῶς *perſtringens:* Prüfung des Geiſtes *Nect.* Butyrolambii *(99) in Appendice Scriptorum ejus Vernaculorum Hanovienſi Adoptiva duo exſtant amicorum Schuppii pro ipſo, contra Butyrolambium, Meletemata, quorum alterum* (die Unſchuld *Antenors* gewieſen von einem Bekandten doch Unpartheiſchen ) *Miniſtrum quendam Principis Germanici Aulicum, teſte Schuppii filio* (100), *agnoſcit Autorem; alterum autem* ( etwas neues vom Lobe und Redlichkeit *Antenors* ) D. Joh. Mullero, *Presbyterii Hamb. Seniori eſt inſcriptum.*

---

(504) BUXTORFFI *Johannis Synagogæ Judaicæ traductio Latina,* ex Germanica, eſt *Davidis* CLERICI. Profeſſ. Hebr. Genevenſis; ſubinde tamen à BUXTORFFIO FILIO interpolata. v. *Buxt.* Præf. Synag. 16. 18. *Symbola eſt Normanniana.*

* * *

# C.

(504)

CAſpari CABALLINI de Cingulo, JCti Picentis nomine edita reperiuntur

I. *Tractatus Commerciorum & uſurarum, redituumq; pecunia conſtitutorum, & monetarum: cum nova explicatione l. eos D. de uſur. l. periculi precium ff. de nautico fœnore, & omnium legum uſurariarum, multarumq; Legum & Canonum, nativo nove detecto intellectu.* Venet. 1576. in fol. & Colon. Jo. Gymn. 1577. in 8. Quæ editio auctorem *Carolum* MOLINÆUM præfert, recognitorem vero Caballinum, ſed cujus dedicatio *Caballini* nomine Venet. 1575. data, facile indicat, hunc pro auctore venditatum primo fuiſſe. Extat & ſub nomine Caroli Molinæi opus idem, Pariſ. Lugd. Colon. recuſum, ut & ibidem, v. *Draudium* p. 672. Bibl. Claſſ. Juridicæ.

II. *Conſilia, cum Felini Sandæi Conſiliis* Venet. 1582. fol.

III. *Tractatus dividui & individui, cum Analytica, tam in Theoria quam in praxi, declaratione omnium legum ejus materiæ.* Venet. 1576. 4.

IV. *De Evictionibus, cui acceſſit libellus de ædilitiis actionibus.* Ven. 1571. in 8. & Col. 1574. 1615. cum *tractatu de Emptione & Venditione* Fabiani de Monte S. Sabini & Franciſci Zoannetti.

V. *De eo quod intereſt. Acceſſit brevis ejusdem diſcuſſio de inofficioſis teſtamentis, donationibus, & dotibus. Diſcutitur etiam quæſtio de donatione, in contractu Matrimonii celebrata* Venet. 1574. in 8. Col. Gymn. 1597. in 8. Idem ſub nomine Caroli MOLINÆI, Lugdun. 1597 in 8. recuſus.

VI. *Millelequium Juris, opus Miſcellaneum ex omni facultatum genere collectum, in quo notabilia dicta, ſingulares deciſiones, abſtruſi legum intellectus, miro artificio explicantur*, partibus 2. Venet. 1575. fol. Hunc Caballinum eſſe *Carolum* Molinæum, Juriſconſultum ſummum, cujus alia ſcripta ſuo nomine publicata, multa habemus enumerata per *Geſnerum* p. 115. edit. Simleri, teſtatur *Goddeus* in Vol. 4. Conſilior. Marpurgenſium 27. n. 101. & conſ. 50. n. 114. & ex eodem *Eberh. Faber* in *Gailii* lib. 2. obſerv. 5. ſect. 1. p. m. 63.

Adde his *Teisſier.* Eloges des ſavans tom. I. p. 297. 298. 299. ubi tam quæ ficto quam vero nomine prodierunt ſcripta *Molinæi* recenſentur; & generaliter additur, eum omnium eorum eſſe Auctorem, quæ Caballinum præferunt. Qvod & confirmat *Index librorum prohibitor.* juſſu *Alexandri* VII Rom. 1667. edit. p. 53. a. Inter qvos merito refertur Tractatus de Uſuris, quem erronee MONNERO tribuit Jeſuita *Jo. de Salas* in Thom. Aquin. de Contractibus tit. de Uſur. Interim hoc ei accredere poterimus bona fide, qvod prohibitum hunc librum a Pontifice, Caballini nomine indutum in fraudem illius Pontificiæ prohibitionis, ſolita ludificatione proditum deinde refert. vide Indicem lib. proh. Claſſ. 1. p. 18. b. Imo peculiaris ejus aliorumque *librorum Molinæi* prodiit *Cenſura* juſſu Papæ Clementis VIII. Romæ 1602 in 4to conſtans 6. plagg. ubi Impius Molinæus vocatur, de quo titulo vide *Bailletum* deguiſem. des Auteurs p. 491. & 492. ſub lit. (a) & fuſius *Teiſſier.* Eloges des ſavans Tom. I. p. 295. 296 297. ſub lit. (b) adde Thomam *Hyde* in præfatione in Catalog. Biblioth. Bodlejan. qui in Catalog. p. 122. b. ſex citatis Caballini nomine libris adhuc addit (VII) Tractatum *de Ædilitiis actionibus* Venet. 1584 & (VIII) *Gloſſas ad Ægidianas* Conſtitutiones Venet. 1571. Vide tamen, qvæ hic monet *Toppi* Bibliotheca Neapolitana p. 342. b. & 343. a. Tractatum de Uſuris Molinæi nomine citat *Wiſſembach.* Diatribe de Mutuo, eſſe Alienationem, diſput. III. §. XVII. qui & ad l. un. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, p. 154. indicat huic Molinæo à librariis Pontificiis Caſparis Caballini nomen eſſe inditum. Addit *Margo Maſtrichtianus* Gœddeum vol. 4. Cons. Marp 27. n. 101. & Cons. 50. n. 114. Item Eberh. *Fabrit.* in repetit. Garl. lib. 2. Obs. 5. ſect. I. pag. 113.

(a) BAILLETUS degviſem. des Auteurs pag. 491. & 492.

*Je ne veux pour exemple que celuy de l' un des plus celebres de nos Avocats, qu' ils affectent d' appeller par tout l'* impie du Moulin. *Ses Ouvrages ſont deteſtables ſous le nom de* Molinæus, *mais ils ſont excellens ſous le nom de* Gaſpar Caballinus de Cingulo. *Il n' eſt plus impie dés qu' il ne s' appelle plus* Du Moulin.

(b) Teiſſier Eloges des Scavans Tom. pag. 295. 296. 297.

*Mais ſi* Du Moulin *a eté extraordinairement ſcavant, on a remarqué qu' il n' avoit pas moins de vanité que de ſcavoir. C' eſt pourquoi un des plus beaux Eſprits de notre ſiecle a dit de bonne grace de lui* : Certes ce Maitre Charles Du Moulin fait bien le Maitre, lors qu' il ſe nomme le Docteur de la France & de l' Allemagne, & qu'il met en tête de pluſieurs Conſultations imprimées: Moi qui ne cede à perſonne, & à qui perſonne ne peut rien apprendre.

*Son Commentaire ſur la* Coutume de Paris *eſt le premier fruit de ſes etudes. Il fut prémierement imprimé en 1538. Au jugement de* Julien Brodeau *c'eſt une piece incomparable & un chef d' oeuvre qu'il eſt impoſſible d' imiter.* Denis Godefroy *dit que ce Commentaire, qui eſt la clef & le veritable Interprete du Droit Francois ait été recu avec grand applaudiſſement par tous les tribunaux de France, & par les peuples étrangers, qui s' étant obligez par ſerment de ne point publier*

le

*le nom de* Du Moulin *ſoit par envie, ou en haine de ſa Religion, & ne pouvant ſe paſſer d'un auſſi grand & auſſi célebre Docteur, ne laiſſent pas de le citer, & ont même fait imprimer quelques unes de ſes Oeuvres ſous le nom feint & ſuppoſé de* Gaſpar Caballinus. *Julien* Brodeau *dit que les Notes de du Moulin ſur le ſtile du Parlement ſont abſolument neceſſaires pour la parfaite intelligence du Droit François, & qu'il n'y a aucun Livre dans lequel on puiſſe rencontrer plus d'inſtruction ni de plus beaux ſecrets de l'antiquité de ce Droit. Quant à ſes Notes ſur les Coutumes, qui ſont le dernier Livre qu'il a compoſé, c'eſt un ſi excellent Ouvrage, que ſes deciſions ont plus d'autorité dans le Palais que les Arrets du Parlement de Paris. Sur quoi Brodeau remarque que la premiere edition de ces Notes faite à Paris en 1567. par* Jacques Dupuis *eſt la meilleure & la plus correcte. Spondé aſſure qu'encore que du Moulin eut preſenté la Requete dont parle M.* de Thou *en cet endroit, il ne laiſſoit pas d'être de la Religion des Proteſtans. Mais qu'il en uſoit ainſi pour ſe vanger de* Calviniſtes *qui avoient medit de lui, parce qu'etant en Allemagne il avoit preferé la creance de Lutheriens à la leur.* C'eſt pourquoi, *ajoûte cet Evêque,* il ne faut pas s'etonner ſi les Oeuvres de Du Moulin ſont miſes en la première claſſe des Livres defendus par le Concile de Trente, s'il eſt traité d'*impius Molinæus,* & ſi Clement VIII. â condamné tous ſes Ecrits au feu. *En effet pendant toute ſa vie il paſſa pour Lutherien, & cette opinion qu'on avoit de lui étoit cauſe que les Parties ne le conſultoient qu'â regret, & qu'y étant comme forcées par la grande eſtime qu'on avoit de ſon erudition, ainſi que nous l'apprend* Papire Maſſon.

(505.) Nicolao CABÆSILÆ, ſive CABASILÆ adſcribitur â nonnullis *Oratio in Trinitatem Theologorum*, quæ vere eſt PHILOTHEI, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, ejusque nomine nuper Græce & Latine vulgata eſt, inquit *Raynaud.* de mal. & bon. libr. pag. 156. Quod ſcriptum tamen neque *Bellarm.* ad Ao. C. 1350. nec *Sixtus* l. 4. p. 347. neque *Gerhardus* p. 637. neque *Geſnerus* p. 507. neque *Olearius* pag. 323. ſcripta illius recenſentes memorant. De hujus auctoris aliis ſcriptis Mſſ. vid. *Caſaub.* adverſus Baron. Exerc. 10. diatr. 30. p. 509. 515. 575. & 608.

(506.) CABIAC, *Paul de*: Henry ALBY. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 538.

CABILONENSIS EPISCOPUS v. *Primus.*

(507.) *Joannes Baptiſta* CACIALUPUS, vel CACCIALUPUS, ſive à CACCIALUPIS, *à S. Severino.* Hujus nomine citat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 123. a. Repetitiones in C. I. de Cogn. Feud. in uſibus Feud. Venet 1584. Pariſ. 1512. & Colon. 1571. in 8vo. Subjicit tamen ibidem, Tractatum illum apud Freymonium, fol. 78. tribui *Bartol.* CÆPOLLÆ.

CÆCILIUS v. *Cyprianus.*

(509.) CÆCILIUS ou CECILIO *de Granada*: *Louis de la* CUEVA. *Baillet* liſte pag. 538.

(509.) CÆLIUS v. *Pannonius.*

(510.) CÆSAR *Cantelli.* Perſonatum nomen eſt P. *Raphaelis* CASTELLI, Itali Bononienſis, Soc. J. ſub quo edidit, *Conſultationem de præſentia proprii parochi, in Sacramento Matrimonii*, teſtante *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu, p. 715. b. qui & alia ſcripta ſub ficto nomine à P. Raphaële Caſtelli emiſſa enumerat. Facit quidem etiam hoc *Witte* diar. Biograph. ao. 1656. d. 5. April. ſed Cæſaris Cantelli, aut aliæ larvæ mentionem nullam injicit: de qua teſtatur & *Baillet* auteurs deguiſez Catalogo p. 539.

CÆSAR v. *Aquilinius.*

(511.) *Cajus Julius* CÆSAR. Ejus, qui extant *de Bello Civili Commentariorum libri tres* à *Goſſelino* alii Auctori adſcripti, Cæſari vendicantur à Samuele *Bocharto*: teſtantibus *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1693. p. 103. 104. Ludovicus *Carrio* & Floridus *Sabinus* Cæſari itidem abjudicantes & CELSO tribuentes erroris convincuntur à *Voſſio* Inſtit. Orator. lib. V. c. 3. tmem. 10. p. 302. & *Fabricio* Bibl. Latin. pag. 20. 21. ſub lit. (a) quibus adde *Vallemont* Elem. de l'Hiſtoire Tom. II. pag. 136. ſ. & *Menagiana* Tom. II. pag. 94. ſub lit. (b) Contrarium cum *Carrione* ſtatuit *Lipſius*, interpolatosq; minimum à *Celſo Cæſaris* de B. C. Commentarios ſtatuit, innuens in antiquis quibusdam libris Commentariorum in fine legi: *Julius Celſus Conſtantinus legi Commentarios Cæſaris.* Vid. *Gaddius* de Scriptoribus Tom. I. pag. 140. ſub lit. (c)

(a) Fabricii Bibl. Latin. p. 20. 21. *De bello civili Pompejano libri III. utrosque de bello civili & Gallico Commentarios, ſimplici eleganti & terſa dictione venuſtos,* Cæſari *perperam abjudicant* Lud. Carrio & Floridus Sabinus, *quorum ſententia mihi fere æque abſurda videtur, ac illius quem Iſaacus* Voſſius *in reſponſionibus primis ad objecta Rich. Simonis narrat diſſertationem conſcripſiſſe, quâ falſa convinceret, quæcunque in libris de bello Gallico continerentur, & copioſe inſuper oſtenderet, Cæſarem nunquam tranſiiſſe Alpes, & ne vidiſſe quidem Galliam.* Lipſius *etiam aliquando putavit alium eſſe qui de bello Gallico & qui de civili ſcripſiſſet. Sed eundem eſſe vel ex ſtylo eſt perſpicuum. Iisdem ſcriptis Julii Cæſaris fere adjungi ſolent:*

*A.* Hirtii *qui Cæſari familiaris & ſuperſtes fuit,* De bello Gallico liber VIII. *ad Corn.* Balbum *quo hiſtoria â Cæſare cœpta ad ejus è Gallia in Italiam reditum perducitur.*

*Liber de* bello Cæſaris Alexandrino, *ejusdem ut videtur* Hirtii.

*Item liber de* bello Africano *quod cum* Juba *Rege Numidarum Cæſar geſſit.*

*Liber de* bello Hiſpanienſi, Balbi *forte ut non abs re re ſuſpicatur Gerh. Joh.* Voſſius, *etſi jam olim ſcripſit*

*ſcripſit* Suetonius *trium horum Commentariorum incertum eſſe autorem ac de* Balbo *ſilens*, alii, *inquit*, *C.* Oppium putant, alii A. Hirtium.

(b) Menagianorum Tom. II. pag. 94. *Jean de* Salisbery, Polidore Virgile & Lipſe *ont crû* que jules Ceſar *n' etoit pas Auteur des* Commentaires *que nous avons de lui*, *& il les ont attribuez à* Julius Celſus, *qui vivoit il y a un peu plus de huit cens ans. Ce qui les a foit donner dans cette erreur eſt que Julius Celſus a fait la* Vie de jules Ceſar *qui ſe trouvoit à la tête de ſes Commentaires. Il eſt bon de ſcavoir que cette Vie etoit fort rare il y a quarante ans, parce qu' elle n' avoit eté imprimée qu' une ſeule fois en Italie.*

(c) *Jac.* Gaddius *de Scriptoribus*, *Tom. I. pag. 140.*

*An Commentarii de bello Gallico fuerint Cæſaris, an Julii* Celſi, *ambiguum apud aliquos fuit; ut conjicitur è* Lipſii *lib. 2. epiſtolicarum quæſt. epiſt. Ludovico* Carrioni, *qui ex inſcriptione in libris m. ſ. hac Commentarii julii Celſi, & è Scriptoribus nonnullis, qui citando quosdam locos è dictis commentariis julium* Celſum *nominant, non Cæſarem. Addit Carrio in iſtis Commentariis multa ſoluta, hiantia, ſuperflua reperiri à Cæſaris illo terſo, & Attico ſtylo, quem Cicero immenſum laudavit diverſa. Fatetur optimus teſtis, an judex? Lipſius, julium* Celſum *quædam in* Cæſare *recidiſſe, addidiſſe, interpolaſſe non tamen totum* Cæſarem *immutaſſe, ut immutavit Juſtinus Trogum. Subdit etiam judicium dignum curioſo lectore ideoque exſcribetur à me.* Hi de bello Gallico diſcrepant aliquantum ab illis de Civili, filo orationis, & fieri potuit, ut interpolati ſint, non tamen ita ut ſimilitudo oris prorſus evanuerit, & quamvis gemini non ſint, fratres tamen eſſe, ex ipſa ratione ſcribendi agnoſcas. *In margine ſcribit, in quibusdam antiquis libris in fine commentariorum legi:* Julius Celſus Conſtantinus, legi commentarios Cæſaris.

JULIUS CÆSAR v. *Capaccius.*

CÆSARINUS v. *Furſtenerius.*

---

(512.) CÆSARIUS, Gregorii Nazianzeni Frater. Ejus nomine editi ſunt inque latinum ſermonen verſi a Leunclavio Baſil. 1571. *Dialogi*, quibus continentur *Explicationes* quarundam *quæſtionum de rebus gravibus &c.* Hos JUNIORI cuidam CÆSARIO *Billius* in edit. Pariſ. 1583. ut patet ex verbis *à Lambecio* Biblioth. Cæſar. lib. IV. pag. 32. ſeq. citatis ſub lit. (a) CÆSARII FRATRI adſcribere mavult *Labbeus* de ſcriptoribus Eccleſ. ut affert ex eo *Olear.* Abaci Patrolog. p. 97. & 98. ſub lit. (b) Utrumque corrigit *Lambecius*, fundamentumque erroris in male intellectis *Photii* verbis collocat contra *Riveti* Critic. Sacr. lib. III. cap. 22. pag. 345. quæ Photii verba allegat p. 35. 36. ſub lit. (c) & explicat. Vindicat autem Dialogos hos Cæſario, Nazianzeni fratri teſtimonio *Glycæ* p. 34. ſub lit. (d) quanquam auctos multis ab aliis hos dialogos, non abnuit Lambecius p. 36. ſub lit. (e) ubi prolixe *Leunclavium* contra *Billium* defendit, ac de Cæſario alia non minus ſcitu digna in medium affert, quæ ibidem legi poſſunt:

(a) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. lib. IV. p. 32. 33.

Multi, *inquit*, & quidem doctiſſimi Viri, “hunc *Cæſarium* eum eſſe putant, qui *Dialogos de rebus divinis* conſcripſit, propterea quod in *Leunklavii* translatione Cæſario *Gregorii* noſtri *fratri* adſcribantur. At ille, & ſibi ipſi, & aliis turpiter impoſuit, dum non animadvertit Cæſarium Dialogorum ſcriptorem hoc Cæſario (fratre S. Gregorii Nazianzeni) longe recentiorem fuiſſe, ut ex eo liquido conſtat, quod aliquoties *Maximum* citat, quem dubium non eſt poſt S. Gregorii Nazianzeni ætatem floruiſſe. Unde cum facile fuiſſet agnoſcere, hoc Dialogorum opus Cæſario Gregorii noſtri fratri tribui non poſſe, παραλογιζόμενος illud potius colligere maluit, id quod de Maximo profertur, a quopiam temere aſſutum fuiſſe. Ita nobis & Quæſtorem in Secretarium, & Medicum in Theologum nova quadam & plane miranda metamorphoſi transmutat; id quod profecto nunquam feciſſet, ſi hanc Orationem vel ſemel legiſſet. In ea enim vidiſſet, tantum abfuiſſe, ut Cæſarius viginti annos in urbe Conſtantinopolitana publice docuerit, (quod de ſcriptore Cæſario in Dialogorum fronte affirmatur) ut poſtea quam illic Medicinam paulum exercuiſſet, ſtatim ab hac Urbe in Patriam à Gregorio retractus ſit. Quod ſi poſtea in eandem Urbem imperante Juliano ſeſe rurſum contulit, at non docendi cauſa, ſed ut medicinæ rurſus operam daret, eo perrexiſſe ſcribitur. Atque etiam inter Juliani Imperium & ipſius Cæſarii mortem pauci omnino anni, hoc eſt ſex duntaxat, aut etiam pauciores, interceſſerunt, Quarto enim Valentis anno deceſſit Baſilius; quo adhuc vivente, & Cæſarius, & Gorgonia, & Gregorius Pater ex hac vita migrarunt. Quod ſi ille tot annos docendi munere functus fuiſſet, ac de rebus divinis libros etiam condidiſſet, an eſt credibile Gregorium, fratrem qui ad laudem ipſi contexendam vel minima quæque delibat, hæc prætermiſſurum fuiſſe? Deinde quis credat, eum, qui paucis duntaxat ante mortem diebus baptizatus fuerit, ante ſuſceptum Baptiſmum de obſcuriſſimis quibusque doctrinæ Chriſtianæ Quæſtionibus Volumen conſcripſiſſe, præſertim aulæ atque aulicis negotiis addictum & conſtrictum, ut Gregorius noſter & hic, & in Epiſtolis, non ſine ſtomacho teſtatur? Hæc, ne quid de Quæſtura dicam, ſatis, ut opinor, oſtendunt, hunc Cæſarium Gregorii fratrem non eum eſſe, cujus Dialogi hodie circumferuntur. Permirum autem mihi videtur, *Nicephorum* quoque in hoc eodem noſtro Cæſario lapſum fuiſſe, ut qui lib. 12. c. 44. eum Magiſtri poteſtatem in Imperiali aula Theodoſii obtinuiſſe ſcribat, cum tamen longe ante diem extremum obiiſſet, hoc eſt ſub initium Imperii Valentis. Sic videlicet eum quoque homonymia fefellit; quemadmodum & quendam noſtræ tempeſtatis, qui *Nemeſium*, *Epiſcopum*, cujus Librum de *hominis natura* habemus,

„cum

„cum *Nemeſio ethnico* confundit. Hæc *Jacobus* „*Billius.*

(b) Olearius Abac. Patr. p. 97. 98. *Ejus nomine editæ habentur ab Elia* Ehingero, *Auguſt. Bibl præfecto, 1626. Quæſtiones Theol. & Philoſoph. Græc. lat. num. 78. cum verſione Jo.* Leunclavii, *quam ante an. 1571. Baſileæ excuſam idem emendavit & ſupplevit. Ejusd. quæſt. num. 195. in* Dialogos 4. *transformatæ, Græco-Latine ex auctario Front.* Ducæi, *Tom. XI. Magnæ Bibl. Pat. Pariſ. f. 545. comparent. Vide tamen, quæ circa has moneat* Labbeus, *qui* Gregorio potius Nazianz. *nomen fratris hac ratione æternare allaboranti, iſtas tribuendas ſuadet.*

(c) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. lib. IV. p. 35. 36.

- - *Hoc eſt, R. P.* Andrea Schotto *interprete: Legi Cæſarii librum capita continentem Eccleſiaſtica ducenta & viginti, quibus partim enunciata quædam explicantur, partim Quæſtiones ſolvuntur. Dicas autem hunc ſcriptorem, & ætate etiamnum florere, & cum Rhethoricæ quaſi fætura tam externæ non minus, quam noſtræ Philoſophiæ eruditione turgere. Quanquam non minima deeſſe videntur, ut verbo dicam, quo motus illi atq; impetus dedecore careant. Attamen clara ejus dictio eſt, crebro licet ad poeticas voces juveniliter deflectat, atq; ab uſitatâ conſtructione, non ſine defectu aliquo, recedat, & ad ſummam dogmatum accurationem parum ſane ei deeſt. Per Quæſtiones porro & Reſponſiones ſuppoſitis quoq; perſonis interloquentibus, compoſita illi ratio eſt, & quidem* Gregorii, *ut ajunt, cujus hunc Autorem eſſe Fratrem Theologi cognomentum indicat. Hucusq; Photius. Cujus loci poſtrema verba R. P. Philippus* Labbæus *in Diſſertatione (2) de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſic explicat: Ex Photio Dialogorum illorum Autor videtur potius eſſe S. Gregorius Nazianzenus, qui hac ratione voluerit nomen fratris ſui poſteritati commendari; Idemq; affirmat* Andreas Rivetus *in Critico Sacro (3) his verbis:* Photius *dicit, hujus Libri Autorem ferri Gregorium Theologum, qui fratrem ſuum ita clareſcere voluerit. Sed errant illi ambo, verusque illorum verborum ſenſus eſt hic: Compoſitum autem eſt illud Opus forma Dialogi per Interrogationes & Reſponſiones, & quidem cum hyperbole ſive nimia exaggeratione (1) perſonarum interloquentium. Nonnulli enim ajunt, per omnes illas perſonas interloquentes ſolum intelligi Gregorium, qui, dum cognominatur* Theologus, *Auctoris hujus operis frater eſſe cognoſcitur.*

(d) Ibidem pag. 34. *Huc inſuper accedit autoritas* Michaelis Glycæ, *qui, ut* Leunclavius *recte obſervavit, in Annalium ſuorum parte prima eosdem S.* Cæſarii Dialogos *allegans, ſimiliter expreſſe teſtatur, autorem eorum fuiſſe fratrem S. Gregorii cognomine Theologi. Ipſa Glycæ verba ſunt hæc: (2)* Ἀλλὰ καὶ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου λέγοντος οὕτως ἄκουε· καὶ πρῶτον μὲν ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν, λόγῳ συμπληρούμενον, καὶ πνεύματι τελειούμενον. Δεύτερον δὲ ἐννοεῖ κόσμον ὑλικὸν καὶ ἐρωμένον. Ὅμοια δὲ τούτῳ διέξεισε καὶ ὁ Ἀδελφὸς αὐτοῦ Καισάριος πᾶσαι, λέγων, ἐν φωτὶ διῆγον αἱ ἄσαρκοι τῶν ἀγγέλων χορεῖαι, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τὸν κόσμον. *Hoc eſt:*

„ Audi etiam quid Gregorius ille cogno-„mento Theologus dicat: Primum Deus angelicas divinasque poteſtates mente concipit. Ea Cogitatio mox opus ipſum erat, Verbo„ completum, ac Spiritu perfectum. Secundo„ mundum è materie craſſa conſtantem & adſpe-„ ctabilem cogitat. Huic conſimilia tradit & Fra-„ ter ejus Cæſarius: Omnes, inquit, carnis exper-„ tes illi cætus Angelorum, prius etiam, quam„ Mundus hic oriretur, in luce degebant. Huc-„ usque Michael Glycas.

(e) Ib. p. 36. *Secundo certum eſt,* Joannem Leunclavium *à* Jacobo Billio *malignè & immeritò derideri ob ſeparationem illarum Quæſtionum & Reſponſionum, quæ in his Dialogis ſunt ipſius S. Cæſarii, ab illis, quas interpolatores non ſolum ex S. Gregorii Niſſeni, ſed & ex S. Maximi, aliorumque Patrum, S. Cæſario & S. Gregorio Nazianzeno longe recentiorum ſcriptis, genuino S. Cæſarii Operi ſupplementi vel mantiſſæ ſeu auctarii loco adjecerunt. Hujusmodi enim interpolatitiis additamentis creverunt non tantum S. Cæſarii Dialogi, verum etiam ſimilia alia Eclogarum inſtar compoſita Opera;*

---

(513) S. CÆSARIUS Episcopus Arelatenſis. Ejus nomine varia ſcripta citat Thomas *Hyde in* Catal. Biblioth. Bodlej. p. 124. eundemque credit eſſe cum FOELICIARIO vel FELICITARIO, quem nonnulli pro eo ſubſtituunt.

---

(514) *Wilhelmus* COESIUS. Ejus nomine extant Tractatus duo: (I) *de Uſu Globorum* Amſtelodami 1634. in 8vo. (II) *The Sea - Mirrour, or Inſtructions in the of Navigation* Amſt. 1625. vid. Biblioth. Bodlejan. p. 92 & 124 ubi indicium facit *Hyde* verum Auctorem ſcriptorum eſſe *Gvilielmum* JANSONIUM *Blaeu.* Adde Baillet, liſte des Auteurs degviſez p. 538.

---

(515) CAJUS vel GAJUS Presbyter Romanus. Fragmentum ejus nomine extat cum inſcriptione: περὶ τοῦ παντός. Quod an huic Cajo, an potius HIPPOLYTO *Portuenſi* debeatur, non determinat *Cave* Chartop. Eccleſiaſt. 20. lit. (a) At in Hiſtor. liter. Script. Eccleſiaſt. p. 48. 51. à Neotericis omnibus Hippolyto vindicari aſſerit, vide lit. (b) JOSEPHO à nonullis tribui addit, ſed ei abjudicari ab *Hæſchelio*, editore fragmenti. Memorabilia ſunt, quæ de indiculo laterculæ marmoreæ ex *Grutero* affert laudatus *Cave* loc. cit. p. 50. Ex illo genuinis Hippoliti Scriptis judicium ferunt Eruditi. Adde quæ *in Anonymis num.* 814. de hoc libro ejusque Auctore ex *Lambecii* VIII. p. 14. 15. notavimus. Quinimo *Photium* exinde qvod *Cajus* ſit auctor libri *de Mundo* ſeu *Univerſo* etiam colligere, qvod ſit auctor alterius libri, qui *Labyrinthus* inſcribitur: docet at refutat ſimul *Du Pin* Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſt. Tom. I. p. 111. eumque ab aliis IRENEO, ab aliis S. JUSTINO tribui mavult.

(a) Cave Chartophyl. Eccl. p. 10.

*Vir diſertisſimus, Presbyter Rom. & gentium Apoſtolus ordinatus clarus circa Ao. 210. amplum libri* περὶ τοῦ παντὸς *fragmentum extat gr. apud Hæſchelium not. in Photium p. 9. An vero* Cajo noſtro, *an potius* Hippolito Portuenſi *tribuendus ſit iſte liber, non ſatis liquet.*

(b)

(b) Cave Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſ. p. 51. b.

*Brevem quandam Periodum ex eo citat* Photius *loc. cit. Utcumque autem de vero hujus Operis Auctore inter antiquos non convenit, Neoterici fere omnes Indiculi hujuſce autoritate, ſtylo, & argumentationis genere, aliiq; adhuc argumentis freti*, Hippolyto *id adjudicant*; *& in his noviſſimus* Steph. le Moyne, *qui Latina verſione inſtructum fragmentum ejus ab Hœſchelio olim editum recudi fecit inter varia Sacra. Lugd. Bat. 1685.*

CAJUS ſive GAJUS v. *Calliſtus.*

(515. α) CAJUS vel GAJUS Jctus. Ejus inſtitutiones excerpta ANIANI vocat Theod. *Mariatius* ad inſtit. Juſtin. de nuptiis §. fratris vero pag. 76.77. iterum.

De ejus inſtitutionibus vide *Ouzelii* præfationem quæ ſuis notis ad Gajum præmiſit, ubi & de variis editionibus. Hæc *Symbola Maſtrichtiana* eſt.

CALABER v. *Qvintus.*

(516) *Nicolo* CALANINI. Ejus nomine impreſſit Boloniæ Baptiſta Ferroni 1673. in 12. italico idiomate, *Il pindo in Felſina* cujus verus Auctor eſt *Filippo* OTTANI, uti indicat *la Viſiera Alzata* Pentecoſt. num. XXXI. p. 125. hiſce verbis.

XXXI. NICOLO' CALANINI. Mi fù mandato da Bologna queſto libretto.

Il *Pindo in Felſina* ſogno di RICOLO' CALANINI Accademico *Vnanime.* In Bologna preſſo Gio: Battiſta Ferroni M. DC. LXXIII. 12.

Non poteuo appellarſi queſto Opuſcoletto che *Sogno* mentre non *Nicolò Calanini*, ma benſi *Filippo Ottani* ne fù l'Autore. Si ritrouano alla giornata alcuni che priui d'ale, e d'ingegno, vorebbero volare per lo Cielo della gloria, ma pigliandole in preſtito, ed eſſendo attacate con la Cera non con tenace colla, al minimo calore di ſdegno conceputo per cagione di propria gratitudine da chi li ſerui, riſoluendoſi, nouelli Icari ſono coſtretti ad affogarſi nell' Oceano dell' ignominia, L'imparai dal dotto Legati.

(517) Deſpotico CALATHINO, quod ſit *Dominicus* PANAROLUS v. in *Rhod.* n. 48.

XLVIII. Scav. 23.

Deſpotcio CALATHINO, Dominicus PANAROLUS Med. Romanus

Prænomine Latino Græce, Cognomine Italo Latine reddito: Sub quo neſcio quas *obſervationes Italico idiomate conſcriptas* innuere videtur Scavenius num. 23. Cœteroqui ſub vero nomine hujus Auctoris extant *Obſervationum Medicinalium Pentecoſtæ quinque, utilibus præceptis, ſingularibus medelis, reconditis Speculationibus, portentoſis Caſibus refertæ.* Quibus diverſa & Curioſa in calce adduntur opuſcula. Nempe *de Simplicium cognitione Medico neceſſaria. Plantarum Amphitheatralium Catalogus. Chamæleo examinatus. Arcanorum faſciculus primus & ſecundus* Romæ 1652. in 4. & recuſæ Francof. 1653. ac Hanov. 1654. in 4.

Quæ an eædem ſint cum illis quas *Scavenius* innuit haud utique dixerim.

Adde *Bailletum* liſte des Auteurs deguiſez p. 539. fortaſſe plura quod feliciter fiat daturum. Poſterioris in *Rhodianis* memorati ſcripti etiam meminerunt *Mercklin.* Linden. Renov. p. 250. & *Lipen.* Biblioth. Real. Med. p. 308. b. qui *Jatrologiſticorum* nomine tractatum hunc citat. At de Calathini perſona uterque ſilet.

(518) *D. Ettore* CALCOLONA. Perſona eſt *Caroli* CELANI Canonici Neapolitani, ſub qua in publicum edidit *octo Comœdias*, quas recenſet *Toppius* Biblioth. Neapolit. p. 58. ſub lit. (a) cui addatur *la Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. XI. p. 104. ſub lit. (b)

(a) Toppius Biblioth. Napolitanæ. p. 58.

Carlo Celano *Dottor delle Leggi Napolitano, Canonico, dell'* Arciveſcovado, *erudito in belle lettere, ha dato alle Stampe, ſotto nome di D. Ettore Calcolone, otto comedie molto belle, intitolate.*

Non è Padre, eſſendo Rè. *In Napoli per Novello de* Bonis *1663. in 12.*

Gli Effetti, overo gli Ecceſſi della Corteſia. *Napoli per Novello de* Bonis *1664.*

Dall' amore L'ardire. *Nap. per Novello de* Bonis. *1664. in 12.*

Protegere l'inimico. *Nap. per il Bonis 1664. 12.*

La Piete Trionfante, *overo L'empietà domata, In Napoli 1676. ad iſtanza d' Antonio* Bulifon. *in 12*

Chi trionfa morendo, *overo* S. Caſimiro: *in Napoli, à ſpeſe di Antonio Bulifon. 1676. in 12.*

La forza della Fedeltà. *In Nap. à ſpeſe del ſudetto Antonio Bulifon 1676. in 12.*

L'Ardito vergognoſo, *come ſopra in 12.*

*Sotto il ſuo nome ultimamente,*

Gli Avanzi delle Poſte, *Parte Prima in Napoli appreſſo Antonio Bulifon, 1676. in 8.*

*Tiene in Procinto la Seconda Parte, & altre opere curioſe, e degne del ſuo ſollevato ingegno.*

(b) Villaño Viziera Alzata.

XI. ETTORE CALCOLONA. *Sotto queſto nome uſcirono alcune produttioni tutte ſpiritoſe, e ſono* la Pietà Trionfante *ouero* l' Empietà Domata Comedia *d' Ettore Calcolona. In Napoli per Antonio Bulifon* M. DC. LXXXVI. 12.

S. Ca-

S. Caſimiro *Rappreſentatione del Medeſimo come ſopra.*

*Il Nome, e'l Cognome ſono finti. Il vero è* Carlo Celano, *Canonico Napolitano Autore degli* Auanzi delle Poſte del Signor Carlo Celano part. I. *In Napoli appreſſo* Antonio Bulifon *M. DC. LXXVI. 8. opera che fà deſiderarne la continuatione.*

CALDERINUS v. *Domitius.*

(519.) *Henricus* CALDERIUS. Ejus, quæ extat, *Hiſtoria* tribuitur *Alexandro* CARRERIO Paduano, indicante Jac. Phil. *Thomaſino* Illuſtr. vir. Elogi. p. 365. Edit. Pat. 1630. Qui tamen illud probandum relinquit, viris præclariſſimis, Abbati Albertino *Bariſono*, & Felici *Oſio* in legitimis Hiſtoricis Patavinis. Genuina *Carrerii* ſcripta ibidem vide.

"(520.) CALIXTUS II. Pontifex. Ejus "*de inventione Corporis Turpini* Archiepiſcopi, & Mar„tyris lib. extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca "Benedictina num. 41. cod. 9. Ex Thoma *James* "Anglo Hæretico, qui tamen ſub alio titulo "haberi admonet, nempe: Liber Turpini Ar"chiepiſcopi Remenſis, quomodo Carolus Rex "Francorum acquiſivit Hiſpaniam. Hunc librum "dicit *Calixtus* Pater eſſe authenticum. Hæc ex Ludov. Jac. à *S. Carolo* Bibliotheca Pontificia, uti ſuppeditat *Symbolæ Reiſkiana*, additque ex illis facile conjici poſſe, Calixtum II. non fuiſſe libri memorati Auctorem, ſed tantum ejus Approbatorem.

(521.) *Latantio* CALIOPEO. Sub illa larva emiſit in publicam lucem *Cantica* quædam *Gio. Battiſta* LIVIERA, Cittadino pure di Vicenza, ut indicat la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XXXVI. pag. 50.

(522.) Cornelii CALLIDII, Chryſopolitani nomine publicata ſcripta v. gr.

*I. Confutatio de ſeditione Belgarum*, Luceburg. 1510. in 4to.

*II. Illuſtrium ſcriptorum Germaniæ Catalogus*, quem carpit *Valerius Andreæ* Biblioth. Belg. p m. 158. ubi reliqua ſcripta ejus enumerat, eſt *Cornelius* LOOSE Goudanus, cognomen ſuum Latine, patriam Græce quam Germanice efferre malens, id quod cum aliis plurimis interdum latendi, interdum neſcio quo alio conſilio, hoc facientibus commune habet. Ita Deſiderius Eraſmus, Geerd Gerdſen / Melanchthon, Schwartz-Erde. Nicius Erythræus &c. quorum aliquos hoc nomine aſſumpto, quam Patrio notiores, ſtudio recenſere neglesimus, ne nunquam occultatos detegere velle videremur: De *Callidio* vero etiam v. *Fr. Sweertium* pag. 191. *Zeilerum* de Hiſtoricis. part. 3. pag. 46. *Vogleri* Introductionem in omnes omnis generis auctores c. 23. p. 89.

Adde & Thomam *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 127. & *notas Diecmannianas marginales* has:

*Hunc librum ab autore inſcribi* de Spiritu Vertiginis utriusque Germ. in relig. diſſ. *& primum 1579. 8. editum refert Valer.* Andreæ *l. c. Et porro: Hæreo num hic Auctor ob libros hoſce Pſeudonymis aggregandus ſit. Nam in iis nec prænomen, nec cognomen verum ſubticuit. Habeo ejus* Illuſtrium Germ. Scriptorum Catalogum, *Mogunt. 1581. 8. editum; Habeo ejusdem* Spiritum vertiginis utriusque Germaniæ in Religionis diſſidio. *Itidem Mogunt. 1579. 8. impreſſum. In priori ſe* Cornelium Loos *Callidium, in poſteriori,* Cornelium Loos *Finium appellat. In his & ſimilibus ſcriptis non arbitror eſſe Pſeudonymum. Ubi tamen diſſimulato Looſii nomine quicquam edidit, ut eſt* Apologia in Orationem *Phil.* Marnixii. *Luxenburgi 1579. 4. excuſa, in cujus titulo ſe* Cornelium Callidium *Chryſopolytanum vocat, teſte* Voet. *Polit. Eccleſ. P. I. l. 4. p. 377. ſuum inter Pſeudonymos locum tenere poteſt.*

(523.) CALLIOPIUS qui Terentianis Comœdiis ſubſcribitur Cenſor, & à nonnullis auctor *Prologorum* citatur, quod ſit ALCUINUS, aut ALBINUS Flaccus Alcuinus, Philoſophus, Conſiliarius, ſeu delicioſus Caroli M. ut vocatur *Anaſtaſio* Bibliothecario, cap. 97. Hiſtoriæ Papalis, doctiſſime docet *Barthius* adverſ. l. 6. c. 20. ſub lit. (a)

(a) Barthius adverſ. lib. 6. cap. 20. pag. 291. 292.

*Quis ille mortalium fuerit* Calliopius, *cui in libris calamo exaratis recenſio Terentianarum Comœdiarum aſcribitur, controverſia eſt apud eruditiſſimos viros. Ego propemodum conjectura adſequi mihi videor quis ſit. Et juvat hoc notare, vel ob eos qui inter doctos mira de hoc nomine commenti ſunt. Nam prologorum auctorem jam olim apud Terentium fecerunt, inter quos eſt Phormionis citans ſcriptorem vir doctus & eloquens illo ævo* Auguſtinus Dathus *in Lectionibus Virgilianis. Notiſſimum eſt nomen apud curioſe litteratos Alcuini Magiſtri ſcriptoris totam Encyclopædiam compendiis complexi Philologiæque univerſæ & Poeſeos adeo (pro captu ævi) ſtudioſi atque capacis, ut & enarraverit Poëtas, exemplis & notis, ſucceſſu horum librorum fortaſſe melius inclarandis, & ipſemet carmina varii argumenti ſcripſerit, Carolo magno principi religioſiſſimo & amantiſſimo omnis bonæ diſciplinæ tam militaris quam Scholaſticæ, adeo charus ut memoriæ proditum ſit ſæpe inter ſe concertaſſe quæſtiunculis tam humaniorum quam etiam diviniorum ſtudiorum interludiis velut atque deliciis. Ut ipſum Imperatorem non vereatur dicere* Grammaticum. *In ejus Laudibus:* Grammaticæ doctor conſtat prælucidus artis. *Sive Poeta ille Alcuinus ſive quis diſcipulorum ejus eſt. Sed & Theganus Chorepiſcopus cap. VII. de Geſtis Ludowici Pii Carolum corrigendis ſacris libris vacaſſe ſcribit. Poetam fuiſſe diſcas ex Excerardo in Vita Notkeri cap. XIIX. Sed vix litteras pingere doctum, licet conantem ſæpius, facit* Eginhardus

V in

*in Vita. Qui ſequentibus tamen & acta veterum Regum ſcripſiſſe, & Grammaticam patrio ſermone inchoaſſe auctor eſt. Unde &* Caroli Regis delitioſus *appellatur.* Anaſtaſius Bibliothecarius *cap. XCVII. Hiſtoriæ Papalis : Poſthæc conjunxerunt ad ſedem Apoſtolicam miſſi ſæpius dicti Caroli Excellentiſſimi Regis Francorum, & Patritii Romanorum, hoc eſt,* Georgius *ſanctiſſimus Epiſcopus*, Gulfardus *Religioſus Abbas*, Albinus *Conſiliarius ſeu delitioſus ipſius Regis. Ita obiter emaculanda ſunt verba illa Anaſtaſii, cum perperam tranſpoſita vulgo circumferantur. Nolo plura aggerere cum libri omnibus obviam ſint quin & exſtent Albini talia ſcripta ut fides non aliena ſed auctoris manu teſtata ſit. Hic à ſtudiorum iſta felicitate Philoſophi nomen meruit.*

---

( 523. α ) CALLISTUS, Papa, (Item *Cajus vel Gajus.*) de duabus epiſtolis ei affictis à *peccatore Mercatore*, ſeu *Pſeudo Iſidoro*, præter alios Criticos ſcriptorum Eccleſiaſt. *Bell.Baron.Cocum*, *Rivetum, du Pin, Nat. Alexand. Gerh.* &c. vid. Clariſſ. *Blondellum* in Pſeudo-Iſidoro & Turriano Vapulant. ad has & alias ſpurias Primorum Epiſcoporum Romanorum Epiſtolas decretal. & *Gerh. von Maſtricht* in Hiſtor. juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu pag. 232. usque ad pag. 268. Hæc *Symbola Maſtrichtiana.*

CALONIUS v. *Severinus.*

---

(524) *Eliezer du* CALVAIRE : *Jacques* GOUTIERE ou GUTHERIUS. *Baillet* liſte des Aut. deguiſ. p. 539.

---

(525.) *Laurent* CALVETE : Larva eſt *Joannis* de ORCHA Hiſpani ſub qua edidit *Vitam S. Fructuoſi*, quibus ſubjecit quoque ſuo nomine Acroſticha alterius Auctoris, uti monet *Baillet.* deguiſemens des Auteurs p. 445. ſub lit. (a) adde liſte des Aut. deguiſ. pag. 539. & inprimis *Nicolai Antonii* Biblioth. Hiſpan. Tom. I. pag. 574. b. & Tom. II. p. 2. a. ſub lit. (b)

(a) Baillet deguiſemens des Auteurs pag. 445.

*Un Religieux Hieronymite d'Eſpagne, nommé* Juan de Orche, *ayant pris le nom de* Laurent Calvete *pour publier la* vie de ſaint Fructueux *fit imprimer avec cet ouvrage des vers Acroſtiches de ſon nom, compoſez par un de ſes amis.*

(b) Antonii Biblioth. Hiſpan. Tom II. pag. 2.

Laurentius Calvete, *in* Orche *oppido Alcarriæ: hoc eſt, partis ſeptemtrionalis Caſtellæ novæ, ortus, Ducum Infantatus à ſacris miniſter, author non eſt, quantumvis feratur & inſcribatur talis, libri illius, quem typi ſic notaverunt:*

*Hiſtoria de la Vida del Glorioſo S. Frutos, Patron de la Ciudad de Segovia, y de ſus hermanos San Valentio y Santa Engracia: contiene le deſtruicion de Eſpanna por los Moros, Grandecas y antiguedades de la ciudad de Segovia con un Compendio de los Reyes de Eſpanna deſpues de ſu reſtauracion. Pinciæ* 1610. *in* 8.

*Cujus quidem verus eſt artifex* Hieronymianus *quidam* Monachus *Laurentii frater* Joannes de Orche *cognominatus, quod notum faciunt acroſtichi verſus eidem libro adfixi* Hieronymi Valeræ Arcæi Segovienſis, *confirmatque in Hiſtoria hujus urbis* Didacus Colmenares.

---

(526.) CALVIDIUS *Lætus.* Illud nomen præfixum habet *Callipædia*, impreſſa Leid. 1655. Debetur autem *Claudio* QVILLETO, Gallo, Abbati, ut ex Samuelis *Sorberii* diſſert. de vita & moribus P. Gaſſendi indicat *Symbola Hetzeniana*, & ex MStis Animadverſionibus Hiſtorico Politicis ad *Lipſii* Politicam Dni *Reinarti* Conſiliarii Brandenburgici Dnus *Stampeel* epiſt. de dat. 14. Febr. 1697. Edita eſt hæc Callipædia, ſecundum, Pariſiis 1656 ſed expunctis quibusdam verſibus in favorem Cardinalis Mazzarini, quos ſupplent *Menagiana* Tom. II. p. 130. ſeqq. ſub (a) Judicium de hoc Quilleti Abbatis perſonato ſcripto vide apud *Morhof.* Polyhiſtoris liter. lib. II. c. 1. p. 319. ſub lit. (b) & prolixius apud *Bailletum*, Jugemens des Savans Tom. IV. part. 4. num. 1511. p. 61. 62. ſub lit. (c) v. Lætus.

(a) Menagianorum Tom. II. p. 130.

*La* Callipédie *de M.* Quillet, *deguiſé ſous le nom de* Calvidius Lætus, *eſt un trés-beau Poëme Latin. Quelque mecontentement qu'il eut, fit qu'il y inſera quelques vers contre M. le Cardinal Mazarin & ſa famille. Il fit imprimer ce Livre en Hollande. Le Cardinal l'ayant ſu, fit avertir M. Quillet de lui venir parler ; mais au lieu de lui témoigner du reſſentiment, il ſe plaignit ſeulement avec douceur de ce qu'il l'avoit ſi peu menagé dans ce Poëme.* Vous ſçavez, *ajouta-t-il,* qu'il y a long temps que je vous eſtime, & que ſi je ne vous ay pas fait du bien, c'eſt que des importuns m'obſedent & m'arrachent les graces ; mais je vous promets que la premiere Abbaye qui vaquera, ſera pour vous. *M. Quillet touché de tant de bonté, ſe jetta aux genoux du* Cardinal, *lui demanda pardon, & promit de corriger ſon Poëme de telle maniere qu'il en ſeroit content; le ſuppliant dés lors de vouloir bien ſuffrir qu'il le lui dédiaſt ; ce que le* Cardinal *lui permit. En effet, il fit imprimer cette ſeconde Edition corrigée in octavo à Paris en 1656. & la dedia à M. le Cardinal, qui peu de temps auparavant lui avoit donné une Abbaye conſidérable, dont la mort l'empêcha de jouir long temps. La premiere Edition de ce Livre qui eſt la plus rare, eſt imprimée in quarto à Leide en 1655. Celle de Paris eſt plus ample. Voici les principaux endroits qui regardoient le Cardinal Mazarin, qui ſont retranchez dans l'Edition de Paris.*

*Liv. 4. parlant* des Italiens:

*Quid Quod Adulatrix formas ſe vertit in omnes,*
*Natio, ſervitio repens, magnatibus aſtans,*
*Subdola, lucro inhians ſi juſſeris ibit in orcum*
*Italus eſuriens, crimen nec reſpuet ullum.*

*Et parlant* des François.

*Quid loquar ut blande Galla excipiatur in aula,*

*Advena*

*Advena Trinacriis etiam devectus ab oris,*
*Gallia in externos nimia bonitate redundat,*
*Imo alienigenis prava ratione regendam*
*Se tradit plerumque, ſuumque in gloria robur*
*Subjicit hoſpitibus longinquo e littore fuſis.*

*Et* encore dans le même Livre.

*Scilicet indoctos animos ignavaque Regum*
*Corda fovent prava ſontes ratione Miniſtri.*
*Utq; ſuum ſervent regnum, regna omnia perdunt.*
*Fors erit ut noſtri pulcherrima gloria ſæcli,*
*Celtarumq; inſigne decus, Rex munere divum*
*Editus, & fati Lodoicus cura potentis,*
*Diſcuſſis quondam nebulis, diffundat ubiq;*
*Ingenitum jubar, & proprio ſe lumine promat.*
*Sic ſæpe obſcuræ denſo velamine nubis*
*Obſitus & terra preſſus caligine Titan,*
*Nativo demum radiantis acumine lucis,*
*Nubila perrumpit Victor, ſeq; aſſerit orbi:*
*Splendidus & toto rutilans ſpaciatur Olympo.*

*Cette Prophétie, par la quelle finit la Callipédie dans l'Edition de Leyde, & qui eſt retranchée dans celle de Paris, s'eſt accomplie à la lettre apres la mort du Cardinal Mazarin.*

(b) Morhof. Polyhiſt. Literar. Lib. II. cap. I. p. 319.

*Quare fruſtra eſt cum omnibus ſuis artificiis* Huartus *Hiſpanus, qui in Scrutinio ingeniorum modum tradit, quo parentes generare poſſint filios ſapientes, ac tali præditos ingenio, quale id requirunt literarum ſtudia. Hunc præcipue autorem ſecutus mihi videtur is, qui ſe* Calvidium Lætum *appellat, cujus genuinum nomen eſt* Claude Quillet, *unde hoc per anagramma formatum eſt, ut nos docet* Bailletus *libr. de Judic. doctorum tom. 4. part. 5. de Poetis, num. 1511. Ille, qui abbas fuit, ſcripſit Poema non inelegans, cui titulus:* Callipædia, *ſive de* pulchræ prolis habendæ ratione. *Poema in libros 4. diſpeſcitur, quorum primo de ſponſorum ad pulchram prolem deligendorum conditionibus; ſecundo de legibus in concubitu ſervandis, Aſtrologicis cautelis; tertio de cura prægnantum, viribus imaginationis; quarto de promiſcuis ad pulchritudinem parandam præceptis; agitur: ſed, ut recte judicat Bailletus, plus quam decet Abbatem, & ultra, quam honeſtas patitur, argumento huic indulſit autor: magis enim in illa arte ſe Abbas, quam Laicorum exercitatiſſimus ſe profeciſſe oſtendit, ut vel ipſi ſe Naturæ magiſtrum præbuerit. Dictio quoq; non ſatis caſtigata, & vulgaria pleraque in carmine, longeq; a* Sammarthani *judicio abſunt, qui de* Pædotrophia *poema libris tribus diſtinctum ſcripſit, ſed elegans, in quo genium poëticum Virgiliano proximum agnoſcas.*

(c) Jugemens des Sçavans. Tom. IV. part. 4. n. 1511. p. 61. 62.

(c) *Cet Abbé voulant apprendre aux hommes à faire de beaux Enfans, a tâché de reduire tous les Preceptes de ce nouvel Art en quatre livres de vers Latins, ſous le titre de* Callipedie. *Quoi qu'il n'ait point dit au Public, ou il avoit appris tant de raretez, on ne laiſſe pas de remarquer que pour un Abbé, il en ſcavoit plus que les plus experimentez d'entre les laics, & qu'il eſtoit capable de donner des leçons à la Nature meſme. Quelques uns s'imaginent qu'il s'étoit propoſé la* Pædotrophie *de M. de* Sainte Marthe *pour modele de ſon Ouvrage, mais il s'en eſt beaucoup écarté, ſoit pour la matiere, ſoit pour la forme; de ſorte que le fonds de ſon Ouvrage a eſté generalement reprouvé, par les honeſtes Gens, dont quelques uns n'ont pas laiſſez d'eſtimer la verſification de l'Ouvrage qui paroit aiſée quoi qu'il y ait beaucoup d'expreſſions triviales.*

*On dit qu'il y a des endroits bien touchez, mais que l'on y trouve auſſi des deſcriptions ſur le ſujet de la generation, qui ſont tout à fait infames, & indignes d'un homme qui a quelques ſentimens d'honeſteté: & qu'il ſemble par tout s'eſtre fait honneur de la lecture de* Petrone.

*C'eſt pourquoy il faut prendre pour de ſimples complimens de civilité les eloges que Monſieur* Coſtar *fait de la Callipedie dans une lettre qu'il a ecrite au l'Auteur.* (d)

(d) C'eſt la 250. lettre du ſecond tome de Coſtar pag. 598. 599.

---

(527) *Jobus* CAMALIZENUS. Involucrum eſt *anagrammaticum Jacobi* LIETZMANNI Conſulis Ruppinenſis, ſub quo edidit tractatum *de Bello Suecico*, quod Religionis eſſe in eo negat, indicante *Symbola Teuberiana.*

---

(528) *Cencius* CAMERARIUS. Scripſit *Vitam Cæleſtini* III. Pontificis M. Larva eſt HONORII II. Papæ, mortui an. 1227. ut ex Jacob. a S. *Carolo* Biblioth. Pontif. lib. I. pag. 41. & 112. refert *Sagittarius* Introduct. in Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 691.

---

(529) *Dorotheus* CAMILLUS. Ejus nomen præfert *translatio operum Euripidis* Baſileæ in 8vo. Sub hac larva latet Rodolphus Collinus linguæ Græcæ in Schola Tigurina Profeſſor, ut indicium faciunt, *Friſius* Biblioth. Geſnerian. p. 533. a. *Draudius* Biblioth. Claſſ. tom. II. p. 1600. & *Hottingerus* Biblioth. Tigur. p. 91.

CAMILLO v. *Fratta.*

CAMILLUS v. *Ghilinus, aut Gilinus.*

---

(530) M. CAMILLI *de Antichriſto libri 2. in quibus, tanquam in ſpeculis, ſtatus noſtrorum Chriſtianorum cernitur,* ſine loci vel anni mentione in 8. excuſi, quod debeantur *Thomæ* PISECIO *à Maſtovice*, Sociniano, cujus *Reſponſio ad X. Rationes Edmundi Campiani Jeſuitæ* 1610. in 12. Racoviæ im-

impreſſa extat, à *Staniſlao Luboniez* LUBIENIECIO, cujus inter alia ingens *Cometarum Theatrum*, Amſtelod. 1668. in fol. editum habemus, ſe accepiſſe, narravit Amicus mihi Civisque meus jam aliquoties laudatus, *Martinus Fogelius* Ph. & Med. Doctor.

Vindicantur de Antichriſto libri PISECIO in Biblioth. Antitrinit. Sand. pag 107. ſub lit (a)

Vide *Voigtium* Exercitat. Hiſtor. de SS. Unius Divinitatis Triade p. 102. ubi ea, quæ hactenus, à nobis hanc in rem dicta ſunt, teſtimonio ſuo confirmat: adde Baillet liſte des Auteurs deguiſez pag. 529.

(a) Sandius Biblioth. Anti-Trinitarior. pag. 107.

De Antichriſto, *ſub nomine* Marci Camilli *libri 2. Ipſum hujus operis auctorem eſſe, præter conſtantem famam, hi qui ipſum noverant atque genere attingebant, mihi confirmarunt: quidam tamen* Jonam Schlichtingium, *aut* Eliam Arciſſevium juniorem, *librum hunc conſcripſiſſe putaverunt, ſed falſo.*

CAMILLUS v. *Scaliger.*

(531) *Thomas* CAMPANELLA. Ejus nomine circumferuntur Scripta quædam quæ tamen ejus non ſunt, ut teſtantur Leo *Allatius* de Apibus Urbanis p. 242. 243. ſub lit. (a) & *Toppius* in Biblioth. Neapolit. p. 294. b. ſub lit. (b) Inter hæc etiam eſt *de Monarchia Hiſpanica* diſcurſus Thomæ Campanellæ, editus cum alias, tum Amſtelodami apud Elzevirios 1641. in 16to. cum Appendice conſtans pagg. 379. capitibus XXXII. diſtinctus. Hic ſi non integer tractatus, ſaltem ejus Appendix debetur BESOLDO, ut perſuadent Elenchi librorum Beſoldi emiſſorum, tam in 4to quam 12. Tractatur autem in appendice quæſtio Politica: utrumne ſit optandum, Univerſum orbem Chriſtianum ab uno ſolo Capite ac Monarcha regi ac gubernari? Incipit a p. 302.

(a) Allatius de Apibus Urbanis pag. 242. 243.

*Alia etiam ſub ejus nomine circumferuntur.* 1. Apologia pro Galilæo, de motu terræ, *Francofurti apud Tambachium in 4.* 2. De ſenſu rerum, & Magia, *lib. IV. Ib. apud eundem in 4.* 3. Aſtrologicorum *lib. VII. Lugduni 1629. in 4 Hæc tamen cum ab aliis inſcio Auctore, & in multis etiam invito in vulgus emiſſa ſint, ſpuria a propriis, vitioſa & corrupta à puris, & incorruptis, ejusdemmet* Campanellæ *Syntagmate*: *De* Libris propriis, *tantopere à Viris doctis expectato, facilè poterunt internoſci. De ejus etiam Libris ſcripſit* Paulus Gualterius *Terre-novanus in Additionibus ſuis ad Librum Conſtantini* Laſcaris *de Philoſophis Calabris. Plura de hoc Viro leges inter Opera* Gabrielis Naudæi. *Inter illa, quæ in illius Bibliographia Politica habentur, adnotavi:*

Amicus etiam noſter *Thomas Campanella* „juxta doctrinam ſuarum primalitatum Ethicam „novam compoſuit, quæ ſub *Epilogiſmi* nomine „cum Philoſophia ſua naturali, & politica typis commiſſa fuit à *Tobia Adamo*, ſtylo quidem non“ ita compto delineata ut Ciceronianis arridere“ poſſit, ſed ea nobilitate cogitationum, ratio-“ numque ſubtilitate, ut omnibus ſapientiæ my-“ ſtis non poſſit eſſe non ſummopere gratiſſima.“ Et, Secundus ab ipſo fuit Thomas Campanella“ ardentis penitus, & portentoſi vir ingenii, qui“ dum in tenebris, & pædore carceris vitam tra-“ duceret, Civitatem Solis delineavit, ea cogita-“ tionum novitate, & ſublimitate ſenſuum, ut“ præter Philoſophicas ſpeculationes multa etiam“ contineat, queis Reſpublicæ melius adminiſtra-“ ri poſſent, & homines ipſi meliores evadere, &“ Ac demum Liber Politicus Fr. Campanellæ De“ propaganda Hiſpaniarum Monarchia, Italico“ quidem Idiomate ab eodem conſcriptus, editus“ poſtea Germanico.

(b) Toppius Bibliothecæ Napolitanæ p. 294.

*Legganſi* Leone Allatio *in Apes Urb. ſive de Viris illuſtribus, fol. 240.* Giano Nicio *nella Pinacotheca, fol. 41. num. 21. Gio:* Antonio Vander *de ſcript. Medicis, fol. 560.* Gio: Pierio Valeriano *de literatorum infelic. fol. 40. e* Lorenzo Craſſo *nella part. 2. de ſuoi Elogi, fol. 243.*

(532) CAMPANEO *Philaſtes*: *Felician* DE SYLVA. *Baillet.* liſte des Auteurs degviſez, p. 539.

(533) Joannes CAMPANUS, cujus nomine habentur *Franciſci à Fonte* (id eſt: Stephani Bruti Jeſuitæ) *ex Gallico latinæ* factæ *Vindiciæ Privilegiorum & Gratiarum, quibus in Eccleſiaſtica Hierarchia Privilegiarii & Religioſi legitimè utuntur, ex SS. Conciliis, Patribus, Orthodoxis Doctoribus atque Theologis deſumptæ.* Herbipoli typis Joannis Volmari, 1626. in 12. eſt *Joannes* ROUSSELET, Jeſuita Gallus, docente *Alegambe*, p. 271.

Sub eodem perſonato nomine edidit e Gallico in latinum ſermonem tractatum Antonii *Sucqueti* qui inſcribitur: *Teſtamentum hominis Chriſtiani:* Si vere colligo ex verbis *Witte* Biograph. d. 30. Octob. 1636. vid. etiam *Sotwel* Bibl. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 499.

(534) *Flavius* CAMPANUS: Jean GOJA. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 539. Nicolaus *Antonius in* Bibliotheca Hiſpanica Hujus Scriptoris planè non meminit.

(535) *Sigismundo* CAMPEGGI, Anconitano. Perſonatum nomen eſt SANTI MARIALES, ſub quo edidit tractatum lingua Italica: *Enormità inaudite, nuovamente uſcite in luce nel Chriſtianiſſ. Regno di Francia, contro 'l decoro della Apoſtolica Sede Romana.* Vide la *Viſiera Alzata* Pentecoſt. num. XLIII. p. 130. ſub lit. (a)

(a)

XLIII. SIGISMONDO CAMPEGGI. *Queſti appariſce Autore di queſto libro.*

Enormità inaudite nuouamente uſcite in luce nel Chriſtianiſſ. Regno *di Francia contro 'l decor-*

*coro della Apoſtolica Sede Romana in due Libri intitolati l' vno ;* Dell' arrogante Poteſtà de Papi in difeſa delle immunità della Chieſa Gallicana ; *L' altro Del dritto di Regalia che tiene il Rè Chriſtianiſſ.* iure Coronæ *independentemente da Sommi P. P. di conferire Beneficij Eccleſiaſtici etiamdio cura d' Anime, con Podeſtà maggiore di quella de Veſcoui ed vguale à quella de Papi, Colle Contra-Riſpoſte del Cau. SIGISMONDO CAMPEGGI. Anconitano. In Francfort per Giorgio Betlingen. M.DC.XLIX. 4.*

*E Pſeudonimo e il vero nome è SANTI MARIALES Venetiano di cui parlammo nella Hecatoſte.*

(536.) *Victorius* à CAMPIS. Ejus nomine prodiit Antvverpiæ in 12mo ao. 1664. typis Philippi van Eyck *Echo Belgica*, ſive *Cantilenæ Sacræ.* Verus Auctor eſt Jeſuita Franciſcus MILEMANN, Belga Brugenſis: ut indicat *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu p. 238. a. & cum eo *Witte* Diar. Biogr. ao. 1667. 17. Januar.

(537.) *Hieronymus* LE CAMUS. Ejus *judicium de* nupera Iſaaci *Voſſii ad* iteratas P. *Simonii objectiones reſponſione*, editum eſt Edinburg. 1685 apud Joh. Caldervvood in 4to. Vide *Acta Erud. Lipſienſ.* Ao. 1686. p. 106. 107. ubi indicatur nomen *Camus* eſſe fictum, ſub lit. (a) Latere autem ſub eo P. *Richardum* SIMONIUM docent *Acta Erudit. Lipſ* 1687. p. 222. ſub lit. (b)

(a) Acta Erud. Lipſienſ. Menſis Febr. A. M. DC. LXXXVI. p. 107.

*Sed nolumus excerpta ſcribere excerptorum ; viſuri potius, quid* Hieronymi le Camus *Theologi Pariſienſis Judicium Juliobona in Caletibus ad J. H. perſcriptum contineat. Et vero dicendum generatim, tum lineas in* Voſſiana *ad iteratas* Simonii *objectiones reſponſione deſignatas ſervari perpetuo, interſperſis etiam dicteriis ; tum quæ diſceptantur, pleraque ad quæſtionem de LXX interpretum autoritate referri. Ut enim Maſorethas aliosque nimis à Voſſio deprimi, vel quisquis ille eſt, conqueritur : ſic illos contra efferri ita ait, ut ſæpe in veritatem hiſtoricam impegiſſe videri poſſit.*

(b) Acta Erudit. Lipſienſ. Ao. 1687. April. p. 222.——Simonius ——*in tertiis, ut a Voſſio (in Reſponſione ad Simonii objectiones) appellantur, objectionibus, quas quidem,* Hieronymi le Camus *nomine latens, ediderat.*

(538.) CAMUSAT, cujus extat Præfatio *Kempiſio* Gallico de Imitatione J. Chriſti præfixa, quod ſit à *Grand* PATRU profecta, docet nos *Peliſſon* Hiſtoire de l' Academie Françoiſe. p. 355.

(539. C. *Vito* CANALDO, Maſchera del P. F. *Donato* CALVI da *Bergamo*, de qua ſic Villani della *Viſiera Alzata* Hecatoſt. num. C. pag. 90.

C. *VITO CANALDO Maſchera del P. F.* Donato Calui *da Bergamo nella ſtampa del Libro* Dolcezze amare. *In Finale per Matteo Squadra M. DC. XLIII. 12.*

(540.) *Ægidius* CANDIDUS. Ejus nomine extat *Querela adverſus quosdam eximios viros, è facultate Theologica Lovanienſi.* Verus Auctor eſt Mr. DE WITTE, Decanus Mechlinienſis: ut docet la *Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique* de l' année 1688. Tom. 8. p. 240. 241. & *Bailletus* deguiſemens des Auteurs pag. 336. & in Catalogo pag. 539.

CANDIDUS v. *Eblanus.*
v. *Albius.*

(541.) CANDIDUS *Heſychius.* Perſona eſt cujusdam Critici haud vulgaris nominis, ut docent *Jugemens des Ouvrages Sçavans* Tom IV. part. IV. pag. 96. num. 1517. Verum Auctoris nomen non exprimunt, niſi quod ſub hac larva prodiiſſe addunt diſſertationem : *Godellus utrum Poëta ?* Vid. lit. (a) verba ipſius Auctoris anonymi (Antonii *Bailleti* detecti ſuo loco) diſſentientis tamen hic à ſuo Satyrico. Adde in *Anonymis* 1667. Quæ an ſit eadem Satyra cum hacce judicent, quibus hac de re ulterius vacat inquirere. v. *Heſychius.*

(a) Jugemens des Ouvrages des Sçavans Tom. IV. part. IV. p. 96. num. 1517.

*Un Critique d' importance appellé* Candidus Heſychius, *qui eſt un nom d' autant plus rare, qu' il eſt peu uſité dans la nation critique.——Ce Candide & pacifique Cenſeur a mis en queſtion de ſcavoir,* ſi M. Godeau eſt un Poëte ou non *? & il en a publié une diſſertation Latine ſous le titre* Godellus utrum Poëta ?

(542.) CANDIDUS PHILALETHES, Presbyter Genuenſis. Ejus nomine recenſentur in Bibliotheca Aproſiana (a) pag. 533. 534. & 535. *tractatus aliquot*, omnes impreſſi per Benedictum Guaſcum, Genuæ. (1) *Pii Mores & Sancti amores* Epigrammatis expreſſi. (2) *Beati Dolores* Epigrammatis expreſſi. (3) *de Præſcientia Dei ac Prædeſtinatione* diſputatio. (4) *de Opinionum Praxi* diſput. (5) *de Cambio* Tractatus &c. Auctor tractatuum horum verus eſt P. *Andreas* BIANCHI Genuenſis. Adde la Viſiera Alzata Hecatoſt. num. IX. (b) Blancum ſcribit Sotvvel p. 47. col. b. & Witte Diar. Biograph. ao 1657.

(a) Cornelio Aſpaſio Antivigilmi, i. e. Vintigmiglia, Bibliothecæ Aproſianæ pag. 533. & ſeqq.

1. Hiſtoria delle cauſe, & effetti della Peſte *del P. D.* Andrea Cirino *C. R. in cui dà gli arcani piu reconditi degli Egittii, Greci, Hebrei, & Arabi ſi diſcorre di quel morbo divino, con raccontare le Cauſe humane, e divine, i prodigi, che hà cagionato nel Mondo le Peſtilenze più famoſe, il numero de' Morti, la duratione del male, il modo di medicare, conforme gli aſpetti del Cielo, le cagioni del Contagio, gl' auuenimenti impenſati, & irregolari l' etimologie, e deſcrittioni degli effetti, e ſegni di Peſte, e quanto è mai occorſo in ſimile calamità, per mezzo degli Angeli, de' Demonii, e degli Huomini. Con varii Diſcorſi Aſtronomici, Meteorologici, e Sacri, s' interpretano le allegorie de' Poeti, e le Mitologie più arcane degli Antichi, i luoghi della*

*Sacra Scrittura più difficili, e del ſommo Dio, autore della Medicina. In Genova per* Benedetto Guaſco *Librato a Banchi,* M. DC. LVI. *in* 4.

2. Paſſione di Chriſto figurata, & hiſtorica, in trenta ſermoni deſcritta, ed in tre Trattati diuiſa *Primo Paſſione figurata nel ſacrificio d'* Abraamo. *Secondo* Chriſto Crociſiſſo *Terreſtre Paradiſo. Terzo* Paſſione Hiſtorica. *Del. P.* Andrea Bianchi *Genoveſe della C. di G. Dal medeſimo, 1655. in 12.*

3. L'empietà flagellata dal S. Zelo d'Elia. *Opera del P. G.* Andrea Alberti *della* C. *di* G. *Iui come ſopra.*

4. Il Choro di S. Chieſa, *cioè il Salmo Beati immaculati in via, ponderato con due paraphraſi all' Em. Sig. Prencipe Cardinal Durazzo, Arciveſcovo di Genova, Poëma dal M.R. Sig.* Gio Lazzaro Montobio. *Iui come ſopra 1644. in 4.*

5. Pii Mores, & Sancti Amores *Epigrammatis expreſſi. Auctore* Candido Philaletho *Preſbytero Genuenſi. Apud eundem, 1652. in 8.*

6. Beati Dolores *Epigrammatis expreſſi ab eodem, & apud eundem, 1653. in 8.*

7. De Præſcientia Dei ac Prædeſtinatione *Diſputatio ejusdem Philalethi. Ut ſupra 1656. in 8.*

8. De Opinionum Praxi *Diſputatio ejusdem* Candidi, *additis tribus Apologiis diverſo tempore editis, Genuæ, 1651. in 8.*

9. De Cambio *Tractatus brevis, atque dilucidus, in quo ejus Eſſentia, & Juſtitia declaratur, & impugnantium argumentis reſpondetur. Auctore eodem C. P. P. G. Guaſcus 1662. in 8.*

10. Queſtioni Filoſofiche *facili ad intenderſi, utili, e vaghe a ſaperſi, curioſamente riſolute dal P.* Andrea Bianchi *Genoveſe della* C. *di* G. *Nella ſtamperia med. 1653. in 4.*

11. Squitinio della Republica di Venetia *d' Autor Incognito Squitinato da* Raffaelle della Torre *Genoveſe. Per lo ſteſſo, 1653. in 12.*

12. Le Vittorie di Minerva, *overo la Virtù trionfante de' Vitii, Gran Balleto di Madama la Ducheſſa di Valentineſe, danzato in Monaco l' anno 1655. A. Monſig. il Prencipe di Monaco, Duca, e Pari di Francia Cavaliere delli Ordini di S. M. Chriſtianiſſima. Per lo ſteſſo. in 4.*

13. Amedeida *Poëma Eroico di Gabriello Chiabrera con gli Argomenti in ottava rima del* Foraſtieio Idiontino. *Dal med. 1654. in 12.*

14. Poëmi Eroici poſtumi *di Gabriello Chiabrera, cioè il* Foreſto, *ed* il Ruggiero. *Iui come ſopra. M. DC. LIII. in 32.*

(b) Nicol. Villani Viſiera Alzata.

*IX. ANDREA BIANCHI. Gieſuita Genoveſe. Queſto bianco in concreto, poteua andare del pari in aſtratto. Di ciò può eſſere teſtimonio non pur la Città di Genoua ou' hebbe il Natale, e la Sepoltura: ma chiunque lo conobbe, e li P.P.* Alegambe & Sotuello *dicono meno di quello, che era. Da lui ſi hanno pſeudonimi*

Pij mores, & ſancti *Amores* Epigrammatis *expreſſi Auctore* Candido Philaletho *Presbytero Genuenſi, Genuæ ex Typog. Benedicti Guaſchi M.DC. LII. 8.*

Beati Dolores epigrammatis expreſſi *Auctore eodem ut ſupra M.DC.LIII.8.*

De opinionum praxi Diſputatio *Ejuſdem. Additis tribus, Apologiis diverſo tempore editis Genuæ M.DC.LIII. 8.*

De Cambio *Tractatus breuis atque dilucidus in quo ejus eſſentia & Juſtitia declaratur, & impugnantium argumentis reſpondetur. Auctore eodem. Genuæ ut ſupra M.DC.LII.8.*

De Præſcientia Dei, ac Prædeſtinatione *Diſputatio* Candidi Philalethi *Genuenſis Presbyteri Genuæ ut ſupra, M.DC.LVI.8.*

(543.) CANDIDUS SYLVESTER. Sub fictitio hoc nomine edidit *Cyriacus* SPANGENBERGIUS Anno 1586. *libellum*, Flacciano, de Peccato Originis, errori patrocinantem, & *Ægidii Hunnii* libro, *de Subſtantia Peccati Originis*, Anno 1585. edito, *oppoſitum*. Sed refutatus eſt non multo poſt, alio ſcripto Hunniano. Hæc *Symbola Flensburgô-Molleriana*, ex Leonh. *Hutteri* Theolog. Wittenb. Threnologia de Vita ac Obitu Ægid. Hunnii Witt. 1604. in 4to p. 15.

(544.) CANDOLE, *Pyrame de*: Claude FAUCHET. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 539.

(545.) CANDORIN. Ejus extant Varia *de Civitatibus*, Hamburgenſi, Lubecenſi, Luneburgenſi, Razeburgenſi &c. uti & *de Legati Officio*, opuſcula Vernacula. Eſt *Conradus* AB HOEVELN, unus ex vulgo muſteorum Patriæ noſtræ Poëtarum, ineptam & ridiculam Orthographiam Cæſii, in omnibus ſcriptis lectori obtrudens. Nomen autem iſtud Candorini ei tributum eſt, à Joh. *Riſtio*, Societatis Cygneæ, (cujus ille membrum fuit) fundatore. Hucusque *Symbola Flensburgo-Molleriana*. Addit *Symbola Teclenburgica* (ceu indicat *Florentin Leonhard* in ſuo Tr. cui titulus *Abdalla Heſin.* pag. 116. qui impreſſus eſt Francofurti 1692. in 8vo.)

(546) *Baruchus* CANEPHIUS. Ejus nomine extat *Atheomachia*, ſive *Refutatio errorum & deteſtandæ Impietatis Atheorum, Libertinorum, & aliorum profanorum hominum*, his extremis temporibus prodeuntium, ad confirmandum infirmos in fide Eccleſiæ Chriſtianæ, Gallica lingua edit. in 8vo per Joan. Durandum 1582. Hunc tractatum judicat *Normanniana Symbola* eundem eſſe cum libro *Philippi* MORNÆI, *Domini de Pleſſis*, qui inſcribitur *de veritate religionis Chriſtianæ*, contra Atheos &c. ex eo, quod opus hoc, anno, forma, lingua, iisdem prodierit apud Anton. Chuppium. vid. *Friſium* Bibliotheca Geſn. p. 107 a. & p. 693. a.

(546. *a*) GRETSERUS (ſine dubio *Jacobus* Jeſuita) Anno 1604. edidit librum cum hoc indice Antiquæ lectionis tomus V. Bipartitus in quo L. vetera monumenta, nunquam viſa, pauculis exceptis quorum Catalogum verſa pagina

gina indicat. Omnia nunc primum ex MS. codicib. edita ab *Henrico*.CANISIO &c. Ingolſtadii ex officina typographica Ederiana, apud Andream Angermarium A 1604.qui liber cum nullum auctorem reperire poſſet, quippe qui meras fabulas, nugas, affanias & gerras Siculis ineptiores contineret, quadriennio poſt à Gretſero immutata facie & priore pagina interpolata, hancce larvam, ne cognoſceretur, inſigni dolo & furti crimine indutus eſt: *Henrici* CANISII Noviomagi JC. Sacrorum Canonum Profeſſoris in Academia Ingolſtadienſi, *promptuarium Eccleſiaſticum*, in quo quinquaginta quinque auctores nunquam antea editi, continentur. Ingolſtadii ex typographia Ederiana apud Andream Angermarium Ao. 1690. *Goldaſtus* in replicatione pro Imperio contra Gretſerum cap. XI. p. 114. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

CANTABER v. *Galindus.*

(547) CANTABRICÆ NATIONIS nomine *libellum ſupplicem ad Urbanum* VIII. Pontificem M. ſcriptum à *Joan Baptiſta* POZA, Cantabro, Andreæ filio, perhibet Nicol. *Antonius Bibl.* Hiſpan. p. 494. b. in fine.

CANTELLI v. *Cæſar.*

(548) *Julius Cæſar* CAPACCIUS, Campanienſis. Ejus nomine recenſentur in *Toppii* Bibliotheca Neapolitana p. 166. Tractatus duo: (I.) *Neapolitanæ Hiſtoriæ* Tom. I. apud Jacobum Carlinum in 4. 1607. (II.) *Puteolana Hiſtoria*, cui acceſſit de Balneis libellus. Ibid. apud Vitalem 1604. in 4. de quibus tamen ipſe probat *Toppius* l. c. quod *Fabio* GIORDANO debeantur. Vide, quæ ſub lit. (a) inde excerpſimus.

(a) Toppii Bibliothecæ Neapolitanæ p. 166.

Neapolitanæ Hiſtoriæ *Tomus Primus, apud Jacobum Carlinum 1607. in 4.*

*Et* Puteolana Hiſtoria, *cui acceſſit* de Balneis *libellus. Ibid. apud Vitalem.1604.in 4.*

*Queſte due ultime opere Latine, che ſono le più belle del*Capaccio, *ſono fatiche dell' eruditiſſimo* Fabio Giordano, *che originalmente conſervanſi nella famoſa Biblioteca de' MS. de' Padri Cherici Regolari de' SS. Apoſtoli di Napoli, viſte, & lette da me più volte, e par che anco l' accennano Giulio Ceſare* Braccini *nel ſuo lib. dell' incendio del Veſuvio del 1631.fol. 5.* Pietro Laſena, *& il* Tutini.

(549.) CAPELLA Veronenſis, *Janus. Gilles* MENAGE. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 539.

(549. α) *Rudolphus* CAPELLUS, SS Theol. Dr. &, dum viveret, collega meus, *indicem nummographorum* plus quam ſeſqui alphabeti mole in folio inſeruit *Lüderiano ſuo Nummophylacio* 1678. edito. Is index uti conferenti unicuique ocularia inſpectio deteget, totus primario ex *Philippi* LABBEI Bibliotheca nummaria ejusdem Bibliothecæ Bibliothecarum ſubjuncta eſt ordine nil immutato deſcriptus, interpolationibus additis hinc inde aliqvibus interdum qvidem ſatis magnis, ſed ab inſtituto plane alienis. Ubi & hoc monendum, quod Auctor Anonymus, *des Jugemens des Scavans ſur les principeaux Auteurs* (Antonius *Bailletus* ſuo loco detectus) indicat Tom. I.chap.I.p. 29. illius Labbeani indicis a principio litteræ C usque ad finem litteræ F. deperdita folia plurima. Unde interciderunt utique non reticenda hic nomina *Caroli*, *Claudii*, *Cuthberti*, *Curtii*, (*Inghirami*, ad quem pag. 368. adeò nos remittit etiam de *Allatio* loqvens) *Danielis*, *Davidis*, *Dionyſii*, *Durandi* &c. *Eraſmi*, *Ericii*, *ſ.Erycii*, *Everhardi* &c. *Feſti*, *Friderici*, *Ferdinandi*, *Fortunii*, (*Liceti*) *& Franciſcorum* maxima pars. Qvorum & hic nihil videas expletum. Hoc facinus etſi plagii manifeſtam habere culpam negari non poſſit: attamen haud qvaquam animo commiſſum malo ut exſtimem, impetrat à me notus Beati Amici & Collegæ animus ad ſimplicitatem magis quam malitiam compoſitus. Et talium incogitantia potius & vilipendium. Qvo factum etiam, ut aliis ſua non raro donaret, ut in *Crauelii* & *Locherii* nominibus ſuo loco memoratis apparet.

(550) *Chriſtophorus de* CAPITE FONTIUM. Ejus nomine recenſet Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 135. b. tractatus quinque ſub lit (a) nominatos. Verum Auctoris nomen eſſe adjicit, *Chriſtofle* CHEFFONTAINES: qvod Gallice idem eſt ac *Caput Fontium* Latine.

(a) Thom. Hyde Biblioth. Bodlejanæ. p. 135. b.

Chriſtoph. de CAPITE-FONTIUM, al. *Chriſtoffle Cheffontaines.*

Defenſio Fidei Majorum, de *verâ & reali præſentiâ Corporis in Euchariſtiâ. Col. 1567. C. II. 9. Th. Et. Ven. 1581. 8. C. 242. Th.*

Illuſtratio *Chriſtianæ fidei*, *Contra Atheos*, &c. Par. 1586. 8. C. 50. Th.

Conciones 2. *de* B. Virgine. *Ibid. Variæ Diſpp. de eo* quod ſit utile ac neceſſarium. *Ibid. Et 8. C. 48. Th. Seld.*

Confutatio Epiſtolæ *cujuſdam* contra Liberum Arbitrium & Merita. *Ant. 1575. 8. II. 72. Th.*

(551) *Julius* CAPITOLINUS. Ei tribuuntur *Vitæ*, (1) Antonini Pii. (2) M. Antonini Philoſophi. (3) Veri. (4) P. Helvidii Pertinacis. (5) Septimii Severi, quas tamen SPARTIANO vindicant Excerpta Palatina apud *Fabricium* Biblioth. Latinæ p. 154. 155. ſub. lit. (a) Vitam præterea (6) Aureliani Julio CAPITOLINO tribuit *Robertus* Bononienſis, ſed perperam, judicante *Fabricio* l. c. p. 157. qui VOPISCO potius eam adſcribit. Extant Capitolini opera in Scriptorum Hiſtoriæ Auguſtæ Sylloge primum impreſſa Mediolani 1465. quam editionem laudat *Salmaſius*. vid. Fabric. loc. cit. In editione Gruteriana Hanov. 1611. Vitæ hæ I. Antonini Pii, & II. Antonini Philoſophi tribuun-

buuntur *Capitolino*, ut & III. Veri. At Vita Sev. *Spartiano* & VI. Aureliani *Vopiſco* aſſignatur.

( a ) Fabricius Biblioth. Lat. pag. 154. 155.

*Etiam* Vitam Antonini Pii, M. Antonini Philoſophi & Veri Spartiano *adſcribunt antiquiſſima excerpta Bibl. Palatinæ, quibus ſtylum mirifice ſuffragari notat* Salmaſius: *ſed vulgo hæ feruntur ſub nomine* Julii Capitolini.

P. 155. Publii *autem* Helvii Pertinacis *vitam Julio Capitolino editiones & Mſta tribuunt, quam itidem Spartiani eſſe innuunt excerpta vetera Palatinæ Bibl. Vitæ* Didii Juliani, Septimii, & Peſcennii *Spartiano adſcribuntur etiam in vulgatis editionibus & MSS. niſi quod codex Regis Galliæ* Vitam Severi *tribuit* Julio Capitolino; *ſed utique unus autor vitas illas tres compoſuit, non minus quam vitam* Clodii Albini, *quæ in editis ſequitur ſub nomine* Julii Capitolini *At in excerptis Palatinis rectius refertur ad* Spartianum.

(552) *Johannes* CAPGRAVIUS. Ejus nomine extant multæ Sanctorum Hiberniæ Vitæ, quas conſcripſit *Joannes* VICARIUS Tinmuthenſis in *libro Servorum DEI* minori, qui vocatur *Sanctilogium*: ut obſervat *Waræus* lib. I. de Script. Hibern. c. 13. pag. 93. Hæc ex epiſtola didici, quam B. Guilielmus *Cave* ſub dato 8. Idu. Decemb. 1676. ad me perſcripſit.

CARACOTTA v. *Fronto*.

(553) *Decius Cardinalis* CARAFFA Archiepiſcopus Neapolitanus. *Calendarium* hujus nomine *Neapolitanum* extat, quod compoſitum ab *Antonio* CARACCIOLO, Neapolitano ex Joſ. *Silos* Tom. III. Hiſt. Regul. Cleric. fol. 541. me docet *Olearius* in epiſtol. de dat. 26. Jun. 1676. Adde *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez p. 539. *Toppius* in Bibliotheca Neapolitana perſonati hujus nominis & ſcripti non meminit, Lectorem tamen ad memoratum *Silos*. & Hippol. *Marrac.* in Biblioth. Mariana 115. & Jo. Bapt. *Laurum* Theatr. Roman. Orcheſtr. fol. 54. remittit p. 25. b.

Ejusdem nomine exſtat congeſtus *Catalogus Sanctorum* Neapolitanorum, quem tamen itidem *P. Antonio* CARACCIOLO adſcribere mavult Franceſco Bolvito. vide Leonardi *Nicodemi* Adddition. ad *Toppii* Biblioth. Neapolitanam p. 66. ſub lit. (a)

(a) Topii Biblioth. Neapolitanana pag. 66.

Il P. Franceſco Bolvito *nella præfazione à Lettori dell' opera del P.* Antonio Caracciolo *de Sacris Eccleſiæ Neapol. Monumentis, ſcrive, che quel libro non ſia del Cardinal Decio Carafa, ma del ſuddetto P.* Antonio Caracciolo *leggendoſi quivi tra le ſue Opere*

Kalendarium Eccleſiæ Neapolitanæ cum Notis, ſub nomine Decii S.R.E. Cardinalis Carafæ Archiepiſcopi Neapolitani.

*Il medeſimo Padre* Oldovino *nelle addizioni al Ciacconio, a carte 422. del quarto tomo, fra l' altre coſe, ſcrive:*

Sanctorum aliquot Neapolitanæ Urbis, quorum memoria ab hominibus, multis abhinc ſæculis exciderat, Catalogum congeſſit, & in Diœceſana Synodo anno 1619. publicavit; qui Catalogus typis traditus eſt cum Hiſtoria Vitæ cujuſque Sancti &c:

In fine ſoggiunge.

*Ad illum plures ſunt* Tolomæi *Literæ ejusdemque laudes cecinit* Julius Nutus *Carmine Hetruſco*.

(554) *Alberto* CARCA, principal Cavalier della fede. Ejus nomine recenſet *Giornale del letterati di Parma* 1689. Giornale XII. pag. 238. Scriptum Italicum: *Inſtruttione Chriſtiana per i Prencipi, e Regnanti, cavata della Scrittura Sacra.* Auctorem verum eſſe ibidem judicatur *Carlo* CARAFFA Prencipe di Butera, e dalla Roccella, qui *anagrammatico involucro* hoc ſe occultare laboravit. Hæc ex *Symbola Junckeriana*.

( 555. ) *Aſpaſio* CARAMUELIO. Eo Auctore prodiit Francofurt. in 4to *Joco Seriorum Naturæ & Artis ſive Magiæ Naturalis Centuria* III. Verus ſcripti Auctor docetur eſſe Caſparum SCHOTUM, *Villan. Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. IV. pag. 98. ſub lit. (a) Perſonati hujus Aſpaſii Caramuelii nomine aliquid à Schotto editum eſſe non memorat *Sotwel* Bibliot. Script. Societat. JEſu pag. 282. & *Witten*. Biograph. Anno 1666. d. 22. May.

(a) Villani la Viſiera Alzata Pentecoſtes num. VI. p. 98.

*IV. ASPASIO* CARAMUELO. *Chi hauera veduto il libro* Ioco Seriorum Naturæ, & Artis *ſive Magiæ naturalis Centuria III. Auctore* Aſpaſio Caramuelio *Francofurti 4.*

*Come Monſig.* Gio. Caramuele *Veſcovo di Vigeuano ſia Soggetto Enciclopedico, e poſſa ſcrivere d' ogni ſcienza al pari d' ogn' altro, non ſarebbe gran fatto, che poteſſe ſoſpettare che queſto fuſſe uſcito dal ſuo Marte; ma io ſenza tema d' eſſer repigliato, voglio atribuirne l' architettura all' eruditiſſimo P. Gaſparo Scoto della Compagnia.*

CARCARIA v. *Clorio*.

CARCASSONA v. *Comperat*.

(556) CARDONA v. *Aznar*.

(557) CARDULLUS. Perſonatum eſt CASTELLI Maſſinenſium Phyſici primarii nomen, quo edidit libellum *de Theriaca*, qui honori ei ceſſit egregio, ut monet Dn. Avunculus meus honoratiſſimus Protophyſicus hic Dr. Joannnes *Garmers* diſſertat. III. de Theriaca quæ diſſertatio D. Garmeri memoratur & apud *Mercklin* in Linden. Renov. p. 587. Sed idem de Cardullo, Caſtelli perſona altum ſilet.

CARIOPO v. *Clorio*.

CAR-

CARLERIUS v. *Ægidius.*

CARLO v. *Aurelio.*

CARPITANUS v. *Cato.*

CARPITANUS. v. *Centor.*

(558) *Alexander* CARIERO,(vel *Carriero*)ſuo nomine in publicũ edidit*Conſiderations ſur l' ouvrage de Mazzoni*, quarum Auctor verus *Beliſſario* BOLGARINI illum ad Palinodiam hujus plagii adegit, vide (a) *Jugem. des Savans* Tom.IV.pag.III. num. 1215. pag.7. ſub lit.(a) ex Craſſo de de Poëtis Græcis: cui additur Jani Nicii Pinacotheca II. p. 72.73. ſub lit. (b) excerpta.

(a) Jugements des Scavants ſur les principeaux Auteurs Tom. IV. part. num. 1215. pag. 7.

Ugurgieri *cité par le* Craſſo *dans ſon Recüeil des Poetes Grècs pretend que dans toutes les diſputes que l' on a vû naitre entre les Sçavans, au ſujet de la Comedie de* Dante, *ce fut ce* Mazzoni *de Ceſene qui commenca la querelle; en publiant un livre, en faveur de l'Ouvrage de* Dante *contre les calomnies de ſes Cenſeurs.* Beliſſario Bolgarini *fit quelques* conſiderations ſur cet Ouvrage de Mazzoni *à la ſolicitation d'* Horace Capponi *Eveſque de Carpentras. Un galant homme prit ce conſiderations à Bolgarini, & les fit imprimer ſous ſon nom, avec le titre de* Diſpute courte & ingenieuſe contre l' Ouvrage de Dante. *Bolgarini ſe tint fort offenſé de ce larcin, & il fit r' imprimer ſon Ouvrage en y faiſant mettre le nom du veritable Auteur de la piece: Le Plagiaire ſe voyant découvert, chanta une eſpece de Palinodie, & publia en meſme-temps une* Apologie pour Dante contre Bolgarini. *Mais ce dernier eut l' avantage ſur cet adverſaire, & il luy fit confeſſer ſon vol, apres quoy il fit publier à Siene en 1588. un livre ſous le titre* de defenſe contre la reſponſe de l' Apologie & la Palinodie d' Alexandre Carriero ſur la Comedie de Dante.

(b) Jani Nicii Erythræi Pinacotheca altera p. 72. 73.

*Coactus eſt mandare typis animadverſiones ſuas in illud* Jacobi Mazzoni *Cæſenatis opus, quo* Dantis, divini *ut ipſe vocat,* hominis *comœdiam, ab iniquorum calumniis vindicare conatur, quas animadverſiones,* Horatii Capponi, *Carpentoracti Epiſcopi, rogatu conſcripſerat; in quas furtim alius invaſerat, ſuoque nomine hoc titulo inſcriptas, ediderat, nimirum,* Brevis atque ingenioſa, contra Dantis opus, diſputatio. *At liber ille, multorum deinceps operum, quæ a* Belliſario *prodierunt, quaſi ſementes ac materies extitit. Nam is, qui literarii illius ſe furti obſtrinxerat, cum manifeſto teneretur, cecinit palinodiam, eamque, una cum* Apologia, *adverſus ea quæ* Belliſarius *Danti objecerat, edidit. Secutus eſt* Hieronymus Zobbius *Bononienſis, qui, lectis iis quæ circumferebantur, ſuam voluit de illis ſententiam interponere, atque anno* CIↃIↃLXXXIII. *librum in vulgus emiſit, cujus erat titulus, Dantes & Petrarcha, ab Hieronymo Zobbio defenſi, Al* Bulgarinus, *hac nova Dantis defenſione à Zobbio ſuſcepta, quo magis ejus, à quo expilatus fuerit furtum illuſtraretur, alterum Senis librum imprimendum curavit, quo ea continebantur, quæ Horatii* Capponi *reſponſionibus, ad quatuor primas ſuarum in Mazzonum animadverſionum particulas, replicaverat. Nam deinceps, ut eas componebat, per partes Cappono mittebat; quibus ille, multa pro Dante afferens, reſpondebat; contra Belliſarius* Capponi *dicta confutabat, & à Dantis defenſione repellebat.* Tertio *opere, ſcripſit contra prædictam Hieronymi Zobbii diſputationem, de Dantis Comœdiis, atque alteram illius eorum, quæ dixerat, defenſionem.* Quarto *libro, reſpondit palinodiæ, & Apologiæ illius, qui honorario eum furto, ſuis in Dantem animadverſionibus, ſpoliaverat, ſeque illis exornaverat. Huic operi ſucceſſit* quintum, *quo, Particulis Poëticis, pro Dantis defenſione à Zobbio diſputatis, patrio ſermone reſcripſit. Cum autem* Jacobus Mazzonus, *primam ejus voluminis partem in hominum conſpectum lucemque protuliſſet, in quo pro Dantis* Comœdia *acriter vehementerq; propugnat, factus eſt* Sexto *operi locus, hoc titulo,* Belliſarii Bulgarini, Aperti, Academici Inthronati, notæ ad primam Dantis defenſi partem Jacobi Mazzoni. *Poſtremo tota hæc de Dante concertatio* ſeptimo *concluſa eſt libro, adverſus manu ſcriptum, ad Dantis defenſionem pertinens, falſò* Speronis Speroni *nomine prolatum. Ne multis morer, finis fuit ejusmodi, ut* Bulgarinus certaminis victor *diſcederet, cum, certiſſimis validiſſimisq; rationibus, adverſariorum copias, pro Dante propugnantes, profligaſſet, obtinuiſſetque illius Comœdiam, veram poëmatis cujuſpiam rationem non habere, quod ab Ariſtotelis præceptis longiſſime aberraret.*

(559.) Joannis CARIONIS nomine, quomodo prodierint *Chronicorum libri,* quos revera *Philippus* MELANCHTON conſcripſit, diſerte narrat, ac de libris ipſis judicium acuté perhibet *Popeliniere* hiſtoire des Hiſtoires liv. 9. p.481. cujus verba, quod ſunt notatu digna, nec auctoris ſcripta in omnium manu, huc adſcribere operæ pretium duxi. Ea ita ſonant. *Jean Carion, Mathematicien, eſt reputé Autheur des* Chroniques, *premierement imprimées en Germanie, puis és autres Provinces, ſouz ſon nom. Bien qu'en ayant preſenté les premiers traits d'icelles, a ce que j'ay entendu, a ſon maiſtre Philippe Melanchthon, pour le voyer, y adjouter, & corriger a ſon plaiſir: il raya tout d' un ſeul traict, & les refit toutes nouuelles: mais par une debonnaireté naturelle, luy permit les imprimer ſous ſon nom. Il y a de la doctrine & diligence. Mais on y doit encore plus remarquer ſon affection a y profiter au Lecteur: Inſiſtant preſque ſur tous les plus notables exemples pour l' habituer à la vertu, & par fois l' eleuer au ciel, afin d'y admirer la providence divine, au tant variable gouuernement des humains. Il y excede pourtant le deuoir de Chronologue, en ſa prolixité, & de Hiſtorien en diverſes paſſions.* Gaſpar Peucerus *ſuivant les traces de ſon beaupere, les a doctement accreu & continué. Le tout a depuis eſté communiqué aux François*

 *par*

*par la curieuſe verſion , & laborieuſe continuation jusques a ce temps, du docte* S. Goul de Senlis.

Adde *Barthol. Keckem.* de nat. & propr. Hiſt. auctar. cap. *6*, p. m. 1876. idem ſed minus plene referentem, cum *Georg. Calixt.* Epitom. Theol. Moral. p. m. 113. *Zeilero* de Hiſtor. part. 3. pag. 50. De Melanchtoniana vero facilitate in hoc genere v. *Thomaſ.* de plag. litterario §. 200. & ſeqq.

Fundamentum aſſertionis hujus ponit *Deckherrus* in *Peuceri* epiſtola, cujus contenta exhibet idem de ſcriptis Adeſpotis p. 261. 262. Verba etiam affert *Sagittarius* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. p. 97. ſub lit. (a) qui & *Boecleri* & *Franckenbergeri* judicia de Chronico Carionis ſubjungit lit. (b) prolixeq; poſtmodum de occaſione Chronici Carionis à *Philippo* correcti, ejusque tum Germanico tum latino ſermone factis editionibus diſſerit p. 98-102. Vide quoque *Teisſier* Eloges des Savans Tom. I. pag. 192. & *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 540. Addit hic *Margo Diecmannianus* ſequentia:

V. ipſum *Melancht.* Ep. ad Camer. p. 163. ubi ita ſcribit: *Cario miſit huc* χρονικὰ *excudenda, ſed ea lege, ut ea emendarem. Sunt multa ſcripta negligentius. Itaque ego totum opus retexo, & quidem Germanice, & conſtitui complecti præcipuas mutationes maximorum Imperiorum. Ad eam rem tua mihi opera erit opus.*

(a) Sagittarius Hiſtoriæ Eccleſiaſt. pag. 97. 98.
*Is com coepiſſet contexere Chronicon, recognoſcendum q; illud atque emendandum, prius quam prelo ſubjiceretur, miſiſſet ad* Philippum Melanchthonem, *hic, quod parum probaretur, totum abolevit una litura, alio conſcripto, cui tamen* Carionis *nomen præfixit. Sed & hoc cum retexuiſſet, amici nomen & memoriam, à cujus primordiis* ἀφορμὴ *prima Chronici contexendi nata atque profecta eſſet, titulo poſteritati commendare voluit: quæ verba ſunt* Caſparis Peuceri, *viri exquiſite docti, ſed, quod poſtremis Philippi cogitationibus in capitibus fidei nimium eſſet addictus, ac diverſa ſentientibus infeſtus, ſumme infelicis, in Epiſtola dedicatoria ad Auguſtum Electorem anno CIƆIƆLXXII. perſcripta. Enim vero quod Philippus ab creatione mundi cœpit, & ad Caroli Magni tempora libris tribus perduxit, exin quarto quintoque, usque ad Maximiliani I. exceſſum, qui ineunte anno CIƆIƆXIX. contigit, idem ille Peucerus continuavit. Et ſane meretur hoc ipſum, quod vulgo Carionis, rectius tamen Philippo-Peucerianum appellaretur Chronicon, inter ſelectiſſima probatiſſimaque utriusque hiſtoriæ (Eccleſiaſticæ ac Civilis) monumenta computari, atque à ſtudioſa juventute diligenter legi, lectumque aliquoties repeti. Unum tamen illud doleo, quod & Melanchthon, & Peucerus rarius laudaverint ſcriptores, unde ſua hauſerint.*

(b) Ibidem. Andreas Franckenbergerus *in Inſtitutionibus Antiquitatis & Hiſtoriarum lib. 3. pag. 237.* Chronicon Carionis *magna ſui parte retextum tanto judicio, tantaque dexteritate perfecit* (Melanchthon) *ut nihil in eo genere & compendiaria ratione præſtantius extare ſciamus.* Stephanus Prætorius *in Ordine ſtudiorum ao. 1597. Witteb. edito. Eruditiſſima & elegantiſſima Epitome omnium fere hiſtoriarum totius mundi eſt Chronicon Phil. Melanchthonis, quod qui non deguſtavit, is vere bardus eſt.* Bœclerus *in Diſſert. de utilitate ex Hiſtoriæ univerſalis compoſitione capienda pag. 16. In hoc (Chronico) ea ſunt, ad ſummam rerum, & hiſtoriæ univerſalis contextum ſpectantia, judicia, monita, præcepta, ut de alio hujus generis & inſtituti volumine ſimilia polliceri nemo facile queat. Ex qua quædam repetit* Melch. Adami in Carione.

CARISTIUS v. *Diocles.*

(560.) *Epiſcopus* CARNUTENSIS. Ejus nomine Programma in cauſa Cenſuræ per eum propoſitæ ſub nomine *Cleri Gallicani* ao. 1626. edidit *Petrus* PUTEANUS Regi Chriſtianiſſimo â Conſiliis & Bibliothecis; ut in vita ejus refert *Bateſius* in Vit. Select. aliq. Viror. p. *666*.

(561) *Lucas* DE CAROLIS cujus extat Repræſenta Tragica, de S. Chriſtina Martyre eſt *Jean* BRICCIO: teſte *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 540. & Wittenio Diar. Biograph. part. II. ad anno 1646.

(562) *CAROLI Magni Imperatoris ſcripta, vide apud* Geſner. *pag. m.* 114. Jameſ. Bibl. *Bodlej. pag.* 110. *& citatos* Oleario *p.* 101. *& ſeqq. Inter illa ſunt:*

*I. Libri IV.* de Imaginibus contra Nicenum Concilium II. *Impreſſi Pariſiis, cum præfat.* Joh. Tillii, *ut iteſtatur* Geſnerus *l. c. &* Voſſ. *de Hiſt. Lat. l. 2. c. 36. pag. 290. eum* Tillium *ſub* ELI PHILI *nomine latere voluiſſe indicans, de quo ſuo loco. Illi utpote ſuperſtitioni valde contrarii, omnibus modis pro ſuppoſitiis ut habeantur laborant Pontificii, CAROLOSTADIO illos tribuentes, vid.* Raynaud. *de mal. & bon. libr. pag. 163. &* Poſſev. *Apparatus Tom.* I. *præfationem, & pag. 298. Ubi hæc verba legas.* Carolo Magno qui tribuuntur libri IV. contra ſacras imagines, & ſeptimam Synodum, quique *Ao.* 1549. editi ſunt, ii non ſunt illius, ſed pleniſſimi mendaciorum, licet tempore Caroli M. fuerint ſcripti. Quod Caroli M. non ſint, extat liber Adriani Papæ I. ad Carolum, in quo libri iſti accurate refelluntur, ex quo Adriani libro perſpicue intelligitur, libros iſtos ab hæretico aliquo conſcriptos, & a Carolo ad Pontificem miſſos, ut eis reſponderetur, &c. *Quæ quomodo congruant cum eo, quod immemor ſui in præfatione* Calvinum *Auctorem facit, qui ſane Caroli M. temporibus non vixit, ipſe viderit. Alius ab hoc extat* Jonæ Aurelianenſis *ad Carolum M. de Imaginum cultu libellus. Col. 1514. & Antw. 1561. in minima forma excuſus: vide quæ ſupra diximus ad ALCUINUM, ad quem vere pertinere hoc ſcriptum, eumque* Carolum *etiam vocatum*

*catum ex* Barthii *adverſar.* 45. *cap.* 11. *probat* Voſſius *l. c.*

ALCUINO hos quatuor libros *contra imagines* expreſſe tribuit *Carolo M.* abjudicatos *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 144. & quanquam magis ad INGILRAMUM inclinare videatur *Cave* Chartophyl. Eccleſ. p. 143. ſub lit. (a) nihil tamen hac de re determinat inter hunc Ingilramum & Alcuinum dubius Hiſtor. liter. ſcript. Eccleſiaſt. p. 346. auſpicio tamen Caroli M. editos aſſerit lit. (b) Idem ſentit *Mornæus* de Miſſa II. 249. indicante *Symbola Normanniana*, quæ ex illo, opus hoc auctoritate Synodi Francofurtenſis conſcriptum, Epiſcopis omnibus ſignatum, editum autem nomine Caroli M. majoris exiſtimationis cauſa, affert. Adde ea, quæ ex *du Pinio* Acta Erud. Lipſ. Supplem. tom. II. ſect. X. p. 479. ſub lit. (c) memorant. Ipſa verba *Du Pin* repræſentantur ſub lit. (d)

II. *Capitulare Caroli M.* extans in Volumine *Germanicarum Antiquitatum* ab *Henr. Stephani* edito, nec non in *Codice Legum Antiquarum Lindenbrogii*, *Baronius* & *Bellarminus* & *Poſſevinus* T. 1. p. 298. cum aliis unà, ipſius Caroli M. ævo conſcriptum largiuntur. Quo magis miror *Poſſev.* in præfat. & p. 18. Tom. 1. Appar. CAROLOSTADIO ſumma confidentia hoc opus tribuentem, qui ſibi ipſi contrarius hic, propterea non immerito ridetur à Riveto Crit. ſacr. l. 4. c. 12. p. 420. Vide *præfationem Pithæi* & alia *hac de re*, *præfixa Codici Lindenbrogiano.*

Carolſtadium contra *Poſſevinum* defendit *Prideaux* Oratione IX. p. 85. adde & ea quæ *Cave* Hiſtor. litt. ſcript. Eccl. pag. 447. a. habet. Prodiit Capitulare Londini. 1614. in 4to.

III. Porro extat libellus, inquit *Poſſevinus* l. c. hoc titulo: *Fragmenta quædam, Caroli M. Imperatoris Rom. aliorumque incerti nominis &c.* editus, apud Bellerum, Antvverpiæ. Quem in libellum qui inciderit, velim admonitum Lectorem, nihil in eo haberi Caroli M. nomine, præter *Epiſtolam*, quæ illius eſt: cætera vero eſſe fragmenta libri, quem ALCUINUS ſcripſit *de Divinis officiis*, eaque incipere ab *Iſidori* c. 29. libri *de divinis officiis*, quod quidem caput *Alcuinus* in illud ſuum opus, *de divinis officiis*, integre transſcripſit. &c.

Et præter hanc unicam epiſtolam nihil præterea eſſe Caroli M. confidenter aſſerit cum *Caſſandro*, *Deckherrus* de ſcriptis Adeſpotis p. 69. 70. Exhibet quidem *Mabillon.* Analect. Tom. II. chartam Caroli M. & Ludovici Pii, & p. 404. Ludovici Pii, & Lotharii filii, & p. 406. aliam Ludovici Pii a SMARAGDO Abbate factam; adhuc alias Ludovici Pii ſine hoc nomine pag. 408. 411. 413. Sed illas omnes tandem p. 418. Smaragdo Abbati Virdunenſi adjudicat, vid. lit. (e) Quæ de meo errore hic amice me commonefacit, Islingthonio *Caveus*, vide adjecta *excerpto autographo.* (f) Addit hoc loco *Margo Diecmannianus* quæ ſequuntur:

*Ab Alcuino ſcriptos indicat* Ropedus *ab* Hoveden *Britannus. ap.* Beſſel. *ad Eginhart. p. 93. Adde Joh. Cunr.* Dieterici *Auctar. ad* Flacii *Catal. teſt. ver. p.* 191. Prideaux *Or. de Pſeudepigr. Oper. p. 398. & omnium fuſiſſime* Dallæum. *l. 3. de imagin. c. 3. p. 380. ſeqq. oſtendentem, hos libros aut ab ipſo* Carolo, *aut certe ejus juſſu ſcriptos eſſe.*

*Margo Maſtrichtianus*, hæc ipſa confirmans, addit porro ſequentia:

*Vid.* Calvin. *Inſtit. Chr. Relig. lib. 1. cap. 11. §. 14. & Noviſſ.* Spanhemium *filium tract. de Imaginibus. Sect. 7. n. 7. pag. 481. & ſeq. Fuſiſſime præ omnibus tandem inſpiciatur Steph.* Baluzius *in Præfat. ad Lect. Capitularibus præmiſſa.*

(a) Cave Chartophyl. Eccl. p. 143. *Libri quatuor*, Carolini *dicti*, (*ab* Ingilramo *quidem, ut volunt nonnulli, compoſiti*) *ſub ejus nomine editi, de cultu imaginum adv. II. Synodum Nicænam, a Johanne* Titio *Meldenſi Epiſcopo primum publici juris facti Pariſ. 1549. 8. dein Colon. 1555. denique a Goldaſto Fforti 1608. in 8.*

(b) Cave Hiſtor. litt. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 346.

*Cujuſcunque demum opera in condendis hiſce libris uſus ſit* Carolus M. *ſive* Angelramni; *Vel* Ingelramni, *ſive* Angilberti, *ſive, quod longe veriſimilius videtur, (teſte etiam, ni fallor, Rogero Hovedeno)* Alcuini, *parum refert. Id modo conſtat paulo ante Synodum Francofurtenſem compoſitos eſſe, & ſedente jam Synodo Caroli M. nomine editos; qui in Præfatione diſerte teſtatur, ſe zelo Dei & veritatis Studio, cum conhibentia regni ſui Sacerdotum hoc opus aggreſſum eſſe. Et ſane rem ipſam extra omne dubium ponunt* Hadrianus Papa *in Reſponſo ad hoc ipſum Opus paulo poſt dato,* Hincmarus Rhemenſis, Synodus Pariſienſis *ſub Ludovico Pio*, Althelmus Monachus, Ado *Viennenſis*, Walafridus *Strabo*, Engoliſmenſis Monachus, *ut alios longo agmine teſtes huc non advocem.*

(c) Actorum Erudit. Supplement. Tom II. Sect. X. pag. 479.

*Notari hic imprimis merentur, quæ de libro,* Caroli M. *nomine & autoritate*, de cultu imaginum *edito differit, quem ſuppoſititium ſtatuere plane abſonum exiſtimat, utpote cujus autoritatem* Hincmarus Remenſis *qui eum allegavit, Reſponſio Papæ Hadrani ad eum, conciliaque Pariſienſe & Francofurtanum ſatis tueantur.*

(d) Du Pin Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſtiq. Tom. VI. p. 121.

*Mais les deux Ouvrages Eccleſiaſtiques les plus conſiderables, qui ayent paru ſous le nom de ce Prince, ſont la Lettre ecrite en ſon nom à* Elipandus *Evêque de Tolede, & aux autres Evêques d' Eſpagne, contre l' erreur de* Felix Eveque d' Urgel, *qui eſt à la fin du Concile de Francfort, & les quatre livres appelles* Carolins *contre l' adoration de Images, & le De-*

*cret du Concile de Nicée. Quelques uns les attribuent à* Angilram *Evêque de Mets, d' autres à Alcuin, d' autres ont voulu croire qu' ils étoient ſuppoſez. Mais cette derniere prêtention eſt inſoutenable: car pour ne point parler de l'autorité d' Hincmar qui les cite, & de celle de pluſieurs anciens Auteurs que l'on trouve dans les Bibliotheques, la réponſe du Pape Adrien à cét Ouvrage, fait voir qu' il avoit été publié de ſon temps par ordre de Charle magne, & les Conciles de Francfort & de Paris ſont des témoignages authentiques de la verité de ces Livres: de ſorte que l' on ne peut douter que cét Ouvrage ne ſoit une eſpece de Manifeſte qui contient le ſentiment de l' Egliſe de France, publié ſous le nom & par l' ordre de Charle magne. Nous parlerons plus amplement de ces Ouvrages de Charlemagne en faiſant l' hiſtoire du ſeptiéme Concile, & de celui de Francfort, où nous examinerons l' affaire de Felix d' Urgel, & les ſentimens de l' Auteur des livres Carolins ſur les Images.*

(e) Mabillon. T. II. Anal. 418. *Verum, ea omnia quæ iam edita ſunt, unius* Smaragdi *Abb. Virdunenſ. eſſe perſuaſum habeo. Et quidem Luneburgenſis ſerius vixit (vixit enim ſeculo X.) quam ut ei poſſint tribui ea quæ* Caroli M. *aut Ludovici ejus filii principatu compoſita eſſe conſtat. Smaragdus vero Anianenſis non fuit* Abbas, *quod noſtri MS. codices iſti auctori ferè tribuunt. - - - Alia etiam edidit Smaragdus, nempe librum, cui titulus eſt :* Via Regia *Ludovico Pio - - aut certe Carolo M. nec dum Imperatori nuncupatum, qui &c.*

(f) Excerptum autographum Guilielmi Cave Islingthoni 1677. IV. Non. Mart.

Eſt etiam quod te ulterius moneam. Dum Pſeudonymos tuos obiter inſpicio; En *pag.* 174. *Poſſevinum* redarguis, quod uno loco libros Carolinos ipſius Caroli ævo ſcriptos eſſe afferat, in Præfatione vero Calvino adſcribat. Sed in hac re plane falſus es, & injuriam hoc facis homini virulentiſſimo quidem, at tamen doctiſſimo. In iſta enim præfatione libb. de Cultu imaginum Caroloſtadio quidem tribuit, de *Calvino* tantum dicit, illum aliud *opus ſub Alcuini nomine edidiſſe.* Intelligit, opinor, libros tres de Trinitate, quos Calvinum Alcuino ſuppoſuiſſe volunt, nec aliud voluit Rainaudus, dum opus illud per Indicem Romanum confixum eſſe ſcribit. Et ita quidem totidem pene verbis Index librorum prohibitorum, qui cum Canonibus Concilii Tridentini excudi ſolet, in litera A.

[*Alcuini*, ſeu potius *Calvini Commentarii in libros de Trinitate.*]

Sive itaque opus ipſum de Trinitate, ſive in illud commentarii intelligantur, neutrum ulla veri ſpecie Calvino affigi poteſt. (Libros hoſce cum notis edidit Lucas *Loſſius* Francof. ad Oder. 1554.) Memini quidem me olim alicubi legiſſe, *Calvinum* librum ſub *Alcuini* titulo (nominis utpote ſui Anagrammatiſmo) edidiſſe; ſed locus jam memoria excidit, & an tale ſcriptum revera Calvinus edidit, non auſim affirmare. Sed de his plus ſatis.

(563) Tarquinii CARPINETTI Tractatus *de Gutta*, ſive *juncturarum dolore, quem arthritin dicunt.* Patav. & Venet. 1609. in 4. editus, *Adriano* SPIGELIO, cujus *Anatomen* in folio habemus, & alia plurima enumerata *Lindano*, p. 7. *Socero Carpinetti* vindicantur, incertum quo fundamento notitiæ, à *Scavenio*, num. 79. *Mercklin.* in Linden. Renov. perſonati hujus ſcripti non meminit.

(564) Jacobus CARPUS, quod ſit BERENGARIUS v. *Rhod.* n. 3.
III. Scaven. n. 31.

BERENGARIUS *de fractura Cranii* ſub CARPI nomine prodiit, Bonon. 1518.

Nimirum confuſæ ſunt non in hujus tan-,,
tummodo ſcripti, ſed in aliorum ab eodem,,
Auctore profectorum etiam editionibus no-,,
mina JACOBI BERENGARII CARPEN-,,
SIS (ab oppido Mutinenſis agri) & JA-,,
COBI CARPI BONONIENSIS. Item *Com-*,,
*mentaria ſuper Anatomiam* MUNDINI (Anatomi-,,
ci illuſtris qui floruit, teſtante *Wolfgango Juſto*,,
*Chronologia Medicorum* circa A. D. 1305.) edita,,
ſub nomine JACOBI BERENGARII CAR-,,
PENSIS Bononiæ 1521. in 4. & ſeculi ſequen-,,
tis anno eodem, ibidem apud Hieronymum,,
de Benedictis, in eadem forma, cum additio-,,
nibus, uti fert equidem Inſcriptio, ampliſſi-,,
mis, recuſa ſunt ſub nomine Jacobi Carpi. Eo-,,
dem plane modo *Iſagogæ Brevis in Anatomiam hu-*,,
*mani Corporis* ab eodem Auctore Ao. 1523. in 4.,,
Bononiæ, & Venetiis 1535. parili forma ex-,,
cuſæ, Argentorati 1530. in 8. Jacobo Carpo,,
adſcriptæ prodierunt. Et ſane Tractatus hic à,,
RHODIO noſtro memoratus etiam Venetiis,,
1535. in 4. apud Jo. Antonium de Nicolinis de,,
Sabro & Lugd Batav. apud Joannem Maire,,
1629. in 8. recuſus eſt, ſub Berengarii nomine,,
ſi diligentiſſimo *Lindano* fides eſt, quem priora,,
bina ſcripta ſub duplici nomine referentem,,
notare eſt. Crediderim vero ipſum Auctorem,,
hujuſce erroris anſam præbuiſſe, dum ſive la-,,
tere, ſive quod alii, perquam multi Scripto-,,
res fecere, Patriæ non ſatis illuſtri lumen fæ-,,
nerare ſtudens, cognominis ſui loco Patriæ,,
nomen uſurpare voluit. Sane primum ex,,
omnibus illius ſcriptis hoc ab Auctore noſtro,,
memoratum prodiit, quod *Lindanum* fugiſſe in,,
tanta copia, cum aliis aliquot mihi notatis ,,
parcius miror Videſis etiam *Henr. Ernſtium*,,
Variarum Obſervat. lib. 2. cap. 36. ,,

*Cui adde* Symbolam Maſtrichtianam *ſequentem: Auctor Carpi, quem* PTOLOMÆUM *nonnulli, plerique,* HERMETEM *faciunt num. 9. τὰ ἐν τῇ φύσει &c.* Richeltus *de amuletis* §. 14. *p.* 11.

(565) D. *Franceſco* DE LA CARRERA. Perſona eſt F. Balthaſaris CAMPUZANI, Ordinis S. Auguſtini, ut indicant *Bailletus*, liſte des Auteurs degviſez, & *la Viſiera Alzata* Pentecoſt. num. XIV.

XIV.p.107. ubi *ſcripta* hoc nomine edita numero *quatuor* recenſentur, ſub lit. (a) deſignata.

(XIV) D. FRANCESCO DE LA CARRERA. *Sono molte le produttioni, che ſotto queſto nome ſi rittouano alle ſtampe.*
El ſummo Sacerdote. *In Roma* M.DC.LV.4.
Converſion della Regina di Suetia. *Jui in* 4.
Noche y Dia: *diſcorſi ſopra la Peſte. Jui.*
Filoſofia, y Anello de la Muerte. *Jui* M.DC.*LVII.24.*
*Serue di Viſiera al nome di F.* Baldaſſar CAMPUZANO *dell' Ordine di S Agoſtino, Aſſiſtente Generale del ſuo ordine per li Regni della M.*Cat*tolica.*

(566) *Alexander* CARRERIUS *Beliſſaire* BOLGARINI. *Bailletus* liſte des Auteurs deguiſez pag. 540.

(567.) *Bartholomæus* CARRICHTER. Ex ejus ſcriptis allegiſſe dicitur *Theophilus* KRAFFT librum, qui ejus nomen præfert cum inſcriptione: Horn des Heils Menſchlicher Blödigkeit oder Groß-Kräuter-Buch ed. Franc. 1673. ſed eum eſſe potius *Ægidii* GUTMANNI, ex Joh. Hiſchia *Cardilucio* monet *Symbola Diecmanniana*, ſub lit. (a) adducta. Quam firmat *marginalis nota* ejusdem de hoc opere meritiſſimi Viri.

(a) Symbola Diecmanniana.
*Bartholomæi Carrichters, Maximil. II. Imp. Medici* Horn des Heils menſchlicher Blödigkeit / oder groß Kräuter-Buch; liber Francof. ad Mœn. Anno 1673. 4. *editus, qui à Theophilo* Krafft / *Gladebacho-Heſſo ex Auctoris ſcriptis collectus eſſe dicitur, ut ipſe titulus indicat. Sed Joh. Hiſchias* Cardilucius *in Præf. Tomi ſecundi* der neuen Stadt und Land *apotheck hunc librum Carrichter fœtum ſpurium vocat, qui nihil Carrichteri ſcriptis ſimile contineat, ſed eadem officina prodierit, ex qua liber, cui tit.* Taffel der Offenbahrung Göttlicher Majeſtät / *qui Ægi*dius Guttmann *fuiſſe dicitur. Nam & idem utrobique ſtylus eſt, & auctor herbarii iſtam Apocalypſin citat. V. omnino loco cit.*

CARTHUSIANUS v. *Dionyſius.*

(568) CARVELLUS, *Thomas: Thom.* THOROLD. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 540.

(569) CARUS ou CARO, *Joſephus Maria: Joſeph Maria* THOMASIUS, *Baillet* liſte pag. 540.

(570) LUDOVICUS *Stephanus* DE LA CASA. Ejus nomine veniunt *le nouvelle XVII.* XVIII. e XIX. nella parte III. delle Amoroſe degl. Incogniti. Revera ſunt *Ludovici* DE LA CASA, *Academici Incogniti* Venetiani ut indicat la *Viſiera Alzata* Hecatoſt.num.LXXIV. p.74.75. le *Glorie de Gli Incogniti* de hoc ſcriptore ſilent. *Vide mox* infra *Caſola & Crudelio.*

(571.) ISAACUS CASAUBONUS. Ejus nomine extat (I) *Epiſtola ad Cardinalem Perronium* Londini 1612. in 4to vindicata JACOBO REGI ANGLIÆ à *Colomeſio* Biblioth. Choiſ. pag. 121. ſub lit. (a) II. *Corona Regia Jacobi* Regis M. Britanniæ cum præfatione *Euphormionis* tributa per *Richterum* Erycio PUTEANO, citante *Morhoſio* Polyh. liter. lib. I. c. VIII. pag. 78. ſub lit. (b) Ob cauſam non unam aſſeritur *Gaſpari* SCIOPPIO indicante *Symbola Flensburgo Molleriana*, & ex Elia *Obrechto* etiam *Symbola Normanniana*, ſub lit. (c) (III) *de Origine Idololatriæ*, quem libellum tamen extitiſſe ante natum Caſaubonum gallice, adeoque Caſaubono abjudicat Guilielmus *Cave* in epiſt. 8. idu. Xbris 1676. *Hydeus* in Catalogo Biblioth. Bodlej. part. I. p. 144. b. refert inter ſcripta Caſauboni, & Verſionem Anglicanam autoris *Abrahami* DARCY cujusdam allegat, at de genuino Scripti hujus auctore altum tum in *Catalogo Oxonienſi*, tum apud *Caveum* ſilentium. Vide &, quem ante alios allegare debueram, ni *modo* prodiiſſet, Ampliſſ. *Dn.* Scholarcham meum Jo. Frid. *Mayerum* pag. 71. de fide Baronii & Bellarmini, ſeriusque nunc demum exhibitas *notas Diecmannianas* (d) hic marginales, & *Bayle* Diction. T. II. p. 901.

(a) Colomiés Bibliothéque Choiſie pag. 121. 122. 123.
*Cette Lettre eſt moins un Ouvrage de Caſaubon, que les Sentimens du Roi Jaques & de l' Egliſe Anglicane ſur quelques points de Religion. Auſſi a-t-elle eſté miſe parmi les Oeuvres de ce Prince, dans l' Edition qu' en fit l' ao. 1619. à Londres* Jaques de Montaigu, *Eveſque de Wincheſter. Elle eſt écrite avec grande moderation, & a donné lieu à la Replique du* Card. du Perron *au Roi de la grande Bretagne, qui eſt demeurée imparfaite par la mort de ce Cardinal, & qui a eſté refutée par M.* du Moulin. *Un bel Eſprit, fort connu dans la Republique des Lettres pour avoir ſi bien défendu* Balzac, *parle de* Caſaubon *& de cette Lettre avec eloge, dans ſon jugement de la Doctrine* Curieuſe *du Pere* Garaſſe: *Le Sieur* Caſaubon, *dit il, qui, outre ſon rare & profond, ſçavoir es Lettres humaines, eſtoit fort conſommé dans la lecture des anciens Peres de l' Egliſe: ainſi que confeſſe* Jules Ceſar Bulengerus *dans ſes Diatribes, eſt un petit Grammairien au jugement de Garaſſe; tellement que ce que l' illuſtriſſime* Card. de Perron, *les R. R. Peres* Fronton du Duc *&* André Schottus *Jeſuites tres Doctes, qui faiſoient Profeſſion d' amitié avec lui, ont admiré en Caſaubon; ce qui leur a fait deſirer avec tant de Paſſion la Converſion de cet homme, eſtoit un petit de Grammaire qu' il ſcavoit: tous les trophées & triomphes que ce grand Cardinal a remportez ſur l' hereſie en ſon Livre de la Replique, conſiſtent à avoir deffait un chetif Grammairien: car en un mot* Caſaubon *eſt l' Autheur de l' Epitre qui a donné ſujet à ce grand & divin Ouvrage. Pluſieurs Proteſtans Presbyteriens ont maltraité Caſaubon à l' occaſion de cette Epitre. Voiez la plainte qu' il en fait dans ces Lettres à* Grotius, Heinſius, *& à* Corneille vander Myle, *ecrites de Londres l' an. 1512.*

(b) Morhof. Polyhiſt. literar. libr. I. Cap. IX. pag. 78.

X 3 *Habent*

*Habent certè, quos Reges metuant, cum vivunt, Satyricos; cum fatis conceſſerunt, Hiſtoricos. utrique accerrimi vitiorum obſervatores ſunt: qui velut Cenſores publici impunè in illos ſententiam dicunt. Paſquini ſtatua ſæpe plusquam Dodonæa fudit oracula. Quæ non in potentiſſimos Reges Satyræ ſcriptæ ſunt! Non potuit Satyricorum manus effugere* Jacobus *Britanniæ Rex, utut doctiſſimus & laudatiſſimus Princeps: Cui ſub ſpecie Panegyrici Poſtumi a* Caſaubono *ſcripti, cujus quaſi fragmenta in ſchedis ejus reperta, per inſignem nequitiam, continuo mycteriſmo horrenda flagitia objiciuntur. Lepidè alioquin ſcriptus liber eſt; cui titulus:* Caſauboni Corona Regia *i. e. Panegyrici cujusdam vere aurei, quem Jacobo I. Magnæ Britanniæ &c. Regi, Fidei defenſori, delinearat, Fragmenta ab Euphormione inter ſchedas τȣ μακαρίτȣ inventa, collecta, & in lucem edita. Refertur in* Georgii Richteri *vita Epiſtolis ejus præfixa p. 21. è Colloquio cum Erycio Putaneo accepiſſe Richterum, quod* Puteanus *ejus libelli autor habitus fuerit: cujus rei vero famam ille enixe declinans velut Apologiæ loco ſcriptum quoddam exhibuerit, cui nomen,* Perjurium Ruffi & Gibboſi, *præfatus, quo delatorum ſuorum virulentiæ ac ſiniſteritati ſatis fuiſſe obviatum exiſtimaverit. Sed nos de Satyris alibi plura.*

(c) Symbola Normanniana.

Caſauboni Corona Regia Jacobi I. Magnæ Britanniæ Regis cum præfatione Euphormionis in 8vo *flagitioſiſſimi libelli, quo ſpecie laudis optimi & pientiſſimi Regis vita, mores, ſcripta, atrociſſimo calumniandi genere convelluntur, parentem* Caſparum Scioppium, *ταλιλήριον fuiſſe non dubitat Clariſſ. D. Elias* Obrechtius. *Mihi dictio ejusdem ſaporis viſa eſt, quo Elixir* Calviniſticum *in Iſaac.* C*aſaubonum* Andreas Scioppius *frater condiderat.*

(d) Margo Diecmannianus:

*Quæ Iſaaci Caſauboni nomine, tanquam Scriptum poſtumum prodiit,* Corona Regia, *id eſt* Panegyrici, *quem Regi Britanniæ deſtinaverat*, fragmenta *1615. Satyricum magis quam pagnegyricum quid ſapere nemo non deprehendet. Ne raritate ſua libellus tandem periret, Chriſtianus* Thomaſius *cavit, qui eum cum diſſertatione præliminari Tom. I. Hiſt. ſap. & ſtult. recudi curavit. Cum* Cauſabonus *in hoc ſcripto citra dubium ψευδώνυμ@ ſit, non una omnium de vero Auctore ſententia fuit. Alii de Erycio* Puteano, *alii de* Joanne Barclajo *cogitarunt. Sed rectius* Caſpari Scioppio *tribuitur. V. omnino* Bayle *Diction. Hiſt. & Crit. Tom. II. p. 901. 1027. Et tamen hæc corona Regia ab* Euphormione *edita medio inter Caſauboni Epiſtolas & Exercit. in Baron. loco poſita, juxta cum illis Romæ* librorum prohibitorum claſſem *augere juſſa eſt. V. Indicem Clem. X. p. 182. & Innoc. XI. p. 157.*

CASELLIUS v. *Durantius.*

CASIMIRUS v. *Dourmann.*

CASINENSIS v. *Albericus.*

(572.) *Claudio* CASOLA. Hujus nomine quæ extat Italico Idiomate: *Oratio di S. Agoſtino Volgarizzata* in Terzetti. Genova nella ſtamp. d'Antonio Giorgio Franchelli in fol. eſt *Ludovici* DE LA CASA ACADEMICI INCOGNITI, Venetiani, indicante la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXXIV. p. 74. cui adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 540. *le Glorie de gli Incogniti* hujus plane non meminere.

(573.) CASSANDER. Ejus *Recueil d'Anciennes prieres* continet precationes quasdam ex Miſſa latina *Matthiæ* FLACII *Illyrici*, ut docet *Colomeſius* Bibl. Choiſie p. 14. ſub lit. (a)

(a) Colomeſius Bibliothec. Choiſie. pag. 74.

*Au reſte, le* Cardinal Bona *s'eſt trompé, croiant que* Caſſander *en avoit jamais vû l'Ordre de la Meſſe publié par* Illyric; *Outre que dans un Recueil d'anciennes Prières fait par* Caſſander, *il s'en trouve quelques unes qui ſont auſſi dans le Miſſel d'Illyric. Voici comme parle Fr.* Baudom, *fameux juriſconſulte, ecrivant à Caſſander, de Francfort l'ao. 1557. c'eſt à dire la même année que ce* Miſſel fut imprimé: Francofordiam" reverſus, reperi Illyrici ad me literas cum li-" bello de Miſſa ad Palatinum noſtrum. (*Il entend*" Othon. *Electeur Palatin à qui le livre eſt dedié.*) Rogat ille meum judicium de ſuis Miſſæ anti-" quitatibus. Ego id ad te nunc refero, & libel-" lum ipſum mitto, de quo quid ſentire debea-" mus familiariter nos moneas, ut de qua re" tam multi multa confuſe balbutiunt, recte &" diſtincte reſpondere aliquando poſſimus. "

CASSANDRO v. *Thueelio*,

CASSIENSIS v. *Conſtantinus.*

(574.) *M. Aurelius* CASSIODORUS Lucanus vel Bruttius, Romanus, dictus Senator. Ejus nomine cenſentur (I) *de Schematibus & tropis liber*, quem inter BEDÆ Venerabilis ſcripta refert *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 336. a. (II) *de Amicitia vera liber unus*, ab omnibus PETRO BLESENSI adſcriptus, judicante eodem Guilielmo *Cave* loc. cit. p. 277. b. ſub lit. (a) Judicium de hujus Caſſiodori Chronico vide apud *Voſſium* de Hiſtor. lat. lib. II. c. XIX.

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 277.

*De* Schematibus & Tropis, *nec non quibusdam locis Rhetoricis S. Scripturæ, quæ paſſim in Commentariis* Caſſiodori *in Pſalmos reperiuntur, liber; qui* Bedæ *potius aſcribi debet.*

De Amicitia vera *liber unus, qui ab omnibus* Caſſiodoro *jam abjudicatus*, Petro Bleſenſi *vero Authori vindicatur; inter cujus etiam Opera excuſus eſt Pariſ. 1519.*

SS. Paphnutii, Spiridonis, & aliorum, /ita, *quæ in Hoyſii* Lippomanni *Collectione haben-ur, Caſſiodoro noſtro a nonnullis attribuuntur.*

(575.) CASSIUS *Parmenſis*, Poëta Ro-nanus, cujus meminit *Horatius*, 1. Sat. 10. 62. & 1. Epiſt. 4. Ejus nomine editum eſt ab Achil-e Statio ad calcem notarum in Sveton. de Rheto-ibus, Idyllium: *Orpheus.* Hoc opus non Cas-ii genuinum obſervant Auguſt. *Buchner.* in Lexic. atin. in voce Caſſius, & *Fabricius* in Append. Bibliothecæ Latin. pag. 8. qui utrique in ea opinione ſunt, factum hoc carmen eſſe ab ipſo-net *Achille* STATIO ejus editore, quanquam lle repertum hoc Poëmation in Brutiis & à Ser-orio Qvadrimano ſibi communicatum affir-nat. Adde *Voſſium* de Poetis latin. pag. 27. & Rittershuſium in not. ad *Phoedri* pag. 114. qui ci-ante Symbola Schraderiana, *ita ſcribit: Eidyllion le Orpheo, quod nomine* Caſſii *Parmenſis Poëtæ inter eteres epicos eximii, extat, non eſſe γνήσιον, ſed entandi gratia ab* Achille Statio Luſitano *factum*, *enſent nonnulli.*

(576.) *Philotheus* CASTELLUS. Ejus nomine prodiit Antverpiæ (pro forma, revera utem Hamburgi) *Flagellum Calumniantium*, ſive defenſio Medicorum Judæorum, gentis Luſita-nicæ. Verus operis Auctor eſt *Benedictus* à CA-STRO, Medicinæ Doctor, & Sereniſſimæ Re-ginæ Chriſtinæ Archiater, uti ex ipſius Aucto-is indicio, Dn. *Laurentio Normanno* Novembr. 1679. dato, (qui hac de re peculiari epiſtola certum *me* fecit) hunc ei fœtum aſſerere licet.

(576. α) *Sebaſtianus* CASTELLIO. Ei *raductio latina dialogorum Ochini* a nonnullis tribui-tur apud *Thuanum* Tom. II. Hiſtor. lib. 35. p. 172. quod tamen ipſe Caſtellio honeſte à ſe removit & inſimul libri de Calumnia Auctorem ſe eſſe negavit, uti monet *Deckherrus* de ſcriptis Adeſpo-tis pag. 313. ubi tamen verus A*uctor non detegitur.* Adde Joh. Alb. Fabri Decad. Decadum n. XXV. v. ſupra in *Anonymis* cap. II. Tit. de tribus Im-poſtoribus; & judicium αὐτόπτου Excellmi Syn-dici *Maſtrichtii* (a)

(a) Symbola Maſtrichtiana.
*Lælius Socinus etiam dicitur Dialogi, adverſum Calvinum ſcripti, de Hæreticis jure gladii coërcendis, inter* Calvinum *& Vaticanum Auctor, qui paſſim & in ipſa libelli præfatione attribuitur* Caſtalioni. *Joh. Hoornbeck. ſumm. Contr. lib. 7. pag. 563. Late hac de re agit* Sandius *in* Bibliotheca *unitariorum pag. 20. ubi magis vult Lælio Socino tribui, quam Caſtalioni. Legi ego tractatum hunc virulentum in quo ne mica pietatis nec Manſuetudinis* Chriſtianæ *eſt, omnibusque ponderatis, quæ Caſtalioni cum Calvino interceſſerunt, puto eſſe Caſtalionis partum, non* Lælii Socini.

(577.) CASTELLIUNCULUS. *Lupus* BIRAGUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 540.

(578.) *Hieronymus* CASTILIONÆUS, eſt *Hieronymus* CARDANUS ut indicat *Bailletus* deguiſemens des Auteurs pag. 428. & in Catalogo pag. 540.

(579.) *Valerianus* CASTILIONÆUS. Ejus nomine extant *Annotationes ad Hiſtoriam Italiæ ſub Barbaris*, quæ tamen debentur *Emanueli* THESAURO, ut ex Petro Jacobo *Villanio* referunt *Acta Erudit. Lipſienſ.* ao. 1690. pag. 364. Videatur ejus *Viſiera Alzata Pentecoſt.* num. L. pag. 134. ſub lit. (a) ubi & memoratur ſententias Caroli Emanuelis I. Sabaudiæ Ducis eis contineri.

(a) Villani Viziera Alzata Pentecoſt. n. L. p. 134.
L. *VALERIANO CASTIGLIONI Milaneſe diede in preſtito il ſuo nome alle ANNOTATIONI ſopra il* Regno d'Italia *uſcito ſotto nome del* Conte Teſauro. *Sono le Annotationi del Conte* Teſauro *ſicome le* Vite, *del Conte* Filippo S. Martino d' Aglie *come ſi diſſe. E per tanto il P. Abbate Piccinelli, che le notò nell'* Ateneo degli Scrittori Milaneſi *può depennarle: e di vantaggio lo* Statiſta Regnante, *perche mi diſſe il P. D.* Andra Roſotti *da cui inteſi il negotio di tutta quell' Opera, eſſer concetto univerſale in Piemonteſi, eſſer tutte Maſſime di* CARLO EMANUELE *I. Duca di Savoia &c.*
*E qui ſia fine alla Pentecoſte de gli Scrittori Pſeudonimi.*

(580.) *Jacobus de* CASTILLO. Ejus citatur à Thoma *Hyde*, *de Duello liber*, in Catalog. Biblioth. Bodlej. pag. 147. b. ubi addit Auctorem alias appellari Jac. DE VILLA-SANTA.

(581.) CASTRO *de Torres*, Centurion N--*Jerome* DE PENCORVO. *Baillet.* liſte des deguiſes p. 540.

(582.) CATHARINA, *Johannes à Sanctâ: Jean* BONA *Cardin. Baillet*, liſte des Auteurs deguiſet pag. 540.

(583.) *Ambroſius* CATHARINUS Senenſis: *Lancelot* POLITI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 540.

(584.) CATHARINUS *Civilis.* Perſona eſt *Cl. Chriſtiani* WEISII Profeſſoris antea Weiſſenfelſenſis, nunc Gymnaſii Patrii Zittavienſis Autoris, ſub qua edidit anno 1676. in 12mo Die drey Ertz-Narren in der gantzen Welt/ aus vielen närriſchen Begebenheiten hervor geſucht/ und allen Intereſſenten zu beſſerm Nachſinnen übergeben. Ipſe liber XLIIX capitibus diſtinctus eſt & conſtat pp. in univerſum 406.

(585.) *Le Sieur de* S. CATHERINE: N. THOURET. Ita *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez. p. 541.

(586.)

(586) CATHOLICUS *Anglus*: Ejus nomine prodiit *declamatio*, *de tormentis*, *cruciatibus* & *ſuppliciis Catholicorum in Anglia.* Verus ſcripti Auctor eſt *Ludovicus* AURELIANUS, Cauſarum Patronus, ita cenſente *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis p. 338.

(587) CATHOLICUS, CHRISTIANUS: Francois PINTHEREAU. BAILLET liſte des Auteurs deguiſez, p. 541.

CATHOLIQUE v. *Anglois banni.*

(588) *Franciſcus* CATINUS edidit de *totius Orbis Academiis* deque omnibus *Societatis Jeſu Collegiis* librum Tornaci 1586. Debetur ille. *Michaeli* COYSSARDI Soc. Jeſ. ut ex *Moreti* Indice *Ribadeneir.* Scriptor. Soc. Jeſ. p. 206. indicat *Symbola Normanniana.* Silent de hoc Scripto plane *Alegambe* Biblioth. Scriptor. p. 343. & *Sotvell.* 612. & *Witte* Diar. Biogr. A. 1623. d. 10. Jun. *in Michael.* Coyſſar. Perſonati Catini non meminerunt.

(589) CATO CHRISTIANUS. Perſonatum nomen eſt *Matthæi* de MOURGUES Abbatis S. German. quod aſſumſit, teſte *Bailleto* deguiſem. des Auteurs pag. 313. ut oſtenderet quam integer & conſtans eſſet contra Cardinalem Richelium, in opere, quod in gratiam Reginæ compoſuit. Nomen operis non detegit. vid. p. 541. ibid.

(590) M. CATONIS fragmenta *de Originibus*, ab ANNIO *Viterbienſi* conficta eſſe, v. *Rhod.* num. 18.

Ficta eſſe ab *Annio* Viterbienſi operoſe docent Joh. Goropius *Becanus* Orig. Antvverp. lib. 4. quem Cronia inſcripſit & Cæſar *Orlandius* de urbis & Epiſcop. Senenſis Antiquitate apud *Hank* de Roman. rer. Scriptor. Part. II. Cap. II. num. XVII. & XVIII. p. 204. ſeqq. lit. (a) Non eſſe genuina Catonis opera oſtendunt itidem Onuphrius *Panvinius* lib. I. Antiquit. Veronenſ. c. IX. apud *Hanck.* p. 28. loc. cit. ſub lit. (b)

(a) Hankii de Roman. Rerum Scriptor. Part. II. Cap. II num. XVII. & XVIII. p. 204. & ſeqq.

XVII. Joannes Goropius Becanus *Originum Antverpianarum libro IV. quem* Cronia *inſcripſit: Alios poſt hac quærat* Annius, *quibus ineptiis ſuis figmentis & anilibus fabulis illudat, quas ex autoribus per inſomnia ſibi natis petivit. Inter hos etiam (ut ita dicam) evonymos* Cato *ille eſt, qui eisdem figmentis aſſutus ex eadem prodiit officina, è quâ illi, quos modo profligavimus & fregimus. Quod quamvis ipſe ſermo ſatis doceret, placuit tamen & alteram rationem addere, ne ſolâ conjectura videamur quenquam velle condemnare. Noſter hic hiſtrio* Catonis *larva prodiens, arrepta ſtatim pronominis autoritate, virgula cenſoriâ Græcos, ob vanitatem & levitatem mentiendi fide omni & veritatis exiſtimatione exutos, non Senatu modò, ſed civitate etiam hiſtoriæ ſcriptorum movet, non ob aliam, ut opinor, cauſam, quam ut ipſe ſuccedat. Quid ad hæc Cato ille priſcus, diceret? An hanc ſuam ſententiam fuiſſe agnoſceret? minimè gentium, niſi nos Dionyſius Halicarnaſſæus fallat, vir inprimis gravis & nemini in vetuſtatis Romanorum notitia ſecundus, &c.*

*Jam audiamus Catonem noſtrum ſententiam ſuam pronunciantem:* Græci, *inquit*, tam inpudenti jactantia jam effunduntur, ut, quoniam his dudum nemo reſponderit, ideo libere à ſe Italiam ortam & eandem ſpuriam ſimul & ſpurcam atque novitiam, nullo certo autore aut ratione, ſed per ſolam inſaniam fabulentur. *O cenſoria verba! Jugulavit certè hic noſter novus Cato priſcum illum Catonem, atque id ſolius ſuæ autoritatis unico ictu. Neque enim hoc uno ſolo loco Halicarnaſſæus Catoni Græcos hiſtoriæ duces fuiſſe, ſed alibi etiam ſcribit. Quocirca in manifeſto Græcanicæ levitatis crimine tenetur. Quid dixi, levitatis? Proditionis, inquam, manifeſtè tenetur. Etiam hoc corrigendum. Neque enim levitatis ſolum Græcanicæ & proditionis, ſed ſacrilegii etiam & impietatis contra Deos, Romani generis autores convincitur, dum aſſerit,* Oenotrios *aliunde, quam à* Lano, *qui à vino ſit dictus & nomen & originem traxiſſe. Noſter enim clare monſtrat* Antiochi Syracuſani *teſtimonio, Oenotrium ducem Arcadum, quadringentis poſt Trojam conditam annis in Italiam demum veniſſe, tantum abeſt, ut ab ipſo* Oenotrii *ſint dicti, aut* Aborigines *ad Arcades genus ſuum referre debeant. Abeat ideo* Dionyſius *cum Catone ſuo in malam rem, qui ab Oenotrio Lycaonis filio Oenotrios deduxit. Autore enim noſtro* Catone *didicimus, Græcos hic impudenter eſſe mentitos. Neque enim Arcades primi in Italiam è Græcia navigarunt, duce Oenotrio, ſed multis ante ſæculis, ut noſter* Cato *docet, Phäeton ex Attica cum Ligure filio in Italiam vectus, totum littus ab oſtiis Tiberinis ad* Nicæam *uſque Maſſilienſium occupavit, & de filii nomine Liguriam dixit. Imperitè igitur Halicarnaſſæus alterum quoque fœdum errorem invexit, ſic ſcribens:* Ligures & Italiæ quaſdam partes inhabitant, & Galliæ, incertum, ab utrâ profecti patria. Nam hactenus incomperta origo ejus gentis eſt. *Debebat hoc Dionyſius à noſtro didiciſſe Catone, cum alter ille Græculus nihil certi attuliſſet. Sed ſatis horum. Videmus enim lupis & ovibus prius concordem amicitiam ſancitum iri quam his duobus* Catonibus.

XVIII. *Cæſar* Orlandius *de Urbis & Epiſcopatus Senenſis atiquitate: Plurium eruditorum teſtimoniis comperum habeo, librum illum, qui ſub titulo M. Porcii Catonis ex libri Originum fragmento, legitur, fictum & adulterinum eſſe, non minus, quàm* Beroſum *Caldæum, & alios, qui ſimul cum ipſo Catone venales habentur. Quod licet multis, iisque non levibus argumentis probari poſſet, unum tamen & alterum tantum, præter ea, quæ ab aliis referuntur, propoſuiſſe contentus ero, &c.*

(b) Hankii de Roman. Rerum Scriptor. Part. I. caput. II. num. III. pag. 28. 29.

III. *Caſpar* Bartius *Animadverſionibus ad Galli Confeſſoris ſermonem, caput III. Exſtant libelli aliquot, nominibus* Beroſi, Archilochi, *& aliorum, qui cum his jungi conſueverunt. Eos libellos, nequaquam recte ſentiunt clariſſimi viri* Ludovicus Vives, Caſper Varrerius, Joſephus Scaliger, Octavianus Ferrarius, *alii innumeri, cum totos atque ſingulos damnant ingenuitatis &* Joanni Annio, *primo editori fictos autumant*

*mant. Quod enim, per Deum immortalem, prodigium fuerit, clauſtralem illum & minimè tàm profundè doctum Monachum talia comminiſci poſſe? Ais multa ineſſe ficta, minimè pro iis autoribus. Nec nos negamus interpolatos univerſos illos autores, ruptos, fractos, minimè bona aut fide, aut intelligentia translatos! tamen antiquitus ex legitimis verisque autoribus excerptos, talia argumenta ſunt, ut, quæcunque afferuntur, omnia evaneſcant. Vel unum Catonem mihi vide: cenſe, recenſe, damna etiam, ut libet! videbis tamen veri illius Catonis, & fateberis etiam, ingenium ſtylumque ſupereſſe, quos mentiri aut fingere, non fuit talium hominum. Omnino aliquando docebimus & perſuadebimus, puto, parum maximos viros judicii ſui memores fuiſſe, qui uno impetu talia omnia projeceruut, quæ ad ætatum ſequiorum captum concinnata, ſummorum tamen ſunt ſcriptorum reliquiæ. Etiam* Sempronium *illum quis fuerit, videor conjectura: aſſecutus! qui, aut valdè fallor, aut* Catonis & Fabii *Pictoris nobis iſta fragmenta excerpſit! quibus alii poſtmodum ſuccedentes alter alteri peregrinos illos ſcriptores, ut potuerunt, adjecerunt. &c.*

---

(591) CATONIS *Diſticha*, in anonymis cap. 10. n. 29. conſideravimus. Eum non eſſe Catonem Cenſorium, ſed DIONYSIUM *Catonem Chriſtianum*, ex *Scaligeri* lib. 2. lect. Auſon. c. 32. probat *Raynaud.* de lib. mal. & bon. p. 134.

*Raynaudi* verba ſub lit. (a) repræſentamus. DIONYSIO CATONI tribuit hæc diſticha etiam *Barthius* Adverſar. lib. 24. cap. 4. & lib. c 18. Sed illum non admittit *Lambecius* Bibl. Cæſar. lib. VII. p. 26. & lib. V. p. 215. ubi fundamentum hujus erroris aperit. vid. lit. (b) AUSONIO adſcribit cum Baptiſta *Pio*, Not. in Dolabellæ Epiſtolam lib. 14. Auſonius *Popma*, apud *Colomeſ.* in Cimel. p. 53. & Wilhelmus *Canterus* prolegom. in Euripidem, quos refutat *Voſſius* Inſtitut. Orator. lib. V. cap. XII. p. 412. ſub lit. (a) Philipp. *Caroli* Biblioth. Rom. p. 57. OCTAVIANUM Auctorem horum diſtichorum adſtruit *Goldaſtus* Not. ad Columban. p. 104. 113. 125. 126. 138. Illos autem, qui BOETHIO adſcribunt, ſtyli diverſitate refelli cenſet Ptolom. *Flavius* Lamp. Critic. Tom. I. pag. 993. qui incerti Auctoris eſſe putat, indicante *Symbola Normanniana.* Nec validis Argumentis uti recte judicat *Fabricius* Biblioth. Latin. Append. pag. 17. qui SENECÆ opus eſſe perhibent, ipſo tandem eo inclinante, ut *Catonem operis, non Auctoris, nomen eſſe* malit aſſerere. ſub lit. (d) Eadem ferè ſententia eſt Auctoris des *Jugemens des Savans* tom. IV. parte I. num. 1136. p. 73. ſub. lit. (e) *Auſonio* certè abjudicat num. 1180. p. 433. ſub lit. (f) *Chriſtiani Poetæ non* poſſe *eſſe* ea carmina cenſet *Voſſius* ad Vellejum 2. 89. & cum eo *Daumius* ep. mihi ſcripta 10. Octobr. 1677. ubi ſimul addit *Boxhornium*, male finxiſſe CLOTHOMIUM horum diſtichorum Auctorem. De quo & adde *Diecmanniana* (g) quæ damus.

(a) Raynaudus de libris mal. & bon. p. 133. 134.

Catoni Cenſorio *ſuppoſita* diſticha, *alium parentem habent. Allegari* ab Agellio *Catonis librum inſcriptum*, Carmen de moribus, *qui* liber *hic ipſe ſit de quo agimus, cenſent aliqui apud* Ptolomæum Flavium *cap. 95. Conjectaneorum, qui ab aliis adſcribi* Boetio *teſtatur. Ipſe verò* incerti Autoris *eſſe concludit: dictum autem Carmen ob ſapientiam monitorum quæ tradit. Verè tamen hic paræneticus libellus, à* Maximo Planude *ob ſapientiam qua ſcatet, Græce factus, habet autorem Catonem;* non *quidem* Catonem Valerium, *cujus poema* Ciris; *ſed* Dionyſium *Catonem, Pöetam Chriſtianum, de quo* Elias Vinetus *comment. in Auſonium &* Delrio *initio præfationis in Threnos. Videſis* Joſephum Scaligerum *lib. 2. lect. Auſon. cap. 32.*

(b) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. lib. V. pag. 215.

*Sequuntur deinde ipſa Diſticha hoc modo:* Εἰ ὁ Θεὸς νόος ἐστὶ, ὡς τῶν λογίων πειθόμεθα, *Paraphraſis autem interlinearis ſic:* Ἐπεὶ ὁ Θεὸς νοῦς ὑπάρχει, καθὼς τῶν θείων γραφῶν ἀκούομεν, *&c. Cæterum valde notabile eſt, Autorem horum Diſtichorum in ſuprà exhibito eorum titulo appellari Catonem (1) Conſulem Romanum. Qua de re alio commodiori tempore & loco accuratè agam, meamque de vero illorum Diſtichorum Autore opinionem indicabo, cum in Continuatione hujus Catalogi pervenero ad eorundem diſtichorum pervetuſtos Codices MStos Latinos, qui in Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea adſervantur, & præcipue conſulendi ſunt. Interim vide* Joſephi Scaligeri *&* Martini Opitii *Notas ad jam memorata Diſticha, &* Caſparii Barthii *Adverſaria lib. 24. cap. 4. & lib. 34. cap. 18. qui omnes Autorem illum uno ore* Dionyſium Catonem *nuncupant. Sed an fortè in antiquisſimis Codicibus initio ſcriptum fuit DII hoc eſt, Divini Catonis Diſticha, vel DIA hoc eſt Divina* Catonis *Diſticha, vel DIÆ, hoc eſt, Divinæ* Catonis *Sententiæ! ad imitationem videlicet* Horatii *libr. 2. Satyr. 2.*

- - - - - (2) Macte
Virtute eſto, inquit Sententia Dia Catonis,

*Veriſimile enim videtur, imperitos deſcriptores recentiores epitheton DII, vel DIÆ, vel DIA, perperam mutâſſe in nomen Dionyſii. Nolim tamen hoc nunc certò affirmare, prius quam omnes eò pertinentes Codices MStos Cæſareos Latinos diligenter inſpexero.*

(c) Ger. Joh. Voſſii Inſtitut: Orator. lib. V. p. 412.

*Quod legas in Diſtichis de moribus: ſive ea incerti ſint ſcriptoris, ut jam ante ſecula pene quinque ſcripſit* Joannes Sarisberienſis *(quod ſi placet, dici poſſit, nomen Catonis eſſe ab argumento: quomodo* Cœlii, *vel alterius,* de re culinaria *opus,* Apicius *inſcribitur) ſive potius auctor vocabatur* Cato, *ut magis ſit veriſimile: tum quod in optimo* Simeonis Boſii *codice, quem &* Elias Vinetus *vidit,* Dionyſio Catoni *adſcribebantur: tum eo, quod ut idem* Vinetus *primus annotavit, Catonis illa nomine laudarit* Vindicianus, *comes archiatrorum, epiſtola ad Valentinianum Imperatorem, quam apud* Marcellum Empiricum *legere eſt. Ut omnino auctor ſit antiquior Auſonio: cui perperam id carmen tribuebat* Baptiſta Pius: *uti &* Guilielmus Canterus *prolegomenis in Euripidem.*

(d) Fabricius Biblioth. Latin. App. pag. 17.

*Quâ ætate ſcripta ſint, tam eſt incertum quam conſtat elegantia utilia & Valentiniani Imp. temporibus antiquiora eſſe, inferiora autem ætate Lucani Poëtæ. Hinc* Catoni *vel* Cenſorio *vel* Uticenſi *nemo niſi temere adſcripſerit, nam quod à Gellio lib. XI. cap. 2. laudatur M.* Catonis Carmen de moribus, *ab illis diſtichis plane fuit diverſum, ut ex iis, quæ inde adducit idem* Gellius, *apparet. Neque validis argumentis nituntur, qui* Senecæ *inſcribunt.* Auſonii *autem eſſe nequit, cum Ethnicus * iſta ſcripſerit, Auſonius vero Chriſti ſacris fuerit initiatus. Fortaſſis veritati proxima Gerh. Joh.* Voſſii *conjectura eſt, Catonis nomen Diſtichis præfixum eſſe ab argumento quod tractant, non ab auctore, cujus non minus nomen, quam ætas nos ugiat.*

* Qui Chriſtiani eſſe Scriptoris arbitrantur eos toto errare cœlo vere pronunciavit Joh. *Scaliger* in *Lect. Auſonianis* & Gerh. *Voſſius* notis ad *Vellejum Paterculum*, quorum iſte animadverſiones etiam in C-tonis Diſticha promiſit.

(e) Jugements des Scavans Tomo IV. part. 2. n. 1136. p. 73.

*Nous avons des diſtiques Moraux qui portent le nom d'un* Caton, *mais on n' a jamais crû ſerieuſement, qu'ils fuſſent de ce celebre Cenſeur, ni d'aucun Romain de ce nom, ou de cette race. On n' a peut eſtre point eu plus de raiſon de les donner à un* Dionyſius Caton, *que les Critiques ne connoiſſent que fort imparfaitement.*

*Les plus judicieux eſtiment que c' eſt l' ouvrage.* d'un Chreſtien, *& ils devinent que l' Autheurs, ou les Copiſtes auroient pû luy donner le titre de Caton, à l' imitation des Anciens, qui donnoient le nom de quelque perſonne conſiderable, & qui s' eſtoit particulierement diſtinguée, au ſujet que l' on traittoit dans l' ouvrage, qu' on vouloit publier, comme* Platon *a fait dans ſes Dialogues* Ciceron, Lucian, *&, les autres, dont nous avons rapporté des exemples, au prejuge des Titres des Livres. De auctore hujus operis vid. Joan.* Sariſberienſis *de nugis curiali lib. l. 7. c. 9. Melch.* Goldaſt. *in notis ad Columban. pag. 104. Marc. Zuer* Boxhorn *in Rom. quæſt. 14. pag. 77. Caſp.* Barthius *adverſarior lib. 24. C. 4. Col. 1178. Vincent.* Placcius *de Anonymis detectis cap. 10. num. 290. pag. 77. Georg. Matth.* Königius *Biblioth. vet. & nov. pag. 177. &c.*

(f) Idem ibid. num. 1180. in fin. pag. 47.

*Quelsques Critiques pretendent que les Diſtiques Moraux qui portent le nom de* Caton *ſont* d' Auſone. *Mais c' eſt une conjecture dont ils devroient nous faire voire les fondemens.*

(g) Diecmannianæ notæ MStæ marginales.

*An inter Anonymos, eosque verè detectos, hic libellus locum reperiat, meritò dubitat, qui præter* Fabricium, *pag. ſeq. citatum legerit* Boxhornium, *Quæſtion. Rom. XIV. p. 73. ſeqq. multis de horum Diſtichorum auctore diſputantem: ubi & de duobus aliis eorum ſcriptoribus, quodam* Tullio, *& Job.* Chlotomio *legas. Nemo enim, quod ſciam, majori cura hanc quercum excuſſit. Conferri etiam meretur* Naudæus *dans Jugement de tout ce qui a eté imprimé contre le Cardinal Mazarin. p. 633. ubi* Pſeudo Catonem *vocat; & hæc diſticha ab Auctore quidem* Chriſtiano, *pro quo valde laborat* Boxhornius, *ſed de induſtria præcepta Ethniciſmi immiſcente, profecta judicat.*

---

(592) CATOSI, *Manardo*: *Thomas* CARDANI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 541.

---

(593) CAVALCANTE: *Paul* BENI. *Baill.* liſte. p. 541.

---

(594) CEBES Thebanus, *Ravio* videtur eſſe TOBIAS: ut ex ejus annotationibus MStis ad Geſnerum in voce Cebetis obſervat *Symbola Normanniana.*

---

CECCONE v. *Scapuzzo.*

---

(594. α) *Jo.* DE CECCANO nomine *editum Ughello* Tom. I. *Italiæ Sacræ, Chronicon foſſæ* novæ quod religioſis Anonymis Monaſterii Foſſæ novæ aſſerit Carolus de Viſch, uni autem MONACHO FAMILIARI COMITIS CECCANI *Ughellus* apud *Sandium* in notis ad *Voſſium* pag. 316. 317. (a)

(a) Sand. in not. ad Voſſ. pag. 317.

*Firmiter credo authorem* hujus Chronici *fuiſſe monachum* Foſſæ novæ, *dummodo liceat aſſeverare, unum non plures ejus eſſe authores contra Carolum de Viſch, qui audacter tradit conſcriptum illud ab anonymis religioſis monaſterii Foſſæ novæ, ego vero, id unde habeat, ignoro. A Ferdinando Ughello adſcribitur id Joanni* de Ceccano.

---

(595) CEDRENUS (*Georgius*) Ejus nomine *Synopſis* extat *Hiſtoriarum à mundo condito uſq; ad Principium Imperii Iſaaci Comneni*, ſive, annum Chriſti 1057. productum. Hujus Synopſeos primam partem ex SYNCELLO, ſecundam ex THEOPHANE, ex JOHANNE PROTOVESTIARIO exſcriptam, ipſo Cedreno non diffitente, docet *Lambec.* Bibliothecæ Cæſareæ lib. II. c. VII. 578. 579. ſub lit. (a) cui adde *Sagittar.* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. p. 22. *Thomaſium* de plagio §. 400. & inprimis *Hanckium* de Scriptoribus Byzantinis lib. I. cap. XXVII. §. IX. ſqq. p. 490. ſub lit. (b)

(a) Lambecii Bibliothecæ lib. II. cap. VII. p. 578. 579.

*Priusquam autem* Joannes Scylitza *Traceſius ad dignitatem Curopalatæ perveniret, variis aliis officiis gradatim functus eſt; inter quæ fuerunt* Protoveſtiariatus *ſive Præfectura Veſtiarii Imperialis, & Magnus Drungariatus Vigiliæ, ſive Præfectura Excubiarum. Et cum Protoveſtiarius quidem adhuc eſſet, ſcripſit atque edidit*

*edidit* Epitomen Hiſtoriarum ab obitu Imp. Nicephori cognomento à Genicis, *hoc eſt, ab A. C.811. usque ad initium Imperii Iſaaci Comneni, qui Imp.* Michäeli Stratiotico *ſucceſſit A.C.1057. Hanc primam* Scylitzæ *editionem tranſcripſit verbotenus in ſuam Hiſtoriarum Synopſin* Georgius Cedrenus, *Plagiarius impudentiſſimus, qui eodem vivebat tempore. Fatetur hoc ipſe Cedrenus in Præfatione ſuâ itidem ſuppilatâ, ubi refert ſe primam Synopſeos Hiſtoricæ à ſe editæ partem à creatione mundi usq; ad Impp. Maximianum & Maximinum tranſcripſiſſe ex*Georgio Syncello *ſecundam vero partem usq; ad Imp. Nicephorum cognomento à Genicis ex* Theophane, *tertiam deniq; partem usq; ad Imp. Iſaacium Comnenum ex* Joanne Protoveſtiario *cognomine Thraceſio, qui, ut res ipſa indicat, & (1)* Leo Allatius, (2) Gerardus Joannes Voſſius *aliiq; doctiſſimi Viri unanimi conſenſu affirmant, idem atq;* Joannes Scylitza *eſt. Rectiſſime igitur jam memoratus V. CL.* Leo Allatius *in* Diatriba de Georgiis *ſcribit, ſi à* Georgio Syncello, Theophane & Joanne Scylitza *ea repeterentur, quibus Cedrenus Synopſin ſuam, non ſententiis ſolum, ſed verbotenus conſarcinatam inſtruxit, nudum ipſum, æq; ac Æſopicam corniculam remanſurum. Contra merito reprehendendum eſt judicium* Caroli Hannibalis Fabroti, *qui in Editionis Pariſinæ Cedreni præfatione ad Lectorem* Joannem Scylitzam Cedreni ſimiam *nuncupat. Quod enim Cedrenus Joannem Scylitzam, non autem Scylitza Cedrenum tranſcripſerit, tam certum ac perſpicuum eſt, ut haud injuria ſupra laudatus Leo Allatius in Diatriba de Georgiis puerilem appellet errorem ea de re dubitare. Quo usque ergo Cedreni Synopſis Hiſtorica nunc pertingit, eousq; perducta fuit prima editio* Compendii *Hiſtorici Joannis Scylitzæ. Titulus primæ iſtius editionis fuit, qui in Joannis* Baptiſtæ Gabii *Latina verſione, Venetiis ao. 1570. in fol. excuſa legitur; nempe hic:* Compendium Hiſtoriarum, quod incipiens à Nicephori Imperatoris à Genicis obitu ad Imperium Iſaaci Comneni pertinet. *Cæterum cum Joannes Scylitzes ex Protoveſtiario & Magno Drungario evaſiſſet* Curopalata, *publicavit ſecundam Compendii ſui Hiſtorici editionem hiſtoria ſuorum temporum auctam ab initio Imperii Iſaaci Comneni uſq; ad initium Imperii* Alexii *Comneni, hoc eſt, ab anno 1057. uſq; ad ao. 1081. quo Alexius Comnenus abdicato Nicephoro Botoniatæ in Imperio ſucceſsit.*

(b) Hanckius de Scriptoribus Byzantinis lib. I. cap. XXVII. §. IX. & ſeqq. pagg. 490. 491.

IX. *At enim* Scylitzes *quidem nullam* Cedreni *mentionem inter illos facit, quorum vel poſt ævum, vel ævo ſit aggreſſus hiſtoriam ſcribere: contra vero* Cedrenus *inter hos, ex quibus volumen ſuum confectum profitetur,* Joannis Protoveſtiarii *meminit, qui commentarios ſuos ab obitu Imperatoris Nicephori Logothetæ ſit exorſus: id quod à noſtro Joanne factum eſſe conſtat. Videantur, quæ diximus §. II.*

X. *Neque ponderis adeo magni fuerit, ſi propterea minus probabile judices, ex* Scylitze Cedrenum *hauſiſſe partem compendii ſui poſtremam, quoniam Scylitzes longius in hiſtoriis, quam* Cedrenus *eſt progreſſus. Nam Scylitzes prius editas hiſtorias, in quibus Protoveſtiarius ibi deſierit, ubi Cedrenus deſinit, poſtea Curopalates, rerumque multo plurium conſcius augere potuit ad Alexium Comnenum Imperatorem.*

XI. *Quamobrem ii rectius ſentiunt, qui memoratam hiſtoriarum partem a* Cedreno *ex Scylitze, non à Scylitze ex* Cedreno *deſcriptam cenſent. Inter hos reperiuntur Jacobus* Pontanus *in notis ad Proëmium chronici, quod Georgius Phranza ſcripſit:* Gerardus Joannes Voſſius Lib. II. *de Hiſtoricis Græcis cap. XXVI.* Jacobus Goarus *initio annotationum in Georgium Cedrenum:* Hermannus Conringius *in notis ad Leonis III. Romani Pontificis, epiſtolam II. ad Imperatorem Carolum Magnum ſcriptam:* Philippus Labbæus *in catalogo ſcriptorum hiſtoriæ* Byzantinæ, *n. X. & in diſſertatione de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, tomo II, capite, quod de Joanne* Curopalate *agit:* Petrus Lambecius *Lib. II, commentariorum de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, cap. VII.* Jacobus Thomaſius *in diſſertatione Philoſophica de Plagio literario, §. cccc.*

XII. *Prodiit* Joannis Scylitzæ compendium *hiſtoriarum integrum Latine, interprete* Joanne Baptiſta Gabio, *Venetiis per Dominicum Nicolinum, M.D.LXX. in fol. Penſum vero, quod in Cedreno deſideratur, id eſt, ab* Iſaacio Comneno, *A.C. 1057. ad* Nicephorum Botoniatem, *A.C. 1081, Græce, cum ejusdem Gabii Latina, ſed per Carolum* Annibalem Fabrotum *paſſim emendata interpretatione, &* Jacobi Goari *notis,* Cedreno *ſubjunctum, Pariſiis è Typographia regia, per Sebaſtianum Cramoiſium, M.DC.XLVII. in fol.*

---

(596.) CELADON. Ejus nomen præfixum gerunt. (1) Weltliche Lieder / nebſt einem Anhang Schimpff-und ernſtlicher Gedichte/Francof. 1657. in 8vo (2) Celadoniſche Muſa in ſich haltend hundert Oden und etliche hundert Epigrammata, 1663. 12mo Utriusque ſcripti Auctor eſt *Georg.* GREFFLINGER Notarius publicus Hamburgenſis. Hæc *Symbola Flensburgo-Molleriana.* Poëta hic laureatus notiſſimus mihi olim & verſionibus ex Gallico aliquot nunc non ſuccurrentibus & Receſſu Civico noſtro Anni 1603. ex Saxonica inferiori dialecto in ſuperiorem abſurdiſſima, de qua in Anonymis.

---

(596. *a*) *Cœleſtini Papæ* deciſiones ut PROCHORO tribuantur prolixius docet *du Pin* Bibl. des Auteurs Eccleſ. Tom. IV. p. 34. quam ut excerpi hic poſſit.

---

(597.) CELESTINUS *de S. Lidwine.* Tranſtulit ex latino in Arabicum Sermonem *Imitationem JEſu Chriſti* ſcriptam à Thoma *à Kempis.* Verum ei nomen fuit *Petrus* GOLIUS, qui ordinem Carmelitarum Monachorum ſuſcipiens, illud Celeſtini de S Lidvvine aſſumſit. vide *Colomes.* Melanges Hiſtoriques p. 78. ſub lit. (a)

(a) Colomies Melanges Hiſtoriques pag. 78.

*Pierre* Golius, *trés ſavant auſſi dans les langues Orientales, qui a tourné de Latin* en Arabe le

 Livre

Livre de l'Imitation de *J.C. de Thomas à Kempis, & qui s'eſtant fait de l'Ordre des Carmes déchauſſez, prit ſenom de* Pére Céleſtin de S. Lidvvine.

CELIUS v. *Grafredus.*

(598) *Antonius* CELLADEUS edidit ao. 1670. librum *de recta doctrina morum*, quo Probabiliſmum fratrum ſuorum convellere ac refutare niſus eſt. Involucrum hoc *anagrammaticum* tegit ELICALDUM Jeſuitam Hiſpanum: ut docent *Acta Eruditorum Lipſienſ.* 1691. p. 107. Hujus Elicaldi nec *Nicolaus Antonius* in Biblioth. Script. Societatis JEſu ullam mentionem faciunt, nedum perſonati Scripti.

(599) CELSUS: *GROTIUS. Baillet* liſte des Aut. deguiſ. p. 541.

(600.) *Cornelius* CELSUS. Hujus nomine extant (1) *Epiſtola ad Cajum Julium Calliſtum* (2) ad *Pullium Natalem epiſtola*, quæ utraque SCRIBONIUM LARGUM Auctorem habent, judicante *Fabricio* Biblioth. Latin. pag. 57. ſub lit (a) (3) *liber de Herbis*, qui APULEJO ab Humelburgio, *Juniori* cuidam *Auctori* à *Fabricio* aſſeritur pag. 146. ſub lit. (b) De illo & *Daumius* ad Reineſ. Epiſt. 106. pag. 270. f.

(a) Fabricius Bibliothec. Latin. pag. 57.

*Epiſtola ad* Cajum Julium Calliſtum *quæ ſub* Cornelii Celſi *nomine præfigitur Marcelli Empirici libro de Medicamentis*, Scribonium Largum *habet autorem, qui ſcriptum ſuum* de compoſitione medicamentorum *hac ipſa Epiſtola Calliſto dicavit Apud eundem Marcellum etiam alia brevior* Epiſtola ad Pullium Natalem Celſo *tributa legitur, in qua ſe ait illius rogatu duos compoſitionum libros de Græco in Latinum ſermonem convertiſſe. Sed & hanc Largo potius adſcripſerim, qui in prioribus literis promittit, ſe plures compoſitiones collecturum.*

(b) Ibidem pag. 139. 140.

*Liber de* herbis *ſive* de nominibus ac virtutibus herbarum *ad cives ſuos, inter* Apuleii *opera nunquam editus at ſub* Apuleii *Platonici nomine cum* Antonii Muſæ *libello de Betonica ad Marcum Agrippam ſæpius vulgatus Baſileæ 1528. fol. ad calcem Plinii Valeriani ex recenſione Albani Torini & anno 1537. 4to. Tiguri cum commentario Gabr.* Hummelbergii, *ut alias editiones jam omittam. Malunt etiam quidam* Apulejo Celſo Medico *adſcribere, qui Auguſti tempore vixit, &* Scribonio Largo *ac* Marcello Empirico *memoratur. Sed utique* junioris ſcriptoris *eſt, qui Dioſcoridem Pliniumque præ manibus habuit. Forte ex Apuleii Platonici Medicinæ libris quorum* Priſcianus *lib. 6. meminit, & aliis autoribus collectus contractusq; eſt, etſi* Humelbergius *ab Apulejo ipſo ita ſcriptum eſſe non ambigit, niſi quod fatetur, multa nunc quidem nomenclaturas, nunc circa Herbarum deſcriptiones & hiſtoriam illi deeſſe, codicesq; maxime depravatos ac pluribus locis mire varios ad nos perveniſſe. Plura de hoc libro ſcripſimus in* centuria Plagiariorum *num. 58.*

(601.) CELSUS, *Julius* : *Samuel* PRZYPCOVIUS eſt, ut ait *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 541. Nempe is reddidit ſub hoc nomine è Polonico latine proprium ſcriptum, quod Niemiricio Archi Camerario Kijovienſi oppoſuerat titulo *defenſionis.* vid. *Sandius* Biblioth. Antitrin. pag. 125.

Addit hic *Margo Diecmannianus*, ut ſequitur:

*Samuel Przipcovius, Socinianus anno* 1663. *Regiomonte ad Joh. Næranum ſcribit nolle ſe quicquam ſuorum, ſe vivo & inſcio, ſub ſuo vero nomine in lucem prodire, ſed ſub* Julii CELSI. *Vide præfationem operum ejus ao. 1692. Eleutheroli fol. editorum fol. 4. 6. Et hoc quoque* Julii CELSI *nomine Przipcovius* Cogitationes *ſuas* ad initium Evang. Matthæi *ex Nærano inſcripſit.*

(602.) Mini CELSI *Diſputatio in hæreticis coërcendis quatenus progredi liceat, ubi nominatim eos ultimo ſupplicio affici non debere aperte demonſtratur.* Chriſtlingæ 1577. in 8. edita extat, & cum *Theodori Bezæ*, ac *Andreæ Dudithii* Epiſtolis duabus contrariis recuſa, Baſil. 1584. in 4. Eum auctorem eſſe *Fauſtum* SOCINUM, hæreſiarcham illum, ſibi fortasſis impunitatem hoc genere ſcribendi quærentem, teſtatur *Scavenius* num. 70. â quo rationem notitiæ tamen adhuc deſideramus.

Et ingentem quidem ſcrupulum movet inter alia, quod inter opera *Socini* Amſtelodami nuper edita (ubi nec fruſtulum Socini operum deeſſe voluerunt Fratres Poloni) neutiquam comparet hæc diſputatio; nec vola ejusdem nec veſtigium, monente Guilielmo *Cave* epiſtola Isingthonio ad me data 8. id. decemb. 1676. At vero *Bailletus* poſt *Sandium* de Antitrin. pag. 21. & pag. 64. rectius LÆLIO SOCINO tribuit Celſi perſonam, in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 641. Adde Joh. Alb. *Fab.* Decad. Decad. num. XXV.

CELTA v. *Brutus.*

(603.) CENSOR *Carpitanus Papyrius*: Charles FERAMUS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 541.

(604) CENSORINUS *de die Natali*, à Criticis Auctor habetur ſuppoſititius, & fictus ab ALDO, perhibente *Gaddio* Tom. II. de Scriptoribus pag 77. (a) Fragmentum *de metris*, quod Cenſorini operibus vulgo additur à Carrione pro ſuppoſititio agnitum eſt, cui ſuffragatur *Fabricius* Biblioth. Latin. pag. 148. 149. & Append. pag. 100. (b) De Suppoſitione Cenſorino facta nihil memorant *Friſius* Biblioth. *Geſner.* pag. 140. b. & *König* Biblioth. Vet. & Nov. p. 180. b. Edidit Cenſorini *de die natali* librum in cap. XXIV. diſtinctum, notis ſuis variisque lectionibus adjectis *Lindenbrogius* Hamb. 1614. adjectumque fragmentum, incerti Auctoris cap. XV. diſtinctum cum notis Carrionis, complectens una cum

cum ipſo Cenſorini ſcripto pagg. 171. Additi ſunt Auctorum & Rerum memorabilium varii Indices in fine. Sed & hic nihil de ſuppoſitione libri de die natali. Hac occaſione prætermittere non poſſum, quod *Procli Creſtomathiæ Poeticæ*, ab *Andrea Schotto* una cum ſuis obſervationibus humanis, Hanov. 1615. in 4to editæ annexum eſt, *Fragmentum* (ita titulus habet) *Scriptoris incerti, antea Cenſorino tributum, & cum ejus* de die natali *libro continenter impreſſum, nunc correctius. & aliquot capitibus ex veteri libro additis auctius editum a* Lud. Carrione Burgenſi *cum notis Pet. Joan. Nunneſii.* Ipſe textus ſesquiphilyra, notæ Nunneſii unica continentur. Capita XV. hæc ſunt. I. De naturali Inſtitutione. II. De Cœli Poſitione. III. De Stellis fixis & ſtantibus. IV. De numeris ſimplicicus. De Terra. V. De Geometria. VI. De Formis. VII. De Figuris. VIII. De Poſtulatis. IX. De Muſica. X. De Rhythmo. XI. De Muſica. XII. De Modulatione. XIII. De Metris & pedibus. XIV. De legitimis numers. XV. De ita Ludovicus *Carrio* Brugenſis in Dedicatione hoc fragmento Andr. Schotto facta. *Tenere me nonpotui, amiciſſime Schotte, in Gregoriana iſta anni civilis correctione, quum hoc anno non niſi CCC LV. dies habuerimus, quot ante primam Cæſaris correctionem conſtat habuiſſe, quin Cenſorinum extorquere mihi ſim paſſus: quod indignarer Fragmentum Grammatici neſcio: cujus illi adjectum.*

(a) Gaddius Tom. II. de Scriptoribus p. 77.

*Demortuum non laurus, ſed fama coronavit* Aldi *filii, quem cognomine Juniorem æquavit, vel prætulit avo cognomini claritas multis ingenii, vel potius eruditionis monumentis comparata. Siquidem Ciceronis opera commentariis vel notis illuſtravit omnia. Scripſit Orthographiam. De quæſitis per Epiſt. libror. tres;* notas ad Cenſorinum *de die Natali, & Etruſcè Vitam Coſmi M. Ducis, & alia plura opuſcula.* Cenſorinus *à Criticis habetur auctor ſuppoſitivus, ſeu fictus* ab Aldo. *Fuit Latinæ, Græcæque eloquentiæ Profeſſor ſingularis, & publicus Romæ, ſed à diſcipulorum corona deſtitutus ante ſcholæ oſtium cum uno, aut altero ambulaſſe perhibetur.*

(b) Fabricius Biblioth. Latin. Append. pag. 100.

Cenſorino *adſcriptum* fragmentum de metris p. 2715.—2727. Lud. Carrio *primus à Cenſorini libro de* die Natali *ſeparatim edidit Pariſ. 1583. Cenſorinum inter Grammaticos laudat* Caſſiodorus.

CENTIUS v. *Camerarius*.

(605) CENTRALBO, *Giulio Charles* BENTIVOGLIO. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez. p. 541.

CERAMEUS v. *Theophanes*.

(606). Antonii CERCOETII *Maſtigophorus primus, ſecundus, & tertius, ſive Elenchi Confutationis, quam* Cl. Salmaſius *ementito nomine Animadverſis Cercoetianis oppoſuit*, Pariſ. 1624. in 8. una cum Animadverſionibus ante editis ad *Claudii Salmaſii* notas in *Tertullianum* de Pallio. Rhedonis 1622. in 8. excuſis, eſſe *Dionyſii* PETAVII, *Scavenii* teſtimonio n. 95. confirmatur, idemque patet ex *refutatione Franciſci*, ſeu ipſius *Salmaſii*, de qua ſuo loco inferius dicetur. Inſcripſit autem Petavius librum alium, Antonii Kerkoetii Aremorici Animadverſorum liber ad Claudii Salmaſii notas in Tertullianum de pallio, Rhedonis apud Yvonem Halecium 1622. Excuſus eſt Pariſiis ut in Indice larvatorum Jeſuitarum initio Tom. III. Operum *P. Aurelii* præfixo refertur n. 18. & 19.

Vide interim *Salmaſium* Appar. Prim. 105. Petavio attribuentem Confutationis Elenchum. Indicantibus *Marginalibus Normannianis*. Cæterum de Controverſia inter Salmaſium & Petavium, enata, deque poſterioris ingenio ligitioſo lege les lettres choiſies de M Guy *Patin.* lett. II. & VI. Petavium latere ſub Antonio KERKOETIO confirmant (ita formantia hoc nomen) Acta Erud. Lipſ. An. 1682. p. 94. Adde Thomam *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej. p. 153. a. & 264. a. & 376. a. *Nouvelles des lettres* 1686. p. 165.

(607) Marcelli CERVINI & Fr. Mariæ CERVINI nomine ſcripſiſſe *Fr. Mariam* de AMATIS, Jeſuitam Romanum, teſtis *Alegamb.* p. 451. & quidem p. 126. *Orationes duas, alteram de laudibus Marcelli II. Pont. M.* alteram *de laudibus B. Franciſci Cervini* Senis 1611. in 4.

Larvæ hujus non meminit *Sotvel*, ſed tamen ſcriptas a Franciſco Maria de Amatis memoratas orationes refert. p. 236. a. De Auctore & ſcriptis penitus ſilet *Witte* in diario Biographio.

(608) CESAR *Cotta* Perſona eſt Patris *Horatii* MONTALDI, ſub qua ſcripſit *contra Herculem Taſſum*, ut ex *Meneſtrier* Philoſophie des Images, P. I. pag 31. citat *Symbola Junckeriana* ſub lit. (a)

(a) Symbola Iunckeriana.

*Le P.* Horace Montalde *enſeignant la Rhetorique a Milan fit imprimer ſous le nom de* Cæſar Cotta *un de ſes diſciples des Theſes, ſur la matiere des deciſes. Il affecta de combattre les ſentimens* d'Hercule Taſſo *ce qui obligea cet Autheur de luy repondre par un ecrit qui portoit pour titre:* Riſpette di Hercule Taſſo alle aſſentioni del molto Reverendo Patre Horario Montaldo Gieſuita, contra il trattato ſuo delle impreſſe, ſtampate e publicate in Milano ſotto nome di Ceſare Cotta. Menetrier *Philoſophie des Images, P. I. p. m. 31.*

CESFRANCHUS v. *Coronein.*

(609) *Iſaacus* CHABANÆUS. Ejus Prodiit 1647. in 8vo *Epiſtola Conſultatoria*, (in *Mareſium* ſcripta.) Hanc *Mareſius* in Expoſtulatione ad Voetium & confutatione ejusdem ſcripti, *Gisberto* VOETIO aſſerit illam tamen à ſe amoliri ſtudenti in præfatione Tom. I. diſputationum Theologicarum, de qua re vide, quæ *Symbola*

*Normanniana* nobis ſub lit. (a) ſubminiſtravit. Adde prolixæ præfationis *Voetianæ* ad Exercitia & Bibliothecam Theolog. ſuam Ultrajecti editam 1651. 12. fol. xxxx. II. nam paginæ quidem non ſunt numeratæ & xxxx. 8. a. xxx

(a) Symbola Normanniana.

*Iſaaci* Chabanæi *Epiſtola Conſultatoria (in Mareſium ſcripta) Ultrajecti* 1647. 8. *Epiſtolam* Voetio *deberi oſtendit* Mareſii Expoſtulatio ad Gisb. *Voetium* de violata fide publica editione Epiſtolæ virulentiſſimæ, quam nuper emiſit Ultrajecti ſub nomine *Iſ. Chabanæi*, cum brevi ejuſdem Epiſtolæ confutatione 1647. 8. *Elencho Scriptorum p.* 676. *inſerta (mihi pag.* 1547. *A.* 1647.) *Idem* Mareſius *Voetio & alia non pauca in eodem negotio edita ſcripta tribuit: ut* Epiſtolium Lecherperii: Epiſtolam France de Wale & Jo. van der Hager: Epiſtolam Leemanni, HiſtoriamMarianæ FraternitatisBelgice *ab Anonymo editam, aliaque ejusmodi, de quibus fuſè agit & nititur à ſe amoliri* Voetius *Præfatione ad Lectorem præmiſſa T. I. Diſputationum Theologicarum. Ibidem p.* 37. *meminit Admirandæ Methodi philoſophiæ Carteſianæ*, Voetio *quidem à Carteſio adſcriptæ, ſed a vero auctore* Mart. Schoockio *in Epiſtola ad Carteſium agnitæ & adoptatæ.*

CHABIB. v. *Aben.*

(610) *Simon* CHALUDRE *Anagrammatica* larva eſt *Charles* du MOULIN, ſub qua edidit *defenſionem contra Calviniſtas*, uti refert *Teiſſier*, Eloges des Savans Tom. I. p. 299. Adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 541.

CHAMPENOIS v. *Colet.*

(611) *Le Sieur* CHANEIN *de la Tour des Moles.* Perſona eſt *Guilielmi* de la TAISSONNERIE, ut indicat *Bailletus* Deguiſemens des Auteurs Part. III. c. I. §. III. p. 231.

(612) CHANTELOUVE *le P. de: Matthieu de* MOURGUES, douteux. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 541.

(613) CHANTERESNE, *le ſieur de: Pierre* NICOLE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 541.

(614) CHANVEAU où peutetre CHAUVEAU: *Caſtellionis* BRAUNOVIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 541.

(615) CHAPPELAIN, Jean: *Jean Armand* de RICHELIEU. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 541. Nempe Cardinalis ille famigeratiſſimus ſine dubio ob Comœdiam eidem attributam, de qua docet *Peliſſonius* Academie Françoiſe pag. 117. verbis (a) excerptis.

(a) Hiſtoire de l'Academie Françoiſe p. 117.

*A la repreſentation des Tuilleries dans un Prologue fait en proſe, où entre autres choſes l'invention du ſujet fut attribuée à Monſieur* Chapelain, *qui pourtant n'avoit fait que le reformer en quelques endroits; mais* le Cardinal (*de Richelieu*) *le fit prier de luy preſter ſon nom en cette occaſion, adjoutant, qu'en recompenſe il lui preſteroit ſa bourſe en quelqu' autre.*

(616) CHARISIUS. Ejus nomine qvæ circumferuntur, *Orationes* a MENANDRO Comico ſcriptas approbat *Quinctil.* Inſtitut. Orat. l. X. c. I. p. 469. citante *Normanno* mihi p. 289. lin. 31. editionis Pariſinæ in fol. 1533. & ei adſcribit *Gaddius* de Scriptoribus Tom. II. p. 77.

(617) CHARISIUS THERMARIUS *Spado Calopolitanus*, Perſonatum nomen eſt *Gio. Baptiſta* CAPPONI D. M. Bononienſis, indicante la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LV. p. 62. ſub lit. (a) adde Leti Italia regnante P. III. p 89.

(a) Villani Viſiera Alzata Hecatoſtes num. LV. p. 62.

*LV. GIO: BATTISTA CAPPONI D. M.* Bologneſe *Accad.* Incognito, Indomito, e Celato *ſotto nomi alluſiui ſtampò.*

Ad Hippocratis Oracula *dum Febrium Symptomatum ferè* omium auſpicabatur naturam, *ac cauſas deſumpta a V. C.*

Jo: Carlo Lancia Paltronio *Med. & Ph. & in Bonon. Archigym. Prof. Practico Ordinario* Chariſii Thermarii *Spadonis Calopolitani* Diſtagmaticæ Animaduerſiones *Bononiæ Typis Heredis Benatii M. DC. LXVII. 12.*

(618) *Joannes* CHARLIERIUS. Ejus nomine prodiit *la Morale de Gerſon.* Verum ejus Auctorem valde dubium eſſe docet *Bailletus* degviſemens des Auteurs, qvanqvam Perſonatum nomen agnoſcat p. 241. lit. (a) *Honoratum* FABRUM Auctorem creditum ſed tanqvam dubium citat liſte des Auteurs degviſez p. 541. V. plura infra in *Gerſon.*

(a) Baillet Deguiſemens des Auteurs. p. 241.

*Il eſt encore moins difficile de juſtifier un Auteur moderne qui nous a voulu repreſenter la* Morale de Gerſon *ſous le nom de* Io. Charlier *Quoi qu'il ait emprunté ce nom de Gerſon même, il ſuffit qu'il n'en ait pas emprunté le temps ni les autres circonſtances qui auroient pu ſervir à le faire confondre avec le vrais Gerſon.*

CHARITOPOLITANUS. v. *Aletophilus.*

(619) CHARITOPOLITAIN. Perſonatum nomen eſt P. COURTOT, aſſumtum ab eo in eum finem, ut oſtenderet ſe manſurum in iis terminis, quos Gratia Dei Chriſtianis præſcripſit, ut in eis perſeveret, docente *Bailleto* degviſemens des Auteurs p. 311.

CHAR-

CHARTIER v. *Alain.*

(620) CHARTIER, *Jean : Gvillaume* DAVISSON. *Baillet.* liſte des Auteurs degviſez p. 541.

(621.) *Johannes* CHECUS. Ejus nomine extat *Epiſtola de obitu Martini Buceri* 1562. in 8vo. *Jameſio* eſt *Nicolai* CANI ad Checum. Barthol. *Todington* de Vita & obitu Nicol. Carri 62. b. Hæc *Symbola Normanniana.*

(622.) *Pierre le* CHEVELU, quod ſit *Petrus* CRINITUS, hoc nomine ſatis notus libris de honeſta diſciplina, de Poëtis, &c. docet me *Symbola Junckeriana* ex pag. 100. libelli titulo des plus belles Bibliotheques Gallici du Sieur *le Gallois*, editi Pariſiis 1685. Sed editio mea 1680. in 12mo paginis huic non reſpondens locum hactenus invenire non permiſit.

(622. *a*) CHIANEUS *Origenius.* Edidit *Epiſtolam in Fabium Paulinum Utinenſem* Pariſiis 1587. in IV. Verus Auctor eſt *Joſephus* SCALIGER, Julii Cæſaris filius, de quo alia *Rhodianor.* num. V. p. 4. quibus adde la *Viſiera Alzata*, Hecatoſtes num. LXI. pag. 66. 67. quem *infra* in *Yvone Villiomaro* adducam: ne bis me cum laude citando id merentem licet, exſcribam.

(622. *β.*) CHEPHAS SCHEUNENUS Agrippinas *ſcripſit perſonatus* Carthesianismi Gangrænam inſanabilem, *duodecim erotematum illuſtrium decadibus* fruſtra curatam per Petrum ALLINGAM *Paſtorem in* Widenes *prope Hornam Enneade erotematum vulgatorum, demonſtratam à Cepha Scheuneno Agrippinate, Ultrajecti apud Franc. Halma Bibliopolam* 1680. *4to. Eſt frater meus.* Petrus VON MASTRICHT, *aſſumpto cognomine avi Noſtri: verba ſunt autographæ Symbolæ* Gerhardi von Maſtricht, *autorem* Petrum von Maſtricht *SS. Theologiæ Profeſſorem Francofurtenſem & Duisburgenſem olim nunc Ultrajectinum aliis etiam ſcriptis notum, nobis detegentis.*

(623.) *Georgii* CHJAKOR Secretarii Hungari *Epiſtola de obitu & morbo Stephani Regis Poloniæ*, cum examine Epiſtolæ, Claudiopoli, hoc eſt, Varſaviæ 1587. Utrumque libellum *Nicolao* BUCCELLÆ Medico tribuit *Amadeus Curtius in reſponſo*: neque valde repugnat Buccella confutatione reſponſi, pag. 5. 6. indicante *Symbola Normanniana.* Vide *Mercklinii* Linden. Renov. pag. 831. b.

(624.) *Octaviani* CHILIADIS Hiſtoriſcher Mercurius: Das iſt / hundert neue und denckwürdige Erzehlungen theils trauriger / theils frölicher Geſchichten / aus Parival, Sarpetro Aſtolfo, Belovacenſi, und etlichen andern wenig bekanten Scribenten gedolmetſchet bey Michael Pfeiffern in Verlegung Joh. Naumans 1657. und nachmahls 1665. in 12mo. iſt *Georg Philip* Harsdörffer / ut Bibliopolæ Editoris mihi teſtati ſunt Hæredes.

(624. *a*) *Jacob* CHLIARANDES Caroli filius. Eſt *Jacobus* KOELMAN, Eccleſiaſtes Sluſanus in Flandria, qui ſub hoc Græco ſuo nomine, Belgice ſcripſit: *Etlyke Vraegen, voorgeſtelt aen de Leraers ouderlingen en gemeene belyders, noopende de Kerckelyke macht der polityke Overheit.* 1675. n. vid. indicem operum Koelmanni, poſt Comm. Durhammi in Canticum. Symbola eſt Maſtrichtiana.

(625.) CHLORUS, FIRMIANUS. Ex Græco aſſumſit hoc nomen, pari ſignificatione *Pierre* VIRET, docente *Bailleto* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 541. & deguiſem. Part. III. cap. XI. §. 11. p. 330.

(626.) CHOLANDRI *decennium mirificatum.* Collectio eſt Variorum Poëmatum, quæ Auctorem habuere J. FELLERUM Profeſſorem Lipſienſem, quod vel ex Græca illa denominatione obſcurum eſſe non poteſt. Maluit tamen optimus Vir, cum viveret, eam Collectionem nunquam prodiiſſe; obſervante *Symbola Junckeriana.*

(627.) CHRESULDES Larvæ Chriſtianorum Natalitiæ detractæ. Lipſ. 1672. in 12mo Auctor eſt M. DRECHSELER, indicante D. *Thurmanno* ex ore Typographi per Venditorem diſputationum Jenenſium, qui eum etiam anonymum confirmat. Vide *Freisleben* de Ludis diſp. Qu. 12. not. 10.

(628.) *Æmilius* CHREGGRENE Saxo ſcripſit *Velitationem de Septem S. Romani Imperii Officialibus.* Diſſolutis literarum Connexitatibus, & evidentius expreſſa Patria, invenitur facile libri hujus Auctor, *Michaël* GERINGERUS, *Hyanus*, ICtus. Indicante *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis pag. 150.

(629) CHRISTIANUS ADAMUS. *Jean* ANASTASE. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 542. Meminit Perſonati hujus Scriptoris *Lawather* Hiſt. Sacram. p. 129. ſub lit. (a) v. Adamus.

(a) Lavvather Hiſtor. Sacram. pag. 129.
*Tiguri impreſſus eſt libellus* de Cœna Domini *nomine Adami* Chriſtiani, ad principes & ordines qui Auguſtanam Confeſſionem amplectuntur, *viri ut apparet boni, & liberati, & in patrum atq; recentiorum ſcriptorum monumentis non infeliciter exercitati. Viam oſtendere conatur, qua certamina in Eccleſia excitata componi poſſint.*

(630.) CHRISTIANUS ALETOPHILUS SS. Theolog. Studioſus, edidit: Die Beantwortung eines Send-Schreibens Chriſtiani Conſcentioſi. Auctor eſt D. *Valentinus* ALBERTI Theologus celeberrimus Lipſienſis, uti ipſe fatetur in præfatione über die gründliche Wiederlegung eines Päbſtiſchen Buches / ſo auff Befehl des Graffen Collonitſch herausgekommen. Huc usque *Symbola Dorniana.* Adde Chr. *Thomaſii* Monatl. Geſpräch. 1689. p. 243. M. Stephans Hertzens-Grund p. 16.

CHRISTIANUS v. *Catholicus.*

(631.) CHRISTIANUS CONSCIENTIOSUS, Edidit Sendſchreiben / worin er befraget / ob er in der Lutheriſchen Religion könne ſeelig werden? Auctor eſt D. SCHEFFLERUS, ut monet eadem *Symbola Dorniana.*

(632.) CHRISTIANUS JURIS CONSULTUS. Sub eo nomine Argent. apud Guill. Mylium 1556. edidit libellum Franciſcus BALDUINUS, tuam temporis religioni Proteſtantium adhuc addictus, in quo *Duarenum* accuſat, quod de veritate Evangelicæ Religionis ſatis convictus, tamen ingenio ſuo abuteretur ad dogmata Pontificia ſtabilienda. vide *Teiſſier.* Eloges des ſavans Tom. I. p. 158. in margine.

(633.) CHRISTIANUS ORTHODOXUS, daß das Wort: Iſt / im Abendmahl ſo viel heiſſe als bedeutet / eſt *Juſtus Henricus* JUNGMAN, Doctor Juris, ut mihi relatum. Antagoniſta ejus eſt *Reichard Waldecenſis* homo egregie Doctus, vivit in Haſſia ſcriptis Clarus. Ejus enim eſt egregius iſte & bene craſſus commentarius in cap. IX. Danielis ſeu *Propheta Daniel*, modo novo atque inaudito reſeratus, qui Caſſellis in 4. prodiit 1681. in quo auctor egregiam in antiquitatibus, item in Chronologia notitiam demonſtravit. Habui quoque *Chronologiam* ejus *infallibilem* usque ad captivitatem Babilonicam MS. in 4. ſatis laxum qui Typographum expectat. Scripſit nuper etiam contra Thomæ *Beverley* Zeit-Regiſter & Zeichen der Zeiten Germanice in oct. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

CHRISTIANUS v. *Petrus.*

——— *Simplicius.*

(634) CHRISTIANUS Sincerus, Ernſt *Landgrave* de HESSE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 542.

(635.) CHRISTIANUS Theophilus. Ejus nomine prodiit Hafniæ 1676. in 8vo. *De Sanguine vetito* liberior diſquiſitio pro *Thoma Bartholino*, contra Joa. *Wandalinum* Theologum Hafnienſem. Acceſſit ejusdem *Bartholini*, *de Sanguinis abuſu* diſputatio (à Wandalino impugnata) Hæc *Symbola Flensburgo Molleriana*, quæ poſtmodum addit, ipſum *Thomam* BARTHOLINUM utriusque Scripti Auctorem eſſe. Quæ etiam ſententia eſt *Vindingii poſt Deckherrum de* ſcriptis Adeſpotis p. 358. Non meminit hujus diſquiſitionis inter opera Bartholini Albertus *Bartholinus* de ſcriptis Danorum p. 140. ſeqq.

(636.) CHRISTIANUS THEOPHILUS. Ejus nomine prodiit An. 1688. in 12mo à Leide idiomate Gallico: *Lettre à l'Auteur de l'Hiſtoire des Ouvrages des Savans.* Auctorem hujus ſcripti credunt, *Juncker* Ephemerid. Eruditor. p. 211. ſub lit. (a) & Monatliche Unterredungen 1689. p. 346. ſub lit. (b) *Petrum* JURIEUM.

(a) Juncker de Ephemerid. Eruditor. pag. 211.
§. 12. Lettre de Theophile Chretien à l'Auteur de l'Hiſtoire des Ouvr. &c. *a Leide 1688. 12. ſcripta eſt contra Auguſtum 1688. in quo* Basnagius *compendium dederat libelli cui tit.* Futurorum per ſigna temporum inveſtigatio. *Sed illud pro ſatyra habet hic Anonymus. Vide Anon.* Monatliche Unterredungen *1689. Martio p. 346. qui* Jurieum *eſſe illius Epiſtolæ autorem non obſcure l. c. innuit.*

(b) Monatliche Unterredungen 1689. pag. 346.
Theils für gefährlich / weil ich mich beſorgen muß / daß ich das *obſcure* Buch / welches mit Fleiß ſo ſchwer geſetzt zu ſeyn ſcheinet / eben ſo wenig *aſſequi*ren werde / als der Herr *Basnage* in ſeiner *Hiſtoire des Ouvrages des Scavans*, welcher mit dem *Extract* im *Auguſto* des verwichenen Jahrs ſo übel angelauffen / daß ihn deßwegen ein anderer abſonderlich *refuti*ret und den *Extract* für eine *Satyre* geſcholten. Der Titul iſt: *Lettre de Theophile Chretien a l'Auteur de l'Hiſtoire des Ouvrages &c. a Leide 1688. 12mo.* Der Herr darff ſich meinentwegen weiter nicht bemühen / ſprach Herr Leonhard / denn ich habe das lateiniſche Werck ſchon ſelbſt geleſen / und weil mir dabey eingefallen daß die darinnen enthaltenen *hypotheſes* mit dem *Prodromo Corporis Theologiæ*, der im Haag *Anno 1682. 4to.* gedruckt / gantz überein kommen / als habe ich deſſelben dreyzehendes Capittel biß zum ſechs und zwantzigſten mit dem neuen *ſcripto conferi*ret / und leicht geurtheilet / daß ein *Autor* beyde Schrifften gemacht habe. Allein ob ich gleich ſeinen Nahmen bißher nicht erfahren können / ſo bin ich doch mit denen Herren Leipzigern / welche den *Prodromum* im *Octobr.* des 1682ſten Jahrs *recenſi*ret / darinnen eins / daß er eine neue *Secte* machen wollen / welche man mit gutem Beſtande / meines Erachtens nach / die *Myſtiſche* nennen könte.

(637.) CHRISTIANUS, *Timotheus. Staniſlas* LUBIENECKI. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez p. 542. De perſonato Lubienecki ſcripto *Sande* Bibliothec. Antitrin. nil memorat alias eum nomine LUTOMIRSII (errore credo Typographi) recenſens ob alia ſcripta. v. ſupra.

(638.) CHRISTODULUS, Monachus Vir celebris vitæ ſanctitate, ſcripſit *adverſus Judæos ſermones IX. extant Romæ in Bibliotheca Vaticana*, inquit *Poſſev.* Appar. S. T. 1. p. 317. Quis ille ſit, v. infra *Joſuaphus.*

CHRI-

CHRISTODULUS v. *Joſuaphus.*

(639) CHRYSIPPUS : *Libert* FROMOND. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez. p. 542.

(640) *Petrus* CHRYSOLOGUS. Ejus nomen præferentes Homiliæ, ex VARIORUM operibus conflatum Syntagma judicantur a *Barthio* Adverſar. l. 42. c. 26.

(641) *Johannes* CHRYSOSTOMUS. Ejus nomine & inter Opera ejus exſtant

(I.) *Concio* in Textum: *Si filius Dei es, mitte te deorſum*, quæ NESTORII eſt, ut evincitur ex Mario *Mercatore* æquali P. Auguſtini ed. 1673. fol. Pariſ. a Jo. *Gesnerio* Jeſuita. Vid. *Journ. des Sçavans* 1674. 1. Janv. p. 155.

(II.) *De Pſeudo-Prophetis*, & *falſis doctoribus* Homilia quæ habetur etiam inter EPHRÆMI Opera, a Ger. *Voſſio* edita, & ab eo, ut & *Pearſonio* cenſetur eſſe, JOANNIS NESTEUTÆ. vid. *Cave* Hiſtor. liter. Script Eccleſ. p. 182 Chryſoſtomo abjudicat *Tenzelius* in Supplem. *Acta Erudit. Lipſienſ.* Sect. I. p. 17. ſub lit. (a)

(III.) *Homiliæ IV. in Pſalmos*, & *Interpretatio Danielis Sorberiana* in vita Sorbierii ſub lit. (b)

(IV) *Homilia in Nativitatem* DD. Petri & Pauli ſuppoſititia eſt *Gerhard.* Patrol. 352. ex *Caſaubono.* THEODORETI DAPHNOPATI, *Pleſſis* de la Meſſe 619. aut potius THEODORI MAGISTRI, cui inſcribitur apud *Hoeſchel.* Catal. Aug. XXXIII. *id.* inter cœtera μανθίσματα de Chryſoſtomi ſcriptis per Theodor. collecta. vid. *Hœſchel.* Ibid. n. XXXII. Hucusque *Symbola Normanniana.*

V. *Homilia in Matthæum, opus imperfectum* MAXIMINO ARRIANO tributum à *Whitacker* Scriptur. Quæſtionum VI. cap. ultim. pag. 516. Edition. Princip. Cantabrigienſis, quæ eſſe debebat 500. Idem ſentit Jac. *Reihing.* contra *Meiſn.* p. 10. apud *Gerhard.* Patrol. 344. ut ex eo obſervat quoque *Symbola Normanniana. Latini* cujusdam ARRIANIZANTIS opus eſſe arbitratur *Cave* Hiſtor. liter. Script. Eccleſ. p. 183. At tamen pag. 163. male illud præciſe JOANNI ARRIANO a Carmelitis tribui aſſerit. Rationem abjudicati & ARRIANO tributi operis reddit *Flensburgo-Molleriana Symbola* ſub lit. (c) *Chryſoſtomo* abjudicant præterea has in Matthæum Homilias *Simon*, de quo & v. Act. Erud. 1693. p. 108. & Thomas *Ittigius* de quo & in Actis Erudit. Lipſ. 1690. p. 311. ſub lit. (d) *Plerasq; Homilias Chryſoſtomo ſuppoſitas* opinatur *du Pin* in Act. Erudit. Lipſ. 1693. p. 490. ubi

(VI) *tres Homilias* in Pſalm. 5.6.7. ASTERIO AMASENO.

(VII.) *Vitam Philaſtrii* GAUDENTIO

(IIX) *Epiſtolam ad Cæſarium* à *Natali Alexandro* JOANNI JEJUNATORI; vel JOANNI ELEEMOSYNARIO vel *Epiſcopo Hieroſolymitano* aſſertam, vide ſub lit. (e) & prolixe Rich. *Simon* Hiſtoir. Critique du N. Teſt. c. XIII. toto.

IX. *Orationes Sex in* Κοσμοποιΐαν ſive *Creationem mundi* SEVERIANO Gabalorum in Syria Epiſcopo vendicantur ab *Henrico Savilio*, utut in Codice MSto, Chryſoſtomo inſcriptæ inveniantur, teſtante *Lambecio* Biblioth. Cæſar. lib. IV. p. 30.

(a) Acta Er. Lipſ. Suppl. Sect. I. p. 17. - - - - (Wilhelmus Erneſtus Tentzelius *in Epiſtola ad Amicum, qua Reſponſio ad Clariſſimi Viri* Emanuelis a Schelſtrate *Diſſertationem Apologeticam de* Diſciplina Arcani *ſummatim continetur*) Chryſoſtomi *Orationem de Pſeudoprophetis* νοθείας *accuſat.*

(b) Sorberiana in Vitâ Sorbiere. *Le premier qui parut en l'année 1661. contient quatre* Homilies ſur les Pſeaumes & l'Interpretation de la Prophetie de Daniel *qu'il* (Mr. Jean Baptiſte Cotelier) *attribuë egalement à S.* Jean Chryſoſtome, *quoique pluſieurs Sçavans ne veuillent pas bien reconnoitre le ſtile de cet Ancien Pere de l'Egliſe dans cette Interpretation, qui en effet ne porte pas ſon Nom dans le Manuſcrit qui ſe trouve en la Bibliotheque de l'Eſcurial.*

(c) Symbola Flensburgo Molleriana. *Sub* Johannis Chryſoſtomi *nomine Baſileæ ac alibi prodiit* Opus imperfectum in Matthæum, *cujus Autoris ingenium & interpretandi acumen laudat* Maldonatus, *qui complures ex eo ſententias ad verbum deſcripſit.* Chryſoſtomum *autem* non eſſe *Autorem*, *ſed* Arrianum quendam, *inde diſcas, quod in eo ſæpius apertiſſime pro Arrianorum ſententia contra Catholicos pugnatur, imo S. Trinitas aperte vocatur Impietas Triangularis, & Homouſiani data occaſione acerbe nonnunquam perſtringuntur. Hæc obſervat* Car. Niellius *Theologus Remonſtrantium Eruditus in Epiſtola CCCCC LXXXVII. hujus operis, ad Sim. Epiſcopium Lupiſtenio Anno 1630. ſcripta.*

(d) Acta Erud. Lipſ. A. *1690. p. 311. Interdum etiam diſſertationis hujus* (*de Hæreſiarchis ævi apoſtolici*) *Autor* (*Thomas* Ittigius) *de ipſis Scriptoribus eccleſiaſticis & variis eorundem operibus breviter diſſerit. Inter alia refutat* Sandium, *qui opus imperfectum in* Matthæum *non ſolum* Chryſoſtomo *perperam tribuit, ſed etiam hoc unicum ferme Chryſoſtomi opus genuinum eſſe, & cœtera omnia, quæ ſub* Chryſoſtomi *nomine proſtant, opera alteri cuipiam* Johanni *vindicanda abſurdiſſime ſtatuit.*

(e) Acta Eruditorum Lipſ. Menſis Novembris A. 1693. p. 490, 491.

*In* Chryſoſtomo *maximam Homiliarum, quæ ipſi vulgo ſoleant attribui, partem ab aliis Auctoribus compoſitam obſervat;* opus imperfectum in Matthæum *agnoſcit pro* ſpurio, *eo quod antiqua verſione vulgata utatur, libros citet apocryphos, multasq; opiniones cum aliis Chryſoſtomi doctrinis adverſa fronte pugnantes contineat.* Epiſtolam ad Monachum Cæſareum *à Chryſoſtomo ſcriptam utiq; fuiſſe cenſet tametſi cum primum a* Bigotio *ederetur, Cenſores Pariſienſes nonnulla in eadem deſiderarint, ac ipſe etiam Bigotius Præfationem ſuam refigere, & quæ ibi de hac Epiſtola ſcripſerat, omittere coactus fuerit. Iſtos namq; excuſat Autor, & locum, qui adverſari videbatur Tranſubſtantiationi commoda expoſitione ſalvari poſſe autumat. Parum hæc conveniunt cum* Natali Alexandro, *qui veriſimilius* Joanni Jejunatori, *vel* Joanni Eleemoſyna-

moſynario *epiſtolam hanc acceptam ferri debere judicavit.* Commentarium in Jeremiam à *Chryſoſtomo ſcriptum negat, & illum qui è* Bibliothecis *quibusd. protractus nomen iſtud præ ſe fert, nullius facit pretii. Hoc autem nos vel ideo obſervandum duximus, quod* Michaelem Chislerium *inventa hac Chryſoſtomi expoſitione manus in cœlum tetendiſſe, Deoq; & Prophetæ Jeremiæ gratias egiſſe pro theſauro hoc reperto, & eam Latine ab ſe redditam ſuis in Jeremiam Commentariis intertexuiſſe recordaremur. De cætero è ſcriptis Chryſoſtomi ſuper compluribus doctrinæ moralis capitibus judicia ejus prolixius excerpit ac ſpecialem operum, quæ vel illius vere ſunt, vel quæ dubia ſaltem aut ſuppoſititia, catalogum* Aſterium Amaſenum *autorem agnoſcere tres Homilias in Pſalm. 5. 6. 7. quas* Cotelerius *ſub ejus nomine vulgavit, quartamq; in Pſalm. 4. quæ reperitur Tomo VII. Edit. Oxon. Operum Chryſoſtomi ad eundem pertinere, vix ſibi perſvaderi patitur.* Gaudentio *vita Philaſtrii, ipſius in Epiſcopatu* Brixiano *anteceſſoris, quam* Surius *ad d. 18. Julii refert adſcribitur. Sed Autor de ea adhuc dubitat, nec quicquam meminit de illius in Symbolum Athanaſii* Commentariolo, *ad quem in* Italia ſua Sacra *provocavit* Ughellus.

(642) *Theophilus* CHURCHMAN. Sub eo nomine *Hiſtoriam Epiſcopatus Londin.* 1642. edidit *Petrus* HEYLIN, Anglus, Burfordia-Oxonienſis, uti indicant *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. p. lib. II. p. 205. a. ex illo *Freherus* Theatri p. 633. & *Witte* Diar. Biograph. ſub. 8. Maji 1662. *Pitſeus* ejus non meminit.

(643) CHUSOZE, *Chriſtianus : Rodrigue* de FIGVEYREDO. Baillet, liſte des Auteurs deguiſez pag. 542. Nicolaus *Anton.* in Bibliothec. Hiſpan. de hoc Scriptore plane tacet.

(644) Alfonſi CIACCONII opus de *Pontificum Romanorum & Cardinalium geſtis* Romæ 1601. editum extat, auctumque poſtea per varios, eſt recuſum, v. g. per *Andream Victorellium, Ferdinandum Ughellum, Floravantem Martinellum &c.* Eo contentæ vitæ non ſunt omnes Ciacconiana manu aut opera conſcriptæ, ſed multæ earum alios habent auctores, v. g. *Gregorii XV. vitam* ſcripſit *Famianus* STRADA, docente *Aleg.* p. 450. *Pauli V. Alexander* DONATUS, Jeſuita Senenſis, docente eodem p. 12.

Et Sotvello Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 20. b. adde *Teiſſerii* Catalogum p. 9.

II. Ciacconio huic ſubſtituit *Interpretationem Vaticiniorum Malachiæ de Pontificibus* Arnoldus de *Ilvion*; quam tamen fictitiam eſſe deberiq; potius CLIENTI CUIDAM CARDINALIS SIMONCELLI, aſſerit *Menetrier* in examine hujus Prophetiæ Malachianæ. v. *Journal des Scavans* 1689. T. XVII. p. 683. ſub lit. (a) & *acta Eruditorum Lipſienſ.* 1691. p. 146. 147. 158. ſub lit (b)

(a) Journal des Scavans Tom. 17. pagina 683.

*C'eſt ſans fondement qu'* Arnold de Vujon *fait* Ciaconius *auteur* de l'Interpretation de ces propheties *puis qu'elle ne ſe trouve dans aucune edition de ſes Oeuvres.*

(b) Acta Erud. Lipſ. Menſis Martii A. M. DC. XCI. p. 146.

*In hujus ergo lib. II. cap. 40. ubi de S.* Malachia *ſermo ſit, potioribus ejus vitæ momentis ſuccincte relatis, hæc verba ſubnecti :* Scripſiſſe fertur & ipſe,, nonnulla opuſcula, de quibus nihil hactenus,, vidi, præter quandam Prophetiam de ſummis,, Pontificibus: quæ quia brevis eſt, & nondum,, quod ſciam, excuſa, & à multis deſiderata, hic,, à me appoſita eſt: *his dein ordine ſubjungi iſtos Paparum characteres ſymbolicos, cum annotationibus ſingulos explicantibus & applicantibus: quoad has tamen addita hac monitione:* Quæ ad Pontifices adjecta, non ſunt ipſius Malachiæ, ſed R. P. Fr. Alphonſi Ciaconii Ord. Prædicatorum, hujus Prophetiæ Interpretis. *Suppoſititiam jam horum vaticiniorum falſitatem quo evincat Noſter, conſiderare primo jubet, quod ante Wionum hunc nemo vel minimam eorum mentionem fecerit, adeoque integris quadringentis annis in occulto latuiſſe dicenda ſint. At vero neutiquam probabile videri, Prophetiam hanc, ſi revera edita à Malachia foret tam longo ſilentio ſepultam fuiſſe manſuram: quandoquidem divus* Bernhardus, *intimus ſcilicet ejus amicus, quique & vitam ipſius deſcripſerit, & parentatione habita epitaphioq; facto eum celebraverit, neq; vel minimas prædictiones ab iſto datas, præſertim de loco & tempore ſui obitus, reticuerit, omnino tam notabilem prophetiam ſicco pede præterire haud potuiſſet.*

Pag. *147. & 148. Præterea vero valde in dubium vocat, num omnino* Ciaconius *pro interprete haberi queat. Scilicet cum Vitæ Pontificum & Cardinalium ab Autore hoc compoſitæ jam trina editione prodierint (prima nempe A. 1601. & ſecunda 1630. duobus, tertia vero 1677. quatuor voluminibus) in nulla tamen harum vel verbulo iſtius prophetiæ mentionem injici: ut adeo dicendum ſit, Ciaconium, qui Romæ fuerit anno 1595. quo tempore* lignum Vitæ Wionius *Venetiis inprimi fecerat, ſi maxime ſymbolis illis interpretationem dediſſet, poſtmodo perſpecta eorum falſitate abſtinuiſſe ab illis in opere ſuo allegandis. Suſpicionem vero inde non parum augeri, quod nec apud* Nicolaum Antonium, *Bibliothecæ ſcriptorum Hiſpanorum concinnatorem, nec apud P.* Ambroſium, de Altamura, *qui Scriptores ex Ordine S. Dominici, cujus nempe Ciaconius fuit, congeſſit, vel minimum veſtigium hujuſce puophetiæ aut ejus interpretationis appareat: cum tamen eorum uterq; exactam communicarit enumerationem omnium hujus Autoris operum, ad ipſas usq; ſchedas ac tractatus nunquam typis impreſſos. Everſis ita fundamentis & refutata antiquitate jactata hujus prophetiæ, porro* Meneſtrerius *exponit, quid ſibi de vera ejus origine videatur. Autumat vero eam, quando à Wionio primum adoptata fuerit, ſatis recentem adhuc fuiſſe, nec niſi quinquennio ante compoſitam, tempore ſcil: ſedis poſt mortem Urbani VII. vacantis, à clientum aliquo* Cardinalis Simoncelli, *poſt Gregorii XIV. ad perſvadendum nempe hominibus per ſuppoſititium hoc vaticinium jam ab antiquo per ipſum Spiritus Santi ſuffragium eum ſucceſſorem deſtinatum eſſe; hunc enim deſignari per ſymbolum:* Ex Antiquitate Urbis: *nempe ex civitate* Orvieto *oriundum quæ Latino nomine* Urbs Vetus.

(645) *Bruno* CIBALDI. Ejus nomine tractatus duo lingua Italica: (1) *del vero methodo di conſervar la Sanità, e di curare ogni morbo col ſolo uſo dell' Aquavita* diſcorſo. In Palermo per Pietro dell' Iſola. 1662. in 12. (2.) *diſcorſo intorno all' uſo dell' Aquavita.* In Palermo per Boſſio 1667. in 12.

Ve-

Verus Auctor eſt *Giuſeppe* GALEANI Panormitanus Vintimiglienſis , docente *La Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. VI. p. 99. ſub lit. (a)

(a) Villani la Viſiera Alzata Pentecoſt. num. VI p. 99.

*VI. BRUNO CIBALDI ſotto queſto nome vſcì in publico.*

*Del vero* Metodo di conſervar la Sanità, e di curare ogni morbo col ſolo uſo dell' Aquavita *diſcorſo di* Bruno Cibaldi *Romano Profeſſore dell' arte di Diſtillare. In Palermo , per Pietro dell' Iſola M. DC. LXII. 12.*

Diſcorſo intorno all'uſo dell' Aquauita , *nel quale ſi dimoſtra quante , e quali ſiano le conditioni della perfetta Acquauita , accioche ſe ne poſſano ſeruire i corpi per conſeruamento della Salute. Di BRUNO CIBALDI, Romano. In Palermo per Boſſio M. DC. LXVII. 12.*

*BRUNO* CIBALDI , *dirò di lui come di Macenate cantò la Muſa faceta di* Ceſare Caporali.

Era un huom ch' haueua il Naſo
Gli Occhi, e la Bocca sìcom' hauem noi
Fatti dalla Natura, e non dal Caſo.

*Gli opuſcoli però furono ſcritti dal Dottor Medico GIUSSEPPE GALEANI Palermitano per la Naſcita , e Vintimiglieſe per l' Origine. Soggetto veramente di gran vaglia , ſi come lo dimoſtrano le ſue dottiſſime produttioni, non pur nella Medicina : ma nell' Oratoria , e nella Poetica , leggendoſene nella Latina, nell' Italiana , e nella Siciliana fauella.*

---

(646. 647.) *M. Tullii* CICERONIS nomine vulgatam *Conſolationem* variis imputatam, *Caroli* SIGONII eſſe probavimus in *Rhod.* num. 22. v. præter citatos ibi *Schoock* , Fab. Hamelenſis part. 2. c. 4. p. 65. *Rhodiana.*

XXII. Scaven. 57.

*Conſolatio* CICERONIS CAROLI VIANELLI *Veneti Collegii Decemvirum ab Epiſtolis* , ut addit *Scavenius.*

*Ad ea ſic tum temporis commentabar.*

Conſolationem hanc Anno ſeculi ſuperioris octuageſimo tertio apud Italos , quaſi primo reperta fuiſſet inter antiqua Mſſta, neſcio cujus Bibliothecæ, editam in Italia, deinde vero à Claudio Minoë in 8. Lutetiis & poſtea variis in locis aliis excuſam, Ciceronem Auctorem haud habere, jam dum aliquam multi Doctorum notaverunt, eo imprimis argumento uſi quod Tuſcul. Q. & Divinat. 2. teſtaretur Cicero , in hanc Conſolationem Clariſſimorum Romanorum exitus graviſſimos ſe collegiſſe, qui non reperiuntur in eadem. Inſuper vero etiam Stylum & genium Tullianum ſatis infelici imitatione expreſſiſſe, quemvis etiam credamus ejus Auctorem , probavit *Lipſius* in notis ſuis ad hoc opuſculum , de quibus ita ſcribit in vita Lipſii *Aubertus Miræus* p. m. 21. *Sub idem tempus* (nempe A. D. 1583.) *novitius in Italia libellus prodiit M. Tullii Ciceronis , ut volebant , Conſolatio , quo ſcripto ſe ipſum de filiæ obitu conſolatus dicebatur. Judicio ad hunc noſtrum Reipublicæ Litterariæ Principem (quem illi titulum Gaugericus Rivius ingenioſo libello adſtruxit qui typis Plantinianis editus exſtat) is perſonam mox detraxit , & ſtylum disjunctum , otioſum , lentum , & Phraſin Sigonianam primus niſi fallor , agnovit ac detexit.* Jano Guilielmo Ricobono *& aliis mox ſuffragantibus.* Ubi quæ de *Sigoniana* Phraſi notata dicit, ex ipſius Lipſii notis nulla colliguntur. SIGONIO nihilominus palam hunc fœtum aſſignat *Ghilini* Theatro Litteratorum Italico ſæpius laudato parte. 2. pag. 56. Et tamen extat ipſius *Sigonii cenſura* in hoc opus , una cum Riccoboniana Francofurti apud Wechelios excuſa. Vide ſuper hac re *Georg. Hornium* Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. 4. c. 5. pag. 250. Ubi de Ciceroniana Conſolatione hac aliquà commentatus, *Superiori tamen ſeculo*, pergit , *quidam imponere Orbi conatus in lucem produxit hunc librum, ſed fraus à ſagacioribus ſtatim detecta eſt. Plerique Eruditorum , inter quos &* Lipſius *erat, augurabantur ejus auctorem* Sigonium *fuiſſe.* Neque hoc augurium ego falſum arbitror. Certe minus eſt dubioſum mihi quam Autoris noſtri aſſertio, quamvis illi accedat teſtimonium *Henrici Ernſtii* Obſerv. var. p. 2. c. 36. expreſſe pro certo affirmantis , quod Vianello debeatur hiſce verbis : *Conſolatio M. T. Ciceronis , de qua viri docti multum inter ſe digladiantur , eſt* Caroli Vianelli *Veneti.* Sed animadverte quæſo contradicentem hiſce etiam aſſeverantius *Joannem Imperialem* Muſei Hiſtorici p. 59. in *Caroli Sigonii* elogio verbis hiſce : *Moratus autem Bononiæ plures annos , humanitatis inibi vices explevit, ſed multo citius quam vel vitæ modus , vel ætatis ferrent incommoda , clandeſtini cujusdam angoris impetu exanimatus. Hunc eo notabilem eventum referunt, quod cum à* Tullio, *paſſim ſui cujusdam opuſculi de* Conſolatione *fiat mentio , quod adhuc hominum oculis non illuxit, incidit in mentem* Sigonio , *ambiguo forte nimis , auſu , extremas ingenii vires experiri , ac Libellum ſuamet opera confictum ſub* Ciceronis *titulo emittere ; in eo ſiquidem affectata Tullianæ dictionis excellentia, facile futurum putaverat ut a Doctorum vulgo inter genuinos Tullii fœtus reciperetur ; inde vero patefacto errore , lepidam omnes auctoris induſtriam, præaltosq; niſus admirarentur. Cæterum ſtatim ac ejusmodi liber prodiit in lucem , ad varios alliſit ſcopulos , variosq; ſortitus eſt Criticos qui ipſum perſonatum adgnoſcerent ; imprimis autem* Antonius Riccobonus *Vir inter eximios non ignobilis , accuſatoris munia ſubivit , ac diſerte oſtendit opus illud omnino ſpurium, nec ullo pacto Ciceroni adſcribendum ; fucoſum nempe ſtyli genus , & adſcititiam rerum vim , oneroſamq; ubertatem redarguens. Hinc factum , ut* Sigonius *eas in caſſum ac futile initas a ſe vigilias animadvertens , & Adverſarii*

*Studio ereptam ſibi augurata gloriolæ ſpem, quin etiam duriorem hac de re ſenſum hominum mentibus obrepſiſſe, morboſum animi contraxerit æſtum, quo deinceps aliis vel increpantibus vel etiam miſerantibus eſt ſurreptus.* Elogium aliud non" vulgare, ſed nihil huc faciens, vide apud Cæſa-" rem *Capacium.* Elogior. lib. 2. pag. 294. & Joh." Matthæum *Toſcanum* in peplo Italiæ. lib. 4. pag." m. 109. Suppoſititium fœtum eſſe qui confir-" ment annotare cunctos, operæ pretium non" puto. Sufficiant præter ſuperius memoratos," & quos illi plures adducunt, etiam *Andr. Schottus* Nodorum Ciceronianor. enodator. libr. 2." cap. 3. & *Poſſevinus* in Apparatu, ac *Rivetus* Cri-" tici Sacri libr. 1. cap. 5. pag. 130. ut contra jam" ſit fruſtra *Mariana* de Immortal. lib. 3. c. 4. con-" ſolationem hanc genuinam eſſe contendens," Conſentiunt *Morhoſius* Polyhiſtor. liter. lib. I. cap. IX. pag. 80. 81. ſub lit. (a) & *Fabricius* Bibl. Latin. p. 15. ſub lit. (b) qui tamen uterque etiam VIANELLO tribui aſſerunt. *Sigonium* Auctorem hujus Conſolationis eſſe evicit peculiari ſcripto Janus *Guilielmus* Lubecenſis docente *Symbola Flensburgo Molleriana* (bb) & *Teiſſer.* Eloges des Savans Tom. II. p. 36. & p. 46. inde præ mærore mortem ſibi contraxiſſe Sigonium innuit ſub lit. (c) & fuſius *Spizelius* de vitiis literatorum Comm. V. p. 608. ſub lit. (d) Cauſas, quare Ciceronis non ſit, exponunt Ant. *Riccobonus* epiſtola ad Hieronymum Mercurialem, & J. *Lipſius* ad Plantinum. At ipſe Sigonius tribus orationibus hanc Conſolationem Ciceroni vindicare anniſus eſt. vid. *Draud.* Biblioth. Claſſ. pag. 1068. confeſſus tandem paulo ante mortem Conſolationem hanc à ſeipſo compoſitam eſſe, ut ex Lat. *Latinio* notat *Symbola Rauſchiana.* (e)

II. *Libri IV. Rhetoricorum ad Herennium*, quæ inter opera *Ciceronis* extant ſub nomine: Incerti Auctoris, ſeu, ut doctis quibusdam videtur, CORNIFICII, Ciceroni adſcribuntur a *Gothofredo* in marginalibus ad hos libros Edit. Genevenſ. 1660. ſub lit. (f) & majori niſu ab *Antonio* Comment. in Rhet. Ciceron. ad Herennium (qui eſt inter opera ejus ANTONII, ed. Baſil. 1503. in 8vo) ubi in epiſt. dedicatoria multas rationes congerit, quibus adſtruat libros non alterius quam Ciceronis eſſe. Huic tamen abjudicantur à *Demſtero* ad Cap. XVI. lib. II. Antiquit. Rom. *Roſini* p. 223. & multis quidem rationibus ab Angelo *Decembrio* de Politia literaria lib. I. part. X. pag. 57. & ſeqq. Et Cornificio aſſeruntur ex *Quintiliani* lib. I. à *Riccobono*, judicio de Conſol. Ciceron. 50. b. & *Sigonio* Conſol. Dicer. fol. 99. & *Raynoldo* Cenſ. Apocryp. Prælect. XX. col. 165. 166. 167. vide liter. (ff) & *Buchnero* etiam in Proem. libr. 1. de commutata ratione dicendi pag. 3. *Jano* autem GALLIONI adſcribitur à Scaligero, *Schotto* præf. Vitar. Illuſt. Vir. & prolegom. Victor. in calce, & præcipue ab *Aldo* præfat. Rhet. Heren. p. 11. 12. 13. Auctoritate Antiquiſſimi Codicis Romani Bibliothecæ Palatinæ, cujus tamen nomen inductum fuerit, ſupra aſſcripto recentiore manu, nomine T. Ciceronis, monente *Symbola Normanniana.* VERGINIUM, vel TIMOLAUM præterea tanquam Auctores horum librorum creditos citant *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 14. & *Voſſius* de Rhetoricæ natura & conſtitutione p. 92. Qui poſterior illos LAUREÆ TULLIO, & CICERONIS FILIO ABJUDICATOS TULLIO TIRONI adſcribit p. 93. ſub lit. (g) Militat pro Cicerone vehementer tanquam Auctore Rhetoricorum ad C. Herennium Nicolaus *Angelius*, Bucinenſis ad Philippum Strozzam. V. Defenſionem inſertam Baſileæ 1541. in fol. editis conjunctim commentariis dictorum virorum in omnes de arte Rhetorica Ciceronis libros, ubi etiam invenies Marini *Becichemi* Scodrenſis Diſſertationem, quod libri Rhetorici ad Herennium a familia Ciceronis amoveri non debeant &c. *Quintiliano* male tribui acerbe docet Georg. *Valla* Præfat. Comment. in Cic. partition. præfixas Virginio Giovan. *Moni* Mazzii librum ea de quæſtione, vid. in *Cozzandi* libraria Breſciana pag. 185. & ex profeſſo id argumentum binis Academicis diſſertationibus urgens nuper Joh. Petrus *Ludwigius.* Witteb. 1691.

III. *De Partitionibus Rhetoricis ad filium* liber aſſertus Ciceroni à *Cœlio* Secundo oratione de Rhetoricæ uſu quæ extat cum *Olympiæ Fabriæ Moratæ* operibus p. 485. ſub lit. (h) ei abjudicantur a *Decembrio* Polit. literar. lib. I. part. X. p. 62. ſub lit. (i) ſed leve hoc Decembrii argumentum arbitratur *Voſſius* de Nat. & Conſt. Rhetor. p. 91.

IV. *Ciceronis* nomine extat quoque *Reſponſio ad invectivam Salluſtii*, quam utramque exercitationis cauſa *contra Quintilianum* ſcriptam variis ex rationibus ſtatuit P. *Victorius* lib. 15. Variar. lect. cap. 3. indicante *Symbola Rauſchiana.* PORCII LATRONIS eſſe ſuſpicatur Sebaſtianus *Corradus* in Quæſtura Cicer. p. 117. *Fabric.* Bibl. Lat. p. 15.

V. Libellus *de Synonymis* nomine quoque M. Tullii *Ciceronis* circumfertur, ſed falſo ut judicat *Lambecius* Biblioth. Cæſareæ lib. II. p. 935. ſub lit. (k) qui eum prodiiſſe ſub CICERONIS VICTURII nomine ibidem affirmat, *Fabricius* l. c. tractatum hunc inter ſcripta Ciceronis manifeſte ſuppoſita collocat.

VI. *De Memoria* liber *Ciceroni* ſuppoſitus, eſt vel TIRONIS, liberti Ciceronis, vel potius particula decerpta ex lib. IV. Rhetor. judicante *Fabricio* loc. cit. p. 15.

VII. Liber *de Petitione Conſulatus*, non eſt M. *Tullii Ciceronis*, ſed QVINTI CICERONIS, M. T. C. Fratris, qui illum *ad fratrem* ſuum *Marcum Tullium* Ciceronem ſcripſit: verba ſunt Henningi Lochovii Hamburgenſis tum temporis, Gymnaſii ſtudioſi, in Ciceronianis editis Hamb. 1683. in fol. pagina penultima num. 3. de Hyperbolimæis &c. qui & de reliquis nobis memoratis Pſeudo Ciceronianis ſcriptis ibidem videri poteſt.

(a)

(a) Morhof. Polyhiſt. Liter. Lib. I. cap. IX. p. 80. 81.

*Fuere, qui ipſi Eloquentiæ Parenti ſuos fœtus ſuppoſuerunt. Inter eos eſt* Conſolatio *illa, quæ* Sigonium *autorem habet, cenſuris eruditorum multum vexata. Multæ extant ſuper hoc negotio Epiſtolæ in* Riccoboni *Hiſtoria Gymnaſii Patavini. Aliqui* Vianello *adſcribunt. Videantur notæ* Placcii *in Rhodii Autor. ſuppoſit. num.* 22. Hofmann, *in Apol. pro Gal. lib.* 1. *cap.* 16. *de* Hofmanno *JCto, teſte* Scherbio *refert, eum, cum offerretur illi Conſolatio illa, lectis pauculis ſtatim indignabundum his verbis abjeciſſe:* Non eſt Ciceronis. *Adeo ſtatim illis, qui lectioni Autoris adſueti ſunt, ſubolet quod non genuinum eſt. Scilicet ut e veſtigiis judicare de feris Venatores ſolent: ita vel e paucis verſiculis verum Autorem Critici agnoſcunt. Certum tamen eſt, hac voluptate mirifice affici nonnullos, qui ſua veteribus ſupponunt. De hac ipſa Sigonii conſolatione* Mancinus *libr. de invid. erudit. c.* 9. Nec laude caruit, *inquit*, Sigonius, qui, dum conſolationem exhibet ſuam, illud aſſecutus eſt, ut brevi in opuſculo, velut faciei lineamentis, Tullianam indolem ineſſe faterentur eruditi: Quin & magna illum voluptate perfuſum credo, qui vivus adhuc plurimos viderit de literis bene meritos, ad illud ſyntagma defendendum, certamina & contentiones hilari libentique animo ſubeuntes. *Muretus* Joſ. Scaligero impoſuit epigrammate, quod ipſe ſcripſerat, pro antiquo venditato. *Hoſpitalii* quoque carmina à nonnullis pro antiquis accepta.

(b) Fabricius Bibliothecæ Latinæ pag. 15.

Conſolatio ſuper Tulliæ filiæ obitu T. 4. p. 1431. *edita primum in Italia A.* 1583. Caroli Sigonii *eſt tribus orationibus fruſtra conati eam* Ciceroni *vindicare. Vide Jani* Guilelmi *aſſertionem, Juſti* Lipſii *& Ant.* Riccoboni *judicia &c. Alii autorem hujus ſcripti nominant* Carolum Vianellum *Venetum.*

(bb) Symbola Flensburgo-Molleriana.

*Merebatur hic etiam mentionem* Jani Guilielmi *noſtratis quo elegantius ingenium Lubeca nondum profluit, Aſſertio contra Sigonium, non eſſe aut* M. Tullii, *aut M. Tullio ſatis dignam, eam, quæ illius nomine venditatur, conſolationem, edita Paris* 1584. 8vo. *Ego poſſideo primam conſolationis hujus Editionem Venet. An.* 1581. *in* 12. *excuſam, in cujus Margine Vir Eruditiſſimus pleraq; loca Ciceronis annotavit, ex quibus ea es conſarcinata, & inepto labore coagmentata.*

(c) Ant. Teiſſier Les Eloges des Hommes Sçavans.

*Ses autres Oeuvres imprimees ſont*, de Magiſtratibus Pop. Rom. dum in libertate urbs fuit. Libri veriſimilium. Aſſertio adverſus C. Sigonium, *non eſſe aut M. Tullii, aut ſatis dignam M. Tullio eam, quæ illius nomine venditatur, Conſolationem.* Manes Palmeriani *Poemata. Il a auſſi traduit en Latin quelques Tragedies d' Euripide qui n' ont pas eté publiées.* Hierome Groſſot de Lille, *apres avoir loué la candeur de* Gulielmius, *ſa probite, ſa ſobriete, ſon urbanite, ſa piete, ſon erudition, dit qu' il avoit corrige ou explique plus de trois mille endroits dans les Oeuvres de Ciceron.*

(d) Spizelius de vitiis literatorum Comment. V. pag. 608.

*Sic magnum illud Reip. Literariæ decus ac ornamentum, CAROLUM SIGONIUM, poſt egregie depulſos invidiæ malignantis fluctus, poſt adeptam maximam nominis gloriam, gravi quadam contentionis literariæ procella dejectum, ſummique angoris (è concertatione quadam literaria coorti) impetu tandem exanimatum fuiſſe accepimus. Etenim cum arduo nimis auſu perditum* Tullii de conſolatione *opuſculum, ſuamet opera confectum in lucem edere atque Viris doctis obtrudere eſſet conatus, facileque futurum exiſtimaret, ut inter genuinos Tullii foetus reciperetur, ſtatim ac prodiit perſonatus ille Cicero ad varios alliſit ſcopulos, amplamq; altercationibus literariis materiam ſubminiſtravit, & cum præ cæteris* Antonius Riccobonus *accuſatoris munia ſubiviſſet, diſerteque opus illud ſpurium eſſe, nec ullo pacto Ciceroni adſcribendum oſtendiſſet, fucoſum ſcil. ſtyli genus, & adſcititiam rerum vim, oneroſamq; ubertatem redarguens, factum, ut poſt agitatas aliquandiu iſtas lites* Sigonius, *incaſſum ac futile initas à ſe vigilias animadvertens, morboſum animi contraxerit æſtum, quo deinceps, aliis vel increpantibus vel miſerantibus, Reip. literariæ (quam melioribus ingenii monumentis exornare potuiſſet) fuit ſurreptus.*

(e) Symbola Rauſchiama.

*Jano Guilelmo.* Jani Guilelmi *adverſus* C. Sigonium *Aſſertio, non eſſe M. Tullii, aut ſatis dignam M. Tullio eam quæ illius nomine venditatur conſolationem. Edita eſt Lubeci A.* 1584. 8. *Confirmatur ſententia de Sigonio vel maximè Epiſtola* Lat. Latinii, *ejus contemporanei, ad Canc. Palæotum quæ eſt Tom. II. Lucubr. Lat. p.* 188. *cujus verba adſcribi merentur.* Si verum eſt, inquit, quod audio, Car. *Sigonium* paulò ante quàm caducam hanc vitam cum æternâ commutaret, palam confeſſum eſſe, auctorem ſe libelli *de Conſolatione* fuiſſe, qui falſo Ciceronis nomine editus fuerat: profectò eſt quod non mediocriter mihi gratuler, quod ab initio id ipſum ſemper credidi, & poſt duas Sigonii orationes ita confirmatus in ea ſententia ſum, ut jure jurando etiam contenderem, unius Sigonii tantum id ſcriptum eſſe potuiſſe.

(f) Gothofredus in marginalibus ad libros Ciceronis edit. Genevenſ. 1660.

*Incerti Auctoris, imò Ciceronis, cujus nomine citatur à* Priſciano *hoc opus lib.* 6. 7. 9. 10. *Ac præterea Herennii familiaris* Ciceroni, *conſtare poteſt ex Oratione pro M. Cælio. & aliàs* C. *Herennium Ciceronis σύγχρονον colligimus ex* 10. *Gellii* 20. *in fin. Quin in libris Rhetoricorum ſeu* de Inventione *hoſce comparatos unius atque ejusdem authoris eſſe eadem pene exempla poëtarum, & legum, oſtendent ſatis.*

(g) Voſſius de Rhetoricæ natura & Conſtitutione p. 91. 92. 93.

*At contrario in errore verſantur, qui eidem adſcribunt* libros quatuor Rhetoricorum ad Herennium. *Nam (ut obiter, quæ variâ lectione hoc de Scriptore obſervavimus, unum in locum congeramus) Marco quidem* Ciceroni *illos tribuunt B.* Hieronymus *in Abdiam,*

*Abdiam, v. quæ ad Pammachium*, Priſcianus *lib.VI. VII.IX. & X. è junioribus verò* Leonardus Aretinus *in vita Ciceronis*, Trapezuntius *primo Rhetoricorum*, Laurentius Vallenſis, Angelus Politianus, *&* Udalricus Zaſius *pröemio comment. in hunc Magiſtrum Herennianum: operoſèque idem defendunt* Nicolaus Angelius, Marinus Becichemus, Georgius Valla Placentinus. *Sed hanc ſententiam refutat* Angelus Decembrius *l. I. de politia literaria part.X* Corradus in Quæſtura, *& Franciſcus* Floridus *lib.I. Subſicivarum cap.IV. Sed quem eorum putent auctorem, non exponunt. Nonnulli, non levibus adducti conjecturis*, Cornificio *tribuunt: quem Rhetorica ſcripſiſſe* Fabius *docet lib.III.cap.I. & alibi. Eam ſententiam oppugnat* Marcus Mattius. *Contrà eſſe eorum auctorem Cornificium, perſvaſum fuit* Petro Victorio, Paulo Manutio, Majoragio, Mureto, Sigonio, ac Riccobono: *cujus hac de re exſtat tractatus adverſus Marcum Mattium.* Raphaël *quoque* Regius, *vel Cornificii eſſe putat, vel* Virginii Rufi, *vel* Timolai: *qui unus è triginta Romanorum tyrannis fuit: at Virginius temporibus Neronis juventutem in eloquentiæ ſtudio exercebat, ut auctor eſt* Tacitus *annal. XV. eumq; de arte Rhetorica ſcripſiſſe, Fabius ait l.III.c.I. ac meminit illius etiam* Plinius *ep. I.l.II. deq; eodem Tranquillus egit libro de claris Rhetoribus, ut mox dicemus. Aliis quoq; auctor videtur* M. Gallio, *quem inter Rhetoras reponit rhetor Seneca, ac meminit quoque ejus auctor dialogi de cauſſis corruptæ eloquentiæ.* Gallioni *quidem diſertim tribuit Julius* Scaliger *oratione pro* Cicerone *contra Eraſmum, & lib. III. de re poetica cap. XXXI. & XXXVI Denique* Naſcimbænius *in lib.II.* Cic. *de Inventione vult, aut Ciceronis filium auctorem eſſe, aut* Lauream *ejus libertum; qui & ipſe* Cicero *vocabatur, eosque libros ſcripſiſſe potuit, ut perficeret oratoriam artem, cujus partem tantum tractarat Cicero in duobus, ut ait,* de Inventione *libris. In hoc diſſenſu nos iis accedimus, qui* Cornificii *eſſe arbitrantur: idque iis compulſi, quæ à* Riccobono, *& aliis adducuntur. Sed quis iſte Cornificius? num L.Cornificius qui Cæſaris Quæſtor fuit bello civili, & pro Prætore miſſus in Illyricum, teſte Cæſare libro IV. quique* Cæſar *interempto partes Senatus ſecutus, atq; à Sextio in Lybia profligatus & cæſus fuit, ut eſt apud* Appianum *l.IV. &* Dionem *lib.XLVIII. Extant ad eum epiſtolæ Ciceronis lib. XII. Atq; hunc patrem eſſe quatuor ad Herennium librorum cenſet* Glandorpius in Onomaſtico. *Sed mihi magis fit veriſimile, eſſe eorum auctorem L.Cornificium* Lucii filium, *qui Octaviani Cæſaris partes ſecutus M.* Brutum *Cæſaris percuſſorem, Plutarcho teſte, pro tribunali accuſavit, ac bello Siculo Octaviano ſtrenue operam navavit, favore deniq; Octaviani adhuc Triumviri Conſulatum eſt adeptus anno* IↃ.CCXIX.

*Quod ſi iccirco, quia Tullii nomen a tot retro ſeculis prætulerint, & tamen nobilis illius oratoris eſſe non posſint; aliquis cum* Naſcimbænio *ſuſpicetur, eſſe unius è Ciceronis libertis: equidem non* Laureæ Tullii *eſſe dixerim, cujus in* Ciceronis villam *verſus habemus in Catalectis Virgilianis (nec enim, quod ſciam, cum inter hujus artis doctores veterum repoſuit quisquam) ſed* Tullii Tironis; *quem inter Rhetoras nomen habuiſſe, conſtat ex Plinii Veronenſis lib. II. ac fuit is quoq; inter eos, de quibus egit* Tranquillus *libro* de Claris Rhetoribus; *ut mox patebit.*

(h) Cœlius Secundus Orat. de Rhetoricæ uſu quæ extat in Olympiæ Fulviæ Moratæ operibus p. 485.

*Hanc igitur artem pulcherrimam utilemq; doctrinam, vobis juvenes explicare inſtituimus, quantum noſtra mediocritas feret: in qua explicanda Oratorias M. T. C. Partitiones ſequemus. Nam vix alius eſt liber, e quo commodius & brevius, illam diſcere poſſitis, quam ex hoc parvo hujus maximi & diviniſſimi oratoris libello. Quanquam enim multa de hac arte ſcripſit* Cicero, *omniaque præclare; tamen quòd in hoc dialogo viam quandam & rationem, quam Græci* methodum *appellant, Academicos ſecutus, aperte expreſſit: nec quicquam quod ad hanc facultatem pertinere magnopere videretur, omiſit: hunc vobis commodiorem fore putavimus, cum ad intelligendum, tum etiam retinendum.*

(i) Decembrius Polit. literar. lib. I. part. X. p. 62.

Idem de partitionibus rhetoricis ad filium, *ut arbitramini, a me dictum intelligatis, quod opus eſt diſſimulatoris ſpeciem præ ſe ferentis. Eſt enim apud* Tullium *ingenioſa quædam, nec repræhendenda ſui ipſius gloriandi conſuetudo, ut in ſingulis fere ejus operibus, - - - aliorumq; ſcripſerit - - mentio ſentiatur, qua pene omnia cognoſcimus, quot ab eo ſunt edita. Aliquis igitur, vel potius iſte demonſtret, qui rhetorica illa confinxit, ſicubi apud Tullium ulla de iisdem præſcriptis rhetoricis mentio feratur: quam ſatis exiſtimo hunc hominem cupidiſſime ſubornaturum, ſi occaſio ſucceſſiſſet aliqua mendacia Tullianis prologis inſerendi. Sed quid effingeret fallax falſusq; in tot jam Cicoronis exemplaribus, quam latiſſimè diffuſis? Ergo nec rhetorica vetera à Tullio unquam memorantur & quod infirmius & fallaciæ tegumentum, ne nova quidem ac prudenter, tum aliâ non prius edidiſſet. Quo fit ut Tulliana ad Herennium vetera potiùs, & ridicula, quod antiquiora fuerint: iſtius autem nova, quia recentiora dicere debeamus.*

(k) Lambecius Comment. de Bibliothec. Cæſ. Lib. II. cap. VIII. p. 935.

*Libellus de* Synonymis, *M. Tullio* Ciceroni *falſo adſcriptus, cujus Præfatio incipit his verbis*: Cicero Lucio Victurio ſuo ſalutem. Collegi ea, quæ pluribus modis dicerentur, *&c. Editus eſt hic libellus ſub nomine Ciceronis Victuri Venetiis apud Job. Baptiſtam, A. 1587. in 8.*

---

(648) M.Tullii CICERONIS converſi *Commentarium* de *Chriſtiano ambitu*, id eſt, *De potitione cæleſtis eminentiæ, una cum Epitome ſtimuli divini Amoris*, eodem auctore. absque loci & anni mentione excuſum ſe vidiſſe, teſtis eſt *Valer. Andr.* Bibl.Belg. pag. *590. Jodoco* BEISSELIO, Patritio Aquisgranenſi, utrumque libellum adſcribens *Fr. Svveertius* pag. 490. libri de ambitu meminit, at de Ciceronis nomine ſilet.

---

(649) Gaſparis CICHOCKI nomine ſcripſit, docente *Alegambe p.152. Caſpar* SAWICKI, Jeſuita Lithuanus, Latinam *Anatomiam Conſilii editi, de ſtabilienda pace Regni Poloniæ, Jeſuitis pulſis 1611.* quod Conſilium ex Polonico Latinum extat in *Paralipomenis Amphitheatri honoris*, cujus ſupra mentio in *Bonarſcio* facta.

Adde *Sotvel.* Biblioth. Script. Societatis Jeſu p. 281. b. & *Witte* diar. Biograph. die 12. Januar. 1620. nec non *Proiet d' un dictionaire Critiq;* p. 277.

.277.278.qvi & Cichochi & Chicoci eum ſcribi aſſerit.(a)Adde hic notamDiecmannianam(b) marginalem hujus loci.

(a) Projet d'un dictionaire Critique p. 277. 278.

(G. p. 260.) *Le P. Theophile* Raynaud *ayant aporté des choſes deſavantageuſes à* Eraſme (*Erotemat. le malis ac bonis libris. p. 25.*) *renvoye ſon lecteur à Gaſpar Chicocius*; Videndus qui varias ejus impietates & adverſus eum judicia ſapientum addenſat Gaſpar Chicocius, *lib I. Alloquiorum cap. 19. & 20. Guy Patin qui conoiſſoit bien les livres, & qui avoit une tres belle Bibliotheque demeura court ſur celuy-là; & apparemment ne crut point qu' à Paris on luy en pût donner les nouvelles, puis qu' il fit conſulter l' oracle à Lion, je veux dire l' Auteur même qui avoit cité* Chicocius. Permettez moy, *dit-il à ſon ami de* Lion, (*Tom. 2. lettr. 186.*) de vous faire une petite importunité quand vous verrez le Rever. Pere Theophile, tâchez de ſavoir de luy qui eſt un certain Gaſpar Chicocius lib. 1. Alloquiorum, qui à écrit contre Eraſme, & où ce livre a été imprimé. *Il ne nous aprend point ſi cet oracle fut conſulté, ni quelle fut ſa reponſe. Pour moy je confeſſe ingenument que je n' ay point vû ce livre; ceux à qui j' ay voulu m' en informer m' ont avoüé franche, qu' ils ne ſe ſouvenoient pas d' avoir jamais oüi parler d' un tel* Auteur; *mais voicy ce que j' en ſay. C' eſt un Jeſuite natif de* Vilna *en Lithuanie nommé* Gaſpar Savvicki, *qui à écrit en latin ſous le nom de* Gaſpar Cichocki, *comme nous l' aprend le P. Alegambe*, (*Bibl. Script. Societ. Jeſu, p. 152.*) *auquel je m' etonne que les* Alloquia *citez par* Theophile Raynaud *ayent été inconus. Il n' en dit rien; il parle ſeulement d' un Dialogue entre un Courrier & un Batelier, c' eſt peut-être une Partie des Alloquia. Je dis peutêtre, parce que, ſelon le P.* Alegambe, *l' Auteur s' eſt deguiſé ſous le nom de* Lunovvski *dans ce Dialogue, & l' a compoſé en Polonois. Le Continuateur d'* Alegambe, (*Nathanael* Sotvellus *Bibl. Script. Jeſu. p. 281. edit. Romæ*, 1676.) *qui ajoûte quelque fois aux articles de ſon predeceſſeur, n' a rien ajoûté à celuy-cy. Il a changé l' orthographe du faux nom de ſon confrere* Savvicki, *car il a mis* Cichochi *au lieu du* Chichocki d' Alegambe. *Cette derniere orthographe eſt plus conforme au genie de la langue Polonoiſe.* König *a fait mention de cet Auteur dans ſa Bibliotheca vetus & nova, mais il le nomme* Caſpar Cichocius, *& le fait natif de Tarnov, (Je ne trouve point cette ville dans les livres de Geogoraphie.) Tarnovienſis, fleuriſſant en 1570. (C' eſt une erreur: il entra chez les Jeſüites en* 1576. *âgé ſeulement de 24. ans & eſt mort en 1620) & Auteur des* Alloquia Oſieciana, *in quibus Heterodoxorum errores refutare conatur. Voila ſans doute le livre en queſtion, & un Lutherien mieux inſtruit des livres compoſez par un Jeſuite, que ceux qui ont fait ex profeſſo le Catalogue des Ecrivains de la Societé. Remarquez en paſſant que le même Auteur eſt cité ſous quatre noms differens* Cichocki *par* Alegambe (*Alegambe le nomme* Cichochi *dans* la liſte des Jeſuites qui ont deguiſé leur nom. *Henningus* Witte *fait le même dans ſon* Diarium Biographicum, *imprimé à Dantſic en 1688*) Cichochi *par* Sotvel; Chicocius *par Theophile* Raynaud *&* Cichocius *par* König. Draudius *le nomme* Cichocki *dans la page 496. de ſa Bibliotheque: il n' eſt ni dans le Catalogue de celle de Mr. de* Thou, *ni dans le Catalogue de celle d'* Oxford.

(b) Nota Marginalis Diecmanniana.

*Aſt ipſe hic* Cichocius *Alloq. Oſiecenſ. l. 1. C. 5. p. 21. ſs. hanc* Anatomiam ſibi adſcribit, *ejusque à ſe ſcriptæ in ipſo ſtatim horum Alloquiorum, Cracoviæ 1615. 4. editorum titulo meminit.* Habeo *hæc Alloquia Oſiecenſia, de quibus valde laborat* Bayle *Dict. Hiſt. & Crit Tom. II. pag.* 1017. *quæ etiam in ejusd. Projet, & Fragmens d'un Diction. Crit. pag. 276. ſs. leguntur. Sane cum* Cichocius *horum Alloquiorum verus auctor ſit, non video, cur non etiam* Anatomiæ, *quam in his alloquiis defendit, auctor ſit.*

---

(650.) CICOGNA v. *Strozzi* & *GARZONI qui* verus eſt auctor.

CIECKANOVIECKI v. *Czecanovius.*

---

(651.) CIFRANCHI *Sepuccio*: *François* RINUCCINI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 542. v. Sepuccio.

---

(652.) *Chriſtianus* CILICIUS Cimber: auctor Belli Dithmarſici Baſil. 1570. in 8vo editi, & iterum 1574. cum epiſtola *Thracigeri*, laudante illam, auctorem habet *Chriſt.* KELLINGHAUSEN (qui familiam Rantzovianam, & ni fallor in Scriptoribus Germaniæ Piſtorii extantia quædam ſcripſit) uti compertum habeo ex meo exemplari, quod ex Conſulis quondam *Molleri* Bibliotheca nunc eſt apud me, quod ipſe ſuo patri, Senatori Reip. Hamburgenſis miſerit, eique ſua manu præſcripſerat. Vendicat tamen hoc ſcriptum ſibi vir perilluſtris *Henricus* RANZOVIUS, Prorex ducatuum Slesvvici & Holſatiæ, de patria & literis egregie meritus in Commentario Bellico p. 95. teſtante *Mollero Flensburgenſi* in transmiſſa *Symbola*, quem etiam vide in *Iſagoge* ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ. Par. I. p. 108. & 140. & *Symbolam Maſtrichtianam* quæ talis eſt: Belli Dithmarſici ab inclyto *Daniæ* " Rege *Friderico* II. & illuſtriſſimis Holſatiæ Ducibus " *Johanne* & *Adolpho* fratribus geſti, anno poſt Chri- " ſtum natum 1559. vera deſcriptio duobus libris " comprehenſa, *Henrico Ranzovio* Vicario Regis " Daniæ dedicata, ut habet dedicationis ſubſcri- " ptio à *Chriſtiano Cilicio* Cimbro: Prodiit Baſileæ " 1570. per Samuelem Regium in 8vo. Meo " detrito exemplari manu ignota, titulo adſcri- " ptum legebatur. Auctor eſt ἀνώνυμος nam " Chriſtianus Cilicius Cimber eſt nomen fictum. " *Qui male agit, odit lucem*: & poſtea. *Auctor in hoc* " *libello non candide agit*; *Sed ſe ad nutum Principis &* " *Ranzoviorum convertit.* Poſt præfationem " eadem manu additum erat. *Auctor Anony-* " *mus audacter abſque ullo metu miſeros Agreſtes crimi-* " *natur & Principibus egregie* adulatur. *Nam ſi eos* " *attigiſſet, capitis periculum & vitæ diſcrimen ſubiiſſet.* " Paulo poſt: *Vide hypotheſin arcium, Palatiorum,* " *librorum, pyramidum ac aliorum monumentorum ab* " *illuſtri & Strenuo Viro* Henrico Ranzovio *Condi-* " *torum,*

*torum*, *auctore* Petro Lindenbergio, *Francofurti*"
impreſſam anno 1592. pp. 74. "

Paulo poſt.

*Edidit Henricus* Ranzovius *nomine proprio ſuppreſſo*,"
& C. Cilicii Cimbri *ſubſtituto*, *belli Dithmarſici*"
deſcriptionem & Cherſoneſi Cimbricæ accura-"
tam delineationem. Ad nomen quod poſt præ-
fationem legitur.

*Chriſtianus Cilicius Cimber*

eadem manu ſubſcriptum:

*homo per iram ſuſpectus.*

alia vero manu in margine erat additum."
*Chriſtianus* Cilicius *Cimber*, hoc eſt *Henricus Ran-*"
*zovius*; vid. Ranzovii ædif. Linden. pag. 74. Po-"
ſtea prima manu, principio lib. 1. additum"
erat. *Integra deſcriptio meram ſapit adulationem Prin-*"
*cipum*, *& Dithmarſorum Criminationem.*"

## CIMIGLIAMI v. *Emigliani*

(653.) *Gio. Nicolas* CIMINELLO CARDONE, edidit in lucem *l' R. Sbandita* 1614. in Nap. 4to. Verum Auctoris nomen eſt *Vincenzo* CARDONE, Ordinis Prædicatorum: ut teſtatur *Toppius* Bibl. Neapol. p. 305. ſub lit. (a)

(a) Toppius Bibliotheca Neapol. pag. 305.

Vincenzo Cardone, *dell' Ateſſa*, *in Abruzzo Citra*, *dell' ordine de Predicatori figlio del* Convento *di S. Domenico di Napoli*, *eſſendo queſto buon Padre inchinato alla Poeſia*, *facendoſi conoſcere in tal profeſſione erudito à ſufficienza*, *e che col tempo haveria dato gran ſaggio de ſuo valore*, *con l' occaſione*, *ch' egli era impedito di Lingua*, *nè potea ben proferire la lettera R. ſcriſſe un libro*, *il cui titolo era* l' R. Sbandita, *ſotto nome di Gio*: Nicola Ciminello Cardone, *che coſi chiamavaſi nel ſecolo dedicandolo à* Don Franceſco Maria Carafa *Duca di Nocera*, *e Conte di Soriano*, *e fù dato alla luce nel 1614. appreſſo Gio:* Giacomo Carlino *in Nap. in 4.*

(654.) *Hermannus* CINGALLUS edidit libellum, qui inſcribitur: *Scriptura S. Trinitatis Revelatrix*, impreſſ. Goudæ 1678. Hujus Scripti Auctorem eſſe *Chriſtophorum* SANDIUM, innuit *Gardinerus* in *Reſponſione Valedictoria ad Secundam Sandii epiſtolam*, ut in ejus recenſione obſervant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1682. pag. 281. ſub lit. (a) vid. & Acta 1687. 543. & *Sagittarium* Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 382. Quibus ſuperaddit *Meierum Diſſert.* S. Triada ex Naturæ libro non poſſe cognoſci §. 8. *Symbola Schröteringiana.* Eadem docet ex Bibliotheca Antitrinianorum p. 170. *Fechtius* §. VI. ex univerſa Theologia Patriſtica ſub lit. (b) theſium excerpto loco Diſputationis habitæ Roſtochii 1695. Adde Erneſti *Ketneri* diſput. Lipſ. 1694. habitam de Unitariis §. XXII.

(a) Acta Erudit. Lipſienſ. Anno 1682. pag. 281.

*Sed hanc ultimam dicti Neo-Ariani epiſtolam in nominata ſupra Valedictoria Reſponſione refutat* Gardinerus, *oſtendens Patres Ante-Nicænos dogmati Ariano minime faviſſe. Sub calcem reſponſionis* Cingallum (*ſub quo nomine* Sandium *latere arguit*, ) *tangit*, *qui Goudæ anno M. DC. LXXVIII. vulgaverat libellum*, *cui titulus*: Scriptura S. Trinitatis Revelatrix; *in quo*, *ut laudatus* Gardinerus *obſervat*, *ipſe multos Scripturæ locos*, *qui SS. Trinitatis ὁμοουσίαν*, *coæternitatem & coæqualitatem validiſſime probant*, *unius vel alterius*, *recentis nonnunquam interpretis auctoritate nixus enervat*, *& dum contra Socinianos animoſe diſputare videtur*, *Arianorum argumentis prolixe ſatis propoſitis*, *breviſſime*, *quaſi aliud agens*, *& negligentius ſatisfacit. Id quod Theologus magni nominis*, *D.* Abraham Calovius *etiam in peculiari Diſſertatione*, *Witteberga anno 1680.* De Scriptura Sacra veteris Teſtamenti SS. Trinitatis revelatrice *propoſita*, *& eidem* Cingallo *oppoſita*, *accurate & ex profeſſo demonſtravit.*

(b) *D. Joh.* Fechtii Theſes ex Univerſa Theologia Patriſtica, Theſ. VI. Roſtoch. 1695. *Latet autem ſub* Cingalli *larva famoſus haud ita pridem in Belgio Arianus*, Chriſtophorus *Chriſtophori Filius*, Sandius. *Quod docebo verbis ejus*, *qui Bibliothecam Anti-Trinitariorum A. M. DC. LXXIIX. edidit. Ita ille*: Scriptura Sacra Trinitatis revelatrix; quæ ſub nomine Herm. Cingalli quaſi Goudæ (revera autem Amſtelodami) Ao. 1678. 12. in lucem prodiit. Quiſnam auctor ſit, haut difficile erit his, qui Dominum Sandium, ejusque Genium ac ingenium noverant, divinare. *Veriſſime*, *ita me Deus amet*, *dictum & appoſitiſſime.*

## CINGULO v. *Caballini.*

(655.) CINONIUS *Academicus Filergites.* Ejus nomine *Marcus Antonius* MAMBELLI Jeſuita Forolivienſis Italus edidit Italice, docente *Sotvello* pag. 572. a. obſervationes *circa linguam Italicam.* Ferrariæ typis Joſephi Gireni 1644. in 12.

## CINTHIO v. *Aldimachio.*

## CINTIO v. *Raggelli.*

(656) CIPRES de *Povar*, *Silvius*: *Louis* CRESPI & BORJA. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 542.

(657.) *Joh.* CIRELLUS. Sub hoc nomine citantur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlejanæ p. 163. b Tractatus duo:

(I.) *Ethica Ariſtotelica ad S. literarum Normam emendata*, Selenoburgi. in 4to.

(II) *Ethica Chriſtiana*, ſeu *explicatio Virtutum & Vitiorum*, *quorum in S. literis fit mentio.* Ibid. Addit *Hyde* verum auctorem reducta Methatheſi, comparere *Johannem* CRELLIUM, Socinianum, ut *aſſerit Bailletus*, deguiſem. des Auteurs pag. 437. Sub utroque nomine & *Cirelli* & *Crellii*, edita hæc ſcripta memorat *Sandius* Biblioth. Antitrinitarior. p. 115. *Uterque liber* conjunctim editus extat Coſmopoli, per Eugenium Philalethem 1682.

1681. *Prior* continet partes IV. ſingulas ſuis Capitibus ſubdiviſas.pp. 248. *Alter (Ethica Chriſtiana)* in libros V. digeſtus eſt, quorum quisque certa capita comprehendit pag. 622. additæque ei Orationes tres: (1) de Honeſtate (2) Cur nec Moſes &c.(3)de amore ſui. Subjunctus index copioſus, & præfixa prolixa Diſſertatio de Ethicis Crellianis, conſtans X. plagulis.

(658.) CIRFEA. *Felician* DE SILVA. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 543.

CIVILIS v. *Gratianus*.

(659.) CIVILIS. *Gratianus* : *François* GOMARUS, Douteux. *Pierre du* MOULIN, douteux. *Sibrand* LUBBERT, douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 543.

(660.) CLARA, *Franciſcus à Sancta*: DAVENPORT. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez. pag. 543.

CLARUS v. *Bonarſcius*.

---- ---- ---- *Idacius*.

(661.) CLASENIUS. *(Daniel)* Ejus nomine extat *Compendium Politicum*. Sed ille tantum Notarum in illud Compendium Auctor eſt: Textus ipſe debetur Inclyto *Hermanno* CONRINGIO, uti colligo ex literis *D. Geſenii*, quas d. 3. Junii 1678. ad me dedit. Neque titulus libri aliter conceptus eſt, quam ut in dubio relinquatur cujus ſit. Ita autem ille habet : *Politicæ* Compendium ſuccinctum, cum Notis *Danielis Claſen* Phil. & J.U.D. & in Academ. Jul. Anteceſſoris Helmſt. 1675. in 8. juſto volumine conſtat.

(662.) CLAUDIANO MAMERTO adſcriptum *Carmen de Chriſto*, quod a nonnullis, ſed male, gentili Poetæ illius nominis tributum eſſe dicit *Voſſius* de Poet. Lat. c. 5. p. m. 62. S. DAMASI eſſe docet ex *Martino Delrio*, *Raynaudus* de mal. & bon. libr. p. m. 134. (a) ubi etiam de eidem, aliisque multis falſo imputato poemate *de Collatione Miraculorum utriusque Teſtamenti* aliqua non *vulgaria* commentatur.

Adde *Friſium* Bibl. Geſner. p. 151. a. qui Carmen de Chriſto DAMASO tribuit. Contra illud CLAUDIANO GENTILI, viro Conſulari, adjudicat *Barthius* Adverſar. lib. I. cap. VII. p. 14. ſub lit. (b) Cum quo facere videtur *Miræus* Bibl. Eccleſiaſt. p. 186. ſub lit. (c) At CLAUDIO MAMERCO non obſcure aſſerunt *Fabricius* Bibliot. Latin. p. 202. ſub lit. (d) & *Eſchenbach* Exercitat. Academ. de Poëtis Chriſtianis Græcis & latinis §. XVII. p. 20. 21. ſub lit. (e) ubi & (II) *Carmen de Collatione Miraculorum* SEDULIO aſſignatum invenies. Adde *Olearium* Abaci Patrologici pag. 109.

(a) Raynaud. de lib. mal. & bon. pag. 134.

Claudiano Mamerto *adſcriptum* Carmen de Chriſto, *quod alii abſurdius Gentiliſſimo ejuſdem nominis Poetæ adſcripſerunt, eſt* S. Damaſi, *ut benè vidit* Delrio *Polem. 2. Eidem* Claudiano, *in veteri MS. codice, (quem penes ſe fuiſſe ſcribit Georgius* Fabricius, *Commentario in Poetas Chriſtianos, V.* Turcius Ruffus), *adſcriptum eſt opus* de collatione miraculorum utriusque Teſtamenti. *Sed non eſt dubium quin ſupponatur Claudiano ea lucubratio, quam Beda verſus aliquos ex ea proferens, tribuit* Sedulio. Aldus *vero, & Cuſpinianus tribuunt* Turcio Ruffo Aſterio, *qui imperante Anaſtaſio, conſulatum cum Flavio Præſidio obivit, poſt Claudianum.* Onuphrius *Turcio duntaxat miſſum, & inſcriptum ab autore, id opus agnoſcit. Mihi ſat nunc eſt, jure abjudicari Claudiano.*

(b) Barthius Adverſar. lib. I. cap VII. p. 14.

*Alter ab his eſt* Victor Giſelinus *qui* Prudentii *nonnulla loca enarrans* Claudianum & Auſonium *Chriſtianos fuiſſe, ſed à Symmacho P. V. paganiſmo redditos, confidenter ſane narrat. Quod ego maximè libenter doceri cupiam unde habeat, qui tanta ſecuritate pronunciat, ut ne teſtimonio quidem ullo niti dignetur. Atq; ut hæc nihili ſunt, ita alia argumenta producere non ſit grave, quibus doceri poſſit ſimulatorem hominem & fortaſſis etiam dubium animi, quin ab ipſa natura Poetam, Philoſophis præterea præcellentibus majoribus ortum, Chriſtianiſmi non ignarum neq; abhorrentem una cum Paganiſmo fuiſſe. Carmina quidem aliqua Chriſti O. M. laudem ſpectantia quin hujus ipſius Claudiani ſint, ego usq; adeò non dubito, ut ipſius lectione non diligentem fuiſſe res ipſa dicat, qui contra ſentiat. Tam enim planè acumen, ſublimitatem, facilitatem, & perpetuam æqualitatem, Genium deniq; Claudiani referunt, ut ab nullo alio tale quid ſcribi potuiſſe exactiſſima omnium rerum perpenſio liquidum faciat.*

(c) Miræus Biblioth. Eccleſiaſt. p. 186.

Claudianus *Poeta, natione Ægyptius, Alexandriæ natus, Stiliconis fautor, partim hiſtorica, partim fabuloſa ſcripſit. A. C. trecenteſimo nonageſimo quinto, edidit* Panegyrim *duorum fratrum* Aniciorum, *tunc conſulum.* Auguſtinus *l. 5. c. 26. de* Civitate Dei, *&* Oroſius *lib. 7. cap 735. dicunt ipſum à Chriſti nomine alienum fuiſſe. Exſtat quidem inter ejus opera inſigne* Poema de Chriſto : *ſed quidam putant illud eſſe* Claudiani Mamerci. *Si tamen de Chriſto ſcripſerit Claudianus Ægyptius, haut dubiè in gratiam Honorii Imp. id fecerit: ut* Tribonianus *jureconſultus, etſi ethnicus, ex Juſtiniani ſententia in Pandectis de Chriſto ac Religione Chriſtiana agit.*

(d) Fabricius Biblioth. Latinæ. p. 202.

*Epigrammata & Poematia XLVII. quorum primum eſt* de phoenice *vigeſimum ſecundum & tertium Græce compoſitum de* Cryſtallo *deprompium ex l. IV. Anthologiæ. Tria vero poſtrema* Carmen Paſchale, laus Chriſti & Miracula Chriſti *alterius* Claudiani *vel* Damaſi *Papæ ſunt, etſi* Barthio *aliter viſum, qui Poetam noſtrum ut diximus accenſet Chriſtianis.*

(e) Eſchenbach Exercitat. Academ. de Poetis Chriſtanis Græcis & Latinis §. XVII. p. 20, 21.

XVII. Claudianus Ecdicius Mamertus, *aut* Mamercus, *Claudiani Mamerti, Epiſcopi Viennenſis frater, & ejusdem Eccleſiæ Presbyter, claruit Zenone imperante. Id vel inde liquet, quod in opere ſuo trium librorum de* ſtatu Animæ, Eucherii, Lugdunenſis *Epiſcopi, ut æqualis meminerit, item, quod opus ſuum memoratum* Sidonio Apollinari *emendandum ac divulgandum miſerit. Poetæ quoque nomen meruit, carmine ſuo* contra vanos Poetas, *quod habetur Tom. IV. Bibl. P. P. f. 837. item Carminibus illis* de Chriſto, *quæ alias Cl.* Claudiano *Viro conſulari, homini gentili, tribuuntur ſi non nullis fides eſt habenda. Quædam etiam alia carmina hujus auctoris recenſet* Caſp. Barthius *in Commentar. ſuis ad hunc auctorem p. 458. ubi etiam eidem tribuit Hymnum:* Pange Lingua Glorioſi, *alias* Fortunato *adſcriptum. Sunt qui eidem adjudicant carmen* de Collatione miraculorum utriusque Teſtamenti, *quod tamen alii* Sedulio *vindicant.*

(663) CLAUDINE, uxor *Wilhelmi* COLLETET, ſub cujus nomine hic Poeta aliquot Carmina in lucem publicam emiſit, teſtantibus *Menagianis* Tom. I. p. 371. ſub lit. (a)

(a) Menagiana tom. I. p. 371.

Guillaume Colletet *fut un des cinq qui travaillèrent à la piece des cinq Auteurs. Il eut ſix cens livres du Cardinal de* Richelieu *pour cela, comme il l' a luy même publié dans ces vers:*

Armand qui pour ſix vers m' as donné ſix cens livres,
Que ne puis-je à ce prix te vendre tous mes livres!

*Il avoit épouſé une ſervante nommée* Claudine, *ſous le nom de laquelle il feſoit des vers. Il mourut avant elle; mais peu de temps avant ſa mort, afin de couvrir la choſe, il fit des vers ſous le nom de la même Claudine, qui ſont très-beaux, & que le P.* Vavaſſeur *a mis en vers Latins, par lesquels aprés ſa mort elle proteſtoit qu' elle ne vouloit plus faire de vers.*

CLAUDIUS v. *Ælianus.*

CLAUDIUS v. de *Aquis.*

CLAUDIUS v. *Caſola.*

CLAUDIUS v. *Franciſcus.*

(664) CLAUDIUS *Hiſpanus*, (non *Scotus* aut *Hybernus*) Epiſcopus Taurinenſis. Ejus nomine extant *in Epiſtolam Pauli ad Galatas, ad Romanos, aliasq́ʒ* Paulinas *Commentaria:* quæ tamen maximam partem ex Patrum & maxime AUGUSTINI ſcriptis compilata eſſe, docet *Richard Simon*, Hiſtoire Critique des Principaux Commentateurs du Nouveau Teſtament cap. XXV. p. 354. 357. 359. ſub lit. (a) vide Monatliche Unterredungen/ 1693. p. 191. 292. ſub l. (b)

(a) Hiſtoire Critique du Nouveau Teſtament c. XXV. p. 354. 355.

*Pour commencer par ſon* Commentaire ſur l' Epître aux Romains, *il porte le nom de l' Eveque* Claude, *Claudii Epiſcopi, dans trois anciens exemplaires que j' ay conferez enſemble: Il debute par une Préface, qui ne contient presque qu' un grand & long éloge de Saint Auguſtin. Il appelle ce docte Pere* la plume de la Trinité, la langue du Saint Eſprit, un Ange du Ciel. *Il loue la ſorce de ſon eſprit, ſa grande éloquence, ſa rare érudition, ſon travail infatigable, ſes applications extraordinaires à refuter les Heretiques, & ſa ſubtilité à reſoudre les queſtions qu' on luy propoſoit. Il ajoute pluſieurs autres louanges qu' il ſeroit ennuyeux de raporter, & qui ne tendent qu' a relever ſes explications, qu' il a tirées, au moins pour la plus grande partie de livres de ce Saint Evêque. Il reconnoit cependant qu' il a pris quelque choſe d'*Origene, *& qu' il a auſſi expoſé en quelques endroits ſes propres Penſées.* Ex ipſius, *dit il,* ſancti viri ſententiis, quas pro diverſis ejus libris invenire quivimus, hanc expoſuimus epiſtolam, aliqua etiam ex Origenis expoſitione ibidem adjunximus, nonnulla etiam, ut nobis viſum eſt, pertractavimus. *Mais comme il a compilé ſans aucun diſcernement les Ouvrages de S. Auguſtin, qui a changé de ſentiment ſur ce qui regarde la grace & la predeſtination, il n' a point gardé d' uniformité dans ſa doctrine. Ce qui eſt encore plus embarraſſant, c' eſt qu' il fait un Commentaire continué, joignant enſemble pluſieurs autoritez, ſans indiquer les noms des Auteurs, ni leurs Ouvrages. Il donne luy-même raiſon de cette methode qui n' eſt pas d' un homme exact, dans ſa Prêface ſur le Levitique, où il parle auſſi de ſes Commentaires ſur la Geneſe. Il dit qu' il n' a pas marqué ces noms, parce que les livres qu' on cite ne ſont pas tous de ceux à qui on les attribue, comme il l' a reconnu en les examinant avec plus de ſoin. Il pretend même qu' il n' y a eu que* Bede, *qui les ait indiquez à la marge dans ſon expoſition de Saint Marc & de Saint Luc.*

Pag. 357. *Il copie presque par tout dans ce commentaire ſur la I. Epitre aux Corinthiens les remarques du Diacre* Hilaire, *qui étoient attribuées dès ce tems là à Saint* Ambroiſe.

Pag. 359. *Pour ce qui regarde la* Theologie de Claude, *elle eſt la même que celle des anciens Auteurs qu' il a compilez. Je ne parle icy que de ſes* Commentaires ſur le Nouveau Teſtament. *Comme il ſuit pour l' ordinaire* S. Auguſtin *ſur les matieres de la grace de la Prédeſtination & du libre arbitre, il a quelque fois des expreſſions qui paroiſſent dures: mais on prendra garde que ce n' eſt pas lui qui parle.*

(b) Monatliche Unterredungen. Ao. 1693. p. 291. 292.

*Claudius*, der weder ein Schottländer / noch Jrrländer/ wie einige bißher geglaubet / ſondern ein Spanier von Geburt geweſen/ ſtund im groſſen Anſehen an des Käyſers *Ludovici Pii* Hofe/ und erlangte durch deſſen Beförderung das Bißthum zu Turin. Er hat etliche *Commentarios* über die Bibel geſchriben/ die in guten *Bibliothecen* in *MSto* vorhanden / als *in Leviticum, in Matthæum, in Epiſtolam ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, & ad Ebræos,* wiewol *Simon* περὶ γνησιότητος des letztern zweiffelt/ der ſonſt dem *Ambroſio* auch vergebens zugeſchrieben wird; Aber in Druck iſt nur ein Stück davon kommen/ unter einem Titul voller Falſchheiten: *Claudii Altiſſiodorenſis, vel ut certior conjectura eſt, Taurinenſis, Alcuini quondam ſub Venerabili* Beda, *tum in fundatione Academiæ Pariſienſis collegæ, in epiſtolam D.*

*Pauli*

*Pauli ad Galatas doctiſſima enarratio.* Unſer *auctor* hält dafür/daß *Claudius* dieſe *Commentarios* geſchrieben/ ehe er in die Ketzerey verfallen / und bringet viel merckwürdige *Excerpta* drauß/ darunter am meiſten in acht zu nehmen / welche ihn vom Verdacht des *Arianiſmi liberi*ren/damit ihn ſeine Wiederſacher beleget.

(665.) CLAVIGERO *Girolamo* : *Jean* CAPPONI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 543. Vid. quæ num 223. Pſeudon. *del Arca*, ſub lit. (a) excerpſimus ex *La viſiera Alzata* Hecatoſt. num. XXXV.

(666.) CLEANTE Jean Barbier d'Aucourt. douteux. *Baillet.* Liſte des Auteurs deguiſez pag. 543.

(667.) CLERARTO RO. Perſonatum nomen eſt ſub quo edidit, referente *Bibliotheca Aproſiana* pag. 598. 599. *Carlo Bartholomeo* TORRE, Milaneſe, Canonico della Nobil Collegiata di S. Nazzario in Milano, enumeratos ipſi num. 10. & 13. hocce duos libellos. (1.)

(I) 10. Il *Pentimento nel Monacarſi* della Signora *Marſiglia* Baſgapè, deſcritto da CLERARTO RO, è dedicato all' Illuſtriſſ. Sig. D. D. Anna Marliana di Mendozza, Martiquez, Marcheſa di Deſio.

Per lo ſteſſo. 1654. in 12.

(II) 13. L'*Arianna* Drama Scenico di CLEARTO RO. All' Illuſtriſſimo Sig. Conte Filippo Archinto. In Pauia per Gio: Andrea Magri. 1666. in 12.

Videatur & la Viſiera Hecatoſt. num. XXVI. cujus verba hæcce addo.

XXVI. CARLO TORRE Milaneſe, Canonico dell' Inſigne Collegiata di S. Nazzaro oltre varie produtioni col ſuo vero, che ſi poſſono leggere nell' *Ateneo de Letterati Milaneſi* Opera del facondiſſimo, e non men fecondo P. *D. Filippo Picinelli* Abbade Canonici Lateranenſi. pag. 131. della Stampa di Milano per Franceſo Vigone. M.DC.LXX. 4. ne publicò altre con finto, e ſono.

*La Cleopatra* Drama per Muſica di *Marco Ettore* Rocobella. In Milano per il Monza M.DC.LIII. 12.

*Il Pentimento nel Monacarſi della Signora Marſilia Baſgapè*, di *Clerarto* Rò. Per lo ſteſſo M.DC.LIV. 12.

*L' Arianna* Dramma Scenico di Clearto *Rò*, da Pauia, per *Gio: Andrea* Magri M.DC.LXI.

(667. α) CLEMENTIS ALEXANDRINI Libri *quis dives ſalutem conſequi poſſit.* Oxon. 1683. in 12. Accedunt nonnulla in Editionibus Clementis hactenus deſiderata. Libri editi ſunt ſub ORIGENIS nomine à *Ghislero*, teſtantibus *Actis Erudit. Lipſ.* 1685. p. 246. ſub. lit. (a)

(a) Acta Erudit. Lipſienſ. de ao. 1685. pag. 246.

*Quæ hoc libello continentur* Clementis *Alexandrini opuſcula, inter ejusdem opera à Gentiano* Herveto, *Daniele* Heinſio, *& aliis conjunctim edita non comparent. Neque tamen nunc primum in lucem prodeunt. Nam librum de ſalute divitum ſub* Origenis *nomine Michael* Ghislery *in ſuis ad Jeremiam Commentariis, & Franciſcus* Combefiſius *in auctario Biblioth. Patr. juris publici fecerunt.*

(668.) *Fabius* CLEMENS. Ejus nomine prodiit Cæſar Auguſt. 1655. in 8vo Hiſpanice. *Vida de Sancta Iſabel Infanta de Ungria.* Auctor eſt D. *Hyacinthus* de VILLALPANDA, Marchio de Oſſera, in Arragoniæ Regno, Eques ordinis Calatravæ; indicante Nic. *Antonio* Bibliothec. Hiſpan. 277. a. & 466. b. cui adde *Bailletum*, deguiſemens des Auteurs p. 135. ſub lit. (a)

(a) Baillet Deguiſemens des Auteurs. pag. 135.

*Il ſemble que les Seculiers d' Eſpagne & d' Italie ayent voulu prendre le contrepied de Reguliers. Si la honte a empeché ceux-cy de mettre leur nom à la teſte de leurs Pieces profanes & deshonneſtes; vous diriez que ce ſervit par une honte oppoſée, que ceux là après avoir fait trophée d' Ouvrages de galanteries, d' obſcenitez & d' impiéte, publiez hautement ſous leurs vrays noms, ayent fait difficulté de faire paroître leurs livres de pieté ſous les memes noms. C'eſt ce qu' on a remarqué en la perſonne du* Marquis d' Oſſera, *qui aprés s' eſtre amuſé à compoſer de Pieces indignes de ſon nom, & les avoir neanmoins publiées ſous ſon vray nom de* Dom Jacinte de Villalpando, *ſemble avoir eſté honteux de paroiſtre Auteur d' une Vie de* Sainte Elizabeth de Hongrie, *qu' il fit imprimer ſous le nom de* Fabio Clement.

(669.) CLEMENS PAPA, IV. hoc nomine, alias *Guido* GROSSIUS, ſive FULCODIUS dictus. Huic à *Bellarmino* & *Miræo* aliisque ſuppoſita *Commentaria in Jus Canonicum & Civile* vendicantur GVIDONI *Papæ*, nomine proprio ſic dicto Conſuli Delphinali, à *Labbeo* Tom. I. Biblioth. & *Oleario* Abaci Patrolog. p. 113. ſub lit. (a) adde *Strauchii* Amœnitates Juris canonici pag. 162.

(a) Olearius Abaci Patrol. p. 113.

*Labbeus Tom. I. p. 232. exiſtimat, Commentaria in Jus Canon. & Civile ei hactenus à* Bellarmino *&* Miræo *aliisq; ſuppoſita, non eſſe hujus* Guidonis Groſſi, Clementis IV. *demum nomine dicti, ſed alterius, eximii ICti, qui* Guido Papa *nomine proprio vocatus fuerit, atq; floruerit ab anno 1427. ad 1483. Neque tantummodo miratur, eruditos viros in adeo gravi hallucinatione tamdiu hæſiſſe: quam, vel ſolæ deciſiones Parlamenti Delphinalis longe poſt Clementis IV. Papæ mortem erecti, tollere potuiſſent: ſed & producit Codicem Pariſ. Biblioth. vetuſtum, characteribus Gothicis Anno 1517. Lugduni excuſum, hoc titulo: Lectura ſingularis & aurea Dn.* Guidonis Papæ, *Conſulis Delphinalis ſuper Decretales, &c. Sic bene ſatis iſta ſe habent. Sed ideo lenius quoque & æquius tolerare, nec labio tam acri proſcindere noſtrum D.* Quenſtedium *debuiſſet* Labbæus, *Tom. I. p. 402. eo quod Dial. de patriis illuſtr. vir. p. 59. Bellarminum forte & alios antiquitatis hamaxarios ſecutus,* Guidonem Groſſum *poſtea*

*poſtea Clementem IV. vocatum*, *cum* Guidone Papa *nominetenus dicto*, *commutarit*, *& qua hujus ſparta in Parlamento Delph. fuerit*, *illi tribuerit.*

(670.) CLEMENS PLACENTINUS, Julius: *Gaſpar* SCIOPPIUS, douteux. *Fabio* SCOTTI. Douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 543.

(671.) CLEMENS ROMANUS. Ejus nomine extant.

I. *Canones Apoſtolorum*, orti ex communi Eccleſiæ primitivæ diſciplina, inſtitutis decretis, & circa finem Seculi ſecundi in unum Synodicon collecti videntur *Caveo* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 14. tribuuntur autem ab aliis ISIDORO cuidam, ab aliis SEVERINO, docente *Deckherro* de ſcriptis Adeſpotis p. 69. Pro Suppoſititiis agnoſcit *Grynæus* in Monumentis SS. Patrum orthodoxographis, indicante *Symbola Flensburgo-Molleriana*, & *Witthaker.* Script. 410. 411. monente *Symbola Normanniana.* Vide etiam ea, qua de Canonibus Apoſtol. in *Anonymis num.* 645. prolixe monuimus.

II. *Recognitionum* libri X. varias appellationes ſortiti, BARDESANI potius quam Clementi adſcribendi conjectura *Cavæi* loc. cit. ſub lit. (a) & P. *Nourry* in Apparatu ad Bibliothecam Patrum, recenſentibus *Actis Erudit. Lipſienſ. Supplem.* Tom. II. Sect. XI. pag. 537. 538. ſub lit. (b)

III. Κλήμεντος περὶ τῶν πράξεων &c. ex Homiliis Clementis & Recognitionibus collectanea videntur *Caveo* loc. cit. p. 15. ſub lit. (c) Auctore SIMEONE METAPHRASTA.

IV. De ejus *Epiſt. ad Corinth.* (ut ne ubique obvia hæc Clementis omnia recoquamus, v. *Miræ* lit. (d) & Amici Symbolam ſequentem (e) Roſtochienſem.

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 17. b.

Recognitionum *libri X. varia ſortiti nomina*, *quandoq;* S. Clementis Act. Hiſt. Chronica, *quandoq;* S. Petri Acta, Itinerarium Periodi, Dialogicum Appione, *dicti. Horum librorum antiquitatem ſatis arguunt*, *quæ ex iis ſub* Clementis Περιόδων *nomine citat* Origenes, *quæque in hodiernis exemplaribus totidem verbis reperiuntur. Extat ampliſſimum Bardeſanis Syri fragmentum ex Libro de Fato Gr. apud Euſebium*, *quod iisdem verbis nono Recognitionum libro habetur hodie. Quis ab altero acceperit*, *haud ſatis certum eſt. Quid ſi ipſe Bardeſanes harum Recognitionum compilator fuit? conjecturam ſane noſtram de hac re rationibus ſuis munitam*, *prolixe alibi expoſuimus. Extant Lat. ex antiqua verſione* Ruffini (*qui nævos forſan in iis olim ab* Hieronymo & Photio *notatos ſuppreſſit*) *cura* Jacobi Stapulenſis, *Pariſ. 1541. 1544. Colon. 1570. & cum reliquis* Clementis *Operibus alibi ſæpius.*

(b) Actorum Erudit. Supplem. T. II. Sect. XI. p. 537. 538.

*Dionyſium excipiunt Diſſert. XI.* Recognitiones Clementis, *quibus varii ab auctoribus & in MS. tituli præfiguntur. Aliquando enim vocantur* Clementis Recognitio, Clementis Itinerarium, liber Itinerarius Prædicationis Petri, Clementis Geſta *vel* Hiſtoria, *aut* Chronica, *vel* Narratio: *nonnunquam vero* Petri Periodi, *vel* Circuitus, vel Itinerarium, *vel* Acta *appellantur. Dubitat vero Auctor*, *an Dialogi S. Petri cum Apione*, *quorum*, *ut Clementi ſuppoſitorum*, *apud* Euſebium. *H. E. L. III. c. 38. mentio fit*, *iidem cum libris* Recognitionum *ſint*, *eorumque pars poſterior*, *quod* Valeſio *viſum. De eo autem*, *quod Recognitiones Clementi ſuppoſitæ ſint*, *prorſus non dubitat: potius nil in toto opere ſanum, ſed omnia corrupta eſſe*, *omnia depravata agnoſcit. Scriptas exiſtimat ante II. ſeculi medium*, *idq; inde confirmat*, *quod Bardeſanes Syrus prolixum ex iis fragmentum in ſuum adverſus Marcionem librum tranſtulerit*, *qui ſub Soteris Pontificatu ſcriptus ſit. Quemadmodum vero notum eſt ex ipſius* Ruffini *non omnia illum prout in Græcis repererat*, *tranſtuliſſe*, *& præſertim fragmentum de ingenito genitoque Deo omiſiſſe: ita* Nourrius *obſervat*, Cotelerium, *qui è ſex MSS. codicibus novam Regnitionum editionem ſtruxit*, *fragmentum illud pene totum è tribus eorum codicum retuliſſe. Cujus proinde ſtudium iterum commendat*, *iterum tamen & digreſſiones improbat.*

(c) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 15.

Κλήμεντος περὶ τῶν πράξεων &c. De Rebus geſtis, *peregrinationibus S. Petri Apoſtoli Epitome: ex Recognitionibus & Homiliis à* Simeone Metaphraſte (*ſi in re tam incerta conjecturam mihi ferre liceat*) *olim collecta: quod ex poſteriore ejus parte cum S. Clementis Martyrio à Metaphraſte edito collata conſtare poteſt. Edidit Gr. Lat. Joach.* Perionius, *Pariſ. 1555. 4. & reliquis Clementis Operibus adjungi ſolet.*

(d) Miræus Bibl. Eccleſ. p. 8.

Clemens, *de quo Apoſtolus Paulus ad Philippenſ. -- ſcripſit ex perſona* Romanæ Eccleſiæ, *ad Eccleſiam Corinthiorum valde utilem Epiſtolam*, *quæ & nonnullis locis etiam publice legitur: quæ mihi videtur characteri epiſtolæ*, *quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur*, *convenire. Sed & multis de eadem epiſtola non ſolum ſenſibus*, *ſed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque ſimilitudo eſt. Fertur & ſecunda ex ejus nomine Epiſtola*, *quæ à veteribus reprobatur.*

(e) CLEMENS.

*Clementis Romani* Epiſtola prior ad Corinthios bis in Germania edita eſt. Primum quidem Helmeſtadi a *Madero*, qui titulum hunc fecit: Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ πρώτη, *Clementis ad Corinthios Epiſtola prior.* Hoc primum ſeculo ex laceris reliquiis vetuſtiſſimi exemplaris Bibliothecæ Regiæ Anglicanæ eruta, notisque illuſtrata a V. Cl. *Patricio Junio*, Sereniſſ. Britanniarum Regis Bibliothecario. Nunc denuo edita & aſſerta a *Joachimo Johanne Madero*, Hannoverano. Helmeſtadi, Anno 1654. in 4. Præmiſſa eſt, poſt Dedicationes Maderi & Junii, Maderi Præfatio ad Lectorem. Qua maxime reſpon-

reſpondetur Scripto, neſcio cujus, Germanico, γνησιότητα hujus Epiſtolæ impugnanti. Sequuntur Teſtimonia de Clemente, ejusque Scriptis, primo Veterum, dein Recentiorum. Et in his primum quidem Præfatio Patricii Junii ad Lectorem, poſtea *Grotii*, *Voſſii* & *Conringii* Epiſtolæ. In quibus omnibus genuina defenditur hæc Epiſtola. Quæ 9½. plagulas implet, Græce cum Latina Junii verſione excuſa, lacunisque per aſteriſcos indicatis. Subnexæ ſunt notæ maxime philologicæ, cum Fragmento Epiſtolæ ſecundæ ex eodem MS. *Alterius editionis titulus* ita „habet: S. Clementis Romani Epiſcopi & Mar„tyris, cujus nomen jam Pauli tempore fuit in „libro vitæ *Philip.* IV. 3. Epiſtola ad Corinthi„os, tam utiliſſima, quam ſcripturarum Eccle„ſiaſticarum omnium antiquiſſima, ipſaque D. „Johannis Apocalypſi vetuſtior: Apoſtolicæ fi„dei atque vitæ commendandæ gratia edita a *Za„charia Hogelio* M. Eccleſiaſte ac Gymnaſiarcha „Erfurtenſi. Erfurti 1667. in 8vo. Exhibetur autem ſola verſio Latina Junii. Prima omnium editio Junii Græce & Latine prodiit A. C. 1632. Dn. Dr. *Fechtius* in Annot. Mſtis ad Rechenbergii Summ. Hiſt. Eccl. ita de hac Epiſtola:

*Quanquam nullus ſcriptor primi ſeculi extra Sacros apud omnes ſit indubitatus, tamen* Clementis *Epiſtola ad Corinthios prior recipitur a* Patritio Junio, Dannhavvero, Bebelio, Conringio, Calixto, Hornejo, Madero, Hogelio, Voſſio, Grotio, Salmaſio, Blondello, Seldeno, Fello, Petavio, Kortholto. *Nec diverſum ſentiet, quisquis ipſam Epiſtolam lecturus, cum ſtyli ſimplicitatem, Apoſtolico ævo dignam, tum materiarum divinitatem intra ſeſe ſenſerit. Nec quæ objiciuntur, tanti ſunt, ut quenquam ab hac opinione dimovere debeant.*

*Hactenus Fechtius.* Dn. Jo. Gottlieb *Möllerus*, Profeſſor nunc Gedanenſis, Diſputationis hic Roſtochii A. 1693. habitæ caput primum fecit hocce: Utrum Clementis Romani I. ad Corinthios Epiſtolam, prouti a Patricio Junio ex MSc. Alexandrino edita, genuinam non eſſe, inde, quia meminit Phoenicis, firmiter ſatis probetur. Id quod negat. Occaſionem, qua Bibliotheca Regia Anglicana hanc Epiſtolam nacta ſit, iſtam recenſet Junius in Præf. ſupra citata. *Cyrillus*, qui hodie Conſtantinopoli Patriarchatum obtinet, vir pietate & eruditione inſignis, ex Ægypto cum ſedem Alexandrinam relinqueret, magnam librorum ſupellectilem ſecum advexit, inter quos codicem omnium vetuſtiſſimum & longe pretioſiſſimum (in quo veteris & novi fœderis libri literis grandibus, manu *Theclæ* nobilis fœminæ Ægyptiæ, circa primi Concilii Nicæni tempora, belliſſime exarati ſunt) per Ornatiſſimum & Clariſſimum Virum Dominum *Thomam Roë* Equitem auratum, & Turcarum Impp. Sereſſmi Regis noſtri Oratorem*, cum ex Oriente rediret, dono ad Sereſſmum Regem noſtrum tranſmiſit. Ad calcem venerandi hujus codicis & κειμηλίε παλαιοτάτε *in membranis laceris* adjecta erat Clementis ad Corinthios Epiſtola, eadem manuſcripta, quam nunc bono publico & tuo uſui in lucem damus.

(671.) Petri CLENCHERI *Diſputatio de Symbolo Athanaſii.* Wirceburgi Anno 1590. prodiit, dein ſub *veri Auctoris Nicolai* SERARII, S. J. nomine Voſſ. Trib. Symbol. pag. 54. 55. *Symbola eſt Normanniana.* Vide *Sotvellum* Bibliothecæ Jeſuiticæ pag. 635. b. Ubi in Tomo III. Operum ejus collocat.

(672. α) CLEONIS Torbizi nomine ſcripta Italicè *Vita S. Patritiæ Virginis*, 1633. in 4. edita, quod ſit *Nicolai* BERZETTI, prope per anagramma colligas, etiamſi hoc ipſum non teſtaretur *Alegambe* p. 348.

Vide tamen eadem repetentes *Sotvellum* Bibliothec. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 624. a. & *Witten.* Diar. Biograph. Anno 1644. d. 28. Martii.

(673) Le Sieur de CLEONVILLE. Ejus *Avertiſſement aux Provinces* par le ſieur DE CLEONUILLE. Sub hoc nomine JOH. SIRMONDUM latere indicat *Peliſſon* de l' Acad. Franç. p. 479. ubi hunc librum pro Auctoris Chef d'oeuvre habitum addit. Adde *Baillet*, Auteurs deguiſez p. 543.

(674) CLEOPHILUS, *Octavius: Franc.* de FANO. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez, pag. 543.

CLEOPHILO v. *Pangaſis.*

(675) CLEVELANDUS. Ejus nomine & inter opera illius extant carmina quædam, quæ tamen debentur *Thomæ* WEAVER, Wigornienſi; ſicut & illa ſub titulo: Archiepiſcopi Eboracenſis defectio: inter Weaveri Cantilenas ac Poemata edit. ao. 1654. leguntur, teſtante, *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 278. a.

(676) CLEVIER, *Thomas du: Bonav.* des PERIERS. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez. pag. 543.

(677) CLORIO *Cariopi Carcaria, Anaſſaride di: Jean-Baptiſte* NOCETO. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 543.

(678) *Firmianus* CLORUS, idem eſt qui VIRETUS, ut patet ex indice librorum prohibitorum Tridentino, qui eſt Sotomajoris p. 49. b. Nihil de eo habent Bibliotheca Friſio-Geſneriana nec Melchior. *Adami* in vita Vireti.

(679) CLOUSET, ou le Sieur de Clouſet. *Anagrammaticum* involucrum eſt *Job.* COUSTELLI, quanquam ejusdem adjutor fuit in opere, quod ſub Clouſeti nomine emiſit Couſtel, *Iſaac* le MAITRE, ut docet *Bailletus*, deguiſemens des Auteurs p. 292. 293. & in ſubjecto indiculo p. 543.

Quid nam vero libri ſub hac larva editum ſit in publicum, ibidem non memorat; ſperamus

ramus tamen illud aliquando orbi literato indicaturum.

CLUSIUS v. *Gratianus.*

---

(680) *Joannis* CLUVERII notiſſima *Epitome Hiſtoriæ Univerſalis* in 4. aliquoties edita, quomodo JESUITÆ auctoris ſit & illi cuncta in favorem Sylveſtri II. Pontificis, dicta Lutherano indigna, debeantur, vide recenſentem Amiciſſimum mihi Dn. *Detlevium Marcum â Frieſe* in litteris ad Nobiliſſimum Georg. *Schroteringium*, datis communicatisque mihi, cujus hic (a) excerpta damus.

(a)

## Extract-Schreibens Hrn. Frieſen/ de dato Stetin 4. Sept. 1697.

Als ich dieſer Tagen auf Pabſts *Sylveſtri II.* (welcher / da er noch *Gerbertus* hieſſe / *Hugonis Capeti* Sohn *Robertum*, hernach *Ottonem III.* Röm. Käyſer/ *informir*te) Leben geriebt/und dabey Anfangs in *I. Jac. Hofm. Hiſt. Paparum p.2.p.m.71. & ſeqq.* mit Verwunderung laſe / was ſelbiger ſo ſicher aus andern her ſchreibet / gleich auch die welche er *allegir*t gethan / ſonderlich / Cluverus in Ottone 3.p.m.454.b. (obgleich der *Jeſuite* Buſſier in Hiſtoria Francica, Mezeray Tom. 2.p.m.475. viel vernünftiger handlen/ und die boshafftige *Calumni*en übergehn) fand ich. doch / daß Boxhornius in Hiſt. univ. ad vitæ exitum Ottonis 3.p.573. & ſeqq. den Sylveſter mannlichſt vertheidiget. Ich wunderte mich aber dabey über das vom *Boxhornio* angeführte *Decretum Ottonis III.* welches er als eine rare Sache *allegiret*/ weñ er d p. ſaget: *Id cum in manus meas veniret, exhibere hic omnino neceſſarium exiſtimavi*, und muß dahero glauben / daß er des Lehmanni Chron. Spir. niemahls geleſen / weil bey dieſem ſchon *idem Decretum* L. 5.C.15.p.m.403. *de verbo ad verbum*. zu finden / und der cordate Sylveſter defendiret wird. Hiebey erinnere ich mich / was ao. *1656.* der gelahrte *Marq.* Gude mir zu *Jehna ſanctè conteſti*rte / von mir jedoch damahl unmöglich gehalten / jetzo aber geglaubet wird / wenn ob*allegirte paſſages*, und ſonderlich *Boxhornii*, gegen des *Cluverii* Schmäh-Worten gehalten werden/ und worüber ich des fürtreflichen HH. Placcii Meynung gerne vernehmen mögte.

Gemeldter Herr *Gude* ſagte dann: daß / wie 1627. der Käyſerliche Krieg in Hollſtein und Jütland geführet / und in Dittmarſchen einſt eine Käyſerliche Parthey geſchlagen / hätten *Dani* dabey ein *Manuſcriptum* erbeuhtet (welches ein mit-gebliebner gelahrter *Jeſuite* und Feld-Prediger bey ſich gehabt) und ſolches in Meldorp verhandelt/ woſelbſten es gedachtem *Cluvero* (verſtehe) *Johanni* Hände gerahten / *NB.NB.* welcher es hernacher vor ſeines ausgegeben / weil er den wahren *Autorem* erſchlagen wüſte. Dann / fuhr *Gude* fort: Obzwar *Cluverus* ein fein gelahrter Mann/ nach ſeiner Ahrt; hatte er doch bey weitem die *Studia* und *lecture* nicht/ die ſich in ſeiner *Hiſtoria* zeiget.

Ich habe ſeither wenig auf obige *Relation* und Meynung *reflectiret*. Allein/ da ich jetzo betrachte/ was Cluverus d. l. vom *Sylveſtro* ſchreibet/ welches alles nach der Päſtlich-geſinnten *Calumni*en ſchmecket / (denen auch ſo gar Lutheraner und Calviniſten/ wie am *Hofmanno* zu ſehen / nur blindlings gefolget) ſo glaub ich / daß vorbeſchriebener *Jeſuite* / der bey ſeinem Buche erſchlagen / *verus Autor* / und nicht *Cluverus* ſey/ als welcher ja *ex* Lehmann. Chron. Centur. Magdeb. *&c.* ein anders und beſſers wiſſen können und ſollen/ wenn ers nicht aus *Ignorance*, wie jener aus Bosheit / nur andern nachgeſchrieben. Einmahl iſt wol gewiß / das Pabſt *Sylveſter II.* nicht ſo ſchlimm / noch ſein Tod und Grab ſo ſchändlich geweſen / als nachgehends von ihm ausgeſprenget worden / wie man unter andern erſehen kan aus des Naudé Apologie pour tous les grands perſonnages Chap. 19.p.m.541. - - 573.

---

(681) *Merlinus* COCCAJUS al. COCALIUS. Sub hoc nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 168. a. *Opus Macaronicorum* cum Epiſtolis & Epigrammatis. Venet. 1564. in 8vo. Auctor eſt *Theophilus* FOLENGUS Mantuanus, ut docent, *Freherus* in Theatro virorum eruditione clarorum p. 1449. ſub lit. (a) *Bailletus* deguiſemens des Auteurs p. 132. 133. ſub lit. (b) *Voetius* de Atheiſmo p. 122. indicante *Symbola Normanniana*, & Admonitio ad lectorem *Gaffarelli* Curioſitatibus præmiſſa p. 4. Quibus adde *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques pag. 52. & *Jugemens des Savans* Tom. IV. part. IV. num. 1276. p. 210. 211. ſub lit. (c) ubi pleraque Folengi Scripta vera & Pſeudonyma recenſentur.

(a) *Freherus* in Theatro virorum eruditione clarorum p. 1449.

*Ad Latinas deinde* Muſas *tunc refloreſcentes converſus, cum aſſiduus Virgilii concivis ſui volveret opus ejusq; venuſtatem exprimere conaretur, ruri intra ſolitudines aliquandiu abditus, Opus novo dicendi lepore jucundum condidit, quo amœno Carmine Romanis & Hetruſcis vocibus interdum ruſticis variato, non neglectâ metri harmoniâ jocoſe aliorum facta perſtrinxit.*

*Poema id tanquam rude & ruſticum Macaroneam appellavit: ſunt enim Macarones bucellæ ex farina, ovis & caſeo factæ, quæ inter menſæ delicias agreſtibus habentur. Edidit antem id Poema ſub nomine Merlini* Coccai.

(b) Bailletus deguiſemens des Auteurs p. 132. 133.

*Je ne puis attribuer auſſi qu'au Motif de la Honte les* Maccaroniques *du prétendu* Merlin Coccaie, *parce que ces pieces ne paroiſſoient pas aſſez graves ni aſſez dignes de la Profeſſion Monaſtiq; à leur Auteur* Theophile Folengi *Moine de Saint Benoiſt.*

(c) Anonymi (Bailleti) Jugements de Scavants ſur les principeaux Auteurs, p. 210. 211. n. 1276.

*Nous ne connoiſſons presque plus* Theophile Folengi *que ſous le faux nom de* Merlin Coccaie *quoy qu'il n'ait pas publié tous ſes Ouvrages ſous ce maſque. On a de luy 1. un* Poeme des Couches de la ſainte Vierge, *& nous verrons ailleurs s'il eſt vray que* Sannazar *le luy ait derobè en qualité de Plagiaire. 2. La* Maçaronée *ou l'Ouvrage* Macaronique, *qui porte le nom de* Coccaie *3. Un autre Ouvrage en vers Macaroniques*

niques appellé Il libro della Gatta: 4. *Un autre qui n'eſt Macaronique qu' en partie, & qui s' appelle* Il Chaos del tri per uno, *ou le Dialogue des trois âges.* 5. *Un autre du Temps, intitulé* Il Giano, *qui eſt peut-eſtre le meſme, que le Poeme, appellé le* Janus de Theophile, *que le Maſcurat attribue à* Jean Baptiſte *frere de noſtre Theophile.* 6. *Des* Satyres *en vers* Macaroniques *ſous le titre: de le* Gratticcie: 7. *Un livre d'* Epigrammes *& d'* Epitres *melées de mots Italiens & latins* 8. *Puis en ſtile* Bernieſque *ou ampoullé l'* Orlandino, *ſous le nom de* Limerno Pitocco. 9. *Il a fait auſſi en ſtile ſerieux, outre l' ouvrage* Latin des Couches de la ſainte Vierge, *un Poëme de* l'Humanité de Jeſus-Chriſt *en vers* Italiens, 10. *Et un autre piéce ſur la Paſſion du Sauveur en vers hexamétres* Latins.

(682.) *Jodocus* COCH: qui & *Juſtus* JONAS, damnatus in Indice Tridentino librorum. Quid ſcripti ſub hoc nomine emiſſum ſit, apud Bibliothecarios meos non reperio. Silet & de hoc perſonato nomine *Melchior Adami* in Vita Juſti Jonæ. Binominem hunc fuiſſe arbitratur *Mollerus* Flensburgenſis, in transmiſſa *Symbola*, legiſſeque ſe hoc alicubi addit, ſed nunc non recordari, in quo tandem libro.

(683.) *Joannes* COCHART, divulgavit Pariſiis *Scholam Salernitanam*, *verſibus Macaronicis Gallicis*, quos Burlesques vocant, dedicatis viro ſummo *Guidoni PATINO*, qui ipſe tamen eorum Auctor creditur. Ut refert *Bartholinus* diſſertatione de Poëtis Medicis pag. 129. & ex eo Deckherrus de Scriptis Adeſpotis pag. 340. *Bailletus* tamen in Catalogo des Auteurs degviſez de eo dubitat p. 543.

(684.) *Bartholomæus* COCLES. Ejus nomine inſignitur *Chiromantia* quæ phyſiognomiæ ejusdem in Editione Argentoratenſi 1533. adjecta eſt. Sed Chyromantia hæc debetur *Andreæ* CORVO Mirandulano, uti *Friſius* Bibliothec. Geſner. pag. 103. b. judicat. Hæc tamen inſcriptio offendiculo fuit *Jameſio*, qui Coclitem memorat, Corvo prætermiſſo, obſervante *Symbola Normanniana.*

(685) COELESTINUS Papa I. ejus nominis. Ejus *Epiſtolæ* I. ad Gallos adjici ſolent *ſententiæ de gratia DEi, & libero arbitrio*, Cœleſtino adſcriptæ à Petro Diacono aliisque, quos recenſet *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſt. p. 59. ſub lit. (a) Abjudicantur autem ei à *Quesnellio*, ut indicat *Cave* Hiſtoriæ literariæ Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 227. LEONI M. vindicatæ, quod non admittit *Cave* loc. citat. qui potius occaſione controverſiæ Pelagianæ à privato quodam conſcriptas has ſententias autumat ſub lit. (b) Adde pag. 243.

(a) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 59.

Cœleſtini *Papæ* Epiſtolæ *exſtant in Tomis Conciliorum. Epiſtolis iſtis ſubnecti ſolent* ſententiæ *quædam* de gratia DEi & libero voluntatis arbitrio. *Quamquam autem hæ Cœleſtini non ſint, Cœleſtino tamen (quisquis earum eſt Auctor) ab antiquis olim Scriptoribus tributæ ſunt: ut à* Petro Diacono *in libro* de Incarnatione & gratia Chriſti ad Fulgentium; *à* Floro Magiſtro *in libro adverſus* Joannem Scotum, *qui eccleſiæ Lugdunenſis nomine circumfertur; ab* Hincmaro Remenſi *contra* Godeſcalcum; *à* Creſconio, Ivone *& aliis: ut* Sirmondus *in Notis ad tomum I. Conciliorum Galliæ notavit.*

(b) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 227.

*Notandum denique* Cœleſtini *Epiſtolæ* 1. *ad Gallos ſubnecti Auctoritates ſedis Apoſtolicæ Epiſcoporum* de gratia DEi & libero *voluntatis* arbitrio. *Et ita quidem ſubnexuit olim* Dionyſius Exiguus. Cœleſtino *tribuunt* Fulgentius, Creſconius, Florus Magiſter, Joannes Scotus, Hincmarus Remenſis, Ivo, &c. *V. CL.* Paſch. Quesnellius, *qui omnia pene ad augendam Leonis Papæ glariam pertrahere ſolet, Cœleſtino abjudicat,* Leoni I. *vindicat, nullius, ipſomet fatente, Codicis MS autoritate, nullo editionum anteriorum exemplo, nulla cujuſquam auctoris ſeu recentioris ſeu antiquioris ſuffragante conjectura. Verum de hac re plura forſan in* Leone Magno. *Interim dummodo res ſolis conjecturis agatur, quid ſi flagrante controverſia Pelagiana,* privatus quispiam *hæc teſtimonia collegerit, &* Cœleſtino *obtulerit, unde in ejus ſcriniis reperta, ipſius Epiſtolis ſubnectebantur? Judicent eruditi.*

COELIUS v. *Apicius*,

*Pinti*,

*Sedulius*.

(685. α) *Gamaliel* COENRAADINUS. Eſt *Henricus* GROENEWEGEN. Perſonatus ſcripſit examen theſium extraordinariarum Ant. *Hulſii* Amſtel. 1674. in 4to. Ita Catalogus Guilielmi Anſelarii habet. pag. 75. Symbola eſt Maſtrichtiana.

(685. β) COGMANDOLUS, THEONESTUS perſonatus, eſt Jeſuita *Stephanus* MOQVOT, cujus elogium hoc vide ex Oomio. (Scripſit Gallice ſecreta Calvino-Turcica melius Theomachum ſe inſcripturus.) *Oomii* verba hæc ſunt: *Hier* (van het ſchelden) *heeft met byſonder opſet zyn byſonder Werck van gemackt, den Jeſuit* " *Stephanus* MOQVOT *in een groot Bock in de Franſe* " *tale, met privilegie & approbatie uyt gegeeven in den* " *Jaer 1624. Hy die ſig uyt deſelve Societeit verborgen* " *heft, onder den verſierden naem van* Theoneſtus " COGMANDOLUS *ſchryft dus in ſyn Godloſe bock,* " Calvino-Turcicis ſecretis *conſid. IV. De religie,* " *of dat ick eigentlyk ſpreeke, het Ateiſtendom der Cal-* " *viniſten, is ſeditieus, ongeruſt, Wreed, gelyk* " *eertyts die der Egyptenaeren:* Oomius *in diſſert.* " *de praxi Theol. in de inleiding, pag. 36. a.* Symbola eſt Maſtrichtiana.

(686.) COINTUS Smyrnæus eſt CORINTHUS ille celebris Grammaticus Græcus, ut

ut ex *Reineſ.* Epiſt. 67. ad Rupert. pag. 591. docet Symbola Herteliana.

(687) COIRA. Perſonato hoc nomine impreſſa eſt Genevæ *Parænesis ad Rempublicam Venetam* quæ tamen verum Auctorem habet *Cæsarem* BARONIUM E. C. R. Cardinalem: ut patet ex Leonardi *Nicodemi* Addition. ad *Toppii* Bibliothecam Neapolitanam p. 60. nobis ſub lit. (a) excerptis. Impreſſa eſt hæc Parænesis Baronii nomine Coloniæ Agrip. 1606. in 8vo Complectitur paginas 65. Huic Paræneſi oppoſitam Antiparæneſin *Craſſi*, & cum hoc diſceptationem *Macri* vide in Additionibus *Toppii* loc. citat.

(a) Leonardus Nicodemus in Addit. ad Toppii Bibl. Neapolit p. 60.

*Cæſaris Baronii* S. R. E. Presbyteri Card. Tit. SS. Nerei, & Achillæi, Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii Parænesis ad Rempublicam Venetam. Romæ 1606. in 4to.

*Fu anche riſtampata nella Raccolta di tali ſcritture impreſſa in Gineura ſotto nome* di Coira *à carte 97. Anzi della detta Pareneſi ce ne ſono diverſe edizioni, eſſendo ſtata riſtampata in Auguſta, in Colonia, e forſe anche in Firenze; ed è ſtata ſtampata in lingua Toſcana tradotta dal Ser* Donati Florentino.

COLATO v. *S. Bellino.*

(688.) COLESTIUS *Petrus eſt Jean* BOLTHE: qui ſcripſit ſub hac larva *Auream Clavem Paradiſi*, ſeu virtutes 12. Chriſtianas, edit. Colon. 1643. in 12mo, indicante *Sotwello* pag. 424. a. adde *Witten.* Biograph. anno 1658. d. 28. Martii. Sed hic perſonæ nullius meminit.

(689.) COLET *Champenois Claude: Gilles* BOILEAU. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 543.

COLLETET WILHELMI, uxor v. *Claudine.*

(690.) COLONIENSIUM *Theologorum* aut *Eccleſiaſticorum* nomine editum *Antididagma* adverſus *Buceri* librum de reformatione Colon. 1543. videtur eſſe compoſitum à *Joanne* GROPPERO ut refert *Sleidanus* Comment. de Statu Religionis & Reipublicæ lib. XV. p. 472. ſub lit. (a) & lib. X. p. 292. cui addit *Symbola Normanniana Oſiandrum* Hiſtor. Eccleſiaſt. XVI. 251. 345. & *Fra. Paolo* Hiſtor. Concil. Trident. 128. vide & Melch. *Adami* in Vita Buceri p. 217. & Symbolam Maſtrichtianam. (b)

(a) Sleidanus Comm. de ſtatu Religionis & Reipublicæ, lib. XV. p. 427.

*Cum igitur in eo res permaneret, illi librum adverſarium parant,* & Antididagma *vocant. In ejus libri præfatione, poſt magnam vim conviciorum in Lutheranos, claris verbis affirmant, ſub Imperio Turcarum malle ſeſe vivere, quam ſub magiſtratu, qui reformationem illam ſequatur atque defendat. Hujus autem libri fuit author, ut ajunt, & architectus,* Gropperus.

(b) Symbola Maſtrichtiana. n. 1. 2.

Bucerus Mart. 1.

*Lubens hæc adeo prolixe recenſui, quod Sanctæ recordationis Martino* Bucero *debeant potiſſimum qui & illa alio poſtmodum Scripto defendit, quod* Clero Colonienſi *appoſitum Germanice edidit anno 1545. ſine ſuo nomine & cum prolixa ſub* nomine archiepiſcopi, *præfatione, ſed poſtea Genevæ 1613. Latine ſub nomine* Buceri, *& titulo defenſionis Chriſtianæ reformationis Hermanni Archiepis. Colon. prodiit in Capita diviſum, & cap. 66. defenſionem eorum, quæ hunc ritum defenſionis ſpectant exhibet, quæ in Germanico fol. 108. & ſeq. legitur. Nam quantus hic vir fuerit & quantæ perſpicaciæ in rebus Eccleſiaſticis, quam Zelo ſimul prudenti & charitate ardente fragrans, tum ex variis publicis actis tum ex ſcriptis ejus Anglicanis conſtat quæ Baſileæ ex Petri Pernæ officina ao. 1577. edita fuerunt &c.* Sam. Andreæ *in diſp. de Simone Mago theſ. 9.*

2. Gropperus

*Quondam Scholaſticus Eccleſiæ ad D. Gereonem Coloniæ poſtmodum Cardinalis. Hic eſt auctor libri cui titulus* Canones concilii Colonienſis *ſub Hermanno Archiepiſcopo anno 1536.* teſte ejus propria manu *codici meo adſcripta vid.* Voët. *diſp. de confeſſ. & apolog. part. 3. poſt quæſt. 7.*

(690. *a*) *Collegium* COLONIENSE. Ejus nomine quoque prodiit colon. 1643. *Aurora in Leone*, in *Inauguratione* Sereniſſimi *Maximiliani Henrici Bavari Coadjutoris Archiepiſcopi* colonienſis Auctore *Joanne* LEURECHON Lotharingo Barroducæo, monente *Sotwello* Biblioth. p. 469. b. Witte de hoc Scripto tacet.

(691.) Pauli COLTELLENI nomine ſcripſiſſe *Hieronymum* GOSSIUM, Phil. *Alegambe* docet pag. 451. in toto vero opere non meminerat *Goſſii*, ſed *Geſſii*, ſive *Gypſii* cujusdam Hieronymi, quem ſuppreſſo, ſed non falſo nomine ſcripſiſſe *Vitam Xaverii* memorat p. 185. & hoc nomine nobiſcum jam inter *anonymos* collocaverat. Vid. num. 1264. De Coltelleno larvato penitus ſilent cum *Alegambe* repetens eundem pro more *Sotwel* p. 341. & *Wittenius.*

(692.) Ludiomæi COLVINI *Papa Ultrajectinus*, ſeu *Myſterium Iniquitatis reductum* à Cl. V. Gisberto Voetio *in opere Politiæ Eccleſiaſticæ.* Londini 1668. in 4. ut habet titulus, ſed uti recte cenſet Dominus *Gerhard von Maſtricht*, revera Amſtelodami excuſus, occultat nomen *Ludovici* MOLINÆI, de quo latius egimus in anonymis cap. 2. num. 62. Quod autem ſuam *Paræneſin* hoc ſcripto defendere laboraverit, ipſum operis hujus principium ſtatim arguit.

Vide *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques pag. 52. & *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 544. & quem addit *Nota Marg. Diecm.* ipſum *Voet.* Pol. Eccleſ. P. 3. l. 4. tr. 1. p. 817.

(693.)

(693.) COLUMBA: *Jean* COSTER *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 544.

---

(694.) COLUMBANUS Abbas. Inter hujus carmina edita à *Goldaſto*, & illuſtrata à *Daumio*, notis quibusdam, occurrere pag. 230. dicuntur Monoſticha quæ ALDHELMI, aut ALCUINI FLACCI ſunt, apud *Fabric.* Bibl. Latinæ Append. p. 18. ſub lit. (a)

(a) Fabricius Biblioth. Latinæ Append. pag. 18.

*Idem* Daumius *incerti Veteris Poëtæ* Monoſticha *à Pithœo in lib. I. Epigrammatum Veterum vulgata*, *& diſticha ſelectiora ex Salutari medii barbariæ ævi Poëmate, & S.* Columbani Abbatis *Carmina* ex Goldaſti *editione ſubjecit cum ſuis notis. Inter illa* Columbani *p. 230. etiam Monoſticha occurrunt quæ* Aldhelmo *à quibusdam, ab aliis rectius tribuuntur* Alcuino Flacco.

de COLUMBARIO v. *Bertrandus.*

---

(695) *Bernhardi* COMENII *Cerberus triceps Anti-Chriſtianus* in cap. XIII. Apocalypſ. Germ. Stockholm. 1641. 4to. ſive iisdem literis *Henrici* MAREBODI. Incerti manu in Codice Oxenſt. Hæc *Symbola Normanniana.*

---

(696) COMES, où DE COMITIBUS, *Antonius Maria*: *Marcus Ant.* MAJORAGIUS. *Baill.* liſte des Auteurs deguiſez p. 544.

---

(697) COMICUS *Veter, Lepidus: Leon Baptiſte* ALBERTI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez, p. 544.

---

(698) COMMODIANUS *Hercules*: *Jean* de LAUNOY. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez. p. 544. v. & Hercules.

---

(699) COMPERAT de *Carcaſſone*, B. Eſtienne GOURMELEN. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez p. 544.

---

(700) *Principis* di CONCA nomine reſpondit Cammillo *Pellegrino Torquatus* CRASSUS. vid. Additiones *Leonardi Nicodemi ad Toppii* Bibl. Neapol. p. 56. b. ſub lit. (a)

(a) Leonardus Nicodemus in Additionibus ad Toppii Bibliothec. Neapol. pag. 56. b.

A carte poi 287. *è la riſpoſta di* Torquato Craſſo *à Cammillo Pellegrino in nome dell' Principe* di Conca, *la qual principia*

Gia preſo avea lo ſtil ſenza arte, e ſenza
Maggiore ſtudio, onde le carte io ſegno,
Seguendo de' Miglior l'alta ſentenza.

---

(701) *Alphonſus* à CONCEPTIONE, eſt F. *Alphonſus* HIDALGO, ordinis B. Mariæ de Merzede. Scripſit ſive Hiſpanice ſ. latine (1) *Quinque dulciſſimas Conſiderationes de Sacro lateris Jeſu Chriſti foramine* ſ. Stigmate. (II) *Decem* alias *de Sanctisſimo Euchariſtiæ Sacramento,* in illa verba Cantic. III. ferculum fecit ſibi Rex Salomon, &c. vid. *Nicolai Anton.* Biblioth. Hiſpan. p. 22. a.

---

(702) *Antonius* à CONCEPTIONE: *Anton.* de VIMARAEN, où *Anton.* de SIENNE. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez p. 544.

---

(703) *Petrus* à CONCEPTIONE. Prodiit hujus nomine Valionæ ut præfert 1661. in 8. Cæſarauguſtæ 1662. apud Bernardum Nogves Hiſpanice *Soplos en defenſa de la Pura Concepcion de Nueſtra Sennora*, contra algunos atomos, que ſe an levantado y opueſto al Sol de la Verdad. Auctor eſt *Petrus* de ALVA, & ASTORGA, indicante *Nicol. Antonio* Bibliothec. Hiſpan. p. 134. a. Tom. II. adde *Bailletum* deguiſem des Auteurs p. 312. & in Catal. p. 544.

---

(703) CONCHETTA, *Toddaro: Julien* ROSSI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 544.

---

(704) CONCHIS, *Guilielmus de: Helinand de* FROIDMONT. *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez p. 544

---

(705) CONCHLAX: *Pamphile d'* ALEXANDRE ait *Bailletus* in catalogo des Auteurs deguiſez, p. 544. At NICANDRUM ſub ficto Conchlacis nomine ὀφιονικὰ edidiſſe, notat *Galenus* VII. de Medicament. ſimplicibus. *Lambec.* Lib. II. Bibl. pag. 541. & ex eo *Faber* in Centur. Plagiar. p. n. ult. in fine.

---

(706) CONDREN, *Carles de*: TOUSSAINS des MARES, & Charles de Condren conjointement, avec *Paſquier* QVESNEL. vide *Bailletum* in Catalogo des Auteurs *degviſez*, p. 544. & degviſem. des Auteurs p. 292.

CONFESSOR v. *Maximus.*

---

(707) *Jacobus* CONGELSHOVIUS. Ab eo conſignatæ ſuperſunt *res Argentinenſium*, ab origine Urbis usque ad annum Chriſti 1400. Germanica lingva contextæ, indicante *Voſſio* de Hiſtor. Latinis pag. 544. Eum arbitratur Joan. *Hallervordius* eundem cum Jacobo de KONIGSHOVEN, cujus extat *Chronicon* productum ad annum usque 1456. in Spicileg. de Hiſtor. latin. p. 98 99. At *Sandius* ad Voſſium p 205. & 206. hunc putat eundem cum Jacobo de Küningshoven, qui vitas ſcripſit Epiſcoporum Argentinenſium, quem *Hallervord.* p. III. vocat JOANNEM DE KONINGSHOVEN. *Sandii* verba ſub lit. (a) excerpſimus.

(a) Sandius ad Voſſium pag. 205. 206.

*Jacobus Congelſchovius conſignavit res Argentinenſium usque ad annum* cIↄ CCCC. *Hunc quidem pulcre conjicit Hallervordius, eundem eſſe cum Jacobo de Konigshofen; Sed quid diceret ad id, quod Autor hic*

*hic Chronicon ſuum perduxerit usque ad annum 1456. Non dubium autem, quin idem ſit cum Jacobo de Küningshofen, Argentinenſis chori præbendario, quem refert Wimphelingus ſcripſiſſe de vitis Epiſcoporum Argentinenſium, in Dedicat. libri ſui. Hallervordius illum perperam vocat Joannem de Küningshofen.*

(708) CONGREGANS, *Filius Vomentis:* AGUR FILS DE JAKE. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 544.

(709) CONIMBRICENSIS COLLEGII Commentarii *in Phyſica & Ethica* Ariſtotelis, cum primis debentur *Coſmæ* MAGALLIANO, Luſitano Bracharenſi Societatis Jeſu. *Ribad.* Catal. Script. Societ. Jeſ. De his quidem non memorant *Alegambe* p. 86. & *Sotvel.* p. 161. at Eum, qui in Collegii Conimbricenſis Commentariis extat, in Problemata Ariſtotelis librum expreſſe huic *Coſmæ Magalliano* tribuunt locis citatis. Et *Commentarii* quidem in *duas Partes* diviſi, quarum *Prior* tres Ariſtotelis libros pagg. 542. *Poſterior* V. libros p. 524. comprehendit in editione Colon. 1616. Utrique Parti neceſſarii indices ſubjecti ſunt. II. *Commentarii* in *Ethica* Ariſtotelis IX. diſputationibus p. 94 abſolvuntur in edit. Colon. 1621.

Aſt hi iidem Commentarii à Nicolao Antonio Biblioth. Hiſpan. p. 267. aſſeruntur *Emanueli* de GOES, Jeſuitæ, cum cæteris, nempe (a) in libros *de Cœlo, & Meteoris*, qui extat per quæſtiones, columnis 548. cum indice X. foliorum edit. Colon. 1618. V. in libros de anima, cum Tractatu *de anima ſeparata*, *problematibus de ſenſu*, columnis 694. cum Indice 19. paginarum. Edit. Colon. 1617. Extat eodem Collegii Conimbricenſis nomine Commentarius VI. *in Ariſtotelis Dialecticam*, qui *Bipartitus* conſpicitur in Edit. Colonienſ. 1611. *Prior* columnas numerat 56?. poſterior 768. præmiſſa Summa Quæſtionum, continens folia quatuor, ſubjectusque in fine Index rerum folior. XI. De hoc autem in Logicam Commentario notat Nicolaus *Anton.* quod ejus loco ab anonymo emiſſus ſit *alius* eodem *Conimbrienſium nomine*, illis plane indignus. Francof. 1604. ad quem abolendum *Collegii ejusdem appellatione* uſus, *Sebaſtianus* COLETUS genuinos *Commentarios in Logicam* Ariſtotelis emiſerit, eos nempe, qui una cum cæteris jam laudatis per manus eunt.

(710) CONINGII, *Antimi* nomen eſſe *Honorati* FABRI Jeſuitæ, detegit *Sotvell.* Bibl. Jeſuit. p. 350. a. & *Villani* Viſiera Alzata; hiſce verbis:

LXVI. HONORATO FABRI. Gieſuita Franceſe della Breſſe, ſotto nome di *Antimo Coningio* publicò.
*Pulverem* Peruuinum *Febriſugum* Romæ Typis Hæredum corbelletti M. DC. LV. 8.

Unde corruit ingenioſa *Baylii* conjectura, quod *Conygius* hic legi debeat: nempe formato nomine ex Græco, quod *pulverem* notat. Adde ſupra in *Antimo* dicta.

(710. *a*) CONNESTABLE, *Henry Jacques* DAVY DU PERRON. Baillet liſte des Auteurs deguiſez. p. 544.

(711) CONRARTI nomine impreſſus eſt Pariſiis *de Oratoria Actione* libellus 1686. ling. Gallica, verſus latine a Melchiore *Smidio* 1690. Helmſtad. qui verum operis ſimul Auctorem detegit Michaëlem FAUCHERIUM. vid. *Acta Erud. Lipſ.* ao. 1690. p. 368. ſub lit. (a) *Bibliotheque Univerſelle* & Hiſtorique de l' Année 1688. tom. 8. p. 424. & *Giornale de' letterati Ferrareſe*, l' an. 1691 Fevrar. p. 63. indicante *Symbola Junckeriana* ſub lit. (b) Prodiit hic liber ſine Auctoris nomine Pariſ. 1656. 1667. & aliquoties alias, de quo vid. in Anonymis num. 2403. plura, ubi ſimul occaſio hujus Conrarto per errorem tributi operis detegitur.

(a) Acta Er. Lipſ. A. 1690. p. 368. *Utile futurum quod dixeramus in Actis anni 1687. menſe Jan. p. 18. inſtitutum, ſi quis Gallicum de oratoria actione libellum Latinum redderet, proſpere executus eſt Academiæ Helmſtadienſis, quæ & Julia a conditore dicitur doctiſſimus Profeſſor* Melchior Smidius. *Cui etiam acceptum verum nomen autoris ferendum eſt; quod Galli, poſtquam A. 1676. Lugduni abſque ullo autoris nomine libellum dederant, decennio poſt Pariſiis* Conrarti *eſſe commenti fuere; quod etiam recuſa in* Belgio *expreſſit editio. Michaelem* Faucherium *autem verum ejus autorem eſſe, Eccleſiæ Carentonienſis quondam Miniſtrum, in Præfatione doctiſſimus Interpres monuit.*

(b) Symbola Junckeriana.
*Melchior* Schmidio profeſſ. *Helmſtad aridutto in idioma latino il libro:* Actione Oratoria *ſeu* de pronunciatione & geſtu, *ex gallico, Helmſt. 1690. 4. che fu ſtampato in Lione in lingua franceſe l' anno. 1676. ſenza il nome di autore, l' anno. 1686. fu riſtampato pure nell' iſteſſo idioma come parto & opera di* Conrarto, *il che l' interprete noſtro (nempe* Schmidius*) dice nella prefazione al Lettore, detto nome eſſer ſuppoſititio e falſo, e che il vero nome dell' autore ſia* Michaële Faucherio *già un tempo miniſtro della Chieſa Carentonienſe.* Ita in Giornale de' Letterati Ferrareſe, l'anno 1691. Feurario p 63.

CONSCIENTIOSUS v. *Chriſtianus.*

CONSENTINUS v. *Parrhaſius.*

CONSTANS v. *Antiſtius.*

(712) *Veridicus* CONSTANS *libellum famoſum* vulgavit ao. 1677. *in Samuelem Puſendorffium, qui in epiſtola ad amicos* hunc fœtum Nicolao BECKMANNO, Exprofeſſori Lundinenſi adſcribit, uti ex ipſa memoratæ epiſtolæ inſcriptione apparet. Extat autem hæc Epiſtola in Specimine Controverſiarum à Puſendorffio edito Upſal. 1678. in 8. à p. 219. ad p. 270. & in *Eride Scandica* ed. Francf. 1686. in 4to. p. 111. ad 139.

(713) ANTOINE CONSTANTE: Prodiit ſub hoc nomine primum, liber inſcriptus: *Defenſio Doctrinæ Veteris, de Euchariſtia &c.* qui

qui poſtmodum recuſus, verum Auctoris nomen in fronte præfixum habuit, *Petri* MARTYRIS *Vermilii*, docente *Teiſſierio* Tom. I. Eloges des Savans. p. 207. *Oppoſitum* videtur hoc ſcriptum libello *Gardinerii*, quem hic ſub nomine M. Antonii Conſtantii ediderat.

(714) Collegii CONSTANTIENSIS S. J. nomine, *Silvi Caſtrium*, ſeu *Aureum Equitem Illuſtriſſimo Principi*, *Epiſcopo Conſtantienſi*, *oblatum* a Jeſuita Germano, *Joanne* BISSELIO, ſcribit *Alegambe* p. 228.

Adde *Sotvellum* Biblioth. Scriptor. Societ. J. p. 422. a.

CONSTANTINOPOLITANUS v. *Andronicus*.

v. *Germanus*.

(715) CONSTANTINUS Germanicus. Quod illo nomine circumfertur *Itinerarium Politicum*, eſſe P. A. OLDENBURGERI, & ſtylus ipſe, & plurimorum Typographorum teſtimonium facile perſuadent. Quibus accedit etiam *Deckherrus* in literis ad me datis Spir. 6. febr. 1677 & D. *Höhn* in præfatione itineris Juridici pagina 2. Prodiit Coſmopoli apud Levinum Erneſtum von der Linden/ cum præfatione Auctoris & Indice locupletiſſimo, anno editionis & loco vero non expreſſis. Ipſe tractatus nullis nec libris nec Sectionibus capitibusve diſtinctus, paginas in univerſum 631. complectitur.

(716) CONSTANTINUS Imperator de *Agricultura*, quod citetur adhuc *Naudæo* Bibliogr. Polit. p. m. 17. miror. Quandoquidem jam olim eos libros, Conſtantino IV. Pogonato dedicatos, auctori vero CASSIO DIONYSIO *Uticenſi* vindicaverunt Viri docti, de cujus libro ex *Magonis* Punico verſo v. *Plin*. lib. 18. cap. 3. *Crinit*. de hon. diſcipl. l. 4. c. 2. & quæ fuſius habemus dicta in *Rhodianis* num. 4. Editio Lugdunenſis 1658. in 8. utrumque nomen *Dionyſii & Conſtantini* præfert.

Thomas *Hyde* autem in Catalog. Bibl. Bodlejan. pag. 209. b. DIONYSIO adſcribit ſoli hos libros 20. Conſtantino abjudicatos. Alii hæc opuſcula ſub nomine γεωπονικῶν tribuunt CASSIANO BASSO, qui ex variis rei Ruſticæ Scriptoribus ea collegerit; inter quos eſt *Almeloveen* in Syllabo Plagiariorum pag. 5. & 6. ex Jun. Animadv. lib. 6. cap. I. Alii FLORENTINO, alii POGONATO CONSTANTINO Imperatori. Unde hæc verba legas apud Fr. *Redi* de „generat. inſector. p. m. 67. Juba Lybiæ Rex apud „Florentinum lib. XV. inſtitutionum Agricultu„ræ, attributarum CONSTANTINO *Pogonato* „Imperatori vitulum in arcam ligneam includi voluit, & p. 79. *Gaſſendum* citat, hos libros etiam FLORENTINO tribuentem. v. *Corvinus* præfat. in ejus fragm. cum *Dubravio* editum 4. m. 535. NB. Extat ejus verſio Italica Nicolo *Vitelli* 8. Venet. 1542. cum præfixa præfatione d'uno innominato autore Conſtantinopolitano, quale affirma queſta opera eſſere di Conſtantino Ceſare. Cum vero hæc verſio ſit ex *Cænani* latina; ſine dubio & illi ea præfatio erit adjecta.

Sed aliud dubium adhuc oritur: Sitne IMPERATOR CONSTANTINUS, cujus cura hi libri concinnati ſunt, POGONATUS, an vero PORPHYROGENITUS? Illi communiter aſſignatur, ſed ad hunc inclinat *Voſſius* apud *Lambecium* Bibliothecæ Cæſar. lib. VI. pag. 165. ſub lit. (a) Debentur autem in his libris multa PAMPHILO Grammatico Alexandrino, ut evincit *Lambecius* Bibl. Cæſ. lib. II. pag. 537. 540. 541. ob prolixitatem omiſſus

*Rhodianis* olim addita ſic habent.

IV. Scav. num. 32.

CONSTANTINUS de *Agricoltura* DIONYSIUS UTICENSIS.

Intelligit γεωπονικὰ ſeu *de RE Ruſtica ſelecto*„*rum libros XX.* Græcos, Conſtantimo Cæſari non„cupatos, & *Jo. Alexandri Braſſiani* opera in lucem „datos Baſileæ 1539. in 8. cum præfatione, *Simonis Grynæi*, quo teſtante, *liber hic olim cum ge*-„*nitus privatus eſſet*, *in Imperatoris familiam adſcri*-„*ptus*, *Auctoris ſui nomen cum patroni nomine feliciter*„*adeo commutavit*, *ut Conſtantini verus filius*, *qui ado*-„*ptatus tantum erat*, *haberetur diceretur que*. Hoſce„libros *Caſſii Dionyſii Uticenſis* nomine primus quod„ſciam *Antonius Vincentius* Lugduni 1543. in 8„edidit ex interpretatione *Jani Cornarii Medici*, cui„præfixa *Sulpitii Sapidi* Epiſtola de Auctoris de-„tectione pluribus agit, a quo libros etiam„hoſce primitus ex Punico *Magonis Carthaginenſis*,„translatos eſſe diſcimus. Eosdem libros etjam,„interpretatus eſt *Antonius Lacuna* Segobienſis Me-„dicus, & Cornarii interpretationem Scholiis,„additis reprehendit, teſte Andrea Schotto in„Bibliotheca Hiſpaniæ Tom. I. claſſ. 8. p. 330.„Dionyſio vero Uticenſi deberi, confirmat eti-„am ex *Nicolao Gutberto* de Murthinis cap. 2. pag. 23.„*Henr. Ernſtius* Obſerv. variar. lib. 2. cap. 36. Adde,„*Geſnerum* ſub nominibus *Caſſii Dionyſii Uticenſis*, ac„*Magonis*, ubi ipſum conſulere operæ pretium,„eſt. Prodierunt autem hi ipſi libri ſub titulo,„*Librorum Imperatoris Conſtantini de Agricultura Inter*-„*prete Jano Cornaro* Ven. 1538. in. 8. *Caſſiano Baſſo* ne-„ſcio cui libros eoſdem adſcribit *Adrianus Junius*,„*in Animadverſionibus ſuis*. *Geſneri* quoque, *Biblio*-„*theca à Simlero* recognita, p. m. 116. hæc habet *Caſſi*-„*ani Baſſiani liber vetuſtiſſimus manuſcriptus dicitur apud*„*Monachum quendam in Italia latitare*, *Cæſaris nomine*,„*de Agricultura*. Ipſi libri valde ſunt commen-„dabiles rei ruſticæ Phyſicæque ſtudioſis. Addit hic margo Diecmannianus ſequentia.

*Vid.* Fabri *Decadem Decadum de Plagiar. & Pſeudonym.* 100. *Conringium librorum* Dubravii *de piſcinis*, *quos recudi curavit*, *pag.* 103. *ſſ. Phil.* Mauſſacum *in Iudicio de Plutarcho & ſcriptis ejus*, *quod in edit. Græcolat. Oper I. Plutarchi Ffr. ao.* 1620. *fol. Tom. I. legitur.* Moller. *Homonymoſcop. p.* 441. *ſſ.*

Addit quoque Margo *Maſtrichtianus* Clar. *Schilterum* de libert. Eccleſ. Germ. lib. II. c. 9. §. 10. Ant. *Auguſtini* Dialog. 6. lib. I. de emendat. Grat. p. 44. edit. Pariſ.

(a) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. Libri VI. p. 165.

*Quamvis igitur Janus* Cornarius *ut ſupra memoratum eſt, collectionem horum* Geoponicorum *adſcribat Imp.* Conſtantino Pogonato, *ſunt tamen plures alii, qui eam attribuunt Imp. Conſtantino, ejus nominis* Septimo, *Cognomine* Porphyrogenito. *Inter eos enim eſt etiam Vir doctiſſimus* Gerardus Joannes Voſſius, *quippe qui Libri ſingularis de Philoſophia capite ſexto, §. 23. poſteriorem hanc opinionem approbat his verbis:* De agricultura ex Græcis præter Heſiodi Ἔργα, & Arati Προγνωστικὰ, adeantur Geoponicon Libri Viginti: ſive eos collegit Vindanius Anatolius Berytus, quem duodecim de Agricultura Libros collegiſſe autor eſt Photius; ſive Dionyſius Vticenſis, ut videtur velle Brodæus; ſive Caſſianus Baſſus, ad quem Hierocles Mulomedicus ſcripſit. Sane de Vindanio verum non puto, quia in illis ipſis Geoponicis inſeruntur Obſervationes nunc nomine Vindanii, nunc Anatolii, nunc Beryti, ut inter Autores potius, è quibus collectum id Opus, eſſe videatur. Collecti vero ſunt cura Conſtantini Auguſti, Leonis Auguſti filii, Baſilii Macedonis nepotis, qui Conſtantinus πορφύρας ἀπόγονος, vulgo Πορφυρογεννήτης, ſed rectius ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ nuncupatur. Ex Viginti illis Libris priores duodecim ſunt de Agriculturæ ratione, octo autem poſteriores de natura & educatione animalium. Græce hoc Opus primus exhibuit Johannes Alexander Braſſicanus; latine vertit Janus Cornarius: ſed poſteriores octo longe majori cura tranſtulit, atque una cum Caſtigationibus ſuis edidit Andreas à Lacuna Segobienſis. Complures etiam alios, qui de Agricultura ſcripſerint nominat Photius tmemate CLXIII, ubi de Vindanio Anatolio loquitur. Hucusque *Voſſius.*

---

(717.) CONSTANTINO Imp. tributa lex C. de naufragiis, ex ſtylo evincitur eſſe ANTONINI PII a Salmaſio de modo uſurar. cap. 5. p. 202. an ſolide, judicet Lector. v. Arnis. de ſubjectione & Exemtione Clericor. c. 6.

---

(718.) CONSTANTINI MAGNI *Donatio* toties falſi convicta eſt â Viris ſummis Theologis, ICtis, Politicis, vel peculiaribus ſcriptis, vel pro argumenti ratione, ac re nata ſimul inter alia quæſtionem hanc agitantibus, ut idem velle hic prolixe docere, foret actum agere. Hoc tantum ea de re nunc commemoraſſe ſuffecerit: Editam eam eſſe Donationem, una cum Donatione Othonis III. Sylveſtro II. Papæ factam, in qua de fide & auctoritate Conſtantinianæ teſtimonium perhibetur, cum Commentariis anonymi, typis Gothardi Voegelini in 4. dedicatam illam quidem Jacobo Magnæ Britanniæ Regi, A. D. 1610. hanc vero Leonardo Donato, Duci Venetæ Reip. 1607. Eos ego Commentarios parum abfui, quin doctiſſimo ISAACO CASAUBONO adſcriberem, ſed cum adhuc ea de re dubium ſupereſſet, nolui *anonymis* noſtris id inſerere. Vide *Caſauboni* mentem in præfatione Exercit. Sacrar. fol. m. 6. & in ipſa exercitat. 15. pag. 420. Auctor vero figmenti de Donatione Conſtantini Magni, detegitur opuſculi poſterioris pag. 8. & pag. 21. JOHANNES DIACONUS cognomento *Digitorum.* Adde Bodinum de rep. l. 1. c. 9.

Suppoſititiam quidem donationem hanc *ſeptem rationibus* evincit *Du Pin* Nouvelle Bibl. Tom. II. p. 20. 21. ſed J. *Diaconum* Auctorem non agnoſcit, quin potius Collectionum ISIDORI Auctori tribuit p. 23. ſub lit (a) Quod & ex illo obſervat *l' Hiſtorie des Ouvrages des Savans* Novemb. 1687. Tom. I. pag. 288. ſeqq. *Duodecim* diverſa hujus donationis reperiri *inſtrumenta* aſſerit Henning. *Arniſæus*, de Subjectione & Exemtione Clericorum. cap. VI. (quod integrum de hac donatione agit) p. 169. ſub lit. (b) Quin & ab ipſis Pontificiis eam pro ſpuria agnoſci ibidem docet. Inter quos eſt Jeſuita *Maimburg*, allegatus a Paulo *Vindingo* in epiſtola, quæ *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis ſubjuncta eſt pag. 352. Alios ſcriptores ſuppoſititiam hanc eſſe Conſtantini Donationem evidenter demonſtrantes recenſent *Olearius* Abac. Patrolog. p. 119. ſub lit. (c) & *Sagittarius* Introduction. ad Hiſtoriam Eccleſiaſt. pag. 611. 612. ſub lit. (d) Vide etiam *Arniſæum* loc. cit. cap. VI. p. 176. ſeqq. Promovere hanc Romanorum in ſupponendis variis libris, & hac etiam Conſtantiniana donatione, fraudem maximo ſtudio anniſus eſt *Cicarellus*, monente Magnifico D. *Maiero* in Diſſertat. Epiſtolica. Addit & alia ſcripta contra hanc donationem Tom. III. Autographor. Lutheri & Coætaneorum pag. 69. 70. (e) Cœterum Commentarium in hanc Conſtantini Donationem non tam *Caſaubono*, quam *Marquardo* FREHERO adſcribere vult *Deckherr.* de Scriptis Adeſpotis pag. 118. 119.

II. Citatur quoque Conſtantini Magni nomine ab EUSEBIO *Oratio ad Patres in Synodo Nicena*, & alia ab hac diverſa à GELASIO, quam tamen ab ipſo potius Hiſtorico fictam judicat *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 96. b. ſub lit. (f)

(a) DU PIN Nouvelle Bibliotheque des Autheurs Eccleſ. p. 23. T. II.

*Tout ce que nous venons de dire de l'établiſſement & de l'accroiſſement de la domination des Papes, fait voir que ce n'eſt point à Conſtantin, mais à nos Rois, qu'ils ſont redevables des fondemens de leur Souveraineté; & par conſequent que l'* Edit de Donation, *qui porte le nom de Conſtantin, eſt entierement ſuppoſé; mais il eſt aſſez difficile de deviner qui eſt l'Auteur de ce faux monument, & le motif qui l'a fait fabriquer &c. Quelques-uns attribuent ce faux monument à l'Auteur de la Collection* d'Iſidore, *grand & celebre fabricateur de ces ſortes de pieces. Cette conjecture eſt la plus probable, mais elle n'eſt pas encore certaine, & il vaut mieux ſuſpendre là-deſſus ſon jugement, que de s'arrêter à des conjectures peu ſolides.*

(b) Arniſæus, de ſubjectione & Exemtione Clericorum cap. VI. (quod integrum de hac donatione agit) p. 169. 170.

Dona-

Donationem *hanc diverſis verbis, diverſoque ſenſu proferunt*, Melchiades, *in c.* Futuram. *12. q. 1. & Acta beati Sylveſtri, quæ* Gelas *apud Burchard. lib. 3. c. 217. inter hagiographa reponit, quanquam authorem ignorari confitetur, quem* Auguſtinus Eugubinus *in lib. de Donat. Conſt. ab* Euſebio Cæſarienſi *ſcriptum falſo diſputat contra* Vallam, *cum non tantum ſtylus cum Euſebio non conveniat, ſed nec hiſtoria, quam Euſebius in vit. Conſtant. vel non enarrat, quod maxime facere debuiſſet, vel plane aliter, imo modo contrario. Eandem aliter* Palea *c.* Conſtantinus *96. diſt. aliter Leo IX. in Epiſt. 1. ad Michaël. aliter* Balſamon, *in Photii nomocanon. t. 8. c. 1. & Matthæ.* Blaſtar. *IC. in ſynopſ. Jur. Canon. c. de* Bulgar. Cypr. & Iber. *aliter* Nicolaus *III. in C.* fundamenta de Elect. *n. 6. aliter* Petrus Damian. *in diſcept. Synodali*, Martin Polon. *ſub Sylv.* Alber. de Roſat. *C. de* off. præf. Vib. Anſelmus, Deus dedit, Ivo Carnut. Eugubinus: *aliter alii proponunt: Ita ut vel hoc nomine donatio ſuſpecta eſſe debeat, cum duodecim ejus diverſa inſtrumenta proferri poſſe ſcribat autor comment. ad Donat. Conſt. ad Regem Britan. quia tabulæ plures ejusdem actus inter ſe congruere debent, ne ipſe Conſtantinus eas rejiciat, qui dicit: l. ſcripturæ 14.* C. *de fid. inſtrum.* Scripturæ diverſæ & fidem ſibi invicem derogantes, nihil habere firmitatis poſſunt: Et ubi repugnantia inter ſe in teſtamento jubentur, neutrum ratum eſt. *L. ubi repug. ff. de R. J.* Et quod pluribus datur, quando non apparet, cui datur, nulli competit *l. ſi quis de pluribus: 27. de reb. dubi.* Acta *enim* Sylveſtri *&* Palea, *Palatium Lateranenſe, Romanam urbem & omnes Italiæ ſeu occidentalium regionum provincias, loca & civitates Sylveſtro attribuunt.* Anſelmus, *lib. 4. in rubr. c. 32.* Deus dedit, *lib. 4. c. 1. Edicti ſummam talem proponunt, quod* Conſtantinus *Imperator Papæ conceſſit coronam & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus.* Melchiades: *dona immenſa contulit, & fabricam templi primæ ſedis beati Petri principis Apoſtolorum inſtituit, adeo ut ſedem imperialem, quam Romani Principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro, ſucceſſoribusq; ſuis profuturam, concederet.* Nicolaus *III. ſolius urbis Romanæ meminit. Petrus* Damianus *ait:* Palatium Lateranenſe, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo jure conceſſit: regnum Italiæ judicandum tradidit. *Alius igitur*, ſedem imperialem, *alius* Romanam urbem, *alius* Palatium Lateranenſe, *alius* habitum, & dignitatem regalem *traditam ſcribit, alius* totum imperium occidentale, *alius* Italiam tantum *judicandam conceſſam: cuinam creditis? cum omnium ſit eadem fides. Certe quia non apparet, utri credendum, ſatius fuerit, neutri fidem habere, per d. l.* ſi quis.

(c) Olearii Abacus Patrologicus. pag. 119.

*Omnia & ſingula iſthæc unicus* Gualtheri *ſiſtit libellus.* Labbeus *quoq; Tom. 1. diſſ. pag. 237. iſtud Conſtant.* Donationis *edictum in dubium merito revocatum eſſe fatetur.*

(d) Sagittarius Introductione ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam p 611. 612.

Donationem *Sylveſtro Papæ (ut volunt) factam, ex editione* Bartholomæi Picerni de Monte Arduo, *cum Laurentii* Vallæ *in Donationem illam Declamatione, ex* Ulrici Hutteri *ad Vallæ Declamationem* præfatione, *& aliorum de eadem Donatione* judiciis, Ortvvinus Gratius *in faſciculo rerum expetendarum & fugiendarum publicavit. Eandem Donationem, non ut à* Gratiano *truncatim, ſed integre editam, cum verſione duplici*, Theodori Balſamonis, & Matthæi Blaſtaris, *& Commentariis illuſtratam, vulgavit* Marquardus Freherus. *Libros V. de hac Donatione ſub alieno nomine in lucem dedit* Raphael Caſtellus, *Bononienſis, Soc. J. Fictitiam commentitiamq; hanc donationem complures ſingularibus ſcriptis oſtenderunt, & in his* Caſpar Bitſchius, *Ic. Argentoratenſis*, Joachimus Hildebrandus, *Helmſtadienſis*, Johannes Himmelius, *Jenenſis, &* Gilbertus Voëtius, *Ultrajectinus Theologi: M.* Michaël Haynovius: *ut alios taceam, partim ab* Hottingero *in Elencho Scriptorum ſuppoſititiorum laudatos.*

(e) Autographorum Lutheri & Coætaneorum Tomus III. p. 69. 70.

Donationis *quæ* Conſtantini *dicitur, Privilegium Bartholomæo Pincerno de Monte arduo: ad Julium II. Max: Pontif. Interprete. Laurent. Valla Patritii Romani, contra ipſum, ut falſo creditum & ementitum privilegium Declamatio. Cum Ulrici Hutteni Equitis Germani, ad Leonem X. Pontif. Max. præfatione, dat. 1517. Nicol. de Cuſa, tit. S. Petri ad Vincula de Donatione Conſtantini. Antonius, Archi Epiſcopus Florentinus de eadem re. R. P. D. Hieronymus Paulus Cattalanus, J. U. D. ac Cubicularius Alexandri VI. Pontif. Max. de eadem donatione.*

(f) Cave Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſ. pag. 96.

Oratio ad Patres in Synodo Nicæna, *ap. Euſeb. vit. Conſtant. in l. 3. c. 12. Aliam ab hac & multo prolixiorem exhibet* Gelaſius *Cyzic. Hiſt. Concil. Nicæn. l. 2 c. 7. quam tamen potius ex Hiſtorici ingenio fictam, quam revera à* Conſtantino *habitam merito quis ſuſpicari poſſit.*

CONSTANTINUS V. à *Monte laboris.*

- - - - - - - V. *Opelius.*

(719.) CONSTANTINUS *Monachus* CASSINENSIS. Ejus extat *Pantechni* imo *parva* techni ſ. *ars* parva *Galeni.* Eſt autem liber IX. RASIS, *Ravius ad* Geſnerum, qui mox addit, Conſtantinum Meſvem & Raſim ex Arabico in latinum tranſtuliſſe, eosque ſuppreſſo nomine edidiſſe. Hucusque *Symbola Normanniana.*

(720.) CONSTANTINUS PORPHYROGENETA. Lib. II. de Them. Th. 9. quæ de *Urbe Liſſo* ſcripſit, verbotenus deſcripſit ex STRABONE, Lib. VII. p. 316. teſte Luca *Holſtenio* in not. in *Stephanum de* Urbib. p. 191. Hæc ex *Almeloveeni* Syllabo Plagiariorum p. 12.

(721.) *Robertus* CONSTANTINUS, qui Montalbani Medicinam fecit, ſua ex SCALIGERO *in Avicennam Scholia* deſcripſit. Scaligerian. I. p. 12. Inſimulabatur, ac ſi notas Julii Cæſaris Scaligeri plagio ſublegiſſet; ſed eas edendo, hoc Crimine ſeſe abſolvit *Colomeſius* Galliæ Oriental. pag. 103. Vide *Almeloveen* Syllabi Plagiar. pag. 12.

---

(722) *M. Antonius* CONSTANTIUS, Theologus Lovanienſis. Ejus nomine editum eſt Pariſiis 1552. Volumen *de Euchariſtia contra Capharnaitas.* Verus Auctor eſt *Stephanus* GARDINERUS, Anglus, & regnante Maria, Angliæ Cancellarius, ut indicant, *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 675. b. *Miræus* Biblioth. Eccleſ. Part. II. p. 51. c. 65. ſub lit. (a) John. *Parike* the fall of Babel 54. Oxon. 1608. in 4to. docente *Symbola Normanniana.* Quibus addit *Mollerus Flensburgenſis Epiſtolas Theolog.* & Eccleſiaſt. præſtantium & Eruditorum virorum, præcipue *Remonſtrantium* pag. 132. 133. ubi Hiſtoriam hac de materia ortæ inter Gardinerium & P. Martyrem diſceptationis prolixe deſcribi aſſerit. Vide etiam *Melanges* Hiſtoriques *Colomeſii* p. 52. *Marci Antonii* CONSTANTII nomine editum hunc *Gardinerii* librum aſſerit *Lavather* Hiſtor. Sacram. p. 109. & 132. (b) Ex Carcere ſcriptum hunc de Euchariſtia librum *contra P. Martyrem* ſub *Conſtantii* nomine à *Gardinero* memorat *Pitſeus* de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus p. 749 At Thomas *Hyde* ejusmodi argumenti librum *Gardinero* adſcribit in Catalogo Bibl. Bodlej. p. 278. a. Sed perſonæ nullam mentionem facit, ſine dubio quia dein ſub vero nomine prodiit. Adde *Hottingeri* Schol. Tigurinæ Append. I. ſive Bibliothec. Tigurin. pag. 150. cujus excerpta (c) damus.

(a) Miræus Biblioth. Eccleſiaſt. Part. II. p. 51. c. 65.

*Stephanus* Gardinerus, *Anglus, Henrico VIII. Regi à Secretis cum eſſet, Richardo Pacæo in Decanatu Londinenſi ad S. Paulum ſub anno 1531. ſucceſſit. Exinde ob doctrinam, ſolertiam atque induſtriam, Epiſcopus Wintonienſis & Cancellarius Angliæ fuit.* Marci Antonii Conſtantii, *Theologi Lovanienſis, titulo eruditum volumen* Euchariſtia contra Capharnaitas *Pariſiis 1552. & Lovanii 1554. publicavit. Exſtat item Londini 1553. in 4. editum* Diacoſio-martyrium, *hoc eſt,* Teſtimonium ducentorum de veritate corporis & ſanguinis Chriſti in Euchariſtiæ, adverſus Petrum Martyrem hæreticum: *qui liber auctorem præfert* Joannem Withum, *Anglum Wintonienſem Epiſcopum.*

(b) Lavather. Hiſt. Sacram. p. 132.

*Eodem tempore prodiit* Petri Martyris defenſio doctrinæ veteris & Apoſtolicæ de Euchariſtiæ Sacramento *adverſus* Stephani Gardineri *Epiſcopi Wintonienſis, librum: quem ille* primum *quidem* ſub nomine Marci Antonii Conſtantii, *deinde vero* ſuo ipſius *nomine evulgavit.*

(c) Hottingerus Scholæ Tigurinæ Append. I. ſive Biblioth. Tigur. p. 150.

*Defenſio doctrinæ veteris & Apoſtolicæ de Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento, adverſus* Stephani Gardineri *librum, quem ille primum ſub nomine* Antonii Conſtantii, *deinde proprio ſuo ipſius nomine appoſito evulgavit: opus longè accuratiſſimum, in quo quicquid de Euchariſtia, in ſacris literis, Patrum Conciliorumque monumentis proditum eſt, accuratè & copioſè tractatur. Tiguri excuſ. Anno Domini 1559. f.* diſp. *de Euchariſtiæ Sacramento, habita in celeberrima univerſitate Oxonienſi, de eadem retractatio, ibidem habita. Hi duo libri primum in Anglica excuſi ſunt, & poſteà apud Andream Geſſnerum, & Rodolphum Wyſſenbach, An. D. 1552. in. 8v. & poſtremò à Froſchouero, unà cum defenſione doctrinæ de Euchariſtia &c. in fol.*

---

(723) *Oſtilio* CONTALGENI, Academico Apatiſta. *Anagrammatica* Larva eſt *Auguſtini* COLTELLINI ſub qua edidit: *L' inſtituti dell' Anatomia de Corpo Umano, à beneficio de' Profeſſori ed altri ſtudioſi di eſſa.* Spiegate in verſi Toſcani in Firenze per Amator Maſſi 1651. in 12. recenſente *Leti* Italia regnante Part. III. p. 379. 380. ſub lit. (a) Superaddit adhuc alia quædam opuſcula ab hoc Coltellino ſub perſona *Contalgeni* edita, *la Viſiera Alzata* Hecatòſtes num. II. p. 23. 24. ſub lit. (b) quem in fine horum excerptorum intelligit Leti. Adde *Biblioth.* Aproſianæ p. 203. 268. 273. 281. & ſeqq. 457.

(a) Leti Italia Regnant. Part. III. p. 379. 380.

1. *L' Inſtitutioni dell' Anatomia del Corpo Umano, à beneficio de' Profeſſori, e altri ſtudioſi di eſſa. Spiegate in verſi Toſcani dà Oſtilio* Contalgeni *Accademico Apatiſta* Parte I. *All. Illmo. Signore il Sig. Gio.* Walpoole *Cavaliere Aurato. In Firenze per Amator Maſſi 1651. in* 12.

2. ---- ---- *Parte* ſecunda *all' Illmo Sign. Marcheſe Franceſco Coppoli. In Firenze per Amator Maſſi. 1651. in* 12.

3. ---- ---- *Parte* terza *ſezione prima all' Illmo e Reumo Sign. Arciprete Franceſco Rinuccini. In Firenze per Amator Maſſi 1651. in* 12.

*Nella detta* prima *ſezzione della terza parte è una lunga, e ſenſata Prefazzione, in ſua* difeſa.

4. --- --- *Parte* Terza *ſezione ſeconda all' Illmo Sig. Marcheſe* Bartolomeo *Corſini. In Firenze per Amator Maſſi 1651. in* 12.

*Della ſuddetta Anatomia, benche il Padre* Aproſio *non ne faccia menzione doue favella del Sig.* Coltellini, *ne parla però à carte 467. come anche di altre ſue Opere, le quali per tal cauſa ſaranno da me tralaſciate, e regiſtrerò ſolamente quelle delle quali non fa menzione alcuna.*

(b) Villani Viſiera Alzata pag. 23. 24.

II. AGOSTINI COLTELLINI. *Auuocato Fiorentino Fondatore dell' Accademia degli* Apatiſti, *Oltre molte opere ſtampate col proprio nome, notate per la maggior parte nella Biblioteca Aproſiana dell' Antiùigilmi, e nel Lib.* IV. *della* P. III. *dell' Italia Regnante di Gregorio Leti Italo Sabaudo, diede fuori ſotto nome d'* Oſtilio Contalgeni *Anagramma del proprio nome.*

Ende-

Endecaſillabi Fidentiani *In Fiorenza, nella Stampa del Maſſi, e Landi* M.DC.XLI.8.
Endecaſillabi Fidentiani *P. II. Iui come ſopra* M. DC.LI.12.
Rime *Piaceuoli. Come ſopra.*
Lezione, ò *vero* cicalata *ſopra 'l ſonetto di* M.Franceſco Berni.
Chiome d'argento fine irte, & attorte.
*Iui*, M.DC.LXIX.*come ſopra.*
Il Vecchio Preferito, *Scherzo ſerio* M.DC.LII. 12.
Mantiſſa Fidentiana. *Iui per Franceſco Onofri*, M DC LXIX.
Enimmi. *Come ſopra.*
L'Iſtituzioni dell' Anatomia del Corpo humano à benefitio de Profeſſori, ed' altri ſtudioſi *di eſſe, ſpiegate in verſi. Iui alla ſcala di Badia* M.DC.LX.12.
D. Guſonis de Guſonibus Magiſtri in Grammatica, Laureati in Poeſia, Doctoris ſolemnis; & quinque membris, & plus ſi poſſibile fuiſſet Perfecti, & Pluſquam perfecti in omnibus rebus, & quiſdam aliis, Epiſtolarum Latiniſſimarum Semicenturia prima dimidiata. Opus utile, honeſtum, delectabile, & neceſſarium non ſolum omnibus bonæ. Latinitatis ſtudioſis, ſed etiam aliis, in Scholis, Foris, & ubique verſantibus. *Florentiæ ex Typogr. Hippolyti de Naue* M.DC.LXIX.12.

CONTRADA v. *Belus.*

---

(724) COOBUCK, *Robarts: Robert.* PERSONIUS oû PEARSONS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 545. Hunc Robertum Parſons alias vocari COOBUCK, refert etiam *Hyde* Biblioth. Bodlej. p.36. ſed quid proprie ſub hoc nomine ediderit, non indicat; Quanquam aliquot Parſonii ſcripta ibidem recenſeat. Et *Sotvel.* quanquam ab hoc Parſonio & ſuppreſſo nomine edita quædam agnoſcat, de nomine Coobuck tamen plane ſilet. Biblioth. Script. Societ. Jeſ. p.727. a.

---

(725) *Theodorus* COORNHERTIUS. Alias *Theodorus Volchardus* COORNHERT. Vide Thomam *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p.178. b. ubi ſub hoc nomine recenſentur ejus ſcripta.

COPA v. *Idoplare.*

---

(726) COPRIANUS: *Cyprien* REGNERI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 545. paſſive nempe dictus eſt Autor hic a Salmaſio in diatribe de mutuo *Coprianus*, vide Anonym. num. 963. nec quicquam credo alias ſub *Copriani* nomine a Regnero editum.

---

(727) COPPA, *Idoplare:* PLACIDE REINA. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 545.

COPUS v. *Alanus.*

CORALLUS v. *Abydenus.*

CORBELIENSIS v. *Ægidius.*

---

(728) CORBINIANUS, eſt D. Brod-Korb / Syndicus Francofurtanus ad Viadrum; ut retulit mihi coram Dnus Lic. Georgius *Schrötering.* toties laudatus, civis, & ex auditore familiaris meus honoratiſſimus.

CORDATUS v. *Eubulus.*

---

(729) CORDO, *Geniate: Simon* DE GENES. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 545.

CORDUBENSIS v. *Alvarus.*

---

(730) CORDUS *Euricius: Henricus* URBANUS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 545.

---

(731) CORINTHI nomine quod breve extat ſcriptum Græca lingua, *de quinq; dialectis.* Illius auctorem eſſe GREGORIUM *Corinthi Metropolitam* docet Iſaacus *Voſſius*, in non protritæ eruditionis Commentario ad Catullum p. 240. *Symbola eſt Flensburgo-Molleriana.*

CORNELIUS v. *Aſpaſio.*

v. *Aurelius.*

v. *Callidus.*

---

(731) Lucius CORNELIUS Europæus, quod ab aliis Jeſuita *Melchior* INCKHOFER, ab aliis *Caſpar* SCIOPPIUS credatur, monuimus in *Rhodianis* n.59. Extat idem liber Germanice titulo: Der Europäiſcher Lucius Cornelius: Monarchia der alleigenen oder ſo genanten ſelbſt-Sonnen an Leonem Allatium 1663. in 12.

Recuſus liber eſt 1673. in 4to cum *Alphonſo Vargas.* Verus libri Auctor valde dubius eſt, aliis SCIOPPIUM aliis INCHOFERUM indigitantibus. vid. *Königium* Bibl. vet. & Nov. p.427. *Cinelli* Bibliothec. Volante Scanz. V. p.67. 68. ſub lit. (a) in Inchoferum tamen magis inclinat *la Viſiera Alzata* Hecatoſt. num. 76. p. 75. ſqq. ſub lit. (b) *Pellerus* in not. ad Politicum ſcelerat. p. 9. & *Alberti*, qui Scioppio plane abjudicat, Eccleſiæ preſſæ p. 5. Joannes *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 96. *Gabrielem* BARIACUM *Lermæum*, Auctorem Monarchiæ Solipſorum conſtituit. At honoratiſſimus intimus Amicus meus Conſiliarius Regius Danicus Chriſtianus *Dorn*, ex Perilluſtris cujusdam viri, qui ab ipſis Jeſuitis hac de re Viennæ certus factus eſt, relatione, compoſitum hunc libellum eſſe aſſerit a N. CONTARENO Nobili Veneto, uti indicant ipſa ejus verba ſub lit. (c) ex epiſtola ejus d. 23. Jun. 1689. ad me ſcripta. Ceteroqui ex rei veritate ſcriptum librum hunc eſſe judicant *Boſius* diſſert. de comparanda prudentia civili. §. 82. p. 37. & *Bibliotheca Politica* contracta §. 83. ſub lit. (d)

*Rhodianis olim allita hæc reddimus.*

Monarchia Solipſorum *adſcribitur Melchiori INCHOFER Soc. J. in 8. Ven. A. 1651. & ante*

*ante jam alias ſub nomine* L. CORNELII EUROPÆI, *& ad exemplar Venetum apud Batavos 1648.* cum clave onomaſtica, *& deinde alibi aliquoties diverſis formis recuſum opuſculum, ab aliquo ex ipſo ordine profectum eſſe, jam dudum & mihi & aliis Viris me Sagacioribus viſum eſt. * Aperte vero primus hoc, quod ſciam, affirmavit* Chriſtoph: Pellerus *in notis ad præfationem Politici ſcelerati impugnati pag. m. 9. ſic ſcribens.* Monarchiam Solipſorum perhibent ſcripſiſſe quempiam Patrem ex Societate *N. Inckhoferum* Germanum, poſtea Romam profectum, nunquam reverſum. *Quamobrem malim hiſce auctoribus hoc accredere quam conjecturæ Excellmi JCti.* Ottonis Taboris *in præfatione ſua ad diſputationes* de Confrontatione *doctisſimas, ubi auctorem hiſce verbis citat:* Lucius Cornelius Europæus (ſive is ſit *Gaſpar Scioppius*, ſive quis alius ex genere ſcriptorum Satyricorum) in Monarchia, quam dicit Solipſorum, Leoni Allatio dedicata *&c. Vide Excell.* Geislerum de Mut. nom. *in exemplo 9. decadis 4. utrumq; hunc locum etiam citantem. Sub ipſo genuino nomine Melchioris Inckhoferi, extant etiam alia ſcripta quæ curioſi cum hoc comparare poſſint, ad præſumtionem eo magis roborandam. Ex iis nunc in mentem redeunt ſequentia.* Tractatus Syllepticus de Terræ Soliſque motu vel ſtatione ſecundum Scripturam & SS. Patres, Romæ. 1633. in 4 Hiſtoria Sacræ Latinitatis *libris VI. Monachii 1639. in 8.*

Tres Magi Evangelici. Romæ 1639. 4.

*Quomodo etiam occaſione ſcripti hujus coram S. congregatione comparere, ac rationes facti ſui reddere, titulumque operis & alia immutare neceſſum habuerit, vide apud* Philippum Alegambe Bibliothecæ Jeſuitarum *p. 340. ubi quædam ipſius prodiiſſe ſub alienis nominibus R.P.E.L. &c. commemorat, quæ tamen illa ſint non exprimit. Plura ejus ſcripta recenſet* Leo Allatius *in Apibus Urbanis pag. 190.*

Hactenus *Rhodiana.* Quibus nunc addo *Sotvellum* p. 608. b. verba Alegambes tantum pro more ſuo repetere, & ſerius allatas *Notas Diecmannianas* (e) non ideo præter mittendas. Adde *Baylii* Dictionaire Tom. II. p. 167. hic quoque de meis allegatis alieno tunc per errorem loco inſertis nunc omiſſis rectiſſime quod gratias ago, monentem.

(a) Cinelli Bibliotheca Volante Scanz V. p. 67. 68.

Lucii Cornelii Europei Monarchia Solipſorum ad Virum Clariſſ. Leonem Allatium. Venet. *1645. in 12. Queſta è la I. editione di queſto Opuſcolo eſſendo doppo ſtato riſtampato molte volte e tradotto anche in lingua Tedeſca;* Il Tabor, *celebre juriſconſulto dubita che l' Autore di eſſo poſſa eſſere ſtato lo* Scioppio, *mà communemente però ſi crede, che il ſuo vero Autore fuſſe il P.* Incofer.

(b) Villani Viſiera Alzata Hecatoſt. num. 76. p. 75. ſeqq.

*LXXVI. LUCIO CORNELIO Europeo. Sotto queſto nome dalle ſtampe di Matteo Leni, e di Gio: Vecellio Cadorini compagni, però ad inſtanza di Franceſco Baba, che teneua impediti i torchi, uſcì queſto libercolo.*

Lucii Cornelii *Europæi Monarchia Solipſorum. Ad Virum Clariſſimum* Leonem Allatium *Venetiis M. DC. XLV.* 12.

*Fù dedicato ad un tale* Timotheo Curſanti, *al quale chi leuaſſe la Maſchera mi farebbe gran ſeruitio. Chi lo farà,*

Erit mihi magnus Apollo.

*Quanto all' Autore, andarono molti in ſuſpetto, ne mancò taluno, che paſsò per Genoua andando al Congo intorno all' Anno M.D..XLVIII. di farſene Autore. Tanto mi fù riferito dal gentiliſſimo* Tobia Pallauicino *del q. Fabritio di B. M. che pure viuena curioſo d' intenderlo. Diſcorrendone poſcia in Roma fù ſtimata vna mera ſciocchezza. Non mi rieſci di cavarne di più; benſi mi fù detto da un Amico, che fatta la cerca con licenza del Papa delle ſcritture del* Inchofero *temendo di ſimil ventura alle ſue, ſacrificò à Volcano alcune ſcritture ſpettanti alla ſteſſa* Monarchia, *che forſe poteuano eſſere di quei libri, che ſi nominano nell' ultima pag.* Alterum de inteſtinis Solipſorum, de externis bellis alterum. *Per quello, che io potei cauare da tal uno degl' intereſſati in Viterbo nel M. DC. LI. interrogandolo del libro dell'* Inchofero *mi diſſe, che nelle Scriture ritrouarono qualche notarella che verteua nell' iſteſſa materia, e lettere del Conte* Giulio Clemente Scoti, *e che interrogato intorno al Libercolo della* Monarchia *diſſe non hauerlo fatto: ma che haueuano in mano da poter convincere, che egli l' haueſſe fatto. Come in fatti ſi foſſe, non potè ſaperſi, perche andato prima à Macerata, dindi à Milano, eſſendo paſſato all' altra Vita li XXVIII. di Settembre del M. DC. XLVIII. reſtò la Cauſa ſenza ſentenza deffinitiva. Si oſſeruino però à pag. 143. queſte parole;* Lucius Cornelius Europæus à quadraginta quinque annis ficte ſolipſus. *Entrò il M. DC. VII. & uſcì il M. DC. IIL. ne perciò dourebbero eſſere, che XXXVIII., pure ſarà ciò fatto ad arte. Ma non più.*

(c) Symbola Dorniana.

Bey dieſer Gelegenheit habe nicht unterlaſſen wollen zugleich einen *Anonymum* mit zu überſchreiben/ von welchem über Vermuhten vor einigen Tagen von einem *Viro perilluſtri & quidem Erudito* umbſtändliche Nachricht bekommen. Das Buch iſt gar klein in *12mo* etwa ein halb *Alphabet: titulus:* Reſpublica ſolipſorum *Cornelii Europæi nomine. Verus Autor* iſt N. Contarenus, *Nobilis Venetus*, welcher *quarti ordinis Jeſuitarum* einer ſchon geweſen / und als *Doctor Theologiam profiti*ret welcher wie ihme einer *præferiret*, ſich gegen den *ſuperiorem* ſo außgelaſſen/ daß er *ab gradu* wiederum *ad ſyntaxeos profeſſionem* verwieſen worden/ darüber er entrüſtet/ſich ſo bezeigt/daß er gar außgeſetzet worden; da er dann *extra ſocietatem vivens hoc ſcriptum edidirt.* Hoc ex ore illuſtris viri, qui in munere

munere publico Viennæ degens ipſemet id ex ore ipſorum Jeſuitarum hauſit.

(d) Bibliothecæ Politicæ contractæ §. 83.

*Pertinet huc etiam* Monarchia Solipſorum *ſub nomine* Lucæ Cornelii Europæi, *primum Venetiis, deinde in Belgio edita, Ieſuitarum artes, mores & ſtudia, totiusq; ſocietatis arcana & ſtatum, mirâ induſtria & elegantiâ recludens. Inter Ieſuitas 45. anno exegiſſe, nec vilibus officiis adhibitum non obſcure Autor in fine Libri & alibi ſignificat, proinde non indignus cujus narrationibus fides adhibeatur.*

(e) Symbola Diecmanniana Marginalis.

Nicolaum *vocat cum* Pellero, *& à Melchiore diſtinguit* Konig. *Biblioth. V. & N. pag.* 427 *Le Pere* Incofer *Jeſuite Allemand a eſté decouvert eſtre le vray Auteur du livre contre les Jeſuites intitulè*, Monarchia ſolipſorum. *C'eſtoit un homme fin & ruſé. Hæc Excerpta* Naudæana ex MSčto Patini. *v. omnino* Bayle *Dictiion. Hiſt. & Crit. Tom. 2. p. 167. uti &* Deckherrum *de Scriptis Adeſp. p. 95. & Mr.* Arnauld Morale Practique *des Jeſuites T. 3. p. 686. citat.*

(732.) CORNELIUS GALLUS Forojulienſis. Ejus nomine circumferuntur *Elegiæ ſex*, quæ ſunt MAXIMIANI cujusdam, judicio *Gyraldi* apud *Fabricium* Bibliothecæ Latinæ p. 33. v. Gallo.

CORNELIUS v. *Maximus.*

(733.) CORNELIUS NEPOS. Ei adſcriptus (1) liber *de viris illuſtribus urbis Romæ* eſt SEXTI AURELII VICTORIS, ut evincit *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 8. & 168. ſub lit. (a) adde *Friſium* Biblioth. Geſnerian. p. 176. Qui ibidem quoque affirmat (2) Cornelio Nepoti adſcriptam *Epiſtolam ad Ciceronem* eſſe FRANCISCI PETRARCHÆ. Vid. quæ ſub lit. (b) excerpſimus. Cæterum prior iſte liber de viris illuſtribus Multis Auctoribus à diverſis aſſignatus eſt, videlicet TACITO, PLINIO JUNIORI, ÆMILIO PROBO, SVETONIO, ASCONIO PEDIANO, quos ex *Schotti* in hunc librum Aurelii Victoris prolegomenis recenſet *Symbola Normanniana.* Et de *Æmilio Probo* quidem num. 43 Pſeudonym. prolixe ſatis egimus, quæ vide.

(a) Fabricius Bibliothec. Latinæ pag. 168.

De viris illuſtribus urbis Romæ, quorum primus eſt Proca, Rex Albanorum, ultimus Q. Pompejus. *Hic libellus ſæpius prodiit ſub nomine* Cornelii Nepotis, Suetonii vel Plinii Secundi junioris. *Fuit etiam qui* Aſconio Pediano *adſcriberet Johannes* Metellus *in literis ad Steph.* Pighium: *ut docet Clariſſ* Hanckius *lib. 2. de Rom. rerum Scriptoribus pag. 300. At hic lib. 1. p. 151. ſeqq. cum* Sexto Aurelio Victori *recte vindicat autoritate veterum codicum, in quibus libellus iſte dicitur* pars prior hiſtoriæ abbreviatæ Victoris, *ita ut* altera pars *ſit.*

(b) Friſius Bibliothecæ Geſnerian. pag. 176.

Cornelio Nepoti, *aut* Pomponio Attico *falſo adſcripta Epiſtola, ad Ciceronem, quæ* Franciſci Petrarchæ *eſt ad Ciceronis manes: nam, & iſtam, & aliam ſimilem de eloquentia* Ciceronis, Paulus Æmilius *inter Petrarchæ lucubrationes invenit. Impreſſa ſunt cum operibus Ciceronis poſt tertium librum Epiſtolarum ad Q. fratrem.*

(734.) CORNELIUS Papa. Ejus *Epiſtolæ decretales* ſuppoſititiæ ſunt: docente *Oleario* Abac. Patrolog. p. 120. ſub lit. (a) Harum plane mentionem non faciunt *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. & *Miræus* in Bibliotheca Eccleſiaſtica. Symbola Maſtrichtiana de epiſtolis ei à Pſeudo-Iſidoro affictis citat *Bellarm. Baron.* &c.

(a) Olearius Abaci Patr. p. 120.

Cornelius Papa, *anno 253. ſedens, Epiſcopatu dignus & legitime vocatus encomio Cypriani, quod afferunt Centur. Magd. cent. 3. c. 10. Ejus Epiſtolæ duæ, à Gratiano inter decretales evectæ, & Biblioth. Patr. edit. 2. Tom. 3. f. 72. inſertæ, at omnino ſuſpectæ, &, ceu pleræque aliæ aliorum ejus præceſſorum, fictitiæ. vid.* Cocum *p. 68.* Blondell. *p. 310.* Dannh. *Chriſteid p. 900. &* Bebel. *Hiſt. ſec. 3. p. 492.*

(735.) CORNICEN *Danicus*: *Pierre* VINSTRUP. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 545. *Perſonati* hujus nominis non meminit *Bartholinus* de ſcriptis Danorum pag. 225. ubi Petri Winſtrupii ſcripta recenſet.

(736.) CORNUTUS, idem eſt, qui *Phornutus* aut PHURNUTUS, docente Thoma *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlej. p. 182. b. & poſt l. 62. a. ubi ejus nomine citat librum: *de Natura Deorum*: ſeu de Fabularum Poëticarum Allegoriis, Speculatio Baſil. 1570. Cornutum à Phurnuto diſtinguit *König.* Bibliothec. veteris & Nov. pag. 214. a. qui CORNUTO, & *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 176. 698. qui PHURNUTO librum hunc tribuit.

(736. *a*) CORNUTI nomine extat *Commentarius* antiquus *in Satyras Perſii.* Eum Præceptorem Perſii *Hieronymus* fuiſſe ſcribit in Chronico Euſebii. De Inſcriptionis autem veritate rationes dubitandi, doctosque Viros dubitantes, vide apud *Henr. Ernſt.* l. 1. c. 7. obſer. variar. Ubi tandem probat ex opere, Cornutum ejus auctorem eſſe non poſſe, cum poſteros ſuos citet, ſeque ipſum cum encomio Philoſophi virique egregii. Tandem verum auctorem hiſce verbis ſubjungit: *Reperi præterea Mediolani in Bibliotheca Ambroſiana, Cod. antiquisſimum calamo exaratum, cujus uſum mihi concesſit Franciſcus Bernardinus Ferrarius, Vir non ſolum elegans & doctus, verum bonus, & rarisſima humanitate præditus; in quo ita ſcriptum erat;* ACRON *in Perſium*, pro Cornutus in Perſium. *Idem erat liber, qui Cornuto alias adſcribitur*

*bitur. Faveo, ut verum dicam huic ſententiæ, cum ob antiqui Codicis auctoritatem, tum ob affinitatem ſermonis cum aliis, quorum Acron auctor dicitur.* Et ego faveo, eidemque ſententiæ pleroſque viros doctos fautores ſpe certa promitto, quamvis *Barthius* adverſar. 7. c. 16. p. m. 342. ſe neſcire dicat, cur docti tantopere nomen hoc adverſentur, quod ego miror in homine, cui totum hunc Exegetam lectum crediaiſſem, quandoquidem tam luculentum ei perhibet teſtimonium, nimirum quod *ſuo merito minoris eſſe nobis non debeat, quam quivis vetus Exegetes.* Adde eund. l. 11. cap. 27. p. 560.

*Acroni* tribuunt etiam *Hornius* Hiſtor. Philos. p. 255. & *Fabricius* Latinæ Biblioth. pag. 85. ſub lit. (a) qui hunc Acronis Commentarium itidem ſincerum ad nos non perveniſſe autumat; & *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 270. 271. qui tamen ex ſuperſtitibus Cornuti in Virgilium Commentariis, dubium circa Acronem movet.

(a) Fabricius Latinæ Bibl. p. 85.

*Scholia antiqua ante* Pithœum *ediderat Rob.* Stephanus *1549. 8. Locupletiora Elias* Venetus *Pictavis 1563. 4. ſed magis ſelecta ſunt quæ Joſ.* Scaligero *Eclogario ex Mſſ. P. Pitœus vulgavit. Neque hæc tamen neque illa qualia hodie extant, vel* Cornutum *vel* Probum *habent autorem, ſed ex diverſæ ætatis eruditionis interpretum notis ſunt conflata. Chriſtiani Scriptoris non eſſe probat* Pithœus *ex iis quæ ad ſat. 5. v. 184. leguntur. H* Ernſtius *lib. 1. c. 7. Obſ. fide codicis antiqui Mediolanenſis tribuere non dubitat* Helenio Acroni, *quod nec Cl.* Placcio *improbabile videtur p. 179. catalogi Pſeudonymorum. At longe abeſt ut credam viris doctis in mentem veniſſe integra & ſincera Acronis in Perſium commentaria ſcholiis illis contineri.* Janus Parrhaſius *p. 15. Ep. ait ſe alios genuinos Probi commentarios in primam* Perſii *ſatyram manu exaratos legiſſe longe majori cura ac ingenio compoſitos. Alia ſcholia vetera in Perſium profert* Barthius *lib. 56. cap. 2. lib. II. cap. 27. Adverſar.*

(737) *Johannes* CORONA aut CORONÆUS. Sub perſonato hoc nomine prodiit Romæ 1646. in 4. *Tomus primus diatribarum* eruditarum, *quas Storeas appellavit* Auctor *Johannes Stephanus* MENOCHIUS, Italus Papienſis, Societ. Jeſu, ut teſtantur *Sotvel.* Biblioth. Scriptor. Societatis Jeſu p. 505. ſub lit. (a) & *Morhoff.* Polyh. lit. p. 248. 249. ſub lit. (b).

(a) Sotvel Biblioth. Scriptor. ſocietatis Jeſu p. 505.

*Diatribas eruditas, quas* Storeas *ab Antiquorum Monachorum opere manuali, appellat Tomis VI. in 4. in quibus latè plura Sacræ Scripturæ loca explicantur; Quæſtiones amæniores ſolvuntur, Antiqui ritus recenſentur & Hiſtoriæ variæ enarrantur. Horum* primus tomus *prodiit ſub nomine Joannis* Coronæi, *reliqui vero nomine Auctoris. Romæ typis Manelfii, & Caſoni ab anno 1646. usque ad 1654.*

(b) Morhoff. Polyhiſt. literar. pag. 248. 249.

Joh. Stephanus Menochius *edidit Italica lingua, tomis ſex, varia collectanea, hiſtorica, Phyſica, ſacra, moralia. Primum volumen ſub ficto nomine* Johannis Coronæ *prodierat Romæ in 4to. Ann. 1646. Titulus eſt,* le Stuore, *ad Imitationeem Stromatum Clementis Alexandrini conceptus. Alter tomus ibidem ann. 1648. prodiit; uti & ſequentes annis ſequentibus ſub Titulo* Trattenimenti Eruditi. *Selectiora ſunt, quæ in his libris habentur, pene eo modo adornata quo* Philippus Camerarius *horas ſuas ſucciſivas adornavit, &* Petrus Mexias *varias ſuas lectiones, qui liber ex Hiſpanica lingua nunc in Germanicam converſus eſt; quales adhuc plures habentur, quos recenſere omnes non patitur inſtituti noſtri ratio. Sufficiat præcipuos enumeraſſe. Cum ad diſciplinas peculiares ventum eſt, non obliviſcemur illorum, qui ſuæ diſciplinæ locos communes ſcripſere.*

(738) *Ceſfranchus* CORONEIN. *Anagrammaticum* Involucrum eſt *Franciſci* RINCONI, Hiſpani Toletani, ſub quo in lucem edidit Italice *gloriam gloriarum Deiparæ Virginis*, ſeu de merito ejusdem. *Sotvel.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 248. a. *Alegambe* & Nicolaus *Antonius* in Bibl. Hiſpan. hujus non meminerunt.

(739) *Annibal* CORRADINUS Veronenſis. Ejus opera prodiit *Miles Macedonicus, Plautino Sale perfrictus.* Altdorffi in 4to. Auctor verus eſt *Henricus* NORIS, Veronenſis Auguſtinianus, docente *Leti* Italia regnante Tom. IV. lib. V. p. 541. & 517. ſub lit. (a) adde *Cinelli* Biblioth. Volante Scanzia II. p. 20. eodem remittentem.

(a) Leti Italia Regnante Tom. II. lib. I. p. 517.

*Si crede univerſalmente che ſia compoſizzione del medeſimo Padre, anche il ſeguente Opuſcolo.*

Miles Macedonicus Plautino Sale perfrictus, Opera Annibalis Corradini Veronenſis.

Sic ſolent ſuperbi ſubdomari. Plautus in Aſinaria III. 3. 112.

Altdorfi Noricorum Typis Jo: Henrici Schennerſtædt in 4.

*Benche appariſca ſtampato in* Altorfio, *è impreſſo al mio credere in* Italia. *Ben' è verò che nel detto Opuſculo in alcuni luoghi ſi loda, ed in altri ſi riprova il Padre* Noris, *mà tali coſe ſi fanno à bello ſtudio, perche tanto maggiormente ſi creda l' Opera d' altri.*

COSENTINO v. *Montano.*

(740) *Jacobus* COSMA *Fabricius.* Ejus nomine extant *Notæ Stigmaticæ ad Magiſtrum Triginta Paginarum &c.* impreſſæ Francofurti anno 1612. tempore nundinarum transmiſſo illuc Apographo, per Procuratorem Bibliopolæ Pariſienſis. Exemplaria vero poſtmodum Pariſios delata ſunt & ibi diſtracta. Auctor ſcripti eſt *P. Jacobus* SIRMONDUS, qui hoc in libro ſui ipſius mentionem facit, uti ſcribit Petrus *Aurelius* i. e. Abbas S. Cyranus in Catalogo Jeſuitarum larvatorum Operum ejus tom. III. præfixo num. XXIII.

Eas notas ſtigmaticas nomine hujus Fabricii citat *Hyde* Biblioth. Bodlejanæ Catal. p. 242. a.

*Bailletus*

*Bailletus* indicis des Auteurs deguiſez p. 553. addit Jacques *Sirmond* douteux.

COSMAS v. *Guymiez.*

(740. *a* ) COSMOPOLITÆ *Hiſtoria Naturalis*, ſeu *Nova & Genuina Animalium Generatio*, *nec non Accuratiſſima* Corporis *humani delineatio* Anatomica. Lugduni Bat. typis Joh. Kellenaar, 1686. in 12. Idem eſt opus hoc cum *Antonii* EVERHARDI *Novo & genuino hominis Brutiq; animalis exortu*, edit. Middelburg. 1661. & quoad poſteriorem partem cum D. *Franciſci* STOCKHAMERI Medici & Anatomici *Microcoſmographia* ed. Vien. 1682. ut teſtantur *Acta Eruditor. Lipſienſ.* A. 1686. p. 471. ſub lit. (a) De Coſmopolitæ Lumine Chymico v. in Anonymis num. 1010. β. olim *Rhodianor.* n. CXL.

(a) Acta Erud. Lipſ. Anno. 1686 Octob p. 471.

*Pro novis duo hæc opuſcula in præfatione Typographi ad Lectorem venditantur, quorum Auctores, tum ex modeſtia, tum quod vino vendibili opus non eſſet ſuſpenſa hedera, reticeri nomina ſua voluerint. Neque dubitamus, excepta ea velut nova a multis fuiſſe, cum parum abfuerit, ut etiam nobis ab eorum editore imponeretur. Aſt poſtquam pervolvere librum coepimus, minime nova eſſe opuſcula, ſed mutatis titulis, omiſſisque auctorum, qui latere tamen non voluerunt, cum hos foetus ſuos luci publicæ primum exponerent, nominibus, novam tantum faciem mentita, facile deprehendimus. Et primus quidem tractatus, qui Nova & Genuina Animalium Generatio hic inſcribitur, non alius eſt, quam qui Medioburgi ſub titulo, Novus & Genuinus Hominis* Bru*tique Animalis Exortus, auctore Anthonio* Everardi, *anno 1661. prodiit. Nec in eo mutatum quicquam, niſi quod cum epiſtola dedicatoria Præfatio Everhardi ad Lectorem plane omiſſa eſt, forte quod ad palatum novæ editionis curatori non eſſent verba, quæ altera ſtatim ejus pagina leguntur. Turpe ſane & indecorum eſt, alienæ meſſis fructus colligere, vel aliorum ovis incubare &c. & non multo poſt: Fert proverbium, mundus vult decipi &c. Alter vero, qui nunc ſub titulo*, Accuratiſſima Corporis Humani Delineatio Anatomica, *exhibetur, Viennæ Auſtriæ anno 1682. hoc titulo prodiit*: Franciſci *Stockhamer* Doctoris Medici & Anatomici Microcoſmographia, ſive partium humani corporis omnium earumque actionum, & uſuum brevis quidem, accurata tamen & atoma Deſcriptio, novis hujus ſeculi inventis exornata.

(741) COSMOPOLITANUS. Ejus nomine edita *Philoſophia libera in 8.* Auctorem agnoſcit *Nathanaelem* CARPENTARIUM, ut teſtatur præfatio Editioni Secundæ Oxonienſi 1675. præmiſſa. Liber complectitur *Exercitationum decades tres*, paginis in univerſum 386. compræhenſas, quibus ſubjectus A Catalogve of ſome Books printed for and to be ſold by Richard Davis in Oxford.

(741. *a*) COSMOPOLITANUS *Theophilus: Gubert* VOETIUS douteux. p. 605. indiculo ſuo ſcribit des Auteurs deguiſez toties allegatus *Bailletus.*

(742) *Hieronymus* a COSTA, Juris Doctor & Protonotarius Apoſtolicus: Edidit *Hiſtoriam de Origine & Progreſſu Redituum Eccleſiaſticorum*, Francof. 1684. in 12. Perſonatum Autoris nomen eſſe agnoſcunt *Eruditi Lipſienſes in Actis* 1684. p. 497. eundemque notas etiam edidiſſe ad libellum *Pauli Sarpii*, de Materia beneficiaria, ſed quisnam præciſe ſit, non determinant. Eadem habet quoque *Sagittarius* Introd. ad Hiſtor. Eccleſ. p. 426. *Richardum* tamen hunc eſſe SIMONEM aſſerit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 545.

COSTANTIO v. *Ialpiteo.*

( 743 ) COSTERIUS *Joannes: Cornelius* BLOCKIUS: ait *Baillet*, liſte des Auteurs deguiſez pag. 545. Eum vocat BLOCHIUM *König.* Bibliothecæ Vet. & Novæ, p. 114. b *& orationem de proprietatibus Religioſorum* publicaſſe A. 1565. teſtatur.

(744) *Fabius* COTTA Romanus vertit *Italice Onoſandri Strategicum.* Cottam hunc eundem eſſe cum *Franciſco* COCCIO, qui Strategicum *Onoſandri* Commentariis Politicis illuſtravit, multis rationibus ut credat ſe adduci affirmat *Naudæus* Bibliograph. Militar. p. 87. & 88. Quod quidem non abnuit P. Nicolaus *Rigaltius* in præf. in Onoſandri Strategicum, ſed tamen ſibi verſionem hanc Coccii Italicam videre nondum contigiſſe addit in margine. p. 12.

(745). CRACOVIENSIS Collegii S. J. nomine publicaſſe *Paulum* KUHN, Jeſuitam Polonum, ſequentia ſcripta, teſtis eſt *Alegambe* p. 367. *I. Trophæum Regale Potentiſſimo Polonorum & Svecorum Regi Vladislao IV.* Cracoviam *ipſo ſuæ inaugurationis die ineunti*, Anno 1633. *II. Immortales Gratias eidem Sereniſſimo Regi, Liberatori, Vindici, Servatori, dum pacato Septentrione, Victorem exercitum in Amurathem Turcarum Imperatorem duceret. 1634. III.* Arcum *Pacis, novo ſine ſanguine Triumphatori Vladislao IV. Sarmatiæ Monarchæ, ab Expeditione bellica in Amurathem Turcarum Imperatorem ſuſcepta, feliciter & auſpicato reduci, Societate à Jeſu conſecratum* 1635. Aliumque itidem Jeſuitam Polonum, *Severinum* KARVAT WOKICIEWIC, eodem nomine ſequentia ſcripta prodidiſſe teſtatur idem p. 421.

I. *Lachrymas Vectigales magnis manibus Magni Sigismundi III. Poloniæ Sueciæque Regis, inter parentalia ſacra perſolutas*, anno 1633.

II. *Siradiam trabeatam, dum illuſtriſſimus Dn. Stanislaus a Koniecpole Koniecpolski, Supremus exercituum Dux* Cracovienſem *Caſtellanatum adiret, propoſitam ſub auſpiciis Procerum, Siradianæ gentis luminum.* Anno Domini 1633.

Et hæc duo ſcripta *carmine* quidem *Heroico* conſignata ſunt teſtante *Sotwello* Biblioth. Script. Societat. Jeſu p. 737. b. & *Wittenio* Diar. Biograp. ao. 1658. d. 6. Jul. qui (III.) adhuc proſa oratione confectum adjungunt; *Elogia 12. Cæſarum.* De Paulo *Kühn* eadem cum Alegambe aſſerunt *Sotwel.* p. 652. *Witte.* A. 1649.

(745. α) *Andreas* CRAGIUS Danus. Ejus nomine extat libellus *adverſus Epitomen Phyſicæ* Georgii *Liebleri*. Larvam hanc eſſe *Nicodemi* FRISCHLINI, qui ſub *Cragio*, *Lieberi* quondam Convictore latere voluerit, arbitratur Martinus *Cruſius* apud *Friſchlinum*, Dialogo I. pag. 178. ſtrenue hoc negante *Friſchlino* loc. cit. & p. 135. indicante *Symbola Normanniana*.

(746.) *Nicolaus* CRAGIUS. Ejus nomine qui extat, de *Republicâ Lacedæmoniorum*, liber CUJACIO adſcribitur *à Keckermanno* Tomo ſuorum operum II. p 1074. ex auditu. Is plagiariis eapropter accenſetur *Abercrombio*, ſoris Academici Sect. XLIV. p. 305. v. Joa. Alberti *Fabrum* decadem decadum, citatam quoque Monatliche Unterredungen 1689. p. 1233. & *Almeloveen* Plagiar. p. 187. ubi eum docet vindicari à plagii injuria ab Henrico *Ernſtio* Obſerv. lib. II. c. 27. ad de Jacob *Thomaſ.* de plagio §. 398. 399. & *Bartholin.* de legendis libris diſſ. II. p. 44.

(747.) *Theodorus* CRAANEN, Ph. ac Med D. P. P. Ejus nomine editus eſt à Theodoro Schoon M. D. Hagienſi Tractatus Phyſico-Medicus *de Homine*, Lugduni Batav. 1689. quem ei ſuppoſitum eſſe pronunciarunt Dni Cranii Auditores. vid *Hiſtoire des Ouvrages des Savans Janvier* 1689. Article V. p. 471 ſqq. quanquam *Schoonius* hunc ei Tractatum vindicare annititur. May 1689. p. 277. 278. Plura de hoc Scripto *Cranii*, & quomodo ei oppoſitum ſit aliud à *Gœbnero* ſub titulo Medicinæ Veterum reſtitutæ vide in *Anonymis* num. 1013.

(748.) CRANMERUS, *Thomas*: *Joſeph* CRESWEL. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 525. Sub hoc perſonato nomine nihil invenio ſcriptum à Creſvvello apud *Sotwell*, Bibliothec. pag. 521.

(749.) CRAPIN, *le ſieur de*: *Jean* TRISTAN DE S. AMANT. *Baillet* deguiſem. des Auteurs p. 231. & in Catalogo p. 545.

(750.) *Petrus* CRASSINUS. Ejus nomine edita *Polonia* Auctorem habet *Carolum* SIGONIUM, ut ex *Thuani* de vita ſua lib. I. pag. 10. refert *Deckher*, de Scriptis Adeſpotis p. 335.

(750. α) *Georgius Erneſtus* CRAVELIUS Oſterodanus, Phil. Studioſus. Ab eo edita ſunt *Claudii Galeni* Pergameni, Philoſophi & Medici Gentilis celeberrimi (1) *Vita.* (2) *Scripta* quæ extant in locis ordine literarum diſtributa, & (3) *Pathologia ſynoptica*, eaque aphoriſmis incluſa: Hamburgi, literis Gymnaſii A. C. 1682. fol. duabus plagulis cum titulo & in averſa pagina præfatione Dr. CAPELLI P. P. *Rudolphi* nempe prænomine, & Collegæ mei Theologi eſt auctoris, qui auditori huic ſuo hanc famam & gloriolam, ſi qua eſt, dedit: ut ipſe tunc eundem auditorem inſtituens optime novi, utque ſimiliter aliis idem operatus ſit expertus ſum ſæpius, & interdum etiam hoc ſcripto teſtatus *v. Lochovius.*

CRESCENTIO v. *Pepe.*

(751.) *Jacobus* CRISPINUS Sacerdos Neapolitanus. Ejus extant *Soliloquia in feſto Expectationis Deiparæ.* Neapoli, quorum Auctor eſt *Simon* CRISPINUS, Neapolitanus. Ord. Reg. ut ex *Siloſ.* Tom. IIIi Hiſtor. Regul. Cler. p. 641. refert *Olearius* in Epiſtola ad me perſcripta d. 26. Jun. 1676. *Toppius* in Bibl. Neapolitana de utroque & Jacobo & Simone Criſpino ſilet.

(752.) CRITOBULI nomine edita eſt *epiſtola contra Pelagianos à D.* Hieronymo, vide *Nouvelles des lettres Novembre* 1684. pag. 413. 414. Hujus Epiſtolæ non meminit *Du Pin* Nouvelle Bibl. nec *Cave* Hiſtor. Liter. Script. Eccleſ. inter opera D. Hieronymi.

(753.) CRITOBULUS *Hierapolitanus.* Ejus nomine edidit *Joannes* CLERICUS Epiſtolam latinam de Emendationibus Sacrorum Codicum, IV. Non. Novemb. 1684. ad *Origenem Adamantium*, id eſt, *Richardum Simonem*, Synopſeos novorum Bibliorum Polyglottorum auctorem, ut innuunt *Acta Erud. Lipſienſ.* Anno 1687. p. 367. ſub lit. (a) Adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 546.

(a) Acta Erud. Lipſienſ. Anno 1687. pag. 367.

(*Auctor Lefenſionis Judiciorum. contra Reſponſum Bollevillani,*) *in Epiſtola XVII. copiam facit litterarum; quas IV. Nonas Novembris 1684* Critobuli Hierapolitani *nomine latens* Clericus *latine dederat ad* Origenem Adamantium (*ſeu Richardum Simonem*) Synopſeos novorum Bibliorum auctorem, *de emendationibus ſacrorum codicum.*

(754) LA CROIX *du Maine.* Edidit librum qui inſcribitur: *Bibliotheque Françoiſe.* Verum Auctori nomen fuit *François* GRUDE, ut teſtantur *Menagiana* II. pag. 100. & pag. 101. ſub lit. (a)

(a) Menagiana II. p. 100. 101.

La Croix du Maine, *Auteur du Livre intitulé:* Bibliotheque Françoiſe, *s'appelloit* François Grudé; *& il étoit du* Mans, *fils d'un Bourgeois du Fauxbourg de S. Nicolas. Mais comme il avoit une petite Terre dans la Paroiſſe de Conneray qui eſt de la Province du Maine, il ſe fit appeller la Croix du Maine: & comme il a pris ce nom dans ſa Bibliotheque Françoiſe, qui eſt le ſeul Livre que nous ayons de lui; quoi que ſi on l'en croit, il en ait fait un nombre infini d'autres, peu de perſonnes ſcavent qu'il avoit nom* François Grudé. *M.* Blondeau *Avocat du Mans, m'a dit que ce La Croix du Maine étoit de la Religion Pretenduë Reformée.* Joſeph Scaliger *n'en a pas parlé avantageuſement dans le* Scaligerana.

(755.) CROKART Eſt *Petrus* DE BRUXELLIS, notante Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 187. & 11. a ubi hujus nomine citatur *Tractatus in libros Phyſicorum Ariſtotelis & tres libros de Anima.* Pariſ. 1521.

Von Cronberg v. Hartmuht.

(756.) CROSENSIS *Collegii* nomine edidit *carmine Matthias Caſimirus* SARBIEVIUS, Polonus Mazovita,

(I) *Obſequium gratitudinis ab Apolline Croſenſi*, Johanni Carolo Chodkieviez Palatino Vilnenſi. Vilnæ typis Academicis 1619. in 4to.

(II) *Sacram Lithotheſim* in prima *Templi Collegii Croſenſis* ab eodem fundati inchoatione ibid 1621. in 4to.

(III) *Honorem Sanctorum Reliquiis Vilnæ* exhibitum. Vilnæ oratione ſoluta ibid. 1631. in 4. vid. *Sotwel.* Biblioth Scriptor. Societ. JEſu p. 600 b. & *Witten.* Diar. Biograph. Anno 1640. d. 2. Aprilis. *Alegambe* de his ſcriptis ſiluerat. pag. 377. a.

(757.) *Iroldo* CROTTA. Ejus nomine extat Italice *L' Aſino*, *Poëma* Eroicomico Venet. 1652. in 12. con Annotationi del ſig. *Sertorio Orſato.* Auctor Scripti eſt *Conte Carlo* DE' DOTTORI, Nobile Padovano, ut teſtatur *Leti Italia* Regnante Parte III. pag. 246. & 296. ſub lit. (a)

(a) Leti Itali Regnante Parte III. p. 246. & 296.

L' Aſino Poëma *Eroicemico d' Iroldo Crotta, (cioè di Carlo Dottori) con le Annotationi dei Sig. Sertorio Orſato, del Sig. Caual. &c. In Venetia appreſſo i Combi 1652. in 12.*

Pag. 296 L' Aſino *Poemo Eroicomico d' Iroldo Crotta, con gli argumenti del Sig. Aleſſandro Zacco, e le Annotationi del Sig. Sertorio Orſato del Sig Cavaliere. Al Sereniſſimo Principe Rinaldo Card D. Eſte. In Venetia 1652. appreſſo i Combi, in 12. Queſto Poema come ſi è accennato ſopra, è del Sig.* Conte Carlo d' Dottori.

(758.) *Florent* DE CROX: *Jean le* PELETIER. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 546.

(759.) *Alypius à Sanct* CRUCE: *Jean* HAMONT. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 546.

(760.) *Joannes* DE CRUCE, où *de la Cruz. Martin* DE BONILLA, *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 546.

(761.) *Geraldus* DE CRUCE. Edidit Madriti 1660. in 8vo. *Chriſtum Dominum noſtrum patientem, prout narrant quatuor Evangeliſtæ.* Vid. *Sotwell.* Bibliothec. Scriptor. Societatis JEſu pag. 345. b. Perſonatum hoc nomen eſt, ut idem docet, *Hieronymi* DE PEREA, Hiſpani Madritenſis, Jeſuitæ, & ex eo *Witten.* Biogr. Anno 1670. d. 20. Januarii. Eodem loco forma & anno hunc librum Hiſpanice ſub larva Gerardi de Cruce ab Hieronymo de Perea editum memorat Antonius *Nicolai* Bibliothec. Hiſpan. pag. 452. a. Chriſto Sennor nuoſtro padeciendo, como refieren los quatro Evangeliſtas.

CRUCIS v. *Roſeæ Fratres.*

(762.) *Chriſtianus* CRUCIUS. *Chretien* ADRICHOMIUS, *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 546.

(763.) *Ægidio* CRUDELIO *Padovano*, ſcripſit *la fede tradita*, Compoſitione Poetica. In Milano nella ſtampp. di Ludovico Monza 1661. in 4

(II) L' *amor diſperato* delirio Poëtico. In Bergamo per gli H. H di Marc' Antonio Roſſi 4. Auctorem ſcriptorum horum eſſe *Ludovico* DE LA CASA. E. A. Academico incognito di Venetia, declarat la *Viſiera Alzata* n. LXXIV. p. 74. Hecatoſtes hiſce verbis:

LXXIV. LODOVICO DE LA CASA. E. A. Accademico *Incognito* di Venetia, per moſtrarſi tale all' altrui vedere, ſi valſe di più nomi.

*Oratione di S. Agoſtino* Volgarizzata in Terzetti da *Claudio Caſola.* Genoua nella ſtamp. d' Antonio Giorgio Franchelli in fol.

*La fede tradita* Compoſitione Poetica d' *Egidio Crudelio* Padovano. In Milano nella ſtamp. di Lodovico Monza M. DC LXI. 4.

*L' Amor diſperato* delirio Poetico del medeſimo. In Bergamo per gli H. H. di Marc' Antonio Roſſi 4.

*Genoua piangente per la Peſte.* Monodia del medeſimo. In Milano per il Monza in 4.

*Le Nouelle* XVII. XVIII. e XIX. nella parte III. delle *Amoroſe* degl' *Incogniti*, benche poſte ſotto nome di *Stefano de la Caſa*, ſono ſue.

(763. a) *Ludovicus* de CRURAMONTE. Sub ejus nomine A. 1632. editum librum, cui titulus GESTA IMPIORUM PER FRANCOS, Jeſuitam autorem habere judicat *Rivetus* Oper. Tom. III. pag. 1255. b. ubi libellum famoſum vocat.

(764) *Franc de las* CUEBAS, edidit *Experientias de Amor y fortuna.* Sub hac perſona latere D. *Franciſcum* de QUINTANA Hiſpanum Madritenſem docet *Nicolaus Antonius* Biblioth. Hiſp. pag. 354. adde *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 546.

(765) CUJACIUS. Ei attributa *lx librorum*, qui Baſilicorum nomine extant, *Verſio latina* eſt potius adſcribenda Germano cuidam,

judicio *Teiſſierii* Tom.II.Eloges des ſavans p.147.„ quod excerptum vide in Anonymis num.915.„ ſub.lit.(b).

## CUNRADUS v. *Andreæ.*

(766) Joach. CURÆI Freiſtadiani nomine,„ „prodiit *Exegeſis perſpicua & ferme integra controverſiæ* „*de ſacra Cœna ſcripta, ut privatim conſcientias piorum* „*erudiat, & ſubjecta judicio ſociorum Confeſſionis Au-* „*guſtanæ, quicunque candidè & ſine pravis affectibus* „*judicaturi ſint;* Ejusdem auctoris *Spongia exigua &* „*mollis,* comparata ad *eluendos colores, quos illevit* „*controverſiæ de S.Cœna D.D Paulus Eberus; Paſtor* „*Eccleſiæ VVittebergenſis.* Acceſſerunt præterea „ſcripta aliquot D. Philippi Melanchtonis, & „aliorum de eadem Controverſia. Heidelb. „1575.in 8. Eadem Exegeſis Neoſtadii, apud Har- „neſium, nec non Lipſiæ, Genevæ, Wittebergæ, „latine pariter & Germanice impreſſa habetur, „teſte *Draudio* Bibl Claſſ. Theol. p.117.ex *Conr.* „*Schluſſelburgii* Theologia Calviniſtica, nec non „p.118.&269.hoc aſſerente.ubi *refutationes* etiam „ejusdem libelli aliquot recenſet, quibus *VVigan-* „*di* aliam addit *Leonardus Hutterus,* Concordiæ „concordis c.4.p.171. ubi recenſet prolixè, quo „pacto Typographus Erneſtus Voegelinus ejuſce „ſcripti ſe auctorem prima editione mentitus, „pœnæque ſubjectus fuerit, quomodoque Cu- „ræus hic (cujus vitam vide apud *Melchiorem Ada-* „*mi* in Vitis Medicor.p.168.& ſeqq.) falſò vendi- „tatus fuerit ejus auctor, mortuus jam, cum ſub „ipſius nomine liber hic ederetur,ut docet *Schluſ-* „*ſelburgius* l.c.idque vere, ſi compares mortis tem- „pus & editionis,quorum hoc 1574.& 75.illud 72 „incidit. Verus autem auctor illius fuiſſe videtur „*Zach.* URSINUS, Uratislavienſis Theologus, qui „an.1563. id abs Electore juſſus;quemadmodum „ex oratione *Franciſci Junii, & Quirini Reuteri,* te- „ſtium ſatis idoneorum, refert in vita Urſini *Mel-* „*chior Adami* pag.m.535.(a) Quo pacto etiam alius „Medicus celebris Caſp. PEUCERUS in ſuſpicio- „nem confecti hujuſce ſcripti inciderit,ac propte- „rea multum paſſus ſit, vide in vita hujus apud „*Melch. Adami* p.379.(b) Ubi ſicut & in vita *Curæi* p. „214. (c) *Curæum* verum auctorem ejuſce ſcripti „aſſerit: quod diverſum videtur ab ea *Exegeſi veræ* „*doctrinæ de Sacramento & Euchariſtia,* quam *Heidel-* „*bergenſium Theologorum nomine,* juſſu Electoris & „Magiſtratus, â Zacharia Urſino ſcriptam cele- „brat in ejus vita idem *Melch. Adam* in Theologor. „vitis p.535. Certè diverſa eſt ab utraque *Exegeſis* „*diſſenſionis Lutheranorum & Calvinianorum, quæ oritur* „*in doctrina de Cœna Domini, ſcripta poſt Colloquia de ea* „*duorum Virorum ad patificationem non inutilis* &c. „Marpurgi 1606.in.4to.licet & hocce ſcriptum „ſententiam Calvinianam defendat, una cum ſuperius memoratis.

Breviter totam hiſtoriam complectitur Evchariſtici hujus ſcripti, enatarumque inde turbarum *Bailletus,* degviſemens des Auteurs.p. 516.517. ſub lit.(d) Merentur etiam hanc in rem legi ea, quæ affert Ludovicus *Camerarius* in Epiſtola dedicatoria, Epiſtolis Huberti *Langveti* præmiſſa obſervante *Symbolâ Rauſchiana.* Magis vero etiam ultimo demum allata *Diecmanniana* ſub lit.(e) quæ damus.

(a) Melchior Adami in vita Urſini, pag.535.

*Cum autem non modo profanum vulgus tribunitiis clamoribus conviciatorum incitatum, ſed majorum etiam gentium DEI, a ſuis Theologis perſuaſi,* Electori Friderico *plurimum negotii faceſſerent: attamen nihil aliud exprobarent magis, quam quod in articulo* de Cœna Domini *novam, peregrinam, ab Auguſtana Confeſſ. damnatam doctrinam inveheret: Electori viſum eſt, apertam hoc de capite confeſſionem publicari: quod effectum, Exegeſi veræ doctrinæ de Sacramentis & Euchariſtia, juſſu magiſtratus ab* Urſino, *nomine Collegii Theol. ſic ſcripta, ut plurimorum oculos in Germania aperuerit, animosq; vel ad orthodoxam fidem, vel ad moderatoria conſilia, ſenſaq; & judicia meliora de Palatina confeſſione traduxerit,*

(b) Idem in Vita Peuceri p.379.

*Exulcerato itaq; non nihil principis animo, cui ſuſpiciones calide inſederant: novas turbellas dedit publicata* Exegeſis: *in cujus auctorem ſolenniter eſt inquiſitum Wittenbergæ per legatos Electoris. Etſi autem typographus auctorem nominarat & indicarat, a quo exempla* ἐξηγήσεως *accepiſſet; compluresque erant, qui teſtarentur, ante multos annos exemplum ei communicatum fuiſſe: in* Peucerum *tamen ſemel commota ſuſpicio, quaſi ab eo Exegeſis profecta eſſet, malevolorum & invidorum ſermonibus accedentibus;* — —

(c) Idem in vita Curæi. p.214.

*In manibus eruditorum verſantur & libelli ipſius Phyſici & Theologici de* ſenſibus & ſenſili. *Item* exegeſis *perſpicua & ferme integra, controverſiæ de ſacra cœna; & ſi qui præterea, qui teſtantur, congesſiſſe eum paucis ſumma dexteritate & perſpicuitate ideam Philoſophiæ Italicæ: & fuiſſe in eo ſimul etiam excellentem cognitionem, & facultatem, in rebus ſacris tradendis & explicandis; ita res, ſermonem, conſil a, & judicia magni illius, ac ſapientisſimi Melanchtonis legerat, audiverat, annotaverat, & menti ſuæ infixerat, diligenter.* — — —

(d) Baillet Deguiſemens des Auteurs. 516.517.

*Mais il faut vous faire voir que le deguiſement ſous de faux noms a fait ſouffrir à des innocens quelque choſe de plus dur à digerer que des paroles. Un Theologien Proteſtant de* Breslau *en Sileſie nommé* Urſinus *ou* Beer *ayant publié une* Exegeſe ſur le Sacrement de l'Euchariſtie *ſous le masq; de* Joachim Curæus, *avoit excité du trouble parmi les Lutheriens d' Allemagne. Dans le temps que les Theologiens de Saxe faiſoient éclater leurs plaintes contre cet ouvrage, il arriva par une fâcheuſe conjoncture pour* Gaſpar Peucer *gendre de* Melanchthon *qu' il ſe rendit ſuſpect de Zwinglianiſme. Cela le fit juger capable d' avoir fait de Livre de Curæus. L' Electeur de Saxe le fit arreſter. Il eut beau proteſter contre la fauſſetè des conjectures & contre la malice de ſes delateurs. Le temoignage du Libraire qui dépoſoit en ſa faveur lui fut inutile, & il fut jetté dans les priſons de Dresde.* Peucer *ne fut pas le ſeul qui eut à ſouffrir pour l' Exegeſe de Curæus; on prétend qu' un Libraire nommé* Voegelinus *fut auſſi puni pour ce ſujet*

*ſujet: cependant quoy qu'il fuſt innocent du fait, il ſemble qu'il avoit merité ſa punition pour s' eſtre vanté fauſſement dans la premiere edition de cet ouvrage d'en eſtre l' Auteur.*

(e) Nota Marginalis Diecmanniana. *Nec* Hutterus, *nec quisquam, quod ſciam alius* Vögelinum *ſe ejus ſcripti auctorem prima editione mentitum narrat. Quin potius Heshuſius in Adſert. SS. Teſtam. Jeſu Chriſti, quam huic Exegeſi oppoſitam Regiomonti A. 1574. edidit, Typographus, inquit, nec ſuum, nec loci nomen addidit: quin Criſpini Genevenſis anchoram & chartam eſt mentitus, fol. 5. a. Ex carcere tamen deinde* Vögelinus *ad ſenatum Lipſ. reſcripſit, ſe in juventute collegiſſe illum librum, & jam bono conſilio typis publicis, ſed clam ſubjeciſſe.* Ad verba, Verus autem auctor illius fuiſſe videtur Zacharias Urſinus: *Non illius Curæo adſcriptæ* Exegeſeos, *ſed alterius, integro decennio prioris, Urſinus auctor eſt, ut ipſe Cl. Dn.* Placcius *paucis poſt lineis, præeunte Melch.* Adami, *recte notat. Ad verba,* Urſinus, Uratislavienſis Theologus: *Urſinus patria quidem Uratislavienſis, ſed profeſſione Heidelbergæ Theologus fuit. Item ad verba*, Curæum verum auctorem ejuſce ſcripti aſſerit: *Ita hunc librum quidem pro pſeudonymo non habet Melchior* Adami. *Aliter tamen, ſtatim poſt ejus editionem, viſum eſt Heshuſio, qui in ſupra citata Aſſertione non tantum in genere Medicum ejus auctorem paſſim facit, ſed & in ſpecie Eum, cujus Præceptor & Paſtor D. Paulus* Eberus *ſit fol 44. a. quem Witteberga degere, alias non obſcure ſignificat. Qui non alius, quam Caſp.* PEUCERUS *eſſe poteſt: Ipſe tamen Peucerus hanc* Exegeſin *neutiquam pro ſua agnoſcere voluit, & nihil ſibi de ea, antequam impreſſam vidiſſet, conſtitiſſe aſſeveravit, V.* Peuceri *Hiſt. carcer. p. 100. 105 433. 434. Wittebergenſibus Theologis, puta Crypto Calvinianis, eam* Hutterus *l. c. tribuit, adſtipulante* Hoſpiniano *qui poſtmodum* Joach. Curæum *auctorem confinxerint. Quibus Lipſienſes Calvinianos jungit Henr.* Leuchterus *in Antiqua Haſſorum fide Chriſtiana & vera p 224.*

(767) *Secundus* CURIO. Sub ejus nomine prodiit Oxon. 1627. *libellus de Amplitudine Regni Cœleſtis.* Fictum aut ementitum hoc nomen dicit Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ poſt L. p. 230. a. ubi verum Auctorem ſcripti indicat eſſe *Thomam* VICARSIUM ſeu de VICARIIS. Opus ipſum in duos libros diſtinctum dedicatum eſt Sigismundo Auguſto Poloniæ Regi, abſolvitur paginis 246. Edit. Francf. 1617. in 12. Subjectus eſt index rerum & verborum.

CURIOSUS v. *Aletophilus.*

CURIUS v. *Fortunatianus.*

(768) Τοῦ σοφωτάτου Κουροπαλάτου τῶν ὀφφικιάλων, τοῦ παλατίου Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Sapientiſſimi CUROPALATÆ *de officialibus palatii Conſtantinopolitani, & officiis Magnæ Eccleſiæ, Libellus,* Græce & Latine nunc primum in lucem editus, ad hiſtoriæ Civilis, & Eccleſiaſticæ, & totius antiquitatis intelligentiam perutilis & neceſſarius. Ex Bibliotheca Viri clar. & conſultiſſimi Julii *Pacii* J.U.D. additus in fine notarum libellus cum indice rerum & verborum locupletisſimo, apud Jo. Mareſchallum Lugdunenſem M. D. LXXXVIII. in 8vo. paginis 223. conſtans quomodo ab AGMONIO in latinam linguam ſit verſus, notisque illuſtratus, expreſſis verbis docet Epiſtola dedicatoria, ab eodem præmiſſa, cujus inſcriptio hæc eſt: Nobilisſimis Viris Dominis amplisſimis, Dominis Conſulibus, ac Senatui inclytæ Reip. Francofurtenſis *Nadabus* AGMONIUS S. D. Sed utrumque & Autoris Curopalatæ, & Interpretis Agmonii fictum eſt. De hoc quidem *Bailletum* num 58. *Pſeudonym.* ſub lit. (a) allegavimus, qui eum nominat *du* JONC. At de illo citavimus in teſtimonium *Hoffmannum* Lexic. Univerſ. p. 510. (a) ubi *Johann.* SCYLIZZAM Thraceſium ſub hoc officii (Curopalatæ) nomine latere innuit. Eum a plagii crimine abſolvit *Thomaſius* num. 400. nec minus tamen etiam *Cedrenum;* quorum alterutrum plagiarium crediderat *Caſaubonus.* vide *Thomaſ.* de Plagiar. num. 400.

(a) Hofmannus Lexici Univerſalis T. I. pag. 510.

Curopalates Johannes, *auctor Gr. ſcripſit epitomen hiſtoricam ab an. 811. ubi Theophanes deſinit, usq; ad an. 1078. Cedrenus, quæ usq; ad Iſacum Comnenum habet, hinc deſumſiſſe videtur. Voſſ. de H. G. lib. 2. cap. 26. Nomen aulæ ſeu palatii miniſtrum denotat. Corippus African. l 2.*

Succeſſor Soceri factus, mox cura palati eſt.

*Putat idem, hunc fuiſſe* Johannem Scylizzam Thraceſium, *quem Cedrenus ſe exſcripſiſſe fatetur: qui apud Imper. primo armamentarii præfectus, dein Curopalates fuit. V.* Baron. *A. C. 811. n. 11. & 830. n. 4.*

(769) *Amadeus* CURTIUS. Ejus *Reſponſum ad Epiſtolam Georgii Chiakor* &c. ſubjunctum Simonis Simonii de ægritudine & morte R. Stephani libello 1587. 4. eſſe SIMONII, jam ante conjeceram, quam deprehenderem, illi diſertè adſcribi a Nic. *Buccella* in refutationis Scripti Simoniani Cracov. 1588. in 4to Præfat. ad Lectorem. Hucusque *Symbola Normanniana.* Quam declarant *Diecmannianæ notæ* ſequentes: Amadæi Curtii Ticinenſis nomine in Polonia Ao. 1587. prodiit *Reſponſum* ad Epiſtolam Georgii *Chiakor*, Secretarii Ungari, de morte & obitu Stephani I. Poloniæ Regis, ſub qua larva *Simonem* SIMONIUM, Lucenſem latere, Nicolaus Buccella, Patavinus, Archiater Regius, ipſa ſtatim præfatione libri, Cracoviæ A. 1588. 4. editi (quem habeo) ex variis indiciis colligit, cujus titulus eſt: *Confutatio Reſponſi* Simonis Simonii Lucenſis *ad Epiſtolam* Georgii Chiakor *Secretarii Ungari de morte Stephani I. Polon. Regis, nec non ad ejusdem Epiſtolæ examen, ſub* Amadæi Curtii *Ticinenſis ficto nomine* editi.

(770) CURTIUS *Jael.* Hoc Auctore publicatum eſt *Opuſculum Jocoſum* nec inelegans, quod poſſideo, in 24to ſine anni mentione, hoc titulo: *Laus Ululæ, ad Conſcriptos Ululantium Patres &*

*& Patronos.* Proſtat Claucopoli, apud Cæſium Nyctimerium in platea ulularia, ſub ſigno amatoris Ululæ. Sub fictitio hoc nomine Curtii Jaelis latere voluiſſe GOEDDÆUM quendam, Agri Vaſenſis in Velavia Geldrica Paſtorem, docet Franc. *Martinius,* Concionator in eadem regiuncula, Epenſis, in epiſtolis ad Amicos. Harderuici A. 1653. excuſis. p. 340. 341. 366. Simulque indicat, An 1642. ſcriptum illud prodiiſſe. p. 420. vocatur Conradus Gœddæus. Hæc *Symbola Molleriana Flensburgenſis.*

(771) Q. CURTIUS *Ruffus,* famoſus ille *Vitæ rerumq; geſtarum Alexandri* M. Scriptor, inter perſonatos quoque Auctores à multis collocatur; arbitrantibus Hiſtoriam hanc *ab erudito quodam Italo,* annis ferme abhinc trecentis, compoſitam. vide *Fabricium* Biblioth. Latin. p. 103. ſub lit. (a) Sunt & qui ipſam Hiſtoriam in dubium vocant, de quo adi les lettres de Mr. Guy *Patin* num 27. pag. 95. 96. ſub lit. (b) Locumque præterea hanc in rem egregium extare penes *de Buiſſon* in Vita Turenii pag. 21. fidem mihi facit Dnus Georgius *Schröteringius* J. U. L. ad p. 181. At perantiquum hunc Auctorem, ſaltem trecentis annis vetuſtiorem eſſe evincit *Wagenſeilius* in Pera librorum Juvenilium Tom. IV. p. 178. quem locum *Fabricius* loc. cit. exſcripſit ſub lit (c) (editionem Curtii 1491. factam refert Beughem. in Incunabulis Typographiæ p. 81.) adde Monatliche Unterredungen 1691. p. 967. (cc) Ceterum non Integrum hoc, ſive Curtii ſive alterius, opus ad nos pervenit. Defectum tamen ſupplere Chriſtophorus *Bruno,* Quintianus *Stoa,* Joh. *Freinshemius* & poſt illos Chriſtophorus *Cellarius,* ſibi ſumſerunt, ut legere licet apud *Fabricium* loc. cit. p. 105. Libris in univerſum X. Opus ipſum diſtinctum erat. Inter quos tamen duo priores jam olim penitus interciderant; nunc ab aliis, ut diximus, ſuppleti. Editio præ reliquis commendanda eſt illa, quam curavit *Freinshemius* Argentorati 1640. 8vo. diſtincta enim illa eſt, accuratè demum recenſita, minutis ſectionibus, cum variis lectionibus, commentariis doctis & copioſis, novis ſupplementis, locupletiſſimoque Indice adjecto, docente etiam *Fabricio* Biblioth. Lat. pag. 106. De ætate Curtii maxime diſcrepant Auctores, Veſpaſiani tempore eum Equitem Romanum vixiſſe credit *Vallemont,* Element de l' Hiſtoire Tom II. p. 151. addit tamen pag. 152. ex P. *Rapin.* Il nous a laiſſé ſujet de doûter: Si c' eſt un Roman, ou une Hiſtoire, qu' il nous a laiſſée. Breviter hæc omnia examinant *Nouvelles de la Republique des Lettres* Mars anno 1685. pag. 252. 253. (d)

(a) Fabricius Biblioth. Latinæ p. 103.

*Q.* Curtius Rufus *qui fuerit & quando vixerit incertum eſt. Nam locus lib. 10. c. 6 unde ætatem ejus colligere conati ſunt viri eruditi, ita ambiguus eſt, ut ibi per novum ſidus* P. Pithoeus *& Jac* Bongarſius *Auguſtum, Matthæus* Raderus, *Tiberium, Juſtus* Lipſius *&* Barnabas Briſſonius *Claudium, Janus* Rutgerſius, *Gerb. Joh* Voſſius, *Joh. Henr.* Boeclerus, *Joh.* Loccenius. *& Philippus* Caroli *Veſpaſianum, Joh. Iſaacus* Pontanus *Trajanum, Caſpar denique* Barthius *Theodoſium intellexerit. Jam ſi idem eſt, de quo* Tacitus *libro XI. Annalium &* Plinius *Jun. lib. VII. Epiſt. 27. veluti Iſ.* Caſaubono *Voſſio aliisque veriſimillimum videtur, cujus inter claros Rhetores meminit* Suetonius, *mirum fuerit hiſtoriam ejus elegantiſſimè ſcriptam à veteribus non memorari. Unde reperti denique ſunt, qui obſervatis quibuſdam in Curtio locis quæ cum Geographia difficulter conciliari poſſunt, qualia tamen in Herodoto etiam & aliis graviſſimis autoribus occurrere conſtat, non dubitarent affirmare, libros qui ſub Curtii nomine feruntur, confectos eſſe ab erudito quodam Italo ante annos trecentos. Vide Guid.* Patini *Epiſtolam 27. p. 96. editionis primæ.*

(b) Mr. Guy Patin. lettere 27. p. 95. 96.

*Etes-vous bien aſſuré que* Quinte-Curce *ait vecu ſous* Tybere. *Il y en a qui pretendent que c' eſt ſous* Auguſte, *pouſſés à cela par ſa belle Latinité: d' autres ſous* Veſpaſien, *avec quelque apparence de raiſon. J' ay eu autrefois un Regent qui avoit une opinion particuliere de Quinte-Curce. Il diſoit que ſon Livre n' étoit, qu' un Romain; que le Latin veritablément en étoit beau: mais qu' il y avoit de grandes fautes de Geographie. Il y en a une enorme entr' autres, dans le 7. Livre, lorsqu' il parle de ces Scythes qui vinrent prier Alexandre le Grand de ne point paſſer le Tanais, qui vient de la Moſcovie Occidentale ſe jetter dans le marais Meotide, ſeparant l' Europe de l' Aſie, & la Scythie Européenne de l' Aſiatique. Pour prouver cette conjecture, Alexandre le Grand n' ayant pas trouvé ſon compte apres avoir paſſé cette riviere, revint in continent in regionem Scytharum, & de là entra dans les Indes, & tout cela eſt tres-eloigné du vrai Tanais. Le meme Maitre nous diſoit que l' Auteur de ce Livre etoit un* ſavant Italien *qui le fit il y a environ 300. ans. Que nul Ancien n' avoit cité Quinte-Curce, & que c' etoit un nom ſupoſé. Qu' il etoit là-dedans parlé du fleuve* Indus, *du Gange & autres parties des Indes, qui etoient inconnues à ces Anciens qui ont vecu devant Ptolomee, qui eſt le premier & le plus ancien Auteur qui ait fait mention de la Chine ſous le nom de Sina.*

(c) Fabricius Biblioth. Latinæ pag. 104. 105.

*Etſi quacunque de cauſa non occurrit apud Antiquiores, qui extant,* Curtii *mentio, tamen ii quorum ætas tria ſecula longe excedit, ejus meminere, ut ſic ſaltem longe ante illa tempora vixiſſe illum neceſſe ſit. Johannes nimirum* Sariſberienſis *Carnotenſis Epiſcopus quem A. 1182. vita exceſſiſſe conſtat, Curtium allegat in Polycratico lib. 8. cap. 18. Philippus vero* Gualterus *Epiſcopus Inſulanus, quem nonnulli Sariſberienſis æqualem temporum autumant, alii, ut* Voſſius *de Poetis latinis, Ao. 1250. claruiſſe ferunt, in Alexandreide, ſive carmine, quo libris X. cecinit res geſtas Alexandri, Curtium ad verbum, quantum poterat imitatus eſt. De* Alphonſo *quoque decimo Hiſpaniæ Rege qui* ſapientis *cognomen meruit & Ao. 1252 imperare cœpit,* Antonius Panormitanus *in vita ejus prodidit eum cum gravi morbo laboraret remedia Medicis fruſtra præſcribentibus cœpiſſe legere Q.* Curtii *hiſtoriam de Alexandro M. adeoque illius dulcedine captum fuiſſe, ut ex ſola lectione ſanitatem recuperarit, hæc ſæpe deinde repetiit verba erumpens:* Valeant Avicenna, Hippocrates, Medici cæteri,

vivat

vivat Curtius ſolpitator meus. *Quamquam quid verbis opus eſt? monſtravit mihi olim ſolidum Reip. literariæ columen omniqueláude dignus Vir* Antonius Magliabechius *in* Biblioth. *Medicea codicem* Curtii *antiquiſſimum, atq;* Lucæ Holſtenii, *quod ſimul literis conſignatum exhibebat, veriſſimo quo in talibus pollebat judicio, haut minus annis ſeptingentis gravem. Quod ſupereſt, hic ſcriptor ab iis, qui grandem & pudicum Latinitatis ſermonem amant, aſſidue in manu ſinuq; geſtari debet. Sunt enim illi verba electiſſima, acutæ crebræq; ſententiæ, expoſitiones mirificæ, conciones multa facundia inſtructæ, ita, ut oratio ejus ubique ſervet Majeſtatis ſuæ pondus.*

(cc) Monatliche Unterredungen. Anno 1691. p. 957.

In (*Cellarii*) neuer *Edition* (des *Curtii*) iſt zwar zu den *Notis* bißweilen was angeſetzet / ſo doch nicht viel ausmachet; Aber das *Judicium de ætate Curtii* iſt ziemlich vermehret / darinnen mir ſonderlich gefället / was wider diejenige / ſo Curtium wollen zum *recentiore* und *ſuppoſititio* machen / Herr *Cellarius* durch Herrn Wagenſeilen aus der *Florentiniſchen Bibliothec* von einem *Codice*, den Herr *Holſtenius* auff 700. Jahr geſchätzet / *communiciret* erhalten hat / womit ſolche Neuerung auff einmahl übern hauffen geworffen worden.

(d) Nouvelles de la République des Lettres. Mais. 1685. p. 252. ſeqq.

*Il étoit d'autant plus neceſſaire de confirmer par de bonnes autoritez les expreſſions de Q.* Curce, *qu'il y a des gens qui le prennent pour un Auteur aſſez Moderne & qui s'imaginent que pour ſe concilier plus d'autorité il s'eſt fait contemporain des Empereurs de l'ancienne Rome. C'étoit l'opinion d'un des Régens de M Patin. Il prêtendoit que Q. Curce étoit un nom ſuppoſé, & que l'Hiſtoire qui court ſous ce nom étoit un Roman bâti depuis trois cens ans par un Italien. Il le ſoûtenoit entre autres raiſons 1. parce que cet Auteur ne ſe trouve jamais cité par les ancien, 2 parce qu'il parle du Gange, de l'Inde, & de quelques autres Païs que l'on ignoroit avant que le Geographe Ptolomée en fit mention. Mais on a beau faire & beau dire. Quoi que l'argument tiré de ce que les anciens ne citent jamais Q. Curce ſoit quelque choſe de fort, & de ſurprenant, on ne perſuadera jamais à un homme de bon goût, que cet Ouvrage ſoit ſi nouveau. Il y a plus de quinze cens ans qu'on n'écrit point en Latin comme fait cet Hiſtorien, qui qu'il ſoit, & s'il a commis des bévües en fait de Geographie, il ne s'enſuit pas qu'il ſoit moderne, car ſur ce pied-là* Tite-Live, Herodote, *& tous les anciens Hiſtoriens ſeroient de nouvaux venus. A l'egard de l'Indice qui eſt fort ample nous dirons qu'il tient le milieu entre celui de* Freinshemius, *& celui du Jeſuite le* Tellier *qui a commenté Q. Curce à l'uſage de M. le Dauphin. Freinshemius a inſeré dans le ſien une eſpece de petit commentaire; le Jeſuite n'a composé le ſien que de ſimples mots. Cet Auteur a recüeilli toutes les phraſes.*

*Les figures au nombre 29 ſont fort curieuſes. M.* Henning, *dont nous avons parlé autrefois, les explique aſſez amplement dans un Diſcours qui eſt à la tête de l'Ouvrage. La Genealogie d'Alexandre qu'on nous donne ici eſt la même que* Freinshemius *avoit emprunteé de* Reineccius.

*Pour l'Abregé Chronologique de la vie d'Alexandre il a été pris du Commentaire du Jeſuite le* Tellier.

CUSANUS v. *Sfortia.*

(771. a) CYDONIUS. Ejus *de contemnenda morte* Orationes Piæ, NEMESIO EMESENO Epiſcopo tribuuntur, ab Hieronymo *Wolffio* apud *Olearium* Abaci Patrolog. p. 121. (a) at *Barthius* Adverſar. lib. 54. c. 9. f. 25.37. & lib. 60. fol. 3000. DEMETRIUM CYDONIUM librorum horum Auctorem facit, quem ſequitur etiam *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 32. & in Appendice ejus Wharton (b) ubi & alia hujus Demetrii Scripta recenſentur.

(a) Olear. Abac. Patr. p. 121.

Cydonius, *ſine ulla vel prænominis vel cognominis additione. Ejus* de contemnenda morte piam *Orationem, cum Hermiæ irriſione Philoſ. gentil.* ex Fuggeri Bibliotheca, *Raphael* Seilerus *ICtus Auguſtanus*, primus protulit, *& apud Jo. Oporinum Baſileæ 1552. græce atque lat. vulgari fecit: eandemque, cum aliis vet. græc. Patrum monumentis Conr.* Geſnerus recudit, *teſte* Hottingero, *Bibliothec. Tigur. p. 109. An hic autor ſit* Demetrius Cydonius *Theſſalonicenſis? De quo Raph. Volaterranus, & nos, paulo poſt ſuo loco, non immerito quæritur. Editor certe libelli, ſive diverſorum Scriptorum* de Scientia recte vivendi & moriendi, *qui ex officina Pet. Pernæ, Baſileæ 1577. (& denuo ibid. 1586.) prodierunt, Demetrium Cydonium in lemmate orationis de contemt. mort. eum clare vocat, licet, qua autoritate Demetrii nomen præfixerit, non indicet. Ibidem* Anonymus *aliquis (qui tamen quod* Hieronymus Wolfius, nobilis ille Epicteti commentator *ſit, p. 407. ſemet non obſcure prodit,) in annotationibus ad Cydon. p. 551. & 556.* Nemeſio *Emeſeno Epiſcopo quædam iſtius orationis tribuit. Ita* Barthius quoque *noſter, Adverſ. lib. 54. c. 9. f. 2537. & lib. 60. f. 3000. & ad Mamert. de anim. p. 336. dictitat, atque, qui illius veſtigia paſſim ſequitur,* Magirus, *Eponymolog. p. 63. Nos tamen in re dubia, & ubi iſtæ autoritates nondum ſatisfaciunt, nihil definire aut temere affirmare, ſed cum Raph. Seilero, (utpote cujus editionem omnes iſti ſunt ſecuti,) ſuſpenſo potius judicio ſtare malumus, beneficium reputaturi, certiora ſi quis indicaverit.*

(b) Wharton Appendicis ad Cavei Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſ. p. 32.

Oratio *pia* de morte contemnenda, *quæ ſub* Cydonii *cujuſdam nomine Gr. Lat. una cum Hermiæ* Διασυρμῷ *prodiit* Baſil. *1552. & inter alia ejuſdem argumenti Opuſcula, ibid. 1559. cum* Wolfii *Scholiis 1577, 1586. Demetrii noſtri eſſe non male cenſere poſſit. Habentur enim MSS. in Bibliotheca Auguſtana Orationes* Demetrii Cydonii *plures de eodem argumento.*

(772.) CYNÆUS *Theodorus*: LEUCHTIUS DE FRANCFORD. Baillet liſte des Auteurs deguiſez p. 546.

(773.) Cæcilius CYPRIANUS Martyr, Patria Carthaginenſis, ſcripſit diverſa opuſcula, quæ

quæ recenſet *Bellarm.* ad A. C. 250. & incerta ac ſuppoſititia vel dubia dividit, ſed ita ut aliqua etiam ex dubiis ad certa referat. Ex illis ea quæ certis auctoribus aliis ſunt aſſerta reperio ſequentia.

I. *De Abuſionibus XII. ſeculi* ſcriptum, omnes abjudicant *Cypriano*, nec minus Auguſtino, vid. *Bellarm.* p. 64. *Cocum* p. 251. *Pamelius* judicat eſſe ERRARDI cujuſpiam, cujus nomen ad marginem D. Auguſtini adſcriptum reperit, aut Joannis CLIMACI, v. *Riv.* lib. 2. c. 15. p. 237.

His duobus ſuperaddit PATRICIUM *Epiſcopum Hiberniæ*, itidem Auctorem hujus libri creditum, du *Pin* Bibliot. Eccleſiaſt. Tom. I. p. 173. Errardo vindicat *Hottinger* Script. Suppoſ. 75. indicantibus *marginalibus Normannianis*.

II. *De Cardinalibus Chriſti operibus* jam inde â *Bellarm.* p. 62. Cypriano abjudicatum opus, Salviano malè, rectius ARNOLDO BONÆ VALLIS, ſeu BONAVILLACENO, aut BOVILLACENSI, qui ſeculo XII. demum vixit, tribui, poſt *Cocum* p. 146. & *Rivetum* p. 235. docet *Raynaudus* Jeſuita, citans *Rivetum*, quod miror, de lib. bon. & mal. pag. 136. (a) ubi prolixe hac de re agit, & aliqua repetit etiam p. 234. adde *Joh. Dalæum* de confirmatione lib. 1. c. 8. pag. 157. & l. 3. c. 17. in fine, item lib. 2. de ſcriptis, quæ ſub Dionyſii Areopagitæ & Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur. *Prideaux* Oratione IX §. IV. pag. 84. Arnaldum Bonavillacenſem vocat: vide tamen *Jugemens des ſavans* Tom. I. cap. 12. pag 479. Et extra dubium quidem hodie illud ponunt *Olearius*, Abaci Patrolog. p. 49. *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptorum Eccleſ. p. 64. b. ſub. lit. (b) cui adde p. 473. a. *Du Pin* Biblioth Tom. I. p. 173. (c) *Dallæus* vid. *Journal des Savans* 1666. p. 561. *Jameſius* append. Biblioth. Oxon. pag. 5. Jo. *Ceſtrienſis*, auctoritate MSti Oxonienſis Biblioth. in quo ARNOLDI nomine paſſim citatur, ut obſervat D. *Jo. Fechtius* §. VIII. part I. Theolog. Patriſticæ & *Journal des Savans* Ao. 1683. p. 357. (d) & *Acta Erud. Lipſienſ.* 1684. pag. 44. Occaſionem Cypriano adſcripti Operis hujus aperit *Vake* vom Uhrſprung Menſchlicher Seelen c. II. p. 26. 27. ſub lit. (e) Franciſcus *Turrianus* ad Latin. Lat. ſcribit, etſi ſemper exiſtimaverit hos ſermones non eſſe Cypriani, tamen conſulto, opinione uſum vulgi, eos Cypriano tribuere voluiſſe Tom. I. Lucubr. Lat. Latin. p. 278. Qvod factum iſte Epiſtola ſeqq. non probat, eique ideo plurimum fidei & Auctoritatis apud eruditos detractum iri ominatur. *Hæc Symbola Rauſchiana.* Addit *Margo Maſtrichtianus Voſſium* de Baptism. Diſp. 4. theſ. 3. p. 69. med. p. 13. etiam in marg.

III. *Carmina* Cypriani nomine vulgata laudat, etſi Cypriani quod ſint probari non poſſe fateatur, *Bellarm.* p. 64. Ea partim TERTULLIANO, partim VICTORINO PICTAVIENSI tribui, vide apud *Voſſ.* de Poet. Lat. p. 52. & 53. *Rivetum* p. 235. *Barth.* adverſarior. l. 17. c. 19.

Illud *de Sodomis* Q. Septimio Florenti TERTULLIANO Afro Carthaginenſi tribuunt *Du Pin* Bibl. Tom. I. p. 173. ex *Voſſio* de Poëtis Latinis cap. 10. p. 52. *Eſchenbach.* Exercit. de Poëtis Chriſtianis Sacris Græcis & Latinis Sect. II. §. 11. Dubium tamen illud reddit *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 43. (f) Ad SALVIANUM Maſſilienſem *de Sodoma & Geneſi* carmina referri teſtatur *Fabricius* Bibl. Latin. p. 34. & 35.

IV. *De Clericorum ſingularitate*, ſupra in Auguſtini operibus jam inſpectus, abjudicatur utrique, ſed & ORIGENI & RUFFINO, quibus alii atque alii eum tribuebant, v. *Bellarm.* p. 62. *Rivetum* p. 225. & 235. *Cocum* p. 149. 150. *Ib. Raynaudum* p. 135. & 154. & S. HIERONYMO & GAUDENTIO Breſſæo tributum hoc ſcriptum indicat *Du Pin* loc. cit. nihil tamen ipſe de Auctore determinat; vid. lit. (g) Bedæ tamen tempore aliqui ſcriptum hunc librum eſſe autumant.

V. *De Incredulitate Judæorum*, CELSO tribuitur â *Bellarm.* p. 64. *Coco* p. 152. *Riveto* p. 236. & *Gerhardo* p. 172. *Hottingerum* de Script. ſuppoſit. 15. in teſtimonium citant *Marginalia Normanniana.* At JASONI *Pellæo* tribuit *Cave* Hiſtoriæ lit. Script. Eccleſ. p. 64. & 26. ſub lit. (h)

VI. *Exhortatio ad Martyrium* â *Bellarmino* inter indubitata opera *Cypriani* collocatur, HILARIO vindicatur â *Mariano Victorio*, apud *Cocum* p. 140. Appoſite Gerh. Joh *Voſſ.* in Diſput. 25. Theologico-hiſtor. theſi 2. p. 368. poſt. med. addend. notante in margine Excellmo *Syndico à Maſtricht*. *Etiam Canonicos eſſe hos libros (Machabæorum) probare conatur Bellarminus ex Cypriani* libro ad Fortunatum de exhortatione Martyrii *ſed eum librum* non Cypriani *eſſe*, *ſed* Hilarii, *cum ex Styli vicinitate, tum Hieronymi auctoritate probat* Marianus Victorinus *Annot. in Tom. 2. Hieron. Scholiisq; in apologiam ad Pammachium Gerh. Joh.* Voſſ. *in diſp. 25. Theol. & Hiſtor. theſ. 2. p. 368. poſt med.*

VII. *De duplici Martyrio*, ut recte abjudicatur ab omnibus *Cypriano*, ſic male *Riveti* p. 237. judicio, & meo, imputatur ERASMO, â *Gravio* & *Pamelio* apud *Cocum* p. 151. quibus ſubſcribere videtur *Raynaud.* p. 117. & 135.

Adde *Sculteti* Medull. Patrum. p. 359. *Hottingerum* Suppoſ. Patr. 75. allegante *Normanno* in marginalibus, & *Lat. Latinium* Tom. I. Lucubr. p. 101. quem non exigua ſponſione contendere velle, ſcriptum hoc, quod ERASMUS à ſe in vetuſtiſſima Bibliotheca repertum profitetur, ipſius dominatum, refert *Symbola Rauſchiana.* At *Eraſmum* ab hac imputatione liberat *Du Pin* Nouvelle Bibl. p. 173. (i)

VIII. *De Diſciplina & bono pudicitiæ* librum TERTULLIANO abjudicare mavult *Eraſmus*, v. *Riv.* p. 230. & repugnantes Pontificios *Bellarm.* p. 63. & *Poſſevin.*

CORNELIO tamen PAPÆ eundem librum ab *Eraſmo* aſſignatum aſſerit *Cave* Hiſtoriæ liter. Script. Eccleſ. p. 64. b.

IX.

IX. *Symbolum expoſitum*, RUFFINO *Bellarm.* p.61. *Rivetus* p. 236. & *Gerh.* p.168. vindicant adde *Melchior.* Comment. Locor. Theolog. c.11. p.67. Plura vide apud adductos auctores, & editores operum Cypriani citatorum apud *Olear.* pag. 123.

Vide etiam RUFFINO tribuentes *Du Pin* Nouvelle Biblioth. pag. 173. *Cave* Hiſtor. lit. Script. Eccleſ. p. 64. b. *Sculteti Medull.* Patr. l. 8. c. 22. p. 357. quibus addunt Marginalia Normanniana Hall. Diſſvaſion of Popery p. 5.

X. *Exorciſmus*, quem Typographi Lugdunenſes S. Cypriani nomine ediderunt, potius eſt CYPRIANI NICOMEDIENSIS, ut cenſuit *Jac. Pamelius*, quod ex *Lat. Latinii* Tom.I. Lucubrat. pag. 301. refert *Symbola Rauſchiana.*

XI. *De Aleatoribus* liber Cypriano adſcriptus *Bellarmino* à PAPA QUODAM poſt tempora Cypriani compoſitus videtur: referente *Cave* loc. cit. At *du Pin* alii cuidam Epiſcopo eum tribuit. vid. *Nouvelle Biblioth.* pag. 172. 179. ſub lit. (k)

XII. *De Trinitate* libellus ſub Cypriani nomine à *Pnevmatomachis* venditus revera fuit TERTULLIANI: ut *Ruffini* teſtimonio aſſerit *Prideaux* Orat. X. p. 85. ſub lit. (l) At du *Pin* Bibl. Tom. I. p. 182. NOVATIANI probat.

XIII. *De Paſcha* Computus à *du Pin* loc. cit. p. 179. abjudicatus Cypriano, eidem reſtituitur à Cl. *Fellio* in *Actis Erudit. Lipſ.* 1683. pag. 44. Adde *Cave* loc. cit. p. 64.

XIV. *Pœnitentia* aut *Confeſſio*, Cypriano Martyri tributa potius debetur CYPRIANO ANTIOCHENO, qui jam olim cum priori confuſus dicitur *Caveo* Hiſtor. lit. Script. Eccleſiaſt. pag. 5. *du Pin* Nouvelle Bibl. p. 173. adde *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1683. p. 44. (m) & *Journal des Savans* Novemb. 1683. p. 358. (n)

XV. *De Revelatione capitis Johannis Baptiſtæ* ſcriptum fabulis refertiſſimum Cypriano indignum, eique manifeſte ſuppoſitum ab obſcuris Monachis conſcriptum videtur Covarruvio, apud *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 64. 65. ubi & de aliis Suppoſititiis Cypriani ſcriptis plura occurrunt. Adde *du Pin* Nouvelle Bibl. pag. 173. (o) verbis adſcriptis.

XVI. *Meditationes variæ.*

Omnia hactenus enumerata Opera in unum collecta, & Autori ſuo reſtituta prodierunt ad calcem S. CYPRIANI Operum Oxon. 1682. fol. verba ſunt Guilielmi *Cave* Hiſt. Litterar. Script. Eccleſiaſticorum p. 473. a.

(a) Raynaudus de libris malis & bonis p. 135. 136.

*Eidem quoque* Cypriano, *manifeſtè ſuppoſitus eſt liber* de operibus Chriſti cardinalibus. *Nam ſerm. de paſſ. Dom. & initio ſermonis de Bapt. Chriſti, apertè refellit errorem S.Cypriani de Baptiſmo hæreticorum. Unde ſi S.Auguſtinus agnoviſſet illud opus tanquam Cypriani, non tantopere laboraſſet in abſtergenda labe S.Cypriani, ob illum materialem errorem, de Anabaptiſmo hæreticorum. Sed neq; conſentio* Billio, *ad orationem 42.* Naz. *p.901. ubi eum librum, alicujus ſaltem S.Cypriano æqualis, eſſe contendit, cum ſit inſcriptus* Cornelio *Papæ, & ex eo* Nazianzenus *apertè locum, ibi à* Billio *expenſum mutuatus videatur. Hoc, inquam, non admitto: & potius arbitror, autorem illum qui adulteri cuipiam Cornelio Papæ, id eſt, Epiſcopo, juxta antiquum ejus vocis uſum, opus ſuum inſcripſit, à Nazianzeno plagulam illam mutuatum eſſe.*

*Hoc Auctoris opus eſſe ſubſecuti ætatem S* Cypriani, *nec modico tempore, pervaſeram mihi aliquando, quia Auctor initio ſermonis de unctione Chriſmatis, meminit reſeratorum ea die carcerum: quod videtur pertinere ad uſum temporibus S. Cypriani non convenientem; nimirum, ut ſub Paſcha laxarentur qui mancipati erant carceri, ita enim habetur ex Sacra Honorii Imperatoris ad Arcadium fratrem, cum expoſtulat de S.Chryſoſtomi expulſione Cucuſum: itemque ex lege Theodoſii, cujus meminit Flavianus Antioch. ea oratione ad Theodoſium in cauſa Antiochenorum, quam retulit poſtea S Chryſoſtomus hom.20. ad pop. & habetur nunc ea lex in append. 7. & 8. Cod. Theodoſiani. Videnda item lex 8. de indulg. crim. in cod. Theod. Idem tradunt Nyſſ. orat. I. de Reſur. Ambroſ. epiſt 33. quæ eſt de tradendis Baſilicis, fere initio, & Chryſoſt. in Pſal. 2. in fine, S. Leo variis ſermonibus de Quadrageſima, ac nominatim ſerm. 2. & 7. & alii, quos adducit Filejac. lib. de ſacra Quadrag. cap. 14. ita mihi, (ut dixi) aliquando perſvaſeram, attento uſu illo altæ paci Eccleſiæ congruente. Poſtea tamen adverti, quæ initio illius ſermonis de unctione Chriſmatis, de reſeratis carceribus, & laxatis captivis, ac judicibus manſvefactis, traduntur, repeti in calce ſermonis, iisdem ferè verbis & ad ſacerdotalem poenitentium abſolutionem referri. Quare nihil inde poteſt colligi, pro tardiore Autoris illius ævo, quam ſit ævum S.Cypriani. Nam quod jam tunc non haberet locum abſolutio poenitentium in Cœna Domini, unde probari queat?*

*Malim ergo argumentari, ex eo quod auctor iſte paſſim clarius & diſtinctius agat de Myſterio incarnationis, quam ſoleant agere Patres, qui ævo S.Cypriani ſcripſerunt. Deinde quod ſub finem prologi, autor ita loquatur de avaritia, etiam Eccleſiaſticos & religioſos occupante, ut plane inſinuet, ſcribere ſe non tempore S. Cypriani, ſed multo poſteriore. (Hæc, (inquit,) ſitis divitiarum, miſeris pectoribus aſſidet & ambitionis ſalſugo bibulam animam occupat, ita ut per fas, & nefas, ad loca inferiora, etiam de latebris Eremi nonnulli ſe ingerant; & de omni gradu, ubi aliquis aditus patet, anheli prodeant, diſcurrant ad judices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliarios, & modis omnibus elaborent, ut ſedeant cum Principibus, eo quæſtu, ut maledicat Deus quod ipſi benedixerint, & benedicat quod maledixerint). Eremum pro cœnobio, & religioſo ſtatu uſurpare, Fauſto, Eucherio, & cæteris illius ætatis, eſt frequentiſſimum. Itaque arguit hinc Auctor Religioſos, quod ipſi quoque ad divitias, & honores Eccleſiaſticos, quibus divitiæ jam eſſent adjunctæ, adſpirarent ex ſuis latebris. Quod per ſe liquet, locum non habuiſſe per tempus S.Cypriani, graſſantibus immanibus perſecutionibus adverſus Eccleſiam: quas non eſt quod quis exiſtimet, inſinuatas ab hoc autore in calce ſermonis de Nativ. Dom. Certamina enim de quibus ibi agit, ſunt communia certamina Chriſtianorum*

*rum, quæ etiam in Eccleſiæ pace non deſunt. Quæ porro argumenta eximium hoc opus S. Cypriano adjudicant, æque illud abrogant Lucio Papæ, cui id alibi adſcriptum legi. Præterquam quod* Auctor *in prologo num. 3. aperte agnoſcit ſuperiorem. Non igitur fuit Summus Pontifex, ſaltem cum ſcripſit. Eſtius, & Cornelius in c. 12. epiſt. 2. ad Cor. ad v. 7. hoc opus tribuunt Salviano. In veteri quodam Manuſcripto, hoc opus tribuitur* Arnoldo *Bonæ Vallis, & ab eo dicatum refertur Alexandro III. Idem monuit me, vir doctiſſimus, ac S. Petri in Vaticano* Canonicus, *Lucas Holſtenius, allegato indice librorum Academiæ Oxonienſis in Anglia, quæ hoc Opus Manuſcriptum, attextis reliquis Arnoldi lucubrationibus aſſervat, ut videre eſt pag. dicti indicis 12. Et diſerte præfatio operis ſub nomine Arnoldi, dirigitur ad Alexandrum III. Idem refert Andreas Rivetus lib. 2. critici ſacri cap. 15. ex Iameſio in Catalogo Bibliothecæ omnium animarum, volum. 15. niſi quod ait, hoc opus ab* Arnoldo *inſcribi Papæ Adriano, qui fuit coævus F. Bernhardo, nempe* Adriano *IV. qui immediate præivit* Alexandro *III. Sane ſcriptionis in hoc opere majeſtas, ab aliis* Arnoldi *lucubrationibus non abhorret. Et facile eſt conjicere, nomen* Alexandri, *vel* Adriani, *mutatum eſſe in nomen* Cornelii *Papæ, S. Cypriano æqualis, per eos qui primi has diſſertationes, ob nonnullam in ſtyli granditate ſimilitudinem S Cypriano adſcriptas voluerunt, ut eſſent ob vetuſtatem commendatiores ac vendibiliores, quod factum circa commentarios in Matthæum Divo Thomæ Aquinati adſcriptis.*

(b) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 64.

*De Cardinalibus Chriſti operibus, quem eſſe* Arnoldi *Abbatis Bonæ Vallis omnes jam norunt: quique præter præfationem ſequentes Tractatus 12. complectitur--*

(c) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. I. p. 173.

*Le traité des* oeuvres Cardinales, *ou principales de* JESUS-CHRIST, *qui a eſté attribué à ſaint Cyprien, quoi qu'il ne ſoit point de ſon ſtile, a eſté reſtitué ſur la foi de pluſieurs Manuſcrits à* Arnaud de Bonneval, *ami de ſaint Bernard, qui l'avoit adreſſé au Pape Adrien IV. & qui a encore composé d'autres traitez de même ſtile touchant les paroles de* JESUS CHRIST, *ſur la croix, l'ouvrage des ſix jours, & les loüanges de la Vierge, qui ont eſté imprimez dans la* Bibliotheque *des Peres, & enfin un traité de Meditations, qui n'avoit point encore eſté imprimé, & qui a été ajoûté dans la derniere édition de ſaint Cyprien faite en Angleterre à tous les autres traitez de ce même Auteur. L'explication du Symbole des Apôtres eſt ſans doute de* Ruffin.

(d) Journal des Sçavans, d. 29. Nov. 1683. p. 357.

*Parmi les ouvrages ſuppoſez (de la plûpart deſquels on a decouvert les veritables* Auteurs*) un des principaux eſt le Livre d'* Arnould de Chartres *touchant les oeuvres* Cardinales de Jeſus-Chriſt, *que quelques-uns ont deja remarqué avoir eſté mal attribué à ſaint* Cyprien *& à l'occaſion duquel on donne icy le reſte des Ecrits de cet Abbé, entre autres ſes Meditations, qui avoient eſté jusqu'à preſent inconnuës.*

(e) Vake vom Urſprung Menſchlicher Seelen/ c. II. p. 26, 27.

Zudem iſt nunmehro bekandt/ daß nicht *Cyprianus*, der H. Märtyrer / ſondern *Arnoldus, Abbas Bonæ-Vallis, Ordinis Ciſtercienſis,* der im zwölften *Seculo* allererſt gelebt/ wie *Johannes Trithemius* von ihm ſchreibet/ der Autor des *Tractats de Cardinalibus Chriſti Operibus* ſey. Ein Buch-Schreiber hat für dieſen *Tractat* den Namen *Cypriani* geſetzt/ damit er ihn deſto theurer könte verkauffen. Unter ſolchem Namen iſt er etliche hundert Jahr umher gangen / und wird deswegen annoch bey den Schriften *Cypriani* gedruckt gefunden/ wie *f.* 19. wird berichtet. Dieſer *Arnoldus* bekennet frey in dem *Prologo f.* 21. *b.* daß er den Uhrſprung ſeiner Seelen nicht wiſſe.

(f) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt p. 43.

*Poëmata varia, viz* Geneſis, Sodoma, Libri V. adverſus Marcionem, *de* Judicio DEI, Carmen ad Senatorem, & de Jona & Ninive: *quæ* Pamelius Tertulliano *adhuc juveni adſcribit, nullo tamen Antiquorum teſtimonio, nulla ratione ſuffultus. Ex iis priora duo* Salviano *Presbytero Maſſilienſi, Carmen de* Judicio Dei, Verecundo *Epiſcopo Africano (qui circa medium ſæculi ſexti floruit) tribuit. Doctiſſimus* Alix, *licet ex his poſteriori lacinias aliquot ab homine decimi ſæculi intertextas fuiſſe non diffiteatur. Idem libros* adverſus Marcionem *poſt* Hieronymi *ævum natos; Carmen autem ad* Senatorem *(quod inter* Cypriani *Opera, Tom. III. legitur) ante Conſtantini tempora conſcriptum arbitratur. Poema deniq; de* Jona & Ninive, *(quod in Bibliotheca PP.* Tertulliano *inſcriptum reperitur) antiqui cujusdam Auctoris (ejusdem forſan, cujus eſt* Sodoma, *opus eſſe conjicit.*

(g) Du Pin Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. I. p. 172.

*Le Livre de la ſingularité des Clercs eſt un ouvrage tres-utile, dans lequel il eſt prouvé que les Clercs ne doivent point demeurer avec des femmes. Quelques-uns l'ont attribué à ſaint* Cyprien, *conformément à quelques Manuſcrits, d'autres à ſaint* Jerôme, *d'autres à* Gaudence de Breſſe.

*Il eſt conſtant qu'il n'eſt point de ſaint Cyprien. La difference du ſtile, & les mots barbares, qui s'y rencontrent en ſont une preuve convaincante.*

*Il n'eſt point non plus une verſion* d'Origenes *mais l'ouvrage original d'un Auteur Latin; enfin il n'eſt ni du ſtile du* S. Jerôme, *ni* d'Origenes.

(h) Cave Hiſtot. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 26.

*Hunc* Jaſonem *plurimi eundem eſſe volunt cum Jaſone* Theſſalonicenſi, *cujus mentio habetur* Act. XVII. 5. Rom. XVI. 21. *quemque Græci in* Menologio *primum Tarſi Epiſcopum à D. Paulo conſtitutum eſſe tradunt. Verum hæc incerta, nulloque fide digno auctore nixa. Quisquis ſit Diſputationem inſtituit cum* Papiſco *Judæo Alexandrino de Veritate Chriſtianæ Religionis, cui exitus iſte contigit, ut Papiſcus Chriſtiani argumentis devictus, Judaiſmo renunciaret, & baptiſmum enixe poſtularet. Extiterunt olim Græce, imo (ſi* Rigaltio *fides adhibenda ſit verba quædam inde citanti) jam extant Acta concertationis hujuſce, ſive ab* Ariſtone *noſtro, ſive ab alio quodam in literas redacta. Ea tanquam inſulſum quoddam opus olim ſugillavit* Celius *Epicuræus: cujus iniquas idcirco cenſuram diluit* Origenes, *& egregium iis eruditionis elogium tribuit.*

*Meminit*

*Meminit eorundem Hieronymus in Quæſtionibus in Geneſin. Acta iſta in Latinum ſermonem vertit, & præfatione bene longa* Vigilio *Epiſcopo nuncupata auxit Celſus quidam; quis qualisve ille fuerit non conſtat. Id ſolum liquet ex plurimis præfationis locis eum vigentibus adhuc Perſecutionum temporibus, & ante ſuſceptam ab Imperatoribus fidem Chriſtianam ſcripſiſſe. Exſtat præfatio inter* Cypriani *opera, cujus nomini perperam inſcribi ſolet.*

(i) Du Pin Nouvelle Bibl. des Auteurs Eccleſ. Tom. I. p. 173.

*Il faut ajoûter à ces traitez une Oraiſon à la loüange du Martyre, & une autre du double Martyre, qui ont eté faites à plaiſir par quelque Auteur qui n' eſt pas fort ancien. La premiere eſt d' un ſtile etudiè, & affectè, & il paroiſt que celui qui l' a composèe s' exerce à faire une Harangue en forme. Il fait un Exorde comme s' il parloit à une aſſemblée, ſes periodes ſont travaillées, ſes pensès recherchèes, & ſon tour eſt extrèmement contraint. L' Oraiſon du* double Martyre *eſt faite avec plus de negligence par quelque nouvel Auteur qui vouloit imiter le ſtile de ſaint Cyprien.* Gravius *s' eſt imaginè qu'* Eraſme *ètoit Auteur de cette fourbe : mais il y a apparence qu' un auſſi habile homme que lui, l' eut bien mieux cachèe qu' elle ne l' eſt dans ce Livre.* Car *quoi que l'* Auteur *feigne qu' il ècrivoit environ 240. ans aprês JESUS-CHRIST, il ne fait point de difficultè de dire, que la Religion ètoit plus ètenduë que l' Empire. Il parle des perſecutions de Diocletien, & de Maximin, ou Maximien, d' une guerre contre les Turcs, & fait mention des Moines, & de leurs pratiques. Voilà les Livres fauſſement attribuez à S. Cyprien, qui peuvent eſtre de quelque utilité, dont on ne ſçait pas les Auteurs.*

(k) Idem, antea, ibid. p. 172.

*Le Traitè, ou l' Homelie contre ceux qui joüent au hazard, 00. eſt encore plus èloignè du ſtile de ſaint Cyprien, eſtant embaraſſè, obſcur, & plein de mots qui ne ſont point Latins. L' Ecriture y eſt citèe d' une autre maniere que dans ſaint* Cyprien, *& l' Auteur fait mention du Livre intitulè la doctrine, ou les doctrines des Apôtres, lequel ſuivant toutes les apparences a eſtè composè depuis ſaint Cyprien.* -------(Et pag. 169. *00.* Le traitè contre ceux qui jouent au hazard.) *Il eſt ecrit par un Evêque mais l' on ne doit pas conclure, que ce ſoit par un Pape, à cauſe qu' il ſe dit Vicaire de JESUS-*CHRIST, *parce que ce nom eſt donnè dans l' antiquitè à tous les Evêques.*

(l) Prideaux Orat. IX. de Pſeudepigraphis p. 85.

*Conqueritur* Ruffinus *in Apologetico, Pneumatomachos edidiſſe libellum* Tertulliani *de Trinitate, variis maculis decoloratum, ſub* Cypriani *nomine; & vilius vendidiſſe, ut incauti emerent libentius, & venenum citius imbiberent.*

(m) Acta Eruditorum. Anno 1683. pag. 44. 45.

*Neque ſilentio prætereunda S.*Cypriani *Pœnitentia ſeu* Confeſſio, *juxta fidem* Bodlejani *codicis & aliorum exemplarium nunc primum evulgata, quam Illuſtriſſimus Editor ante Conſtantini M ætatem compoſitam, & illam ipſam ἐξαγόρευσιν vel ſaltem ejus partem eſſe exiſtimat, cujus in Panegyrico Cypriani Gregorius Nazianzenus meminit, quam Gelaſius cum Concilio Romano inter* Apo*crypha rejecit, & quam Photius in Bibliotheca ſua prolixius exponit, dum* Cod. 184. *tres de Cypriano Martyre libros ab Eudocia Auguſta heroico carmine redditos enarrat, quorum primus res Juſtinæ virginis, ſecundus* Cypriani *juvenilem ætatem magicis artibus & peſſimis quibusq; flagitiis infamem, & tertius utriusq; martyrium perſequitur. Equidem cum hodierna Eccleſia Græca pariter & Romana duos Cyprianos Martyres & Epiſcopos agnoſcat, unum Carthaginenſem, & alterum* Antiochenum, *cui vulgo tribui ſolent, quæ de magia & Juſtinæ amoribus veteres nonnulli tradunt: exinde pleriq; hactenus exiſtimarunt, Nazianzenum, Prudentium & reliquos, qui horum veſtigiis inſiſtunt, nominum ſimilitudine deceptos* Cyprianum Carthaginenſem *cum* Antiocheno *confudiſſe. Verum cum Gregorium Nazianzenum ea quæ paulo ante ætatem ſuam Antiochiæ geſta perhibentur, tam immani errore ad Cyprianum Carthaginenſem retuliſſe haud probabile videatur, & jam priſcis illis ſeculis fingendi licentia & credendi facilitas rerum geſtarum fidem perturbaverit, Illuſtriſſimo* Fellio *veriſimillimum videtur Chriſtianum aliquem, dum Cypriani acta poſteritati commendaret, ne res ejus geſtæ nimis humiles & quotidianæ viderentur, pia quadam fraude prodigioſas illas narrationes attexuiſſe, & ut patriam ſuam demereri poſſet, dramatis hujus ſcenam Antiochiæ poſuiſſe, & hæc figmenta alios quidem credidiſſe, alios autem, cum hæc Cypriano Carthaginenſi minus convenire perſpicerent, Cyprianum quendam Antiochenum in theatrum produxiſſe: quamvis ne ſic quidem ſomnia iſta cum perſonarum, locorum atq; temporum circumſtantiis ita cohæreant, ut non mendacium ubiq; pellucere periti rerum æſtimatores deprahendant. Ex his igitur fontibus profluxit illa* Cypriani Pœnitentia *ſeu* Confeſſio, *cujus particula aliqua in Latinum è Græco ſermone converſa nunc cum aliis Cypriano vulgo adſcriptis opuſculis publicatur.*

(n) Journal des Scavans d. 29. Nov. 1683. p. 358.

*Quant à la* Confeſſion de St. Cyprien *dont on joint ordinairement une partie aux ouvrages qu' on luy attribuë, quoy qu' elle paſſe pour eſtre d' un St. Cyprien Evêque d' Antioche, avec lequel on a confondu Celuy de Carthage, le même Evêque d' Oxfort, qui pour nous la donner icy a ſuivi l' exactitude & la fidelitè du Monſ. de* Bodley *& de quelques autres exemplaires, eſtime qu' elle a eſté composée avant le temps de Conſtantin le Grand, & que c' eſt cette piece dont Saint Gregoire de Nazianze a fait mention dans le Panegyrique de Saint Cyprien, qui fut rejettèe comme apocriphe par le Pape Gelaſe & le* Concile *de Rome, & à laquelle Photius s' eſt arrêtè fort au long dans ſa Bibliotheque en parlant des trois livres de ce Pere, mis en vers heroiques par l' Imperatrice Eudoxe.*

(o) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. I. p. 173.

*Les autres traitez attribuez à S.* Cyprien, *ſont des Ecrits non ſeulement ſuppoſez, mais auſſi pleins de badineries & de fauſſetez. Le premier eſt un traité des* Montagnes de Sion, *& de* Sina *fait par quelqu' un qui s' arrêtoit aux rêveries des Rabins, & de Cabaliſtes. La* Cene *eſt un ouvrage ridicule, & plein d' impertinences. La* revelation du Chef S. Jean *eſt une*

*narration fabuleuſe écrite depuis de temps de ſaint* Atha*naſe,à ſaint Cyrille , de Theodoſe , de Vandales, de la Chronique de Marcellin , & de Pepin dont elle fait mention. Sa preface attribuée à Celſus ſur la diſpute de* Papiſcus , *& de* Jaſon, *adreſſée à Vigilius , & le traité contre les Juifs ſont deux ouvrages dans leſquels il n'y a ni juſteſſe, ni ſolidité. Les deux traitez adreſſez aux* Martyrs, *& la* Confeſſion , *ou la* Penitence de S. Cyprien Martyr, *ſont des ouvrages que les nouveaux Grecs ont attribuez au Martyr Cyprien , qui peut-eſtre eſt l' Evêque de Carthage , dont on a amplifié la Vie.*

*Les* ſecrets, *& les* prieres *de S.* Cyprien *ſont des Traitez pleins de ſuperſtition , & d' impieté. Il ne me reſte plus qu' un Calendrier ſur la Pâque r' imprimé ſous le nom de ſaint Cyprien dans l' édition d' Angleterre. C'eſt l' ouvrage d' un Auteur ancien , mais le ſtile eſt tout different de celui de S. Cyprien.*

CYRIACUS v. *Baſilides.*

(774.) CYRIACI Thraſymachi *de Juſtitia armorum Suecicorum in Polonos, perque ea liberata à magno periculo Germania, ad Andream Nicanorem Epiſtola* doctiſſima , juxta exemplar Stetinenſe Helmæſtadii 1656. in 4to. eodemque anno hic Hamburgi Germanice recuſa , quod ſit Excellentiſſimi Viri *Hermanni* CONRINGII , Medicinæ Politicesque Profeſſoris in Academia Julia, diverſorumque Principum Conſiliarii, fama publica , nec non ipſius typographi relatio, verſanti ante hoſce annos 16. ibidem confirmavit. Publice primus quod ſciam hoc ſcripſit *Ericus Mauritius* ſpecim. Jur. publ. c. 2. §. VI. num. 25. pag. 16 ex eoque D. *Geislerus* dec. 5 num 6.

Nomen ipſum ex Græco tranſſumtum innuit, Heermann & Röhnring. Quod nunc quidem non amplius diſſimulare voluiſſe videntur, qui in Catalogo Scriptorum Conringianorum , Syntagmatibus ejus Epiſtolarum in editione Helmſtadiana 1694. præmiſſo , num. XVI. Hiſtoricorum eam diſſertationem epiſtolicam expreſſe aſſerunt illi. Plura infra in recenſione tractatus , quem ſub perſonato *Hectoris Joannis Mitthobii* nomine emiſit idem Hermannus Conringius , occurrent.

(775.) *Uranophilus* CYRIANDER. Ejus nomine extat *Hiſtoria Meteorologica* , verum Auctorem agnoſcens , *Hermannum* IV. HASSIÆ LANDGRAVIUM dictum *Conſtantem* , & in Collegio Societatis Fructiferæ Der Futternde. Vide *Witten.* in Diarii Biographici Ao. 1658. ſub finem. Ubi ſimul innuit , ab eodem ex Gallico in Germanicum Sermonem translatam eſſe *de la Serre Vanitatem Mundi.*

(776.) CYRILLI Alexandrini nomine extantes

I. *Commentarii XII. libris in Evangelium Joannis*, habent libros 4. medios *Jodoco* CLICHTOVEO debitos , uti *Bellarm.* p. m. 143. *Rivetus* l. 4. c 19. p. 445. aliique docent.

Addunt *Marginalia Normanniana Hotting.* Scriptor. Supp. 88. Idem docent quoque *Cave* Hiſtor. lit. Scriptor. Eccleſ. p. 215. (a) & *Du Pin* Nouvelle Bibl. T. IV. p 43. 44. (b)

II. *Commentarios in Leviticum* ORIGENI, *Poſſev.* præfat. apparat. ac *Rivetus* l. c. adjudicari ab omnibus, teſtantur.

Origeni adjudicant *Cave* Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 57. b. Du Pin loc. cit. pag. 51. b. quibus addunt *Marginalia Normanniana Whitacker.* Script. 502. & *Gerhard.* Patrol. 138. 416. Ex cujus Confeſſ. Cathol. c. 1. p. 43. excerpſit *Deckher.* de ſcriptis Adeſpotis pag. 60. 61. illa ; quæ ſub lit. (c) repræſentamus.

III. *Epiſtolam* ejus nomine confictam à NESTORIANIS , qua purgabant hæreſin ſuam ejusque patronos , memoratam *Concil.* 5. collat. 5. pag. 560. ut non amplius extantem , obiter tango.

Vide tamen hoc confirmantem *Neumannum* Diſſertat. de Pſalterio Salomonis. § XIIX. (d)

IV. *Homilias* etiam ejusdem nomine excuſas, ejus non eſſe, vid. apud *Theoph. Raynaud* pag. 134. *Cocum* p. 131. ORIGENIS etiam nomine excuſas notantem , ſed nec eidem adjudicare ſuſtinentem.

Certe à Cyrillo non omnes profectas eſſe homilias Paſchales , docet *Du Pin* Nouvelle Biblioth. T. IV. p. 45. (e) at illas XIX. in Jeremiam Origeni maximam partem aliquam etiam CLEMENTI ALEXANDRINO adſcribit *Cave* Hiſt. lit. Script. Eccleſ. p. 216. adde *Olearium* Abaci Patrolog. p. 126. & *Du Pin* loc. cit. 51.

V. *Theſaurum* aliquas habere partes THOMÆ AQUINATI debitas , prolixe contra *Bellarminum Rivetus* l. c. p. 445. & ſeqq. docet. Imo totum eſſe ſuppoſititium , quidam anonymus diſputationis de ſuppoſito auctor , aſſeruerat , quem refutat *Theoph. Raynaudus* p. 134.

Nihilominus confitetur *Du Pin* , loc. cit. p 44. loca quædam à D. Thoma citata, tanquam in Cyrilli extarent theſauro, quæ tamen ibidem non inveniuntur, vid. lit. (f)

VI. *Tractatus de Trinitate* Cyrillo vulgo adſcriptus , RECENTIORIS AUCTORIS eſt ut argute concludit *Du Pin* Nouvel. Bibliothec. Tom. IV. p. 51. (g)

VII. *Apologi Morales* Cyrillo quoque adſcripti & ejus nomine præfixo editi Viennæ 1631. LATINUM quendem AUTHOREM habent, ut judicant *Cave* Hiſtoriæ liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 216. a & *Du Pin* Nouvel. Bibl. T. IV. pag. 51. b. Hos Apologos editos fuiſſe jam olim Pariſiis à *Joanne Parvo* , titulo *Speculi Sapientiæ* obſervat *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 60. & 307. (h) & ex eo Olearius Abac. Patrolog. p 126.

IIX. *Collectio Explicationum Moralium*, ne quidem integra ex Operibus Cyrilli fabricata eſt, ſed multa quoque ex ſcriptis S. MAXIMI inſerta habet judicante *du Pinio* Nouvelle Bibliotheque

theque des Auteurs Eccleſiaſtiques tom. IV. p. 51. ſub lit. (i)

IX. *Spiritualis Anagogæ* in *Hexaemeron libri duodecim* Cyrillo Alexandrino in Codice MSto perperam tributi Autorem agnoſcunt ANASTASIUM SINAITAM, cui vindicat illos *Lambecius* Bibliothec. Cæſar. lib. IV. p. 198. 199. (k)

X. Cyrilli Alexandrini nomen præferens in Manuſcriptis Regiæ Gallicanæ Bibliothecæ quod nil ferè differat à VICTORIS ANTIOCHENI *Commentario in S. Marcum* de quo in nomine *Origenis* dictum, memorat Richard *Simon* Hiſt. Crit. du N. T. c. V. p. 89.

(a) Cave Hiſtor litterar. Scriptor. Eccleſiaſt, p. 215.

Commentariorum in S. Joannem *libri XII. ex quibus quintus & ſextus primum prodierunt in editione Operum* Cyrilli *Pariſ. 1638. una cum fragmentis quibusdam ſexti & ſeptimi libri (II. enim etiamnum deſiderantur) ex Harlai Maclovienſis Epiſcopi Catena in Joannem deſumptis. Extant quidem antea Latine libri quatuor iſtorum loco*, Cyrilli *nomen præ ſe ferentes à Jodoco Clichtoveo editi, ſed quos maleferiatus iſte nebulo ex proprio fundo efformarat.*

(b) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom IV. p. 44.

*Ce Commentaire eſt fort long, & diviſé en douze livres. On n'a que des fragmens du ſeptieme & du huitieme. Le cinquieme & le ſixieme ne ſe trouvoient point non plus dans les precedentes editions. Mais Joſſe* Clictou *Docteur de Paris, qui avoit traduit ce Commentaire de S. Cyrille, avoit compoſé quatre livers pour ſuppleer à ceux qui manquoient: ce qui a donné lieu à quelques Auteurs de les citer comme de S. Cyrille. Il eſt vrai que preſque tout eſt tiré d'anciens Peres; mais c'eſt Clictou qui a fait ce Recueil, & non pas S. Cyrille.*

(c) Joh. Deckherrus de Scriptis Adeſpotis. p. 61.

Cyrilli *Homiliæ in Leviticum, non ipſum, ſed Origenem, vel neſcio aliquem alium genitorem habent; non magnæ authoritatis foetus, litteram Biblicam deſtruens, & myſticos ſenſus ex capite ſuo ſtatuens*: Gerhard. *Conf. Cathol. d. c. I. pag. 43.*

(d) Neumannus Diſſ. de Pſalterio Salomonis. § XVIII.

*Procul abeſt à moribus noſtris extra oleas vagari; at Sanctorum tamen Patrum hic dolere vicem, fas piumq; eſt, qui ſimilem vel poſt cineres fraudem incurrerunt. Neſtorianos quis neſcit, Epiſtolam quâ hæreſios iſtius auctor Theodorus Mopſueſtiæ Epiſcopus purgabatur, ſub S. Cyrilli Alexandrini nomine emiſiſſe in lucem; atque altera ex parte Eutychianos, ut imperitæ plebi fucum facerent, quosdam Apollinarii libros Athanaſio aliisque Doctoribus orthodoxis falſò adſcriptos in vulgus ſparſiſſe. Quo de argumento* Leontius *Librum ſcripſit perſpicue oſtendens, homines iſtos Gregorii Neocæſarienſis, Athanaſii ac Cyrilli nominibus imprimis abuſos fuiſſe. Extat liber in Bibl. SS. Patr. T. IV. p. 1032.*

(e) *Du Pin Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſtiques.* Tom. *IV. p. 45.*

Les Homelies Paſchales ne ſont pas particulieres à Saint Cyrille. C'eſtoit la coutume des Eveques d'Alexandrie, que le Concile de Nicee avoit particulierement chargez du ſoin d'annoncer le jour de la Fete de Paque: c'eſtoit, dis-je, leur coutume de la publier dans Alexandrie par un Diſcours ſolemnel. *Theophile* prédeceſſeur de Saint Cyrille avoit rendu cet uſage fort celebre, & Saint Cyrille le maintint, avec beaucoup d'éclat, & ne laiſſa paſſer aucune année de ſon Epiſcopat, qu'il ne fiſt un Sermon, à la fin duquel il indiquoit le commencement du Carême, & la Fête de Pâque. De trente qu'il avoit faits il nous en reſte vingt-neuf. Les ſujets les plus ordinaires de ces Sermons ſont l'utilité & les avantages du jeûne, & la maniere dont les Chreſtiens doivent ſe preparer à la celebration des Fêtes. Il y exhorte auſſi quelquefois les Fideles à joindre au jeûne l'aumône & la charité. Il parle dans quelques-uns contre la duplicité du cœur. Il traite dans pluſieurs de la Trinité & de l'Incarnation contre les Ariens & les Neſtoriens. Il parle auſſi quelque fois contre les juifs & contre les Idolatres. Ces Sermons ſont languiſſans & enuyeux. Ils ne ſont preſque qu'un tiſſu de paſſages de l Ecriture, qu'il entremêle d'explications myſtiques.

(f) *Ibid. pag. 44.* Le Traité du Threſor eſt un Ouvrage ſur la Trinité dans lequel il avance 35. propoſitions ſur la divinité & ſur la conſubſtantialité du Fils & du Saint Eſprit, qu'il prouve d'une maniere entierement ſcholaſtique par des paſſages de l'Ecriture appuyez, & ſoûtenus par des raiſonnemens, & des Syllogiſmes en forme, dont il ſe ſert pour battre les Ariens & les Eunomiens, & pour retorquer contre eux les temoignages de l'Ecriture Sainte, qu'ils alleguoient ordinairement. Il propoſe leurs objections de la meme maniere, & y répond, avec la meme ſubtilité.

(g) *Ibid. pag. 51.* Le Traité ſuivant de la Sainte Trinité eſt d'un Auteur plus recent que Saint Cyrille, quoi-qu'il s'attache fort à ſa doctrine, & qu'il ſuive ſa methode & ſes Principes; mais il eſt aiſé de voir qu'il a vécu aprés la naiſſance de l'hereſie des Monothelites: car, il traite à fond la queſtion, *s'il y a deux operations, & deux voluntez en Jeſus-Chriſt.* Il refute ceux, qui tiennent le contraire & expliquent le ſens des Anciens qui avoient avancé, qu'il n'y avoit en Jeſus-Chriſt qu'une nature incarnée, & une operation theandrique.

(h) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſt. pag. 60.

Cyrilli *hujus (an alterius?)* Apologi morales *Viennæ in Auſtria 1631. ſunt excuſi: qui libellus titulo* Speculi Sapientiæ, *Pariſiis* a Johanne Parvo *jam olim fuerat publicatus.*

Pag. 307. pag. 60. lin. 19. *Apologi morales Viennæ in Auſtria 1631. excuſi. adde:* Non ſunt Cyrilli Alexandrini; *ſed alicujus hominis Latini, non autem Græci.*

(i)

(i) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. IV. p. 51.

Le Recueil d'explications morales ſur l' „ancien Teſtament n' eſt pas tiré des Oeuvrages „de Saint *Cyrille* ſeul, mais encore de Saint *Maxi*-„*me* & de Pluſieurs autres Interpretes: ainſi l'on „ne peut pas le conſiderer comme un Ouvrage de Saint Cyrille.

Balthazar Cordier nous a donné encore „XIX. Homelies ſur Jeremie, imprimées à An-„vers en 1648. qui portent le nom de Saint Cy-„rille. Pour les Apologues moraux donnez par „le meſme Auteur en 1631. Sous le nom de S. „Cyrille ils ſont l'Ouvrage d'un Auteur Latin. „Les ſeize livres ſur le Levitique, qui eſtoient au-„trefois parmi les Oeuvres de Saint Cyrille, ſont „d'Origene.

(k) Petri Lambecii commentar. de Bibliothec. Cæſ. Lib. IV. p. 198. 199.

*Primo & quidem a fol. 1. pag. 1. usq; ad fol. 151. pag. 2. S. Anaſtaſii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, Spiritualis Anagogæ in Hexaëmeron *Libri duodecim, eodem modo ut in proxime præcedenti* Codice *CLXXXVto, præterquam quod in hoc codice MSto perperam & falſo attribuuntur S.* Cyrillo *Archiepiſcopo Alexandrino, ut ex ſequenti Titulo ſive Inſcriptione Proœmii videre eſt:* Τοῦ ἡμῶν ΚΥΡΙΛΛΟΥ Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Ἑρμηνεία συλλογιστικὴ εἰς τὴν τοῦ προφήτου Μωυσέως βίβλον. Φωνὴ Θεοῦ ἱερὰ &c. *Quod enim* S. Cyrillus *non ſit autor horum Librorum, manifeſte apparet ex ipſo eorum Proœmio, utpote in quo ipſe S. Cyrillus citatur his Verbis*: Ὅθεν καὶ τοῖς θείοις νοήμασι τὴν ἐκκλησίαν κοσμάσας ΚΥΡΙΛΛΟΣ ὁ πάνυ ἐν τοῖς εἰς τὴν Γένεσιν ὑπομνήμασι τῆς ἐξαημέρου διὰ πάσης ταύτης ἔφησε τῆς μωσαϊκῆς γραφῆς τὸ μυστήριον Χριστοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας καταγγέλλεσθαι.

---

(777) CYRILLUS. Extat hoc nomine liber *de differentiis Vocum Græcarum quoad tonum, ſpiritum, genus*, &c. quod tamen ab Henrico Stephano aſſeritur *Johanni* PHILOPONO, Philoſopho Chriſtiano, ut notat *Eraſmus Schmidt*, Wittebergenſis in præfatione, (a) libelli hujus editionis Wittebergenſis Anno 1615. procuratæ in 8vo. Qui & titulum libri ita format, ut dubites, Cyrillone an Philopono debeatur. Habet autem ita: Cyrilli, *vel, ut alii volunt* Johannis Philoponi opuſculum &c.

Continet autem libellus hic in editione prædicta Schmidiana Wittebergenſi in univerſum paginas 212. & ſubjunctus eidem eſt Schmidii diſcurſus de Pronunciatione Græca, contra Neophyton, qui pagina 255. finitur.

(a) Eraſmus Schmidt in præfat. Cyrilli libro de differentiis vocum Græcar. &c. præfixa.

*Quo in genere ſub* Cyrilli *nomine Opuſculum quoddam jamdudum prodiit, quod* ἐπιπροσημασίας *pluſculas vocum talium*, ὡς ἐν τύπῳ κατὰ στοιχεῖον *oſtendit; Tametſi* Henricus Stephanus, *Vir doctiſſimus, & de re literaria Græca optime meritus, ſuis quibusdam rationibus inductus*, Johannis Philoponi, *Philoſophi illius Chriſtiani, & Ariſtotelicorum librorum Interpretis doctiſſimi eſſe illud arbitretur, vel potius perſuaſum habeat. Utrocumq; ſane ſub nomine veniat; eſt libellus utiliſſimus & dignus qui ad poſteritatem propagetur*, Autoriq; φιλοπόνῳ *gratiæ debentur condignæ.*

---

(777. α) *Decius* CYRILLUS. Eo nomine prodiit *brevis notitia eorum, quæ ſcitu ſunt neceſſaria Confeſſariis.* Verus Scripti auctor eſt *Joſephus* AUGUSTINUS quem ſub Decii Cyrilli perſona latentem detegit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 546.

---

(778) CYRILLI Hieroſolymitani vero I. *Catecheſes ſ. Myſtagogicæ* à *Simlero* in Geſneriana „Bibliotheca pag. m. 153. JOHANNI, *Epiſcopo*, „cuidam Hieroſolymitano adſcribuntur, cum „dubitatione tamen. Eum locum adduxit *Rober*-„*tus Cocus* Cenſuræ ſuæ p. 239. quem propterea „male tractant Pontificii, *Johannes Prevotius* in „præfatione ad Lectorem, editis a ſe operibus, „Cyrilli præfixa, *Theoph. Raynaudus* de lib. mal. „& bon. p. 143. Sed immerito, quemadmo-„dum recte docent *Rivetus* lib. 3. cap. 8. p. 281. „vide hac de re quoque *Jo. Raynoldum* de libris „Apocryphis Tom. 1. p. 328. & *Mornæum* de Mis-„ſæ Sacrificio lib. 3. cap. 16. pag. 1208. ratione „omnino valida ſuſpectas haſce Catecheſes fa-„cientem. „

Prior tamen Cyrillo potius adſcribere videtur. Suſpectas has Catecheſes etiam habet *Olearius* Abaci Patrologici p. 127. & *Boſius* Introduct. in Notitiam Scriptorum Eccleſ. c. 1. §. XIII. pag. 7. cui addit Marcum *Anton.* de Dominis de Republ. Eccleſ. c. 9. num. 3. *Symbola Rauſchiana* Cyrillo adſcribentem citat *Symbola Normanniana Hæſchelium* quoque Catal. Biblioth. Auguſt. num. XXIII. Adde hic item emendatorias *notas* æſtimatiſſimas *Diecmannianas*, quas verbotenus hic adſcribo tales:

*Quid unitatis nota hic ſibi vult? Exiſtimo vitio typothetæ omiſſum eſſe de aliis 18. Catecheſibus, quæ* Illuminatorum *dicuntur etiam Cyrilli Hieroſ. nomine editis, ſed quas* Simlerus *l. c. itidem* Johanni Hieroſ. *adſcribi narrat. Et* Rivetus *quidem l. c. has 18. Catecheſes magna ex parte Cyrilli* Hier. *eſſe non negat, nonnulla tamen iis detracta, nonnulla aſſuta eſſe contendit. Operoſe eas contra* Hornejum *impugnat, & Cyrillo abjudicat* Hulſemannus *in Calixt.* **Gewiſſens-Wurm** *c. 7. a. p. 960. ad 978. ubi tandem concludit, ſi quid Cyrilli genuinum in utrisque Catecheſibus ſuperſit, id multis Monachorum interpolationibus corruptum eſſe.* Cyrillo *nihilominus Hieroſ. has 18. Catecheſes, ſolutis etiam objectionibus, aſſerit Ger. Jo.* Voſſius *Diſſert. I. de trib. Symbol. p. 35. 36. à quo tamen ſolidam refutationem adhuc exſpectat* Fechtius *Schediaſm. ſacror. Exerc. I. p. 355. Noviſſime ex Pontificiis* Du Pin in *Nouv. Bibl. des Auteurs Eccl. Tom. II. p. 144. 145. & ex Reformatis* Cave *Hiſt. liter. ſcr. Eccl. p. 115. 116.* contra Rivetum Cyrillo *has Catecheſes vindicarunt. Conf. Moller Homonymoſcop. p. 443. ſ. & quæ contra Card. Perronium diſſerit* Lancellotus Andrevvs, *Epiſcopus Wintonienſis, in*

*ſtricturis*

ſtricturis Anglicis, ei oppoſitis, & Lond. Anno 1629. 4. ed. p. 35. 36.

Deinde poſt finem: V. &-270. Et denique:

*Plane non video in iſta unius folii Præfatione Prevotiana* Cocum *male tractari, quem ne quidem nominat, ſed debita moderatione rem agens, adverſariis (ea enim voce tantum utitur)* Theodoreti, Damaſceni, *Jo.* Cyparini, *& Mich.* Glycæ, *Catecheſes iſtas ſub* Cyrilli *nomine laudantium, verba apponit. Habeo ipſe hanc Cyrilli editionem Prevotianam Græcolatinam, quæ Pariſ. Ao. 1608. 4. excuſa eſt.*

NB. Nihil ad hæc addere poſſum, priſtinis, unde ſi quid omiſiſſet typotheta hauriendum, chartis ante multos abhinc annos jam abolitis.

(779.) CYRINUS *Friſing*: ARIBON. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 546.

CYRUS v. *Theodoretus.*

(780.) Joannis CYSENII Paraſchii *Notas in orationem Ciceronis pro Roſcio Amerino, Quirino* REUTERO, Theologo Germano acceptum ferendas monet *Melchior Adami*, in vita ipſius, quæ eſt inter Theologos Germanos p. m. 827.

(781.) CZECANOVIUS ou CIECKANOVIECKI, Silveſter. *George* CASSANDER où DE CASSANDT douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 546.

* * *

# D.

(782.)

DACIUS Archiepiſcopus Mediolanenſis. Ejus *Chronicon.* ſuppoſititium ex *Mabillonio* obſervat *Tenzelius*: vide Monatliche Unterredungen 1691. pag. 299. & *Cave* in epiſtola ad me ſcripta Islingtonio 8 Idus Decemb. 1676. qui locum *Mabillonii* exprimit Analect. Vet. p. 5. ubi ille ex Veteri Codice Mediolanenſi docet, hujuſce Chronici partem primam à LANDULFO SENIORE, Secundam ab ARNULFO, tertiam a LANDULFFO, JUNIORI, omnibus Hiſtoricis Mediolanenſibus, ſcriptam eſſe. Plura addit in Chartoph. Eccleſ pag. 147. & Hiſtor. Lit. Scriptor. Eccleſ. pag. 284. (a) *Miræus* Dacium hunc æqualem facit Caſſiodori, cujus ad eam Epiſtolam citat. Bibl. Eccleſ. p. 210. (b)

(a) Cave Hiſtor. Litter. Script. Eccleſ. pag. 284.

*Tribuitur ei* (Dacio) *Rerum Mediolanenſium Chronicon hactenus ineditum in Bibliotheca Mediolanenſi ſervatum. Ut Chronici hujusce fidem & autoritatem eo certius exploraret Cl.* Mabillonius, *mediante* Claudio Caſtellano; *quæſita quædam Mediolanum miſit. Reſponſum tulit ab Antonio Maria* Puſtula *Eccleſiæ Metropolitanæ Bibliothecario, Chronicon eſſe annorum ſexcentorum, in Pergamena quidem, non tamen eadem manu deſcriptum: præferre nomen Dacii Archiepiſcopi Mediolanenſis, verum titulum eſſe recentiorem, narrare Mediolanenſis Eccleſiæ res ab octavo ſeculo uſque ad tempus Alexandri II Papæ, & deſinere in ao. 1067. & exinde luculenter ſatis conſtare, Dacii noſtri non eſſe: veros autem authores* Landulphum Seniorem, *qui primam,* Arnulphum *qui ſecundam,* Landulphum *denique* Juniorem, *qui tertiam partem ſcripſit, habuiſſe.*

(b) Auberti Miræi Auctarium de Script. Eccleſ. p. 210.

Dacius *Mediolanenſis Epiſcopus Juſtini Imp. ævo floruit, ut* Gregorius *lib. 3. Dialog. cap. 4. teſtatur. Scripſit* Chronicon: *in quo lib. 1. c. 10. tradit canticum,* Te DEum Laudamus, *compoſitum fuiſſe à SS.* Ambroſio & Auguſtino, *ut* Bellarminus *in catal narrat. Ad hunc Dacium exſtat egregia* Caſſiodori *epiſtola 27. lib. 12. Variarum, de frumento in famelicam plebem ex regiis horreis dividendo. De rebus à Dacio præclare geſtis plura qui volet, Joſephi* Ripamontii *Hiſtoriam Mediolanenſem legat, dec. I. lib 7.*

(783.) DACRIANI Abbatis S. Benedicti nomine

I. *Documenta, Vitæ Spiritualis*, & *II. Speculum Monachorum*, extant in Bibliotheca Patrum. Eum *Margarinus de la Bigne* in ſuo indice Chronologico refert ad ſeculum octavum. Sed *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 137. fictitium hocce nomen Græcum eſſe *Ludovici* BLOSII, Abbatis Lætienſis adſtruxit: Et ex eo *Cave* Chartophyl. Eccleſiaſt. p. 147. Adde, quæ de mutuato hoc nomine memorat *Bailletus* deguiſemens des Auteurs p. 185. & liſte des Auteurs deguiſez p. 547. Ad ſit hic *Margo Diecmahnianus*: Idem obſervat, Card. *Bona*, in Notitia Auctorum, præmiſſa, Pſalmodiæ divinæ. v. Ludov. *Bloſſius.*

DAILLAN v. *Tibere.*

(784.) *Franciſcus* DALARINUS. *Anagramma* eſt *Franciſci* RAYNALDI Itali, Matelilicani in Piceno, Societatis JEſu, ſub quo edidit Romæ ſumtibus Ignatii de Lazzaris 1572. in 8. *Vitam* Ven. Servi Dei *Jacobi Laynez*, Secundi Præpoſiti Generalis Societatis JEſu. Vide *Sotwel* pag. 246. b.

(784. α) Johannis DAMASCENI *Hiſtoria Barlaami & Joſaphati*, ſuppoſititia quidem contra *Bellarminum* etiam â Pontificiis doctis agnoſcitur: vid. *Poſſev.* apparat. item *Cocum* pag. 427.

427. *Gerhard.* p. 501. Auctorem autem ejus verum *Johannem* SABAITAM primus aſſeruit *Matthæus Raderus*. c. 1. prologi ad Joannem Climacum â ſe Pariſ. 1633. editum, quem contra *Martyrologium Romanum* defendit *Th. Raynaud.* pag. 137. eidem craſſiſſimo errore libros Medicos *Johannis Meſuæ* tributos ab *Abrahamo Bzovio* notans.

*Confuſionem* hanc *Damaſceni Theologi & Medici* prolixe a *Ravio* Notis ad Geſnerum MStis refutatam indicat *Symbola Normanniana*, quæ addit Damaſcenum Medicum eundem à Ravio creditum cum *Joanne* MESVES ac MESARAGIEM, quos tamen diſtinguere videtur *Friſius* Biblioth. Geſnerian. p. 427. *Utriusq; Damaſceni*, ſcriptorumque ab eis editorum meminit Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 197. Hiſtoriam tamen hanc Barlaami & DAMASCENI THESSALONICENSIS nomine, qui etiam MANDURUS vel MANZURUS ei vocatur, citat. pag. 198. Genuinum Damaſceni opus arbitratur *Huetius* Origine des Romans pag. 87. indicante *Symbola Normanniana*, & Jac. *Billius*, monente *Caveo* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 341. b. SABAITAM Hiſtoriæ hujus auctorem cum *Radero* conſtituere dubitat *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 142. & 306. (a) Joanni autem CLIMACO Sinaitæ tribuunt *Voſſius* de Hiſtor. Græc. 254. 281. *Kortholt* de Origine & Natura Chriſtianiſmi pag. 113. Auctoritate MSti Codicis in Bibliotheca Lipſienſi *Symbola Normanniana*. Suppoſitam eſſe Damaſceno judicat *Hodius*. Monahtliche Unterredungen 1693. p. 869. (b)

(a) Miræus, Bibl. Eccleſ. p. 306.

Joannes Damaſcenus (*p. 38. lin 49.*) *auctor vitæ SS.* Barlaami & Joſaphati. *Adde: id negat* Raderus *in Iſagoge ad Joannis Climacis Scalam, & cenſet fœtum eſſe* Joannis Monachi *è Cœnobio S Sabæ. Ut ut ſit, conſtat & ipſum Damaſcenum vixiſſe in Monaſterio S. Sabæ.*

(b) Monatliche Unterredung. Anno 1693. p. 869.

Auff das erſte giebt *Hodius (in Prolegomenis ad Joannis Antiocheni Cognomento Malalæ Hiſtoriam Chronicam) num. 32.* zur Antwort/ daß derſelbe *Tractat (de Imaginibus)* dem Damaſceno fälſchlich *ſupponiret* ſey/ indem die neuen *Græculi* faſt alles/ was ſie von ungenandten *Auctoribus* vor die Bilder-Anbetung gefunden/ dem *Damaſceno* zugeſchrieben/ wovon er in ſeiner gemeldeten *Diatriba* (ſo er verſprochen *de Scriptoribus Græcis variis*) mit mehren handelt.

---

(785.) DAMASI Papæ nomine venditatum aliquamdiu *Pontificale*, ſeu *de Vitis Pontificum opus*, ANASTASIO *Bibliothecario* vindicarunt poſtea Viri docti, *Bellarm.* pag. m. 92. & præfat. de Scriptor. Eccleſ *Cocus* p. 280. *Voſſius* de Hiſt. Lat. l. 2. c. 8. p. 200. & c. 35. p. 319. *Rivetus*, l. 3. c. 14. p. 307. notans librum excuſum Moguntiæ 1602. ſub Anaſtaſii nomine, ſed caſtratum Hiſtoria de Joanna Papiſſa, quam in MStis *Marquardi Freheri*, communicatis cum hiſce editoribus Jeſuitis, extitiſſe, ac propterea in Exemplaribus impreſſis duobus ipſi miſſis ſolis exhibitam, in reliquis omiſſam fuiſſe narrat. Egregium Jeſuiticæ fidei argumentum. Extat etiam editio Pariſina 1649. in fol. Videri hanc in rem poterunt *Meelführeri* Corona Patrum pag. 97. &, quem citant Marginalia Normanniana, *Jhon* favour Antiquities. p. 2. Edit. in 4. 1609. Hiſtoriam de loco de Joanna Papiſſa in Anaſtaſii codice à Jeſuitis reſecto prolixe recenſet *Colomies* Melanges Hiſtoriques pag. 55. ſeqq. (a) ubi de Vitis Pontificum tanquam de indubitato Anaſtaſii ſcripto ſermo ubique eſt. Sub Anaſtaſii nomine eas edidit notisque illuſtravit Ant. *Dadinus Altaſerra* Pariſ. 1680. vid. *Journ. des ſavans* 1680. Tom. VIII. p. 136. 137. (b) Multos tamen Scripti hujus Auctores agnoſcit *Schelſtrate*. Vide *Journal des ſavans* 1693. Tom. XXI. p. 320. (c) Quibus adde Auctores eos, qui num. 163. Pſeudonymorum in Anaſtaſio citati, & magnam partem excerpti ſunt, in primis *Lambec.* Cæſar. lib. II. c. 8. p. 925. ſqq. Jbidem ſub lit. D. qui fundamentum, cur Damaſo adſcriptæ Vitæ Pontificum ſint, aperit, quod nititur ſolis & illis ipſis Suppoſititiis, vid. *Acta Erud. Lipſienſ.* Supplem. Tom. I. Sect. IV. p. 168. (c) *Epiſtolis* ſub Damaſi nomine Vitis Pontificum præfixis. vide apud *Lambec.* loc. citat. pag. 924. (d) Ubi tamen hinc deducta pro Damaſo argumenta enervat. Alii cuidam DAMASO, PORTUENSI Epiſcopo adſcriptas Pontificum Vitas memorant *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſt. p. 31. (e) & *Olearius* Abac. Patrol. p. 129 Damaſo Papæ Vitas Pontificum (quas & Geſta Pontificalia dicta ait) abjudicat *Pearſon.* vide l' *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans* Janvier 1688, p. 10. 11. (f) Speciali libro Pontificale hoc examinavit *Ciampinus*, quem recenſent Monahtliche Unterredungen 1695. p. 139. ſqq. & *Acta Erudit. Lipſienſ.* Suppl. T. I. Sect. IV. p. 167. ſeqq.

*Non ſunt prætermittenda hic notabilia* Maſtrichtiana *ſequentia*: *De Pontificali Damaſi quam flocci id fecerit* Baronius *vid. locum egregium apud Jacob.* Capell. *in Sedis Romanæ poteſtate ad vindicandum Caſaubonum cum vindiciis edita cap. 30. lib. 3. p. 353. Addendus locus & judicium cenſorum Romanorum in decretum Gratiani diſt. 56. cap. 2. notabile. Maxime autem probabilia de Pontificali Damaſi in re incerta protulit Clariſſ.* Cave *in Hiſtor. Litterar. Hucusq; Maſtrichtiana, quæ porro legere jubent* Hotting. *in Elencho Script. Suppoſit. p. 79.* Spanhem. *de falſo credita Petri profectione, p. 55.* Item de *anno Converſ. Pauli p. 200.* Hankium, *de Bizant. Script. P. 1. c. 1. §. 22, p. 9.* Dallæum *de Imag. lib. 3. c. 3. p. 272. ſeqq. & 224.* Baluz. *ad Gratian. diſt. 68, c. 5. p. 755. edit. Duisb. Dionyſ.* Petav. *Diſſ. Eccleſ. l. 1. c. 8. §. 9. pag. 157. Arnold* Montan. *Diatr. de eſu Carn. & quadrageſima, pag. 224. aq; Pſeudo-Iſidoro illi Epiſtolas affictas aſſerit.*

II. *Epiſtolæ Decretales* ab ISIDORO MERCATORE confictæ ab eoque *Damaſo ſuppoſitæ* leguntur apud *Pearſonium* in Operibus poſthumis, ut in eorum recenſione obſervat l' *Hiſtoire des Ouvrages des ſavans* loc. cit. quibus alias Epiſtolas ſuperaddit *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque des Auteurs

teurs Eccleſiaſt. Tom. II. pag. 153. (g) & ex eo *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1693. pag. 461. 462. Generaliter omnes decretales primis Pontificibus adſcriptæ rejiciuntur, Bibliotheque Univerſelle de l'année 1686. tom. III. p. 74. (gg)

III. *Decretum de Scripturis Canonicis & Apocryphis* in aliquibus Codicibus Damaſo tributum, GELASIO vindicant *Benedictini Pariſienſes* in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* Ao 1690. p. 311. (h) vide plura in *Hormiſda.*

IV. *Carmina*, quæ ſub Damaſi nomine exſtant, an omnia ei adſcribi ſalva veritate poſſint, dubitat *Du Pin* loc. cit. certe Carmen *de Chriſto* cum aliis ſub CLAUDIANI MAMERTI nomine impreſſa aliquoties affirmant *Olearius* Abaci Patrol. p. 109. & *Cave* Hiſtor. lit. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 129. qui tamen Damaſo tribuere mavult. Plura in *Claudiano Mamerto* hanc in rem monuimus.

(a) Colomies Melanges. p. 55. ſeqq.

M. Blondel *avoit un frere nommé* Moyſe Blondel, *qui a fait un petit livre intitulé*, Rome au ſecours de Geneve. *Voicy ce qu' il luy ecrit à Londres, ou il eſtoit Miniſtre le 20. Aouſt. 1645.* J'ay appris des l'an 1640. que Marc *Velſer*, l'un des principaux Magiſtrats d'Aousbourg ayant envoyé l'an 1601. aux Jeſuites de Mayence un Manuſcrit d'Anaſtaſe pour le faire mettre ſous la preſſe; ils prierent *Marquard Freher* Conſeiller de ſon Alteſſe Electorale à Heydelberg, de les ayder en ce ſuiet; ſous la promeſſe qu'ils faiſoyent de donner au public de bonne foy ce qui leur ſeroit communiqué, il leur envoya deux Manuſcrits d'Anaſtaſe, ou la vie de la Pretendue Papeſſe ſe trouvoit: mais ſe contentans de faire tirer deux exemplaires de cette ſorte, ils ſupprimerent dans le reſte de l' edition ce qui leur avoit eſte fourny, tellement qu' il n'a point paru: & M. *Freher* a eſté contraint de ſe plaindre par une eſpece de Manifeſte imprimé du tour qui luy avoit eſte joué.

M. *Blondel* tenoit cette hiſtoire de M de *Saumaiſe*, qui eſtoit à Paris l' an 1640. & qui l'avoit auſſi contee à M *Rivet* de Hollande, comme celuy-cy nous l' aſſure dans ſon *Criticus Sacer*, imprimé l'an 1642. Outre ces Anaſtaſes d' Alemagne qui avoyent la vie de la Papeſſe; je vois que M. *Sarrau* ecrivant à M. de Saumaiſe, luy envoye cette meme vie qu' il avoit extraite d'un Anaſtaſe MS. de la Bibliotheque du Roy; & ecrivant à Rome à M. *Nicolas Heinſius* il le prie de voir les Anaſtaſes du Vatican, ſur ce qu'un de ſes amis, à qui il avoit fait autrefois la meſme priere, luy avoit mandé que les Anaſtaſes qu' il y avoit feüilletez, eſtoyent tous defectueux dans l'endroit où devoit eſtre la vie de la Papeſſe; & qu' il en avoit vû un à Milan dans la Bibliotheque Ambroſienne, où cette vie ſe rencontroit, mais qu' il n' avoit pu en avoir la Copie. De tous ces divers Manuſcrits d' Anaſtaſe, je recüeille que *Papeſſe Jeanne a eſté*; quelques raiſons qu'allégue N. Blondel, qui s'eſt fort trompé croyant que la Vie de cette femme, telle qu' elle eſt dans Anaſtaſe de la Bibliothéque du Roy, ſont tiſſue des propres paroles de Martinus *Polonus*.

(b) Journal des Scavans Tom. VIII. p. 136. 137.

*Il y a déja long-temps que tout le monde convient que l' Hiſtoire des vies des Papes citée par pluſieurs ſous le titre du Livre Pontifical de* Damaſe *eſt d'* Anaſtaſe *Auteur du IX. ſiécle qui dans ſon Epiſtre miſe avant ſa traduction des Actes au VIII. Concile General ſe donne le titre* d'Abbé, *& ſe qualifie auſſi* Bibliothecaire *du ſiége Apoſtolique. Cet Hiſtorien s' eſt ſervi pour dreſſer ſon ouvrage de trois anciens Catalogues des Papes dont l' un finit à Felix IV. Il a continué ſa narration avec plus d' étenduë depuis ce temps juſqu' au Pontificat d' Adrien II. ſous lequel il vivoit, & ſelon le jugement du Cardinal Baronius il a écrit fidelement & exactement ce qui s' étoit paſſé de ſon temps. Auſſi cet ouvrage d' Anaſtaſe a eſté inſeré tout entier dans le recueil des* Conciles *non pas de ſuite mais par parties, la vie de chaque Pape y eſtant placée en ſon lieu ſelon l' ordre de la* Chronologie. *Comme il s' y trouve quantité de mots de la baſſe latinité ou tirez du grec, qui ſont obſcurs & peu intelligibles pour le commun des Lecteurs, & que de plus Anaſtaſe y rapporte ſouvent d' une maniere briéve & conciſe divers Decrets des Papes, ſon ouvrage eſt du nombre de ceux qui ont beſoin d' éclairciſſemens & de notes. C' eſt ce qui a porté M. de* Hauteſerre *à y travailler. Il fait donc icy de obſervations ſur ces Decrets des Souverains Pontifes & ſur d' autres choſes contenuës dans leurs vies, & il explique les mots obſcurs dont uſe l' Auteur: & comme la pluſpart de ces mots marquent les Ceremonies ou les meubles de l' Egliſe, il prend de là ſujet d' éclaircir pluſieurs Points de l' Antiquité ſacrée en faiſant comme un parallele de ce que dit Anaſtaſe & de ce qui ſe trouve dans d' autres Ecrivains ſur le ſujet dont ils s' agit.*

(c) Journal des Scavans Tom. XXI. pag. 320.

*La derniere diſſertation eſt ſur les anciens catalogues, deſquels le livre Pontifical, vulgairement attribué à* Anaſtaſe le Bibliothecaire, *a eſté compilé. Mr.* Schelſtrate, *aprés avoir fait un long denombrement de ces Catalogues, entre dans l' examen du livre Pontifical, & remarque les corrections qui y ont eſté faites par deux ſcavans de ce ſiecle,* Annibal Fabrot, & Lucas Holſtenius. *Il propoſe enſuite ſon ſentiment touchant l' auteur de ce livre, refute ceux qui l' attribuent au Pape Damaſe, & declare qu il croit que la premiere partie depuis ſaint Pierre juſqu' à Gregoire III. eſt d' un auteur qui vivoit au temps de ce Pape; & que la Seconde eſt de differens auteurs, comme il le juſtifie par la difference de leur ſtile.*

(cc) Act. Erudit. Lipſ. Supplem. Sect. IV. p. 168.

*Septimo loco (in Examine Libri Pontificalis, ſeu Vitarum Romanorum Pontificum Johannis Ciampini) exponitur, quid in* Henſchenii & Papebrochii *ſententia deſideraverit Dn.* Emmanuel Schelſtratenus, *qui inter alia epiſtolam Hieronymi & reſponſionem* Damaſi, *quæ vitis Pontificum vulgo præfigi ſolent, ſuppoſitas eſſe probat, cujus argumenta tantum apud Papebrochium ejusq; ſocios valuerunt, ut quæ de epiſtolis illis in diatriba præliminari ad acta Sanctorum Aprilis ſcripta fue-*

*rant, in propylæo ad acta Sanctorum Maji retractare non erubuerint.*

(d) Petri Lambecii Commentar. de Bibliothec. Cæſar. Lib. II. Cap. VIII. pag. 924. 925.

1. *Hiſtoria Pontificum Romanorum, quæ vulgo quidem attribuitur* Anaſtaſio *S.R.E. Bibliothecario, in hoc autem & aliis quatuor Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus MStis adſcribitur* S. Damaſo *Papæ; nempe propter duas Præfationis loco illi præfixas Epiſtolas, quarum exempla hic exhibeo* - - - - -

- - - - - - *Sed reclamant alii, obſtare autoritatem S. Hieronymi, utpote qui in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, omiſſa Hiſtoriæ iſtius mentione, de S. Damaſo nihil aliud ſcribit, quam hoc:* Damaſus, Romanæ Urbis Epiſcopus, elegans in Verſibus componendis ingenium habuit, multaque & brevia Opuſcula heroico metro edidit, & propè Octogenarius ſub Theodoſio Principe mortuus eſt *Huc etiam accedere ajunt, quod non ſolum ſtylus ejuſdem Hiſtoriæ totaq; forma & ſeries Orationis, tanquam inculta, rudis & impolita, ab Epiſtolis aliisq; monumentis S. S. Damaſi valde diſcrepet, verum etiam Hiſtoria ipſa multis Chronographicis erroribus, & incertis ac à veritate alienis aſſertionibus referta ſit.*

(e) *Miræus Bibl. Eccl. p.31.* Librum porro de vitis Pontificum — — non poſſe *Damaſo* attribui, multa convincunt argumenta: — — Papyrius *Maſſonus* exiſtimat ab alio potius Damaſo Portuenſi Epiſcopo (ad quem — ) „Pontificale iſtud editum eſſe. Sed doctiſſimi „illius ſeculi ſcriptoribus fuit purior ſermonis „cultus & reconditior doctrina, quam in hoc „opere appareat. Panuinius, & Baronius & „alii -- -- Verum quia ſtilus -- -- cenſeo „omnium illarum Vitarum (licet nonnullis in „locis adulterina aliorum adjectione vel detra„ctione, ſint depravatæ) verum ac germanum „parentem eſſe Anaſtaſium, S. R.E. Bibliothe„carium: cujus etiam nomine typis 1602. Mo„guntiæ excuſæ fuerunt.

(f) Hiſtorie des Ouvrages des Scavans. Janvier 1688 p. 10.11.

*Le Catalogue Latin n'a pas plus de certitude ſelon M.* Pearſon. *Quoy qu'on l'ait fait paſſer ſous le nom du Pape* Damaſe *qui vivoit dans le IV. ſiecle, Auteur en eſt inconnu, & il portoit autrefois le titre de* Geſta Pontificalia. Blondel *l'a pourtant honoré de ſon Eloge favory, en diſant qu'il eſtoit ecrit avec un des rayons du ſoleil.* Iſidore Mercator *l'a ſuivy pour forger ſes* Decretales, *qu'il voulut auſſi attribuer au Pape Damaſe, afin de leur donner plus de poids. On ſoutient donc icy que le ſtile en eſt trop barbare, & que l'ignorance des ceremonies de l'Egliſe paroit trop groſſiere pour etre du Pape Damaſe. En un mot, que malgre l'air d'antiquité que l'Auteur s'eſt efforcé d'y donner, c'eſt un Ouvrage imaginé dans le VI. ſiecle, qui a eſté continué par le Bibliothecaire Anaſtaſe.*

(g) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom.II. pag. 153.

Voila les ſeules veritables lettres de Da„maſe que nous avons, toutes les autres qui portent ſon nom, ſont des Monumens ſuppo„ſez par Iſidore Mercator. Elles ne ſont point„ du ſtile de Damaſe, & contiennent pluſieurs„ choſes qui en font voir clairement la ſuppoſi„tion. La lettre, qui porte le nom d'Aureli„us Eveque de Carthage, à Damaſe, auſſi bien„ que la reponſe de ce Pape, portent le noms des„ Conſuls, Gratien pour la troiſiéme fois, Equi„tius pour la premiere. Or ce Conſulat arrive„ l'an 374. & Aurelius etoit encore Diacre quand„ ſaint Auguſtin revint de Milan à Carthage en„ 385. & n'a été ordonné Eveque qu'en 389. Il„ eſt donc viſible que cette lettre ne peut etre d'„ Aurelius. La lettre du Concile d'Afrique à„ Damaſe eſt tirée de celles de Sergius & de Mar„tin, & etablit ſur le ſujet des appellations une„ doctrine contraire à celle des Afriquains. La„ lettre à Etienne appellé Archeveque du Con„cile de Mauritanie, eſt tirée des lettres d'Inno„cent, de ſaint Leon, d'Anaſtaſe, de Sergius„ de Martin I.&c. Il eſt marqué qu'elle eſt ecrite„ ſous le Conſulat de Stilicon, qui n'a ete Conſul que ſeize ans apres la mort Damaſe. La lettre„ touchant le Coreveques, rapporte des Canons„ ſuivant la verſion de Denys le Petit. L'on y„ trouve un Canon du Concile de Chalcedoine„ & des paſſages des Lettres de Sirice, d'Inno„cent, de Zoſime, de Celeſtin, de ſaint Leon„ &c. La lettre aux Eveques d'Italie eſt tiree de„ ſaint Leon, de ſaint Gregoire, de Martin I.&„ d'Adrien I. Il ſe trouve de la fauſſeté dans la no„te du Conſulat. Il y a enfin dans Ives de Char„tres & dans Gratien quelques decrets attribuez„ à Damaſe; mais on ne peut pas etre aſſuré de leur„ antiquité ſur la Foi de ces Auteurs.

(gg) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l'Annee. 1686. p.74.

*On rejette toutes les Decretales attribuées aux premiers Papes. Parce qu'on croit que* Riculphe, *& ſon Succeſſeur* Benoit *les ont ſuppoſées, dans le neuvieme ſiele.*

(h) Acta Erud. Lipſ. Anno. 1690. p. 311.

*Decretum de Scripturis Canonicis & apocryphis, quod in corpore canonico diſtinct. 15. c. ſancta Romana eccleſia ſub* Gelaſii *nomine legitur, in nonnullis quidem Codicibus* Damaſo, *in aliis* Hormiſdæ *tribui obſervat (Thomas Ittigius in diſſertatione de Hæreſiarchis ævi apoſtolici,) ſimul tamen notat, Benedictinos Pariſienſes a congregatione S. Mauri in notis ad novam* Am*broſii editionem teſtari, quod in manuſcriptis ante mille annos exaratis huic decreto Gelaſii nomen prænotatum deprehenderint.*

(786) DAMASUS, *Wilhelmus*: *Guilh.* LINDANUS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 547.

(787) Petri DAMIANI *Sermones, De rivis fluminis,* in Vigil. nativ. nec non *Sermones alios de SS. Stephano, Andrea, & Nicolao,* BERNHARDI eſſe docet *Th. Rayn.* p. 152. ubi *ſermonem* etiam *de S. Martino,* Galli cujusdam eſſe docet. (a)

II. *Regulæ* aut *Vitæ Præcepta*, quæ vulgo

*Con-*

*Conſtitutiones Portuenſes* nuncupantur, & nomine Petri Damiani exſtant, ſunt PETRI HONESTI Abbatis S. Mariæ de Portu prope Ravennam, ut ex *Penotto* probat *Miræus* Auctarii Bibliothec. Eccleſ. p. 255. (b)

(a) Raynaudus de libris malis & bonis p. 152.

*Sermo de* Rivis fluminis, *in vigil. Nativ. eſt item manifeſte* Petro Damiani *ſuppoſitus, vereque eſt D.* Bernardi, *& apud eum habetur inter ſermones additos pag.* 1270.

*Ibidem Conſequenter habetur ſermo de S.* Stephano, *qui eſt apud eundem Petrum Damiani.*

*Sermo 2. Petri Dam. de S. Andrea, eſt apud Bernardum, tertius, in eodem feſto.*

*Sermo item Petri Damiani de S.* Nicolao, *eſt apud S. Bernardum.*

(b) Miræus Auctarii Biblioth. Eccleſ. pag. 255.

Petrus Honeſtus, *Abbas, monachus S. Mariæ de Portu, prope Ravennam, ſcripſit vitæ præcepta, quæ vulgo* Conſtitutiones Portuenſes *nuncupantur, & falſo adſcribuntur* Petro Damiani: *ut* Pennotus *in hiſtoria Canonicorum regularium lib. 2. prodit.*

DAMIR v. *Abdamir.*

---

(788.) DAMVILLIERS, *le Sieur de: Pierre* NICOLE: Baillet liſte des Auteurs deguiſez p. 547. Idem an ſit ARNALDUS aliquando, v. ſupra *in Anomymis* p. 2168.

---

(789.) *Nicolaus* DANCKWERTHS. Ejus nomine prodiit Spiræ. 1683. liber cum inſcriptione. *Inſtitutiones Juris publici Romano-Germanici ſelectæ*; quas poſt tres annos Verus Auctor *Philippus Reinhardus* VITRIARIUS ICtus & Anteceſſ. Lugd. Batavorum Anno 1686. in 12. recudi juſſit, proprio nomine præfixo, ut oſtendunt *Sulpicius* Diſſertat. de ſtudio Juris Publici pag. 51. 52. (a) les *Nouvelles de la Republique des lettres* Août 1686. p. 965. (b) & *Journal des ſçavans* ao. 1686. p. 523. *Baillet* verum operum Auctorem indicaturus, in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 547. eum tantum appellat Philippum *Rheinhard*, Cognomine *Vitriarii* omiſſo. Ipſe liber in IV. libros diſperſus eſt, quorum primus complectitur titulos XX, Secundus titulos VI. Tertius titulos XIX. & Quartus titulus XI. paginis in univerſum 751. Editionis Spirenſis 1683. Præfixa eſt brevis præfatio ad Lectorem, cum indice titulorum.

(a) Sulpicius de ſtudio Juris Publici Diſſert. p. 51. 52.

*Eodem anno octuageſimo tertio, quo Rhetianas has Inſtitutiones publicatas vidimus, ſimiles fere Spiræ Nemetum excuſæ fuerunt,* Inſtitutiones Juris publici *ſelectiſſimæ, præfixo,* Nicolai Danckvverthii, *ICti, nomine confictο. Verus enim earum Autor eſt V. Cl.* Philippus Reinhardus Vitriarius, *in Academia, quæ Lugduni Batavorum eſt, Profeſſor Celeberrimus. Is, cum adhuc Genevæ vixerat, in privatæ inſtitutionis uſus, ab Illuſtri auditorio rogatus, easdem compoſuit; ex communicatione aliorum Bibliopola Spirenſis exemplum nactus eſt, quod inſcio Autore typis exprimi curavit; qua de re deinceps Ille valde eſt conqueſtus, maxime etiam, quod Spirenſis iſta editio adeo corrupta & inquinata ſit, ut plane tolerabilis non videatur, ſenſum enim in pluribus dixit hiare, Orationem ſæpe non cohærere, definitiones falſas, & ſæpe unam pro alia, exhiberi. Quare ſuis auſpiciis aliam editionem, quam ſolam pro ſua agnoſci voluit anno ſuperiori Ipſe paravit, pluribus in locis auctam, in qua tituli præterea in paragraphos diſtincti reperiuntur. Sicut autem ſcriptor hic, optimis in tali ſtudiorum genere Doctoribus, & nominatim* Boecleri *inſtitutione, olim eſt uſus, ita genuina quoque principia in hoc libro eſt ſectatus, ac ex fontibus juſtis tradita ſua derivavit; ut præcipuam laudem omnino mereatur.*

(b) Nouvelles de la Republique des Lettres. Août. 1686. p. 965.

*Il y a 8. ans qu'il l'a composé, & dés lors il ne s'éloigna pas de la pensée de le publier un jour mais il auroit bien voulu que perſonne ne l'imprimat, ſur la copie qu'un autre lui en fourniroit. Cependant on le fit à Spire il y a 3 ans ſous le nom de* Nicolaus Danckvverts. *C'eſt une edition ſi pleine de fautes, qu'elle a fait hater N.* Vitriarius *de nous donner celle-ci incomparablement plus correcte, & avec de bonnes additions. Il ſuit la methode des Inſtitutes de Juſtinien: & deſcend dans un detail fort inſtructif.*

---

(790.) PIERRE DANES Auctor creditur vulgo Tractatus *de Ritibus Eccleſiaſticis*, quem tamen deberi DURANTI, Præſidi, judicat Auctor de l' *Hiſtoire des Ouvrages des Sçavans Juin.* 1689 p. 371. (a)

(a) Hiſtoir: des Ouvr: des Sçavant Juin: 1689. p. 371.

*On voit auſſi dans ces notes que* Pierre Danés, *à qui les envieux de la gloire* du Preſident Duranti *attribuent fauſſement ſon traité* de Ritibus Eccleſiæ *avoit accoutumé de dire à aſſez haute voix deux ou trois fois par jour ces paroles de l' Apotre*: non quæ ſuper terram.

---

(791.) DANTES *Aligherius* Florentinus. Scripſit *tres libros de Monarchia*, editos ab Oporino Baſileæ 1559. in 8vo, qui ſimul obſervat, *confundi* hunc Dantem cum alio POETA ejusdem nominis qui hoc fuerit ætate prior; citante *Friſio* Biblioth. Geſner. p. 186. At *Olearius* Abac. Patrologici p. 130. aſſerit, hos male ab Oporino diſtingui, cum unius ejusdemque Dantis opera ſint & hoc de Monarchia, & alia Comica ac Poëtica quæ extant. (a)

(a) Olearius Abaci Patrum & Script. Eccleſiaſt. p. 130.

*An & cur, hic Dantes, Monarchiæ Scriptor, à Comœdiarum & Poëmatum de Purgatorio, inferno, Paradiſo, confectorum autore ſit diſtinguendus, uti quidem ſuadere conatus Oporinus, præf. l. c. nulla urget neceſſitas: Imo unius ejusdem iſta omnia eſſe, clare docet ejus ſepulcri, quod Ravennæ viſitur, marmor & epitaphium, quod cum aliis lectu circa eundem dignis exhibet*

ee 3

*libet Joh. Jac.* Boiſſardus ; *Tom. I. icon. illuſtr. pag. 76. adde* Volaterr. *l. c. &* Paul Jovii *elog. Doct. c. 4. pag. 17.*

DAPHNÆUS v. *Arcuarius.*

(792.) DAPHNIS aus CIMBRIEN. Sub hoc nomine prodierunt (1) die beſungene Galathée, Hamb. 1642. 8vo (2) die beſungene Florabelle oder 50. weltliche Lieder. Ibid. 1651. 1666. 1677. 8vo. Auctor eſt *Joannes* RISTIUS : ut indicat Symbola *Flensburgo-Molleriana*, & in vulgus notum.

(793.) DAPHNORINUS. Sub hoc nomine edidit *Joannes* LAUREMBERGIUS, Petri frater, Roſtochienſis in 12mo: *Querimoniam de ſuo & academiæ Soranæ Statu verſibus Trochaicis.* Recudi eam curavit cum ejusdem Auctoris *Satyra latina de Bonarum Rerum abuſibus*, *Morhofius* Kilon. 1684. in 4to. Auctorem eſſe Laurembergium Math. P.P. Soranum ex ficti nominis *Etymo* ſe facile perſpexiſſe, innuit in transmiſſa Symbobola *Mollerus Flensburgenſis.*

(794.) DARENI, *Waleri, Robertii, Philippii,* & *Farmeri*, nominibus, *Henricum* GARNETTUM Provincialem. Soc. JEſu in Anglia ſcripſiſſe, notat *Burbill* contra Becan. 21. fortaſſe Epiſtolas de pulveraria conjuratione, quarum meminit *Caſaubonus* in epiſtolis. *Symbola Normanniana.* At *Alegambe* & *Sotwel*, qui tamen prolixe de conjuratione hac (ob quam Garnetus capite plexus eſt,) agunt, de his perſonatis nominibus, plane ſilent, non niſi tribus ſcriptis ſub vero Auctoris nomine, allegatis. Alegamb. p. 174. a & Sotvvel. pag. 226. a.

(795.) DARETIS PHRYGII nomine ſcriptus

I. *De bello Trojano* liber, & translatus à Cornelio Nepote creditus, quod neutrius operam & ævum redoleat, jam olim animadverterunt eruditi. vid. *Voſſ.* de Hiſt. Lat. l. I. c. 4. 72. & lib. 3. p. 701. & Præfationem editioni Daretis Amſtelodamenſi 1630. in 24. præfixam, (ubi & de *Dicty* ſuppoſititio, de quo & *Lomeyer* de Biblioth. p. 297. & *Voſſ.* p. 719. & 742.) adde *Schoockium* Fab. Hamelenſ. part. 2. c. 4. p. 19. 68. Ex eo tamen ſcripto *Daretis* etiam

(II) *Carminum libri ſex* ejusdem argumenti â *Cornelio Nepote* verſi circumferuntur, quos eſſe *Joſephi* EXONIENSIS ſive ISCANII, *Poetæ Angli Chriſtiani*, vide apud *Voſſ.* de Poet. Lat. pag. 74. de Idolol. l. 1. c. 36. *Barthium* l. 22. adverſarior. c. 11. pr. *Th. Raynaud.* p. 138. (a)

Addit his Joh. *Gregorium* Porthud in the Aſſyrian Monarchie p. 241. *Symbola Normanniana*, quæ & ex Gerhardi *Langbainii* Notis ad Longinum p. 94. obſervat, Genuinum iſtius operis parentem fuiſſe Joſephum Devonium *Exceſtrienſem*; quem tamen cum J. Iſcano unum eundemque fuiſſe innuunt *Acta Erudit. Lipſienſia* 1691. pag. 335. (b) Utrumque & Iſcani & Devonii nomen Joſepho à patria ſuperadditum fuiſſe oſtendunt *Pitſeus* de Rebus Anglicis pag. 276 & *Balæus* Illuſtrium Britanniæ Scriptorum Summar. fol. 89. 90. (c) Pluribus rem hanc expedient ea, quæ in Editione horum librorum Iſcanii a Samuele *Dreſemio* procurata, ſtatim in prima pagina, titulo averſa, leguntur nobis ſub lit. (d) exſcripta: Quibus addi adhuc merentur ea, quæ ſupra in CORNELIO NEPOTE huc facitentia dicta ſunt. v. *Fabricii* Bibl. Latin. p. 9. ubi Joſephum *Devionenſem* Ex-Præſulem vocat.

(a) Raynaudus de libris mal. & bon. pag. 138.

Dareti Phrygio *perperam ſuppoſitus eſt liber de* bello Troiano *Joſephi Iſcanii* Angli, *qui ſub annum Chriſti 1189. imperante apud* Anglos *Henrico II. & Eccleſiam Cantuarienſem regente S. Thoma florebat, Chriſtianus Poëta, ut ex lib. 3. liquet; ubi Athenienſes ſugillat, ob tranſcriptos cœlo inceſtos Deos, gentiliq; acerra deluſa preces: Expeditionum item Cruciatarum, & Arturi* Britannici *meminit, quæ quid ad* Ethnicum Daretem *?*

(b) Act. Erudit. Anno 1691. m. Jul. pag. 335.

*De* Pſeudo Darete *autem, quod non omittendum duximus, in Præfat. (ad hunc ipſum Auctorem) obſervavit Artopœus, ejus libellum* periocham *videri* carminis illius, *quod* ſex libris Hiſtoriam de bello Trojano complexum, *olim* Cornelii *etiam* Nepotis *nomine circumlatum fuit, procul dubio hanc ipſam ob cauſam, quod expoſuiſſet hiſtoriam quæ a* Cornelio *Nepote e Daretis Græco in Latinum ſermonem translata ferebatur; ſed a Joſepho* Iſcano *ſive* Exonienſe *Anglo, quem* Devonium *nonnulli vocarunt, ſcriptos fuiſſe ſex iſtos poëmatum libros,* Cambdenus in Britannia *annotavit, eosq;* vero autori ſuo aſſertos Samuel Dreſemius *anno 1620. cum Notis* edidit.

(c) Baleus de illuſtribus Britanniæ Scriptoribus fol. 89. 90.

Joſephus Devonius, Iſcanus *ſeu Exceſtrienſis, Anglus, in extrema regionis ad Meridiem parte, & prope* Cornubiam *natus, in omni genere bonarum literarum Latine & Græce doctiſſimus, atque Poëtarum ætate ſua facile princeps effulſit. Inter cætera exquiſitiſſimus labore Joſephus carmine compoſuit opus merito immortale, quod vocavit,*

| | |
|---|---|
| Antiocheiden, | *lib. I.* |
| De bello Trojano, | *lib. VI.* |
| Carmina diverſa, | *lib. I.* |

*Et pleraque alia.* Bellum *vero Trojanum ex Darete Phrygio tranſtulit, ---Claruit anno ſalutis humanæ 1173. ut habent Hiſtoriarum flores. Qui demum poſt Guilhelmum Redingenſem Anglum, Ricardi primi* Anglorum *regis dono, factus eſt archipræſul* Burdegalenſis *in Vaſconia.*

(d) Editio Iſcanii Dreſemiana pag. 1. a titulo.

*JOSEPHI ISCANI, Poëtæ elegantisſimi DE BELLO TROJANO libri ſex, Hactenus* Cornelii Nepotis *nomine aliquoties editi, Nunc Autori Reſtituti, & notis explicati, quibus alii plurimi*

*plurimi illuſtrantur à* Samuele Dreſemio *Dithmarſo. Francofurti apud Joannem Thymium, A. M. DC. XX Pagina hujus tituli averſa hæc leguntur:*

Duo ſunt, quæ neſcire te nolim, Lector „candide, *tria* me Iſcani *exemplaria* vidiſſe, *pri*„*mum* Heniſcii Baſilæenſe, *alterum* Spondani, „qui Homero comitem illum dederat, *tertium* „Alex. Caroli Trogneſii omnia interpunctioni„bus & mendis laborantia innumeris: quod vi„debis ſi inter ſe contendes. *Alterum eſt quod* χθὲς καὶ πρώην *vidi, autorem hunc à JanoGaſperio* Gevartio *viro doctiſſimo, ad ſecundum Sylvarum Papinii c.13.p.155.* Devonium *nominari. Sic Devonius ait, Daretis Phrygii interpres lib.I de bello Trojano, de Fama quæ murmura regum extenebrat. &c.*

DARINEL v. *Tirel.*

DARIO v. *Griſimani.*

DATIRIUS v. *Bonglarus.*

(796.) DAVIDIS nomine extantes *Pſalmos.* C. XCII. ADAMO tribuit R. *David Kimchi* præf. in Pſalmos, & Pſ. XCII. *Midrash Tillim* & *Chald. Paraphr.* ap. *Viccars* decupl. in Pſalmos (Lond. 1638. fol.) p. 271. (II.) Pſ. CX. MELCHISEDECHO. R. Dav. Kimchi præfat. in Pſalm. (III.) Pſalm. LXXXIII. ABRAHAMO, nomine ETHANIS Iſraelitæ, Kimchi præf. Pſal. Thargum ap. Viccars. 26?. b. Sect. VI. Conf. Placc. 190. in Ethan. Hæc *Symbola Normanniana.* Pſalmum CX. a Judæis adſcribi etiam vel ELIEZERI *Abrahami ſervo*, vel alicui ex cantoribus Davidis notat *Polus* Criticorum S. Scripturæ tom. II. pag. 1166. 1167. (a) qui & Pſ. XCII. tribui ADAMO confirmat p. 1083.

(a) Polus Criticorum S. Scripturæ Tom. II. p. 1166. 1167.

*Judæi recentiores, quorum obtuſi ſunt ſenſus in lectione Vet. Teſtamentis hunc Pſalmum exponunt, vel, I. de* Abrahamo. *Pſalmus hic conſcriptus eſt, vel ab* Eliezere *Arbahami ſervo, poſt ſtragem Regum à Domino ſuo factam: vel, à* Melchiſedeco. *Vel, 2. de* Davide, *de quo hunc Pſalmum ſcripſit aliquis de* Cantoribus.

Ibidem *pag. 1167. Quare merito Chaldæo opponitur, qui vertit per miniſterium* Davidis. לדוד *hic, ut ſupra ſæpe, Et quibus id adſcriptum eſt, eos pro Pſalmis a Davide factis, aut ab eo approbatis, accipiunt Hebræi quia* ל *ſæpe genitivum ſignificat: ut,* לרגליך *Græci vertunt,* τ̃ ποδῶν σε & ליעקוב Mal. *cap. I. v. 2. vertunt,* τ̃ Ἰακώβ. & ליהוה Sam. *I, 3.* τ̃ Κυρίε, *& multa alibi talia.*

DAVID v. *Sextus.*

DECIUS v. *Caraffa.*

—— —— v. *Cyrillus.*

(797) DEMETRIUS *Mercator* inſeruit *Catharini Civilis* i. e. Chriſtiani WEISII Dreyen Ertz-Narren an. 1676. Die Bude der Klugheit aus des alten Epicteti kurtzen Hand-Buche / auf öffentlichen Marckte aufgeſtellet / und durch kurtze Anmerckungen einem jedweden Käuffer recommendiret ab interprete vel potius abbreviatore & gloſſatore auctum a p. 245. ad 347. v. n. 1872. *a.*

(797. *a*) DEMETRIUS: *Emmanuel* van METEREN. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez.

(798) DEMETRIUS PHALEREUS. Ejus nomine extat περὶ ἑρμηνείας liber, DIONYSIO etiam HALICARNASSEO ab aliquibus adſcriptus Sed eum *utrique abjudicat Voſſius* Inſtitution. Orator. lib. VI. c. II. ſect. II. p. 433. ſqq. & de Natura & Conſtitut. Rhetor. Cap. IX. p. 64. (a) & DEMETRIO cuidam ALEXANDRINO vindicat; obſervante quoque hoc *Königio* Biblioth. Vet. & Nov. pag. 241. b. Et omnino hos duos Demetrios Phalereos inter ſe facile permutari, ex Cardinal. Bonæ Opp. p. 947. & 951. notat Magnificus D. *Maier.* Diſſertat. Epiſtolica mihi ſcripta, lit. C. Dionyſio Halicarnaſſeo tractatum hunc aſſerere ſatagit *Menage* Antibaillet. tom. I. p. 192. (b) Adde *notam Diecmannianam marginalem.* (a)

(a) Voſſius de Rhetorices natura ac Conſtitutione, cap. IX. p. 64.

*Nec omittendus* Demetrius, *cujus egregium* περὶ ἑρμηνείας *de* (interpretatione,) *commentariolum habemus.* Phalereum *vulgò appellant: ſed alium eſſe ab illo nobili oratore, oſtendimus in Oratoriis noſtris lib. VI. cap. II. ubi etiam diximus. videri nobis eſſe Demetrium illum, quem* Rhetorem Alexandrinum *appellat* Diogenes Laertius.

(b) Menage Anti-Baillet. Tom. I. p. 192.

*Monſieur* Baillet *dans un nombre infini d'endroits de ſon livre, attribue à* Demetrius Phalereus, *le livre de l'* Elocution; *Autrement* Περὶ ἑρμηνείας. *Ce livre n'eſt pas de Demétrius Phalereus. Il eſt de* Denis *d'* Halicarnaſſe. *Ce qui eté demontré par M.* de Valois *l'ainé. J'ay rapporté les raiſons dans mes Obſervations ſur* Laerce *au Chapitre de Demetrius Phalereus.*

(c) Nota marginalis Diecmanniana.

*Vulgo* Demetrio Phalereo *libellum illum aureum* περὶ ἑρμηνείας *tribuunt: ſub cujus nomine citatur & a* Theophylacto *l. 3. c. 26. Verum non Demetrii, ſed* Dionyſii Halicarnaſſei *eſſe, diu eſt, quod multis probavit doctiſſimus Henr.* Valeſius *in Notis ad Excerpta Nicolai Damaſceni p. 65. 66. Qua de re videndus* Hodyus *in Hiſtoria LXX. Interpretum. Ergo falſus eſt Marcus Anton.* Muretus, *qui in Orat. 6. eum* Demetrio Alexandrino *tribuit. Hæc totidem verbis habet* Menagius *Obſervat. ad* Laert. *p. 222 b. Iſtum, quem Demetrii Phalerei putabat, librum quæſtionibus explicatum Latine Roſtochii A. 1601. 12. edidit Joannes* Simonius, *Rhetorices in Acad. Roſtoch. Prof. publicus.*

DE-

DEMETRIUS v. *Triclinius.*

(799) *Lelo* DEMNO *Saraceno.* Ejus nomine citatur a Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 393. liber dum inſcriptione Italica: *del Governo de' Regni ſotto morali eſſempi di Animali Ragionanti tra loro, tratti prima di lingua Indiana.* Ferrara 1538. 8vo. Et idem liber ſub tit: *Specimen Sapientiæ Indorum*, Latine per Petrum Poſſev. Rom. 1666. Additque deinde: *Lelo Demno* non eſt *nomen* Auctoris, ſed *Interlocutorum*, quod etiam ex *Allatio* obſervant Monatliche Unterredungen/ 1695. p. 711. (a) adde *Baillet.* deguiſemens des Auteurs p. 479. (b) Illud memorabile eſt, quod *Lambecius* Bibliothec. Cæſarea lib. VI. pag. 119. Capita novem hujus operis PHILOSOPHO SECUNDO aſſerit. (c) Quod tamen probabile non videtur Auctori der Monatl. Unterredungen p. 113. 114. (d)

(a) Monatliche Unterredungen/ Ao. 1695. p. 711.

Dieſes *Judicium Allatii* iſt wol zu *obſervi*ren/ welcher nicht allein ferner anmercket/ daß ein *Manuſcriptum* der Griechiſchen *Verſion* zu Augſpurg/ ein anders in der Käyſerlichen *Bibliothec* zu Wien/ und das dritte bey ihm ſelbſt verhanden/ ſondern auch einer Italiäniſchen *Verſion* gedencket: *Hæc narratio Italice verſa edita fuit Ferrariæ apud Dominicum Mammarillum. Anno 1584. in 8vo. ſed in pluribus mutila. In ea ſane ridiculum eſt, quod in prima facie libri legitur, eum ex Indica in Agarenam Linguam a* Lelo Demno Saraceno *verſum fuiſſe. Nomen enim libri* Cylile *& Dimne, cum non intellexiſſet Interpres Italus, illud obtruncatum Lelum Demnum, eumque Saracenum efformavit.*

(b) Baillet Deguiſemens des Auteurs p. 479.

*Les Italiens nous ont produit en leur langue un Auteur ſous le nom de* Lelo Demno Saraceno *qui ſuffiroit ſeul pour en faire foy. Il n'y a jamais eu d'Auteur de ce nom, & le livre qui le porte eſt une traduction du fameux livre de la ſageſſe des Indiens, pour lequel toutes les Nations Orientales ont temoigné une paſſion demeſurée. Il a eſte tourné d'* Indien *en* Perſan, en Arabe, en Turc, *en* Ethiopien *&c.* en Grec, en Italien, *puis en* latin: *mais il eſt faux que l'Auteur du livre ni meme le Traducteur Arabe ait eſte appellé* Lelus Demnus. *L'erreur eſt venue de ce que le livre eſtant anonyme a pris les noms de deux entreparleurs du Dialogue* Kulile vva Dimne *qui ne ſont que des Appellatifs pour le nom propre & le ſurnom d'un homme; & l'on en a formé* Lelo Demno *par corruption, au lieu de tourner Kulile par le mot de Roy ou de Prince couronné, & Dimne par celuy de Philoſophe ou de curieux.*

(c) Petri Lambecii Commentarior. de Biblioth. Cæſ. Pars Secunda libri VI. p. 119. 120.

*Quintò, & quidem à fol. 74. pag. 1. uſque ad fol. 117. pag. 1. ex* Symeonis Sethi *translatione græcâ Apologorum Indicorum, (2) Cylile & Dimne, ſeu, Stephantes & Ichenalates inſcriptorum, Capita novem, quæ hic attribuuntur* Secundo Philoſopho, *& inſcribuntur atque incipiunt hoc modo:* Σεκούνδου φιλοσόφου ἱστορία ἐνεχθεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν Ἰνδῶν εὐδαιμονεστάτης χώρας, ἡ λεγομένη τὰ κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην· ἔστι δὲ ἡ πραγματεία αὕτη τοιαύτη. Ἐρωτήσεις Βασιλέως τινὸς τῶν Ἰνδῶν πρὸς τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ φιλοσόφων, Σεκοῦνδον καλούμενον, διαλεγόμεναι παρ' αὐτοῦ, καὶ ἐν κεφαλαίοις ἐννέα περαιούμεναι. Κεφάλαιον α' περὶ τοῦ πῶς ὁ δόλιος καὶ πονηρὸς ἀνὴρ μεσολαβῶν, εἰς ἔχθρα, μεταβάλλει τὴν μεταξὺ τινῶν συστᾶσαν φιλίαν. Κεφάλαιον β', περὶ τινῶν ἀντιφιλούντων &c. Ἀρχὴ τοῦ πρώτου ὑποδείγματος. Ὁ τῶν Ἰνδῶν Βασιλεὺς Ἀβεσαλὼν ἐπήρετο τινα τῶν περὶ αὐτὸν φιλοσόφων, λέγων· βούλομαί σε ὑποδειγματίσαι μοι, ὅπως ὁ δόλιος ἀνὴρ *&c. Plura de his Apologis ſive Parabolis Indicis vide Libri quinti horum Commentariorum pagina 241. ubi verſu 14. & 15. --- eorumque variis Translationibus ex lingua Indica in Perſicam, Arabicam, Græcam & Italicam. Quod porro ad Secundum Philoſophum attinet, floruit ſub Imp. Hadriano celeberrimus hujus nominis Philoſophus, patria Athenienſis, cujus elegantiſſimas ſententias Avunculus meus Lucas Holſtenius græcè & latine edidit Romæ typis Maſcardi Anno 1618. in 12mo, cum præfixis veterum Autorum de illo teſtimoniis. Hic igitur Secundus Athenienſis in ſupra exhibito titulo fingitur fuiſſe Gymnoſophiſta Indicus ob ſingularem in reſpondendo ad propoſita quæſita ingenioſitatem extemporaneam, quæ elucet ex ſupra memoratis Sententiis, quibus ad varias Imp. Hadriani interrogationes acutiſſime reſpondit.*

(d) Monatliche Unterredungen *A. 1695. pag. 713. 714. 715.*

*Liber iſte tribuitur Iſamo, quinto Indorum Regi; de quo ſic Iſmael Sciahinſciah, in hiſtoria gentium;* Iſamus; & eſt ille, qui compoſuit librum Clilah & Damnah. *Idem affirmat alibi, librum hunc Arabici juris factum fuiſſe trecentis ante Alexandrum Macedonem annis. Eſt autem apologus, in quo humani inſtituuntur mores. In omnes fere linguas translatus eſt. Extat ejus exemplar Arabicum in Bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Mazarini, elegantiſſime deſcriptum.* Ich halte ſelbſt davor/ ſprach *Livius*: Daß das Werck viel älter ſey/ als der *Philoſophus*, ſo zu *Hadriani* Zeiten gelebet/ und wol niemahls in *Indien* kommen. Wenn ich aber betrachte/ wie es ſo heilig bey den Indianern aufgehaben worden/ ſo ſcheinets faſt/ als ob es entweder der andere und dritte Theil ſey von dem bey denen *Brachmanen* noch heutiges Tages heilig gehaltenen Buche, oder doch zum wenigſten/ eins aus dem andern *extrahirt* oder *ſuppliciret*: *Hoornbeck lib. V. de* Converſione *Indorum pag. 35.* beſchreibet uns dieſes Buch aus dem *Rogerio*, deßen offene Thür zum Heydenthum zwar bekanter maßen ins Teutſche überſetzet/ weil es uns aber nicht bey der Hand iſt/ müſſen wir *Hoornbeck* Lateiniſche Worte anführen: *Legis ſuæ librum habent, quem appellant* Vedam, *conſcriptum rythmo, qui continet ipſorum religionem ac ſacra. Diviſus eſt in quatuor partes. Prima agit de cauſa, & materia prima, de Angelis, anima, generatione, de corruptione, peccato, mercede operum, ſive bonorum, ſive malorum. Pars altera, de regimine Politico. Tertia tota moralis eſt de virtutibus & vitiis. Quarta ceremonias explicat, & rationem tum ſacrificiorum, tum feſtorum: ſed hanc partem dicunt periiſſe. Solorum Braminum eſt, Codicem hunc legere, & docere: vulgo ne diſcere quidem ejus canones licet. Docent quidem quosvis etiam ſacra, (nam religionem & literas docere Braminum proprium eſt munus;*

*nus;) ſed non ipſum Vedam: quem ſolis ſui ordinis hominibus & Nobilibus exponunt.*

DEMOCHARES v. *Antonius.*

(800) DEMOCRITUS ABDERITES ex Thracia Philoſophus. Ejus nomine circumferuntur (I) Μέγας διάκοσμος, LEUCIPPO a *Theophraſto* apud *Laertium* adſcriptus, ut referunt *Friſius* Bibliothec. Geſnerian. p. 191. a. & Joan. a *Wower* tract. de Polymathia cap. XVI. p. 125. (II.) ὑπομνήματα quæ ſunt DOLI MYNDESII, (quem & EUBOLUM, rectius BOLUM vocari docet *König*. Bibliothec. Vet. & Nov. p. 120. 255.) ut ex *Columellæ* lib. 7. de Agricultura notat *Wower* loc. addito ſub lit. (a) qui eſt l. 7. c. 5. p. m. 507. editionis Colonienſis in 8vo. at Venetæ in 4to. 1533. ex typographia Aldino-Manutiana.

(a) Wovver. de Polymathia Cap. XVI. p. 125.

Democriti *librum, cui index* Μέγας διάκοσμος, *Theophraſtus ajebat eſſe* Leucippi, *ut eſt apud Diog.* Laertium; *qui ſolus teſtis eſſe poterat, quam multi libri falſis & ſuppoſititiis auctorum titulis divulgati fuerint. Nam ſingulis ferè Philoſophorum vitis plurima ipſorum Opera adulterina aut ambigua narrat.* Athenæus *lib. VI.* Chamæleontis *Pontici* περὶ ἡδονῆς *ſub nomine* Theophraſti *circumlatum ſcribit, & lib. XIII. multas olim orationes falsò Lyſiæ attributas fuiſſe.* Columella *lib. VII. de Agricultura* Doli Myndeſii ὑπομνήματα *ſub nomine* Democriti *falſo prodi.*

(801) DEMOCRITUS JUNIOR edidit Tractatum ſermone *Anglicano,* cum inſcriptione: *The Anatomy of Melancholy, what it is? With all the Kinds, cauſes, Symptoms, prognoſticks and ſeveral cures of it.* id eſt: Anatomiæ Melancholiæ, deque ejus natura, Speciebus, cauſis, Symptomatibus, Prognoſticis variisque medelis, Autore Democrito Juniori: Is erat *Robertus* BURTONUS, Oxonienſis, ex Æde Chriſti. Hic liber ſpiſſo ſatis Volumine in fol. omnigenæ Eruditionis varietate ſcatet, multis vicibus recuſus. Hæc ex p. m. Guilielmi Cave Epiſtolâ ad me perſcripta Islingthonio 8. Id. Jun. 1676. In eandem ſententiam abeunt *Wood* Hiſtor. & Antiquitat. Oxon. Lib. II. p. 273. b. conf. p. 221. b. & *Hyde*, qui in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. I. pag. 118. a. librum hunc ſub Roberti *Burtoni* nomine allegat; Democriti perſona penitus prætermiſſa.

(802) DEMOCRITUS PHILOSOPHUS. Dominicus BARTOLI. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 547.

(803) DEMOSTHENES *Athenienſis Orator.* Habentur inter Ejus Orationes aliquot, quæ a Criticis judicantur ſpuriæ. (I) *De Haloneſo,* quæ ab Etymologiſta *Hegeſippo* CROBILO tribuitur & a *Photio.* (II.) De FOEDERE *Alexandreo,* HYPERIDI adſcribitur ab eodem & *Libanio* apud *Friſium* Bibliothec. Geſn. p. 386. (III.) *In Theocrinem*, quam inter genuina DINARCHI Opera recenſet *Dionyſius Halicarnaſſeus*, referente *Schotto* de vita Demoſthenis & Comparationem cum Cicerone cap. V. ubi addit adhuc ſpurias alias, Auctoribus earum non nominatis partim. De Demoſthenis variis interpretibus conſule *Friſium* Biblioth. Geſner. p. 192. & *Schottum* in Comparatione Demoſthenis cap. VI. Vita hæc præfixa eſt Editioni Francofurtanæ 1604. in folio quæ Demoſthenis & Æſchinis Opera Græco-Latina ſimul exhibet, interprete Hieronymo *Wolffio*, cum Ulpiani Commentariis, novisque Scholiis, ut & comparationem cum Cicerone ad imitationem *Plutarchi.*

(804) DENAISIUS. Ejus de Idolo Hallenſi adverſus Juſtum Lipſium tractatus eſt Johannis Michaelis LINGELSHEIMI *Scaligeriana* p. 62. 140. *Colomeſ.* Remarques p. 257. Hæc *Symbola Normanniana.*

Adde *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 547. An liber hic unquam ſub Denaiſii nomine prodierit mihi non conſtat. vide in Anonymis n. 760. a plura.

(805) DENDRINUS, Henricus: Jean BLAEUW. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 547. adde pagin. 330. ubi eundem BLOOM appellat.

DENIS de la *Sainte* v *Beaume.*

(806) *Cornelius* DENIUS Burgenſis. Ejus nomine recenſentur à Thoma *Hyde* in Biblioth. Bodlejan. p. 204. b. *Tres Capellæ* ſeu *Admonitio* ad Joſephum Juſtum Burdonem, *prius* Scaligerum nunc Sacrilegum. Pariſ. 1611. 8vo. Sed hanc cujusdam Auctoris perſonam eſſe non addit. At contra *Sotvell.* in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu, Scriptum hoc *Rudolpho* MATMAN Germano Helvetio aperte adſcribit, p. 730. 731. nulla perſonæ alicujus, nedum *Denii* facta mentione. Ex quo facile conjicimus a *Villanio* nella Viſiera Alzata Hecatoſtes num. 91. p. 86. recte dici, a Jeſuita *Matmanno* hoc ſcriptum ſub perſonato *Denii* nomine editum. vid. lit. (a) quæ continuatur Anonymorum num. 1434. excerpto. (a)

(a) Villani *nella* Viſiera Alzata Hecatoſtes n. 91. p. 86.

XCI. RUDOLFO MATMAN *della Compagnia di Gieſù. Doppo hauere* Gaſparo Scioppio *dato alle Stampe lo* Scaligero Hipobolimeo, *che moſſe la Germania inferiore, e qualche* Citta *della Superiore a ſcriuergli contro, dall' Hollanda vſcirono le ſatire* Hercules tuam fidem & Virgula Divina, *gia notate di Sopra, e da* Berlino *Metropoli della Marca di Brandemburgo fu prodotto* Caue Canem. *De* Uita, Moribus, rebus geſtis, Diuinitate Caſparis Scioppii Apoſtatæ Satiricon. *Auctore* Tarræo Hebio *nobili. à ſperga Germano Hanouiæ Typis Vvillerianis M.DC.XII. 12. &.*

*Tarræi Hebii Nobilis à ſperga* Scioppius Excellens. *In laudem eius, & ſociorum, pro* Joſepho Scaligero, *& omnibus probis Epigrammatum Libri II.*

*III. ex triginta totis hinc inde collecti. Hanouiæ Impenſis ac Typis Vviuerianis M.* DC.*XII.12.*

*Delle quali fu Autore* Caſparo Barthio: *ben era dovere veniſſe abbattuto da qualche Scrittore Romano* Catholico, *che pero Rudolfo Matman da Lucerna ſcriſſe ſotto nome di &c. Continuatio videatur Anonymor. num.1434.α. excerpto.(a).*

(807) DENTALUS *Joachimus: Joachim* MYNSINGER de Frundeck. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p.547.

(808) *D.Claudius* DEODATUS. Ejus nomine libellum de *vero & legitimo Aqvæ Cordialis concinnandæ modo & utendi ratione*, cum aliis ſcitu dignis, edidit *Hercules* SAXONIA, Medicus Patavinus, teſtante *Frehero* Theatri Virorum Eruditione claror. Part.II.pag.1322.a. ubi quidem indicat ſe hæc depromſiſſe ex Elogiis Jacobi Philippi *Thomaſini*. Verum ille larvati Deodati non meminit: titulumque inſuper memorati libri nude format: *de Aqua Cordiali* p. 233. *Mercklin.* Linden. Renovati lib. I. p.405.inter ſcripta Herculis Saxoniæ, de hoc planè ſilet. Encomium Herculis vide in *Leti* Italia Regnante Part. III.lib. III. p.332. 331.

(809) DERMASIUS *Hermundurus*, *Franciſcus*: L. *Joachim* FELLER. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 547.

DESIDERIUS v. *Alopecius.*

- - v. *Pacius.*

- - v. *Peregrinus*

(810) M. DES MARETS de *Saint Sorlin.* Ejus nomine quæ extat *Tragico Comœdia*, maximam partem debetur *Cardinali* RICHELIO, *Jean Arnaud de Pleſſis*, ut indicant *Jugemens des Sçavans*, Tom.IV. part. III. num. 1407. pag. 136. ſeqq. (a) & *Peliſſonius* in Anonyma Gallica Hiſtorica Academiæ Pariſinæ loco jam alibi excerpto. p. 113.

(a) Baillet Jugements des Sçavants ſur les principiaux auteurs p.136.Tom.IV.part.3. num. 1407.

*Il ne nous eſt pas aiſé de decouvrir toutes les pieces de vers, que nous avons de la facon du Cardinal de Richelieu: parce qu' il n' a pas voulu les honorer de ſon nom, ny les revetir de ſa pourpre.*

*Il eſt certain, dit M.* Peliſſon, *qu' une partie du ſujet & des penſées de la Tragi- Comedie de* Mirame *qui court ſous le nom de* Mr. Deſmarets de ſaint Sorlin *eſt de ce Cardinal.*

(810.α) DESPAUTERII Grammaticæ contractæ quomodo aliquot verſus adjecti ſunt ab *Adolpho* METKERQUE & *Franciſco* BRUGENSI; ipſumque opus impreſſum apud Plantinum 1571. non nominatis Auctoribus, vide apud *Teiſſierium* Eloges des hommes ſçavans Tom.II.pag. 183. ſub lit.(a)

(a) Teiſſier Eloges des Hommes ſçavans T.II.d.183.

Metkerque & Francois Brugenſis *ajoûterent quelques Vers à la Grammaire de* Deſpautere, *& en firent ur Abregé la reduiſant en un ordre plus commode. Cet Ouvrage fut imprimè chès Plantin en 1571. ſans y mettre le nom des Auteurs. Il y a auſſi des Vers de Metkerque dans le Livre intitulé* Delitia Poëtarum Gallorum.

DESPOTICO CALATHINO v. *Calathino.*

(811.) *Georg* DETHARDING Chymiſcher Probier-Ofen Stetin. 1648. maximam partem debetur *Michaëli* KIRSTENIO Philoſ. & Medic. tunc in ædibus ejusdem ſtudentis, ut ipſiusmet me relatio docuit cum collega familiariſſimus ex auditore illi factus eſſem. Libri titulus ſic habet: *Georg Detharding*, Bürgern und Apothecern in Alten-Stetin Chymiſcher Probier-Ofen/ darinn alle Proceſs und Handgriffe die in Joh. Agricolæ Ph. & Med. Dr. Commentariis und notis über Joh. Poppii Chymiſche Medicin enthalten/ und von ihm für groſſe geheime und gantz neue Künſte ausgeruffen werden/ein jedes abſonderlich nach den Principiis Chymicæ artis examiniret/ erörtert/ und ferner tam ratione, quam experientia, auch zum öfftern aus D. A. eigenen Worten hell und klar erwieſen wird/ daß in gedachten Commentariis und notis nichts neues/ noch geheimes/ das etwas wehrt; ſondern vielmehr alte verlegene Waaren und Sachen/ ſo bißweilen nur von ihm etwas verändert/verkehrt/ je offte mehr verderbt als verbeſſert worden/ nebenſt vieler groben/ handgreifflichen/ ſchädlichen erroribus und contradictionibus zu finden ſeyn. Gedruckt bey Georg Götzen 1648. in 4to.

(812.) *Renatus* DEVIRÆUS. Ejus extat in *Lupi Servati Presbyteri, de tribus Quæſtionibus ad Carolum Regem, pro Gotteſchalcko, tractatus* ed. 1649. Auctor eſt *Andreas* RIVETUS, ut ex *Mareſi* Catech. Grat. 100. refert *Symbola Normanniana*. Et hic videtur eſſe Anagrammatiſmus.

(812. α) *DEus* DEDIT, Papa. De affiīcta ei Epiſtola à *Pſeudo-Iſidoro* Excell. Dnus von *Maſtricht* citat uti ſupra aliquoties, & hic *Bellarminum, Baron. Cocum* &c.

(813.) Flavii DEXTRI Barcinonenſis Viri Clariſſimi, Orientalis Imperii Præfecti, & divo Hieronymo amiciſſimi, *Chronicon omnimodæ Hiſtoriæ*, primo quidem eidem Hieronymo dicatum, ſed eo ad ſuperos translato, multis locis locupletatum, Paulo Oroſio, Tarraconenſi iterum nuncupatum. Nunc demum opera & ſtudio Fratris *Franciſci* BIVARII, Mantuæ Carpentani; ex obſervantia Sancti Bernardi, Ciſtercienſis Monachi, ejusque in Romana Curia procuratoris Generalis, ac Sacræ Theologiæ & Philoſophiæ Magiſtri, Commentariis Apodicticis illuſtratum, quibus univerſa Eccleſiaſtica Hiſtoria â Chriſto nato per annos 450. rerum tam ad Italiam

Italiam, Galliam, Germaniam aliasque Chriſtiani Orbis provincias ſpectantium, quam Hiſpaniam, de qua bona ex parte diſſerit Autor, ad amuſſim expenditur: ubi vulgare nihil, innumera vero quæ ſcriptorum pene omnium notitiam aufugerant, eaque admiratione digniſſima reperire licet. Lugd 1627. Illud autem ab ipſo BIVARIO vel VIVARIO confictum credidere *Gabriel Pennottus*, & *Matthæus Raderus* contra quos ipſe tamen Apologiis ſeſe binis defendit, quas approbant *Carolus Viſch* Bibl. Ciſtercienſis p. 114. (a) & *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 139. ſibi fere contrarius p. 164. (b) aliis adhuc repugnantibus: inter quos etiam *Schookius* Fab. Hamelenl. part. 2. c. 4. p. 61. Adde *Zeiler.* part. 3. p. 65. (c) ibique citatos, & *Hallervordi* ſpicilegium pag. 59. (d)

Cum *Pennotto* & *Radero* facit *Miræus* Bibl. Eccleſiaſt. part. I. p. 36. & part. II. p. 2. 3. (e) (f) ubi eis ſuperaddit *Lapidanum.* Vide etiam *Friſium* Biblioth. Geſner, p. 195. & *König.* Bibl. Vet. & nov. p. 244. b. Habet & huc facientia quædam Cornel à *Lapide* in χρονοτάξει, præmiſſa Commentar. in Acta Apoſtolorum, monente *Symbola Rauſchiana*, Adde *Fabricii* in Appendice Biblioth. Latin. p. 187. Hiſpanum hominem, Vivario non memorato, nominat Ernſt. obſervat. ad Antiquit. Etruſc. c. 20. monente *Symbola Schraderiana*; Quæ intelligit ſine dubio *Hieronymum* de Higuera etiam notatum Monatl. Unterredung. 1694 p. 342. (g) de quo & nuperrime Magnificus Dnus Scholarcha meus Joh. Frid. *Mayerus* in doctiſſimo ſuo ſcripto de fide Baronii pag. 127. & *Bailius* Dictionarii ſui laudatiſſimi T. II. p. 920. vide ſub finem lit. (h) addita *Maſtrichtiana*, a n. 1. ad n. 4.

(a) Carolus Viſch. Bibl. Script. S. ordinis Ciſtercienſis p. 114. 115.

*Et licet* Gabriel Pennottus *Lateranenſis Canonicus Regularis, in ſua Generali totius ſacri Ordinis Canonicorum Regularium hiſtoria tripartita; & poſt illum* Matthæus Raderus *Soc. Jeſu, ac quidam alii citati ab Auberto* Miræo, *parte 2. Bibliothecæ Eccleſiaſticæ, cap. 6. effrænata libertatis audacia, tam hoc ipſum Chronicorum opus, quam ipſius commentatorem,* Vivarium *variis conviciis impertinenter proſcindant, hos tamen omnes egregiè repulit, eorumque rationes ac calumnias nervoſè refutavit ipſemet Vivarius, conſcriptis duabus Apologiis, tam pro* Chronico *ipſo, quam pro commentariis ſuis quæ una cum Chronico impreſſæ extant, 1a ſcilicet in initio Operis, 2a ad calcem ipſius operis. Quas* Apologias *ſi legiſſet ipſe* Miræus, *non tam temere hujusmodi conviciis ac contumeliis aſſenſum præbuiſſet, nec calculum ſuum adjeciſſet: accedentibus præſertim cenſuris præclariſſimis operi præfixis, Virorum doctiſſimorum, omni exceptione longe majorum videlicet* Gabrielis, *S. R. E. tituli Sancti Bartholomæi in Inſula, Presbyteri* Cardinalis de Treio: Hilarionis de Rancate, *Abbatis Sanctæ* Crucis *in Hieruſalem, Viri non ſolum Græce & Latine, verum etiam Hebraice,* Arabice *& Chaldaice doctiſſimi, & Lucæ* Wadingi *S. S. Theologiæ prælectoris, ac totius Seraphici Ordinis* Archi-*chronographi: cujus poſtremi hæc ipſa ſunt verba, loco citato:* Optimas Hiſpaniæ antiquitates vindicaſti (*alloquitur* Vivarium, *de ſuo commentario in Chronicon Dextri*) res exteras illuſtraſti, ſepultam optimarum rerum memoriam plene reſuſcitaſti. Etſi præclaras quasque nationes magno tibi devinxiſti beneficio, ultra omnes tua tibi debet Hiſpania, cujus res, utpote ſibi notiores, majori curæ & fide, Dexter notavit, & tu demum dextre illuſtraſti. Genus omne Sanctorum veſtram protuliſſe heſperiam, oſtendi omnimoda hac hiſtoria, cui tu plene fidem quantumvis duram, docta commentatione concilias. Felicem certe, & ultro commendabilem tuum evaſiſſe conatum, jam plene probaſti, dum & Dextrum hunc ipſum eſſe, fundate confirmas, & Sanctorum geſta ab apocryphis rite diſcernis. Gratam fore omnibus, hanc tuam hiſtoriam, auſim ſpondere. *Hæc* Wadinghus. *Videantur etiam quæ de hoc Dextri* Chronico *ſcripſerunt*, Sancius d' Auila, Seguntinus, & Placentinus *(ucceſſive Epiſcopus, in libro Sancti* Vitalis *Archi Preſbyteri Toletani, & Martyris: & in opere ſuo de Veneratione Reliquiarum.* Bertrandus de Ladron de Guevara, *Archiepiſcopus Compoſtellanus, in libro de Adventu Sancti Jacobi: &,* Prudentius de Sandoval *Epiſcopus Tudenſis, & Pampilonenſis, ac Regius Hiſtoriographus, in libro, Eccleſiæ Tudenſis; & alii plures, relati in Apologia prima Vivarii, citata.*

(b) Raynaudus de malis & bonis libris p. 164.

Flavii Dextri *Chronicon quod nuper prodiit, magna excitavit diſſidia. Aliquod Chronicon vere fuiſſe à Dextro conſcriptum, conſtat, cum S.* Hieronymus *ejus ſibi à Dextro inſcripti meminerit; ſed an id quod nuper prodiit, ſit verum illud, Dextri* Chronicon, *controverſia eſt. Multi hoc Chronicon eſſe ſuppoſitum ab aliquo, cui honor gentis ſuæ cordi eſſet, contendunt, & acriter* Pennotus *Canonicorum Regularium hiſtoria.*

(c) Zeiler de Hiſtoricis, Chronolog. &c. part. III p. 65.

Dexter, *filius Paciani ejus, qui* Barcilonenſis *Epiſcopus fuit, ſed ſub Theodoſio Magno admodum ſenex mortuus eſt. Fuit autem hic Dexter præfectus Prætorio, & æqualis Prudentio, ac hiſtoriam ſcripſit. Vide* Voſſium *de Lat. Hiſtor. lib. 2. c. 10. p. 204. De ſuppoſititio vero Dextro, & ejus Chronico, ſcribit* Zuerius, *in hiſt. univerſ. p. 112. quod in mendaciis fingendis ſit intrepidus.* De Flavio Lucio Dextro *vid.* Auguſtinus Maſcardi.

(d) Hallervordi Spicilegium, pag. 58. 59.

*Fl.* Dexter Barcinonenſis, *Filius Paciani Barcinonenſis Epiſcopi,* B. *Hieronymo coætaneus, uti ex hujus de Scriptoribus Eccl. libello conſtat. Qui etiam Lib. 2. adv. Ruſinum, hunc in modum de eo loquitur:* ante annos ferme decem Dexter amicus meus, qui Præfecturam adminiſtravit Prætorii, me rogavit, ut auctorum noſtræ Religionis ei indicem texerem. *Dextri hujus Chronicon, quod à Chriſto nato, ad annum 430. progreditur, primus e tenebris eruit, & ampliſſimis commentariis illuſtratum, publici juris fecit,* Franc. Bivarius *Madritenſis. Sed multis de ſinceritate ſuſpectum illud viſum. Clariſſ.* Seldenus *Obſerv. ad Eutychii Patriarchæ orig. Eccl.* Alex. *pag. 117. plurima in eo eſſe ait, quæ ſeculum Dextri non ſapiant. Vide etiam Gabr.* Pennotti *Hiſtoriam* Canon.

*Regularium , & quæ inde adducit* Miræus *P. II. Bibl. Eccleſ. c. 6. cujus , & aliorum dubitandi rationes refellere conatus eſt ipſe Bivarius, editis duabus apologiis , quæ una cum Chronico impreſſæ fuere , prior quidem in Operis initio , poſterior vero ad calcem ejus.*

(e) Miræus , Bibliothec. Eccleſiaſt. pag. 36.

Flavius *Lucius Dexter , S. Paciani filius.* Huic Dextro *librum ſuum De Viris illuſtribus S.* Hieronymus *dicavit. Fragmentum* Chronici *ſeu Hiſtoriæ omnimodæ, nomine* Dextri *prodiit. Sed eruditis hæc fragmenta videntur ejusdem farinæ cum* Beroſo *Annii Viterbienſis. His de rebus plura qui volet*, Pennottum *in Canonicorum regularium Hiſtoria lib. 1. c. 52. & alios conſulat.*

(f) Idem Part. II. p. 3.

*Cæterum ut Annius ſuo ævo , ſic & noſtra ætate fabulator , neſcio quis , multos eruditione præſtantes viros in errorem traxit , editis veterum aliquot Chronographorum , in his* Lucii Flavii Dextri & Marci Maximi *fragmentis ſuppoſititiis. Qua de re conſuli poterunt Math.* Raderus *&c.*

( g ) Monatliche Unterredungen Ao. 1694. p. 342.

Die erſte Stelle gibt er dem *Chronico* Dextri, und verhält nicht/ daß es vielen *ſuſpect* vorkommen ſey: Und es iſt auch dieſer Ehre gar nicht wehrt/ weil es aus lauter Lug und Trug beſtehet / und erſt im vorigen *Sæculo* von einem Spanier / Roman de Higuera genannt / zuſammen gedichtet worden / deſſen Nahmen *Papebroch* in *Actis ſanctorum* entdecket hat.

1.

(h) Maſtrichtiana.

*Nondum viſum fuit annalium ſcriptori Baronio Dextri Chronicon, quod ſub Flavii Lucii Dextri , præfecti Prætorio (cui Hieronymus ſuum de Scriptorib. Eccleſ. Commentarium inſcripſit) inclyto nomine , primi venditarunt Theologi duo Societatis , & Commentario auxit Franciſcus* Bivarius *&c. ſed Chronici illius pellucet quaquaverſum fucus. Et ejusdem farinæ ſunt quæ in eodem Chronico ex Simeone Metaphraſte & nugivendulis ad annum Chriſti quinquageſimum legas edit.* Bivar. *p. 100. 1. Petrus ut Chriſti vicarius Hiſpanias adiit 2. Imagines* Antiochia *allatas adfert miraculoſas , ſcilicet , imaginem B. Virginis de Atocha &c. Fr.* Spanh. *de falſo Credita Petr. profect. p. 63.*

2.

Flavii Dextri Chronicon. *Suppoſitum.* Ittig. *de Pſeud.* cap. 3. §. 1. pag. 114.

3.

Dexter Flavius Luc. *Ejus quod nunc habemus è* Bivario *Chronicon ſuppoſititium, docti fere unanimiter cenſent , vid.* Caveum *in Hiſtoria Litteraria* Zeiler. *in hiſtor.*

4.

Papenbrochius *in act. SS. May. Tom. IV. p 14. fatetur fabularum harum ſub* Dextri *nomine editarum auctorem eſſe Monachum Hiſpanum Romanum de* Higuera. *Ipſe* Bivarius *nominat Hieronym.*

DIACONUS ROMANUS v. *Johannes.*

(814) DIALOGISTA , quem nominat *Lipſius de unica Religione* , eſt Theodorus KORNHERTIUS, ut ex *Miræo* in Vita Lipſii refert *Symbola Normanniana.*

(815) DIARETES, *Philodoxius. Leon Baptiſte* ALBERTI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 548.

(816) *Gerhardus* DICÆUS *Lucenſis.* Extat ejus nomine *Progymnaſmaton* editum Florent. 1523. quod eſt *Gerhardi* GIUSTI , ut indicat la Viſiera Alzata Pentec. n. XIX. p. 112. (a) Innuit tamen Dicæi nomen à plurimis pro vero agnoſci , & librum quidem eo nomine citat Bibliotheca Aproſiana p. 79. & 219.

(a) Villani la Viſiera Alzata Hecatoſt. n. XIX. p. 112.

XIX. GERARDO DICEO. *Non mai di queſto letterato , ch' io ſappia , ſi vede ſe non* Gerardi Dicæi *Lucenſis* Progymnaſmaton. Libellus *Reverendiſſimo in Chriſto Patri , &* D. D. MARINO GRIMANO *Veneto Patriarchæ Aquileenſi Virtutum Archetypo. Impreſſum Lucæ per Salvatorem Sucham Florentinum A. à Virg. Partu.* M. D. XXIII. *Menſe Nov. in 4.*

*Come che l' habbia veduto citato molte fiate nella* Grillaia *di* Scipio Glareano, *non ſenza lode , mi ſarei creduto , che fuſſe Scrittore vero e nel nome e nel cognome : ma diſingannato dal gentiliſſimo, e non men dotto* Mario Fiorentini *Figlivolo dell' ammirabile* Franceſco Maria , *e Nipote di quell' Anima candida del P. Girrolamo della Congregatione della Madre di Dio , amendue d' immortal ricordanza , Profeſſore di Medicina nella Patria , connobbi eſſer vero il nome , e maſcherato il Cognome da voce dell' Hellade che vuol dir* GIUSTO. *Si vedrà meglio dall' Opera del medeſimo degli* Scrittori Luccheſi *la quale ſuccedera alle Opere , che laſciate M. S. S. dal Genitore deono hauere la prima ſpeditione. Si che l' Opera , è di* GERARDO GIUSTI.

(817) DICTUINI Veridici nomine excuſa , neſcio quæ , *Thomæ* STAPLETONO , *Anglo*, tribuit *Poſſevinus* in apparatu ſuo Tom. I. p. 89. & 97.

Adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 611. & 548. ubi tamen DIDIMUM appellare eum vult ; *Dictiunum* etiam vocat : Pitſeus de Scriptoribus Angliæ p. 797. ſqq. & *Hyde* in Bibliothec. Bodl. poſt L p. 177. b. hujus Suppoſitionis non meminerant , ubi de Stapletono ejusque ſcriptis agunt.

(817. *a* ) DIDASCALICUS *Erotinus: Jean* RHODIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 548. v. infra RHAMNUSIUS.

(818) DICTYS Cretenſis. Ejus nomine circumferuntur *de Bello Trojano libri IX.* Quas ab Impoſtore quodam fictos exiſtimat Ludovicus *Vives* de tradendis diſciplinis lib. V. p. 625. vide *König*, Bibliothec. Vet. & Nov. p. 245. b. qui citat

tat *Meurſium* in Creta. p.235. SEPTIMIO cuidam tribuere videtur Caſpar *Barthius* Not. ad Stat. I. Achill. verſ. 89. & 399. item in Commentat. de de Linguæ Latinæ Scriptoribus, ubi his verbis utitur: *Qui Dictyn ſcripſit* Septimius Romanus, *utiq; Romanus Scriptor eſt*, *citante Symbola Flensburgo-Molleriana*. Certe Auctorem Conſtantini temporibus non ſuperiorem eſſe evincit *Gronovius* obſervat. in Eccleſ. c. XXV. p. 273. (a) adde his *Borrich.* de variis Linguæ Latinæ ætatibus pag. 12. *Rupert.* Hiſtor. Univerſ. p. 75. LUCIUM SEPTIMIUM appellat *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 8. (b) ubi addit vulgo credi hoc à Pſeudo Dicty concinnatum opus a CORNELIO NEPOTE latine eſſe verſum; Atticis etiam literis commutatum à PRAXI quodam, Neronique oblatum. Vide quæ de ÆMILIO PROBO *num.* 43. & CORNELIO NEPOTE. *num.* 733. DARETE PHRYGIO *num.* 795. in Pſeudonymis, diximus ſupra.

(a) Gronov. Obſervat. in Eccl. Scriptores c. XXV. p. 272.

*Dixi ſuperius*, Joſiam Mercerum *recte cenſuiſſe*, *auctorem hiſtoriæ belli Trojani*, *quæ* Cretenſis Dictyos *nomen præfert*, Cornelio Nepote *omnibus rebus inferiorem*, *certè* Conſtantini *temporibus non ſuperiorem eſſe; longeque à vera ratione deerraſſe* Scioppium, *cum ſententiam ſummi illius viri reprehendit*, *&*, *ſi Diis placet*, *ad* Cornelii *ſimilitudinem proxime iſtum accedere ſtatuit*, *adeo quidem*, *ut omnino* Velleji, Valerii Maximi aut Curtii *ævo ſcripta videatur. Plurima ſunt in promptu argumenta*, *quibus hunc errorem hominis alioqui Linguæ veteris Latinæ peritiſſimi convincamus*: *nunc uno contenti erimus inſigni. Navigium ſequior Latinitas dixit pro navigatione. Neminem certe*, *qui ſic accipiat*, *antiquiorem novi* Serbidio Scævola, *qui ſic locutus in Le CXXII. D. de. V. O.* Servius *ad lib. II. Georgic.* Primi lege Litoris Oram. Lege, *nauticus ſermo eſt*, *qui nunc & ad navigandum & ad lectionem poteſt referri*: *nam hoc dicit*, faveto principio & humilitati carminis mei. *Hic deleverunt vocem*, *quam acceptam ita poſuerat* Servius. *Reſcribe ex duobus libris membranaceis*: *qui nunc & ad navigium & ad lectionem poteſt referri.*

(b) Fabricius Biblioth. Latin. p. 8.

Daretis *vero* Phrygii *Hiſtoria de excidio Trojæ quæ Latine circumfertur una cum pſeudo Dictys ſive L. Septimii libris VI. Ephemeridos belli Trojani*, *etſi præfixam habent ſub Nepotis nomine Epiſt. ad Salluſtium Criſpum*, *quâ affirmat ſe Daretem ex Græca in latinam Lingnam Athenis tranſtuliſſe communi tamen eruditorum ſuffragio tam eleganti & terſo ſcriptore indigna æſtimatur.* * Autor eos inſcripſit Q Aradio (qui ſub Imp. Conſtantino conſulatum geſſit) aitque Dyctin opus primum conſcripſiſſe literis Poenicis, oratione græca. Poſtea neſcio a quo Praxi literis Atticis commutatum oblatumque eſſe Neroni Imp. atque inde a ſe verſum latinè.

---

(819) DIDACUS *Apolephtes*: eſt *Abraham* HOSEMANN, *Schurtzfleiſch* de Reb. Badenſ. §. 6. v. ſupra Apolephtes.

DIDACUS v. *Bernardinus*.

---

(820) DIDACUS *Gelaſius Modeſtinus*. Ejus nomine extat *Phaleucium in indoctum & inſulſum* Ϛιϐλοχέϛλω unius tantum folii. Auctorem autem ejus agnoſcit *Danielem Georgium* MORHOFIUM Symbola Normanniana.

DIDACUS v. *Sacher*.

---

(821) DIDYMUS. Vulgo hic creditur *Homeri Iliados Scholiaſtes*, quod refellit Paulus *Colomeſius* diſſert. de dubiis aliquot Scriptoribus num. XXIII. & hæc Schola JOHANNI TZETZEM aſſerit. PORPHYRIO etiam adſcribi hæc ſcholia diximus in *Anonymis num.* 1571. *a.* ubi prolixe de iis egimus. Didymo abjudicat *Meurſius* Gloſſario Græco barbaro, indicante *Symbola Normanniana.* Quæ eo ſimul inclinat, ut MULTORUM potius quam unius OPUS eſſe hæc ſcholia contendat.

---

(822) DIDYMUS FAVENTINUS. Ejus extat *Oratio pro* D. Martino *Luthero* adverſus Thomam *Placentinum*, impreſſa 1521. Auctorem ea agnoſcit *Philippum* MELANCHTONEM, cujus Operum tomo II. p. 38. & ſqq. inſertam etiam ſcribit *Seckendorff.* Lutheraniſmi. lib. I. p. 108. (a) vide Monatliche Unterredungen 1691. p. 776. Capita ejus breviter recenſet *Friſius* Biblioth. Geſnerian. p. 196. (b) Prolixius autem ea duobus integris foliis exequitur *Seckendorff* loc. cit. p. 108. ſeqq. ſc. Didymum hunc Faventinum eſſe Philippum Melanchtonem, cui index quoque Prohibitorum librorum Romanus p. 48. aſſerit. Adde *Colomes.* Melanges Hiſtoriques p. 51.

(a) Seckendorff. Hiſtor. Lutheraniſmi l. I. p. 108.

*Hæc ſumma votorum erat. Oratio hæc cum Lipſiæ eſſet recuſa*, *Phil.* Melanchthon *æque ac* Lutherus *ſuſpicati fuerunt autorem ejus eſſe* Hieronymum Emſerum *ſub* Rhadini *nomine latentem. Faſſus id eſt apertè in epiſtola MS. ad Heſſum Uratislav. apud Bavarum Tom. II. p. 607. Scribit enim:* Nos Thomæ Placentino reſpondimus, principio arbitrati Emſerum autorem, nunc nihilominus dubitamus de autore. *Conſtat idem ex epiſtola Lutheri ad* Spalatinum *part. II. pag. 7. & ex* Hirci *cognomine*, *quo Emſerum*, *ad inſignia ejus alludens Philippus compellat. Edidit autem hic ſub* Didymi Faventini *nomine Orationem pro Luthero doctiſſimam graviſſimamque*, *Principibus Germaniæ itidem dicatam*, *quæ in Tom. II. Oper. Philippi p. 38. & ſeqq. extat. In hac*, *rerum eousque geſtarum ordine breviter & perſpicuè enarrato*, *iniquiſſime accuſari dicit Lutherum*, *qui patriam Romanenſibus fraudibus liberavit*, *qui ſeculorum aliquot errorem unus his temporibus auſus eſt convellere*, *qui Chriſtianam doctrinam impiis Pontificum conſtitutionibus*, *& nugacibus Scholarum ſophiſmatis prope extinctam*, *in lucem revocavit. Nam has laudes docti tribuunt Luthero*, *non ego tantum*, *& vere tribui intelligetis*, *cum ad accuſationum capita reſpondero.*

(b) Friſius Bibliothec. Geſnerian. pag. 196.

Didymi Faventini *adverſus* Thomam Placentinum pro *Martino* Luthero *oratio diſerte & eleganter ſcripta, impreſſa in Germania*, 1521. *Capita defenſionis hæc ſunt.*

1. Philoſophia item Schólaſtica theologia reprobantur.
2. Quatenus liceat ſubdito magiſtratum corripere.
3. De indulgentiis.
4. De Pœnitentiæ partibus.
5. De Turcicis bellis.
6. de Romani Pontificis monarchia.

DIDYMUS v. *Hermannovillanus.*

(823) DIDYMUS LEOCLAVICUS SIVILIANUS. Sub Perſonato hoc nomine edidit *Thomaſo* MAZZA, *Aucupium ibis : h*oc eſt, *Confutationes Objectionnm Elenchiſtæ* Anonymi in *Apologiam pro Annis* F. Thomæ Mazzæ. Ronchi ap. Georg. Antonium Franchellium 4to. ut indicat la *Viſiera Alzata* Hecatoſte num. XCV. p. 89. ſub lit. (a)

(a) Villani la viſiera Alzata Hecat. n. XCV. p. 89.

XCV. *TOMASO MAZZA de P. P. Ottimo Religioſo, al quale, quando non per altro, ſi doueva riſpetto all' offitio, che lo adorna contro l' Heretica prauità, inueſtito con termini indegni da vn tale, che non mi piace di nominare: ancorche difeſo à ſufficienza dal Dottiſſimo P.* Macedo *per non mancare à ſe ſteſſo; Si cuopri con queſto ſcudo.*

Aucupium Ibis *hoc* eſt Confutationes Obiectionum Elenchiſtæ Anonymi in Apologiam pro Annis F. Thoma Mazzæ *Auctore Didymo Leoclauico Siuiliano Ed à R. P. F. Franciſco à Sexto Ord. Min. Capuccinorum, & ab eodem dicatum Illuſtriſſimo D D. Coſmo ex* Centurionibus Ultramarinis Urſinis *Marchionibus Stepæ &c.* patricio *Genuen. Ronchi ap. Georgium Antonium Franchellium. 4.*

DON DIEGO v. *Peude.*

(824) *Ludovicus* de DIEU. Ejus nomine extat *Grammatica Perſica*, quæ debetur *Johanni* ELICHMANNO; ut ex *Ravii* Panegyr. I. Lingv. Orient. p. 12. refert *Pfeiffer* Diſſert. Philol. Procemio Quæſt. XIII. indicante *Symbola Normanniana.*

(825) Idem *Lud. de Dieu* fruſtra perhibetur Interpres *hiſtoriæ Xavierii Perſicæ de Chriſto & Petro.* Eſt enim hic quoque memoratus Johannes ELICHMANN. ut ex *Ravii* Panegyr. Orient. Linguarum indicat *Symbola Normanniana* alia.

(826) DILECTUS Luſitanus: *Jean Rodriguez* de CASTELBIANCO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 548. Nicolai *Antonii* Bibl. Hiſp. de hoc Auctore ſilet.

(827) *Collegium* DILINGANUM. Ejus nomine edidit Dilingæ 1627. in 12. *Albertus* CURTZIUS, Germanus Monacenſis Bavarus, Societatis Jeſu *Thalamum funebrem, Henrico Comiti in Helffenſtein,* memorante *Sotvell.* Biblioth. Soclet. Jeſu p. 17. a. & ex eo *Witten.* Diar. Biog. ao. 1671. d. 19. Decemb.

(828) DILLINGENSIUM *Jure Conſultorum* nomine prodiit in lucem 1626. *Compoſitio Pacis* : Cujus auctorem ex Caramuelis *Lobkowitz* Prodromo conſtituit *Symbola Diecmanniana* Jeſuitam, Laurentium FORERUM, Germanum Helvetium (a) Certe Undecimum hujus ſcripti caput ab eo confectum aſſerunt *Theologi Saxonici* in der Haupt-Vertheidigung des Heil. Römiſchen Reichs/ &c. Aug-Apffels cap. XCVII. p. 717. (b) ipſe tamen Jeſuita hoc abnuit, apud *Sotvell.* Bibl. Scriptor. Societat Jeſu. p. 541. (c) Addit *Symbola Maſtrichtiana* Forero *Paulum* LAYMANNUM, uti ſub (d) videre licet.

(a) Symbola Diecmanniana.

*Quæ* DILLINGENSIUM ICTORUM *nomine A. 1692. lucem vidit* Compoſito Pacis, *non eſt eorum, ſed famoſi Jeſuitæ Laurent.* FORERI, *cui operas* LAYMANNUS *ſociavit, uti Theologi Saxonici* in der Haupt-Verthädigung des Aug-Apffels/ *C. 97. p. 1077. de Forero juſtis inducti rationibus ſuſpicantur, & deinde A. 1648. ex ipſis Pontificiis* Joannes Caramuel Lobkovviz *in prodrom. pac. tic. demonſtr. p. 15. teſtibus omni exceptione majoribus Cæſ. Maj. miniſtris qui hoc ab ipſo Forero audiverant, confirmat. V. Valent.* Alberti *contra Theoph. Klibniz. p. 6.*

(b) Theologi Saxonici in der Haupt-Vertheidigung des Heil. Römiſchen Reichs &c. Aug-Apffels. c. XCVII. p. 717.

Der Jeſuit *Forerus*, und die Dillingiſche Rechts-Gelehrte haben gar wol gewuſt/ was nicht allein anderswo ſondern auch im Aug-Apfel für ſtattliche Zeugniß angeführet worden. Daß man den Papſt Antichriſt von viel hundert Jahren her genennet: Und hätte ihnen in allwege gebühret/ weil ſie ſolche gewaltige Leute zu ſeyn vermeynen/ die am beſten den Aug-Apffel hätten wiederlegen können/ daß ſie fein ordenlich/ und von Puncten zu Puncten gegangen/ und ein Zeugniß nach dem andern fürgenommen/ und beantwortet hätten: Aber das iſt gantz nicht geſchehen.

*Forerus* hat nachfolgender geſtalt ſich bemühet ſich außzuhalftern: Ob gleichwol etliche Käyſer und Könige zu alten Zeiten geweſen/ welche den Papſt den Antichriſt genennet/ ſo haben ſie doch nicht dardurch den eigentlichen/ Groſſen Antichriſt verſtanden/ noch auch alle Päpſt/ vielweniger das Päpſtliche Ambt gemeynet: ſondern nur *Metaphoricè* und Gleichniß-weiß/ dieſe oder jene particular Perſohn des Papſts/ auß Privat-Urſachen alſo genennet/ gleichwie wir etwann einen barbariſchen/ grauſahmen/ wilden Menſchen pflegen den *Neronem*, oder *Herodem*, bißweilen gar den Teufel oder eine Beſtie zu nennen. Jedoch niemandt ſagen kan/ daß ſolcher eygentlich der Herodes/ oder der Nero/oder Beſtia/ oder der leidige Satan ſey.

S

So iſt es dann weit anders/wann die Lutheraner heutiges Tages den Papſt den wahren/ groſſen/ eigentlichen Antichriſt ſchelten/ auch ſein Päpſtliches Ampt / als Antichriſtiſch verwerffen: Welches die vom Gegentheil angezogene Römiſche Käyſer und König nicht gethan. Jnmaſſen ſie dann auch den Römiſchen Stuel und das Päbſtliche Ampt an Jhme ſelbſt nicht verdammet / ſondern in gebührenden Ehren gehabt: davon ein Mehrers zu leſen iſt in dem Dillingiſchen *Tractat de Compoſitione pacis*, das iſt/ von dem Religions Frieden im eilfften Capitel des andern Drucks: Dahin der Leſer wolle gewieſen ſeyn.

Biß hieher *Forerus*. Der weiſet nun auff das eilffte Capittel des ſchönen Buchs/ *de Compoſitione pacis*, oder vom Religions-Frieden: darinnen er ungezweifelt treulich hat helffen arbeiten: Und woll das eilfte Capitel gantz / oder doch den gröſten Theil deſſelben gemacht. Wie dann etlichemahl das Wort Jch darinnen ſtehet: Auch noch *pag.544.* darumb ſage Jch/ *&c.* anzuzeigen/daß das Capitel Einer Perſohn Gedicht ſey.

(c) Sotvell. Bibl. Jeſuit. p.541.
Compoſitio Pacis Auguſtanæ, Quæſtionibus illuſtrata, *quæ ſub Juris conſultorum quorundam nomine prodiit. Dilingæ 1639. illi à nonnullis tributa eſt. Verum ipſe in Appendice ad Grammaticum* Proteum, *negat ſe illius Authorem eſſe.*

(d) Symbola Maſtrichtiana.
Juris conſulti Catholici. Dillingenſes.
*Pacis Compoſitionem inter Principes & ordines Imperii Catholicos atq; Auguſtanæ Confeſſionis* Anni 1555. *dederunt, Dilingæ. 1629. in quarto. Id opus fecerunt H.* Forerus *& Paulus* Laymann. *Jeſuitæ, vid.* Placent. de Verona *in medius quibus crevit Roma Papalis, Sect. 30. pag. 115.*

(829.) DINARCHUS, Orator Athenienſis. Ei adſcribi à nonnullis Orationem DEMOSTHENIS, quæ inſcribitur: πρὸς βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος; cujus initium οὐδεμία πολυπραγμοσύνη, ſed & eos vel ſola temporis ratione refelli affatim, ait Dionyſius Halicarnaſſ. p. 118. indicante *Symbola Normanniana.* Inter Plagiarios retulit hunc Dinarchum *Thomaſius*, §.407. Auctoritate *Apollonii* apud *Porphyrium*, ubi ille inſimulatur, multa ex Demoſthenis in Cononem, ſimilis injuriæ reum, Oratione verbis ipſiſſimis tranſtuliſſe. Demoſthenicum illi quippiam ineſſe, ſed inflatius, judicat *König.* Biblioth. vet. & Nov. p. 247. b. ac proinde illum à quibusdam, teſte *Hermogene* κρίθινον Δημοσθένην, h. e. *Hordeaceum Demoſthenem* dictum, ſub indicat. loc. citat.

(830.) DIOCLES *Cariſtius.* Ejus *Epiſtola ad Antigonum Regem Præſervativa*, cum Tralliano impreſſa eſt Torino interprete. Sed eadem, ab initio operis *Marcelli Empirici*, HIPPOCRATI Coo adſcribitur, ad Antiochum Regem. Legitur etiam in fine I. lib. Pauli Æginetæ, ut monent *Friſius* Bibliotheca Geſner. pag.197.a. Joannes *Neander* Syntagmat. de laude Medicinæ &c. pag. 38.

(831.) DIOCONME, GIERI: Ejus nomine prodiit Boloniæ 1648. in 12. *Camillo Penitente*, Attione Scenica. Auctor verus eſt *Dominicus* REGIUS, ut teſtantur, la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XXXI. p.45. (a) *Acta Eruditorum Lipſienſium* Ao. 1693. p. 308. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez perſonam ſcribit *Dioconme Geri*, verum Auctorem autem, DOMINIQUE GERI. p. 548. Si Dominicum Regium appelles, Dioconme Geri ejus videtur eſſe *anagrammatiſmus.*

(a) Villani la Viſiera Alzata Hecatoſt. num. XXXI. p. 45.
*XXXI. DOMENICO REGI, publicò queſto Drama.*
Camillo penitente *Attione Scenica di Gieri Dioconme. Bologna appreſſo Giacomo Monti M.DC. XLVIII.* 12.
*Veggaſi la* Dramaturgia *dell'* Allacci *Indice I. p. 54. & Ind. II. p. 377.*

(832.) DIODOCLAVII nomine tegi *Davidem* CALDERWODUM, indicat *Joh. Hoornbeck*, ſummæ controverſ. lib. 10 pag.792.& 795. ubi doctiſſimum auctorem *Altaris Damaſceni* eundem vocat.

Vid. *König.* Bibliothec. Vet. & Nov. pag. 153. a. Didoclavium vocant *Kempis* Bibliothecæ Theol. Anglorum p. 431. Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p.206. Qui *altare Damaſcenum* citat ſub titulo: *Examinatio Politiæ Anglicanæ Eccleſiæ, quæ à Formaliſta quodam delineata & Eccleſiæ Scoticanæ obtruſa* Ao. 1623. 4. Additque ſecundo Ejusdem *Callerwoodi* ſub nomine Didoclavii tractatum alium, qui inſcribitur: *Confutatio Paræneſeos Tileni ad Scotôs.* Ibid.

DIODORUS v. *Euchyon.*

(833.) DIOGENES CYNICUS. Ejus nomine extantes *Tragœdiæ*, omnes à *Socrate* Diogeni abjudicantur, teſtante *Friſio* Biblioth. Geſner. p. 199. a. Ea autem quæ inſcribitur *Oedipus*, Diogenis Auditori, PHILISCO Æginenſi adſcribitur. Friſius loc. cit. à *Suida* autem DIOGENI OENOMAO citante *Thyſio* in obſervationibus ad Senecæ Tragædias; & ſpeciatim ejus Oedipum p. 189. (a) Et DIOGENEM TRAGICUM à *Diogene Cynico* expreſſe diſtinguit *Königius* Bibl. Vet. & Nov. p. 249.b.

(a) Thyſius Obſervat. ad Senecæ Oedipum p.189.
Oedipus *Ivenio Oedipum tragœdiam compoſuiſſe apud Græcos Æſchylum, Sophoclem, Euripidem, Lycophonem, Philoclem Athenienſem, Xenoclem (qui ea fabula, teſte Æliano, vicit Euripidem) & Diogenem Cynicum, juxta Laërtium: nam Satyrus, in 4. de Vitis, illam tragædiam non à* Diogene, *ſed a* Philiſco *Æginenſi ſcriptam contendit:* Suidas *vero illam Dioge-*
*ni*

*ni Oenomao aſcribit*, *ſicuti & Helenam*, *Herculem*, *Achillem*, *Thyeſtem*, *Chryſippum*, *Stemelem*, *Medeam*, *de quibus eadem controverſia eſt.*

(834.) DIONYSIUS AREOPAGITA. Ejus nomine ſequentes libri: (1) *de divinis nominibus.* (2) de *cœleſti Herarchia* (3) *de Eccleſiaſtica Hierarchia* (4) *de arcana ſeu Myſtica Theologia*, Operum Dionyſii Areopagitæ nomine extant cum Elucidationibus *Dionyſii Carthuſiani* editi Coloniæ Impenſis Petri Quentelli Anno 1536. in fol. comprehenſa foliis in univerſum CCCCXX. Præmiſſus eſt index ſententiarum inſignisſimarum juxta textum operum; ſubjectus autem catalogus Capitum cujuscunque libri, una cum aliquot translationibus aliorum Auctorum, quos titulus libri conſpiciendos præbet. Quibus in fine accedunt F. Baptiſtæ *Mantuani* Carmelitæ de Vita Dionyſii libri tres carmine conſignati, cum *Apologia* Scriptorum ejusdem. Et hi recenſiti libri Dionyſii Areopagitæ cum ejusdem Epiſtolis donati à Legatione Orientali reverſo Abbati S. *Dionyſii* Gallicano leguntur, dans la *Bibliotheque Univerſelle* Tom. 17. p. 510. (a) Ibidem una cum (V) *de Symbolica Theologia.* (VI) *de Angelicis Proprietatibus & Ordinibus.* Editi cum *Maximi Scholiis* & *Pachymeræ* Paraphraſi Gr. & Lat. cum Scholiis Pet. Lanſſell. Pariſ. 1615. videndi apud Thomam *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p 208. & *Friſium* Biblioth. Geſner. p 201. ut & *Gerhard.* Patrolog. p. 26. Qui ſimul innuit, p. 18. quomodo pro genuinis agnoſcantur à *Baronio*, *Bellarmino*, Martino *Delrio* in Vindiciis Areopagiticis. Quibus accedit *Lambecius* Bibliothec. Cæſareæ p. 185. (a) & peculiari diſſertatione de diſciplina arcani *Schelſtratenus*, quam recenſent *Acta Erudit. Lipſ.* 1685. p. 543. (b) quibus addit *Lanſſelium*, *Corderium*, Petrum *Halloix*, Natalem *Alexandrum* *Rechenberg* diſſert. de Origine Theolog. Myſticæ, §. 22. (c) qui tamen ibidem eis opponit alios, ſcripta hæc pro ſuppoſititiis agnoſcentes; cui junge *Tenzelium* diſſert. de Apophtegmate Ignatii §. 16. (d) & imprimis *Scultetum* Medullæ Theol. Patrum Part. I. p. 437. 438. qui ſimul argumenta utrimque allata ponderat, & negativæ tandem accedit. p. 439. Idem facit Paulus *Vindingius* in epiſtola Deckher. de Scriptis Adeſpotis ſubjuncta p. 352 (e) ipſe vero Deckher. p. 73. 74. ea DIONYSIO cuidam JUNIORI CORINTHIO aſſerit (f) Dionyſio cuidam recentiori & obſcuro hæc Areopagitæ vulgo tributa ſcripta quoque adſcribit *Gerhard.* loc. cit. p. 18. & *Chemnit.* Conſilio de lectione Patrum, quod cum Schopfii Academia Chriſtiana impreſſum eſt Spiræ 1616. p. 341. (g) APOLLINARIO tribuit Ludovicus *Vallenſis* ad Acta Apoſtolor. c XVII. 34. referente *Eraſmo* ad eundem locum. Cui conſentientes citat *Symbola Normanniana*, *Morneum Pleſſæum* de la Meſſe p. 28. & *Whitack.* Script. p. 417. *Vallæ* conſentit etiam Jacobus *Uſſerius* in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1691. p. 292. (h) Scriptori Seculi V. adſignat *Nicolaus le Nourry* in Apparatu ad Bibliothecam Patrum: prout in hujus recenſione obſervant *Acta Erudit. Lipſienſ.* in Supplem. Tom. II. Sect. XI. p. 537. (i) & *Uſſerius* in hoc ſibi non conſtans, vid. *Acta Erudit.* 1691. p. 292. & adde lit. (ii) Alii Auctorem in Seculum IV. adhuc alii in Sec. VI. rejiciunt, ut notant Monahtliche Unterredungen Ao. 1689. p. 1169. (k) Peculiari ſcripto hanc de Dionyſii Areopagitæ libris controverſiam exſecutus eſt *Uſſerius.* Hiſtoire des Ouvrages des ſavans Octobr. 1690. p. 61. (kk) Et Bibliotheque univerſelle Tom. 17. p. 503. itidemque *Dallæus*; ex quo pauca excerpunt Monahtl. Unterredungen Ao. 1691. pag. 814. Cæterum ad pag. 185. quod *Dionyſius Areopagita* ſuppoſititius habetur *Eraſmo*, *Vallæ*, *Cajetano*, *Luthero*, *Centuriatoribus Magd. Calvino*, *Bezæ*, *Zanchio*, *Morneo*, *Scaligero*, *Caſaubono*, *Rainoldo*, teſtatur *Hawil* etiam Apologie or declaration of the povver and providence of God in the governement of the World. lib. 5. ejusque contradictor G. G. p. 248. & ſeqq. prolixe usque ad pag. 226. ſ. finem libri. Adde *Quenſted.* de Patriis virorum illuſtrium p. 414. & *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 250. Nihil de Controverſia hac circa Autorem determinant *Morhof.* Polyhiſtor. Liter. Lib. I. cap. X. p. 93. & *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 125. 126. Qui tamen in Chartoph. Eccleſ. Opera ejusdem p. 60. APOLLINARIO tribuerat (m) Memorabilia ſunt quæ hanc in rem diſputat *Varenius* Ration. Theolog. de Scriptor. Eccleſiaſt. Part. II. pag. 2. & 3. §. 2. & 3. (n) pag 49. & 50. §. 19. (o) Dionyſius hic Areopagita vulgo creditur fuiſſe Epiſcopus & Apoſtolus Pariſienſium, de quo vide *Rechenberg.* loc. cit. (p) adde *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1696. pag. 133. Negat hoc *Morinus*, vide Monahtliche Unterredungen 1695. pag. 15. (q) Adde quæ de Scholiis in Dionyſii hujus opera diximus *Anonymor.* n. 640.

(a) Biblioth. Univerſelle Tom. 17. pag. 510.

*L' autre Ambaſſade n'arriva que trois ans aprez. Hilduin raconte que ceux qui en etoient chargez*, *firent preſent à l' Abbaye de S.* Denys *des Oeuvres Greqves de ce Saint*, *qui ſont les livres* de la Hierarchie Céleſte, de la Hierarchie Eccleſiaſtique, de la Theologie Myſtique, des noms divins & des lettres.

(aa) Lambecii Biblioth. Cæſar. lib. VIII. pag. 185.

*Notandum ſeptimo eſt, ex ſola hac oratione quam Archiepiſcopus Hieroſolymitanus Juvenalis coram Imp. Marciano ejusque Conjuge Pulcheria A. C. 451. habuit, ſatis elucere, librum de Divinis Nominibus genuinum eſſe S.* Dionyſii Areopagitæ *fœtum*, *& à ſanctis Patribus*, *in Generali Concilio Chalcedonenſi congregatis*, *indubitate pro tali fuiſſe habitum. Si enim tunc temporis ulla contra iſtum librum, tanquam ſuppoſititium & ψευδεπίγραφον*, *fuiſſet exceptio*, *qui auſus eſſet Juvenalis teſtimonio inde deprompto antiquam illam traditionem de obitu & Aſſumptione B. Dei-Genitricis palam confirmare, & autorem ejus laudare nominatim veluti σύγχρονον & αὐτόπτην?*

(b) Acta Erudit. Lipſienſ. Anno 1685. pag. 543.

*Joannes* Launojus *in judicio de libris Dionyſio Areopagitæ inſcriptis*, *Carolus le* Cointe *Tom. 8. anni Eccleſ.*

*Eccleſ. Franc. ad an. 835. infallibilibus prope Indiciis convictiOpera quæ*Dionyſii Areopagitæ *nomen præferunt, non Areopagitæ illi Pauli diſcipulo Athenis ad fidem converſo, ſed poſterioris ævi* Scriptori *cuidam tribuunt, &c.*

(c) Alex. Rechenberg Diſſert. de Origine Theolog. Myſticæ. §.22.

*Altera quæſtio eſt, quæ quidem huc magis facit: Utrum opera, quæ vulgo ſub nomine S.* Dionyſii Areopagitæ *Athenienſis Epiſcopi edita proſtant; ut de* Divinis nominibus, de Cœleſti atque Eccleſiaſtica Hierarchia, Myſtica Theologia *&c. ſint genuina nominati Autoris opera. Affirmant hoc Petrus*Lanſſelius, *Balthaſar* Corderius, *Martinus* Delrio, *Petr.* Halloix, *quorum argumenta in compendio recitavit* Natalis Alexander *in Selectis H.E. capitibus Sec. II. Diſſert. XXI. Sed alii viri non minus docti, quàm celebres, argumentis ſat firmis adſtruunt, opera illa Dionyſii ſive Athenienſis, ſive Pariſienſis Epiſcopi, haut eſſe; licet interim concedant eſſe Scriptoris & antiquiſſimi & elegantiſſimi, (quo elogio Iſ.* Cauſabonus *ipſum ornat Exercit. XVI ad Annal.* Baronii *p. 498.) qui ſub finem ſeculi quarti, vel ſub initium quinti vixerit. vid. Joh.* Launojum *in duobus Dionyſiis,* Dalleum *de Scriptis ſuppoſititiis & Ignatii, Andr. Rivetum in Critic. Sacr. C IX. & qui plures allegat,* Caſimirum Oudinum *in ſupplemento de Scriptorib. vel Scriptis Eccleſiaſticis à Bellarmino omiſſis.*

(d) Tenzelius Diſſert. de Apophthegmate Ignatii §.16.

Dionyſiana *vero ſcripta, ut ut non ſapiant ætatem Apoſtolicam, ſunt tamen ſæculo quarto conficta ex ſententia multorum Criticorum, tam Orthodoxorum, quam Heterodoxorum. Nec quenquam commovere debent* Halloixii & Alexandri *machinæ, qui pro perverſo in Hierarchicis Dionyſio Areop. vindicandis ſtudio contendunt, hunc locum non ab ipſo ſcriptore profectum, ſed ab alio intruſum eſſe: illas enim* Dallæus *de Script. Dionyſ. cap. XVII. & XVIII. adeo feliciter everti, ut omne plane effugium præcluderit, prorſusque mirum ſit, commenta Halloixiana repetiiſſe* Schelſtratium *Antiq. Illuſt. P.II. Diſſ. III. c. III. Art. I.*

(e) Pauli Vindingii Epiſtolæ de Scriptis Adeſpotis pag. 352. *exhibetur Mantiſſæ loco poſt Deckherrum.*

(f) Joh. Deckherrus de Scriptis Adeſpotis. p. 73. itidem in Mantiſſa.

(g) Chemnitius Conſil. de Lectione Patrum. p. 341.

*Proximus deinde eſt* Dionyſius Areopagita, *cujus exſtant ſcripta de* cœleſti hierarchia: de Eccleſiaſtica hierarchia: de divinis nominibus. *Item, aliquot* Epiſtolæ: *& alia quædam, quæ recenſentur apud* Suidam. *Jam vero nullus ex veteribus, vel uno verbo mentionem facit iſtorum Scriptorum. Et* Hieronymus, *qui tamen ex profeſſo texit Catalogum Scriptorum Eccleſiaſticorum, non ponit Areopagitam in illorum Catalogo, qui ſcripta ſua poſteritati reliquerunt.* Valla & Eraſmus *collegerunt multa argumenta, non eſſe Areopagitæ illa ſcripta, quæ ipſi inſcribuntur. Et ſi nullum aliud eſſet argumentum: tamen ipſe* ſtylus *ſatis convinceret, non eſſe Atticum, nedum Apoſtolicum ſcriptum. Putantur eſſe alterius cujusdam Dionyſii. Ut ut ſit hoc conſtat apud omnes, non eſſe certi autoris: nec quo tempore ſint ſcripta, facile colligi poteſt.*

(h) ActaErudit. L. Menſis Junii A. 1691 pag. 292.

*Harum prior agit de ſcriptis, quæ vulgo ſub* Dionyſii Areopagitæ *nomine circumferuntur, quæ pſeudepigrapha eſſe pluribus rationibus evincit. De ætate autem pſeudo Dionyſii diſſerens Madeburgenſium ſententiam, qui ad 4. ſeculum hunc ſcriptorem retulerunt, tum veram eſſe dicit, ſi Apollinarius hæreticus librorum iſtorum Autor ſtatuatur, quod à Græcis nonnullis factum Laurentius* Valla *in Annotationibus ad Act. 17. obſervavit. Ipſe autem hunc Pſeudo-Dionyſium ad quintum ſeculum referre mavult. Diſſentit igitur hæc* Uſſerii *Diſſertatio ab ejusdem Bibliotheca Theologica Manuſcripta, in qua librorum Dionyſio Areopagitæ ſuppoſitorum autorem eſſe Apollinarium probare conatus eſt, ut* Whartonus *indicat, qui Bibliothecæ illius Theologicæ legendæ copiam ſibi quondam datam, impræſentiarum vero denegatam addit, interim tamen ex eadem inſignem* Uſſerii *de Johannis Scythopolitani & Maximi in Dionyſium Scholiis obſervationem excerpit, quam in uſum Cl.* Cavei *quondam inde tranſcripſerat. Animadvertit nimirum* Uſſerius *Johannis Scythopolitani & S. Maximi in Dionyſium ſcholia a* Morellio *& deinceps ab aliis ſimul confuſa fuiſſe, &* uni Maximo *tributa, cum olim non ſolum in antiquioribus exemplaribus, quæ* Cypariſſiotæ *tempore ferebantur, ſed etiam in utroq; quo ipſe Morellius uſus eſt, codice diſtincta fuerint.*

(i) Actorum Erudit. L. Supplement. Tom. II. Sect. XI. p. 537.

*Prolixa Diſſertatio X. paucis à nobis innui magis quam recenſeri opus habet, quippe quæ de ſcriptis* Dionyſii Areopagitæ *ita ſe gerit, ut utriuſque partis argumenta cum reſponſionibus & exceptionibus fuſe ſatis exponat, non celata Auctoris ſententia, quæ ad* Antiareopagiticos, *ut vocat, inclinat: ſibi enim ait probabiliſſimum videri, ſcripta Pſeudo-Dionyſii intra A. 431. & 451. id eſt, duas œcumenicas ſynodos Epheſinam & Chalcedonenſem ab auctore turbatæ Eccleſiæ opitulaturo primum ſcripta, non ſtatim tamen viſa omnibus, vel probata, ſed ſenſim ſenſimque, donec in Collatione Conſtantinopolitana A. 533. demum innoteſcere coeperint & ad omnium pervenerint notitiam.*

(ii) Jacobi Uſſerii Armachani Diſſertatio de Scriptis Dionyſio Areopagitæ ſuppoſitis, *quæ p. 218. poſt ejusdem librum Hiſtoriæ dogmaticæ de Scripturis & ſacris vernaculis ita incipit:*

Dionyſii *nomine circumferuntur (a) libri quidam* de Hierarchia cœleſti, & Eccleſiaſtica, de divinis Nominibus, de myſtica Theologia, atque Epiſtolæ undecim: *Quæ quidem Opera Dionyſio Areopagitæ Pauli diſcipulo a nonnullis magni nominis hominibus attribuuntur; & nominatim a Michaele* Syngelo *in Dionyſii Encomio,* Suida *in Lexico,* Adone, Gregorio Turonenſi, Dionyſio Carthuſiano, Ambroſio Camaldulenſi, Marſilio Ficino, Pachimere, Joanne Novio *in Apologia, &c.*

*Non defuerunt contra Viri doctiſſimi, qui certiſ-*

gg *ſimas*

*ſimas protulerunt demonſtrationes, quibus non eſſe hunc verum Dionyſium appareat.*

*Eas nos ordine hic ſubjiciemus ; Præmiſſis quatuor illis argumentis olim contra Dionyſium adhibitis, quæ ex* Theodoro Presbytero *in Bibliotheca ſua recenſet* Photius *Conſtantinopolitanus Patriarcha.*

Nota (a) *Whartoniana* ſic habet : Vide Illyricum Centuria prima, lib. 2. p. *625.* mendac. Papiſticorum, p. 38. & de Miſſa contra Fabrum Anguſtan. Whittakerum de Scriptura quæſt. *6.* c. 12. p. 432. Humfredum contra rationem quintam, p. 514. Rainoldum collat. cum Hart. c. 8. Diviſ. 2. p. 417. Mornæum de Miſſa, lib. 1. c. 2 Hoſpinianum de Origine Monachatus, p. 111. Marytrem loc. commun. de Miſſa, n. *9.* 892. p. & 80, 81. Lubbertum de principiis Chriſtianorum Dogmatum, lib. 7. cap. 10. p. *655.* Sculterum Medullæ Patrum lib. 11, c. 9. p. 383. - - - & p. 298. & 299. *Quibus, cum* Eraſmo *contra Pariſienſium cenſuram, reſpondemus: Eum, qui hos libros ſcripſit, id ſtudio curaſſe* (d) (Vide cap. 2. & 3. de divinis Nominibus.) *ut ab illo magno Dionyſio ſcripti viderentur. Nec id videri poteſt abſurdum ; quum illo ſeculo ejusmodi libris falſo celebrium virorum titulo commendatis undiq; ſcaterent omnia.* Tum enim (*inquit Eraſmus*) piis etiam viris perſuaſum erat, Deo gratum eſſe, ſi tali fuco populus ad aviditatem legendi provocaretur. *Vid.* Delrii *diſquiſit. Magic. lib. 6. p. 519. 520. & Stephanum de* Sampayo (*T. II. 6. 11.*) *fol. 26. &c. & Calvinum in Act. XVII. v. ult.* Hamelman. *de Traditionibus, p.* 731. 732. 743. Chemnitium, *part. 1. loc. Theolog. fol. 2. Guilh.* Eiſengreyn *Centenario* I. *Hiſt. Eccleſiaſticæ. Matthæum* Galenum *in Areopagiticis, ubi Dionyſii ſcripta à noſtrorum objectionibus vindicare conatur (teſto* Baronio *in Martyrolog. Roman. Oct. 9. p. 456. & 458. vide eund. in Annalibus ad an. 109.) Et Godefridum* Tilmannum *in Apologia, quam præfixit Pachymeræ Paraphraſi in Dionyſium a ſe latine converſæ (de qua T. 1. 7. 6. p. 640.) & Michael* Syngelum *in Cenſur. de hoc lib. p.* 104. Magdeburgenſes *Centur. 4. c. 10. col. 1129. de Dionyſii ſcripto ita ſtatuunt:* Probabilibus ducti rationibus, maxime quæ ex ſtatu, forma, gubernatione, ritibus Eccleſiæ, quos in Hierarchiis liber iſte, Dionyſii Areopagitæ inſcriptus nomine, depingit; & judicamus, & pronunciare non dubitamus, ad hoc quartum Seculum id genus ſcripti pertinere, a quocunque tandem Autore conſarcinatum. *Hæc illi. Ego potius ad quintum Seculum retulerim.*

(k) Monatlich. Unterredung. A. 1689. pag. 1169.

Mich wundert / redete Herr *Leonhard* darzwiſchen / daß weder Herr Waßmuth noch Herr Peterſen in acht genommen / daß Dionyſius Areopagita dieſe Schriften (*Epiſtolas ad Apollophanem & Polycarpum*) nicht gemacht / ſondern ſie von einem andern ihm *ſupponiret* worden / welches heut zu Tage alle Gelehrte geſtehen / wiewol ſie nicht einig ſind / ob ſie im vierdten / fünften oder ſechſten Sæculo, ob ſie von einem Orthodoxo, oder von einem Retzer / als dem Apollinario, oder einem Severianer verfertiget worden *&c.*

(kk) Hiſtoir. des Ouvr. des Sçav- *Octobr.* 1690. *p.* 61, Jacobi Uſſerii *Armachani Epiſcopi Hiſtoria dogmatica Controverſiæ inter Orthodoxos & Pontificios de Scripturis & ſacris Vernaculis nunc primum edita. Acceſſerunt ejusdem Diſſertationes II. de* Pſeudo Dionyſii *Scriptis & de* Epiſtola ad Laodicenos *antehac inedita.*

(l) Biblioth. Univ. p. 503. Tom. 17. *A la page 281. il y a une petite diſſertation* d'Uſſerius, *par la quelle il prouve* que les Oeuvres que l' on attribue à Denys l' Areopagite *ſont ſuppoſées. Il apporte d' abord les* quatre raiſons *de* Theodore Pretre, *que l' on trouve dans* Photius *contre l' opinion de ceux qui prennent les oeuvres de Denys pour veritables.*

(m) Cave Chartoph. Eccl. p. *60.* *Nomen* Areopagitæ *ſplendide mentitus ; forſan non alius eſt quam* Apollinarius *Antiſtes Laodicenus.*

(n) Aug. Varenii Rationar. Theolog. de Scriptor. Eccleſ. Pars. 2. p. 2. & 3. §. 2. & 3. *Præcipua de* Dionyſiacis *illis* Areopagiticis *controverſia, non ſolum* Bellarmino *paucis lineis & odium in Lutheranos, non magis de hæreſi, quam Paulus olim per Tertullum coram tribunali Cæſaris Act. XXIV. v. 5. 14. convictos, & judicium circulare contradictorium publicánte :* Soli hæretici Lutherani (*An a. ſoli? Nequaquam quia*) & quidam ſcioli, Eraſmus, Valla (*nec ſolum hi: ſed*) & pauci alii (*quos ſane non inter hæreticos numeravit* Bellarminus) opera numerata negant eſſe S. Dionyſii Areopagitæ : *ſed & Baronio impudentiſſime, & ſic, ut oſtenderet ex illa ſe familia eſſe, in qua ſacramentum eſt, nihil profiteri ſine maledicentia, pronunciante :* A majoribus ſive orthodoxis, ſive hæreticis, ne minimum quidem dubitatum eſſe, num ea Areopagitica vere Dionyſii illius Areopagitæ Epiſcopi Athenienſis eſſent, ut jure merito mirari debeas perfrictam frontem recentiorum hæreticorum, pro arbitrio cuncta majorum ſive ſcripta, ſive traditiones negantium (*vid. Baron. ad a. D. 649.*) *Sed & Leiſſo, Halloixio digna Jeſuiticis pulmonibus impudentia hic conclamantibus, pro ſcriptis illis genuinis* Dionyſii Areopagitæ, *cujus converſi mentio in Actis Apoſtolicis.*

§. 3. 4. *Et ut illa* Baronii *ac* Bellarmini *præjudicia, ex odio, quo illi Pſeudo-Catholici in nos, quos audacter adeò hæreticos appellant, profecta, tanto magis appareant, indq; ipſorum adverſariorum capita convertantur, per prioris ſententiæ retractationem, negavit illa Dionyſii Areopagitæ Guilielm. Grocinus (quem unum 100. Halloixiis præfert Dallæus) negavit Thomas de Vio Cardinalis Cajetanus, judicio adeo Bellarmini, & Baronii* hæreticus *vel* ſciolus. *Quin fatetur Sixtus Senenſis, non ſolum* Thomam *illum Cajetanum: ſed* & pleroſque alios (*ipſius ſane judicio* (Catholicos) *dubitaſſe, an illa ſcripta* ſint Dionyſii Areopagitæ? *Agnovit Poſſevinus*, Opera illa Dionyſii ut pſeudepigrapha viſa Photio. *Sed & ipſe Bellarminus αὐτοκατάκριτος alibi l. 2. de Monachis c. 2. allegato* Valla *teſte concedit :* Plurimos Viros doctiſſimos (*ſanè ipſius hic judicio Catholicos*) ſenſiſſe hæc opera non eſſe Dionyſii Areopagitæ & non eſſe certum, an libri illi, qvi Dionyſii nomen præ ſe ferunt, ſint illius Dio-

Dionyſii? *vid. l. 2. de confirm. c. 7. Quomodo ergo* ſoli hæretici negaverint, veldubitarint? Et ſi vel pauci *ſaltem alii* (*quos hic* plurimos *concedit*) *Catholici negarunt illa eſſe* Dionyſii Areopagitæ, *quomodo id negarint* ſoli hæretici Lutherani?

(o) Idem p. 49. & 50. §. 19.

*Agnovit idem Sixtus Senenſ. lib. 6.* Bibl. *S. Annot. 229. Bedam, Autorem horum operum habuiſſe* Dionyſium Corinthium. *Etſi autem ſuppoſuit* Beda, *Dionyſium illum Corinthium fuiſſe idem cum D.* Areopagita *individuum, tamen de hujus hypotheſeos falſitate vix ullum ſupereſt hodie dubium. Et adeo, ſi autor Dionyſius Corinthius, certe non Areopagita. Et addit Sixtus, quæ frigida nimis, ſic ut dubitare liceat, an unquam Sixtus Senenſis tenuerit conſtanter ve ſenſerit, Dionyſium Areopagitam illorum autorem ſcriptorum:* Dionyſii Areopagitæ putantur eſſe libri qui nunc de Hierarchiis & divinis nominibus habentur, de quibus Thomas cajetanus & Plerique alii dubitant, an ejus ſint cujus titulo inſcribuntur? eo quod Hieronymus in libro de Viris illuſtribus nullam Dionyſii hujus fecerit mentionem. *Ita & Poſſevinus app. ſacro ad titulum* Photius: Opera, *inquit*, Dionyſii, ut Pſeudepigrapha videntur à Photio notati. *Et Photius quidem* Theodorum Presbyterum *reſpondentem 4. objectionibus contra autorem Dionyſium Areopagitam motis* (*ſcil. quod* 1. Nullus Patrum illum citarit. Quod ne *Euſebius* quidem *Pamphili* illum inter ſcriptores veteres numeraverit. 3. Quod ipſe autor, traditiones multis demum poſt Dionyſium Areopagitam Apoſtolorum æqualem, ſeculis invectas narrarit. 4. Quod Ignatium allegaverit) *In ipſo ſtatim limine operis memoravit: quin & addidit:* Theodorum pro virili (τέγε ἐπ' αὐτῷ) probaviſſe, genuinum eſſe magni Dionyſii fœtum ſ. γνησίαν τοῦ μεγάλου Διονυσίου τὴν βίβλον. *Ceterum ipſe Photius judicium ſuſpendit, & inter Scriptores claros & probatos Dionyſium haut collocavit, etſi alicubi Dionyſium, ſine addito Areopagitæ, inter Patres in* Synodica Sophronii, *& hujus fide citavit. Quin & Bellarminus, allegato Valla, L. 5. de Monachis c. 2. concedit* plurimos viros doctiſſimos ſenſiſſe hæc opera non eſſe Dionyſii Areopagitæ: *Sed tamen Autoris fere æque antiqui, nimirum vel* Apollinaris Hierapolitani, *vel* Dionyſii Corinthii, *quorum uterque floruerit anno Domini 174. quod novum contradictionis exemplum eſt. Scripſerat ſcil. Bellarm. in L. de Sc. Eccl.* De his libris Viri docti nihil dubitant, quin ſint Dionyſii Areopagitæ: *hic autem dicit: Viros* DOCTISSIMOS *eosq; quam plurimos, non dubitaſſe ſolum; ſed & negaſſe illa Areopagitica.* — — --- --- --- --- --- —

Pag. 56. §. 27. *Juvat in ipſa clauſula verba Bedæ ex notis in Act. Apoſt. ad c. 17. circa finem huc apponere.* Hic, *inquit*, Dionyſius Areopagita, eſt Dionyſius ille, qui poſtea Epiſcopus Corinthiorum glorioſe Eccleſiam rexit, multaque ad Eccleſiæ utilitatem pertinentia, quæ hactenus manent, ingenii ſui volumina reliquit, cognomen à loco cui præerat accipiens. Ariopagus eſt etenim Athenarum curia, nomen à Marte trahens, ſiquidem græce Mars ἄρης, & villa πάγος dicitur. *Conferatur cum hoc Bedæ teſtimonio Euſebius ſupra citatus num. 25. & patebit confuſio Dionyſiorum, Athenienſis & Corinthii. Areopagita ſane hic non magis fuit Dionyſius Corinthius, quam Alexandrinus: utrobique ingens metachroniſmus.*

(p) Adam. Rechenberg Diſſert. de Origine Theolog. Myſticæ §. 22.

*Nam duæ celeberrimæ de eo quæſtiones hoc ſeculo inter viros clariſſimos agitatæ ſunt. Prima eſt:* utrum Dionyſius hic Areopagita, Athenienſium Epiſcopus, Seculo Eccleſiæ primo in Gallias venerit, factusque ſit & Francorum Apoſtolus & Pariſienſium Epiſcopus. *Hanc affirmat* Hilduinus *in ſuis Areopagiticis, Germanus* Milletus, *Monachus* Benedictinus, *Jacobum* Sirmondum *confutare aggreſſus, Petrus* Halloix *Leodienſis, Jeſuita, in Illuſtrium Eccleſ. Oriental. Scriptor. qui primo à Chriſto Seculo vixerunt, vitis & documentis. Martinus* Delrio *in Vindiciis Areopagiticis, Balthaſar* Corderius, *& deniq;* Natalis Alexander *Dominicanus, in Selectis Hiſtor. Eccleſ. Capit. Secul. II. Diſſert. XV.* Contra, *hunc impugnant viri doctiſſimi, Jacobus* Sirmondus, *Joannes* Launojus *de duobus Dionyſiis; Dionyſius* Petavius, *Franciſcus* Bosquetus *Montis peſſulani Epiſcopus Hiſtoriar. Libr. I. c. 26. & alii.*

(q) Monatliche Unterredungen Ao. 1695. pag. 15.

Dieſen folget ein *Extract* aus denen Schrifften/ welche dem *Dionyſio Areopagitæ* fälſchlich zugeſchrieben werden / wie *Morinus* nicht allein mit viel *Argumenten* darthut / ſondern auch zugleich die *tradition*, daß *Dionyſius Areopagita* Biſchof zu Pariß geweſen / mit klaren Beweißthümern nach *Sirmondi* und *Launoy Exempel* zernichtet / und ſo wol den erdichteten *Virbium*, als den leichtgläubigen *Hilduinum* nachdrücklich *refutiret*/ am Ende aber von dem rechten Alter der *Scriptorum Dionyſianorum* alſo geurtheilet: *Saltem igitur librorum iſtorum ſcriptio initio quinti ſæculi, & ante Concilii Chalcedonenſis celebrationem aſſignanda eſt, nec ulla ratione probabili ad inferius ævum devolvi poteſt.*

---

(835.) DIONYSIUS CARTHUSIANUS. Ei tributum

(I) *Speculum Quintuplex Prælatorum*, eſt *Jacobi* GVITRODII, Ordinis Carthuſ. Prioris Leodicenſis, ut indicat *Cave* Chartophyl. Eccleſ. p. 322. (a) *Miræus* Bibliothecæ Eccleſiaſt. pag. 271. ubi etiam docet, cohærere hujus Dionyſii Carthuſiani Operibus

(II) Librum quem THEODORICUS LOERIUS ſcripſerit. (b) Opera ejus magno numero vide apud *Friſium* Biblioth. Geſnerianæ p. 203. qui *Jacobum Guitrodium*, DIONYSIUM PRIOREM vocat cui memoratum Speculum adſcribit. Revera eſt diverſus ab hoc etſi eodem nomine inſignitus etiam: (perge n. 836.)

(a) Miræus, Bibliothecæ Eccleſiaſt. pag. 271.

*De ejus vita Scriptisq; lege, ſi placet*, libellum, voluminibus operum adhærentem, *quem* Theodoricus Loërius, *Carthuſianus Colonienſis ſcripſit.*

(b) Cave Chartoph. Eccleſiaſtici pag. 322.

Jacobi Gvitrodii *Epiſt. eſt ſpeculum quintuplex Prælatorum*, Dionyſio Carthuſiano *falſo tributum.*

(835.α) DIONYSIUS *Papa.* Ipſi adſcriptas duas Epiſtolas aut affictas potius *à* Peccatore *Mercatore*, ſeu Pſeudo Iſidoro, teſtes adducit Dnus von *Maſtricht Bellarm, Baron. Cocum, Blondell. Rivetum &c.*

---

(836.) DIONYSIUS RYKEL. Edidit

(I) *Monopanton*: ſeu unum *ex omnibus Pauli Epiſtolis* per *Locos Communes* digeſtis. Pariſ. 1551. 8.

(II) *Speculum Converſionis* Peccatorum.

(III) *Commentarium in Epiſtolas Canonicas & Apocalypſin.* Colon. 1530. 8vo. Hic Rykel alias DIONYSIUS CARTHUSIANUS dicitur, vero nomine à LEWIS, patria RYKELENSIS. Vide Thomam *Hyde* in Catal. Biblioth. Bodlej. pag. 209. a. *Friſium* Bibliothecæ Geſnerian. pag. 203. *König.* Bibliothec. Vet. & Nov. pag. 250. *Miræum* Bibliothec. Eccleſ. p. 271. *Cave* Hiſtor. Liter. Script. Eccleſiaſt. Append. p. 91. Olear. Abac. Patrol. p. 238.

---

(837.) Leonis Huberti â S. DIONYSIO, Theologiæ Doctoris nomine, *de bono ſtatu eorum qui vivent & colent caſtitatem in hoc ſeculo* Col. 1615. editus liber, eſt *Leonardi* LESSII, Belgæ Jeſuitæ, docente *Valer. Andr.* Biblioth. Belg. p. 625. & *Alegambe* p. 304. in varias linguas eundem translatum etiam teſtante. Uterque ejusdem Auctoris ſub alieno (neſcio quo) nomine prodiiſſe ſcribit *Diſcuſſionem Decreti Magni Concilii Lateranenſis* Mogunt. 1613. in 8. (Adverſus eam prodiit *Diſcuſſio Diſcuſſionis Concilii magni Lateranenſis Rogeri Widdringthoni*, Angli, Londini 1619. in 8.) item *Eraſmi Chokier Scholia in Conſtitutionem Concilii Lateranenſis Leonis X. bipartitam*, *Exemptiones Clericorum ſecularium*, *Regulariumque*, *ac utrorumq; conſervatorias brevi modo complectentem*, Colon. in 4. 1620. *Franciſcus Sweertius* in Athenis ſuis Belgicis, de hoc auctore agens pag. 514. hæc omnia ſilentio involvit.

Confirmat hæc *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societat. JEſu 553. at *Witte* perſonati Dionyſii non meminit in Diar. Biograph. ao. 1623. d. 22. Jan. ubi Leſſii Scripta recenſet. Vide tamen *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 548.

---

(838.) DIONYSIUS LONGINUS, idem eſſe cenſetur à Langbainio in notis ad ejus περὶ ὕψες cum DIONYSIO PHASELITE. Vide *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 479. b.

---

(838.α) DIOPHANES NICÆENSIS. Scripſit *Epitomen Voluminum* XXVIII. *de agricultura*, quæ *Caſſius* DIONYSIUS Uticenſis, e MAGONE POLNO Græce verterat, Dejotaro Regi Galatarum inſcripta. *Reineſ.* in dedicat. lib. Var. lect. a. 3. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

---

(839.) *Pedacius* DIOSCORIDES Anazarbeus. Ei

(I) Adſcribuntur *de materia Medica* libri *ſex* à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 209. *Septem* autem à *Photio* Biblioth. (Græc. Lat. Scotti edit. Rotom. 1653.) p. 399. 401. quorum *quinque* tantum pro genuinis agnoſcit *Lambecius* Biblioth. Cæſar. lib. II. pag. 565. (a) diſtinguit autem hunc Dioſcoridem Anazarbeum auctoritate *Galeni*, à DIOSCORIDE PHACA, quos confundit *Svidas* & cum eo *Hyde* loc. cit. Diſcernit tamen etiam eos *König.* Biblioth. Vet. & Nov. 252. Vide *Lambec.* p. 561. 564. (b) ubi ſcriptos à DIOSCORIDE PHACA ſeptem ordine quidem Alphabetico libros aſſerit. (c)

(II) Sub PEDANII (non PEDACII, ut male hactenus legitur) p. 595. (d) Dioſcoridis nomine inter MS. Bibliothecæ Vindobenſis extat liber *de herbis & Radicibus, & ſuccis & ſeminibus, cum foliis ſimul ac Medicamentis.* Incipiamus Ergo conſequenter à lit. a. Hucusque titulus libri ap. Lambec. p. 591. qui mandante Juliana Anicia hunc librum ex Dioſcoridis libris V. *de materia Medica* collectum eſſe docet Lib. II. pag. 592. 597. (e)

(III) Ibidem Dioſcoridi huic tribuitur *Index Alphabeticus Plantarum*, qui EX DIOSCORIDIS libris ET PAMPHILI ALEXANDRINI Hiſtoria Plantarum, aliorumque ſcriptis collectus dicitur *Lambecio* loc. cit. p. 593. 594.

IV. *Alphabetum Empiricum Medicum* ab *Hyde* & Friſio locis citatis Pedanio Dioſcoridi adſcriptum, EX EJUS & STEPHANI ATHENIENSIS ſcriptis conſarcinatum opus eſſe docet *Lambecius* Biblioth. Cæſar p. 598. 599. (f) adde *Friſium* Bibl. Univerſ. Geſner. p. 764. b.

(a) Petri Lambecii Comm. de Bibl. Cæſ. Lib. II. p. 565.

*Secundus trium illorum à* Galeno *memoratorum* Dioſcoridum, *nempe* Anazarbenſis, *de quo hic præcipue agitur ſcripſit libros quinq; de* Materia Medica, *ut non ſolum ipſe in Proëmio primi & ultimi Libri teſtatur, verum etiam Galenus in (1) ſupra citato notabili fragmento Proëmii libri ſexti de* ſimplicium medicamentorum facultatibus. *Quæcunq; autem præter illos quinq; libros ſub ipſius extant nomine, nempe* Theriacorum *&* Alexipharmacorum *libri duo, &* Εὐπορίςων *ſive* Facile parabilium *libri duo, item (2)* Hiſtoria plantarum *Ordine Alphabetico & (3)* Alphabetum Empiricum, *ea ſine ullo dubio* ψευδεπίγραφα *& ſuppoſititia ſunt, uti non multo poſt peculiari loco ſuo ſolide accurateq; demonſtrabitur.*

(b) Ibidem pag. 561.

*Ubi quidem tam ea quæ de ætate* Dioſcoridis *referuntur, quam quæ de patria, bene ſe habent; quæ autem de cognomine* Φακᾶς *& numero librorum ab eo ſcriptorum adduntur, partim omnino delenda, partim vero corrigenda & mutanda ſunt. Quod enim Dioſcorides Anazarbenſis ab altero Dioſcoride, qui propter faciem lentigine notatam ὁ* Φακᾶς *ſive* Lenticularis *cognominatus eſt, diverſus fuerit, non minus perſpicue quam accurate indicat* Galenus *in Proëmio Explanationis Gloſſarum Hippocraticarum ſive obſoletorum & obſcurorum Vocabulorum, quæ extant apud Hippocratem.*

Ibid. pag. 564. *Ex duobus igitur jam citatis locis manifeſte patet,* Suidam *errare, dum Dioſcoridem Anazarbenſem, ſecta Empiricum, confundit cum Dioſcoride Alexandrino, Herophili ſectatore & Medicinæ rationali addicto, qui a facie lentiginoſa* Φακᾶ *ſive* lenticularis *cognominatus eſt. Præterea illud quoque*

*quoque inde diſcimus, Dioſcoridem Alexandrinum cognomine* Phacam *vixiſſe ante Dioſcoridem* Anazarbenſem; *utroque autem eorum juniorem eſſe Dioſcoridem tertium, cognomine* Gloſſographum, *qui parentum Galeni æqualis, circa finem Imp. Traiani & prioribus quindecim Imp. Hadriani annis potiſſimum floruit. Cæterum quod ad ſcripta horum trium Dioſcoridum attinet, teſtatur* Erotianus *in Prœmio Lexici ſui Hippocratici primum eorum, nempe Dioſcoridem Phacam compoſuiſſe libros ſeptem contra ea, quæ a* Xenocrito, Coo, Baccheo Tanagræo, Philino Empirico, Epiceleuſto Cretenſi & Apollonio Ophei in *expoſitione Gloſſarum Hippocraticarum perperam tradita fuerant.*

(c) Ibidem pag. 564. 565.

*Idem* Dioſcoridis Phacæ *in ſeptem libros diviſum Opus opinor ſignificari etiam à* Galeno, *dum ſupra citato poſteriori loco illum refert inter eos autores, qui ſcripſerunt* ὀνομασίας τῶν φαρμάκων, *hoc eſt, ut ego interpretandum arbitror,* Nomenclaturam medicamentariam. *Veriſimillimum etiam mihi videtur, Opus hoc compoſitum fuiſſe ordine alphabetico, ita ut, quotieſcunque ſecundum ſeriem literarum occurreret nomen alicujus medicamenti, ab Hippocrate memorati, quod à ſupra nominatis Gloſſarum Hippocraticarum Interpretibus minus recte expoſitum eſſet, errores eorum detegerentur & refutarentur.*

(d) Idem, ibid. p. 591.

*Ubi primo obſervatu dignum eſt,* Dioſcoridem *recte & vere ibi appellari* ΠΕΔΑΝΙΟΝ *ſive* Pedanium, *non autem, ut in aliis nonnullis corruptis Codicibus M. Stis, & in Jani Antonii Saraceni aliisque impreſſis editionibus perperam & falſo legitur* ΠΕΔΑΚΙΟΝ *ſive* Pedacium. *Initio enim Dioſcorides more Græcorum unicum tantum habuit nomen, & ſimpliciter fuit appellatus* ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣ *ſive* Dioſcorides; *poſtquam autem is venit Romam & Civitatis Romanæ jus adeptus eſt, ex eo tempore triplex more Romanorum cœpit habere nomen, nempe Prænomen, quod vetuſtate prorſus jam eſt obliteratum, Nomen gentilitium Pedanius, quod in vetuſtiſſimo Codice* M. Sto *Cæſareo de quo in præſens agitur, ſalvum & incolume ſupereſt, & Cognomen quod antea unicum & ſimplex illi fuerat nomen, nempe Dioſcorides. Ab antiqua igitur Romana Gente* Pedania, *cujus apud antiquos* Autores *& in vetuſtis Numiſmatibus atque inſcriptionibus frequens etiam nunc cernitur mentio meruit Dioſcorides, nomine gentilitio appellari Pedanius, non autem, ut vulgo perperam & absque ulla ratione creditur,* Pedacius.

(e) *Ibidem pag. 597.*

Continet is cum alia varia, quæ ſuo tempora ac loco ſingulatim à me recenſebuntur; tum inter hæc 45. & 46. Præfationem *Dioſcoridis in libros quinque de materia Medica*, cujus principium Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων &c. finis autem ἐν κατασπεπεισμένοις ἀγγείοις δεῖ τίθεσθαι. Finita præfatione incipit eodem folio quadrageſimo ſexto Deſcriptio Plantarum ſecundum Alphabeti ſeriem ita ut Prima ſit Ἀβρότονον, ſecunda Ἀγήλοφον, tertia ἀγαρικόν, & ſic deinceps. Quamvis autem hæc deſcriptio præcipue quidem & maxima parte ex Dioſcoridis libris quinque de Materia Medica deſumta ſit, ex ordine tamen alphabetico, ut ſupra jam monui, manifeſte apparet, eam non ab ipſo Dioſcoride, ſed tantum à recentiori quodam collectore ita eſſe compoſitam. Idem quoque patet ex variis appellationibus, deſcriptioni cujuſque plantæ præfixis; quippe quæ, ut (2) ſupra prolixius indicavi, ſine ulla controverſia non Dioſcoridis, ſed, ut ego opinor *Pamphili Alexandrini* ſunt. In titulo iſtius alphabeticæ Plantarum Deſcriptionis, qui hic eſt Διοσκορίδου Πεδακίου, πόλεως Ἀναζάρβης, perperam Dioſcorides vocatur Πεδάκιος ſive Pedacius, cum ut (3) ſupra demonſtratum eſt, revera Πεδάνιος ſive Pedanius appellandus ſit. Cæterum etſi abſque dubio deſcriptio illa Plantarum olim ab A pertigerit uſque ab Ω, nunc tamen injuria temporis quinque tantum ſuperſunt folia; ita ut ne ipſum quidem A amplius ſit integrum, ſed in (4) Ἀλίμῳ deſinat. Eodem codice à folio 36. uſque ad folium 185. continentur Dioſcoridis libri quinque de Materia Medica integri, ita ut ab ipſo Dioſcoride compoſiti ſunt. Primi libri titulus eſt: (5) Πεδακίου Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγος πρῶτος. Hinc ſequitur Præfatio, Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων &c. Præfationi ſubjungitur Index Alphabeticus totius Materiæ Medicæ, de qua omnibus quinque libris agitur. Deinde incipit Libri primi caput primum de *Iride* his verbis: Ἶρις ἰλλυρικὴ φύλλα φέρει ὅμοια ξηφίῳ. &c. Finis autem ultimi capitis Libri quinti ſive ultimi eſt ἅλις ἔχει. Poſt hos quinque Dioſcoridis genuinos libros ſequuntur ibidem folio 185. ſuppoſititia ejus *Alexipharmaca* ſub hoc Titulo: Πεδακίου Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως περὶ δηλητηρίων φαρμάκων καὶ τῆς αὐτῶν προφυλακῆς. Principium eorum eſt Ἀποδόντες ἐν τοῖς προγεγραφέσι βιβλίοις, φίλτατε Ἄρειε &c. In fine autem ſunt ea ibi mutila, & pertingunt tantum uſque ad capitis trigeſimi tertii principium hoc: Προνουτέον δὲ καὶ τῆς ἐπ' ὠφελείᾳ διδομένων ἕνεκα τῶν ἐπιφερομένων κινδύνων.

*Ibidem pag. 592.* Notandum ſecundo eſt quod in eodem ſupra exhibito vetuſtiſſimi hujus Codicis MSti Dioſcoridiani Titulo expreſſe indicatur, in recenſendis plantis ordinem ibi ſervatum iri alphabeticum. Hinc enim certo liquet, alphabeticam hanc Plantarum deſcriptionem diverſam eſſe a Dioſcoridis libris quinque de Materia Medica. Illi enim non tantum non ſunt compoſiti ordine alphabetico, verum etiam ipſe Dioſcorides in Præfatione Libri primi eam de Materia Medica ſcribendi methodum ſummopere improbat his (1) verbis: ἥμαρτον δὲ καὶ περὶ τὴν τάξιν· οἱ μὲν ἀσυμφύλους δυνάμεις συγκρούσαντες, οἱ δὲ κατὰ στοιχεῖα ἀναγράψαντες διέζευξαν τῆς ὁμογενείας τά τε γένη καὶ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, ὡς διὰ τοῦτο ἀσυμμνημόνευτα γίνεσθαι. Hoc eſt: *Porro etiam in ordine peccarunt, dum alii nulla cognatione junctas facultates copularunt, alii ordinem elementorum ſecuti, tum genera, tum eorum vires a ſua cognatione disjunxerunt, ut vel hanc unam ob cauſam difficilius memoriæ mandari poſſint.* Hæc ipſe *Dioſcorides*. Si ergo is, ut hinc videre eſt, in deſcribenda Materia Medica ordinem alphabeticum adeo improbavit, neceſſario ſequitur, alphabeticam illam plantarum deſcriptionem, quæ vetuſtiſſimo iſto Codice MSto Cæſareo continetur, non ab ipſo Dioſcoride

ſcoride compoſitam, ſed tantum ex quinque ejus de Materia Medica libris collectam eſſe. Placuit autem (2) ſupra memoratæ *Julianæ Aniciæ*, cujus juſſu collectio illa facta eſt, ordo Alphabeticus haud dubie eam præcipue ob cauſam, quia unaquæq; planta ſecundum primam ſui nominis literam facilius celeriusque poteſt reperiri, quam ſi ordine cognationis ſecundum genera & vires quærenda ſit. Maluit igitur illa hac in re *Galenum* ſequi, quam *Dioſcoridem*.

(f) Ibidem p. 598. 599.

*Continet is a folio 64. usq; ad folium 141.* Dioſcoridis Anazarbenſis & Stephani Athenienſis *hactenus ineditum Alphabetum Medicum Empiricum ſub hoc Titulo :* Βίβλος Διοσκορίδου καὶ Στεφάνου Ἀθηναίου τοῦ φιλοσόφου, περιέχουσα φαρμάκων ἐμπειρίας κατ' ἀλφάβητον σοφῶς ἐκτεθεῖσα. Principium ejus hoc eſt: (1) Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων πάντα βιβλία, ἱμάτια καὶ χορτία ἀψίνθιον ξηρὸν ὑποστρωννύμενον ἐν τοῖς κιβωτίοις. *Certo autem conſtat, Alphabetum hoc Empiricum (2) nec ab ipſo Diſcoride Anazarbenſi, nec a Stephano Athenienſi compoſitum, ſed tantum ex utriusq; ſcriptis ab aliquo recentiori auctore collectum eſſe, ideoq; ubivis in margine nominatim annotatum eſt, quid ex alterutro deſumptum ſit. Aliud quoddam ejusdem Alphabeti Medici exemplar manuſcriptum, quo Conradus* Geſnerus *olim uſus eſt, extitit apud Caſparum* Wolphium *Tigurinum Medicum, ut teſtatur Joannes Jacobus* Friſius *in Bibliotheca Univerſali Geſneriana a ſe aucta his verbis :* Stephani Athenienſis Philoſophi Explanationes in Galeni priorem librum Therapeuticum ad Glauconem Græce editi ſunt A. 1554. Auguſtino Gadaldino Mutinenſi interprete cum Scholiis, quibus Caſtigationes in his Explanationibus factæ explicantur; & Lutetiæ a Sylvio anno 1555. Ejusdem & Dioſcoridis Alphabetum Medicum Empiricum manuſcriptum græce extat apud Caſparum *Wolphium*, emendatum à Conrado Geſnero. *Hæc* Friſius. *Haud contemnendus ergo nec inutilis foret labor, ſiquis vir doctus, & in re Medica bene verſatus, Opus illud hactenus ineditum in latinam verteret linguam, & tam græce, quam latine publicaret, uti olim* Conradus Geſnerus *facere conſtituerat.*

(840) DIPLICI *Gelaſius* : *Euſtache* GISELIUS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 548.

(841) DISCIPULUS. Hoc nomine prodierunt Norimbergæ apud Johannem Koburger, 1514. & recuſi Mogunt. 1612. (I.) *Sermones varii de Sanctis* &c. (II.) *Promptuarium exemplorum.* Verum Auctoris nomen eſt Joannes HEROLD, Ordinis Prædicatorum, indicante *Friſio* Bibliot. Geſner. p. 545. cui addit *Heylin.* Hiſtor. S. Georg. Angl. Addend. p. 410, *Symbola Normanniana.* Superaddit his Symbola Badiana (III) *Quadrageſimale.* (IV.) *de Bello Albigenſium.* ſub lit. (a) quæ proprio nomine HERLOTUM vocari vult.

(a) Symbola Badiana.

*Frater Johannes* Herlot *Sacræ Theologiæ Magiſter, Germanus, floruit circa annum 1400. Scripſit ſub nomine* Diſcipuli ſermones de tempore, *de* Sanctis, & quadrageſimale. *item de* Bello Albigenſium, *& librum variorum Exemplorum. Pluries editi fuere ſermones prædicti Norimbergæ 1514. & Venetiis 1595. apud Hæredes Melchioris Hertz, in 4to. v.* Poſſevinus, *Antonius* Senenſis *apud Altamuram, item* Bibliotheca *Dominicana ſub dicto anno 1400. ubi notat etiam quod cognominatus ab aliquibus eſt etiam* Joannes Herold.

DISCIPULUS v. *Arianus.*

(842) DISUNITO *Academico detto l' incapace.* Hoc nomine Italice proſtant

XXXVII. FLORINDO de SILVESTRIS ſtampò ſotto nome del *Diſunito* Accademico detto l' incapace:

1. *Il Capitano di queſto Mondo* Com. In Macerata M.DC.XLVII. 12.
2. *La Combattuta Vedova* Com. In Viterbo per il Diotalevi M DC LIII. 12.
3. *Li Dui Fratelli Diſcordi* Com. In Bracciano per il Fei M DC XXXIX. 12.
4. *Eſt locanda* Com. In Viterbo per il Bilancioni M DCLII. 12.
5. *La Fuga d' Herminia* Com. In Viterbo per il Fei.
6. *Signoriana Zingeretta.* Com. In Viterbo M. DC. XLVI. 12.
7. *La Vignarola* Diſcorſo per Intermedio. In Viterbo per il Diotalevi M. DC. LIII. 12.

Auctor vero nomine appellatur Florindo de Silveſtris docente *La Viſiera Alzata* Hecatoſtes n. XXXVII. p. 50. 51.

(843) DITHMARSUS *Urſus* : *Nicolaus* RAIMARUS Baillet. liſte des Auteurs deguiſ. p. 548.

(844) *Divi* LESCHI *genus amo.* Sub anagrammatico nominis ſui involucro edidit *Michael* SENDIVOGIUS, Polonus aut Moravus, Baro, Tractatus XII. de lapide Philoſophorum, citante Witte in diar. Biagraph. Anno. 1646. & ſub Leſchi nomine *Mercklin.* in Lindenio Renov. p. 748. a. ubi addit, Tractatus hos extare in Volum. IV. Theat. Chemici, edit. Argent. 1613. 8vo. una cum alio ejusdem Leſchii, Sendivogii, qui inſcribitur Ænigma Philoſophicum ad filios Veritatis. An & reliqui libri, quos allegat Witte loc. cit. ſub Divi Leſchi nomine emiſſi ſint à Sendivogio, incertum eſt. Adde quæ ex *Mercklinio* notavimus in *Anonymis* num 1010. β. ubi de *Lumine Novo Chymico* prolixius. vid. plura in *Leſchi.*

(845) *Gulielmus* DIVUS. Idem eſt, qui *Guilielmus* ALVERNUS ſeu ARVERNUS, Epiſcopus Pariſienſis, ut notat Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 24. a. ubi eo nomine citat (I.) *Opera de Virtutibus & Vitiis, & 7. Sacramentis.* Venet. 1591. (II.) *Sermones per annum* Pariſ. 1638. (III.) *Sermones* ſeu *Poſtillas ſuper Evangelia & Epiſtolas Dominicales* Colon. 1582.

(846)

(846.) *Johan.* DOBENECK eſt *Johannes* COCHLÆUS, ut habet Tom. III. *Autographorum Lutheri & Coætaneorum*, p. 87. Adverſus cucullatum Minotaurum Wittebergenſem, *Joh. Donebeck Wendelſtinus*, alias *Cochlæus*, de Sacramentorum gratia. Ad Wilhelmum Neſenum, Francofurt. ad Mœnum 1523. alia edit. 1523.

(846. α) DOCCOMENSIS *Jacobus*: Michel d' ISSELT D' AMERSFORT. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 548. v. Jacobus.

DODO v. *Richea*.

(847.) DOLDIANUS. Hoc nomine appellari maluiſſe ARTEMIDORUM, ex *Angeli Polit.* Opp. pag. 252. notavimus in *Artemidoro*, quem vide.

DOLEMANNUS v. *Dolmannus*.

(848.) DOLERIE, le *ſieur de: Guillaume* POSTEL. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 548.

(849.) DOLETI nomine emiſſus eſt ab *Hieronymo* ALEANDRO *liber* 1535. *quem furioſum* appellat *Eraſmus*. v. *Seckendorf.* Lutheraniſm. lib. I. Sect. 34. §. LXXXI. p. 128. b. adde *Baillet.* liſte des Aut. deguiſ. p. 548.

(850.) DOLETUS ſubtili furto in Commentariis ſuis Latinæ linguæ in aliam formam redegit opus, quod STEPHANUS ROBERTUS antea ſub titulo *Theſauri Latinæ* linguæ in publicum emiſerat. vid. *Morhof.* Polyhiſt. liter. lib. I. cap. IX. p. 83.

(851.) *Juſtus* DOLIARIUS *Florentinus*, edidit Dialogos cum inſcriptione Italica: *Il Capricci del Bottajo. Chimæricos* illos appellat *Zwingerus* Theatr. Vit. Humanæ p. 3715. b. ſcriptosque aſſerit à *Joh. Baptiſta* GELLO, ſub cujus nomine eos etiam citat Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 283. a. forte quod nova editio Flor. 1619. in 8vo Ibidem memorata, genuinum Auctoris nomen præferret, ut conjicit *Symbola Normanniana.*

(851. α) R. DOLMANNUS ut ſit *Robertus* PERSONIUS; Ita refert Symbola *Caveana* Islingtonenſis. Anno 1594. Editus eſt liber Anglice titulo *The Book of titles: ſive, Liber de titulis* vel de Succeſſione regni Angliæ, in quo probatur regnum Angliæ jure ad Regem Hiſpaniarum pertinere: prodiit ſub nomine *Dolmanni* Sacerdotis cujusdam ſecularis, ſed Romæ ſcriptus à Rob. *Perſonio* Jeſuita, homine vehementis & ferocis naturæ, & moribus incultiorib9 (uti de eo loquitur *Cambdenus* ad Annum 1580. p. 299.) De quo libro licet nihil habeat *Alegambe*, eum tamen, inter *Perſonii* opera refert *Pitſeus. Hucusque Symbola. Pitſeus Dolmanni* nomen non addit. Pleraque ſuppreſſo nomine *Perſonium* ſcripſiſſe diſerte probat. p. 804. *Hyde* part. I. p. 211. a. ad R. *Dolmanni* titulum hæcce habet: a *conference about ſucceſſion to the Crown of England* 1594. in 4to & pag. 325. a. in Sr. John *Hayward Anſwer to the firſt part of a Conference conc. Succeſſion by R. Dolemann.* Lond. 1603. 4to. Addatur *Symbola Normanniana*: ubi poſtquam auctorem *Parſonium* indicaſſet, ita pergit: "*Nec difficilis eſt conjectura. Præterquam enim, quod huic paſſim tribuatur tum à Sutelifſio* Bleſſings. p. 242. 364. Reply p. 125. dedic. p. 15. *Barlovio* Anſvver p. 3. 5. Reply p. 325. *Pitſeo* p. 805. *Woodio* Hiſt. & Antiqq. Oxon. L. II. p. 79. a. notisſimum eſt huic communiter *Parſonio* uſurpatum fuiſſe nomen P. I. p. 169. b. Ut taceam ipſummet *Parſonium* agnoſcere hunc ſuum fœtum: quamvis cum Cardinale ALANO & *Franciſco* INGLEFIELDO communem. *Apolog. Hierarch*: Eccleſiaſt. p. 188 b. Adde *Acta Eruditor.* Lipſ. 1691. pag. 3. (a) quæ DOLEMANNUM loco Dolmanni eum appellant."

(a) Acta Erud. Ao. 1691. m. Jan. p. 3. Perſonius (*Robertus Jeſuita*) ---- *varios libellos contra Elizabetham Reginam, ejusque religionem, procul a fulmine in Gallia, Hiſpania Italiave conſtitutus exaravit, quorum aliqui fictitium Andreæ* Philopatoris, Hovvleti, Dolemanni, *aliqui verum ſed commodatum Cardinalis* Alani, *aliqui proprium* Perſonii *nomen præ ſe ferre dicuntur* (*ab Eduardo Gee in Introductione de vita Perſonii, præmiſſa libello Memoriali de* Reformatione Angliæ, quamprimum Pontificium Principem nacta fuiſſet, inſtituenda.)

(852.) Pauli DOLSCII nomine prodiere.

I. *Syracides Græco Elegiaco Carmine redditus.* Lipſ. 1571. 8.

II. *Pſalterium Græcis verſibus* redditum. Baſ. 1555.

III. *Confeſſio* item *Auguſtana Græce* reddita, quam *Joh. Hoornbeck* in ſumma Controverſ. lib. II. p. 979. edit. ſecundæ, *Philippi* MELANCHTONIS eſſe ſcribit, à quo proinde & priora illa profecta eſſe nullus dubito. Confutat hæc M. Joh. *Reiskius* in Epiſtola ad me Cal. Maj. 1689. data hiſce verbis. "*Neq; Auguſtanam Confeſſionem ſibi in Epiſtola* Melanchthon *attribuit.* Sed D. *Paulus* Dolſcius artis Medicæ Doctor. Is Gymnaſii primo Hallenſis Rector, poſtea urbis Anno 1583. Conſul fuit, cujus adhuc publica extant monumenta eruditionis Græcæ, & hæc quidem edita Græce; inprimis *Pſalterium Davidis* Carmine elegiaco, & *Auguſtana Confeſſio* ſoluta, eaque nitida oratione. Sic M. Anton. *Probus* Eccleſ. Isleb. ad S. Nicol. Paſtor in Orat. de S. Athanaſio contra D. Hungerum. Itaque ipſe judica, quid de *Hornbeckii* ſententia ſit ſtatuendum."

*Hoornbeckio* conſentientem *Hottinger.* Hiſt. Eccleſ. V. 50. adducunt *Marginalia Normanniana.* Aliam Auguſtanæ Confeſſionis traductionem Græcam à *Joanne Lonicero* factam memorat *Teiſſier* Eloges des hommes ſavans Tom. I. p. 330. qui ceteroquin ſententiæ noſtræ de perſona Dolſcii accedit. p. 292.

*Addit hic etiam* Margo Diecmannianus *ſequentia*: *Cum hoc Pſalterium cum Præfat. &*

com-

*commendatione Phil.* Melanchtonis *editum eſſe.* *Jo.* Neander *Erotem. ling. Hebr. p.*446. *ſcribat, ipſum eundem Melanchthonem quoq; habere auctorem vix credibile eſt. Eadem quæ* Neander, *habet* Appendix Biblioth. Geſner. *fol. 87. fin.* (*Et deinde,*) *Illud de* Confeſſ. Auguſtana Græca, Dolſcii *nomine à* Melanchtone *ſcripta, citra dubium* Hoornbeck *à Melchiore* Adami *accepit, qui id narrat in Vitis Theol. pag. 351. Sed hoc ex verbis Epiſtolæ Melanchtonis ad Bordingum, quæ ibidem affert plane non colligitur. Imo potius, ſi ſine Philippi conſilio iſta interpretatio Græca Confeſſionis edita eſt, cujus tamen phraſin probat, ut ipſa ejus verba habent, de ſcripto non ſuo ſed alterius eum loqui apparet. Unde Leo* Allatius *Perpet. Conſens. Eccl. Occ. & Orient. l. 2. c. 8. p. 1008. ex Mart.* Cruſio, *qui rem melius Melchiore* Adami *noverat, refert* Melanchtonem *Auguſtanæ Confeſſionis, Græce à Paulo* Dolſcio *Plauenſi converſæ, exempla ad Patriarcham Conſtantinop. miſiſſe. V. Dan.* Henrici *Delineat. Chriſtianiſmi pag. 343. 344. ubi ait: Num Græcum Conf. Aug. exemplar, ſub nomine* Dolſcii *editum, non ipſum* Dolſcium, *ſed Phil.* Melanchthonem *agnoſcat auctorem adhuc erit decidendum: hæc Henrici, qui deinde, quod ex Cruſio Allatius attulit, pro veroſimiliori habet, & ipſius Dolſcii Epiſtolam Dedicatoriam recitat, quam Aug. Confeſſioni à ſe Græce verſæ, & Baſileæ Ao. 1559. editæ, præmiſit, potuiſſe tamen Aug. Confeſſ. & a Melanchth. & à Dolſcio in linguam Græcam transferri concedit. Et porro: Mihi quidem, uti magnum de Græca Aug. Confeſſione: ita maximum de reliquis duobus libris, & qui plures ſub* Dolſcii *nomine proſtant dubium hæret, quos pro pſeudonymis habere nequeo. Et valde vereor, ne ſimili ratione* Teiſſierium *impegerit, qui* Melanchthonem *quoq;* Syraciden *Græco carmine expreſſiſſe tradit. Unde* duplicem *ejus* verſionem Græcam, Dolſcii & Melanchthonis, *fecit Jo.* Albert Fabricius *in editione libror.* Apocryph. V. T. p. 367. Hactenus Symbola. Uberius vero longe alium etiam librum Joannis *Dolſcii* vide infra in *Veltkircho.*

---

(853.) DOMINICO Pontificiorum Sancto, & Dominicani ordinis Auctori, adſcriptum *de Corpore Chriſti* librum, alterius DOMINICI DE PANTALEONIBUS eſſe, docet ex *Malvenda* de Paradiſo c. 6. p. 191. & aliis *Th. Raynaud.* in Diptychis Marianis part. 2. puncto 2. num. 19. ut ipſe refert, de lib. mal. & bon. p. 138.

DOMINICUS v. *Genis.*

---

(854.) DOMINICUS LOPEZ. S. J. Eo nomine prodiit Hiſpali 1588. 12mo. liber *Fauſti* SOCINI *de Auctoritate S. Scripturæ* antea etiam non præfixo Auctoris nomine editus, ut teſtatur *Sande* in Biblioth. Antitrinian. pag. 66. 67. (a) Scriptus autem liber ille primum italice, deinde ab ipſo Auctore Socino latine factus idque κα̣τ̀ πόδα ut ipſe loquitur Epiſt. 3. ad Smalcium Oper. Tom. I. p. 460. indicante *Caveo* in Epiſtola 12 Kalend. Jun. 1676. ab aliis in varias poſtmodum linguas translatus. Extare *in Bibl. Fratrum Polon.* Tom. I. in Operibus Socini pag. 265. affirmat ex notis *Fechtianis Raphaëliana Epiſtola* d. 7 Nov. vide etiam Richardi Simonis Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament Lib. III. c. XVI. p. 449. ſub (b) excerptæ editionis Roterodamenſis, alterius vero p. 504. citatæ Dieckmanno; qui addit h. l. *Hoornbeck* apparat. ad controverſ. Socinian. p. 60. & Tom. I. p. 2. 3.

(a) Sandius Bibliothec. Antitrinitar. pag. 66. 67.

*De* Auctoritate Sacræ Scripturæ *liber, Italice circa a. 1570 conſcriptus in gratiam viri cujuſdam magni, & editus non præfixo auctoris nomine. Idem Latine, ab auctore converſus: editus Hiſpali anno. 1588. 12mo apud Lazarum Terrerium cum permiſſu ſuperiorum, ſub nomine R. P.* Dominici Lopezii *Societatis JEſu, qui videtur opuſculum hoc ſibi vindicare voluiſſe: verum, in præfatione contrarium laudatur, his quæ in ipſo libro leguntur: itaq; ſe ipſe prodit.* Cloppenburgius *vero putat, auctoris, loci & typographi nomina ficta eſſe: dicitque fuiſſe, qui ex typorum indicio aſſererent* Amſtelredamenſi *typographo, ſatis celebri olim bibliopolæ,* Cornelio Nicolai. *Verum præter hunc, nullam aliam qua dicta deſtruat, affert rationem.*

*Idem,* Racoviæ *a. 1611.* April in 8vo:

*Idem, eodem 1611. anno, procurante & exornante editionem* Conrado Vorſtio: *ſub hoc titulo;* De auctoritate S. Scripturæ opuſculum his temporibus noſtris utiliſſimum: quemadmodum intelligi poteſt, ex præcipuis rerum, quæ in ipſo tractantur capitibus. *Præfixa eſt Vorſtii ad lectorem præfatio, in qua rationem hujus editionis exponit: ſubjuncta vero in fine libri, cenſura ſeu notæ Theologorum Baſilenſium ad tria loca paulo obſcuriora, unde errandi occaſio peti poſſet. Idem* Belgice, *ſub hoc titulo; Van de Authoriteyt der H. Schrifftuur, door Dirck Kaphelſen Kamphuyſen uyt het Latyn vertaalt, en met geleerde anteekeningen verciert. i. e.* interprete Theodoro Raphaëlis Camphuſio, ejusque notis adornatus. *a. 1623. 4to.*

*Ejuſdem ſecunda editio. Van de geloof-Waardigheyd der H. Schriftuur: mit* Koenraad Vorſtius *verantwoordelycke Voor-reden verryckt. i. e.* cum Conradi Vorſtii præfatione apologetica. *In fronte collocata eſt, Dedicatio Jacobi Sieninii Sigiſmundo III. Regi Poloniæ, &c. Scripta Racoviæ 20. Novemb. 1608. quæ alias Smalcii libro de Divinitate JEſu Chriſti præfigi ſolet. a. 1666. 4to. Idem* Gallice *ſub hoc titulo; Livre de L'Authorité de la Saincte Ecriture, traduit par Nicolas Bernaud gentilhommme Daulphinois, avec L'advertiſſement de Meſſieurs les Theologiens de Baſſe, ſur quelques endroits dudit eſcrit. 1592. i. e.* Liber de Auctoritate S. Scripturæ, translatus per Nicolaum Bernaudum Nobilem Delphinatem, una cum cenſura D. D. Theologorum Baſileenſium in quædam loca ſcripti hujus.

(b) Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament. Lib. III. Cap. XVI. p. 449.

Fauſte Socin *ſon neveu, qui fut heretier de Doctrine, & des Livres de Lælius Socin ſon oncle, fit imprimer en 1570. un petit Traité de l'* Autorité de l'Ecriture, *ecrit en Italien, qui fut enſuite traduit en Latin, & imprimé en 1588. ſous le nom du R.P.* Dominique Lopez *de la Compagnie de Jeſus. Il défend dans ce Traité l'autorité du vieux & du Noveau Teſtament, où plûtôt il ne prouve que l'autorité du Noveau; d'où il pretend conclurre, qu'on doit auſſi recevoir les Livres du Vieux Teſtament comme divins, parce que Nôtre Seigneur les a autoriſés dans le Nouveau.*

(855) DOMITIANO Cæſari male tribui *Carmen de Puero Thrace*, quod in Vett. Epigrammatis extat, & C. GERMANICO, Druſi filio a Tiberio adoptato deberi, docet *Voſſ.* de Poet. Lat. p. 38. Idem de *Anti verſione* probat Barthius adverſarior. l. 10. c. 21. & *Rutgerſ.* var. lect. lib. 2. cap. 9.

(a) Barthius Adverſar. lib. 10. c. 21.

*De cæteris quidem dubium non eſt, de* Germanico *autem eruditiſſimi viri dubitant; ſunt enim qui* Domitianum *ejus translationis, quæ hodie exſtat, auctorem facere volunt; a quibus ego ſane magnopere diſſentio. Nulla enim ratio eſt* Lactantium *ſcriptorem ſane egregium, Domitianum Germanici nomine cenſere voluiſſe; qui Barbaræ crudelitatis principem nunquam tam glorioſo nomine appellaſſet, cujus adeo inviſa memoria fuit, uteraſum ſit vocabulum ex monumentis, quæ perennatura videbantur. Jam qui Lactantium erraſſe dicere volet, plane ſeponendus erit; nulla enim perſuaſione evincet Domitianum ad id usq; ævi Germani titulo notum fuiſſe, &c. - - -*

*- - - - - Scripſiſſe vero Germanicus non tantum verſus videtur, ſed enarrationem etiam ipſam; nam quæ Lactantius nomine ejus Principis citat, in Commentariis ſunt, non in verſibus. Licet non negemus multa aliena manu intruſa eſſe, ut omnibus fere talibus ſcriptoribus, qui Poëtis enarrandis uſui ſunt, cum in omnium manibus fuerint, Monachi autem exſcriptores vel maxime in hoc genere curioſi fuerint, ſuarumq; gloſſarum munes & munifici.*

(856) DOMITIUS *Calderinus: Dominique* de CALDARIIS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 548. Domitii Calderini, Veronenſis bene multa recenſent *Friſius* Biblioth. Geſner. pag. 206. b. & *König.* Biblioth. Vet. & Nov. pag. 256. a. Verum illi hoc nomen pro vero Auctoris nomine habent, nulla plane perſonæ mentione facta. Domitium Calderinum memorat quoque *Tomaſinus* in Elogiis Virorum illuſtrium pagina 344.

(857) DONAES Indinan *Sortem ſive Sortilegium ſacræ Sapientiæ* ſcripſit: is per anagramma invenietur *Joannes* DAVID, quem Jeſuitam fuiſſe Belgam, & inter plurima alia hoc etiam opuſculum ſcripſiſſe, *Valer. Andr.* p. 490. & *Alegambe* pag. 235. teſtantur: nec non *Fr. Sweertius* pag. 417. De fictitio nomine tamen haud quidquam monens. Nec *Wittenius in* diar. Biograph. ann. 1613. d. 9. Auguſti. At *Sotwel.* Biblioth. Scriptor. Societ. JEſu. pag. 346. b. & ſcripti & Larvæ meminit.

(858) Gneo Falcidio DONALERO eſt *Giovanno Franceſco* LOREDANO v. *Rhod.* numer. 32.

XXXII. Scav. 3.

Gneo Falcidio DONALERO. Giovanni Franceſco LOREDANO.

*Cognomen tantum eſt Metatheſi occultatum. Hujus inclyti Senatoris Veneti vitam Italice ſcripſit* Antonio Lupis: *impreſſam Venetiis 1663. in* 4to. *ubi de fictitio hoc nomine nihil. Accuratior hac in parte* Ghilini *in Theatro Italico ſæpius laudato part. 1. pag. m. 105. qui inter ſcripta hujusſce Viri celeberrimi recenſet unum quod inſcribitur:* Morte & Ribellione di Valeſtain ſotto nome di *Gneo Falcidio Donalero chi per Anagramma ſignifica Gio Franceſco Loredano*, (Mors & Rebellio Vallenſtainii ſub nomine, *Gnei Falcidii Donaleri*, quod per Anagramma ſignificat *Gio. Franc. Loredanum.*) *vide ſi lubet ejusdem etiam Elogium p. 245. in Elogiis Italicis* Incognitorum *qui ſunt Venetiis. Ubi reperias equidem inter hujusce Viri celeberrimi ſcripta numerari,* Morte di Valleſtain, *ſed non addito nomine fictitio; nullus tamen dubito quin idem illic ſcriptum intelligatur, quod à Ghilino loco modo citato.*

(859) DONATIANO tributa *ars Grammatica*, & ſub ejus nomine edita cum Veteribus aliis Gramaticis *per Parrhaſium*, eſt Flavii SOSIPATRI CHARISII, ut docet Georgius *Fabricius* apud *Friſium* Biblioth. Geſnerianæ pag. 233. 234. (a)

Friſius Biblioth. Geſnerianæ p. 233. 234.

Flavii Soſipatri Chariſii *vetuſtiſſimi grammatici, libri quinque, à Jano* Parrhaſio *inventi, à Joanni* Pierio *Cyminio editi, Neapoli ex officina Joannis Sulsbachii Haganoenſis Germani, anno Domini 1532. Eoſd. Gregorius* Fabricius, *ex vetuſtis grammaticis, & collatione locorum in ipſo autore ſimilium, emendatiores edidit Baſileæ ex officina Frobeniana anno Domini 1551. Idem in epiſtola ad lectorem ſic ſcribit. Exemplaria Chariſii per Italiam bina tantum fuiſſe, ex aliorum ſcriptis colligo: Unum Neapoli quod à Hieronymo Seripando ejus urbis patricio aſſervari Joan. Cyminius Coſentinus teſtatus eſt: alterum Romæ quod Curius Lancilotus Ferrarienſis, ſe cum Pomponio Fortunato legiſſe aſſeverat. De Neapolitano, quin Chariſii verus codex fuerit, nequaquam eſt dubitandum, id enim Priſciani autoritate comprobatur. De Romano incertum eſt, quoniam nihil penitus eorum, quæ Curius ponit, in hoc nunc invenitur, cum tamen ultra triginta ex illo grammatico advocet teſtimonia & locos quoſdam integros aliquoties ex eodem adducat. Quamobrem ea res ſuſpicionem mihi movet, quem Curius Romæ legit, alium quendam fuiſſe grammaticum, cui falſo fuerit aſſcriptum Cariſii nomen: idque videri mirum nulli debet, nam eodem modo depravatis codicibus decepti quod* Chariſii *eſt id* Donatiano *attribuerunt* Mediolanenſes, *qui veteres quoſdam Grammaticos de* Jani Parrhaſii ſententia *ediderunt.*

DONATUS v. *Acciajolus.*

(860) *Ælius* DONATUS. S. *Hieronymi Præceptor.* Ei vulgo adſcribitur. (1.) *Vita Virgilii Maronis*, quam tamen alii adſcribunt potius *Tiberio* CLAUDIO DONATO, quod facit etiam *Konigius* Bibliothec. Vet. & Latin. p. 256. at *Voſſius* & cum eo *Colomeſius* differt. de dubiis aliquot Scriptoribus n. XV. & *Teisſier* in Catalogo Auctorum p. 5. & 45. (a) eam afferunt SVETONIO TRANQUILLO; ASINIO autem POLLIONI eam cum *Ptolomæo Flavio* tribuit *Symbola Normanniana.* (b) adde ſerius transmiſſa *Maſtrichtiana* ſub (bb) (II.) Ælio Donato adſcribitur *Vita Terentii*, quam tamen *Voſſius* lib. II. de vitiis latini ſermonis c. 1. p. 168. 169. (c) item SVETONIO TRANQUILLO afferit. De Donato dubitat *Dempſter* ad Roſinum Lib. II. cap. 6. p. 157. b. VALLA item, *Eraſmus* & *Merula*, indicante *Symbola Rauſchiana.* (d)

(a) Teiſſier in Catalogo Auctorum p. 5. & 48.

Ælius Donatus *Præceptor B. Hieronymi, Vulgo exiſtimatur ſcripſiſſe vitam* Virgilii. *Sed doctiſſimus* Voſſius *lib. 3. cap. 2. de Hiſtoricis latinis, recte annotavit, licet in ea vita multa ſint bona, & ex antiquis hauſta, ſubinde tamen aſperſa quædam videri, quæ indigna ſint tanto Grammatico. Quare cenſet opuſculum illud, non eſſe ab Ælio Donato, ſed alio minoris, ut nominis, ita judicii. Et ſane in editione Fabriciana vocatur vitæ ejus Auctor* Tiberius Claudius Donatus.

Terentii vita *Ælio quoque Donato tribuitur. Sed idem* Voſſius *monuit eam eſſe Suetonii, in eod. opere de Hiſtor. Latin. lib. I. cap. 31.*

Ibid *pag.* 48. Cajus Suetonius *Tranquillus. De Illuſtribus Grammaticis & claris Rhetoribus libri duo cum Commentariis* Achillis Statii, *notis* Iſaaci Caſauboni *& aliorum ſæpe prodierunt Antverpiæ, Genevæ, Pariſiis, &c.* Voſſius *credit* Suetonium *Autorem eſſe* Vitæ Terentii *quæ prodiit ſub nomine* Donati, *Vitæ* Horatii, Luciani & Perſii *quæ veteribus gloſſis præfigitur. Sed idem Voſſius ait minus veriſimile eſſe vitam Plinii Veronenſis quæ Suetonii nomen præfert, eſſe genuinam.*

(b) Symbola Normanniana.

Aelio Donato *adſcriptos in Virgilium Commentarios nec illius eſſe; nec, quod non nulli ſuſpicati ſunt,* Tiberii Donati, *cujus ſibi commentariorum copiam* Alexandrum *Sentinatem JCtum feciſſe memorat, ſed* Aſinii Pollionis, *Virgilii æqualis & amici, ex Servio evincere annititur* Ptolomæus Flavius *Anconitanus, centuriæ Conſectaneorum cap. XCV. T. I. Lamp. Crit. p. 992.*

(bb) Maſtrichtiana a n. 1. ad n. 3.

Donatus.

1.

*De* Donato *Judicium Tanaq. Fabr. vid. in Epl. 63. pag. 212. lib. 1. add. ubi* Pſeudo Donati *eſſe* cenſet *illud opus quod habemus.*

2.

*Ei ſuppoſitus* Commentarius in Virgilium, *quem nunc habemus, qui eſt* Aſinii Pollionis. *vid.* Raynaud *de mal. & bon. libr. §. 256.*

3.

Donatus. Ælius.

*Ei vitam Virgilii pudendo errore adſcriptam dicit* Scioppius, *Vid. ſupr. anonymi vitam Virgilii.*

[*ad p. 330. 2. d.*]

(c) Voſſius Lib. II. de Vitiis Sermonis & Variis Gloſſematis p. 168.

*Quomodo & legit* Paulus Manutius: *ac maturius exponit. Fatetur vero, non alibi ſe id Vocabuli reperiſſe, quam apud* Cornelium Nepotem; *unde hæc adducit verba in* Vita Terentii, *à* Tiberio Donato *ſcriptâ*: (Suetonium Tranquillum *dicere debuerat, quem vere eſſe auctorem, extrema Vitæ verba clarè docent*).

(d) Symbola Rauſchiana.

Donatum *reprehendens Laur.* Valla *in tr. de reciproc. ſui & ſuus. c. 9. ait: Si modo Donati Grammatici libellus ille eſt, in quo alterius quoque generis vitia.*

P. Merula *com. ad Enn. I. annal. p. 56. firmiter ſtatuit, quæ* Donati *nomine in* Virgilium *circumferuntur, Suppoſititia, & non Donati eſſe; ſed alicujus non ineruditi tamen Paraphraſtis.*

DONATUS v. *Gottwiſus.*

(861) *Renolzi* DONI nomine editum eſt Venetiis 1641. Ingenioſum Poema inſcriptum: *Ilcaſtum.* Auctor eſt *Auguſtinus* DONUS Venetus, Ord. Reg. ut ex *Silos.* tom. III. Hiſtor. Regul. Cleric. fol. 546. notat *Olearius* in epiſtola ad me miſſa Hala Saxon. d. 26. Jun. 1676.

(862) DOROTHEUS Abbas Romanus. Ei tribuitur *Synopſis in Vitas & obitus 12. Apoſtolorum & 70 Diſcipulorum Prophetarumq; majorum & minorum,* quam tamen eſſe DOROTHEI, Epiſcopi Tyrii, docet *Olearius* Abac. Patrol. p. 141. (a)

(a) Olearius Abac. Patr. p. 141. & ſeq. *Ibidemque (Labb. T. 1. append. p. 769.) monet, Synopſin* Dorothei *Tyrii (de qua vide Gerb. p. 183. ſeq) in indice Romano Jo. Mariæ Branſichellani, Abbati cuidam Romano,* Dorotheo *dicto, (quod & Baronio Voſſioq; placet,) ſed ætate longe poſteriori, tribui. Extat cæteroquin fabuloſa illa Synopſis Tom. 7. Bibl. Patr. ed. 2. f. 135. & paſſim.*

(863.) DOROTHEUS *Aſcianus.* eſt D. *Matthias* ZIMMERMANN. vid. *Aſcianum.*

(864) DOROTHEUS v. *Camillus.*

(865) DOROTHEUS *Eleutherus Meletephilus.* Ejus nomine extat *Germanico* idiomate: Die Hohe Schul Geiſt- und ſinn-reicher Gedancken. Man hält davor/daß unter dieſem Namen Harsdörffer Seel. verſtanden wird. *vid.* Gottholds Andachten erſte Vorrede. §. zu unſer Zeit &c. Hæc *Symbola Schröteringiana.*

(866) *Henricus* DORPIUS, Monaſterienſis, ſuo nomine edidit *Hiſtoriam de Factione & furore Anabaptiſtarum in urbe Monaſterienſi*, quæ extat in *Tom. II. Wittebergenſi* LUTHERI, & inde integram hiſtoriam deſcripſit lib. X. Putatur tamen

men Pars aliqua iſtius Hiſtoriæ congeſta eſſe à *D. Theodoro* FABRICIO. Hæc *Friſius in* Biblioth. Gesneriana p. 327. a.

(867) DORUS eſt *Claudius* BANGIUS, ut ex Dania certus ſum factus.

(868) *Joannes* DOUJAT. Sub ejus nomine impreſſum extat *Catalogi Conventuum Specimen II. & III.* quorum tamen ipſe ſe negavit Auctorem. vide *Nouvelles de la Republique des Lettres* Mars 1687. p. 263. (a)

(a) Nouvelles de la Republique des Lettres Mars 1687. p. 263.

*On a imprimé, comme de lui, quelquels Poüillez de Benefices, ou Catalogues de Convents ſous le nom de Specimen 2. & 3. dont il a temoigné n' être point l' Auteur.*

(869) *Georgius* DOULEJUS Sacerdos. Edidit (I) Brevem *Inſtitutionem, præcipua Chriſtianæ Fidei Myſteria complectentem, ex Sacra Scriptura & Sanctis Patribus, collectam.* Hiſpali 1600. in 12mo & rurſum Audomari 1616. & ibidem iterum quartum 1637. (II.) *Brevem methodum Examinandi Conſcientiam* pro confeſſione Generali. Ib. 1637. in 12. Verus Auctor eſt *Guilielmus* WARFORDUS, Anglus Briſtolienſis, Societatis Jeſu, ut indicat *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 321. & cum eo *Witten.* Diar. Biograph. Ann. 1608. d. 3. Novembris.

(870) Caſimiri DOURMAN nomine Anagrammatico, *Adrianus* CROMMIUS, Belga Jeſuita edidit vernacula lingua, *Controverſiam de S. Petri primatu,* ſive *prærogativis ſedis Apoſtolicæ adverſus calumnias* Jacobi Triglandii, *verbi* Calviniani *apud Amſtelodamenſes Miniſtri, qui libellum* de Cathedra S. Petri, & ſucceſſione Sanctiſſimorum Romæ Pontificum, *evulgaverat.* Prodiit prius Antvverpiæ, typis Joannis Cnobbari in forma duodecima, recuſus mox eſt Amſtelodami in forma octava: verba ſunt *Alegambes* Biblioth. Jeſ. p. 5. & 6. qua de re nihil refert *Valer.* Andr. Bibl. Belg. p. 9. ubi ſcripta ejus auctoris enumerat.

At eadem cum *Alegambe* afferunt *Sotwel* p. 9. (a) & *Witten.* Diar. Biogr. ao. 1651. d. 11. May. *Sagittarius* Introd. ad Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 718. & *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 549.

(a) Sotvellus Bibl. Jeſuit. p. 9.

*Edidit lingua vernacula ſub nomine Anagrammatico* Caſimiri Dourman *Controverſiam de D. Petri primatu, ſive prærogativa ſedis Apoſtol. adverſus calumnias* Jacobi Triglandii *verbi Calviniani apud Amſtelodamenſes Miniſtri, qui libellum de Cathedra S. Petri & Succeſſione Sanctiſſimorum Romæ Pontificum evulgaverat. Prodiit prius Antverpiæ Typis Joannis Cnobbari in 12. Recuſus mox Amſtelodami in 8.*

(871.) *Janus* DOUSÆ FILIUS. Ejus nomine Extantes *Annales Bataviæ & Hollandiæ* inchoati quidem ab ipſo, ſed demum poſt mortem ejus *à ſuperſtite patre continuati & perfecti,* editi ſunt Lugduni Batav. 1601. in 4to. ut obſervat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothec. Bodlej. pag. 214. b.

(872.) Philippi DOUTEI, Med. Doctoris Pariſienſis nomine *de ſucco Cyrenaico* Pariſiis 1659. in 4. editam Diſſertationem, & V. Cl. *Franciſco* BLONDELLO inſcriptam, hujus ipſius eſſe opus, a multis ſibi auditum aliquando narrantem memini Dn. *Martinum Fogelium*, Ph. & Med. Doctorem, alias jam laudatum, nec ipſe Douteus id omnino videtur diſſimulare in calce Diatribes, & Dedicatione ejusdem.

Vide *Bailletum*, liſte des Auteurs deguiſez p. 549. At *Mercklin* in Linden. Renov. p. 912. a. Philippo Doute Pariſienſi tractatum hunc tribuit.

(873.) DRAXUS ou *Drack, Thomas: Andre* WILLET. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 549. Idem firmat *Symbola Caveana*, ſic habens: *Thomas* DRAXUS Anglus librum edidit *de Anti-Chriſto* Francofurt. 1619. 8vo. Quosdam video affirmantes ſub hoc nomine latere *Andream* WILLETUM noſtrum ſcriptorem ſat celeberrimum: an vere plane neſcio.

(874.) *Cornelius* DREBBELIUS. Ejus nomine citat Thomas Hyde in Catalogo Bibl. Bodlejanæ pag. 215. librum de natura Elementorum & de QUinta Eſſentia Hamb. 1621. 8vo. Sed addit, eum rectius appellari DROMMEL.

DREPANUS v. *Florus.*

(875.) Godofredi DRIELLII, Noviomagenſis, Theologi Moguntini *Hyperaſpiſten* ſeu *Defenſionem Roſarii*, ſeu *Depulſionem Cavillationum, quibus Calviniſta quidam Heidelbergenſis Apodixin Roſarii obſcurare conatus eſt: in qua pro nomine Roſarii, pro Orationibus, & Repetitione ac numero earundem, proque globulis precariis diſputatur.* Herbipoli 1588. in 4to editam, eſſe *Joannis* BUSÆI, Noviomagi Jeſuitæ, Doctoris ac Theologi itidem Moguntini, cujus opera alia plurima recenſet *Alegambe* p. 231. Bibl. Jeſuiticæ, Diſcipulique nomine vulgatam fuiſſe ab illo, *Valerius Andreæ* auctor eſt in Bibl. Belg. p. m. 292. & 472. ubi & *Apodoxin Theologicam pro ritu orandi Roſarium B. Mariæ Virginis*, ab eodem Moguntiæ 1587 editam commemorat. Auctorem illius Refutationis vid. ſupra inter *Anonymos* n. 28. *Alegambe* meminit quidem hujus operis, ſed tanquam absque diſſimulatione, à *Jo. Buſæo* editum, inter alia ejusdem ſcripta recenſet, quod & *F. Sweertius* facit Athen. Belg. p. 403. 404. Et cum iis *Sotwel* Bibl. Scriptor. Societ. JEſu p. 428. b. & *Witten.* Diar. Biograph. Ao. 1611. d. 30. May. v. & *Satyres Perſonnelles* Tom. 2. p. 358. 363.

(876.) *Johannes* DRIESCHUS. Eundem hunc eſſe cum DRUSIO docet Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 216. a. ubi ejus nomine citat *Veterum Interpretum Fragmenta in Pſalmos Davidis,* Antvv. 1581.

DRAWCANSIR v. *Bays*.

(877.) DRUSAC où DRUSSAC : *Gabriel* DUPONT : *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez pag. 549.

(878) DUBRAVIUS. Sub hoc nomine latere *Joannem* SCALAM notat *Boeclerus Hiſtor.* Sec. XVI. p. 308.

(879) *Petrus* DUNÆUS, *Curſor Academiæ Lundinenſis*. Extat ejus nomine *Epiſtola ad Nicolaum Becmannum*, *pro Samuele* Puffendorffio. Edita Holm. 1678. in 8vo. Eam ab ipſo PUFFENDORFFIO conſcriptam eſſe, ex relatione D. Julii *Obrechti* docet *Symbola Normanniana*. Epiſtola complectitur chartas duas, folia quatuordecim, data prid. Calend. octobris. 1677.

(880) DUNCARENA *Solfridus* : *Ferrante* CARLI. *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez pag. 549.

(881) *Simon* DUNELMENSIS. Ejus nomine edita Hiſtoria Angl. eſt *Turgoti* DUNELMENSIS. Selden. Synedr. lib. II. p. 170. Qui igitur vitio diverſi habentur *Voſſio* Hiſtoria Lat. p. 396. 417. *Symbola* eſt *Normanniana*. v. Simeon.

DUNS v. *Scotus*.

(882) *Petrus* DUODUS. Sub ejus nomine editas à Franciſco PICCOLOMINEO Diſputationes Peripateticas *de anima* memorat *Gaddius* de Scriptoribus Tom. II. p. 158. (a) Vide *Theupolum*. Septem libros de anima citat *König*. ſub nomine Petri Duodi in Bibliotheca ſua Vet. & Nov. p. 265. a. At *Thomaſinus in Elog*. Illuſtr. Viror p. 211. ubi Scripta Hujus Franciſci Piccolominei bene multa recenſet, diſputationum de anima nullam facit mentionem, nec ullius larvæ, quanquam in concilianda Platonis & Ariſtotelis Philoſophia multum laboraſſe indicat p. 209. Libros de anima a Piccolomineo editos teſtatur *Ghilini* Theatro d' Huomini Letterati p. 68. ſed de Petro Duodo nihil addit.

(a) Gaddius de Scriptoribus Tom. II. pag. 158.

*Accepi olim* Franciſcum *edidiſſe aliquot libros de Platonicis, vel Ariſtotelicis rebus, ſub nomine aliquorum nobilium nominatim libris Peripateticarum* de anima *Diſputationum* Petri Duodi, *ut mihi dixit* Belloriu*s* *Philoſophiæ naturalis Profeſſor doctrina, & probitate conſpicuus, & Librum* Theupoli (*ni fallit memoria*) *Platonis dogmata continentem* : *Affirmavit etiam mihi Barth.* Vecchius *fide digniſſimus ob nobilitatem, virtutem, ac doctrinam multiplicem, ſe à pluribus audiviſſe, exteros aliquot petiiſſe Patavium, ut viderent, audirentque* Piccolomineum *fama notiſſimum. Hinc annum agens 84. obiit Civitate Senenſi.*

(883) DURANDELLUS, ſcripſit *contra Durandum à S. Portiano*, *Correctorium Corruptorii* D. Thomæ, quod tamen, aliis quoque Auctoribus adſcribi ex *Labbeo* indicat *Olearius* Abaci Patrol. p. 144. Auctorum nomina, quibus præciſe tribuatur, idem non exprimit.

(884) DURANDUS : Epiſcopus Leodicenſis. Ei adſcribitur à *Baronio* aliisque *Epiſtola contra Berengarium*, quæ eſt DEODUINI Leodicenſis Epiſcopi, notante *Miræo* Biblioth. Eccleſ. pag. 154. (a) & *Mabillonio* Tom. IV. Analect. pag. 395. (b)

(a) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſt. pag. 154.

*Cæterum* Deoduinus *anno milleſimo quadrageſimo octavo Leodicenſibus Epiſcopus datus, anno milleſimo ſeptuageſimo quinto vivere deſiit. Labitur autem* Baronius *in geſtis anni 1035. item editor Bibliothecæ veterum Patrum, & alii, qui Deoduini epiſtolam*, contra Berengarium *ſcriptam attribuunt* Durando Leodicenſi *Epiſcopo; quem anno milleſimo viceſimo quinto, adeoque ante hæreſim à Berengario publicatam, obiiſſe conſtat. Error autem natus eſt ex littera D. ſingulari, utriusq; nominis initiali. Cæpit autem* Berengarius *hæreſim ſuam ſpargere ſub annum Chriſti. 1035.*

(b) Mabillon. Tom. IV. Annal. p. 395.

*Superiori epiſtolæ aliam, itidem contra Berengarium ſcriptam, ſubjicere viſum eſt, eam ſcil. quam* Baronius *&* Chappeavillus *perperam ſub nomine* Durandi, *Leodicenſis Epiſcopi, & quidem mutilam ediderunt ex Mſ. codice Martelli civis Rotomagenſis. Idem ipſe codex nunc aſſervatur--Eo in codice non* Durandi *nomen (qui--) adſcriptum legitur: ſed prima duntaxat litera D. Deoduinum ſ. Theoduinum ſignificans---Eodem modo ejus nomen decurtatum legitur in codice percelebris monaſterii S. Audoeni apud Rotomagum &c.*

(885.) *Guilielmus* DURANDUS vel DURANTES, *Speculator*, Edidit *Speculum Juris in tria Volumina* diſtinctum, cui *Johannis* FASOLI *de Summariis Cognitionibus libellum fere totum* inſeruit, ut monet *Thomaſius* de Plagiariis §. 414. eum hoc nomine inter Plagiarios referens. Male eum præterea *confundi cum Durando de S. Portiano* obſervant Olear. Abac. Patrol. pag. 144. 192. & *Miræus* Biblioth. Eccleſ p. 256. & *König*. Biblioth. Vet. & Nov. p. 265. b.

(886) *Jacobus* DURANTIUS Caſellius. Ejus nomine citantur à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 219. Variarum Lectionum Libri II. Franc. 1604. in 8vo. qui ſimul innuit ibidem, Auctorem hunc alias appellari *Janum Durantium*.

(886. α) DURANTI, où DURANTES, *Joannes Stephanus* : *Pierre* DANEZ. Douteux *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez p. 549.

(886. β) *Franciſcus Lucius* DURANTINUS videtur quibusdam eſſe idem qui *Franciſcus* PATRITIUS

TRITIUS Senenſis: ait *Friſius* Biblioth. Chron. P. 2. p. 132.

DURUS v. *Paſcolo*.

(887.) *Evbulus* DYNATERUS, ſcripſit in *Secundam & Tertiam Ciceronis de lege Agraria Contra* Rullum *Orationem & in Verrinam Annotationes*, impreſſas Baſileæ, primum apud Robertum Winter, & poſtea apud Joan. Oporinum Anno 1553. *Cum aliis diverſorum Annotationibus in omnes Ciceronis Orationes.* Verus Auctor eſt *Rodolphus* GVALTHERUS, Tigurinus Helvetius, Eccleſiæ Tigurinæ Paſtor Primarius, indicante *Friſio* Bibliothec. Geſner. 733. a. adde *Hottinger.* Schol. Tigur. Carol. p. 115.

(888.) *Proſper* DYSIDÆUS edidit *Explicationem Cap. VII. ad Romanos.* Latet autem ſub hac larva *Fauſtus* SOCINUS, ut indicant *Franzius* de Interpretatione S. Scripturarum p. 335. *Spanhemius* Elench. Controverſ. cum Armin. p. 238. & *Sande* Biblioth. Antitrin. p. 70. (a) quibus addit *Symbola Normanniana Hornbeck.* Append. Socinian. 58. Joh. *Gerhardi* diſput. Theol. p. 1112. & Matth. *Nethen.* præfat. Rhetorfortis Exam. Arminian. 22. 23. (b)

(a) Sandius Bibliothecæ Antitrinit. pag. 70.

*Explicatio VII. cap. ad Romanos, ſub nomine* Proſperi Dyſidæi: *conſcripta rogatu* Joh. Niemojevii *anno circiter 1580, cui adjuncta eſt* Niemojevii *de ſcripto hoc ad Socinum epiſtola: & ad hanc epiſtolam Socini reſponſum, ſcriptum a. 1581, 24. Martii. Impreſſa hæc ſunt Cracoviæ a. 1583. 8vo. & Racoviæ a. 1612, 8vo. In Diſputatione hac id præcipue quæritur*, utrum Apoſtolus illic ſub ſua ipſius perſona, de ſe ipſo jam per Chriſti Spiritum regenerato, necne, loquatur.

Item Belgice, ao. 1664, 8vo.

(b) Symbola Normanniana.

Felix Turpio, *qui in Dialogos Seb. Caſtalionis* de prædeſtinatione &c. *præfatus eſt, eſt* Fauſtus Socinus, *qui itidem nomine* Proſperi Dyſidæi Ao. 1582. *Cracoviæ tractatum edidit de loco Pauli ad* Rom. *c. VII. nempe* Proſper, Felix & Fauſtus *idem ſunt: & rurſus* Dyſidæus, & Socinus. *Δυσειδὴς enim ſignificat* turpem *ſeu* deformem, *quem Itali* Sozzo *appellant. Matth.* Nethenus *præfat.* Rhetorfortis *Exam. Arminian. 22. 23. Joh.* Gerhard *Diſp. Theol. p. 1112.*

* * *

# E.

(889.)

TArquinius EATULLUS *è Xardo* B C. C. Ejus nomine prodiit 1674. *Trophæum Auſtriacæ Monumento famæ appenſum*, dedicatumque Domino Joanni Caſparo, Teutonici in Boruſſia Magiſterii, Adminiſtratori, conſtans paginis 74 in folio, mihi dono miſſum à Clariſſimo WEISIO, nunc Gymnaſii Zittavienſis Rectore, quem pro operis hujus etiam Auctore habeo.

EBERHARDUS v. *de Bethunia.*

(890.) *Johannes* EBERHARDUS. Extat ejus nomine liber, qui inſcribitur *Labyrinthus*, cujus Auctorem detegit Dr. *Neumann* eo tempore Academiæ Wittebergenſis Adjunctus in Diſp. Rſp. Martino Lubath. Berlin. habita Witteb. 1689. de Methodo Auguſtiniana. §. 14. in fine. D. *Johannem Adamum* SCHERZERUM, Theologum Lipſienſem; his verbis: *Cæterum a Joh. Rogiero, Melch Nicolai, Micrælio, Dorſcheo, Muſæo, Rheinbotho. & M. Joh.* Eberhardo *in Labyrintho (quo nomine Johannem Adamum Scherzerum latitare neminem fugit) & nuper in Melch. Zeidlero ad ſaniorem mentem redire juſſus eſt.* Hæc ex literis Dn. M. Wagener. 1689. Idem confirmat *Symbola* Dn. Collegæ mei P.P. & Amici honoratiſſimi Gerhardi *Mejeri* citantis Anti-Bellarminum ipſius *Schertzeri* p. 34.

(891) *Candidus* EBLANUS, de *Prælio Pragenſi, Pragæq.* deditione, Anni 1620. Scriptor Palæo Pragenſis eſſe memoratur Jeſuita, *Johannes* LABBEUS, apud *Deckherr.* de Scriptis Adeſpotis p. 172. Hujus Labeni nec *Alegambe* nec *Sotvell.* in Bibliothec. Scriptor. Societat. Jeſu meminerunt.

EDMUNDUS v. *Bunney.*

(892) EDMUNDUS Monachus, ſive EADMUNDUS dictus Richius, quo pacto male confundatur cum EDINERO, vero auctore librorum alteri tributorum *De Vita Anſelmi, & De Diſſidio inter Anſelmum & Regem ſuum*, notant *Pitſeus* Tom. 1. Ill. Angl. ſcriptor. p. 309. & *Th. Rayn.* de mal. & bon. lib. p. 138.

Edinerum hunc *Pitſeus* p. 199. etiam EADMERUM appellat, cui libri hi memorati adſcribuntur à *Balæo* illuſtr. Britan. ſcript. p. 80. b.

(893) EDMONDS, *Fhater*, ou Pater Edmundus. *Gvillaume* WESTON. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 549. Hic *Pitſeus* & *Hyde* ſilent.

(894) EDOARDUS v. *Blound.*

(895) EDUARDUS I. Auctor perhibetur *Codicis legum Anglicarum.* Sed ille compoſitus eſt à *Johanne* BRETON Anglo, Epiſcopo Herefordenſi; ut teſtatur *Balæus* illuſtr. Britan. ſcriptor. Cen-

Centur. III. p. 111 (a). cui addit *ſymbola Normanniana Cowelli* Lexicon Juris Angl. in Briton. At *Pitſeus ne* Bretonis quidem meminit.

(a) Balæus Illuſtr. Britan. Scriptor. Centur. III. p. 111.

Ioannes Breton, *Anglus, utriuſque juris doctor & epiſcopus Hereſordenſis, magna per hos dies apud regem & principes authoritate valebat. In multis enim ſcientiis inſigniter eruditus acclamabatur. Sed qualis interim fuerit in ſtudio divini verbi (quod maxime Chriſtianum præſulem decet) apud nullos ſcriptores invenio: dum pro nullo ſint privato commodo, ſed communi civium utilitate conſcriptæ.* Factæ ſunt leges (inquit *Iſidorus*) ut eorum metu, humana coerceatur audacia, tutaque maneat inter improbos innocentia. At Evangelii Miniſtrum epiſcopum (qui ſolis Dei eloquiis Chriſtianum paſceret gregem) in illis verſari, quæ ad cauſas forenſes ſpectant, ut in Anna & Caipha, plusquam judaicum eſt. *Nihilominus congeſſit Joannes iſte ad communem Anglorum reipublicæ utilitatem, ingens opus ex variis collectum* De juribus Anglicanis, *lib. I.*

*Alia illum edidiſſe non refert* Nicolaus Treveth *in regum Anglicorum chronicis. Ex hac tandem vita migravit, anno à Chriſto Redemptore nato.* 1275. *ſub Edwardo Anglorum rege primo.*

EDWARDUS v. *Hallus.*

EGARE v. *Innocent.*

(896) EGESIPPI nomine excuſa Colon. 1530. & alias, *Hiſtoria Judaica*, quod non ſit illius auctoris, ſed e JOSIPPO ſpurio aliiſque collectaneum opus *Jo. Andr. Boſius* in Periocha Fl. Joſephi, & *Barthius*, apud *Hallervord.* ſpicilegii p. 84. teſtantur, adde *Barthium* eundem adverſar. l. 46. c. 4. (a)

Joſephum a Judaiſmo converſum Auctorem ſuſpicatur Ravius MStas notis ad Geſnerum. Egeſippo Goronidi hanc Hiſtoriam tribuit *Prideaux* Orat. IX. p. 84. (b) ex Joſepho autem collectam ſuſpicatur Paulus *Colomeſius* in *Actis Erudit. Lipſienſ.* An. 1686. p. 552. (c) Hiſtoriam hanc Judaicam in linguam latinam ab AMBROSIO translatam crediderunt nonnulli, quod tamen commentitium videtur *Lat. Latino* Tom. II. Lucub. p. 119. & *Voſſio* lib. 2. de Hiſtor. Græc. c. 14. & lib. 3. de Hiſtor. Latin. c. 11. p. 744. ubi & Egeſippum Auctorem & Ambroſium interpretem genuinum eſſe negat. *Gronovius* tamen Obſervat. in Script. Eccleſ. c. 1. *J. Lud. Vivi* ad Auguſtin. de Civit. Dei l. 21. c. 5. libello huic Ambroſium Patrem aſſignanti repugnare non vult, adducitque plures phraſes & formulas loquendi, quæ apud utrumque reperiuntur, indicante *Symbola Rauſchiana.* ad Olearii Abac. Patrolog. pag. 200. (d) Colomeſ. Paralipomena ad Chartophyl. Eccleſ. *Cavei* p. 5. Biblioth. Univerſelle tom. I. p. 441. & tom. IX. p. 137. Nota etiam quod *Imbonati* Bibl. Hebraico-Latinæ p. 96. ait Hegeſippi interſcriptores Eccleſiaſticos vetuſtiſſimi nomine circumferri *libros quinque de rebus Judæorum* AMBROSIO MEDIOLANENSI Archi-Epiſcopo interprete. adde ſerius allata *Maſtrichtiana* ſub lit. (e)

(a) C. Barthii Adverſar. Lib. XLVI. p. 2128.

*Quem nos* Egeſippi *titulo auctorem legimus is quin Egeſippus ſit minime omnium dubitandum videtur, & quidem ille ipſe Egeſippus cujus libros de Græco ſermone in Latinum tranſtuliſſe dicitur* Ambroſius *Mediolanenſium memorandiſſimus Antiſtes; Et, ais, quomodo poteſt, in quo tot indicia ætatis ſequioris ut judicia calculique omnium doctorum longe ab hac ſententia recedant? Enim vero aliter priſco illi proboque Egeſippo libros ſuos immanibus cumulis ex* Rufino *Joſepho petitis diſtentos atq; effarctos judicamus, quam factum erat Eutropianis & Pauli Diaconi ad eum adjectionibus à* Landulfo *Sagace & aliis Farctoribus. Aſſeverare ego auſim, qui nec omnino plurimos, nec penitus tamen pauciſſimos tractavi, nullum auctorem gloſſematis magis variatum exſtare hoc ipſo noſtro Egeſippo; adeo nihil non ſibi Monachorum audacia permiſit in hoc ſuo campo. &c. Ego vero in ea ſententia quam initio hujus capitis protuli, permaneo, Rufini Joſephum quibus locis licuit ita Egeſippo veteri proboq; ſcriptori inculcatum atque intruſum eſſe, ut tandem exierit inde iſte proletarius & miris modis varians imo verſicolorior quovis pardo.*

(b) Prideaux Orat. IX. p. 84.

*Per nominis Homonymiam palam eſt* Egeſippi & Joſephi Goronidis *recentiores partus ſub Egeſippi diſcipuli Apoſtolorum; &* Flavii Joſephi *Hieroſolymitani inclaruiſſe titulis.*

(c) Acta Erud. Lipſ. Anno. 1686. p. 522.

(*Paulus* Colomeſius, *Bibliothecæ Lambethanæ Curator, in Paralipomenis ad Gvil.* Cave *Cartophylacem Eccleſiaſticum,) cur librorum Joſephi de bello Judaico liberior interpretatio quæ* Ambroſium *autorem agnoſcit,* Egeſippo *tribuatur, hanc eſſe cauſam ſuſpicatur: quod librarii nomen* Joſephi, *ſeu* Joſippi *in* Igiſippum *mutaverint.*

(d) Olearius Abac. Patrolog. p. 200.

Hegeſippus. *Sic enim rectius, quam ſine aſpiratione ſcribi, ait* Labbeus *l. c. Vixiſſe fertur circa anno. 165. ad 180. & ſcripſiſſe libris 5. Hiſtoriam actuum Eccleſiaſticorum, quæ probe diſtingvendo eſt ab Hiſtoriæ belli Jud. libris 5. ſub Egeſippi nomine paſſim notis. Videatur, qvi prolixus hoc loco eſt,* B. Gerhardus, *p. 94. ſeqq. De conjectura cæteroqvin nonnullorum, S.* Ambroſio *illos libros de bell. Jud. tribuentium, vide ſimiliter exiſtimantis Jo. Freder.* Gronovii *monobiblon Obſerv. in Script. Eccles. paſſim &* Labb. *p* 420.

(e) Maſtrichtiana.

Hegeſippus.

I

*Ita nec Hegeſippum* τὸν γνήσιον *Irenæo æqualem (cujus pauca ſuperſunt apud Euſebium fragmenta fabuloſa quædam, de Jacobo Apoſtolo, dubia alia de Judæ nepotibus, nihil vero de Petro Romæ verſato) confundendum cum Latino excidii Hieroſolymitani ſcriptore* Pſeud-Egeſippo, *quem* Gronovius *noſter Ambroſium eſſe cenſet, Monobiblo obſ. in Script. Eccleſ. Cordatiores in adverſariis, ipſeque* Baronius *intellexerunt, ac nuper*

*per Phil.* Labbæus *additamentis ad Bellarm. in Hegeſippo. tom. I.* Frid. Spanh. *de falſo cred. Petr. Profect. pag. 75.*

2.

*Putatur eſſe* Ambroſius *Mediol. Epiſcopus. vid noviſſ. edit. Joſephi prolegumena* Ittigii. *Junge* Boſium *in Perioch. Joſeph. p. 70. §. 46.*

---

(897) EGINARDUS ABBAS Blandinienſis, dictus *Zorobabel.* Ei a *Sammarthanis* adſcripta (I.) *Vita Caroli M.* apud *Sand.* in notis ad *Voſſ.* de Hiſtor. latin. p. 42. (a) vindicatur EGINHARDO CAROLI M. CANCELLARIO à Petro *Lambecio* Bibliothecæ Cæſar. lib. II. pag. 323. (b) (II.) *Annales rerum geſtarum Pipini* &c. Eidem à P. *Marca* tributi apud *Sand.* loc. cit. pag. 44. (c) Eginhardo Cancellario aſſeruntur à *Lambecio* lib. II. p. 400. (d) adde *Voſſ.* de Hiſt. Lat. lib. II. c. XXXIII. p. 301. 302.

(a) Sand. in not. ad Voſſ. p. 42.

*Sammarthani diſtinguunt Einardum Caroli III. Cancellarium, & poſt Ludovici Pii Capellanum ac decimum quintum Abbatem S. Bavonis Gand. O. Bened. ab* Eginardo *ſeu* Ainardo *Abbate Blandinienſi dioeceſis Gand.* ---- ---- ---

(b) Petri Lambecii Comment. de Biblioth. Cæſ. Lib. II. c. 5. p. 323. 324.

*Sextus Codex, ad Vitam & res geſtas Imp.* Caroli Magni *pertinens, de quo alias prolixius acturus ſum, eſt membranaceus in quarto & inter MStos Codices Hiſtoricos Latinos centeſimus quadrageſimus ſextus. Continet is quoq; inter alia varia monumenta antiqua eandem ſupra memoratam* Imp. Caroli Magni Vitam, *ab* Eginhardo *vel, ut ibi legitur,* Enhardo *literis conſignatam. Inſcriptio ejus ibi hæc eſt :* Incipit Vita Karoli Magni Imperatoris Auguſti & Saxonum Apoſtoli ab Enhard Capellano ſuo compoſita. *Ubi notandum eſt,* Capellam *ea ætate non tantum ſignificaſſe* Sacellum Deo conſecratum, *verum etiam* Cancellariam & Chartophylacium *ſive* Archivum, *hoc eſt locum, in quo mandata & epiſtolæ Principum aliæq; tabulæ publicæ vel componuntur & exarantur, vel conduntur & adſervantur. Hinc igitur apud mediæ ætatis latinobarbaros ſcriptores per Capellanos intelligendi ſunt* Secretarii & Scribæ, *qui Cancellariæ & Chartophylacio inſerviunt, per Archi Capellanum autem ſupremus Cancellariæ & Chartophylacij Præfectus, qui nunc appellatur* Cancellarius *vel* Archi-Cancellarius. *Sic ergo & Eginhardus primo quidem fuit Imp. Caroli Magni Capellanus, hoc eſt, Scriba & Secretarius, tandem autem evaſit ejusdem Archi-Capellanus ſive Cancellarius; uti erudite ſimul ac ſolide demonſtrat* Henricus Spelmannus, *Eques Anglo-Britannus in Gloſſario ſuo Archæologico, ubi de ſignificatione vocabulorum* Cancellarius, Capella & Capellanus *agitur.*

(c) Sand. in Not. ad Voſſ. p. 44.

*Petrus de Marca Archi-Epiſcopus Pariſ. Hiſtoria Bearnii Tom. I. lib. 2. c. 6. & 7. lib. 3. cap. 2. Sect. 6. & lib. 8. cap. 1. Sect. 6. paſſim annales ſub nomine* Eginardi *allegat, quos à Pithœo editos Andr. du Cheſne* Eginhardo *vindicavit. Late hic* Sandius *p. 44. & 45.*

Idem in Not. ad Voſſ. p. 364. *Annales Francicos editos à Pithœo quos Andr.* DuCheſnius *V. C.* Eginhardo *vindicavit, à Petro de Marca allegari dixi ad Voſſ. pag. 301.*

(d) Petri Lambecii Comment. de Bibl. Cæſ. Lib. II. p. 400.

*Vigeſimus primus Codex, ad Vitam & res geſtas Imp. Caroli Magni pertinens, de quo alias prolixius acturus ſum, eſt membranaceus in quarto, & inter MStos Codices Hiſtoricos Latinos trecenteſimus tertius. Continet is inter alia eandem illam ſupra jam ſæpius memoratam Imp. Caroli Magni vitam ab Eginhardo conſcriptam, cujus Principium : Gens (1) Meroingorum, de qua Franci Reges ſibi creare ſoliti erant, &c. finis autem : adimplere curavit. Titulus ſive Inſcriptio, quæ olim majuſculis literis rubricatis fuit exarata, cujus neſcio manu & quamob cauſam de induſtria eraſa eſt. Præfatio etiam Eginhardi, cujus Principium, Vitam & Converſationem &c. ibidem deeſt, uti & tria illa (2) diſticha, quæ nonnullis Codicibus iſti Vitæ ſubjuncta eſſe ſupra monui. Eorum autem loco ſine ullo peculiari titulo ſive inſcriptione ſequuntur ibi iidem illi Annales Regum Francorum Pipini, Caroli Magni & Ludovici Pii ab anno DCCXLI. incluſive usq; ad annum DCCCXXIII. quorũ ſupra Segmento hujus capitis XIX p. 327. 328. ubi de Codice MStos inter Hiſtoricos Latinos centeſimo quadrageſimo ſeptimo egi, jam facta eſt mentio. Principium eorum hoc eſt. Hoc anno Karlus Major-domus diem obiit, tres filios hæredes relinquens &c; finis autem : nec non & ipſum Sacroſanctum Dominicæ Nativitatis diem cum magna lætitia & exultatione celebravit. Quando quidem autem ſupra indicavi, Annales iſtos a juſto Reubero in Syntagmate veterum Scriptorum rerum Germanicarum, Francofurti typis Andreæ Wecheli A. 1584. impreſſo in fol. jam pridem eſſe editos, cum hac Inſcriptione ſive Titulo : Annales Regum Francorum Pipini, Caroli Magni & Ludovici, à quodam ejus ætatis Aſtronomo, Ludovici Regis domeſtico, conſcripti; facere non poſſum, quin in præſens addam, incidiſſe me poſtea in antiquiſſimam & omnium primam eorundem Annalium editionem, quæ una cum Imp. Caroli Magni ab* Eginhardo *conſcripta Vita in lucem prodiit ao. 1521. Coloniæ* Agrippinæ *in 4to, typis quidem* Joannis Soteri, *ſtudio autem & cura* Hermanni à Nuenare, *Sacri imperii Romano-Germanici Comitis, qui eam Imp. Carolo V. eleganti quadam & lectu digniſſima Præfatione dedicavit, addita inſuper erudita Diſſertatiuncula de* Origine, ſedibus & lingua Priſcorum Francorum. *In hac igitur ſupra memoratorum Annalium prima & vetuſtiſſima editione impreſſa titulus eorum ſive inſcriptio ſe habet hoc modo :* Annales Regum Francorum, Pipini, Caroli, Ludovici ab anno poſt Chriſtum natum DCCXLI. usque ad DCCCXXVIII, collecti per quendam Benedictinæ Religionis monachum, qui ipſas res geſtas diligenter accurateque ſcriptis commendavit. At illius nomen quia hactenus nobis exploratum non fuit Lectorem ad Hiſtoriæ veritatem remittendum duximus, quæ authori vel incognito fidem facile impetrabit.

*Hucusque Inſcriptio illa, quæ ab Illuſtriſſimo Comite* Nuenario *Annalibus iſtis præfixa eſt. Ego autem pro certo habeo, verum eorum* Annalium *autorem eundem illum eſſe* Eginhardum, *qui Imp. Caroli Magni vitam, in eodem Codice MSto ſine Interpoſitione novi tituli proxime præcedentem, compoſuit. Inclaruit enim is poſtremis Imp. Caroli Magni temporibus, &, licet ſub filio ipſius Imp. Ludovico Pio multo etiam magis floruerit, ſua tamen*

ſponte

*ſponte aulicam Vitam deſeruit, evaſitq; monachus Benedictinus atq; primus* Abbas *Cœnobii* Seligenſtadenſis *ſive* Salingenſtadenſis, *quod in Franconia tribus à Francofurto ad Mœnum milliaribus ſitum eſt. Minime etiam dubium mihi eſt, quin per Hiſtoriam illam, quam* Joannes Trithemius *in libro quidem de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de Eginhardo agit, ſimpliciter vocat* Hiſtoriam temporum, *in Catalogo autem Illuſtrium Virorum Germaniæ appellat Hiſtoriam temporum de geſtis Germanorum & Francorum, & quam utroque citato loco ab Eginhardo compoſitam fuiſſe teſtatur, nihil aliud intelligendum ſit, quam* Annales *illi rerum geſtarum Pippini, Caroli Magni & Ludovici Pii ab anno* Chriſti DCCXLI. *uſq; ad annum* DCCCXXVIII. *pertingentes, de quibus inpræſens agitur.*

(898.) EGISTE. *François* DE LA MOTTE LE VAYER. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 547.

(899) *Johannes Baptiſta* EGNATIUS. Editam ab illo *Commentationem in Svetonium* teſtatur *Ghilini* in Theatro d' Huomini Letterati. pag. 197. Eandem hanc eſſe cum ACHILLIS STATII commentatione *in Svetonii librum de Illuſtribus Grammaticis* atque Rhetoribus, ex titulo ejusdem libelli Svetoniani, cum Statiana Exegeſi, editi Lugdun. Gallor. & Pariſ. 1567. in 8vo. recuſi, aſſerit *Symbola Flensburgo-Mölleriana.*

(900.) EGNATIUS *Baptiſta: Joannes de* CIPELLIS. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 549.

(901.) Wahremundus ab EHRENBERG, quod ſit *Eberhardus* à WEIHE, cujus ſub nomine vero ſcripta doctiſſima extant, jam ſupra ad nomen *de Bona Caſa* dictum habemus. Itaque reſtat ut enumeremus ſub hoc etiam nomine quæ prodierunt. Ea ſunt

I. *Meditamenta pro fœderibus ex prudentum monumentis diſcurſim congeſta*: Hanov. 1601. 8. item

II. *Meditamenta pro fœderibus, & Definitio fœderis nove reperta, ejusque variæ formulæ ex aliis* libris II. Fr. 1609. 8.

III. *Veriſimilia Theologica, Juridica, ac Politica, de Regni ſubſidiis, ac oneribus ſubditorum, lib. 1. Samuel. c. 8. traditis, per Philippum Melanchtonem propoſita, repetita ac defenſa diſcurſim contra* Bartolum, Bodinum, Roſſæum, (fictum de quo *infra*) Brutum (de quo *ſupra*) Zepperum, & alios, Fr. 1606. 8. Laudatur ſub hoc nomine auctor, ab *Andrea Knichen* in Epopſi Dauthinæ hypotypoſ. num. 476.

Adde *Pellerum* ad Politicum ſceleratum p. 2. *Rümelin* ad A. B. Part. I. Diſſert. III. §. I. pr. p. 34. & P. II. Diſſert. II. §. 3. p. 285. *Becman.* Diſſert. Polit. I. num. 5. *König.* Bibliothecæ Vet. & Nov. pag. 269.

(902.) Ehrenhold/ ein Prieſter in Gambrivia, cujus nomine prodiit, *Corinna*, die Ehrbahre und ſcheinheilige Hure / beſchrieben und andern zur Warnung fürgeſtellt. Ninive 1660. in 12. & eodem anno, ead. forma, cum additamentis Lipſiæ recuſa, eſt p. m. *Joh. Balthaſar* SCHUPPIUS Dr. SS. Theol. & Paſtor ad D. Jacobi, recuſa etiam in operibus ejusdem in 8vo pag. 461. & ſeqq.

(903.) *Joh. Damian.* EHRENOLTS von Nachlitz aus Meiſſen. Reiflich betrachtete / und Chriſtlich verachtete Eitelkeit des nichtigen und flüchtigen Weltweſens ꝛc. Altenburg 1676. 8. eſt M. *Jac. Daniel* ERNST Paſtor Crieb. welcher die Hiſtoriſche Confect-Schul herausgegeben. Altenburg 1677. *Symbola* eſt *Thürmanniana.*

EHRENREICH v. von Rauff-Leben.

EITEL Friederich v. ab Heerden.

ELÆUS v. *Theodorus.*

(904.) ELCHING où *Elchingenſis Joannes: Henry* WAGNERECK. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 650.

(905.) ELEUTHERIUS *Byzenus.* Ejus nomine extat *Triumphus Capnionis*, carmine deſcriptus à *Friſio* in Biblioth. Gesner. p. 365. a. HUTTENO adſcriptus. Adde p. 212. quod pluribus *aſſerunt Acta Erudit. Lipſienſ.* 1688. p. 20. 21. (a)

(a) Acta Eruditorum Lipſ. Ao. 1688. pag. 20. & 21.

*Carmen* Eleutherii Byzeni, *quod* Triumphus Capnionis *inſcribitur, integrum extat p.* 480. *& ſeqq. (Annotationum Joh.* Henr. Maji *ad Vitam, ab ipſo deſcriptam, Joh. Reuchlini.) Hutteni enim, cujus mentionem fecit Camerarius in Vita Melanchthonis, nondum reperiiſſe ſe ait. Sed Eleutherium illum non alium eſſe quam* Huttenum, *& ſtyli conformitas oſtendit, & notavit olim Conradus* Geſnerus *in Bibliotheca. Nec aliud colligi poſſe ex Hutteni Epiſtola ad Eraſmum, hujusq; ad illum reſponſo Lib. VI. Epiſt.* Eraſm. *ep.* 13. *&* 14. *Luculentiſſime vero id teſtatur* Eraſmus *in Expoſtulatione ſua cum Hutteno, quam ſpongiam inſcripſit. Refert enim, carmen illud ab auctore Hutteno ſecum communicatum, ſuoq; Conſilio, ad leniendam invidiam editionem biennio dilatam fuiſſe. Quapropter in nupero de Lutheraniſmo libro, Illuſtris Dn.* Seckendorfius, *in additionibus p.* 124. *non dubitavit carmen illud Hutteno tribuere.*

(906.) *Dorothei* ELEUTHERI *Meletephili* nomine Georg. Phil. HARSDORFFERUS edidit hohe Schuhl Geiſt und Sinnreicher Gedancken. v. *Scriverii* præfat. Gottholts zufällige Andachten. edit. 8. 1674. v. Dorotheus.

(906. *a*) ELEUTHERIUS, *Papa*, de unica epiſtola ei afficta a peccatore MERCATORE, ſeu PSEUDO-ISIDORO, præter alios Criticos ſcriptorum Eccleſiaſtic. *Bell. Baron. Cocum.*

*Rive-*

*Rivetum*, *du Pin*, Nat. Alexand. *Gerh.* &c. vid. Clariſſ. *Blondellum* in Pſeudo-Iſidoro & Turriano Vapulant. ad has & alias ſpurias Primorum Epiſcoporum Romanorum Epiſtolas decretal. & *Gerhard von Maſtricht* in Hiſtor. Juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu a pag. 232. usque ad pag. 268.

(907.) PHILALETHEI. *Eleutherei*, Athenienſis, nomine famoſum libellum in duos honeſtos viros Ao. 1648. menſe Februario vulgaſſe *Hadrianum* HEEREBORDIUM, refert affinis illius in Antwoord op dee Verdeedinge van Adrian Heerebord pag. 12. Hæc *Symbola Normanniana.*

(908) ELIÆ Send-Schreiben nach ſeiner Himmelfahrt / id eſt, ut ipſe libri titulus indicat Conſenſus D. *Johannis Conradi* DANHAUERI, in Piis deſideriis, ex ipſius ſcriptis collectus ab Auctore Anonymo I.C.C.D. Francof. ad Mœnum 1677. in 12mo. De Scripto hoc videri poteſt *Speneri* Erzehlung vom Pietiſmo, occaſione Hiſtoriæ *Crœſi* Quackerainæ p. 51. 52. præter illa, quæ jam olim nos de illo in *anonymis* etiam egimus.

(909) ELIAS LEVITA. Ei tribuitur a *Buxtorfio* liber Compoſitionis: *Sepher Habarcava*; in quo voces compoſitæ, ex diverſis Anomaliis, vocibus aut Conjugationibus explicantur. Venet. 1546. 8. Vide *Friſ.* Bibliot. Geſn. p. 212. & Thom. *Hyde* in Catal. Biblioth. Bodlej. p. 225. At *Plantavitius* ait, quod in Catalogo Veneto & Pragenſi tribuatur R. ABRAHAM BEN-ESRÆ. Uti *Cave* in Epiſtola, quam ad me Islington. prope Londinum 8. id. Decemb. 1676. ſcripſit, indicat.

ELIAS v. *Mitzrachi.*

-- -- *Pandochæus.*

---- *Prætorius.*

---- *Sionis.*

ELIESER v. *Philalethes.*

ELIEZER v. *du Calvaire.*

ELIGIUS v. *Eucharius.*

ELIMACHIM v. *Michael.*

(910) Abrahami ELINTI *nomine Anno* 1622. *editus liber*, Avertiſſement à l'Aſſemblée de la Rochelle, *auctorem habet celebrem illum in Germania primum, poſt in Gallia Reformatorum initio, ac tandem Remonſtrantium Theologum* Danielem *TILENUM, ut ex Tom. VII. du Mercure François p. 223. refert auctor* de la Cabale Chimerique (*quem* Bælium *credi ſupra p.* 107. *fin. dixi*) *pag.* 120. *Et ſane* Tilenus *ἀναγραμματισθεὶς eſt* Elintus. Symbola *eſt* Diecmanniana.

(910. α) ELI PHILUS, qui *Caroli Magni nomine publicavit libros* 4. *de imaginibus*, quod ſit DILLIUS, Meldorum Epiſcopus, docemur a *Geſnero* p. m. 114. Bibliothecæ Simler. edit. *Zeilero* Hiſtor. part. 2. p. 4. *Voſſius* vero nominis etiam rationem addit, de Hiſtor. Lat. l. 2. c. 30. p. 290. (a) Adde *Miræum* Biblioth. Eccleſ. part. I. pag. 144. *Cave* Hiſtor. literar. Script. Eccleſiaſt. p. 347 a. Gerhard von *Maſtricht.* Hiſtor. J. Eccleſiaſt. §. 207. p. 223. ejusque Diſſ. de Herminſula Saxon. prope finem. *Colomeſ.* Melanges Hiſtoriques p. 51. quomodo ex hoc Eli phili nomine, incuria Amanuenſium, factus ELIAS PHILYRA vide apud *Bailletum* deguiſemens des Auteurs pag. 470. (b)

(a) Gerhardi Johannis Voſſii de Hiſtor. Latin. lib. II. pag. 290.
*Sed tamen editi ſub nomine Caroli M. prælo eos primus divulgavit* Eli philus: *hoc eſt*, Joannes Tilius, *Meldorum epiſcopus: qui cur nomen* Eli phili *aſſumſerit, pauci ſciunt. Nempe per priorem compoſiti hujus partem occulte ſignificabat, ſe quaſi ſpiritu* Eliæ, *imaginum cultum, hoc* Karoli, *ſeu* Alcuini *opere, oppugnatum ire velle:* Phili *autem ad Eli adjecit, quia vocaretur ipſe Tilius: nempe à* tilia, *quæ Græce* Philyra *nominatur.*

(b) Baillet degviſemens des Auteurs p. 470.
*La choſe eſt arrivée à un ſcavant Prelat du ſiecle paſſé, qui n'étoit deja point mal deguiſé ſous le nom d'* Elias Philyra. *Cet Auteur n'avoit marqué les deux mots de ce nom ſuppoſé qu' en ecrivant* Eli. Phily. *par abbreviation; mais l' union de ces deux morceaux a formé le nom d'* Eliphylus, *qui peut paſſer pour un maſque renforcé d' un autre maſque de* I. du Tillet.

(911) ELISABAT *Griego* où *Grec*: *Garſia Ordognez* de MONTALVO. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 550. Citat Garſiæ nomine, & ex propria ejus penu, Nicolaus *Antonii* in Bibliotheca Hiſpanica p. 395. a. Las Ergas de Eſplandian, additque: opera intelligo hujus fabuloſi Herois, quæ tamen transſcripſiſſe fingit ſe ex Græco libro *Magiſtri Eliſabat.* Sic de tempore luditur. Prodiit liber Compluti ex Officina hæredum Joannis Garay 1588. in folio.

(911. α) ELLINGERUS. An ejus an *Laurenz.* SPANI, ſit fragmentum aphor. Hippocratis Metricum dubitat *Daumius* in Epiſt. ad Reineſ. 69. p. 181. fin. vid. elogia Spani. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(912) Huldreich ELLOPOSCLERUS. Auctor des Grand-goſchiers / qui Rabelaiſii Pantagrueli Germanicum ſtilum & phraſes accommodavit, eſt *Joannes* Fiſchhart nomen ſuum *Johannis* Germanica voce Huldreich: Germanicum Fiſchhart / Græca expreſſit: ἔλλοψ piſcem ſignificat. Σκληρὸς durum. Inde Fiſchhart.

Hucusque *Symbola Rauſchiana. Menzerum* quoque alias dictum fuiſſe *Fiſchartum* memorat *Symbola Daumiana*, de quo ſuo loco, & infinitorum Scriptorum Auctorem appellat, ex quibus

ii mul-

m ulta ſe poſſidere addit Cl. *Daumius*, quæ tamen morte ejus mihi interciderunt alias communicanda.

(913) ELLUCHASEM ELIMITHAR Medici *de Baldach*, filii Hadadum, filii Ducellani, Tacuini ſ. *Tabulæ ſanitatis tuendæ juxta* ordinem ſex *rerum naturalium cum Correctionibus & facultatibus earum* deſcriptæ, Argentinæ apud Joan. Scotum 1531. citantur a *Friſio* in Bibliotheca Geſneriana p.213. cui addit *Ravius*: Alihaſan Ilbeithar, indicante *Symbola Normanniana*.

(914) *Ludovicus* ELPIDIUS, edidit

(I.) *Apologiam contra Duysburgenſes Reformatos pro Petro Bruxelio* &c. Coloniæ typis Wilhelmi Freieſſem 1668. 4.

(II.) *Antiloquium* ſuper quæſtione: *Cur non vis fieri Catholicus*, ſicut Majores fuerunt? Pars I. prodiit Hannoveræ in Typographia Aulica 1669. in 4to. Verum Auctoris nomen eſt *Gaſpar* ſeu *Caſparus* SEVENSTERN, Belga Groninganus, S. J ut indicat *Sotvell.* Biblioth. Script. Societ. Jeſ. p. 282. b.

(915) *Jonas* ELVERFELD. Ejus *Annales Cimbricæ Cherſoneſi*, *carmine* conſcripti facile confunduntur cum illis quos proſa oratione exſecutus eſt Illuſtris *Henricus* RANZOVIUS, Pro Rex Cimbricus, ita ut hunc ſub ſub Elverfeldii larva latere aperte pronunciet Joa. *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis pag. 230. qui propterea corrigitur à Joanne *Mollero* Flensb. in Iſagoge ad Hiſt. Cherſoneſi Cimbricæ part. I. p. 4. (a)

(a) Mollerus Flensb. in Iſagoge ad Hiſt. Cherſoneſi Cimbricæ part. I. pag. 4.

*IV. Qui* Adamum *Sec. ſuperiore ſunt ſecuti, illo fuere prolixiores, Hiſtoriæ Chorographicæ Civilem miſcuerunt. Anno. 1592. Hamburgi prodiere Tres de Holſatia, ejusque Statu atque Ordinibus, Claſſes, quarum Prima de Provinciis, IIda de Familiis, Regiæ, Ducali & Equeſtribus, IIIia de Urbibus Utriusque Ducatus Epigrammata* Jonæ Elverfeldii, *ac prolixiorem* Henr. Ranzovii, *Pro Regis Cimbrici*, *Narrationem Proſaicam complectitur. Fallitur* Joh. Deckherrus, *qui totam hanc Syllogen* Ranzovio *tribuit*, *Nomen* Elverfeldii (*quem Equ. Holſatum vocari falſo tradit*) *fictitium eſſe, ac ſub illo Virum, quem diximus, Illuſtrem latere, audacter pronunciat. Licet enim ipſe de Elverfeldio nihil inaudiverit, nobis tamen ex aliis ejus Carminibus, venuſtis ac numeroſis, conſtat illum ſub finem Seculi XVI. floruiſſe, & judicii in Præfectura Tunderenſi Carhardenſis Scribam* Anno. *1598. fuiſſe publicum. Errat etiam Mart.* Zeilerus, *qui in ſua de Hiſtoricis Rhapſodia ex unico hoc Libello, ſibi non viſo, duos fabricatur*, Deſignationem *ſcilicet* Nobilitatis Holſaticæ, & *Lib.* de Urbibus Holſatiæ.

(916) Theophilus ELLYCHNIUS vel ELYCHNIUS. Hujus

Theophili ELYCHNII nomine, quod prodierint opuſcula ſequentia.

I. Der Mönchen Affenſpiel.

II. Von den Janitzaren des Pabſtes/ quo nomine Jeſuitæ indicantur.

III. Bedencken welcher maſſen ein Stand ſeine Gefälle und Einkommen verbeſſern möge / refert Geisler. dec. 5. n. 1. additque in Exemplari quodam Cl. V. *Jacobi Thomaſii* nomen huic fictitio, *Georgii* OBRECHT. JCti ſubſcriptum fuiſſe, cujus rei nullum apud *Melchiorem Adami* in vita ejus extare veſtigium, eo minus miror, quoniam ex ſola parentatione illius ea collecta eſt, ubi fortaſſe nondum innotuit, aut expediit publice innoteſcere, eum eſſe horum ſcriptorum auctorem, ex quibus poſterius Argent. 1623. in 8. recuſum vidiſſe memini, prætereaque *Geislero* non enumerata bina ſcripta ſequentia.

IV. *Leberis Jeſuitica*, Das iſt / Jeſuitiſcher Schlangenbalg / darinn gewieſen wird / in welchen Stücken die Jeſuiten den alten Bettel- Mönchen / Predigern und Barfüſſern gleich / und alſo kein neuer Orden ſey / ſondern nur wie eine Schlang / einen neuen Balg angeſtreifft / und die alte Haut von ſich geleget haben. Durch M. Theophilum Elychnium, Francofurt. 1611. in. 4.

*V. Montes pietatis Romanenſis*, Das iſt / die Berge der Frömmigkeit / oder Gottesfurcht in der Stadt Rom. Darinnen ein beſonderes Mittel Geld in Eil zur Nothdurfft auffzubringen / deren ſich die Päbſte zu Rom gebrauchen / beſchrieben wird. Durch Elychnium Gottlieb / Strasburg 1608. in 8.

Sed hunc ultimum Tractatum una cum *Primo & Secundo*, *Theophilo* DACHTLERO, Senatus Minoris Argentinenſis Actuario & Referenti, reſtituit *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 336. *Tertium* autem OBRECHTO nobiſcum vindicat p. 335. 336. vide etiam Bailleti Degviſemens des Auteurs p. 330. 550. uterque & Deckher. & Baillet. *Ellychnium* ſcribere mavult quam Elychnium.

(916. *a*) ELZEVIRIORUM nomine *Novo Mundo de Laet* præfixa *Epiſtola præliminaris ad* Cardinalem *Richelium* & alia ad Præſidem *Olivierii* PATRII celeberrimi Advocati in Parlamento Pariſino eſſe docetur à *Peliſſonio* Hiſtoriæ ſuæ anonymæ Gallicæ de Academia Pariſina pag. 354. & 355.

(917) EMAN, auctor *Pſalmi* 88. DAVIDIS quomodo credatur minus bene, vide apud auctores citatos *ſupra* in *Aggæo*. Quibus hic addit *Diecmanni Nota Marginalis*, ſequentia: *Hemanis* nomen unus tantum Pſalmus præfert: nimirum 88, quem Davidis contemporaneo attribuendum eſſe, nuper contra *Lightfootum* diſputavimus. Fuit certe *Heman* videns Regis 1 *Chron.* 25. 5. Hæc *Witſius* Miſcell. ſacr. lib. 1, cap. 18, p. 213. *Cocus* contra Lightfootum, quem reſpicit, extat ib. C. 16. p. 171. 172. Adde *Salvan Til.* Digt-Sang- en Speel-Konſt, ſoo der Ouden, als byſonder der Hebreen p. 200. 201. 214. ſeqq.

(918) *Pierro* EMANUELI: Eo nomine prodierunt duo tractatus citati à la *Viſiem Alzata* Heca-

Hecatoſtes num. XXX. p. 44. quorum Auctor ibidem declaratur eſſe *Daniele* SPINOLA, Nobile Genoueſe, Academico Fucinante. (a)

(a) Villani la Viſiera Alzata Hecatoſt. n. XXX. p. 44.

XXX. DANIELE SPINOLA *Nobile Genoueſe Accademico Fucinante.*

*Il* Crivello di Landino Alpeſes Accademico Adormentato Raueſo, e della Fucina *nel quale ſi vagliano alcune coſe contenute nella Lettera in difeſa d' un Problema Geometrico riſoluto da* Donno Piero Emanueli *in Macerata, appreſſo Pietro Salvi M DC XLVII.* 4.

*La* Bietolota, *dell'* Atizzato *Accademico* Addormentato Raueſo, *e della* Fucina *intorno alla* Riſpoſta alli Queſiti di Benedetto Maghetti, *fatta da Donno Pietro Emmanuele. In Macerata come ſopra* 4.

*Veggaſi il* Soprani *pag. 79. de gli* Scrittori Genoueſi.

ERNESTUS v. *Pacianus.*

(919) EMIGLIANI, où EMILIANI, *Pomponio*: N. MINIANI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 550. De eo jam olim ita ad *Rhodiana* Anno. XI. *Pomponio* CIMIGLIANI Nomen ſuppoſititium.

XI. Scav. 41.

*Nobilis Veneti.* Addit Scavenius n. 41. „*qui ab inquiſitoribus in carcerem conjectus, quod nimia libertate bellum Foro Julienſe ſcripſerat: eſt ex familia* MINIANI. Nota vero apud Scavenium „eſſe EMIGLIANI, ubi CIMIGLIANI legitur „in Mſſto Rhodiano. *Henr. Ernſtius*, Obſervat. „Variar. lib. 2. cap. 36. hæc habet. *Exſtat liber Italice ſcriptus ſine nomine* Pomponii Emigliani: *de „vero auctoris nomine non mihi conſtat, niſi quod nobilis Venetus fuerit ab Inquiſitoribus Status quos vocant, in carcerem conjectus, è quo tamen agnatorum precibus liberatus, ex Majanorum familia oriundus.*

EMISSENUS v. *Euſebius.*

(920) Stephan. EMONERII nomine, ſcripſiſſe *Theophilum* RAYNAUDUM, à nobis ſæpius citatum, aliquid, teſtatur *Alegambe* pag. 452. quidnam autem libri hoc ipſum ſit, non exprimit, pag. 432. ubi ſcripta ejus recenſet, niſi quod ſub alieno nomine, quod non addit, edidiſſe illum fert *Splendorem Veritatis moralis*, ſeu *de licito uſu æquivocationis pro* Leonardo Leſſio, *adverſus* Joannem Barneſium, Anglum, Lugd. 1627. in. 8.

Et hunc quidem librum ipſum ſub ficto Emonerii nomine prodiiſſe ex *Conſtantino Abbate Cajetano* docet *Symbola Rauſchiana*, (a) *Sotvel* autem, qui cœteroquin *Raynaudi* opera prolixe recenſet in Biblioth. Scriptor. ſociet. Jeſ. pag. 758. & 759. ne hujus quidem ſcripti, nedum perſonæ meminit, neque etiam *Witten.* in diar. Biograph. Anno. 1663. d. 31. Octobris. v. *Bayle* Diction: Hiſtor. & Crit. I. p. 485. & T. II. p. 920.

(a) Symbola Rauſchiana.

*Narrat hoc Conſtantinus Abbas Cajetanus Fr. de religioſa S. Ignatii Loyolæ per Patres Benedictinos inſtitutione l. I. C. 4. in fin. pag. 63. his verbis:* Theophilus Raynaudus Jeſuita in frontiſpicio libri „ſui, cui titulus Splendor veritatis moralis, veritatem læſit mortaliter, voluitque ſplendeſcere mendacio, dum falſo ſe & ementito nomine Simonem Emonerium Commiſſar. ordinis S. Franc. apud Salaſſios, pro Theoph. Raynaudo appellat, & S. Franciſci fune veritatem, dicam an Jeſuitam ſuffocat.

(921) EMPEDOCLES *Agrigentinus Philoſophus.* Ejus nomine inſcripta *Sphæra*, ſive libellus *de Sideribus octavi Orbis* DEMETRIO TRICLINIO adjudicatur a *Voſſio* de Poetis Græc. c. VI. p. 33. (a) adde *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 272. a. At *Friſius* in Biblioth. Geſneriana ſcripti hujus nec ſub Demetrii nec ſub Empedoclis nomine meminit. Dnus *Maſtrichtius* hic citat *Reineſ.* l. var. lect. c. 19. p. 72.

(a) Voſſius de Poetis Græcis cap. VI. p. 33.

*Etiam libellus exſtat* de ſideribus octavi orbis, *qui* Empedoclis Sphæra *inſcribitur. Elegantiſſime Senariis Latinis reddidit recenſuitq;* Q. Septimius *Flor. Chriſtianus, ac Sphæram veterem Græcam inſcripſit. Credat aliquis, eſſe particulam ex tribus libris, quos de rerum natura Empedocles ſcripſit: unde multa citant,* Ariſtoteles, Plutarchus, Athenæus, Sextus Pyrrhonius, *& è noſtris* Clemens. *Sed obſtat, quod ea fuerint heroico verſu ſcripta: hæc jambis conſtent. Quare veriſimilius eſt auctorem eſſe* Demetrium Triclinium, *cujus ſcholia habemus in Sophoclem. Vel auctor is, vel ſaltem* διορθωτής, *quod præmiſſa indicat* ὑπόϑεσις. *Aliqua etiam de Empedocle dixi in Olymp. LXXI. & alibi plura dicemus.*

EMPIRIASTE v. *Philalethe.*

(922) ENANTIOPHANES, quomodo creditum ſit nomen Interpretis proprium, cum revera coacervationem Legum apparenter pugnantium notet, cujus auctor PHOTIUS, qui *Nomocanonem* reliquit, eſſe poſſit, indicat *Cujacius* præfat. in lib. LX. Baſilicorum, quæ ipſa etiam Baſilici nomine, quaſi Interpretis, quibusdam imperitis citata, ibidem teſtatur.

(923) *Ulricus* ENCAUSTUS. Hoc ſibi nomen aſſumſiſſe *Joannem* BRENTIUM Theologum Würtembergenſem, cum ederet *Deſcriptionem* ſ. *Syntagmata eorum, quæ Tridenti à Theologis & legatis Würtembergenſibus Acta fuerunt*, ex Catalog. Hæreticorum *Vergerii* p. 35. docet *Symbola Sperlingiana.* Mutaſſe quidem ſibi nomen aliquando Brentium indicat *Melchior Adami* in vitis Theologor. p. 448. (a) Sed Ulricum ENGSTERUM non *Encauſtum* dicit: nec ullius ſub perſonato quodam nomine editi ſcripti meminit. adde *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 550.

(a) Adami in Vitis Theologor. pag. 448.
*Poſtea in loca tutiora, Baſileam nempe, ſe contulit, principe ſumtus ſuppeditante. Humaniſſime autem & perbenigne ibi, cum familia, eſt habitus. Sed ut calamitas nulla eſt ſola, cum uxor* Margareta *ibi, longa tabe conſumta, diem ſuum obiiſſet: & alia cum liberis ineunda ratio eſſet: in extrema ducatus* Wirtembergici *ora, & ſylva Hercynia, in arcem, ſupra oppidum* Horrenbergum, *cum liberis eſt translatus. Ibi mutato non nihil habitu præfectum ſe arci venditavit: & mutato nomine,* Hulderich Engſter *ſe appellavit: Hebræo æquivalens Germanicum excogitans, & cognomine vernaculo Græcum aptans ἐγκαυςής, deflexa leniter voce; ut Germanicum ſonaret.*

(924.) ENOCH, Ejus nomine quæ circumferuntur fragmenta, ſuppoſititia eſſe docet *Morhofius* Polyhiſt. liter. lib. I. c. VI. p. 46. (a) *Liber* autem *de Prophetia* quem ab Æthiopibus à *Peireskio* coëmtum, & deinde in *Mazarini Bibliothecam* translatum fama eſt, Judæo cui nomen ABBA-BAHAILA-*Michaëli* aſſerit *Ludolffi* Hiſtor. Æthiop. Lib. III. c. IV. num. 46. (b) & cum eo *Morhofius* Polyhiſt. Liter. lib. I. c. VI. p. 47. (c) uterque etiam Magicum eſſe potius judicat. Quanquam his ſcriptis Enochianis non deeſſe Patronos & æſtimatores expreſſe aſſerat *Morhofius* loc. cit. vide *Deckherrum* de ſcriptis Adeſpotis p. 23. 24. *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 273. 274. *Friſium* Biblioth. Geſner. p. 215. a.

(a) Morhofius Polyhiſt. Liter. Lib. I. c. VI. pag. 46.
*Quod ad* Enochi *librum attinet, varia ſunt incertaque omnia, quæ de eo memorant: nam quæ hodie ſuperſunt fragmenta, nemo facile genuina credet, de quibus legi poſſunt, quæ habentur apud* Bangium *in Cælo Orientis Exerc. I.* Cunæum *lib. 3. de Republ. Hebr. c. 1.* Druſium *in Henocho.* Dorſcheum *in diſſertatione de Prophetia Enochi.* Hackſpan. *Diſp. de Dæmonum Angelorumq; nominibus,* Maderum *de ſcriptis & Bibl. Antediluvian.* Schotanum *in Bibliotheca Hiſt. Sacræ de prim. mund. ætat. pag. 83. & ſeqq.* Heideggerum *in Hiſtoria Patriarcharum Exerc. 10. ubi νοθεία fragmenti quod Scaliger ad Euſebium perduxit undecim argumentis oſtenditur. Memorantur autem libri ab Enocho ſcripti diverſorum argumentorum. Eſt Propheticus, eſt & Phyſicus, quem apud Aethiopes in Regno Reginæ Sabæ extare Abyſſina lingua reſtatur* Genebrardus *Chronol. p. 14.* Guilielmus Poſtellus, *in libro de Originibus ſeu de Varia & potiſſimum Orbi Latino incognita aut inconſiderata Hiſtoria, in quo totius ſe Orientis myſteria proditurum minatur, ſuper Noachi & Henochi libris, ſed ipſi non inſpectis, ex interpret. Sacerdotis Æthiopis, novas & inauditas ſententias fundat. Non deſunt, qui mirabilem in illo ingenii vim per omnia diffuſam agnoſcant; nam* Florimundus Remondus *lib. 2. de Origine hæreſium c. 15. Virum maximum omnium vocat, quos ſeculum noſtrum produxit; multa quoq; in ejus laudes adducit* Joann. Steph. Menochius *in libro Italica Lingua ſcripto, cui titulus* Trattenimenti eruditi, *part. 3.*

(b) Ludolfi Hiſtor. Æthiop. lib. III. cap. IV. num. 46.

„Illud autem prorſus vanum eſt quod *Ægidius Lochienſis* Capucinus ampliſſimo viro *Peireskio* de *Prophetia Enochi* retulit, quaſi illa *Æthiopice* adhuc extaret, in libro Henochi dicto. Quo audito, inſignis ille vir nullis pepercit ſumptibus, donec illum Librum ſibi compararet; ſed improbi venditores falſo titulo illi impoſuerunt. Nam libellus poſtea in Bibliothecam Cardinalis Mazarini translatus fuit, illiusque exordium, medium atque finem ab amico exſcriptum accepimus, quæ nihil de Enocho, neque prædictionibus futurorum, ſed quendam *Abba-Bahaila-Michaëlem* autorem habebant, de myſteriis cœli, & terræ, & de S.S. Trinitate lucide diſſerentem, ut in commentario Lectori oſtendemus.“

Sed vix memoria dignus eſſet libellus quidem vaniſſimus pariter & ineptiſſimus, niſi toties in Europa reperiretur. Gregorius eum non aliter quam Precationem Magicam vocabat, & plane non receptum, ſed rejectum in Æthiopia eſſe aſſerebat. Tanta vecordia ſcriptus eſt, ut ſacratiſſimæ Virgini Mariæ orationes ad Filium ſuum Θεάνθρωπον affingantur, monſtrificis nominibus plenæ, quibus plus quam divinæ virtutes adſcribuntur.

(c) Morhofius Polyhiſt. lib. I. cap. VI. pag. 47.
*Vellem tamen, quicunq; demum ſit, a Viro clariſſimo in lucem protractum, ad quem forte reſpexerunt, qui Phyſicum ab* Enocho *librum ſcriptum crediderunt: Phyſicum enim de myſteriis Cæli & terræ argumentum videtur. Mireris ſane, qua fronte, qua fide* Boulduccus *Capuccinus lib. I. de ſtatu Eccleſiæ ante-Moſaicæ c. 14. pronunciare auſit:* „Noa ſcripta Enochi diligenter conſervabat, ac illa repoſuit in arca diluvii non minore ſollicitudine, quam Patris Adami & quorundam aliorum oſſa, ut qui ejus, quem Deus rapuerat, oſſa, quæ ſervarentur, habere non poſſit, ſcripta tanquam ſacratiſſimum pignus ac depoſitum ſibi & poſteritati cuſtodiret, quorum Lectione vel ſolo intuitu ad tanti autoris merita divina jugiter conſpectui præſentanda moveretur, quibus juſte irati Numinis in mortales miſericordiam facilius impetraret.“

(925.) ENOTUS *Everbardus: Martin* BECAN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 550.

(926) *Michael* EPHESIUS. Hunc eundem eſſe cum *Michaële* PSELLO Peripatetico, etiam *Johanne Pſello* dicto conjicit *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 608. b. Michaëlem Pſellum Epheſium hunc vocat *Ravius* in notis ad Geſnerum MStis indicante *Symbola Normanniana*. Sub Epheſii nomine citat Commentarium in 4 libros Ariſtotelis de partibus Animalium *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 538. b. Pſelli autem nomine editum libellum de Operationibus Dæmonum, Epheſio tribui à Poſſevino notat *Olearius* Abac. Patrol. pag. 316.

(927.)

(927.) EPHRÆM, vel EPHREM *Syrus*, & *Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconus*. Ei

(I) *Sermones* aliquot ſuppoſitos ab AMBROSIO, Camaldulenſi Monacho, & ſub ejus nomine è Græco in Latinum converſos edidos docet *Rivetus* Critic. Sacri lib. III. cap. XXI. pag. 336. (a).

(II) *Teſtamentum* quoque ejus nomine vulgo venditatum ei ſuppoſitum multis rationibus ibidem evincit. Adde *König*. Bibliothec. Vet. & Nov. pag. 275. a. *Olear*. Abac. Patrolog. pag. 149. *Quenſted*. de Patriis virorum Illuſtr. pag. 607. *Coci* Cenſuram Quorund. Scriptor. Veter. p. 240. (b.) Scripta ejus longa ſerie recenſet *Friſius* in Bibl. Geſner. p. 215. b.

(a) Rivetus Critici Sacri. Lib III. cap. XXI. p. 336.

Ambroſius Camaldulenſis *Monachus*. *Sermones ſub ejus nomine non paucos è Græco in Latinum converſos emiſit, qui anno 1547. Coloniæ ex Noveſiana officina prodierunt in Octavo: ſed poſtea juſſu Gregorii XIII. P. P.* Gerardus Voſſius *Tungrenſis præpoſitus, undiq; conquiſitas* Ephræmi *lucubrationes Græce extantes in variis Bibliothecis latinitate & luce donavit, & ſcholiis illuſtravit, quas primo* Romæ, *deinde* Coloniæ *anno 1603. editas tribus tomis pro genuinis Ephræmi operibus obtruſit*.

(b) Cocus Cenſuræ Quorundam Scriptorum Vet. p. 240.

*Author hujus Teſtamenti decreverat loqui in perſona* Ephræm: *ſic enim incipit*, Ego Ephræm morior, notum igitur vobis ſit omnibus ô viri Edesſeni, Teſtamentum enim vobis relinquo, &c. *At circa medium, oblitus ſui, verba facit in perſona alterius, inquiens*: Quum adhuc ea ipſa loqueretur, vir ex aſtantibus: *quemadmodum videre licet in* Surio, *apud quem habetur hoc Teſtamentum ex translatione* Julii Clementis. *Et licet in translatione hujus Teſtamenti Romæ per* Gerardum Voſſium *aliter legatur, nimirum*: Me adhuc ea loquente, &c. *tamen in fine hujus Teſtamenti Romæ editi per Voſſium ſimilis error commiſſus eſt. Ibi enim iterum induit tertiam perſonam, dicens*: Dum hæc cum Lacrymis præcipiret ac mandaret beatus vir, &c. *Quod usq; adeo abſurdum viſum eſt ipſi Voſſio, ut aliud non haberet quod diceret, præter puerile illud*, Corrumpitur textus. Sequentia non ab Ephræm in ſuo Teſtamento relata, ſed à diſcipulis poſt ipſius obitum verbis Teſtamenti attexta ſunt, *inquit* Voſſius *in Annot. marginalibus*.

---

(928.) EPICTETI nomine, quod circumfertur *Enchiridion* omni laude dignum, ARRIANI ejusdem eſſe, cujus libros ὁμηλιῶν Epicteti 4. ex 12. ſolos ſuperſtites habemus, *Simplicius* (a) in Procemio commentariorum in illud ſuorum teſtatur, vide præfationem etiam editionis Epicteti & Arriani Cantabrigienſis 1655. in 8vo.

Et ex ore quidem *Epicteti* ab *Arriano* conſcriptum fuiſſe apud omnes Eruditos eſſe in aprico perſvadet *Olearius* Exercitatione ad *Allatii* de Scriptis *Socratis* dialogum habita Lipſ. 1696. §. II. Compoſitum autem hoc Enchiridion ab *Arriano* ex prolixioribus *Epicteti* Diſſertationibus judicat Lucas *Holſtenius* de vita & ſcriptis Porphyrii Philoſophi p. 53. ubi hoc enchiridio καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα vitæ præcepta contineri addit. Encomium libri hujus faciunt *Gaddius* de Scriptoribus Tom. I. p. 167. (b) *Holſtenius* in Vita Porphyrii 53. & *Salmas*. ad Simpl: indicantibus *Marginalibus Normannianis*. Et præter eos *Lipſius* Manuduct. ad Stoic. Philoſoph. Lib. I. c. XIX. *Magirus* in Eponymologico Critico. Gellius Noct. Attic. lib. XV. cap. XI. *Spizelius* de Vitiis Literatorum Comm. 2. p. 206. Et ipſa toties in varias linguas repetita verſio laudes libri ſatis loquitur, quas magno numero recenſet *Lipenius* Biblioth. Philoſ. p. 244. Quibus addi poterunt

(I) Editiones Gallicæ, Gvil. du Vair 1604. Lugduni. At Anonymi Pariſ. 1667.

(II) Belgica Amſtelod. 1644. in 12mo.

(III) Germanicæ, Joachimi *Gerdes* Stockholm. 1649. & quæ longe curioſior eſt Cl. Weiſii ſub ficto CATHARINI CIVILIS nomine Lipſ. 1679. in 12mo inſerta Scripto cui titulus: Die drey klügſten Leute der gantzen Welt v. ſupra n. 584. Diſtinctum autem eſt hoc Enchiridion capitibus LXXIX. complectens in edit. Lugdunenſi Græco-Latina cum Commentariis Sulpicii ex verſione Wolffiana 1640. in 4to. paginas 332. ſubjectusque index 6. foliorum. Impreſſæ ſimul Notæ *Salmaſii* in Epictetum & Simplicium paginis 329. cum prolixo indice. Tabula item *Cebetis* Græce Arabice & latine cum paraphraſi Arabica Auctore Johanne *Elichmanno* p. 88. cum præfatione Salmaſii. Cœteroqui adde ſuperioribus *Menagii* Obſervat. ad Laert. p. 344 & *Du Pin* (c) Nouvell. Biblioth. T. 4 p. 27. b.

(a) Simplicius in proëmio Comm. ad Epiſtet.

Arrianus *vitam & obitum* Epicteti *prolixis libris eſt perſecutus. Unde cognoſci poteſt, qui vir ille fuerit. Idem Arrianus & hunc libellum, quod* Enchiridion *inſcribitur, compoſuit, delectis ex Epicteti diſputationibus Philoſophiæ locis maxime idoneis ac neceſſariis & animos vehementiſſime permoventibus: ut ipſe teſtatur in epiſtola ad* Masgalenum, *cui Opus ipſum dedicavit ut & amiciſſimo ſuo, & maximo Epicteti admiratori. Quæ ferme eadem & iisdem vocabulis ſparſim in Arriani ſcriptis de Epicteti Exercitationibus inveniuntur*.

(b) Jacobi Gaddii de Scriptoribus. &c. Tom. I. p. 167.

Epictetus *Stoicus, quem Hierapolis Phrygiæ urbs protulit, quem natura claudum, fortuna ſervum & Iro pauperiorem fecit, laudes meritus & aſſecutus eſt maximas minimo libello, qui inſcribitur* Enchiridion, *à* Politiano *latine verſum, cui addita fuit ejusdem* Defenſio ad Bartholom. Scalam. *Cui commentarii* Simplicii *Latine Ven. in fol. editi adduntur. Libellum Ep ſane aureum, vel gemmeum conferrem ego (ſi fas eſſet) cum longe pretioſiſſimo libello de* Imitatione Chriſti Thomæ à Kempis, *ſeu* Gerſonis, *cujus lectionem multos annos frequentavi, licet nil profecerim culpa mea, qui hunc auctorem appellarem* Epict. Chriſtianum, *Epictetum vero dicerem* Gerſonem Ethnicum, *vel* Stoicum.

(c) Du Pin Nouvell. Biblioth. Tom. 4. pag. 4. p. 27.

*Le Manuel* d'Epictete *qui ſuit dans cette edition de Rome, n'a rien de commun avec les Ouvrages de* Saint Nil. *Celui qui a donné cette édition, pretend que ce manuel a eſté tiré par Saint Nil des Ouvrages d' Epictete: mais il n'en apporte point de preuves, &* Simplicius *nous apprend que celui qui a fait ce Manuel, s'appelloit* Arrien.

(929) EPICURUS, Neoclis & Chæreſtrates filius, *Athenienſis.* Ei ſuppoſitas eſſe L'*Epiſtolas* ab acerrimo ejus Antagoniſta DIOTIMO Stoico laſcivas prorſus, & impudicas, ex ipſius ingenio ortas, ex *Diogene Laertio* lib. X. pag. 708. oſtendit *Cave* epiſtola Islington. ad me perſcripta. 8. id. Decemb. 1676. Agnoſcit hoc quoque *Gaſſendus* Eth lib. I. cap. 2. p. 685. ad Vitæ Apologiam nos remittens; in libris enim de Vita & Moribus ubi de Epiſtolis ejus agit p. 25. 26. nihil hujus meminit. Fictæ autem hæ ſunt Epiſtolæ tanquam ab Epicuro in Chryſippum ſcriptæ, cui ſuppoſitas *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 104. b. ait Diotimo quaſdam, quas easdem eſſe cum illis quæ Epicuri nomine ad Chryſippum efficta ſunt, conjicio. Cæterum hanc fraudem Diotimo Capitalem fuiſſe recenſet *Jonſius* de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. II. Cap. xv. pag. 195. (a) adde lib. I. c. xx. pag. 107. 108. & *Menagius* Obſervat. ad Diogen. Laertii lib. x. pag. 446. (b)

(a) Jonſius de Scriptoribus Hiſtoriæ Philoſophicæ lib. II. c. xv. p. 195. 196.

*Horum temporum æqualis erat* Diotimus Stoicus *Zenonis Epicurei omniumq; Epicureorum acerrimus inſectator, qui Epiſtolas, quibus Philoſophorum priſcorum vita perſtringeretur, nomine* Epicuri *fictas edidit & hac ratione Epicurum ejusq; diſcipulos contemtui atq; ludibrio expoſuit. Optimè verò factum à* Laërtio *l. X. qui veritatis amore fraudem detegit, & Epicuro neq; iſtas neque alias laſcivas epiſtolas, confictas quippe a Diotimo Stoico, eſſe tribuendas, aliterq; de Epicuro ſentiendum eſſe docet. Audit is male non ſuo merito aut culpa, ſed Stoicorum iniquitate, atq; invidia.*

Pag. 196. Diotimo *autem impoſtori male iſta fraus ceſſit, ita ut morte eam luere coactus fuerit. Etenim* Zeno *Epicureus ille, quem Epicureorum Coryphæum appellat Philo ap. Cic. l. 1. de Nat. Deor. quemq; Athenis cum Attico ſe audiviſſe indicat idem* Cicero *l. II. & V. de Fin. l. III. Tuſc. Quæſt. l. I. Acad. Quæſt. quem* Sidonium *nominat* Laërtius *l. VII. & X. Hic, inquam, Zeno non modo Stoicis convitia reddidit dum* Chryſippum Cheſippum (*non,* Ciſippum, *ut quidam Codices habent,*) *vocavit,* Apollodorumque Syllum (*forte* Ephillum Stoicum, *de quo infra vel potius interjecto diſtinctionis ſigno* Apollodorum, *Syllum*) *cæterosq; maledictis inſectatus eſt, teſte* Cicerone *l. 1. de Nat. Deorum, ſed Diotimum iſtum quoq; de falſis atq; ſpuriis Epiſtolis Epicuro ſuppoſitis accuſavit, remque eo deduxit, ut capitis damnaretur,* Athenæus *XIII, 9.*

Θεότιμ☉ (leg. Διότιμ☉) ὁ γράψας τὰ καὶ Ἐπικȣ́ρȣ βιβλία ὑπὸ Ζήνων☉ τȣ̃ Ἐπικȣρείȣ ἐξαιτηθεὶς ἀνῃρέθη, ὥς φησι Δημήτρι☉ ὁ Μάγνης ἐν τοῖς ὁμωνύμοις.

(b) Menagius Obſervat. ad Diogen. Laerti. lib. X. p. 446.

Διότιμ☉ ἢ ὁ Στωϊκὸς δυσμενῶς ἔχων πρὸς αὐτὸν πικρότατα αὐτὸν διαβέβληκεν Ἐπιστολὰς φέρων πεντήκοντα ἀσελγεῖς, ὡς Ἐπικȣ́ρου.

*Quo nomine accuſatus a Zenone Sidonio, capitis damnatus eſt, refert* Athenæus *XIII 9. ex Demetrio Magnete:* Διότιμ☉, (*ita legendum recte monent Viri docti, non* Θεότιμ☉, *ut vulgo legitur,*) ὁ γράψας τὰ καὶ Ἐπίκȣρον βιβλία ὑπὸ Ζήνων☉ τȣ̃ Ἐπικȣρείȣ ἐξαιτηθεὶς, ἀνῃρέθη, ὥς φησι Δημήτρι☉ ὁ Μάγνης ἐν τοῖς Ὁμωνύμοις. *Etiam crimine illo ἀσελγείας Epicurum* Tullius *liberat libro III. Tuſcul. Quæſt. Quid? Ergo tu Epicurum exiſtimas iſta turpia ſcilicet voluiſſe, aut libidinoſas ejus fuiſſe ſententias? Ego vero minimè. Video enim ab eo dici multa ſeverè; multa præclare.*

(930) EPIMELIO Theorofte. Prodiit eo nomine *Drama latinum* Contra Sigliani. Cujus verum Auctorem detegit *Michaelem Angelum* TORCIGLIANI, la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXXIIX. p. 78. (a) Le *glorie degli Incogniti* hujus dramatis quidem non meminere inter opera *Torcigliani* Genuenſis, indicant tamen, aliqua hujus Auctoris inter aliorum opera ſparſa conſpici p. 338 *Torcigliani* non ſine encomio meminit *Bibliotheca Aproſiana* p. 144. 151.

(a) Villani la Viſiera Alzata Hecatoſt. n. LXXIIX. p. 78.

LXXIIX. MICHEL ANGELO TORCIGLIANI. *Cittadino Lucchefe nel* Buratto *di* Carlo Galliſtoni *à pag. 122. e ſegu. Si portano alcuni verſi cavati dall'* Occhio Comico. *Drama Latino* d'Epimelio Theorofte *contro lo Sigliani. Sotto queſto nome va Maſcherato il* Torcigliani.

(931) EPIPHANIUS, Epiſcopus Conſtantienſis.

(I.) Ejus nomine extant *Orationes Octo* citatæ a *Caveo* Hiſtor. literar. Seriptor. Eccleſiaſticor. p. 131. qui eas autumat eſſe EPIPHANII cujusdam JUNIORIS. (a)

(II.) Tribuitur quoque ei vulgo liber II. *de Ponderibus & menſuris* vid. Cave. loc. cit. & Friſ. Biblioth. Geſner. p. 217. Quem tamen ei abjudicat *Latin. Latinius* Tom. II. Lucubration. p. 142. 144. indicante *Symbola Rauſchiana.*

(III.) Novem *ſermones cum libro de Myſterio numerorum* an EPIPHANIO JUNIORI alii recte tribuatur v. diſputantem du Pin verbis ſub (b) excerptis.

(a) Cave Hiſtor. Litterar. Script. Eccl. pag. 131.

*Orationes VIII. viz. In Feſtum Palmarum, In Chriſti ſepulturam, In Chriſti Reſurrectionem, In Chriſti Aſſumptionem, De laudibus B. Mariæ Virginis, In Feſt. Palmarum, De Numerorum Myſteriis, De Chriſti Reſurrectione;* Epiphanii *cujusdam* Junioris *videntur. Plures enim Epiphanii in Cypro Epiſcopale munus obierunt.*

(b)

(b) Du Pin Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſ. T.II. p. 297. a.

*Si nous en croyons le Pere* Petau, *les* neuf ſermons, *&* le Traité des Myſteres des Nombres, *qui portent le Nom de Saint* Epiphane, *ne ſont point de l'Evêque de Salamine, mais de quelque* autre Evêque *qui avoit ce même nom, comme on le connoit par le ſtile & par quelques autres indices. Je ne voi pas neanmoins que ces ouvrages ſoient plus indignes de S. Epiphane que la Phyſiologie, & je n'y trouve pas une ſi grande difference de ſtile.*

(932) EPITIMIUS, *Andreas : Hartmannus* BAIERUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 550. adde p. 316. ubi hoc nomine Beierum tradit ſcripſiſſe in *Epiſcopum Catholicum* ſuæ Regionis, titulum ſcripti reticens.

EQUES v. *Polonus.*

(933) ERANDRE. Perſonatum nomen eſt ſub quo edidit *Honoratus* LAUGIERIUS *de Porcheres Lettres amoureuſes, ou galantes*, ut indicant l'Hiſtoire de l'Academie Françoiſe (a) p. 342. & *Baillet.* deguiſemens des Auteurs p. 315. & in Catalogo des Auteurs deguiſez, p. 550.

(a) Hiſtoire de l'Academie Françoiſe. p. 342.

De Porcheres Laugier. *Honorat Laugier, ſieur de Porcheres, Provencal. On a imprimé de luy diverſes Poeſies, dans le Recueil. Et* cent lettres amoureuſes *ſour le nom d'* d'Erandre.

(934) ERASMUS, *Epiſcopus Aroſienſis.* Ejus nomine prodiit Hamburgi 1588. in 8vo liber, de *Conſecratione Euchariſtiæ, contra Herbeſtum.* Deberi autem hoc ſcriptum *Laurentio* PETRI, Archiepiſcopo Upſalienſi, ex *Schefferi* Suecia Literata p. 24. (a) in proclivi erit.

(a) Scheffer. Suec. Lit. pag 24. *M. Laurent.* Petri Nericius -- Diſſertationem de Conſecratione Euchariſtiæ & utraque ſpecie *ſub nomine* Eraſmi *Epiſcopi Aroſienſis, contra Herbertum ſacerdotem Pontificium, &* Catharinæ *Regis Johannis uxoris* Concionatorem *&* Confeſſionarium *conſcriptam* Ao *1573. & deinde typis editam ſtudio Abrahami Andr. Angerm. Hamb.* 1588. *in 8.*

(935) Deſiderio ERASMO Roterodamo vivo, Dominicanum Monachum quendam Lutetiis Pariſiorum *Colloquia* ipſius indocte admodum & inficete depravaſſe ſuis aſſumentis, operæ pretium eſt legere apud ipſum in *Epiſtola ad Jo. Botzhemum* Abſtemium, Tomo primo operum ſuorum præfixa, (a) quorum Catalogum percenſet p. 5. & 6. Simile factum in *Epiſtolis ejusdem* ab ignoto commiſſum, vid. apud Rob. *Cocum* Cenſuræ p. m. 437. (b)

Adde *Prideaux* Orat. IX. §. VI. pag. 86. (c) de libello, qui de Conſtructione octo partium Orationis inſcribitur, & communiter ſub Eraſmi nomine circumfertur, Ludovicus Vives de Tradend. Diſciplin. lib. III. fol. 104 b. aſſerit: LILIUM peperiſſe, Eraſmum concinnaviſſe.

Quomodo librum *de duplici Martyrio Eraſmus Cypriano* ſuppoſuerit, diximus ad Cyprianum, ſupra; quibus adde *Bailletum* deguiſemens des Auteurs p. 209.

(a) Eraſmus in Epiſtola ad Joh. Botzhemum Abſtemium, Tomo primo operum ſuorum præfixa.

*Accidit & aliud quiddam huic operi memorabile. Excuſum eſt nuper* Lutetiæ *correctis, hoc eſt, depravatis aliqvot locis, quæ videbantur attingere monachos, vota, peregrinationes, indulgentias, aliaque hujus generis, quæ ſi plurimum valerent apud populum, uberior eſſet iſtis quæſtus. Verum hoc ipſum fecit adeo ſtulte, adeoque indocte, ut ſcurram quempiam è trivio feciſſe jures, quum autor tam inſulſæ fabulæ feratur Theologus quidam ordinis Dominicani, natione Saxo. Quorſum attinet addere nomen & cognomen, quod nec ipſe cupit ſupprimi? neſcit tale portentum pudeſcere, citius laudem etiam petat ex ſcelere. Addidit impoſtor novam Præfationem meo nomine, in qua facit tres viros in uno puero inſtituendo ſudantes:* Capitonem, *qui tradiderit literas* Hebraicas: Beatum, *qui* Græcas: me, *qui* Latinas. *Horum utroque facit me tum literatura, tum pietate inferiorem, ſignificans in* Colloquiis *inſperſa quædam, quæ Lutheri reſipiant dogmata. Atque hic ſcio, quosdam ſublaturos cachinnum, quum legent Capitonem ab iſto qui ſic odit* Lutherum, *optimi doctiſſimique viri elogio prædicatum &c.*

*Hoc perinde eſt, ac ſi quis offis ſanguine imbutis vulnus mentiatur in humano corpore, ac mox idem ſublatis quæ admoverat, vulneri medeatur. Dicit illic puer quiſpiam confeſſionem quæ fit* Deo *præcipuam eſſe. Ille correxit, aſſeverans confeſſionem quæ fit* Sacerdoti *præcipuam eſſe. Ita proſpexit periclitanti confeſſioni. Unum hoc exempli cauſa retuli quum in hujus generis ſycophantiis creber ſit. Atque hæc ſcilicet reſpondent palinodiæ, quam ille ſub meo nomine pollicetur in falſaria præfatione, quaſi cujusquam ſit canere palinodiam erroris alieni, aut quaſi quicquid illic ſub quacunque perſona dicitur, meum ſit dogma. Nihil enim me movet, quod hominem nondum ſexagenarium facit prægravi ſenecta. Olim capitale erat edere quicquam alieno nomine, nunc tales ſycophantias in vulgus ſpargere ficto ipſius nomine qui traducitur ludus eſt Theologorum. Nam vult Theologus videri, quum res illum clamitet, ne pilum quidem tenere rei theologicæ. Nec dubito quin furcifer ille mendaciis ſuis impoſuerit famelico typographo: non enim arbitror quenquam eſſe tam inſanum, qui ſciens tam indoctas nænias velit excudere. Deploratam hominis audaciam mirari deſii, poſteaquam intellexi eſſe pullum è nido Bernenſi quondam elapſum, plane ἐκ κακίστου κόρακος κάκιστον ὠόν. Illud demiror, ſi verum eſt, quod adfertur, apud Pariſios eſſe theologos qui ſibi plaudant, quod tandem nacti ſunt hominem qui eloquentiæ ſuæ fulmine disjiciat univerſam Lutheri factionem, & Eccleſiam priſtinæ reſtituat tranquillitati. Nam ſcripſit &* adverſum Lutherum, *ut audio. Et poſtea Theologi queruntur ſe à nobis traduci, qui ſtudia ipſorum tantis vigiliis adjuvamus, quum ipſi volentes amplectantur talia monſtra, quæ plus dedecoris adferunt ordini theologorum, atque etiam monachorum, quam quivis quamlibet maledicus hoſtis poſſet. Qui tale facinus audet, idem non dubitabit incendium, aut veneficium admittere. Atque hæc*

excu-

*excuduntur* Lutetiæ, ubi nefas eſt vel Evangelium excudi, niſi Theologorum cenſura comprobatum. *Hoc Colloquiorum opus poſtremum exiit auctum coronide, anno 1624.*

(b) Rob. Cocus Cenſuræ pag. 437.

*Eraſmo falſo tributa nonnulla.* Eraſmus *in Epiſtola ad* Vulturium Neocomum *citatur à* Bellarmino, *ut probet:* Mores Evangelicorum eſſe peſſimos. *Theologus quidam Dominicanus Lutetiæ, Eraſmo vivo, (quod Eraſmus liquido convincit, meritoque taxat) quædam Eraſmi nomine ſcripſit, & excudit, ad fidem Pontificiæ doctrinæ conciliandam illius authoritate, quæ ille nunquam ſomniavit. Quanto credibilius eſt factum eo mortuo? Certe, eo vivo, vel mortuo, hanc Epiſtolam confictam fuiſſe credibile eſt, cum in libro Epiſtolarum quem excudit* Frobenius, *nulla talis reperiatur. Nam liber ille complectitur Epiſtolas univerſas quotquot* Eraſmus *unquam evulgavit, aut evulgatas voluit, ut ex Titulo patet.*

(c) Jo: Prideaux Orat. IX. §. VI. pag. 86.

*Sed quid conclamata refodio? Quam celebris erat* Eraſmus, *& merito ſuperiori ſeculo? Invenit tamen* Dominicanum *quendam (ut dolens ſcribit ad Johannem* Abſtemium) *qui ſub ipſius nomine ſcripſiſſet, & edidiſſet non nulla, ad Monachorum cauſam ſtabiliendam; de quibus ipſe ne per febrem quidem unquam ſomniavit. Quin &* Bellarminus *ejusdem quandam citat Epiſtolam, qua contendit probare mores Evangelicorum eſſe peſſimos; quæ inter opera Eraſmi (quod ſciam) nusquam comparet.*

(d) Baillet deguiſemens de Auteurs pag. 209.

C' eſt ainſi que nous excuſerions *Eraſme*
,,d' avoir pris le maſque de S. Cyprien pour trai-
,,ter du double Martyre s' il ne s' eſtoit point de-
,,menti dans certaines circonſtances qui ont bleſ-
,,ſé le vrayſemblable dans ſon ecrit, faute de
,,prendre garde aux lieux & aux temps: quoy qu'
,,il ſoit toujours vray de dire que ces exemples
,,ſont d' une conſequence dangereuſe ſur tout
,,dans les choſes qui concernent la Religion ou l'
,,intereſt public. Car lors qu' il ne s' agit que
,,d' une affaire de particulier à particulier & ou
,,une choſe indifferente d'elle même, il ſemble qu'
,,on ne doive pas s' intereſſer avec tant de chaleur
,,à pourſuivre le crime d' impoſture dans un
,,Auteur qui n' auroit ſuppoſé ſon ouvrage à
,,quelqu' Ancien ou à quelque homme d' auto-
,,rité, que pour exercer ſon ſtile ou pour tâcher de
,,l'imiter ou de prendre ſon eſprit. C'eſt peût eſtre
,,le tour qu' on pourroit prendre pour excuſer *Si-*
,,*gonius* d'avoir ſuppoſé un de ſes Traitez à *Ciceron.*

(936) ERASMUS FRANCISCI. Sub ejus nomine aliquot ſcripta prodierunt aliorum Auctorum, de quo ipſe conqueritur in dem Verzeichniß ſeiner Schrifften/ pag. 4. vide Franciſci infra.

ERASMUS v. *Hafnerus.*

- - - *Irenicus.*

ERASMUS v. *Sabinus.*

(937) *Matthias* ERBIUS. Ejus nomine extat *Turca*, de *Religione*, *Potentia & Imperatoribus Turcicis.* German. 1566. Inchoatus ab *Erbio*, at a BULLINGERO recognitus auctusque. *Höttinger.* Biblioth. Tigur. p. 79.

(938) EREMICOLA, *Gratioſus*: *Hippolyte* de S. GEORGE. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 550.

(939) EREMITE EXOCIONITE *Euſebe: Pierre* ALLIX. douteux. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez. p. 550.

(940) EREMITA PELLEGRINO. Extant hoc nomine impreſſa Romæ *duo Volumina Hymnorum & canticorum ſpiritualium*, quorum Autorem *Toppius* in Biliotheca Neapolitana p. 51. indicat eſſe *Bonaventuram* DE VENERE, Eqvitem Neapolitanum di Chieti. (a) *Thomaſinus* in Elogiis, & *Ghilini* in Theatro de ſcriptore hoc tacent.

(a) Toppius in Bibliotheca Neapolitana pag. 51.

Bonaventura de Venere, *gentil' huomo di Chieti, erudito in lettere humane, nato nel 1537. da Gio: Antonio de Venere, e Margarita de Podio, famiglie nobili, & antichiſſime de quella: toccato da gran inſpiratione Divina, laſciò tutte le commodità della ſua Patria, e Famiglia, eliggendoſi una Vita eremitica, del Terzo ordine di S. Franceſco, nel Contado di Perugia &c.*

*Diede alle Stampe in Roma due Volumetti di* Canzoni, e lodi ſpirituali, *dedicate alle Signore Monache di Torre di Specchio, col titolo dell'* Eremita Pellegrino *à ſpeſe d' un ſuo divoto. Romano, che io l' havea, ne mi ricordo in che anno ſtampati, perche miſi brucciarono con le altre coſe mie in* Chieti *in tempo delle paſſate revolutioni.*

(941) Georgii ERHARDI Franci nomine, *Symbolæ doctiſſimæ ad Petronium* extant, in editione Anno 1610. in 8. â *Goldaſto* curata. p. m. 521. & ſeqq. Ejusdem nomine prodiiſſe quoque *ὁμολογούμενα*, ſive *Elogia, teſtimonia & judicia de Petronio*, (quæ absque auctoris ullo nomine modo memoratæ editioni præfixa leguntur) memorat, auctori ſuo *Michaeli Caſpari.* LUNDORPIO illa reddens *Jo Petrus Lotichius*, in editione ſua Petronii 1629. Francof. in 4. publicata, quod etiam notavit *Geisler.* dec. 5. n. 7.

Addunt huic *Sagittarium* de Janus p. 100. & *Rupert.* & Saluſt. p. 13. Marginalia *Normanniana.* Vide etiam *Colomeſ.* Melanges Hiſtoriques p. 51. & *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 551. At GOLDASTO ipſi adſcribere mavult *Daumius* in Epiſtola d. 20. Octobris 1677. ad me data. v. præf. C *Tilebomeni* ad Typogr. p. 5.

ERIGENA v. *Scotus.*

(942) ERMANU POLITO. Impreſſum ejus nomine fuit Paduæ 1644. in 4to. *Calendarium*

*Perpetuum*

*Perpetuum* quod *Emanueli* PORTO ex reducto *Anagrammate* reſtituit *Villani* nella ſua *Viſiera Alzata.* Hecatoſt. num. XXXII. p.48. (a) & *Cinelli* Bibl. Volante Scanzia VI p. 37. a. qui his ipſis Villani correſpondentibus, addit in fine: *Queſto Opuſculo è* di Emanuel Porto, *eſſendo* Ermanu polito *il ſuo anagramma.*

(a) Villani Viſiera Alzata Hecatoſt. num.XXXII. p.48.

XXXII.

*EMANUEL PORTO Hebreo in Padoua diede alle Stampe.*

Perpetuo, e facil Mettodo per ſapere in qual ſiuoglia anno l'Aureo numero, il Ciclo Solare, l'Inditione Romana, l'Epatta, il far della Luna, la Paſqua, tutte le Feſte mobili, Auuento, e quattro Tempora *il tutto conforme allo ſtil vecchio, e nuovo, per gli anni paſſati, e per gli anni auuenire. Opera di* Ermanu Polito. *In Padoua per G.B. Paſquati M. DC. XLV. 4.*

---

(943.) ERMENGARDUS. Ei à *Jacobo* GRETSERO ſuppoſitum librum qui *contra Waldenſes* inſcribitur, docent *Acta Eruditor. Lipſ. 1684. p. 222. Sotwel* in recenſendis Gretſeri operibus ſatis prolixus, pag. 370. 371. de hoc ſcripto plane ſilet.

---

(944.) ERMINII Taciti nomine, ſcripſit italice *vitam Petri Fabri, primi ſociorum Ignatii Lojolæ*, Romæ 1629. 8. excuſam, & ex Latina Nicolai Orlandini Lugd. 1617. in 8vo edita, expreſſam *Terentius* ALCIATUS, Jeſuita Romanus, uti teſtantur *Alegambe.* p. 429. & *Leo Allatius* in Apibus Urbanis p.238.

Eadem habent *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societat. JEſu pag. 754. *Witten.* Diar. Biograp. anno 1652. d.10. Nov. *Teiſſier* in Catalogo Auctorum & Biblioth. p. 299.

---

(944.α) ERNESTI CANDIDI Weſtphali perſonati *Parentatio*, quam ſibi ipſi ante fatalem caſum dixit, auctorem habet *Erneſtum Caſimirum* WASSERBACH, a quo eſt quoque *Hermanſula Saxonica* ſub Præſidio meo ventilata: miſit ipſe mihi opuſculum, unius folii, lepidum. Impreſſum uti ſubſcripſit Leodii 1694. 12. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

---

(945.) ERNEST *Landgrave* de HESSE: *Adrien & Pierre* de WALEMBURG. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 551. Citat Erneſti Haſſiæ Landgravii nomine Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 232. b. *Tres Propoſitiones Theologis Darmſtadinis factas.* & p. 189. *Actionem Secundam Theologorum Pontificiorum* ab Erneſto, Haſſiæ Landgravio, conſideratam: quam poſteriorem ibidem expreſſe Joanni *Crocio* aſſerit. Extant præterea ejus nomine Epiſtolæ Duæ ad Duces Brunſvicenſes & ad Theologos ſimul impreſſæ Helmſtad. 1651. in 4. pp. 20. cum Reſponſione Calixti 17. paginarum.

(946.) ERNESTUS FRIDERICUS Marchio BADENSIS. Ejus nomine, adque illius Apoſtaſiam defendendam prodiit anno 1599. liber, cujus auctorem *Calvinianum* STAFFORDIENSEM appellat Symbola *Flensburgo-Molleriana.*

---

(947.) ERNOLDUS, ſ. ARNOLDUS, *Abbas Bonevallis* Auctor perhibetur vulgo *librorum quatuor de Vita Bernardi*, ut ex *Henrico de Gandavo* notat etiam *Voſſius* de Hiſtoricis Latin. lib. II. cap. LIII. pag. 434. 435. ad quem locum tamen *Sandius* p. 135. notat, *Secundum librum de vita Bernhardi*, adſcribi etiam BERNARDO *Abbati Bonævallis* Vide in Anonymis n. 1215. 1216.

---

(948.) *Andreas* ERNSTENBERGER. Ei quomodo à multis adſcripta ſit *Autonomia*, quæ ſub *Franciſci* BURGKARDI nomine prodiit, vide *Peudonym.* num. 495. Aſt hunc tractatum ipſi *Franciſci* BURGKARDO, Cancellario Moguntino aſſerit *Springer* pag liminari de Pace Religioſa 1607. in 4to. Indicante *Symbola Normanniana. Maſtrichtianus margo* allegans *Hartnacci* deduct. contra Jeſuitas p. 168. vocat eundem Cancellarium *Colonienſem.*

EROLDO v. *Crotta.*

EROMENE v. *Biondi.*

EROTINUS v. *Didaſcalicus.*

ERRE v. *Gevu.*

ERYCUS v. *Rhonæus.*

---

(949.) *Paulus* ERYNACHUS. Aſſumta Perſona eſt *Joannis Baptiſtæ* SINNIGH, cujus fontem aperit *Bailletus* deguiſemens des Auteurs p. 311. (a) adde p. 551.

(a) Bailletus Deguiſemens des Auteurs. p. 331.

*Enfin, le* Sieur Sinnigh *ſe croyant parfaitement couvert des armes de ſaint Paul, & inacceſſible aux traits de ſes adverſaires comme un heriſſon, s' eſt donné le nom de* Paulus Erynachus, *dans ſa* Triade des Peres ſur la Grace.

---

(949.α) *Lucas* ESCARBOTUS, Mexicanus. Edidit luce donatum & latine verſum Alitophilum, Nov-antiquam Comœdiam, nunquam antehac editam, quæ omnium in urbe Mexico anteactarum comparationem amplitudine vincit. *Satyricon* quod editum eſt in 12. & recuſum in 4to ante annos plusquam XX. plagulis binis. Id tum temporis falſo D. Rudolpho CAPELLO, P.P. hujus Gymnaſii, adſcribebatur, ut ex Apologia impreſſa, conſtat, & magis adhuc aliquibus ſupplicibus ejuſdem libellis Mſtis ubi horrendis formulis ejerabat omnem ejus facti conſcientiam. Verus ſcripti Auctor poſtea compertus eſt *Joh.* BLOMIUS Bibliothe-

carius, qui ſuſpendit ſe ex delirio Melancholico mero; putans illos in quos invehit hoc ſcripto, ſuos perſecutores eſſe, qui tamen de illo nec cogitabant. v. *Philalethes infra.*

(950.) ESCLAPEZ. Perſonatum hoc nomen eſſe, ſub quo quod lateat JACOBINUS quidam HISPANUS, refert *Journal des Savans* de l' an. 1666. p. 207. 208. Plura occurrunt ſupra de ſcriptis hunc librum inſecutis in Amadæo GVIMENIO.

(950.*a*) ESCLAVE *Fortuné: Michel Amboiſe* de CHEVILLON. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 551. Anonymam Comœdiam inter auctores Pſeudonymos collocans.

(951.) *Barth.* de ESCOBAR. Ejus nomine citantur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlej. p 233.a. (I) *Conciones de Feſtis Chriſti Domini* Mus-ſiponti 1625. (II) *Concionum Tomus Quadrageſimalis* Lugd. 1617. (III) *Conciones ſuper omnes feſtivitates* B *Virg. Mariæ* Pa1. 1624. & addit ibidem *Hyde* Autorem hunc alias vocari SCOBARIUM vel de SCOBAR. Plura Ejus ſcripta vide apud Nicolaum *Antonii* Biblioth. Hiſpan. p. 151. b. *Sotwell.* Biblioth. Scriptor. Societat. JEſu pag. 106.

(952.) ESDRÆ qui tribuitur *liber ſecundus*, quod ſit NEHEMIÆ, cui etiam alias inſcribitur, vide apud *Sixtum Senenſem* lib. 1. pag. 10. *Bellarm.* ad A.M. 3521. & alios citatos in pr. cap. 1. de *Anonymis.*

Addit hic *Hotting.* Theſ. Phil. 514. *Margo Normanni.* Conſentit *Huetius*, in Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. c. XIV. p. 303. Et Eſdræ, *prioris* quoque ei cognominis *libri capita priora ſex* abjudicata INCERTO AUCTORI, qui tamen tempore Darii Hyſtaſpis vixerit, aſſerit loc. cit. p. 299. & 302. (a) addit quod eidem *Eſdræ* falſo adſcripti ſint libri *Joſuæ*, 266. *Judicum* p. 283. *Ruth.* 287. Regum 294. *Paralipomenon* 298. quibus *Pentateuchon* jungunt Acta Erudit. Lipſ. Ao. 1686. p. 434. Vide *Vallemont* Elem. de l' Hiſtoire T. II. p. 51. Titulis XIV. XV. XVI. Sed de his ſuo loco cap. I. dictum jam pridem habemus, quantum inſtituti ratio tulit.

(a) Huetius Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. cap. XIV. p. 299. 203.

*Poſt ſolutos quoque Babylonica captivitate Iſraelitas, Libros* Paralipomenon *eſſe compoſitos, argumento eſt finis inſcriptionis, qui redditum Ebræis per* Cyrum *libertatem fuiſſe narrat. Præterea cum hic ipſe Libri finis repetatur αὐτολεξεὶ initio libri* Eſdræ, *hinc effici videtur unius eſſe utrumque & ejusdem Scriptoris, qui pro ſuo jure ad hiſtoriarum ſuarum contexendam ſeriem verba ipſe ſua uſurpaverit, perinde ut à vetuſtis quibusdam Scriptoribus factum* Grotius *obſervavit. Initium autem libri Eſdræ incerti eſſe Auctoris oſtendam inferius, qui* Da ium Hyſtaſpidem *regnantem viderit, & ad Artaxerxis uſq; Longimani ætatem vitam ſuam prorogaverit. Ergo & Auctor libri Paralipomenon incertus eſt; ætas vero in Darii Hyſtaſpidæ &* Artaxerxis Longimani *tempora incidit. Nos igitur hac in parte diſcedimus ab Ebræis, qui libros Paralipomenon poſt librum Eſdræ ſcriptos opinantur, ac iſtum illosque Eſdram habere Auctorem; quod eatenus verum eſt, quatenus eos digeſſit Eſdras, & ſex priora libri ſibi cognominis capita ſubnexuit, quæ & deinde continuavit.* -----

Pag. 302. *Trita eſt & vulgaris omnium opinio librum priorem Eſdræ, qui ſolus apud Ebræos* Eſdræ *dicitur, cum ſecundus* Nehemiæ *nomine inſcribatur, Eſdram auctorem habere: & vix quemquam ab hac ſententia deflectentem reperias. Ego libri hujus capita ſex priora eumdem ſcripſiſſe ajo, qui Paralipomena, ut ex horum fine colligi poteſt, quæ initio libri prioris Eſdræ repetit, uti ſupra obſervavi, cum de Paralipomenis agerem. Præterea capitum illorum Scriptorem rebus ipſis quas narrat, interfuiſſe declarant hæc capitis quinti verba:* ad quod reſpondimus eis, quæ eſſent nomina auctorum ædificationis illius. *Atqui ædificatio illa abſoluta eſt anno ſexto Darii, ejus videlicet qui fuit Hyſtaſpis filius. Id docet ſequens caput. Igitur quisquis priora hæc ſcripſit capita, quem & Paralipomenon conditorem fuiſſe diximus, vixit Darii hujus temporibus. Sed & ad Artaxerxis tempora vitam produxit, utpote cujus non ſemel meminerit ſex his prioribus capitibus. Is autem* Artaxerxes *alius eſſe non poteſt quam* Longimanus. *Porro Scriptorem horum ſex Capitum alium eſſe ac Eſdram ex iſtis verbis concluditur, unde initium ſumit ſeptimum caput:* Poſthæc autem verba, in regno Artaxerxis regis Perſarum, ipſe Eſdras aſcendit de Babylone. *Nam cum Hieroſolymæ fuerit tempore Darii Scriptor priorum ſex capitum, Eſdras vero Hieroſolymam venerit regnante Artaxerxe, ſequitur alium eſſe ſex priorum capitum ſcriptorem ac Eſdram.*

ESERF v. *Negrui.*

(953.) ESPERANT l' *Humble: Jean le* BLOND. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 551.

(954.) L' ESPINOEIL, *Charles de François* GARASSE. *Baillet* liſte des Auteurs pag. 551. Is *Convivium Sapientum*, adverſus D. D. Servinum & Gillotium edidit quem famoſum libellum P. *Cottonus* excudendum, & furtim ſpargendum curavit, per notiſſimum emiſſarium Jeſuitarum. Quem in eo facinore depræhenſum, dies octo habuit carcer, donec Regina matre D. Servinum facile exorante, dimiſſus eſt: ut habet *Vergerius Sancyranus* ſub nomine *Petri Aurelii* Tom. III. operum ſuorum præfixo indice Jeſuitarum, qui in Certamen Theologicum (ut Autor exemplo Sirmondi ſe loqui ait) larvati prodierunt.

(955.) *Lubertus* ESTIUS *Salomonis* ALBERTI Opus de *Formulis Remediorum* parum *honeſto plagio* ſub ſuo nomine edidit, teſte Pet. *Laurenbergio* in lauru Delphica, quem citat G. Hieron. *Welſchius* in Tr. de Vena Medienſi, c. X. p. 260. Vitam Eſthii hujus (Med D. & P. P. Heidelb.) invenies in Melch. *Adami* vitis Med. Germ. pag. 399.--402.

(955.*a*) ETHAN quod non ſit auctor *Pſalmi 89.* DAVIDIS, vide apud citatos ſupra

ad nomen *Aggæus*. Quibus addit *Diecmanniana nota* hic:

*Contrarium tuentur* Witſius *Miſcell. ſacr. l. I. C.* 16. *p.* 171. 172. *Sal.* van Til. *Digt-Sang-en Speel-Konſt ſoo der Ouden, als byſonder der Hebreen p.* 200. 201.

---

(956) Parthenius ETIRUS eſt *Petrus* ARETINUS v. *Rhod.* n. 26.
xxvi. Scav. 61.

PARTENIO ETIRO. Pietro ARETINO „per Anagramma ſeu Metatheſin literarum: „vide hoc confirmantem, & ſcripta ſub hoc no-„mine ſequentia enarrantem *Ghilinum* Theatro „d' huomini letterati, part. I. pag. m. 192. „*Specchio dell' Opere di Dio. Parafraſi ſopra* 1. *Sette Salmi. Vita della beata Virgine. Humanita del Figlivol di Dio. Vita di S. Catharina Vergine & Martyre.*

Addit Jeſu, Maria *Ginanini* Venetus Bibliopola in ſuo indice a ſe editorum, quem PiiMutii conſiderationi ſopra il Tacito in 4. 1642 editæ præfixit *Lettere di Partenio Etiro* 8. reliqua eodem quo hic ordine in 12. edita enumerat, quæ habet *Craſſi* Elogior. part. I. p. 40.

Confirmat hæc *Journal des Savans* de l'an 1686. pag. 508. & *Baillet*. Deguiſemens des Auteurs p. 136. (b) & p. 551. At *Symbola Sperlingiana* Paulo SARPIO vel SERVITÆ, Veneto (quem & ſub nomine, SUAVIS POLANI Hiſtoriam Concilii Tridentini nobis dediſſe ſuo docuimus loco anonym. c. xv. libros hos aſſerit, quo fundamento, ignotum. Adde Jugements des Scavants Tom. IV. part. I. præfationis p. 133. (c)

(a) Journal des ſcavans de l'an 1686. pag 508.

Aretin *changea tout juſqu' à ſon nom, qu' il cacha dans les livres de* devotion *qu' il compoſa ſous celuy de* Partenio Etiro.

(b) Bailletus Degviſemens des Auteurs pag. 136.

*Pourjoindre quelque Italien à cet Eſpagnol, je vous allegueral l' exemple du fameux* Aretin *qui paroit avoir eu honte de mettre à la teſte de ſes Livres de pieté un nom auſſi decrié qu' etoit le ſien. C' eſt peut eſtre la plus favorable des raiſons qu' on pourroit apporter pour expliquer le Changement de Pietro Aretino en celuy de* Partenio Etiro, *qui paroit Auteur d' une Paraphraſe ſur les Pſeaumes de Penitence, & de quelques Vies des Saints.*

(c) Jugements des Scavants, ſur les principaux Ouvrages des Auteurs. 12. Pariſ. Tom. IV. part. 1. præface. pag. 133.

*On n' ignore point, quelle a été la converſion du fameux* Aretin. *On n' a trouvé rien en luy qui ne fut changé, juſqu' à ſon nom: & quelques-uns pretendent, qu' il a ſi bien reuſſi, qu' il n' eſt presque pas poſſible de reconnôitre dans les livres de devotion de* Partenio Etiro, *les marques du vieil homme, qui ſont ſi fortement empreintes dans les ouvrages de* Pietro Aretino.

---

(957) ETROBIUS *Joannes: Jean* BEROTIUS. *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez p. 551. per *Anagramma*.

---

(958) ETTONVILLE, *le ſieur de: Blaiſe* PASCAL. *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez p. 551.

D' ETTORE v. *Calcolona*.

---

(959) ETTORE *Rocobella, Marco: Charles* TORRE: *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 551. Edidit autem *Carolus Bartholomæus* TORRE, Milanenſis ſub perſonato iſto nomine, Italice: La Cleopatra, Drama per Muſica. Al Sig. Battolomeo Narino. Per il Monza 1653. indicante *Biblioth. Aproſiana* p. 597. 598. & la Viſiera Alzata Hecatoſtes num. xxvi. v ſupra in *Clearto*.

Idem Pentecoſtes num. XLIV. p. 131. & 132. Roccabellæ carmina per plagium ſibi a COSELINO attributa ſcribit his verbis:

XLIV. RIME *Amoroſe* compoſte da STEFANO BOCCABELLA Romano. In Milano per il Monza M. DC. LIII. 12.

In propoſito d'eſſe parmi di notare quello ſcrive il Glareano nel Grillo VII. della Grillaja a pag. 65. Eſſendo venuto nelle mani di M. F. Fulgentio Baldani Erem. Agoſt. in luogo di *Compoſte* ſoſtituì *copiate*, *e* dopo Romano aggiunſe, *dalle Rime del* GOSELLINI ſcriuendo in lode del Copiſta li ſeguenti Madrigali.

Del tuo leggiadro ſtile
La fama, e la gran lode
Non pur s' ammira ed ode.
Di la da Battro à Tile,
Ma gode ancor la machina celeſte
Farti de noſtri accenti, e tromba, & Eco.
Quelli che viuon teco
Gli ondoſi flutti, i nembi e le tempeſte
Temer non ponno che tua BOCCA BELLA
De le - - - - - affrena ogni procella.
Valerſi d' alcun verſo
Di claſſico Poeta
De la modeſtia non paſſò la meta
Anco il Petrarca, l'Arioſto, e l' Taſſo
Giunſero à queſto paſſo
Ma farſi Autor di tutto vn Canzoniero
Puzza d' infamia, e sà di Vituperio.

---

(960) EVAGRIUS, Monachus. Ei tribuuntur ab *Honorio Auguſtodunenſi* libri, qui *Vitæ Patrum* inſcribuntur, ex quibus ſaltem *Secundus* & *Tertius* RUFFINO debentur, judicante *Miræo* de ſcriptor. Eccleſiaſt. p. 46. (a) qui & ibidem vera hujus Auctoris ſcripta recenſet (b) *Quartum* autem EVCHERIO adjudicat *Cave* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 238. b.

(a) Miræus Bibl. Eccl. p. 46 Evagrius *Monachus* — *ſcripſit* — Adverſum octo principalium vitiorum ſuggeſtiones — *ad ſimilitudinem*

*nem videlicet Domini* — *Quod opus eadem ſimplicitate, qua in Græco inveni, juſſus* in latinum *tranſtuli.* *Compoſuit & anachoretis ſimpliciter viventibus* librum centum Sententiarum — *quem ego latinum primus feci. Nam ſuperiorem olim translatum, quia vitiatum & per tempus confuſum vidi, partim interpretando, partim emendando auctoris veritati reſtitui. Compoſuit & cœnobitis & Synoditis* doctrinam aptam — vitæ communis; — *Edidit &* paucas ſententiolas --- *quas ſimiliter ego Latinas edidi.*

(b) Ibidem pag. 46. Cujus etiam liber.] *Iſta Parentheſis male intellecta* Honorium *Auguſtodunenſem in Catalogo*, Baronium, Bellarminum, Poſſevinum, *& alios magnos viros in errorem induxit; ut crederent libri illius, qui* Vitæ Patrum *dicitur, auctorem fuiſſe* Evagrium Ponticum. *Id primus obſervavit* Heribertus Rosvveidus, *in Prolegomeno* IV. §. V. *ad dictas Vitas Patrum* 1628. *a Moreto editas. Dicti porrò libri in editione Moretiana ſecundi & tertii auctor ſive interpres fuit* Ruffinus *presbyter Aquileienſis: Ut Prolegomeno X. idem* Roſvveidus *docet. Atque in ſecundo libro cap. 27. exſtat vita Evagrii Pontici: qui ibidem à ſcriptualium rerum ſcientia & incredibili abſtinentia ſupra modum commendatur. Quas quidem laudes Evagrium ipſum de ſe texuiſſe, non eſt ſimile vero.*

---

(961) EVANDROPHYLAX. Prodiit ejus nomine An. 1672. Breſciæ *Antapologia adverſus Apologiam Eudoxii Philalethis* in 4to. Auctorem Scripti declarat Leonardo *Cozzando* Librariæ Breſcianæ partis I. p. 134. 135. *Vincentium* CALZAVEGLIA Brixianum, (a) adde *Satyres Perſonnelles* Tom. II. pag. 311. Anton. van der Linden/ de Scriptis Medicis p. 166. Iisdem fere verbis *Mercklin.* in Lindenio Renovato hujus perſonati Scripti meminit. pag. 264. a.

(a) Leonardo Cozzando Librariæ Breſcianæ partis I. p. 134.
Vincenzo Calzaueglia *Dottore di Medicina, & eccellente filoſofo. Sciſſe un libro.* De Theriacæ abuſu in febribus peſtilentialibus, *ſtampato in Breſcia per Vicenzo Sabbio 1570. in 4. confutando Gioſeffe* Valdagno *Medico Veroneſe, e Lettore nell' Academia degli Occulti in Breſcia, il quale medicava contro l' opinione del Collegio de Medici Breſciani il mal delle Petecchie con la Teriaca, & ne adportò i fondamenti nel libro, ch' egli fece ſtampar in Breſcia per l' iſteſſo Sabbio 1570. in 4.* De Theriacæ uſu in Febribus peſtilentibus, *dedicato al Co: Roberto Auogadro, ma con puoco ſuo frutto, e vantaggio, poiche gli conuenne con Girolamo* Donzelline *pur medico, Breſciano e ſuo in ciò fautore, levarſi dalla Citta di Breſcia, doue era l' uno, e l' altro in buon credito, e riputatione, e portarſi altroue, come di ſopra habbiamo gia detto.*

---

(962) EVANS, vel *Jones.* Sub fictitio illo nomine edita eſt *Concio* quædam habita à *Thoma* LUSHINGTON, Oxoniæ, ut monet *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. l. II. p. 335. (a)

(a) Ant. Wood Hiſtoria & Antiquitat. Univerſalis Oxonienſis l. II. p. 335.

*Erat ſanè Vir doctus, ſed ingenioſus magis quam prudens, & Sociniano dogmate non intactus. Dum in Academiâ adhuc verſaretur, licet egregius concionator habitus, tamen offenſam non effugit, in Concione quadam, in* Matth. *XXVIII. ver. XIII. in quâ, cum quædam de Connubio Hiſpanico, quod tum agebatur, ipſi excidiſſent, & de Senatoribus Parliamentariis indecora quædam effutiiſſet, ad Palinodiam damnatus eſt. Erant autem in ea, & alia quædam quæ à non nullis blaſphemiæ inſimulata ſunt, & ideo à Prædicatore in Dominica in Albis repetentis partes obeunte, caſtrari juſſa. Prodiit nihilominus in publicum nuperis temporibus, sub nomine cujuſdam* Evans *vel Jones.*

---

(963) Licentii EVANGELI Sacerdotis, *Præfatio in Marſilii Patavini, pro Ludovico Bavarico, Imperatore Romanorum, Apologiam*, quæ ſub titulo *Defenſoris Pacis primo*, deinde *Legiſlatoris Romani*, Francof. 1613. recuſa prodiit, qnod ſit *Beati* RHENANI, Patritii Seleſtadienſis, cujus alia multa habemus, indicium facit *Melchior Goldaſtus*, Monarchiæ Imperii, Tom. I. p. 647. quâ & ſeqq. exhibet eandem recuſam.
Addit margo *Normanni James.* Biblioth. Oxon. 422. vide etiam *Bailletum* deguiſemens des Auteurs p. 312. (a) & 551. ubi verum Autorem Scripti nominat Beatum Bildium Rhenanum.

(a) Baillet deguiſemens des Auteurs, pag. 312.
Beatus Rhenanus *s' eſt nommé* Licentius Evangelus *dans ce qu' il a écrit contre quelques entrepriſes de la Cour Romaine, ſous prætexte de parler pour la liberté Evangelique;*

---

(963. α) EVARISTUS, Papa.
De duabus Epiſtolis ei affictis à Peccatore MERCATORE, ſeu PSEUDO-ISIDORO, præter alios Criticos ſcriptorum Eccleſiaſt. *Bell. Baron. Cocum. Rivetum. du Pin, Nat. Alexand. Gerh.* &c vid. Clariſſ. *Blondellum* in Pſeudo-Iſidoro & Turriano Vapulant. ad has & alias ſpurias Primorum Epiſcoporum. Romanorum Epiſtolas decretal. & Gerh. von *Maſtricht* in hiſtor. Juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu à p. 232. usque ad pag. 268. Symbola eſt Maſtrichtiana.

---

(964) EUBULIUS: METHODIUS *de Tyr.* *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 551.

---

(965) EUBULUS *Cordatus.* Eo nomine quædam extant *Epiſtolæ*, inſertæ à Paulo *Colomeſio* Epiſtolis *Clementis*, quas notis illuſtravit, ut indicant *Acta Eruditorum Lipſienſium* Anno. 1687. pag. 140. (a) ubi verum Autorem detegunt, *Ulricum* HUTTENUM, Eqvitem Francum, quod agnoſcit etiam *Teiſſer*, Eloges des hommes ſcavans Tom. I. pag. 89.

(a) Acta Er. Lipſ. Anno. 1687. Mart p. 140.
*Claudunt hoc Volumen* (S. Clementis Epiſtolas duas ad Corinthios, recenſitas notis adjectis a Paulo Colomeſio, una cum Thomæ Brunonis Diſſertatione de Therapeutis Philonis) *rariore.*

*riores aliquot clarorum virorum epiſtolæ, partim nondum hactenus vulgatæ, partim accuratius editæ, aut rarius obviæ, quarum argumenta breviſſime referemus. I.* Eubulus Cordatus, *ſeu qui ſub hoc nomine latet* Ulricus Huttenus, *Monteſium poſt Alexandrum VI. & Julium II, quorum peſſimos mores notat, ſub Leone X. meliora ſperare jubet.*

EUBULUS v, *Dynaterus.*

(966.) Irenæi EUBULI, Theologi Auſtriaci, *pro Pace perpetua Proteſtantibus danda, Conſultatio Catholica* Friedeburgi 1648. primo publicata, doctiſſima, & omnibus à rerum uſu publico juxtaque religionis ac eruditionis cura non omnino remotis innotuit non minus ac Illuſtris & Excellentiſſimus egregii hujuſce ſcripti auctor, *Hermannus* CONRINGIUS, poſtquam in ſuis de Pace perpetua libellis, Helmſtadii Ao. 1657. in 4. excuſis, publice partum ſuum, quaſi poſtliminio, genuinum ipſus agnovit ac probavit. Atque utinam omnes alii Pſeudonymi auctores tam conſulte feliciterque nominis occultationem adhibuiſſent! Hoc ſiquidem ſcriptum non modicum ad promovendam inæſtimabilem pacem Osnabrugo Monaſterienſem, momentum attuliſſe, noverunt ii, quibus temporis illius res geſtæ & conſilia vel aliqua tantum ex parte innotuerunt.

Addit hic *Nota Diecmanni* pro verbis: (*de Pace perpetua*,) De Pace civili inter Imperii ordines religione diſſidentes perpetuo conſervanda, &: Et: *Ita titulus habet editionis ſecundæ Helmſt. auctioris* Anno 1677. additur.

*Conringium* ob aſſumtum fictitium nomen prolixe defendit Gerhardus *Titius* in Reſponſo ad Vorſtii Epiſtolam priorem pag. 10. 11. Citatur quoque ſub Conringii nomine in *Catalogo Scriptorum ejus*, qui una cum Vita, ipſius Syntagmatibus duobus Epiſtolarum in editione Hammiana 1694. præfixus eſt, num. 9. Hiſtoricorum. Agnoſcunt quoque les *Nouvelles de la Republique des lettres* Conringium Auctorem ſcripti ſub nomine *Irenæi Eubuli editi* contra *Erneſtum de Euſebiis.* Mars 1675. Hic vero adhuc *Heidegger.* hiſtor. Papat. pag. 403. addit *margo Maſtrichtianus.*

EUBULUS v. *Sarckmaſius.*

(966. *a*) EUBULUS, *Theophilus* eſt *Jacobus* KOELMAN Eccleſiaſtes Sluſanus in Flandria. Scripſit ſub hoc nomine: De pointen van noodige reformatie, ontrent de kerck en kerkelyke, en belyders der gereformeerde kerk van Nederland 1678. 8. vid. Indicem ſcriptorum Koelmanni, poſt Durhami Comm. in Canticum ab eo Belgice verſos. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

(967.) EUCHARIUS, *Eligius*: ELOY *Houchart. Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 551.

(968.) EUCHERII Lugdunenſis
(I) *Commentaria in Geneſin, &*
(II) *Explanationes in libros Regum* 4. non illius, ſed Angli cujusdam eſſe, *Bellarm.* ad A.C. 440. probat, ipſius BEDÆ vero putat *Sixtus Senenſis* lib. 4. p. m. 282. cui adde *Rivet.* Crit. ſacr. lib. 4. cap. 20. *Cocum* pag. 393. & ſeqq. & citatos *Oleario* pag. 152 153.

Vide *Friſium* Bibliothec. Geſner. pag. 222. *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 282. *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 238. b. & Maximilianum *Sandæum* in Theologia Symbolica. pag. 609. qui omnes pro ſuppoſititiis habent, BEDÆ tamen cum *Sixto Senenſi* præciſe adſcribere dubitant; inprimis contra illum militat *Sandæus* loc. cit. (b) His addi meretur *Symbola Maſtrichtiana.* (bb)

III. *Homiliæ L. ad populum* Eucherio Gallicano adſcriptæ à *M.* Bignæo in Bibliotheca SS. Patrum aſſignantur maximam partem CÆSARIO ARELATENSI; à *Baſilio* vero & *Zanchio*, HILARIO ARELATENSI, ab aliis EUSEBIO EMISSENO, apud *Sandæum* loc. cit. (c) qui tamen eas EUSEBIO GALLICANO aſſerere mavult. Ad *Euſebium Emiſſenum* inclinat *Miræus* Biblioth. Eccl. pag. 63. (d) Quosdam tamen earum etiam BRUNONI ASTENSI, alias MAXIMO REGENSI vindicat *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſtic. pag. 238. (e) vide *Actorum Erudit. Lipſienſ.* Supplementa Tom. II. Section. IX. pag. 422. Plura in EUSEBIO EMISSENO occurrent, huc quoque referenda. Addit *Symbola Normanniana* Hotting. Script. Suppl. 88. Adde du *Pin* Biblioth. Nouvelle, Tom. IV. pag. 175. ſub (f) partim excerptum, quia textus eſt nimis prolixus: addita pag. 176.

(a) Sixtus Senenſis Lib. 4. pag. 282. Biblioth. Sanctæ.

*Prodierunt olim ex officina Frobeniana, & nuper ex calcographia Romana Pauli Manutii ſub* Eucherii *titulo in* Geneſin Commentariorum incontinuatæ & interruptæ expoſitionis libri tres, in quatuor Regum explanationis ejusdem generis libri quatuor; Formularum ſpiritualium ad intelligendas ſcripturas Sanctas utilium liber unus. *Hos tametſi & eruditos fatear, & lectu digniſſimos: non auſim tamen affirmare eos eſſe* Eucherii, *ſed incerti potius, ac recentioris cujuſpiam collectoris, qui opus more centonum hinc inde collegerit ex dictis Latinorum Patrum, præſertim ex integris ſententiis* Gregorii, Iſidori, Bedæ, *& aliorum autorum, quos ducentis fere annis præceſſit* Eucherius. *Vixit enim, ut in Epiſtola ad* Valerianum *teſtatur,* Petronio Bononienſi *antiſtiti ſynchronos, anno ab urbe condita 1185. hoc eſt anno ab orbe redempto 427.*

*Quod ſi in tanta ſcriptorum turba divinare liceat, quis hujusmodi explanationum farraginem in acervum congeſſerit, ſuſpicor hunc fuiſſe* Anglum, *forteq; etiam ipſum* Bedam, *cui potiſſimum ſtudium fuit, collectanea congregare ex ſcriptis veterum doctorum, maxime vero* Gregorii Papæ, *cujus nomen non ſemel in hoc opere citatum invenitur, veluti primo libro expoſitionis in lib. Regum, ſub cujus finem lector ad lectionem Moralium* B. *Papæ Gregorii remittitur, & in tertio ejusdem explanationis volumine, capite vigeſimo ſecundo: quo*

 *ſane*

*ſane loco autor quodammodo ſubindicat ſe non multo poſt tempora Gregorii in Britannia vixiſſe, ita ſcribens:* Noſtris nuper temporibus B. *Papa Gregorius*, evangelicis roboratus eloquiis, Romanam rexit eccleſiam & reverendiſſimi Patres *Auguſtinus, Paulinus, & c*æteri eorum ſocii jubente illo, venere in Britanniam, &c. *Huic etiam conjecturæ altera accedit, quod magna pars eorum, quæ hiſce Regum Commentariis continentur, legitur iisdem verbis in volumine Quæſtionum Bedæ ſuper libris Regum. Poſſem quoq; ad certiorem hujus noſtri judicii comprobationem hoc loco ſubnectere indicem innumerabilium locorum qui tam in hos Formularum ſpiritualium, quam Geneſeos & Regum Commentarios ex* Beda *& Gregorio transfuſi ſunt: ſed eos brevitati conſulens, prætermitto, ſatis me feciſſe exiſtimans, ſi lectoribus hæc ita ſe habere indicarem.*

(b) Maximil. Sandæus Theologiæ ſymbolicæ p.609.

*Porro B.* Eucherio *etiam adſcribuntur libri 3.* in Geneſin, *& in IV.* libros Regum Commentarius, *quem auxit plurimum* Angelominus Lexovienſis. *Utq; Eucherii promptius crederetur, quod exiſtimat* Schottus, *ab audacibus ſciolis titulus eſt additus, ad* Veranium & Salonium *fratres Epiſcopos. Nam ad hunc Quæſtiones utriusq; Teſtamenti, atq; Hebraicorum nominum interpretationem: ad illum formulas ſpirituales* Eucherius *ſcripſerat. Sed fucum detracta larva produxit* Andreas Schottus, *probavitq; B. Eucherii neutrum eſſe partum. Sed quis ſit eorum auctor, non eſt promptum adfirmare.* Beda Junior *eſt, quam ut illi opus aſſignari debeat, quod fecit tamen* Sixtus Senenſis *lib. 4. Bibl.S.*

(bb) Symbola Maſtrichti. *Scriptor* Commentariorum in libros Regum *Eucherio tributorum, probat Auguſtini ſententiam. Gerh. Joh. Voſſ. diſp. 24. Theol. & hiſtor. pag. 254. theſ. 8. Hunc Scriptorem pergit* Voſſius, *quinquennio poſt Auguſtinum vixiſſe, idem* Cramerus *ait, ne quis forte unius Auguſtini eam opinionem diu fuiſſe credat, nos minimum ducentis circiter poſt Auguſtinum annis vixiſſe ſcimus,* ut qui *non* Caſſiodorum *tantum in Pſalmorum expoſitione citet, ſed etiam Gregorii Magni moralia commendet. Imo & lib. 3. c. 22. de eodem ſcribat in hunc modum: Noſtris nuper temporibus &c.*

(c) Maximil. Sandæus Theolog. Symbolicæ p.609.

*Quamvis non omnes Homilias, quæ ſunt omnino 50. ad populum, & Monachos habitæ, Eucherio Gallicano adſcribi debere probat Joan. SAVERUS O. IV. Epiſt. III. Sidonii Apollinaris. Quare & Marcus* Bignæus *Pariſienſis Theologus, edita iterum Bibliotheca SS. PP.* Cæſario Arelatenſi *plerosq; ex iis ſermonibus adſcribit, qui floruit poſt annum* DC. *Baſilius vero* Zanchius *Bergamus, in Prolegomenis notationum ad ſacros libros utriusq; Teſtamenti,* B. Hilario Arelatenſi *magnam eorum partem, ut auctori vindicandam cenſet. Gallici Scriptoris eſſe plane mihi perſuadeo, nec Eucherio tribuendas opinor, ſed* Euſebio, *non Emiſſeno, quod fecit Joan.* Gaignejus, *&* Tritthemius, *ſed* Gallicano, *magnam ſaltem partem. Atq; ita nomine Euſebii Epiſcopi Gallicani ſunt editæ Tom. V.* Bibliothecæ *Magnæ Veterum PP. ab* Antonio Hierat. *Coloniæ adornatæ.*

(d) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 63.

*Quod ad alia S.* Eucherii *opera attinet,* Claudianus Mamertus *Vienneſis Eccleſiæ presbyter, Mamerti Vienneſis Epiſcopi frater, in ſuis* De ſtatu animæ *libris, teſtatur ipſum eloquentiſſimas conciones ſeu homilias ſcripſiſſe: atq; eæ quidem fortaſſis. ſunt illæ, quæ ſub nomine* Euſebii Emeſeni *circumferuntur. Tom. 5.* Bibliothecæ *Patrum, editionis Colonienſis; item in Chronologia Lirinenſi & alibi exſtant varia S. Eucherii ſcripta de quibus quid* Bellarminus *ſenſerit, ipſe in libro ſuo de Scriptoribus Eccleſiaſt. explicat.* Joannes Molanus, *in ſua ms. Bibliotheca ſacra, notat in Romana operum S. Eucherii editione, à* Galeſinio *ao. 1564. publicata, contineri multa ſuppoſititia.*

(e) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p.238.

*Homiliæ aliquot inter eas quæ ſub* Euſebii Emeſeni *nomine circumferuntur, editæ Antverp. 1602. & alibi ſæpius. Sunt, qui omnes Emeſeni Homilias Eucherio attribuunt: verum ex iis alias Brunoni Aſtenſi, Maximo Regenſi, alias aliis deberi ſatis conſtat. Sermones interim eloquentiſſimos nonnullos ediđiſſe Eucherium fidem facit* Claudianus Mamertus *lib.* de Stat animæ c. 9.

(f) Du Pin Nouv. Bibl. des Auteurs Eccleſiaſt. T. IV. p. 175.

A l'egard des *Homilies* dont parle Saint *Mamert*, quelques-uns ont crû qu'il en avoit une partie parmi celles qui portent le nom d'*Euſebe d'Emeſe*, qu'il n'eſt pas hors de propos d'examiner en cet endroit. Nous en avons déja parlé pluſieurs fois, ſans nous déterminer entierement, parce que nous ne les avions paſſez examinées; mais il eſt temps de le faire. Nous en trouvons tout d'un coup *cent quarante cinq* ſur les Dimanches & les Feſtes de toute l'année, que les Manuſcrits du Mont caſſin & du Vatican reſtituēnt à *Brunon Evêque de Signi*. La conformité du ſtyle de ces Homilies avec les autres Traitez du cét Auteur, ne laiſſe aucun lieu de douter qu'elles ne ſoient de lui. Voilà déja le nombre des ſermons attribuez à Saint *Euſebe* bien diminué; *les autres* ſont aſſurément, comme nous avons déja remarqué, *d'un Auteur ou de pluſieurs Auteurs François.* Il y a des Sermons, comme celui *de Saint Maxime de Riès*, qui ne peuvent avoir eſté compoſez que par une perſonne qui vivoit dans le temps que le Monaſtere de Lerins floriſſoit. Nous trouvons dans la vie de *Saint Hilaire* écrite par Honorat de Marſeille, qu'il y avoit en ce temps-là un *Evêque de France* appellé *Euſebe*, qui avoit fait quantité de Sermons, & cela ſe trouve confirmé par les vers *d'Helman* diſciple de Raban, qui met Ceſaire & Euſebe entre les Eveſques de France fameux. On auroit bien pû lui attribuer toutes ces Homilies: mais cela ne peut pas eſtre, parce que l'on en trouve quelques-unes de *Ceſaire*, d'autres de *Maxime de Riès*, & enfin de *Fauſte de Riès*; ce qui fait voir que c'eſt un Recueil de

leSermons compoſez par des Clercs du Monaſtere de Lerins, qui portent peut-eſtre le nom d' Euſebe, parce que ces Moines avoient coutûme de ſe cacher ſous un nom appellatif. Ainſi; Sermons d' *Euſebe* ne voudroient dire autre choſe que ſermons d'une *perſonne de pieté*. On a peuteſtre le nom d'Euſebe, parce qu'on en ignoroit l' Auteur, ou que ceux qui les avoient compoſez, ne les avoient pas intitulez autrement, ſuivant la coûtume de Lerins. C'eſt ainſi que *Vincent de Lerins* avoit pris dans ſon Memoire le nom de *Peregrinus*; *Salvien*, celui de *Timothée*; & peut-eſtre eſt-ce pour la méme raiſon que la Vie de Saint *Hilaire d'Arles* compoſée par *Honorat*, porte le nom de *Reverend.*

Il y a auſſi quelques-uns de ces Sermons qui ſont de *Ceſaire Evesque d'Arles*, qui avoit compoſé une infinité de Sermons, & qui les envoyoit de tous côtez aux Evéques, a fin qu'ils les fiſſent reciter dans leur Egliſes. *Salvien* en compoſoit auſſi pour des Evesques, de ſorte que le grand nombre de friſeurs de Sermons qui vivoient en ce temps, a mis une grande confuſion parmi leurs Sermons, qui ſe ſont trouvez preſque tout ſemblables, laqvelle a encore eſté augmentée par les copiſtes. Donnons neanmoins nos conjectures ſur ceux-ci. &c.

---

(969) *Diodorus* EUCHYON *de Polychimia*-- Prodiit illo nomine præfixo *Verſio* Latina *libri Germanici*, innominati Auctoris *de aquis, oleis, Salibus & Lapide Philoſophorum*; addita *præfatione, de Chymicæ artis præſtantia* & Commendatione, Tiguri in octavo. Fictitium hoc Euchyontis nomen eſſe, & ſub eo latere *Gaſparum* WOLFFIUM, Tigurinum Medicum innuit *Friſius* Bibliothec. Geſner. p. 260. b.

---

(970) EUCLIDES Geometra. Ejus nomine circumferuntur *libri XV. Elementorum*, ex quibus *duos poſtremos* HYPSICLI Alexandrino aſſerit *Voſſius* de Scientiis Mathematicis cap. XV. p. 53. 54. (a) & cum eo *Lambecius* Comment. Biblioth. Vet. & Nov. p. 282. b. *Decimum Sextum* in Editione Euclidis, procurata a *Clavio* Frf. 1654. in 8. notisque & Scholiis ejus illuſtrata, adjectum videas, quem tamen eſſe *Franciſci* FLUSSATIS *Candallæ*, teſtatur *Clavius* p. 622. qui & XIV. & XV. *Hypſicli* tribuit p. 543. (c)

(a) Voſſius de Scientiis Mathematicis. p. 53. 54.

*Niſi quod de duobus poſtremis res non ſit ita aperta. Plerique eos non* Euclidis *putant*; *ſed commentarios* Hypſiclis Alexandrini. *Alii & ipſos libros Hypſicli tribuunt. Sanè in Græca editione decimus quartus præfationem habet propriam: quam nec primus habet Euclidis: non vano argumento, libros duos ultimos alterius eſſe, quam Euclidis.*

(b) Lambec. Bibl. Cæſ. lib. VII. p. 185. *ex Voſſio de Scient. Mathem. Conſtant hæc* (Euclidis) Elementa *libris quindecim; niſi quod de duobus poſtremis res non ſit ita aperta. Plerique enim eos non* Euclidis *putant, ſed Commentarios* (1) Hipſiclis *Alexandrini; alii & ipſos libros Hypſicli tribuunt. Sane in Græca editione decimus quartus liber Præfationem habet propriam, quam nec primus habet Euclidis; non vano argumento libros duos ultimos alterius eſſe, quam Euclidis.* (1) Hinc etiam in vetuſtiſſimo ac præſtantiſſimo illo, de quo in præſens agitur, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codice manuſcripto liber Elementorum XIV. inſcribitur, atque incipit hoc modo: Εὐκλείδου ιδʹ. ὙΨΙΚΛΕΌΥΣ τὰ εἰς ἀναφερόμενα· Βασιλείδης ὁ Τύριος Εὐκλείδην ὦ Πρώταρχε, &c.

(c) Clavius in Euclidem XIV. & XV. p. 543.

*Tredecim libri hactenus expoſiti ab omnibus* Euclidi *adſcribuntur: Duo vero ſubſequentes à plerisque* Hypſicli Alexandrino *& recte, meo judicio, tribui ſolent: in quorum quidem priori inter ſe comparantur Icoſaedrum, & Dodecaedrum, tam ſecundum ſuperficies quam ſoliditates: In poſteriori vero exponuntur deſcriptiones aliquot figurarum regularium unius intra aliam: ut hi duo libri ſint inſtar appendicis cujusdam elementorum Euclidis.*

---

(971) EUCLIDES MEGARENSIS Philoſophus. Ei adſcribuntur à *Friſio* Bibliothecæ Geſner. p. 222. (a) *Elementorum libri XV.* quorum tamen *tredecim* ſaltem priores vindicantur EUCLIDI GEOMETRÆ, ab hoc Megarenſi plane diverſo & XC. annis juniori, a *Voſſio* de Scientiis Mathematicis cap. XV. p. 57. & de Philoſophorum Sectis cap. XI. p. 62. Eum ſequuntur *Lambecius* Comm. de Biblioth. Cæſar. lib. VII. p. 60. 61. (a) & *König.* Bibliothec. Vet. & Nov. pag. 262. b. qui hos duos Euclides aperte diſtinguit.

(a) Petri Lambecii Commentar. de Bibliothec. Cæſ. Lib. VII. p. 60. 61.

*Septimo, & quidem a fol. 250. p. 1. usq; ad fol. 297. p. 2.* Euclidis Elementorum *libri ſex priores ſecundum editionem* Theonis *Alexandrini, qui ſeculo poſt Chriſtum quarto ſub Imp. Theodoſio Seniore floruit, &* Euclidea *non ſolum melius digeſſit, verum etiam aliquot locis auxit; quorum primus inſcribitur atq; incipit his verbis:* Εὐκλείδου Στοιχείων τῆς Θέωνος ἐκδόσεως τὸ πρῶτον. Σημεῖον ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν. γραμμὴ δὲ &c. *Præfixa his libris ibidem ſunt anonymi cujusdam antiqui Autoris Prolegomena de* Origine Geometriæ apud Ægyptios, & de translatione ejus in Græciam per Thaletem Mileſium, *ut & de ſequentibus claris Mathematicis usq; ad Euclidem, tum de ætate & Scriptis Enclidis, nec non de aliis variis rebus partim generaliter ad univerſam Matheſin, partim ſpecialiter ad Geometriam pertinentibus, quæ inſcribuntur* Ἐπιγράμματα εἰς τὴν Εὐκλείδου γεωμετρίαν, *ſive,* Epigramma in Euclidis Geometriam, *& incipiunt his verbis:* Εὐκλείδης νόον ὀξὺν ἀειζώοις γράμμασιν &c. *Sequitur deinde de origine Geometriæ & claris Mathematicis ante Euclidem:* (1) Εὕρηται ἡ γεωμετρία πρῶτον ἐκ τῶν Αἰγυπτίων· ἤγαγε δὲ εἰς τοὺς Ἕλληνας Θαλῆς. μετὰ δὲ &c. *Et porro de ipſo Euclide:* Οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερος ἐστὶν ὁ Εὐκλείδης, ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγών. γέγονε δὲ οὗτος ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου νεώτερος μὲν τοῦ Πλάτωνος, ἀρχαιότερος δὲ τοῦ Ἐρατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους. *Subjungitur deinceps de nomine Matheſeos & Mathematum;*

*tum :* Τὸ ὄνομα τῆς μαθηματικῆς καὶ τῶν μαθημάτων *&c. Quæ omnia ex Procli* Diadochi Platonici *Libro primo & ſecundo Commentariorum in Euclidis Elementorum Librum primum compendioſe deſumpta ſunt ; ut quisque videbit, ſi loca hic in margine citata inſpexerit. Notabile autem ibi inprimis eſt, quod* Proclus *expreſſè teſtatur, Euclidem Geometram fuiſſe Philoſophum Platonicum, & minimum (3) ſeptuaginta ſex annis poſt mortem Socratis* Alexandriæ *in Ægypto floruiſſe ſub* Primo Ptolemeo, *nempe* Lagi *filio, ideoque omnino diverſum eſſe ab Euclide Megarenſi, Socratis Diſcipulo, & Platonis æquali, autore Sectæ Megaricæ ſive Eriſticæ, cujus Vita exſtat apud* Diogenem Laertium *lib. 2. cap. 10. Vulgo enim duo illi Euclides perperam confunduntur, nec à mediocriter tantum doctis ſed etiam à Viris alioqui doctiſſimis; ut videre eſt apud* Conradum Geſnerum *in Bibliotheca univerſali, & in ipſis titulis variarum editionum impreſſarum Elementorum Euclidis, ubi is falſo appellatur* Euclides Megarenſis. *Plura hac de re legenda ſunt apud* Federicum Commandinum *in Prolegomenis Elementorum Euclidis, apud* Henricum Savilium *in Prælectione Primâ in Euclidem,* apud Gerardum Joannem Voſſium *Libri ſingularis de Scientiis Mathematicis capite decimo quo de Euclide ejusque Geometricis ex profeſſo agitur, nec non Libri* de Philoſophorum Sectis *capite undecimo, ubi agitur de* Secta Megarica.

(1) Vide Procli commentar. in libr. I. Euclidis editionis græcæ Baſil. Hervagianæ lib. 2. p. 19. & 20.

(2) Vide ibidem lib. I. p. 13.

(3) Nempe reſpectu intervalli inter mortem Socratis anno ante Æram Chriſtianam vulgarem quadringenteſimo & initium Regni Ptolomæi Lagi, anno ante Æram Chriſtianam vulgarem trecenteſimo vigeſimo quarto.

(972) EVDÆMON, *Johannes André. Gaſpar* SCIOPPIUS. Douteux *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 551.

(973) EUDOCIÆ Imperatrici, filiæ Leontii Philoſophi, ὁμηρόκεντρα, ſive *Centones Homericos* Chriſtianos male, pejus verò Probæ Falconiæ tribui, cum ſint PELAGII Patricii, conſtat ex iis, quæ habet *Voſſ.* de Poet. Gr. p. 78. & 80 adde *Sixt Senenſ.* Bibl. Sanctæ l. 4. p. m. 282. & citatos *Lomeyero* de Biblioth. p. 127.

Ad PELAGIUM refert centones hos *Borrichius* diſſertat. I. de Poetis num. XLI. p. 17. (a) *Eſchenbach.* Exercitat. de Poetis Chriſtianis Sacris Græcis & Latinis. num. V. p. 7. & num. XI. p. 9. (b) Eudoxiæ nihilominus Operibus eos addit *Friſius* Biblioth. Geſn. p. 323. b.

Adde *Symbolam Maſtrichtianam* lit. (c)

(a) Borrichius Diſſertat. I. de Poetis n. XLI. p. 17.

*Eudocia* Theodoſii junioris Imper. uxor, „de victoria, quam maritus de Rege Perſarum „reportaverat, condidit *Poema Heroicum*, ſi So„crati l. VI. cap. XXII. fidem debemus. Scripſit „& epico carmine *octateuchum*, & varia alia, tra„dente Photio. Compoſuiſſe eandem ὁμηρόκεντρα, ſive Centones Homericos, perſuadere „voluit *Sixtus Senenſis:* rectius autem illud opus „refertur ad *Pelagium* Patricium, quo tendunt „ſententiæ Zonaræ, & Cedreni. Inſtitutum ſcri„pti eſt, paganorum gemmas ſacros in uſus „convertere. Itaque ſelectis hinc inde ex Ho„mero laciniis & ingenioſe conſutis de *Chriſto* „agit, *de fluviis Paradiſi, de Adamo & Eva, de man„dati divini violatione, de patris æterni conſilio, partu „Salvatoris, de ſtella Magorum, de fuga Chriſti in „Ægyptum, de ſacro Baptiſmatis lavacro, de ſacroſan„cta Trinitate,* &c. Huic non diſſimile quiddam at„tentavit olim latinis verſibus *Proba Falconia*, il„luſtris foemina, quæ vitam Salvatoris Chriſti „Centone Virgiliano pia imitatione expreſſit.

(b) Eſchenbach Exercitat. de Poetis Chriſtianis ſacris, Græcis, & Latinis. num. V. p. 7. num. XI. p. 9.

Sixtus Senenſis, *& cum eo multi alii, huic* Eudociæ ὁμηρόκεντρα *ſive* Centones Homericos *tribuit, in quibus agitur de* Chriſto Domino, de Fluviis Paradiſi, de Adamo & Eva, de Mandati divini violatione, de Patris æterni conſilio de partu ſalvatoris, de ſtella Magorum, de Fuga Chriſti in Ægyptum, de Sacro baptiſmatis lavacro, de SS. Trinitate &c. Voſſius *tamen &* Borrichius *hos Centones* Pelagio *Patricio Presbytero adſcribunt, non ſine rationibus.* Gyraldus *dubius hæret refert tamen non nullos fuiſſe qui* Probam Falconiam, *(de qua inferius) autorem agoſcant. Num. XI. p. 6.* Pelagius *Patricius* Presbyter, *Zenonis Imperatoris temporibus vixit, ut ex* Zonaræ *Annal. tom. 3. in Vita Baſilii Imperat. ac Cedreno conſtat. Dicitur is* ὁμηρόκεντρα *ſive Homericos Centones ſcripſiſſe, quos vulgo* Eudociæ *Theodoſii junioris uxori, adſcribunt, cujus ſententiæ cum multis aliis Patronum ſe ſiſtit* Celeberr. Voſſius *c. 9. de* Poët. *Græc. p. 80. Vide quæ §. 5. de Eudocia diximus.*

(c) Symbola Maſtrichtiana.

Eudocia Imp.

*Quis* ὁμηρόκεντρα *collegerit*, Eudocia, *an* Patricius presbyter, *quibus hiſtoria Domini verſibus (Homericis) explicatur & Evangelii, Majeſtas ſub Metri leges mittitur, dubitat* Jacob Du Port, *in Davidis Emmetri præfatione lit. e. pag. 4. columna 2.*

(974) EUDOXUS PHILALETHES. Ejus nomine prodiit Venet. 1573. 4to. *Apologia adverſus* calumnias & Sophiſmata perſonati, qui ſe *Evandrophylacten* nominat. Auctor eſt *Girolamo* DONZELLINO, Medicus, ut indicant *Cozzando* Librar. Breſcian. 1694. 8. p. 134. & *Satyres Perſonnelles* tom. II. p. 31. Quem priorem locum in voce EVANDROPHYLAX: ſub A: & B. repræſentavimus. Aliter titulum ſcripti (ut ille agnoſcit) Pſeudonymi hujus format *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 323. a.

(957) EUDOXUS. Hoc quoque nomine perſonato ſcripſit de *Abditis rerum* Cauſis *Johannes* FERNELIUS celebris Phyſicus & Henrici II.

II. Galliæ Regis Archiater docente M. *Vake* von Uhrſprung Menſchlicher Seelen/ cap.IV. §. p. 176.

(976.) EVÆ *Evangelium ſuppoſitum* à NAZARÆIS primis Eccleſiæ Chriſtianæ Hæreſiarchis docent ex *Reineſio Nouvelles des lettres Juillet* 1685. p. 754.

EVERHARDUS v. *Enotus*.

(977.) EUGENIO *Lavanda*. Hujus nomine citat la *Viſiera* Alzata *Pentecoſtes* n. XII. p. 104. 105. (a)

(I) *Notas*, *Aſtrum Inexſtinctum* Fr. Romani *Hay*, *ſuis Radiis interſtinguentes* 1641. 8vo.

(II) *Grammaticum Pædicum ſeu Puerilem* 1638. 12mo.

(III) *Grammaticum Palevhatium*, ſive *Nugivendum* 1639. in 12mo. & hæc eſſe Scripta illa addit, quæ à *Melchiore* INCHOFERO S. J. Germano, Viennenſi, ſub literis. R. P. E. L. edita memorant *Alegambe* & *Sotwel* in Bibliothecis ſcriptorum Societatis JEſu, ille p. 341. a. hic pag. 608. b. Et de Aſtro quidem Inextincto in Anonymis *cap. IX. num. CCLI.* prolixe diſſeruimus, qui videri poterunt.

(a) Villani Viſiera Alzata Pentecoſt. num. XII. p. 104.

*XII. EVGENIO LAVANDA. Fra gli altri libri che furono ſcritti contro Fra* Romano Hay *Monaco Benedittino io leſſi queſto.*

*EVGENII LAVANDA Nineuenſis* Notæ Aſtrum Inextinctum *Fr. ROMANI HAY*, *ſuis radiis interſtinguentes; cum facultate, & ſpeciali priuilegio S.C.M. Coloniæ apud Iodocum Kalckouen, & ſocios Ao. M. DC.XLI. 8.*

*Puo eſſere, che il primo foglio ſia ſtampato in Colonia, ma non il reſtante, che fù impreſſo nella famoſiſſima ſtamparia di Gio: Blaeu. In propoſito d'eſſo veggaſi ò ſentaſi quello ſcriue Fr.* Romano Hay *nella prefatione del ſuo libro* Roma Sacra & Hortus Cruſianus §. 7. p. 10. *facendo mentione di coloro che ſcriſſero contra'l ſuo libro.* Quartus denique EVGENIUS LAVANDA Nineuenſis homo perſonatus ex Utopia, credens me tot opponentium ferculis ſaturatum cænaſſe ſatis A. M. DC. XL. ſecundæ menſæ bellaria ſybaritica appoſuit euomuitque notas, Aſtrum inextinctum interſtinguentes quas interſtinctor ipſe, ſine ſuo, ſine Typoraphi, locique nomine, ſine Cenſura vel Approbatione debita, prælo commiſit. *Veggaſi il libro di* fra Romano, *che è prezzo dell' Opera il leggerlo. Io ſarei ſtato incerto chi fuſſe ſtato coteſt' huomo, mà veduto che l' anagramma della Patria, lo dichiara Vienneſe, ed alle Biblioteche dell'* Alegambe, *e dal* Sotiuello *ſi noti, che l' Incofero ſotto queſte lettere R. P. E. L. ſtampò alcuni libri. Il ſopracitato da Romano vien riconoſciuto per uno di esſi, e perciò nel leggerlo tanto profuſo nelle lodi de Monaci non mi meravigliai non eſſendone ſtato auaro alla Madre nella* Monarchia, *che egli ſcriſſe de* Solipſi. *Gli alcuni libri, che dicono l'* Alegambe, *e'l* Sotvello, *hauer egli compoſti ſotto queſte lettere, oltre le* Note *citate, ſono queſti*

Grammaticus Pædicus ſiue Puerilis, *hoc eſt, in Pædiam Diuinarum Humanarumque litterarum GASPARIS SCIOPPII*, *Patauii editam*, Scholia, & Notationes. Auctore Eugenio Lavanda *Anno M. DC. XXXVIII. 12.*

Grammaticus Palephatius ſiue Nugiuendus; *Hoc eſt, in tres Conſultationes* Gaſparis Scoppii. *De ratione ſtudiorum &c. Scholia*, & Notationes *Authore Eugenio Lauanda M. DC. XXXIX. 12.*

(977 *a.*) EUGENIUS LOMBARDUS. Sub perſonato hoc nomine editum à *Cœleſtino* DE SFONDRATI Mediolanenſe, S. Galli Abbate, (demum S. R. E. Cardinali) *Regale Sacerdotium Romano Pontifici aſſertum*, Anno 1684. indicant Cl. *Ittigius* in diſſertat. de Hæreſiarchis Apoſtolicæ & Apoſtolis proximæ ætatis p. 254. & *Sluterus* Propylæi Hiſtor. Eccleſiaſt. Chriſt. pag. 140. (a) v. Lombardus.

(a) Slüterus Propylæi Hiſt. Eccleſiaſt. Chriſt. p. 140.

*Eugenius Lombardus (Sfondratus) in Regali Sacerdotio Romano Pontifici adſerto ed. ao. 1684. in 4. loco incerto: qui & ipſe ſub Cœleſtini Sfondrati nomine ſcripſit Galliam vindicatam in qua teſtimoniis exemplisq; Gallicanæ præſertim Eccleſiæ, quæ pro Regalia & quatuor propoſitionibus à Ludov. Maimburgio aliisq; producta ſunt, refutantur, ed. ao. 1688.*

EUGENIUS v. *Philadelphus*.

(978.) THEOPHILUS EUGENIUS. Eo nomine extat *Protocataſtaſis* ſeu *prima Societatis JEſu inſtitutio reſtauranda*, fœtus *Theophili* RAYNAUDI S. J. ut indicat *Autor Annotationum ad Epiſtolas Principis* Contii in *Actis Erud. Lipſienſ.* Ao. 1689. p. 433. (a) *Sotwel* hujus non meminit inter reliqua Raynaudi ſcripta, quamvis fateatur, Raynaudum circa conſtitutiones Ignatii male ſenſiſſe, Biblioth. Scriptor. Societat. JEſu. pag. 759. (b) Autorem ab aliis creditum eſſe *Caſparem* SCIOPPIUM, ſed falſo, notat *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 552.

(a) Acta Eruditorum Lipſienſ. Anno 1689. p. 433.

*Ita ad Ill. Contii reſponſum p. 69. Theophili* Raynaldi *ambitionem & ſummam maledicentiam viginti librorum voluminibus exercitam taxat (Auctor annotationum ad Epiſtolas Principis Contii) qua nec ſuis pepercerit, ſcripto in eos libello ſub* Theophili Eugenii *nomine, cui titulus eſt* Protocataſtaſis, ſeu Prima Societatis *JEſu inſtitutio reſtauranda.*

(b) Sotvellus Bibliotheca Jeſuitar. pag. 759.

*Deniq; obſervandum etiam in Opuſculo* Contra *Clementem* Scotum Virbium *in eodem Tom. 18. numero 3. unum tradi per errorem à P.* Theophilo *circa Declarationes in Conſtitutiones S. P. N. Ignatii, ſcilicet earum auctorem non fuiſſe S. Ignatium, ſed Patrem*

Jacobum Laynez *cum tamen certiſſime conſtet Declarationes quoq; compoſitas fuiſſe ab ipſo S. P. N. Ignatio, prout aſſeverantiſſime declaravit E.* Claudius Aquaviva *Præpoſitus Generalis litteris patentibus datis 1. Januarii 1588. ut ſuperius agendo de S.* Ignatio *fuſius expoſuimus.*

(978. *a* ) *Franciſcus* EVISTOR Palæopolitanus. Edidit *Dialogos quinq; Divinos* ao. 1666. continentes varias diſquiſitiones *de Attributis & Providentia Dei.* Hos Dialogos inter ſcripta ſua refert *Henricus* MORUS Cantabrigienſis Anglus in præfatione generaliſſima, quam Operum ſuorum Tomo Theologico præfigi curavit p.XI. hiſce verbis: *Anno M.DC.LXVI. ſcripti ſunt* quinque" Dialogi Divini per *Franciſcum Eviſtorem Palæopolitanum, Diſquiſitiones varias & Inſtructiones continentes* de Attributis & Providentia Dei. *Atque" equidem hic demum intellexi cur anno M.DCLII. quum" id operis aggrederer, tam palpabilem perſenſerim" Obſiſtentiam. Nondum enim tunc aderat iſtud faciendi" maturitas.*

(979.) EULOGIUS. Scriptor Sec. VIII. citatur Auctor *Martyriorum Georgii Diaconi, Aurelii, Felicis, Nataliæ* & *Lilioſæ*, *a Voſſio* qui librum EVLOGIO CORDUBENSI afferit: de Hiſtor. Latin. lib. II. cap. XXVIII. pag. 275. & lib. III. cap. III. p. 758. quod in eo notat *Sandius* ad Voſſium p. 36. (a)

(a) Sand. in not. ad Voſſ. p. 36.

*Voſſius ex uno* Eulogio *duos fabricat. Nam quem pag. 275. ad annum 725. retulerat, eundem p. 758. ad annum 852. refert.*

(980.) EVODIUS. *Uzalenſis*, Auctor creditur librorum duorum *de Miraculis S. Stephani.* Sed hi quidem ad illum non ab illo ſcripti ſunt, ut indicat *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 188. (a) Adde *Olearium* Abaci Patrol. p. 155. (b) Vera Evodii opera AUGUSTINO *falſo tributa* nota *Biblioth. Univerſelle* & Hiſtorique de l'année 1686. pagina 259.

(a) Miræus, Bibliothecæ Eccleſiæ pag. 307.

Libri duo de miraculis S. Stephani *ad Evodium Uzalenſem Epiſcopum ſcripti, vulgo dicuntur* libri Evodii: *quia nomen auctoris ignoratur: ut* Bellarminus *in Catalogo notat.*

(b) Olear. Abac. Patr. p. 155.

Evodius *Uzalenſis in Africa Epiſcopus; cum Sigebertus c. 15. tradit ſcripſiſſe lib. de miraculis in Africa oſtenſis per reliquias* Stephani Protomartyris, *quas diſcipulus S. Auguſtini* Oroſius *eo detulerit. Aſt, libros illos ad Evodium equidem, non vero ab Evodio conſcriptos docet* Labbeus *T. 2. pag. 29. Conf. T. 1. p. 141. & 160. itemq;* B. Gerhard. Patrol. p. 75.

(981.) EUONYMI *Theſaurus de remediis ſecretis*, Tigur. 1554. in 8. editus, quod ſit *Conradi* GESNERI, *Scavenius* jam ſupra num. 93. nobis indicavit. Idem confirmat *Lindanus* pag. 137. varias editiones recenſens: Imo *Geſnerus* ipſe in Simleriano compendio pag. 138. ſcriptum hoc pro ſuo agnoſcit, ne quis ultra teſtes alios requirat.

Addit *Friſius* editam hujus Theſauri *partem Secundam* à Gaſpare Wolffio Tiguri apud Froſchoverum 1569. Biblioth. Geſnerian. p. 168. *qui de Evonymi Philiatri* nomine à Geſnero eſſe editum Theſaurum hunc non diffitetur p. 260. Addunt *Marginalia Normanniana* Ravii ad Jameſii Oxonienſ. catal. Facult. 193. Alphet. 185.

Adde *Hottingeri* (a) locum excerptum Bibl. Tigurinæ p. 108. Denique *Symbolam* vide *Maſtrichtianam* ſub (b) adjectam.

(a) Hottingerus Bibliothecæ Tigurinæ pag. 108.

Theſaurus Euonymi Philiatri de remediis ſecretis (*voco autem ſecreta in quibus pars purior & tenuior ab impuriore craſſioreq; ſecernitur*) *liber Phyſicus, medicus & partim etiam Chymicus, & oeconomicus in vinorum diverſi ſaporis apparatu Medicis & Pharmacopolis omnibus præcipue neceſſarius, impreſſus Tiguri apud* Andream *Geſnerum Fig. 8. chartis 38. Ao. 1558. Agit autem præcipue de artificioſis aquarum & oleorum deſtillationibus, ſive extractionibus ex herbis, aliisq; ſimplicibus medicamentis.* Secunda *ejus* editio *prodiit anno 1558. adjectis quibusdam inſtrumentorum deſtillatoriorum figuris, & novo* Jacobi Berſoni *libello, de abſoluta ratione extrahendi olea & aquas è medicamentis ſimplicibus. Hunc librum cum in gratiam* Andreæ Gesneri *Patruelis mei, novi tum Typographi, immaturum ederem,* nomen meum adere nolui. *Nunc quoniam & magno ſtudioſorum rei medicæ applauſu eum exceptum video, & aliquando abſolutiorem dare cogito, ſi Deus vitam dederit: me ejus authorem eſſe diſſimulare amplius nolui, præſertim cum jam viri quidam eruditi id deprehenderint. Ex eadem officina Germanicus etiam evulgatus eſt,* Rodolpho Landebergero *noſtro (Eccleſiæ Bulaci Diacono, in agro Tigurino) interprete. Et latine in 16. Lugduni: ibidemque, ni fallor, Gallice.*

(b) Symbola Maſtrichtiana Euonymus.

*Reliquorum Balſamorum ingentem ſylvam legeris apud* Euonymum *qui* Gesnerus *eſt parte quidem prima, quæ Lugduni prodiit anno 1555. in 16. fol. 328. & ſeq. altera autem Tiguri anno 1569. in 8 fol. 76. b. & ſeq.* Caſp. Hofmann. *de Medicam. officinalib. lib. 2. Cap. 30. ſin. pag.*

EVONYMUS v. *Philiater.*

(982.) EUPHORMIO *Luſininus.* Ejus nomine prodiit

(I) Satyricon. 1605. in 8vo Pariſiis.

(II) Satyrici Pars altera, ib. 1609. in 8vo.

(III) Apologia.

(IV) Icon Animorum. Quibus in Editione Amſtelodami 1664. 12mo acceſſerunt

(V) Alitophili Veritatis lachrymæ. Comprehendunt in univerſum paginas 562. præmiſſ. ignoto

ignotorum nominum Clav. Eorum, quæ ſub Euphormionis nomine prodierunt, Auctorem Eruditi agnoſcunt *Johanem* BARCLAJUM, vide *Bartholin.* de legendis libris diſſertat. II. p. 41. de Alitophilo dubitant, ſub quo Claudium MORISOTUM latere monet *Hyde*, reliquas IV. partes Barclajo adjudicans in Catal. Biblioth. Bodlej. p. 64. b. Commentario in hæc Satyrica Euphormionis edito Lugdun. Batav. 1647. 8vo ab Anonymo indoctiorem ſe nunquam vidiſſe, aperte pronunciat in Corollariis, theſibus de numero Mundorum Lipſ. 1684. ventilatis, num. VI. M. Chriſtianus *Wagener* Lipſienſis.

(983) EUPHROSYNE von Sittenbach. Sub eo nomine editus eſt ab *Henrico* SCHÆVIO libellus Rhythmorum Hæpaticorum (Leber-Reimen) docente *Morhoſio* von der Teutſchen Sprache / cap. XVII. p. 768.

(984) *La Lucerna Dialogo* ſotto nome di EURETA Miſoſcolo cioè *Inventore Nemico d' Ozio*, opera teſſuta da un genio libero: fu compoſta & publicata dal Cavaglier *Franceſco* PONA, Veroneſe Medico, come lo racconta *Girolamo Ghilini* nel Teatro d' huomini letterati part. 1. cart. 63. Si trova anco *L' Anti Lucerna di Eureta Miſoſcolo*, in Verona 1648. in 8.vo, *La Lucerna* in 4to. 1628. a Venetia ſtampata. Vid. *Baillet. Satires Perſonnelles* Tom. II. p. 348.

## EURICIUS v. *Cordus*

(985) EURIPIDES Mneſarchi filius *Athenienſis*, Auctor vulgo creditur XIX. fabularum, quas ejus etiam nomine adhuc extantes citat *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 225. b. & *König* Biblioth. Vet. & Nov. p. 285. Verum SOCRATI illas adſerit Thomas *Stanley* in libro *the Hiſtory of Philoſophy*, ut in ejus recenſione obſervant *Erudit. Lipſienſes* in Supplem. *Actor.* Tom. II. Sect. VIII. p. 357. Euripidem certe adjutum a Socrate legimus apud *Diogenem Laertium* lib. II. de vita Socratis Segm. 18. ex editione Menagiana (a) Extant hæ XIX. Euripidis Tragœdiæ, cum Initio vigeſimæ Græce & Latine ex recenſione & cum notis Gulielmi *Canteri*, per Æmilium Portum Heidelbergæ, typis Hieronymi Commelini 1597. duobus tomis in 8vo. Prior tomus continet paginas 659. alter autem 800. Singulis Comœdiis adjectus eſt in margine verſuum in eo contentorum numerus. Et has Tragœdias ipſi Euripidi vindicare annititur M. Gottfriedus *Olearius* Lipſienſis Exercitatione ad Leonis Allatii de Scriptis Socratis dialogum Lipſ. 1696. §. IX. (b) vide quæ habet *Symbola Maſtrichtiana* ſerius allata ſub lit. (c)

(a) Diogenes Laertius lib. II. de Vita Socratis. Segm. 18. p. 90. 91.

*Non defuerunt qui illum juviſſe* Euripidem *exiſtimaverint. Unde* Mneſilochus *ait:*

Phryges, novum Euripidis poema hoc eſt,
Cui & Socrates ſarmenta ſuppoſuit.

*Et rurſus.*

Euripides, Socratis clavis compacta,
*Et Captivis* Callias:

Jam tu te efferens magnifice de te ſentis.
Enim vero licet hoc mihi. Socrates quippe in cauſa.

*Ariſtophanes, Nubibus;*

Euripides autem, qui tragœdias facit,
Ejus, qui de omnibus ſermones ſerit, ope ſapientes effingit.

(b) Gottfridus Olearius Lipſienſis Exercitatione ad Leonis Allatii, de Scriptis Socratis dialogum Lipſ. 1696. §. IX.

*Ut augeatur tamen Scriptorum Socraticorum numerus, idve, quod* Allatius *vult, dixiſſe* Epictetus *videatur*, Euripidis *quoq;* tragœdias *producit, cui* συμποιῆσαι *Socratem*, Laertius *Mneſilochi & Calliæ autoritate prodiit. Verum* Mneſilochi *teſtimonium, id quod* Allatius *vult, neceſſario non evincit, nec* Ariſtophanis *atq;* Calliæ. *Adducemus prioris verba, illis enim explicatis reliquis etiam reſpondere difficile haud erit, inquit autem:*

φρύγες ἐστὶ καινὸν δρᾶμα τοῦτ' Εὐριπίδου
ᾧ καὶ Σωκράτης τὰ φρύγανα ὑποτίθησι.

*Sed anne* φρύγανα *ſuppeditanti ſcripto alicui, totum proinde erit tribuendum?* φρύγανα *certe* Lucretiano *operi ſuppeditaſſe dici poteſt* Epicurus, *vel ſi mavis præceptor Lucretii in Epicurea Philoſophia, num vero ille propterea autor elegantiſſimi carminis hujus conſtituendus? Pari ratione Euripides, qui in Schola Socratis fere conſenuerat, & limpidos Philoſophiæ Moralis fontes in ea hauſerat, ſententiarum Socraticarum pondere tragædiis ſuis majeſtatem conciliabat. Ipſe hanc mentem verborum iſtorum eſſe ex parte vidit* Allatius, *qui tamen nihilominus iſta ad cauſam ſuam non plane nihil facere exiſtimavit. Verum in eo infelix plane eſt quod* Hermippi *apud* Laertium *Autoritate, epitaphium Grylli à Socrate ſcriptum nobis obtrudat. Cecidiſſe enim* Grillum, Neophontis *filium in prælio ad Mantineam, ipſe loc. cit.* Laertius *teſtatur poſtquam ſcilicet, ut Athenienſes,* Pauſania *teſte, tradebant, Epaminondam in acie interfeciſſet. Iſtud autem prælium cum anno demum ſecundo Olympiadis CIV. commiſſum eſſe, ex* Diodoro Siculo & Æmilio Probo *recte concludatur, quomodo quæſo* ἐπιτάφιον λόγον *Grylio, qui in eo cecidit, ſcribere* Socrates *potuit, cujus Vitæ terminum ſeſe ultra Olympiadem XCVII. produxiſſe non deprehenditur. Aut erraverit igitur* Hermippus *oportet, aut Socratis pro alterius cujuſdam nomine, in textum* Laertii *irrepſiſſe dicendum eſt.*

(c) Symbola Maſtrichtiana.

*Euripides non eſt auctor Tragoediæ* Rheſus *dictæ,* Ariſtarchum *poetam conjicit auctorem* Petitus *l. 3. miſcell. 22. idem. c. 16. v. ibidem duo ejus dramata ubi, quando acta, inveſtigat.*

## EUROPÆUS v. *Cornelius.*

(986) EUSEBE: Nicolas LAMBART. Baillet. liſte des Auteurs deguiſez p. 552.

(987) EUSEBE: Jean de MARAIS. Baill. liſte des Auteurs deguiſez p. 552.

(988) ERNESTUS de EUSEBIIS. Sub eo nomine prodiit in publicum circa tempus pacifica-

cificationis Monaſterienſis: *Judicium Theologicum*, quod à *Fabio* CHIGI, tum temporis, Summi Pontificis Legato poſtmodum R. E. Cardinali compoſitum judicant *Reboulet* & *la Brune*, Voyage de Suiſſe tom. I. Epiſt. V. p. 143. (a) *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 552. At *Dorſcheus*, qui ſcriptum hoc refutandum ſuſcepit ex literis illuſtriſſimi cujusdam Comitis, Auctorem Judicii Theologici nominat P. BIBER Electoris Moguntini quondam Confeſſionarium, docente *Scheda Tenzeliana* quam vide lit. (b) Ejus reſponſum una cum *vehiculo* vide *Anonymor.* num. 726. 727. Ipſe *Conringius* qui ſcriptum hoc ſub nomine *Irenæi Eubuli* de quo ſuo loco dictum habemus, ſibi refutandum ſumſit *Jeſuitæ* WANGNERECKIO illud adſcribit, citante *Symbola Rauſchiana.* (c) Quamquam *Sotvel.* ejus inter reliqua Wangnereckiana ſcripta non meminit. p. 333. Alii *Johanni* MULMANNO Lipſienſi, Profeſſoris Theol. filio, qui cum ad Pontificios transfugiſſet, & ipſe Lojolitarum ſacris initiatus fuit. Sed ſicuti huic *Caramuel* peculiari opere *de Pace Proteſtantibus danda* reſpondit: ita bullam Pontificiam lixivio condigno excepere præter *Carpzovium*, qui ſub victo *Ludovici Monteſperato*, quem vide nomine latebat, & *Hoornbeckium*, David *Blondellus* libro de fulmine bruto nuper ex exquiliis vibrato ſub *Amandi Flaviani* nomine edito *Boeckleri* Notit. Imp. l. 2. C. 2. p. 71. n. 4. Addo & nunc *Diecmanniana* (d) ſerius accepta. Chigi Cardinali poſtmodum Pontifici M. Alexandro VII. id adjudicant les Nouvelles des lettres Mars 1685. pag. 282.

(a) Voyage de Suiſſe par les Srs. Reboulet & la Brune, Premiere Partie a la Haye 1686. Cinquieme Lettre p. 143.

*A Munſter & à Oſnaburg.* Chigi *qui y avoit eſté envoyé en qualité de Nonce du Pape, & qui eſtoit obligé de s' entretenir tous les jours avec les Princes Proteſtans, ou avec leurs Miniſtres, ſe fit une idée de leur Religion & quoy qu' il eut publié, à peuprez dans ce même tems, ſous le nom ſuppoſé d' un certain Erneſt Euſebe, ce Iugement d' un Theologien, ou les Proteſtans ſont ſi mal traittez, il demeura pourtant convaincu, qu' il n' y avoit rien d' heretique dans leur Doctrine. Mais il ne pouſſoit pas plus avant.*

(b) Scheda Tenzeliana.

ERNESTUS DE EVSEBIIS.

*Judicium* Theologicum *Erneſti de Euſebiis civis Romani; typis Theodoſii de Sicecela Armona Eccleſiopoli A. C.* 1647. *publicatum & in Comitiis Oſnabrugenſibus & Monaſterienſibus* Weſtfalo*rum diſſeminatum eſt quo auctor ipſa fundamenta deſideratiſſimæ Pacis convulſum ivit, & ſic ſtantibus conditionibus bellum etiam ad ſubverſionem Germaniæ evaſurum illi prætulit. Hoc ſcriptum multorum rogatu Dorſcheus refutandum ſuſcepit ſub titulo:* Nothwendige Entdeckung des Blutdurſtigen Urtheils / welches der Vermummte Ernſt von Euſebiis / Römiſcher Bürger / über die Frag / ob der Friede / wie ihn die *Proteſtir*ende begehren / für ſich ſelbſt unerlaubt und unrecht ſey. *Huic libro perſonatus quidam Jeſuita oppoſuit* Criſin Anricriſeos, *quam Dorſchei diſcipulus, Andreas Rhunæus Theologus hodie Dantiſcanus, & Dorſcheus ipſe in Anacriſi Criſeos Lojoliticæ, (quæ Tractatui de Gratia Roſtochii* 1660. 4. *præmiſſa eſt) confutavit. In hac Dorſcheus exhibet epiſtolam illuſtriſſimi cujusdam S. R. I. Comitis W. G. C. & D. C. adſcriptam qua opus ejus Erneſto de Euſebiis oppoſitum laudatur, & ſignificatur, ſub nomine illo latere* Biber Confesſionarium Archiepiſcopi Moguntini. *En verba;* Und ſolte der verkapte *Erneſius de Euſebiis* (wie ich von einem guten Orte berichtet worden) **des verſtorbenen Ch. von M. Beicht-Vater ſeyn und** *P. Biber* **heiſſen.**

(c) Symbola Rauſchiana.

ERNESTI de EUSEBIIS, *civis Romani Judicium Theologicum ſuper Quæſtione, an pax, qualem deſiderant proteſtantes, ſit ſecundum ſe illicita. Sumtibus & typis Theodoſii de Sicecela Armona (i. e. Eccleſia Romana)* Eccleſiapoli ad inſigne pietatis 1647. *Scriptum hoc inpugnatum eſt à Joh. Geor. Dorſcheo*, Caramuele à Lobkovitz Tr. Sacr. Som. Imperii Pax licita demonſtrata *(quem vide omnino ibidem 103) & aliis. De vero Auctore ita H.* Conring *præfat. in Sciopii Pædiam Politicam*: Henricus Wagnerekius Jeſuita *Dillinganus* eſt, quantum ex viris fide digniſſimis intellexi, qui *Erneſti de Euſebiis* ficto nomine turbavit adeo pacis negocia, inſano duntaxat religionis prætextu auſus ipſamet humanæ ſocietatis fundamenta convellere Theologus inepte ſuperſtitioſus, & Politicus indoctiſſimus. *Hæc ille. Caramuel d. tr. n. 433. conjecerat, illum cum Hungariam vicinam vocet, in Auſtria aut prope ſcripſiſſe.*

(d) Nota Marginalis Diecmanniana.

Erneſti de Euſebiis, *civis Romani, Judicium Theologicum ſuper Quæſtione*, An pax, qualem deſiderant Proteſtantes, ſit ſecundum ſe illicita? *&c. Eccleſiopoli ad inſigne pietatis, 1648. 4. Libellus ab impedimentis, quæ Paci Oſnabruga-Monaſterienſi objicere conabatur, notiſſimus, & variis cenſuris diſpunctus, variis quoque Auctoribus tributus.* Henrici Wagnereccii *(Jeſuitæ) eſſe, fide dignis magnis teſtibus ſe accepiſſe refert, qui perſonatus eum alias oppugnavit,* Conring. *in Cenſur. Diplom. Ludov. p. 2. 3. Defuncti, ut literas initiales interpretor Electoris Moguntini Confeſſionario* P. Biber *ex cujusdam S. R. I. Comitis literis ad ſe A. 1649. 27. Oct. ſcriptis tribuit Dorſcheus, itidem animoſe eum adortus Anacriſ. Criſ. Lojol. p. 10. 11.* Jo. Caramueli *adſcribit Maſius in Intereſſe Princip. circa Rel. Evang. pag. 125. cum tamen* Caramuelem *ex ipſis inter acres ejus oppugnatores collocandum eſſe conſtet.* Fabium Chiſium, *qui ut Nuncius Apoſtolicus iſtis pacis tractatibus adfuit, & deinde* Alexandri *VII. nomine in Cathedra Papali ſedit, auctorem aperte laudat* Baillet *d' Anti. Tom. II. p. 300.*

De EUSEBIIS *v. Erneſtus.*

(989.)

(989) Philomari de EVSEBIIS Theopolitani, nomine, italice ſcripſit, ediditque *Lilium Virgineum oblatum de novo beatiſſimæ Virgini Mariæ*, Mediolani 1611. *Joannes Baptiſta* ROSSI, Jeſuita Italus, teſte *Alegambe* p. 226.

Et *Sotwello* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu. p. 418. & *Toppio* Biblioth. Neapolitan. p. 140. qui lingua Italica ſotto nome di *Filomeno de* EUSEBIIS tractatum hunc prodiiſſe, ibidem aſſerit.

---

(990.) EUSEBIUS Alexandrinus, cujus 18. *ſermones* à *Franciſco Turriano*, Jeſuita Hiſpano, ſunt producti, quod ſit ipſe TURRIANUS, vide apud *Rivet.* Crit. ſacr. l. 2. c. 20. adde *Cocum* pag. p. 152. 153. *Olear.* p. 155. & *Blondelli* Turrianum vapulantem, ubi de temeraria in ejusmodi facinoribus audacia illius hominis plura legas.

Idem ex *Riveto* & *Blondello*, citatis, docet *Teiſſier.* Eloges des hommes ſavans Tom. II. p. 31. *Sotvel* autem multa à Turriano ſcripta Patrum recognita & edita quidem recenſet. pag. 262. 263. at de Euſebio plane ſilet. Addit vero *Margo Dieckmannianus* ſequentia poſt *Turrianum vapulantem*, „Prolegom. C. 1. p. 7. cujus verba etiam exhibet „*Maſtricht* in Hiſt. Jur. Pontif. Pontif. p. 264. 265. „Sed valde vereor, ne ἀμετρίᾳ ἀνθολκῆς in Tur„rianum *Blondellus* peccet. Immiſcet enim iſti „librorum, quos non extare putat, indici ſcripta, „quæ extare certiſſimum eſt; e. g. *Euſebium Cæſarienſem* adv. Marcellum, quem nobis Græco La„tinum cum Notis Rich. *Montacutius* dedit, qui„que in noviſſima editione librorum Euſeb. de „Demonſtr. Evang. quæ Ao. 1688. Coloniæ, ve„rius Lipſiæ, fol. prodiit, extat; item Photii Lexicon.

Allegat etiam *Symbola Maſtrichciana Hottingerum* Elench. Scriptor. ſuppoſ. pag. 75. de ſermonibus ejus &c. ſcriptis ſpuriis agentem.

---

(990. α) EUSEBII Pamphili cognomento, Epiſcopi Cæſarienſis, *Expoſitionem in Cantica*, editam à *Meurſio*, tribui GREGORIO NYSSENO male à *Vincentio Ricardo*, cum ſit Catena Variorum doctorum, etiam aliorum v. g. DIDYMI, THEOPHYLACTI, & PHILONIS CARPUTHII, docet *Th. Rayn.* l. ſæpæ c. p. 138. Ei

I. à *Joſepho* SCALIGERO ſuppoſitum eſt Chronicon, quod ex SYNCELLI, CEDRENI, ALIORUMQUE CHRONICIS concinnatum demonſtrat *Hanckius* de Script. Byzantinis p. 90. 91. (a) Suppoſititium judicant *Cave* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 93. *Hodius* in Monahtliche Unterredungen 1693. p. 868. 869. (b)

II. *Demonſtrationis Evangelicæ* libri 20. Euſebii nomine extantes, quod ſint tantum *excerpta ex* EUSEBIANIS ſcriptis monet *Colomeſ.* Paralipom. ad Chartoph. Gviliel. *Cave* p. 5. (c) ipſe *Cave pro vero opere Euſebiano agnoſcit* Hiſtor. Litterar. Script. Eccleſ. p. 93.

III. *Collectio Martyriorum* Euſebio ab *Hanckio* de Scriptoribus Byzantinis p. 115. ſeqq. adſcripta, METAPHRASTE potius digna videtur *Caveo* Chartophylac. Eccleſ. p. 46. (d)

IV. *Binæ Epiſtolæ*, Euſebii *libro contra Marcellum inſertæ*, Editori ejus MONTAGU aſſeruntur, *Biblioth. Univerſelle* de l'année 1688. pagina 489. (e)

V. *Homiliæ* Euſebii Cæſarienſis nomine extantes EUSEBIO EMISENO vindicantur à *Cave* Chartophyl. Eccleſ. p. 47. (f) & Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 95. Eam tamen, quæ in Encœniis Eccleſiæ à Paulino Tyri ædificatæ, habita extat, EUSEBIO PAMPHILO vindicat *Cave* Chartophyl. Eccl. p. 33. 34. (g)

VI. *Cantici Canticorum Expoſitio græca à Meurſio* ſub nomine EUSEBII edita quidem eſt: ſed hunc illius auctorem eſſe, cum aliis negat Balthaſar *Stolberg*, in Diſp. de Στιχομετρίᾳ veterum Witteb. 1678. atque ait interpretationum illarum, collectionem vindicari ATHANASIO, DIDYMO, THEOPHILO aliisque patribus. Dn. *Tenzelius* in den Monahtl. Unterredung. ad a. 1692. pag. 945. refert Caſimirum *Oudinum* confeciſſe diſſertationem quandam de vita, moribus, atque doctrina S. GREGORII M. cum expoſitione in Cantica Canticorum legitimo ſuo parenti reſtituta, ſed eam impreſſam nondum eſſe.

(a) Hanckius de Scriptoribus Byzantinis pag. 90. 91.

CXCVI. *Hoc Chronicon, ſicut ab* Euſebio *ſcriptum eſt, Græce non amplius exſtat, certe nondum in lucem prodiit.* Joſephus *quidem* Scaliger, *quantum poſſet, in integrum reſtituere conatus, anno M. DC. VI. Eclogas Græcas, partim ex ineditis, & Georgii* Syncelli *Chronicis, & Scriptoris anonymi factis Siculis, qui* Chronicon Alexandrinum *dici conſueverunt; partim ex edito* Georgii Cedreni Chronico, *deſumtas, & duos in libros, ad Euſebiani Chronici modum, compoſitas, Euſebiani Chronici præfixo titulo, lectoribus exhibere non dubitavit. Cujus Euſebiani Chronici fontes indicat in prolegomenis,* Temporum Theſauro *præmiſſis, anno M. DC. VI, ad Jacobum Auguſtum* Thuanum *ſcriptis:* Si non ipſum corpus, *inquiens*, non omnino tamen diſſimile ei, quod ab autore inſtitutum fuit, exhibemus, ne hac parte claudicaret editio Latina. Græca autem, quæcunque nanciſci potuimus, majori ex parte à *Georgio Taraſii Patriarchæ Syncello* habemus: quædam etiam à Chronologo innominato, beneficio Viri nunquam ſatis laudati *Iſaaci Caſauboni*, quos *Faſtos Siculos* vocant: neque pauca à *Georgio Cedreno*, qui multa Euſebiana in ſuum centonem inculcavit, non quidem ab Euſebio petita, ſed à Georgio Syncello. Quibus è duobus Georgiis tanto ſecurius plurima corraſerat, quod eos in ſua Chronica totum Euſebii Chronicon iisdem verbis tranſtuliſſe judicaret.

Pag. 91. *CXCVIII. verum, an ex* Georgiis & Cedreno Faſtisque Siculis *Eclogæ, quas ſub* Euſebii *nomine Scaliger in publicum edidit, Euſebium autorem omnes habeant, videamus. Certe Chronica ſua Syncellus & Cedrenus, ex aliis quoq; Scriptoribus, non ex uno Euſebio, compoſuerunt. Syncellus enim, qui chronicon ſuum non longius, quam Euſebius produxit, Euſebio recentiorum,* Ephraëmi Syri, Gregorii Nazianzeni,

zianzeni, Joannis Chryſoſtomi *aliorumq; loca ſuo Chronico inſeruit: quæ loca Pariſienſis editio paginis, III, IV, XV, CCCLXXVII, exhibet.* Cedrenus *etiam, qui multo longius, quam Euſebius Chronicon ſuum produxit, in rebus, quas Euſebius, ſeu commemoravit, ſeu commemorare potuit, Euſebio recentiorum,* Baſilii Magni, Epiphanii Salaminenſis, Theodoreti Cyrenſis *aliorumq; loca ſuo Chronico immiſcuit: quæ loca Baſileenſis edito paginis. CLXVI, CCXVI, exhibet. Quamobrem* Scaliger, *ſicut in* Georgiis *ea loca, quibus Euſebii nomen additum non reperit, Euſebii reputare; ſic inter Euſebii Græca referre, niſi cum quodam erroris periculo, non potuit. Ille tamen conjectura ſua ductus, Eclogas multas, nec à Georgiis, nec in Faſtis Siculis Euſebio tributas, ſub Euſebii nomine publicavit. Hoc verum experitur, quisquis eas, anno M.DC.VI. primum emiſſas, cum Siculis Faſtis anno M.DC.XV. maxime cum* Syncelli *chronicis anno M.DC.LII. primum editis, componit. Cui labori ſervit longus ex Syncello per Scaligerum inter Euſebii Græca relatorum locorum catalogus, quem Syncelli Chronographiæ* Jacobus Goarus *adjunxit.*

(b) Monatliche Unterredungen 1693. p. 868. 869.

Nicht weniger *Capite de Euſebiis variis* von dem *Chronico Euſebii Cæſarienſis*, welches *Malala* anführet/ daß es nicht des *Euſebii opus genuinum* ſey/ ſondern ein frembdes Werck/ welches die neuern Griechen unter ſeinem Nahmen zu *allegi*ren pflegen/ ſo bißher noch keiner unter den Gelehrten in acht genommen. Nachdem er nun ſeine Meynung ſattſahm probiret/ beantwortet er auch die Beweißthümer derjenigen/ ſo den *Malalam* ins ſechſte *Seculam referi*ren/darunter die vornehmſten ſind/ weil er *libro tertio Ioan. Damaſceni de Imaginibus* nahmentlich *citi*ret wird/ und der *Auctor* des *Chronici Alexandrini* nachdem bißherigen gemeinen Schluſſe der Gelehrten viel aus ihm ausgeſchrieben. Auff das erſte giebt *Hodius num. 32.* zur Antwort/daß derſelbe *Tractat* dem *Damaſceno* fälſchlich *ſupponi*ret ſey/ indem die neuern *Græculi* faſt alles/ was ſie von ungenandten *Auctoribus* vor die Bilder-Anbetung gefunden/dem *Damaſceno* zugeſchrieben/ wovon er in ſeiner gemeldeten *Diatriba* mit mehren handelt. Zur Ablehnung des andern benennet er *num. 29. 30.* alle *loca*, darinnen das *Chronicon Alexandrinum* oder *Paſchale*, wie es *du Freſne* in der neuen *edition tituli*ret/mit dem *Malala* offt von Wort zu Wort überein kömmet/ und zeiget augenſcheinlich *num. 33.34.* daß dieſes *Chronicon* auch ſehr *interpoli*ret/ und dieſe Ubereinſtimmung nicht ſo wohl von dem *Auctore*, als vielmehr von denen *Interpolatoribus* herkomme: dabey er ſich denn beziehet/auff ſein neues Werck *de Scriptoribus Rerum Ægyptiarum.*

(c) Colomeſii Paralip. ad Cartoph. Guil. Cave p. 5.

Euſebius *Cæſarienſis Evangelicæ Demonſtrationis libros 20 ſcripſerat. Librum 18. laudat* Hieronymus *Præfatione in Hoſeam. Photio lecti ſunt* Euſebii Eccleſiaſticæ Demonſtrationis *libri. Supplendum forſan 4. totidem enim extant in Bibliotheca Cæſarea, ſed tacito* Euſebii *nomine. Hæc tamen Excerpta Euſebii eſſe recte conjicit Cl.* Lambecius, *qui ex* Photii *conjecturam ſuam firmare potuit.*

(d) Cave Chartophyl. Eccleſiaſtic. pag. 46.

*Tribuitur huic* Euſebio Collectio antiquorum martyriorum. *At vereor, ne fama mendax pro Theſauro Carbones, pro genuino Euſebii opere fabulas Metaphraſtis & quisquilias venditarit.*

(e) Bibliotheque Univerſ. de l'année 1688. pag. 489.

*Les* deux lettres R. M. que l'on voit *dans le titre des livres d'Euſebe contre Marcell, marquent Richard* Montagu *Eveque de Chicheſter, qui les a le premier publiez.*

(f) Cave Chartophyl. Eccleſiaſtic. pagina 47.

Homilias, *quas Jacobus* Sirmondus *ſub hujus* Euſebii *nomine latine in lucem emiſit Pariſ. 1643. in 8. potius* Euſebio Emiſeno *adjudicandas eſſe exiſtimat.*

(g) Cave Chartophyl. Eccleſiaſtic. pag. 33. & 34.

*Dedicationi pulcherrimæ Eccleſiæ, quam* Paulinus *Tyri ædificaverat, adfuerunt omnes Eccleſiarum vicinarum Epiſcopi quibus elegantiſſimam orationem* Euſebius habuit, *quam exhibet H.E. lib. 10. c. 4. Non ſum neſcius, à quibusdam in dubium vocari, an hæc oratio* Euſebium *auctorem habuerit. Immerito. Ipſa oratio* ingenium ejus & multiplicem eruditionem ſpirat. *Pars panegyrica cum iis, quæ in præcedentibus Capitulis tractaverat, eodem ſenſu, & iisdem pene ſententiis, optime convenit, ſuadet intima cum Paulino familiaritas ut credamus a nullo potis, quam ab Euſebio haberi potuiſſe, qui hunc decimum Hiſtoriæ ſuæ librum Paulino inſcripſit ac proinde orationem hanc hoc in loco inſeri par erat. Deinde ſi alterius eſſet, cur tam prolixum ſermonem huic loco inſereret? Cur ſuppreſſo authoris nomine? qui ſcriptores quos allegat, ſemper nominatim citare ſolet. Dices, Euſebium nullam ſui ipſius mentionem facere. Fateor, qua erat* modeſtia, nomen diſſimulavit; *καίτις, inquit, ἐν μέσῳ παρελθὼν πεϱμέτϱως ἐπιεικῶν, λόγου σύνταξιν πεποιημένος.* Vir aliquis mediocris meriti, qui hujusmodi orationem compoſuerat, in medium progreſſus eſt. *Et ita fere ſcriptores loqui ſolent, quoties de ſe verba faciunt.*

EUSEBIUS v. *Altkirchen.*

(991.) EUSEBIUS CÆSARIENSIS. Qui (CONSTANTINUS MAGNUS.) ſi fides habenda vitæ ipſius Scriptori (Euſebius hic Cæſarienſis jam olim falſo creditur) Epiſcopum ſe ſe τῶν ἔξω palam profeſſus eſt. Jacobus *Gothofridus in diatr. de interdicta Chriſtianorum cum Gentilib. Commun. p. 37.* Atque adeo, nec Euſebius ipſe Conſtantini *σύγχρονος* qui & vitam ejus ſcripſit. *Gerh. Joh. Voſſ. de baptismo diſp. 6.* pag. 89. theſ. 9. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

(992.) EUSEBIUS Emiſſenus, Emiſſæ Urbis Phœniciæ Epiſcopus, non ille, cujus *S. Hieronymus* libro de Script. Eccleſ. meminit, ſed eo recentior, cujus extant

I. *Homiliæ in Evangelia totius anni,* BRUNONI *Aſtenſi, Signienſi Epiſcopo* vindicatæ ſunt, uti vides

vides apud *Th. Raynaudum* p. 138. *Labb.* ad *Bellarm.* p. 310. aliosque citatos *Oleario* p. 94. & 157. Nam *Euſebii* non eſſe, jam dudum *Bellarm. Baronius, Poſſev.* appar. ſacr. Tom. I. aliique citati *Riveto* lect. ſacr. l. 3. c. 1. *Sixtus Senenſis* l. 4. p. m. 285. ſtylum reſipere BEDAM aut RABANUM judicavit.

Pro ſuppoſititiis has Homilias agnoſcit *Miræus* in Biblioth. Eccleſ. p. 28. 187. 195. & *ex variorum Scriptis* congeſtas affirmat. (a) BRUNONI ſpeciatim cum *Marcheſio* tribuunt Monatliche Unterredungen 1693. p. 317. & *Richard. Simon* Critique du Nouveau teſtament cap. XXVII. p. 388. (b) *Licenianas* illas appellat *Prideaux* Orat. IX. p. 85. *Rapſodi* cujusdam recentioris. *Latino cuidam* adſcribunt *Acta Erud. Lipſ.* 1693. p. 460. BEDÆ aut RABANI MAURI vel utriusque collectanea eſſe putat Andreas *Schottus* Tom. V. Bibliothec. Patr. part. I. p. 543. monente *Symbola Rauſchiana.*

II. *Homiliæ* 50. quas non eſſe ipſius, fatentur omnes modo citati, ſed diverſis auctoribus eandem aſſignant. Plerique in EUCHERIUM conſentiunt, licet alii FAUSTUM *Regienſem,* alii CÆSARIUM *Arelatenſem* ſubſtituant. v. *Bellarm.* ad A. C. 430. p. m. 146. *Th. Raynaud.* l. c. p. 138. *Rivetum* l. 3. c. 1. & l. 9. c. 20. p. 452. & c. 28. p. 488. *Blondellum* de S. litter. lib. 2. c. 10. circa f. & citatos *Oleario* p. 157. adde *Barth.* adverſar. l. 44. c. 12. in pr. Alii mixturam volunt eſſe variorum auctorum v. *Rivet.* l. 3. c. 1. & imprimis *Barthium* adverſar. l. 43. c. 26. qui non EUCHERII modo, & FAUSTI, ſed etiam SALVIANI, ALCUINI, & GENNADII opera in iis agnoſcit. Cujus locus (f) omnino dignus eſt qui etiam hic legatur. *Eucherio* eas aſſerit Paradiſi Carmelitici decoris p. 205. col. a. M. Antonius *Alegre* de Caſanate cum *Baronio* Genuiniſſimum illarum Auctorem eum appellante.

MAXIMUM *Epiſcopum Rhegienſem* addit *Cave* Chartophylac. Eccleſ. pag. 88. (c) & Hiſtor. liter. Scriptorum Eccleſiaſt. p. 238. Conſulendi ſunt hic Mehlführer / coron. patr. p. 164. *Voſſius* de Cognitione ſui p. 64. Hiſtor. Pelagian. pag. 38. 39. citante *Symbola Normanniana.* EUCHERIO ſpeciatim adjudicant Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 235. a. *Mabillon.* Anal. Tom. II. p. 346. (d) FAUSTO autem *Rhegienſi* easdem aſſerunt Caſimir. *Oudinus* diſſertatione de Scriptis Euſebio Emiſſeno hucusque perperam attributis, ut ex ea notant Monatl. Unterredungen 1692. p. 936. (e) & *Cave* Hiſtor. Eccl. p. 259. L. Plura vide in EUCHERIO LUGDUNENSI ſupra. Adde ſerius transmiſſa *Maſtrichtiana* ſub finem adjacentia lit. (g)

(a) Miræus, Bibl. Eccl. p. 28.

*Theodoretus Scriptores --- recenſet ---* Euſebium *Phoenicem, hoc eſt Emeſenum. Quod ad Euſebium Cæſarienſem attinet* Socrates *l. 1. c. 17. ſcribit, jejune admodum in Eccleſiaſtica Hiſtoria Manichæorum ab illo mentionem eſſe factam. Qua de cauſa totam ejus Hiſtoriam ex Archelai, ſupra c. 72. laudati, ſcriptis uberius exponit. Quare præcipuo aliquo libro hæreſin iſtam oppugnaſſe videtur Euſebius* Emeſenus.

(b) Richard Simon Hiſtoire Critique du Nouveau Teſtament, Cap. XXVII. pag. 388.

Maur Marcheſius *Moine du Mont Caſſin, qui a publié les Ouvrages de ce dernier* Bruno *ſur des exemplaires MSS. aſſure que les 145. Homelies ſur les Evangiles de toute l'année, les quelles ont eté imprimées ſous le nom d'*Euſebe d'Emeſe, *ne ſont point d'*Eucher de Lyon, *ni d'aucun autre Auteur; mais de ce* Bruno.

(c) Cave Chartoph. Eccl. p. 88.

Maximi *Epiſcopi Rhegienſis, extant homiliæ aliquot inter eas, quæ* Euſebio Emiſſeno *adſcribuntur.*

(d) Mabillon. T. II. Anal. p. 346.

*Non reperi hunc locum in editis Eucherii Lugdunenſis Epiſcopi ſcriptis, neque in ſermonibus nomine* Euſebii Emiſſeni *vulgatis, quos* Eucherio *Lugdunenſi tribuendos eſſe non immerito viri docti arbitrantur.*

(e) Monatliche Unterredungen 1692. p. 936.

Aber auf ſeine mitgenommene Schrifften zu kommen / ſo ſind in der erſten enthalten die *Opera Eucherii Lugdunenſis, Hilarii Arelatenſis, Fauſti Regienſis, ac Cæſarii Arelatenſis,* vermehrt und verbeſſert auß denen alten *Editionen* und *Manuſcriptis Regiis, Colbertinis, pluriumque Benedictini ac Ciſtercienſis Ordinis Abbatiarum,* benebenſt einer *Diſſertation de Scriptis Euſebio Emiſſeno hucusque perperam attributis.* Dieſes Werck liegt zum Druck gantz *parat,* und haben es ſchon geſehen und *approbiret* viele in dieſem *Studio* trefflich *verſirte* Leute / ſo wol in Franckreich / *Baluzius, Mabillonius, Harduinus, Du Cangius, Philippus Deſpout, Blancpain, Petrus Coutant,* welche beyden Letzten die neue Parieſer *Edition* des *Auguſtini emendiren;* alß in Holland *Spanhemius, Triglandius,* und andere. Was Er für Arbeit und Fleiß daran gewandt / auch was davon zu hoffen / will Ich mit ſeinen Worten beſchreiben: *Non Unico duobusve annis confectus hic labor - - A decennio circiter, dum è Gallia ſolvi, inceptum opus, vix ab anno completum erat. &c.*

(f) Caſp. Barthius lib. 43. c. 26. Adverſariorum.

Quid de homiliis ſub nomine *Euſebii Emiſſeni* inſulſe editis ſentiam, hic prodere non gravabor. Viri doctiſſimi & in talium ſcriptorum lectione egregie exercitati *Eucherii* Lugdunenſis, *Fauſti* Rhegienſis & aliorum opuſcula eſſe e diverſis libellis in unum faſcem compacta, autumant. Quibus ut volens aſſentiar facit genus, in iis loquendi diverſum quidem, ſed tale tamen ut unius ſeculi, imo unius inſuper nationis ingenia & Eloquentiam facile agnoſcam. *Salviani* quidem multas in iis eſſe placiditas ſtyli, nervoſa & tractus ſententiarum, cum erudita, quapiam ſimplicitate penitus mihi perſuaſerunt. *Eucherii* vero rotunditas & candor etiam, in pluribus apparent. Nec paucas in eodem volumine cenſeam *Alcimi Aviti* nomen præferre debere. Quem doctiſſimum & maximi nominis Antiſtitem talia plurima ſcripſiſſe *Agobardus* nos docuit, & jam nonnulla in veteribus, mem-

„membranis conquirere incipiunt doctiſſimi Viri. Sunt in eadem farragine aliæ Homiliæ, „quas *Gennadium* concinnaſſe exiſtimem. Sunt „quas alios *Galliarum Epiſcopos*. Quæ nobiliſſima provincia cum Antiſtitis ſummi & nominis & meriti per tempora cadentis in manus „Gothorum Occidentis abundaret; videtur mihi *Studioſus quispiam* collegiſſe conciones „eorum, ut exempla eſſent ſucceſſoribus, in faſcem iſtum. Par judicium ferendum de eo opere arbitror, quod, Petro *Ravennati* ſive *Chryſologo* univerſum inſcribitur; cum argumenta ſint non varia, ex ſtyli diverſitate variisque feſtorum repetitionibus multorum Chriſti præconum idem opus eſſe qui fortaſſe in eadem Eccleſia docuerint. Nec obſtat quod ſermones diverſi eadem dicant, eodem dicendi etiam genere in iisdem verbis utantur; cum mos „hic Chriſtianæ antiquitatis fuerit perpetuus majorum dicta ſuis etiam citra auctorum allegata nomina intexere. Ut manifeſte videre his „diebus potui harum homiliarum, quæ *Euſebii Emiſſeni* nomen præferunt, nonnullas conferendo cum *Gregorii Magni*, *Radulfi Ardentis* & „aliorum poſteriorum ſcriptis. *Radulfus* enim *Gregorium* adeo *ſequitur*, ut integras ejus ſententias transſcribat, *Gregorius Eucherium*, *Chryſologum, Gaudentium*, & alios priores; ne Majorum Gentium *Auguſtinos*, & tales cæteros dicam. Porro imperante Carolo Magno *Alcuinus Albinus Flaccus*, homo ſuorum temporum ſine controverſia eruditiſſimus, opus nobis ex „omnibus fere homiliarum ſcriptoribus, concinnatum ad Tempora dedit, in quod tamen & „ſuarum nonnullas tractationes admiſit. Atque „idipſum denique opus ab alio interpolatum eſt, „quod parum hactenus animadverſum eſt. Nam „Conciones in eo Volumine deprehenduntur „diutino poſt Carolum Magnum tempore ſcriptæ. Sed compoſitione accurate inſtituta utrumque opus ad nos perveniſſe comperimus, „& Alcuini legitimum prius, & interpolatoris „eum ſequentis. Qua de re alibi. Nunc hoc „judicaſſe ſufficiat, chartis implendis, tempori „fallendo, nonnulla tamen & forte fruge lectoris.

(f) Maſtrichtiana a num. 1. usque ad num. 8.

1.

Euſebius Emiſſenus.

*Euſebio Emiſſeno adſcriptæ conciones Latini & orthodoxi hominis ſunt, quorum neutrum iſti convenit. Ego nomine Eucherii citare ſoleo, quanquam non neſciam diverſorum auctorum eſſe. Lugdunenſem antiſtitem profitetur auctor aliquot homiliarum ex illis, unde ejus ego urbis antiſtitum eſſe ſuſpicor, Collectas in unum Codicem a miniſtro aliquo ejus Eccleſiæ.* Caſp. Barthius *in Apparatu Philologico Dilherri part. 2. p. 228.*

2.

*Videamus etiam, quid auctor homiliæ* de corpore & ſanguine Chriſti *qui inter opera* Hieronymi *legitur & a quibusdam* Euſebius Emiſſenus *creditur, hac ſuper re habeat. Joh.* Vorſtius *diſſertat. lib. 2. cap. 8. p. 167. item p. 172.*

*Apud Gratianum de conſecrat. diſt. II. c. 35. aliquid ex Euſebio Emiſſeno citatur; item apud* Petrum Lomb. lib. 4. diſt. 8.

3.

*Aliqua iſtorum* (Signorum) *ponit Scriptor homiliarum á* Stelſio *editarum, ſub nomine* Euſebii Emiſſeni. *Gerhard. Joh. Voſſius in Diſp. 16. Hiſtor. & Th. Theſ. 8. p. 227.*

4.

*Ut* Euſebius Emiſſenus, *vel potius* Eucherius Lugdunenſis *ſermone 5. ad Monachos.* Voſſius *diſp. 15. hiſt. & Theol. theſ. 9. pag. 213. prope finem. Vid. & ex eod. elogia Cæſarii Arelatenſis.*

5.

Fauſtus Regienſis.

*Hunc* Fauſtum *putat* Blondellus *autorem eſſe homiliarum in Epiphaniam quæ falſo adſcribuntur* Euſebio Emiſſeno *lib. 2. de Sibyllis cap. 10. fine vid. verba inter elogia Euſebii Emiſſeni.*

6.

Euſebius Emiſſenus *vel* Emeſenus.

*Ejus homiliæ ab eruditis exploſæ* Bell. *de Euch. lib. 2. c. 30. Albert. de Euch. lib. 2. fol. 877. ubi jactari auctorem dicit Fauſtum Regienſem, aliis* Cæſarium Arelatenſem, *aliis* Eucherium Lugdunenſ. *aliis alium.* Faeſius *in Chriſto incœnato c. 16. add.*

*Jeſ. Petavius orthodoxis annumerat* Hieron. *Arianum in Chron.* Bellar. *de Script. Eccleſ.* Baron. *Tom. VI. ad an. 441.*

7.

*Eucherius in homiliis* Euſebio Emiſſeno *tributis, ſerm. quinto de Paſchate fol. 84 edit. Lovanenſis anni 1560.* Voſſ. *diſp. XX. hiſtor. & Theolog. theſ. 2. pag. 270.*

8.

Euſebius Emiſſenus.

*Ejus homilia quinta de* Paſchate Cæſarii Arelatenſis *nobiliſſimi Sexti ſeculi ſcriptoris, inter cujus homilias ſeptima invenitur potius cenſetur.* Dalæus *de Lat. cult. relig. c. X. 165. p. 634.*

---

(993) EUSEBIUS GALLICANUS. Ejus nomine ediderunt Colonienſes opera EUSEBII EMISSENI in Biblioth. Patrum Tom. V. parte I. ut in eis notat *Prideaux* Orat. IX. p. 88. (a)

(a) Prideaux Orat. IX. p. 88.
Euſebium Emiſſenum *non perſtringunt tantum* Hieronymus *&* Theodoretus *inter vetuſtiores, ſed inter Recentiores,* Baronius, Poſſevinus *& alii ut Arianorum ſigniferum: ſed quid* Alanus, Bellarminus, Rhemenſes *hac ex parte ſtatuunt? non ſolum fidenter eum producunt in ſuæ cauſæ patrocinium, ſed & protruſerunt tandem* Colonienſes *ſub Euſebii Gallicani nomine, Bibl. patrum. Tom. 5. par I.*

EUSEBIUS v. *á* S. *Juſto.*

*Philadelphus.*

---

(993. *a*) EUSEBIUS PAMPHILI.
De Euſebio & quo ordine ſcripſerit ſua opera late diſquirit cap. 2. *Boſius.* in exercitat. de periocha Joſephi de Chriſto; item quare *Photius* annotarit Philoſtorgum habuiſſe libros de vita Con-

Conſtantini pro Euſebianis *idem* ibid pag. 80. *Symb.* eſt *Maſtrichtiana.*

(993. β) EUSEBIUS, PAPA.
De tribus epiſtolis ei affictis à Peccatore MERCATORE ſeu *Pſeudo-Iſidoro*, præter alios Criticos ſcriptorum Eccleſiaſt. *Bell. Baron. Cocum. Rivetum.* Du pin. Nat. Alexand. Gerh. &c. vid. Clariſſim. Blondellum in Pſeudo-Iſidoro & Turriano Vapulant. ad has & alias ſpurias primorum Epiſcoporum Romanorum epiſtolas decretal. & *Gerh. von Maſtricht* in hiſtoria juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 223. ſeu pag. 232. usque pag. 268.

(994) EUSEBIUS *Romanus*: Eſt Philippus LE PRIEUR, ut ex ipſius libri, eo nomine editi inſcriptione monet *Symbola Junckeriana*, ita concepta: "(Philippi le Prieur, alias Euſebii Romani Epiſto-"la *ad* Cl. Virum *Iſaacum Peirerium.* Accedunt "ejusdem *animadverſiones in librum Præadamitarum*, „expeditione II. Pariſiis 1658. 8vo.) Addit hic Diecmanniana nota quod ſequitur: *Euſebium Romanum*, qui breves, ſed doctas *Animadverſiones* „*in librum PræadamitarumPeyrerii* A. 1656. 12. edi-„tas ſcripſit, *Philippum le Prieur* eſſe, ex Jo. *Ad.* „*Oſiandri* Comment. in Geneſ. refert Henr. *Muh-*„*lius* Præf. Apolog. pro ſtud. Thalmud. editioni „tertiæ Joh. Cocceji Sanhedrin *Maccoth.* præfixa, „Tom. VIII. Oper. Coccej. ** 2. b. Vocatur hic „alias Latine *Phil. Priorius*, tum ex Diſſert. de li-„teris Canonicis Pariſ. 1675. 8. edit. tum ex No-„tis ad Optatum Milev. Pariſ. 1675. fol. editum „erudito orbi notus.

(995.) EUSEBIUS VERCELLENSIS. Ei tribuitur à nonnullis *Symbolum* vulgo ſic dictum *Athanaſianum* ut obſervat *Tenzel.* in Act. Eruditorum Lipſienſ. 1687. pag. 543. quod communiter aſſeri VIGILIO TAPSENSI monuimus num. 278. *Pſeudon.* in *Athanaſio* §. XVII.

(996.) EUSTACHIUS où plutot EUTYCHIUS: *Saint* BONAVENTURE, dont le nom etoit *Jean* FIDANZA. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 552. Multa ejus ſcripta recenſet *Friſius* in Biblioth. Geſneriana p. 227. a. *König.* in Bibl. Vet. & Nova. & *Anton.* in Bibliotheca Hiſpanica, ſed hujus Scriptoris non meminerunt.

(997.) EUSTATHIUS Su. P. eſt *Janus* GRUTERUS v. *infra Pflugius.*

(998.) EUSTATHIUS *de amoribus Iſmeniæ & Iſmenes* libri Auctor male à nonnullis creditur eſſe Euſtathius *Theſſalonicenſis Epiſcopus Homeri Scholiaſtes* judicante *Voſſio* de Hiſtoricis Græcis lib. IV. cap. XIX. pag. 491. (a) & *Menage* Anti Baillet. Tom. II. pag. 335. (b) ex eo quod in quibusdam MStis hæc Hiſtoria attribuatur EUMATHIO, ut *Voſſius* addit loc. cit. *Macrembolitæ Protonobeliſario.* Jungit his *Symbola Normanniana Huëtium* de origine des Romans 90. 163. EUSTATHIO CONSTANTINOPOLITANO Præſidi, Amores hosce tribuit *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 227. a.

(a) Voſſius de Hiſtoricis Græcis lib. IV. cap. XIX. p. 491.
Euſtathius, *Theſſalonicenſis Epiſcopus, cujus in Homerum, & in* περιήγησιν *Dionyſii, commentarium habemus, auctor quoque creditur ſex librorum de* Iſmenæ & Iſmenes *amoribus. Vixit* Manuelis Comneni *temporibus, circa annum* ↀCCL; *item ſub* Alexio Comneno, *& improbo illo Andronico; ut conſtat ex Niceta Choniate: cui Euſtathius hic vocatur, nunc* ὁ πολὺς καὶ μέγας ἐν λόγοις, *nunc autem* ἀρετῇ διαβεβλημένος ἀπανταχῆ, *ac à prudentia item ſingulari, & doctrina multijuga, celebratur. Sed quod* Euſtathium *amorum horunce auctorem eſſe ajunt, id plane incertum; quando in libris nonnullis* Eumathius *vocatur. Cujus rei mirum non meminiſſe doctiſſimum* Gaulminum; *qui primus eum edidit ſcriptorem. Eumathius is in codice Mediolanenſi* Macrembolita Protonobeliſarius *nuncupatur. Neq; ſi opus Eumathii ſit, ut arbitror (ſane minus hoc conveniens Epiſcopo argumentum) eo nullus fuerit hic locus Theſſalonicenſi Euſtathio, cum ejus ſit commentarius in Dionyſii* περιήγησιν, *in quo terrarum explicat hiſtoriam.*

(b) Menage Antibaillet. Tom. II. pag. 334.
Pag. 334. Euſtatius. *Auteur du Roman des Amours* d'Isméne & d'Ismenie. *Quelques uns pretendent que c'eſt l'* Euſtathius, *Commentateur d'Homére, Archevesque de Theſſalonique. Mais comme je ne ſuis pas de cet avis, & que d'un autre coté l'Auteur de ce Roman ſe trouve appellé* Eumathius *en quelques manuſcrits, je n'appuie pas ſur cet exemple.*

EUSTATHIUS v. *Swartius.*

(999.) EUTROPII *adjectiones ad Egeſippum* â LANDULPHO SAGACE diſtentas eſſe aliorum additamentis, docet *Barthius* in adverſariis l. 40. c 4. & aliis locis. vid. *ſupra Egeſippum.*
Sub Eutropii nomine
(II) *Rerum Julii Cæſaris in Gallia geſtarum Epitome* à Roberto *Stephano* Commentariis Cæſaris ſubjuncta, PAULI OROSII fragmentum eſt, ex ejus lib. VI. Hiſtor. cap. VII. ut ad h. c. 7. obſervat Franciſcus *Fabricius.* Hæc *Symbola Rauſchiana.*
(III.) *Eutropio* (Presbyterum vocat *Friſius* Bibliothec. Geſner. p. 228. ſed male ut obſervat *Voſſius* de Hiſtoricis latinis lib. II. c. VIII. p. 196.-97. (a)) adſcriptum vulgo *Breviarium Hiſtoriæ Miſcellæ* à PAULO DIACONO interpolatum ab eodem & LANDULFFO SAGACE auctum traditur *Fabricio* Bibl. Latin. pag. 170. 171. (b) quod Auctarium ex ANASTASII BIBLIOTHECARII Rom. Hiſtoria Eccleſiaſtica, GEORGIO THEOPHANE, aliisque Scriptoribus collectum ibidem aſſerit.
(IV) *Breviarium Hiſtoriæ Romanæ.* Eutropio adſcriptum à PAULO WINFRIDO mire interpolatum vide apud eundem *Fabricium* loc. cit. p. 170. (c)

(a) Voſſius de Hiſtoricis Latinis lib. II. c. VIII. p. 196. 197.
Eutropius, *Sophiſta Italus, ut eum vocat* Suidas,

das, *cum alia quædam eodem teſte, tum* Breviarium *ſcripſit* rerum Romanarum *ab U. C. usq; ad Flavium Valentem Auguſtum, cui & opus ſuum dicavit. Militaſſe ſe ait ſub* Juliano, *atq; expeditioni ejus in Perſas interfuiſſe. Quo & pertinent verba Georgii* Cedreni *in Selectis de Originibus Conſtantinopolitanis, ubi ſic ſcribit:* εὐτρόπιος ὁ σοφιςὴς, τῷ παραβάτῃ Ἰουλιανῷ συμπαρὼν ἐν τῇ περσίδι. *Laudat vero eum teſtem in rebus Conſtantini Magni, quæ oculis ſuis vidiſſe eum ait. Atq; ex his patet error* Ptolemæi, *& hujus ſe autoritate tuentis* Raphäelis Volaterrani, *qui* Eutropium *hunc fuiſſe putarunt diſcipulum B.* Auguſtini. *Quæ & ſententia eſt Philippi* Bergomatis *in Suppl. Chron. ad an. CCCCXXIX. Item* Geſneri *&* Eyſingrinii, *& Theodori* Zvingeri *Theatri ſui volumine VI. lib. II. ad hæc* Poſſevini *in apparatu ſacro, atq; aliorum. In errorem omnes eos impulit, quod* Gennadius *in illuſtrium virorum catalogo* Eutropium *quendam referat, de quo hunc in modum apud eum legitur :* Eutropius pres-“
byter ſcripſit ad duas ſorores, ancillas Chriſti,“
quæ ob devotionem pudicitiæ, & amorem re-“
ligionis, exhæredatæ ſunt à parentibus, epiſto-“
las in modum libellorum conſolatorias, ele-“
ganti & aperto ſermone duas, non ſolum ratio-“
ne, ſed etiam teſtimoniis Scripturarum muni-“
tas. Meminit autem ejus *Gennadius* poſt *Augu-*“
*ſtinum Oroſium*, alios. Hunc illi eſſe breviarii“
ſcriptorem crediderunt. Sed tempora repu-“
gnant, cum auctor breviarii, Conſtantini, ejus“
liberorum, Juliani, Joviani, & Valentis tem-“
poribus vixerit: at non item Gratiani, aut Theo-“
doſii ſaltem non Arcadii, & Honorii: ut Augu-“
ſtino eſſe junior non poſſit. Adhæc ille Gen-“
nadio memoratus presbyter erat: at hic an“
Chriſtianus fuerit, ambigitur, cum reticeat“
chriſtianorum perſecutiones X, ac in Joviano“
aperte ſvadeat perfidiam.

(b) Fabricius Bibliothecæ Latin. pag. 170. 171.

*Etiam in* hiſtoria Miſcella *libri undecim priores hos ipſos* Eutropii *libros à Paulo interpolatos exhibent, proximi vero quatuor autorem agnoſcunt eundem* Paulum Diaconum, *ſextus porro decimus usq; ad vigeſimum quartum additi ſunt à* Landulpho Sagace, *hiſtoriamq; perducunt ad annum usq; Chriſti 806. uti recte in edit.* Pithœi *legitur (perperam in Gruteriana excuſum eſt 706.) in quibus tota fere* Anaſtaſii Bibliothecarii *Rom. hiſtoria Eccleſiaſtica ex* Georgio Theophane *aliisq; Græcis Scriptoribus collecta continetur. Vide præter P.* Pithœi *præfat. Voſſium de Hiſt. latinis p. 29:.* Seldenum *ad* Eutychii *Origines Alexandrinas pag. 153. &c. Neq; in Landulpho duntaxat, ſed & in iis quæ Paulo tribuuntur, Anaſtaſii verba obſervare licet.*

(c) Ibidem. p. 170.

*Extat hoc* Eutropii breviarium Romanæ Hiſtoriæ *in X. libros diſtinctum dicatumq;* Valenti *Auguſto. Sed in antiquioribus editionibus Rom. 1471. Venet. 1480. fol. Cracoviæ Mich. Coccinio curante 1510. 4. Pariſ.* 1513. *per* Nicolaum Maillarium *&c. additamentis* Pauli Winfridi *Longobardi qui Caroli M. ætate* Diaconus Aquilejenſis *fuit, mire interpolatum legitur.*

(999. α) EUTYCHIANUS, Papa, de duabus epiſtolis ei affictis à Peccatore MERCATORE ſeu PSEUDO ISIDORO, allegatam ſæpius vide *Symbolam Maſtrichtianam.*

---

(1000.) EUTYCHIUS, *Alexander:* SAID, fils de Batrick. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 552. SAID IBN BATRICK Patriarcham Alexandrinum Eutychium quendam nominat *König.* Biblioth. Vet. & Nov. pag. 289. b. Ejusque nomine ibidem citat *Hiſtoriam Univerſalem A. C. M. usq; ad ſua tempora.*

EUTYCHIUS v. *Hephæſtion.*

---

(1001.) EUTYCHUS *Myon :* Perſonatum nomen eſt *Wolfgangi* MUSCULI., Theologi Bernenſis ſub quo edidit 1549. *Dialogos* IV. Liceatne homini Chriſtiano, Evangelicæ doctrinæ gnaro, Papiſticis Superſtitionibus falſisque cultibus externa Societate communicare? vide *Simleri* Bibliothec. pag. 686. & *Colomeſ.* Melanges Hiſtor. p. 51. Damnatus hæc propter Muſculus, ut videre licet ex *indice librorum Prohibitorum* Romano p. 46. b. v. Myon.

---

(1002.) EUTYPHRONIS Philoſophi & Medici *de nova curandorum morborum per Transfuſionem ſanguinis* Diſſertatio in 4to Pariſiis apud Andream Cramoiſy 7. *Petrum* PETITUM eſſe Auctorem hujus diſſertationis, declarant *les Nouvelles de la Republique des lettres* Aout 1685. pag. 831. & *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 552. Diſſertationem hanc breviter recenſet *le Journal des Sçavans 6. Fevrier* 1668. p. 26. 27. 28.

---

(1003.) *Alexandre* DE L' EXCLUSSE. Extat hoc nomine Gallice : *Somme des fautes & fauſſetez de la Somme Theologique de* Garaſſe impreſſ. Pariſiis 1626. in 4. Scriptum hoc ad Joannem DU VERGER *d' Hauranne, Abbé de S Grand,* referunt *Colomeſius* melanges Hiſtoriqv. p. 26. (a) & *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 552.

(a) Colomeſius Melanges Hiſtoriq. pagina 26.

*Le fameux Pere* Merſenne *Religieux Minime, apprit à mon Pere l' eſtant venu voir, que* Jean du Verger *d' Hauranne Abbé de S. Cyran avoit fait un Livre ſous le nom* d'Alexandre de l' Excluſſe, *intitulé* Somme des fautes & fauſſetez de la Somme Theologique de Garaſſe, *imprimé à Paris l' an. 1626. in quarto.*

EXOCIONITE v. *Eremite.*

---

(1004.) *Academicus* EXPOLITUS traduxit *Hiſtoriam Sanctam*, compoſitam à *Nicolao Talono* Societatis JEſu. Impreſſa illa eſt Bononiæ per Carolum Zenerum 1649. in 12. Auctorem Verſionis hujus profitetur *Sotvel* Biblioth. Script. Societ. JEſu p. 523. a.. *Joſephum* FOTIUM Italum Rheginum è Calabria, Societatis JEſu. *Toppius* in

in Bibliotheca Neapolitana hunc Scriptorem præterit.

(1005.) EYSTETENSIS Collegii Jeſuitici nomine, *Templum honoris Joanni Chriſtophoro; Epiſcopo Eyſtetenſi erectum*, Ingolſtadii 1620. in 4. *Georgii* STENGELII, Jeſuitæ Auguſtani, eſſe, docet *Alegambe* p. 158.

Adde *Sotwel.* Biblioth. Scriptor. Societat. JEſu. p. 298. a. Scriptum quidem hoc Stengelio adſcribit *Witten.* Diar. Biograph. 1651. d. 10. Aprilis: Aſt Collegii Eyſtetenſis nomine illud publicatum non addit.

(1006.) De EZECHIELE, auctore male habito *Pſalmi* DAVIDIS LXV. vide *Sixtum Senenſem*, l. p. 14. & citatos *ſupra* in *Aggæo*.

Davidi, & non Ezechieli aut JEREMIÆ cur adſcribendus ſit Pſalmus memoratus rationes addidit *Polus* in Synopſi Criticorum S. Scripturæ p. 903. (a) Addit *Nota Diecmanniana*: Leguntur quidem in antiquis codicibus Latinis, itemque ab *Hieronymo* & *Auguſtino* in hujus Pſalmi titulo hæc verba: Canticum *Hieremiæ* & *Ezechielis* populo transmigrationis cum incipierent exire; ſed ipſe *Bellarminus* Explic. Pſalm. p. 345. a. fatetur, non hanc auctoris, qui hanc partem tituli addidit, mentem fuiſſe, quaſi Hieremias & Ezechiel hunc Pſalmum cantaverint, qui revera *Davidis* ſit; ſed fingi decantatum ab his Prophetis, ut intelligeremus, eum *exponi debere* de reditu filiorum Iſrael à captivitate in patriam, quam reverſionem duo iſti Prophetæ prædixerunt. Unde *Bell.* ex hac cauſa hanc προσθήκην non contemnendam judicat.

(a) Polus in Synopſi Criticorum S. Scripturæ. p. 903.

*Quinque poſtremi verſus cogunt me ut credam hunc Pſalmum à* Davide *editum poſt impetratam à Deo pluviam in ſumma ſiccitate &c.*

*I. Canticum* - - Hieremiæ & Ezechielis, *&c. His tribuitur, non tanquam Autoribus, ſed quia ab his decantatus fingitur initio reditus de captivitate, &c. ut doceremur hæc præſertim cani de læto reditu quem hi Phophetæ canebant, &c. Sed hæc inſcriptio non eſt in textu hebraico, nec in Interpretibus aliis, nec in ό. ſed in quibusdam tantum exemplaribus verſionis ό. Jeremias non fuit abductus in Babyloniam. Vide* Jer. *29. 11. &c. Porro, & is & Ezechiel ante reditum mortui ſunt.*

(1007) EZECHIEL. Ejus nomine citatur a *Friſio* in Biblioth. Gesneriana p. 228. b. *Drama*, quod inſcribitur Ἐξαγωγή. De illo ingens inter Eruditos contentio, cuinam Auctori debeatur Hebræo, an Chriſtiano? HEBRÆUM aſſerit *Voſſius* de Græcis p. 90. *Huetius* de demonſtratione Evangelica Propoſit. IV. p. 87. qui ſimul obſervat, Auctorem a quibusdam credi DE NUMERO LXX. INTERPRETUM fuiſſe. (a) & cum iis Monatl. Unterredung. 1690. p. 1141. 1142. (b) *Sixtus Senenſis* Judæum quidem Auctorem credit, ſed 40. circiter annis ante Chriſtum vixiſſe autumat. *Cave* nihil hic determinat, ſed ætatem hujus ſcriptoris ad annum Chriſti 190. rejicit. Chartophyl. Eccleſiaſt. p. 38.

(a) Huetius de demonſtratione Evangelica Propoſit. IV. p. 87.

*De numero Septuaginta horum Interpretum unum fuiſſe* Ezekielum, *Judaicarum tragœdiarum poetam, quibusdam perſuaſum eſſe video. Certe non* Euſebium *ſolum, &* Clementem Alexandrinum *præceſſit ætate, ſed &* Alexandrum Polyhiſtorem, *qui fuit* L. Sullæ *coævus; &* Demetrium Judæum, *qui ex ejus ſcriptis fragmenta depromit apud Euſebium. Vixiſſe autem Demetrium hunc, inter Ptolemæos, Philopatora, & Lathyrum, paulo poſt patefaciam. Drama ejus hodieq; exſtat* ἐξαγωγὴ *inſcriptum, quo Ebræorum exitus, duce Moſe, explicatur.*

(b) Monatliche Unterredungen/ 1690. p. 1141. 1142.

Was den *Ezechielem Tragicum* anbelanget/ ſo iſt es zwar an dem/ daß einige ſind/ die nichts gewiſſes von ihm *ſtatuiren* wollen. Aber die meiſten halten ihn vor einen Jüdiſchen Poeten/ welches auch ſo wol der Name/ den kein Heyde gehabt/ als das *Argumentum* ſeiner *Tragœdie* giebet. *Voſſius de Poetis Græcis p.* 90. nennet ihn außdrücklich *Poetam Judæum. Sixtus Senenſis lib. IV. Bibliothecæ Sanctæ* nennet ihn/ *Judaicarum Tragœdiarum Poetam*, und ſetzet von ſeinem Alter: *Claruit anno ante Chriſtum* 40. Am beſten unter allen hat *Huetius* davon *diſcouriret*/ *Propoſ. IV. Demonſtr. Evang. p.* 87. Und ob er wol nicht eben zugibt/ was einige wollen/ daß dieſer Ezechiel einer von den 72. Griechiſchen Dolmetſchern geweſen/ ſo beweiſet er doch/daß er älter ſey/als *Alexander Polyhiſtor*, und *Demetrius Judæus*, die beyde meines Erachtens zum wenigſten 90. Jahr vor Chriſti Gebuhrt gelebet.

* * *

# F.

( 1008 )

BAſilius FABER. Ejus qui hodie extat nomine *Theſaurus Scholaſticæ Eruditionis* non agnoſcit eum Integer Auctorem; ſed multa *Auguſto* BUCHNERO, quod jam ipſe titulus loquitur, multa *Jacobo* THOMASIO, alia M. Joanni Gottfried HERRICHIO debentur, ut ex ipſa B. Thomaſii Confeſſione per epiſtolam de die 29. April. 1675. mihi facta certus ſum. Nec pauca ei acceſſerunt in nuperrima editione Lipſienſi 1692. operâ *Chriſtophori* CELLARII, ut titulus editionis hujus indicat.

(a) *Verba p.m. Jacobi* Thomaſii *illa ſunt:* ,,Denique mea ſunt, quæ noviſſima Theſauri ,,Fabri editio ad literas A.N.O.X. Y. Z. ſparſim ,,inſerta habet, in prioribus editionibus non ,,mea ſunt, ſed Collegæ in Senatoria Schola mei, ,,M. Jo.Got. *Herrichii.* Cæteris literis, quod ,,meminerim, nihil acceſſit.

(1009) *Chriſtophorus* FABER. Perſona eſt *Theodori* DE WITTE. Belgæ, Ultrajectini, ſub qua quædam edidit idiomate Flandrico ut indicant *Witte.* Diar.Biograph. An. 1630. d. 17. Octob. & *Bailletus* in indice des Auteurs degviſez pag. 553. quid tamen ſub hac larva Scripti prodierit, uterque ſilet.

(1008. α) *Joannes* FABER *Gallicus.* Ejus nomine citantur a Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 240. b.

(I.) *Breviarium in 9. libros Codicis* Juſtinianæi Lugd. 1550.

(II) *Lectura* ſuper III. Libros Inſtitutionum, cum Addit. Joan. de Gradibus Lugd. 1543. Addit autem Hyde: Autorem hunc aliter vocari Johannem RUNCINUM.

(1010) *Philippus* FABER. Ejus *Vorſtius Redivivus* ſ. *Examen Vindiciarum* Caſparis Barlæi, qvas Analyſi Epigrammatis ſui, in R. Menaſſis Ben-Iſrael librum de Creatione, oppoſuit. Harlemi An. 1636. in 4to. eſt *Martini* SCHOOCKII, ſi ſtandum inſcriptione involucri mei Exempli. Verba ſunt *Symbolæ Normannianæ.*

(1011) M. DE FABERT. Ejus nomine prodiit Gallice 1689. in 12mo. L'*Hiſtoire des Ducs de Bourgogne, diviſée en deux Parties.* A Cologne, chez Pierre Marteau. Auctorem hujus libri non eſſe MARESCHALLUM DE FABERT, ſed EJUS proximum AGNATUM, inclinantem ad partes Auſtriacas docent, *les Nouvelles de la Republique des lettres*, Avril 1689. pag. 341.& 351.(a)

(a) Nouvelles de la Republique des Lettres Avril 1689. p. 341. & 351.

*Cette Hiſtoire n'eſt pas l'ouvrage du Maréchal de* Fabert, *comme on pourroit ſe l'imaginer en voyant le titre. Mais il ſemble que ce ſoit aſſez qu'elle porte ce nom en teſte, & que l'on ſcach que l'Autheur eſt proche parent de celuy qui l'a rendu ſi celébre, pour ſe prévenir en ſa faveur. En effet ſi celuy qui nous la donne, & qui paroiſt y ajouter ſes propres reflexions en divers endroits, ne ſe trompe pas dans le jugement qu'il en fait, on y trouvera raſſemblé tout ce que les meilleurs Hiſtoriens ont de plus eſtimable.*

(1011. α) FABIANUS, Papa.

*De tribus epiſtolis ei affictis à Peccatore* Mercatore, *ſeu* Pſeudo-Iſidoro, *&c. v. ſupra hujus* Maſtrichtianæ Symbolæ *continuationem.*

FABIUS v. *Clemens.*

- *Cotta.*

- *Hercinianus.*

(1012) Q. FABIUS Pictor, quod ſit ANNII Viterbienſis v. in *Rhodianis* num. 18. adductis ſupra.

Tanquam genuina Scripta Fabri, *libros de aureo Seculo*, *& de Romanæ urbis origine* citant *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 714 b. *Hanckius* de Scriptoribus Roman. Part. I. cap. I. Artic. II. p. 20. At pro Suppoſititiis illos agnoſcunt Ludovicus *Vives* de tradendis diſciplinis lib. V. p. 624. *Barthius* Adverſar. lib. L. c. IX & *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 291. a. pluresque alii ſupra citati, generatim hanc impoſturam Annianam agnoſcentes & exagitantes.

(1013) FABRICIUS. *Robert* de MOSHAIM. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez. pag. 553.

FABRICIUS v. *Alodnarim.*

(1014) *Fridericus* FABRICIUS. Præfixum hoc nomen gerit *Corpus Juris Cameralis*, edit. Francof. 1623. quodque idem eſſe dicunt nullo mutato verbo, cum *Joannis* FORSTERI Proceſſu Juridico Camerali, *Mauritius*, Introduct. ad Praxin Forenſem §. 18. indicante *Symbola Ankelmanniana.*

(1015) Guidonis FABRICII Boderiani *Verſionem novi Teſtamenti Syriaci*, *Emanuele* TREMELLIO ſubtractam, *Franciſcus Junius* arguit, apud *Thomaſium* de plagio §. 566. & 567. cum antea *Tremellius* ejus criminis eſſet accuſatus â *Genebrardo* & *Raynaudo.*

Tanquam genuinum Fabricii ſcriptum ejus nomine allegat *Friſius* Biblioth. Geſner. pag. 298. a. *König* autem verſionem hanc inter Scripta Fabricii non memorat Biblioth. Vet & Nov. p. 493. a. a TREMELLIO autem N. T. editum Syriace

Syriace una cum Verſione afferit p.831. Addit nota *Dieemanniana* :

Tremelliana *verſio primum Anno* 1569. *prodiit typis Henr. Stephani, quam ipſe Auctor ſe jam Ao.* 1565. *adornaſſe ſcribit.* Fabriciana *Ao.*1571. *ceu pars Operis Regis Hiſpanici excuſa eſt, quam Auctor ſe* 18. *menſium ſpatio Ao.*1567. *confeciſſe tradit. Unde Tremellium Fabricio verſionem ſuam ſubtrahere non potuiſſe apparet. Certe* Tirinus *ipſe Tremellio primitatis gloriam tribuit. V. Andr.* Mulleri *Diſſert. de Moſe Mardeno & Verſ. Syr. Colon. Brandenb. Ao.*1673. 4. *editas. p.*37.38. *Et ſi vel maxime alter alteri quidpiam ſuffuratus fuiſſet, plagiariorum equidem, non Pſeudonymorum numerum augeret.*

FABRICIUS *Jacobus* v. *Coſma.*

(1016.) *Joannes* FABRICIUS, Dantiſcanus. Edidit *Specimen Conſeſſus Harirenſis & Carminis Abu'l Olæ* Arab. Lat. *cum Notis Grammaticalibus & Coronide de Poëſi Arabum.* Roſtoch. 1638. 4to. Quod quidem ſub ejus nomine etiam allegat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p.242.a. Sed poſtmodum ſubjicit: Verſio Carminis Abu'l Olæ verum Authorem agnoſcit *Jacobum* GOLIUM, ex cujus Inſtitutione eam acceperat *Fabricius.* Vide *Baillet.* liſte des Auteurs degviſez pag. 553.& *König.* Biblioth. Vet. & Nov. p.493. a.

(1017.) FABRONIUS *Hermannus.* Vide *Harminius* à MOSA.

(1017. *a*) FACETUS dedit Carmine doctrinam de moribus. Hic in florilegio Poëtico anonymi ex ſuſpicione *Reineſii* vocatur THAYS. vid. eum ad Daum. Epiſtola 83. p.211. med. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

FACIBONIUS v. *Galiardi.*

(1018.) FAGEL. *Gilbert* BURNET. Douteux *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pagina 553.

(1019.) *Conſiderazioni* di M. FAGIANI, & *Uccellatum* del FORESI libri publicati cô finti Nomi dal Sigr. *Nicola* VILLANI da Piſtoja, amendue in difeſa del Poema del Adone, del Cavalier *Giov. Battiſta Marino*, contra l'oppoſizioni, fatte dal Cavaliere *F. Tomaſo Stigliani*, nel ſuo libro intitolato *l'Occhiale*, nella quale difeſa dimoſtrò, quanto poco il detto Stigliani ſi dimoſtraſſe intendente dell' Arte Poetica, dell' obſervazioni della Lingua, dell' Imitazion degli Antichi, & quanto lurdamente haveſſe aguzzata la penna a danni di quel Poema &c. Verba ſunt *Laurentii Graſſi* part. 2. p. 262. Elogiorum italicorum. Eorum ſcriptorum meminit *Leo Allatius* Apum Urb. p. 204. & 205. hiſce verbis: *L'Uccellatura* di Vincenzo Foreſe, all' *Occhiale del Cavaliere Fr. Tomaſo Stigliani*, contro *l'Adone del Cavalier Gio. Battiſta Marini*, & alla difeſa di *Girolamo Aleandro.* Opus hoc ejusdem Villani eſſe, omnes ſuſpicati ſunt, ob nominum alluſionem, Venetiis apud Antonium Pinellum 16 0. in 16. *Conſiderazioni di Meſſer* Fagiano *ſopra la ſecunda parte dell Occhiale del Cavalier Stigliano, contro l'Adone del Cavalier Marino*, ê ſopra la ſeconda difeſa di *Girolamo Aleandro.* Hoc item eidem Villanio attribuunt, aſſeruntque tale ſibi nomen impoſuiſſe, quod præter expectationem res illi ceciderit. Nam cum vellet ſub nomine Vincentii Forenſis latere, non potuit: ideoque ob ſimilitudinem illius avis, quæ dummodo caput tegat, totam ſe tegi, licet pateat omnibus, exiſtimat, *Phaſiani* ſibi nomen aſſumpſit. Villani Carmina laudavit *Meurſius*, Epiſtola ad Dominicum Molinum. *Villani Carmen inſigne eſt; & ut ſe Poetam egregium, ſic Philoſophum oſtendit; & eximiæ bonæ frugi ac ſapientiæ ſe litaſſe &c.* Idem Allat. pag. 124. memorat *Hieronymi Aleandri difeſa dell' Adone Poema del Cavalier Marino* oppoſta all' Occhiale del Cavalier *Stigliani.* Ven. 1629. in 12. & parte ſeconda 1640. in 12. 16.

Elogia Villani vide in *Aproſiana* Biblioth. p. 393. ubi *alter Perſius*, gloriaque non Piſtoiæ (Patriæ) tantum ſed univerſi orbis literati nuncupatur. *La Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXXX, ubi de Nicolao *Villani* agit, ſcripta quoque hæc eidem adſignat. adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez. p.553.

FALCIDIO v. *Melampodio.*

(1020.) *Proba* FALCONIA, ſive FALTONIA. Ei vulgo attribuuntur *centones*

(I) *In Utrumque Teſtamentum*, qui POMPONIO:

(II) *Homerici*, Ὁμηρόκεντρα, qui EUDOCIÆ aut potius Pelagio vendicantur. Vide *Eſchenbach.* Exercitat. de Poëtis Chriſtianis Sacris, Græcis & latinis, pag.19. §. XIII. (a) adde ea, quæ *ſupra* de EUDOCIA memoravimus.

(a) Eſchenbach Exercitat. de Poëtis Chriſtianis ſacris, Græcis & Latinis pagina 19. §. XIII.

Proba Falconia, *ſive* Faltonia, *quam* Voſſius & Borrichius *ex Iſidoro, Adelphii, proconſularis viri uxorem, matremq; Julianæ S. Demetriadis aviam, CL. vero* Olearius *in Abaco, Anicii probi Præfecti Prætorio, poſtea Conſulis, Matrem autem Probini, Olibrii & Probi ſimiliter COSS. ex* Hieronymo *faciunt, circa Imperatoris Gratiani, aut, ſecundum alios, circa Honorii & Theodoſii junioris, tempora vixit. Varios hæc ſcripſit* commentariolos in Novum & Vetus Teſtamentum, *illo verſuum genere, cui nomen* Centonum *fecere; alii tamen, hos centones* Pomponio, *nobili Poëtæ tum temporis viventi adſcribunt, eo quod* Iſidorus *eos, vel iis ſimiles, à Pomponio factos dicat. Sunt etiam qui huic noſtræ Falconiæ adſcribunt Centones iſtos Homericos, quos alii* Eudociæ, *alii* Pelagio Patricio, *tribuunt. Vide ſupra. §.5. Sect.I. ubi egimus de Eudocia in Poët. Græc.*

(1021.) Gabriel FALLOPIUS Vir Medicis ſcriptis multum celebris, quæ vide recenſentem *Lindanum* pag. m.187. & ſeqq. in quibus non eſt Italicum ſcriptum ſequens: *Secreti diverſi & miracoloſi diſtinti in tre libri.* Nel primo *de quali ſi contien il modo di fare diverſi olii, ceroti, Onguenti, ontioni, elettuarii, pillule, & infiniti altri Medicamenti*; Nel ſecondo *s' inſegna à fare diverſe ſorti di Vini, & acque molto ſalutifere*; Nel terzo *ſi contengono alcuni importantiſſimi ſecreti, d'Alchimia & altri dilettevoli e curioſi, raccolti dal* Fallopio, *& approbati d' altri Medici di gran fama.* Venetia 1569. 8vo. Hunc librum collegiſſe, & ſub hoc nomine ſcriptis aliis inclyto, divulgaſſe fertur *Joannes* BONACIUS. Scav. n.81.

Adde *Bailletum*, liſte des Auteurs deguiſez p.553. Pro ſuppoſititio Scripto *Secreta Fallopii* agnoſcit *Teiſſier* Eloges des hommes ſavans Tom. I. pag. 323. *Mercklin* autem hujus Scripti inter reliqua Fallopii opera non meminit. *Linden. Renov.* p.311.312. de *Bonacio* penitus ſilet.

( 1022. ) FALUEL, *Jean : Francois* l'ALOUETTE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 553.

( 1023. ) FAMIANUS. QVARDUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p.553.

( 1024. ) Mariangeli à FANO S. Benedicti *Auctarium ad Grammaticam Philoſophicam, ejusq; rudimenta, in quo etiam de Lexicorum Latinorum virtutibus & vitiis, quæq; ratio in conficiendo Linguæ Latinæ theſauro tenenda ſit, diſtincte diſſeritur*: editum primo Mediolani 1628. & 1629. & poſtea Amſtelodami 1659. ac iterum ibidem 1664. in 8. quod ſit *Gaſparis* SCIOPPII, notius eſt, quam ut indigeat probatione, jamque publicus Index operum Scioppii poſtremæ Grammatices Scioppianæ editioni, beneficio *Petri Scavenii* Amſtelodami apud Jodocum Pluymer factæ præfixus, idem notorium reddidit.

Meminit tamen hujus Scripti inter reliqua perſonata Scioppii opera *Villani* nella Viſiera Alzata Hecatoſtes num. XLVII. p.56. Vide etiam *Bailleti* in Catalogo des Auteurs deguiſez p.553. Prodiit opus hoc cum Caſperis Scioppii Grammatica Philoſophica aliisque ejus ſcriptis Amſtelodami 1664. opera *Scavenii* in 8vo. diſtinctum Argumentis decem continens in univerſum paginas 98.

( 1025. ) FANNIUS *Buranus : Hubert* DE GIFFEN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 553.

FARBIUS v. *Antimus.*

(1026.) D. Martini la FARINA nomine, ſcripſit *Tragœdias Italicas XXX.* Tom. VII. Panormi 1634. 1635. 1638. editas, *Hortenſius* SCAMMACCA, Jeſuita Siculus, teſte *Alegambe* pag. 190. Auctas deinde usque ad XLIV. numero Tragœdias ante vitæ finem, præfixo ſuo etiam nomine, Tom. XIV. impreſſas edidiſſe illum teſtatur *Sotwel* Bibliothec. Scriptor. Societatis JEſu pag. 352. & *Villani* Viſiera Alzata hiſce verbis:

LXIIX. HORTENSIO SCAMMACCA Siciliano da Lentini diede fuori *Anonimi Drami Tragici* raccolti, e dati in luce da D. *Martino* la Farina: e furono Tragedie num. XLIV. in Tomi XIV. in 12. Di XXXVI. poſſono leggerſi i Titoli nella Dramaturgia Allatiana Indice 11. p. 436.

(1027.) FARNERII nomine perſonato ſcripſit *Henricus* GARNETTUS, vid. ſupra DARENI inter Pſeudon. n. 734.

(1028.) FARNESIUS *Alexander. Marcelle* CERVIN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 553.

(1029.) FARNESIUS *Octavius.* *Dario* TAMBOURELLI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 553. Idem confirmat *Alegambe* Bibliothec. Societ. JEſu pagina 89. a. his verbis: "Darius Tamburellus, natione Italus, vulgavit tacito ſuo, præfixo diſcipuli ſui nomine Quæſtiones definitas ex triplici Philoſophia, Rationali, Naturali, Morali, Parmæ diſputatas ab Octavio *Farneſio*; ibidemque excuſas ab Anthæo Viotho 1613. in fol."

FAVENTINUS v. *Didymus.*

(1030.) FAUSTINUS *Presbyter.* Ejus nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p.254. liber *de Fide*, ſeu *de Trinitate* adverſus Arrianos, qui ſubnectit: "Hoc opus in 1ma & 2da Editione Biblioth. Patrum *Gregorio* BOETHIO tribuitur." Vide Boëthium De commutatis in editionibus Boetii & Fauſtini nominibus adi *Supplem. Acta Erudit. Lipſ.* Tom. II. Sect. XI. p.531.

(1031.) FAUSTO, *Bartholomæus à Sancto* PYRRHUS *Siculus*, où PIERIUS *Platienſis Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p.553.

(1032.) *Gerardus* FAUSTUS, *Confluentinus.* Ejus nomine extans *Poëma*, *Germania* *Georgii* FABRICII eſt. Chriſtian *Daumius* Epiſt. ad Thoma Reineſ. 69. Idem monuit Petrus *Albinus*, in Vita Georgii Sabini, ejus Carminibus ſubjecta, qui tamen in der Meißniſchen Lands Chronicke tit.25. ubi de Fabricio agens magnum Scriptorum ipſius numerum recenſet, hujus Poëmatis non meminit. Hæc *Symbola Rauſchiana.*

(1033.

(1033) FEDELE, *Auſonio : Jean Baptiſta* LIVIZANI, *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 554.

(1033. *a.*) FEDELE *Sperandio.* Edidit Italice: *La verita contro gli deteſtabili ecceſſi dell' Ingiuſtizzia. Narrativa Publicata al Mundo.* Fictum hujus Scriptoris eſſe nomen, ſubque eo latere P. *Gio. Dominicum* MASSAM ordinis Prædicatorum, Lucenſem, monet *Cinelli* Bibl. Volante Scanzia XII. p. 42. 43.

(1034) *Johannis* FELDENI ſive à FELDE Ph. & J. U. Dr. Elementis Juris univerſi Fr. & Lipſ. 1664. in 4. juſto volumine proditis parti I. & II. præmiſſa *præfatio* ad Ampliſſimum Senatum Hamburgenſem. Parti III. ad Ejusdem Patriæ meæ XII. Virorum Collegium. Parti IV. & V. ad p. m. Avunculum meum tunc Syndicum graviſſimum Vincentium *Garmerum*, & Senatorem, ejus in Legatione ad Ratisbonenſia Comitia Imperialia Collegam Lic. Eberhardum von Kampe ſcriptæ præfationes auctorem habent Avunculum meum Drem Johannem GARMERUM Protophyſicum hujus Urbis celeberrimum, qui ſtylum ſuum nitidiſſimum aliis occupato Feldeno commodavit.

FELINUS vid. *Aretius.*

FELIX v. de *Artiaga.*

(1035) FELIX à GRATIA. Sub hac larva edita eſt a *Ludovico* RICHEOMO; Gallo Dignienſi *Vulpis Pasquini Venatio*, ſeu *Refutatio Catechiſmi Jeſuitarum* à Stephano *Paſchaſio* facti. Villa Francæ apud Hubertum Palletarium 1602. 8vo. vide *Sotvellum* in Bibliotheca Scriptor. Societ. Jeſu p. 573. b. *Witten.* Diar. Biogr. An. 1625. d. 15. Septembris.

FELIX v. *Hemmerlein.*

(1036) FELIX Papa. De Epiſtola ab Ægyptiis ad eum ſcripta & ei affictа a Peccatore MERCATORE ſeu Pſeudo-Iſidoro præter alios Criticos ſcriptorum Eccleſiaſt. Bell. &c. v. ſupra.

(1036. *aa*) FELIX *Primus*, Papa,
- - - - *Secundus*, -
- - - - *Quartus* -
- - - - *Siciliæ*,

Et hiſce quatuor ab *Pſeudo-Iſidoro* ſuppoſitas Epiſtolas, ſufficienti cum autoritate aſſerit Dnus Maſtrichtus in Hiſt. Juris Eccleſ.

(1036. *a*) FELIX TURPIO *Urbevetanus*, qui præfatus eſt in *Dialogos Sebaſtiani Caſtalionis* eſt *Fauſtus* SOCINUS ut indicat *Bibliotheeca Antitrinitar. Sandii*, 68. & *Spanhemius* Elench. p. 23. vide PROSPER DYSIDÆUS.

(1037) L. FENESTELLA, quod ſit *Andreas Dominicus* FLOCCUS v. in *Rhodian.* n. 17. ubi citatis adde *Friſium* Biblioth. Chronolog. ad A. D. 1530. *Zeiler.* de Hiſt. part. 2. p. 189. & Paulum *Meliſſum* ad Jac. Scheckium ita canentem: *Sed & Feneſtellæ imputata perperam. Quæ diligenter* Floccus *exornat* Dominicus &c. Unde recte in editione Elſeviriana 1629. in 24. Reip. Romanæ, primo loco *Flocci* nomine præfixo ſcriptum hoc exhibitum eſt, ubi vide teſtimonia modo citata, nec non *Vollaterani* locum adductum.

*Rhodiana* ſic habent.
XVII. Scav. 55.

FENESTELLA eſt Andreæ Dominici Fiori. *Librum hunc* de magiſtratibus Romanorum Andreæ Dominico FLOCCO *Florentino, Canonico & Secretario Pontificis omnium primum reſtituiſſe* Ægidium Witſium, *JCtum & Syndicum Brugenſem in editione illius A. D. 1561. 8. typis Plantinianis facta ; in qua etiam* Pomponii Læti, Raphaelis Vollaterani & Henrici Bebelii, *eadem de re Libelli ſimul prodiere, Auctor eſt* Valerius Andreæ *in Bibliotheca Belgica p. m. 30. Idem poſtea plures confirmavere v. g.* Joh. Jac. Friſius, *in Bibliotheca ſua Claſſicor. Autor. Ad. A. C. 1530. nec non imprimis videndus* Joh. Ger. Voſſius *Etymolog. p. 408 & de Hiſtoricis Lat. l. 1. c. 19. circa finem, ubi cum Valerio modo laudato, notat errorem* Franciſci Robortelli, *Poggio Florentino librum hunc adſcribentis & alium etiam* Alciati Pomponio Læto *eundem tribuentis, namque ſententiam auctoritate* Flavii Blondi *& teſtimonio* Gyraldi *luculenter confirmat.*

Et hodie plerique Eruditorum Feneſtellæ nomine hactenus divulgatum librum de Magiſtratibus Romanorum FLOCCO adjudicant. vide *Friſium* Biblioth. Geſner. p. 552. a. Petri *Scriverii* admonitionem peculiarem in Rep. Rom. Lugd. Batav. 1633. in XVI. edit. Franciſc. *Polletum* in Hiſtor. fori Romani lib. 3. c. 14. *Hanckium* de Scriptor. Romanarum Rerum Part. I. c. XLIV. Artic. 2. pag. 197. 198. (a) *Miræum* Biblioth. Eccleſ. p. 279. (b) *Decker.* de Scriptis Adeſpotis p. 343. *Fabricium* Biblioth. Latin. Append. p. 66. 67. *Menagiana* tom. II. 96. (c) Peculiaris ſententia eſt Dionyſii *Gothofredi* qui pro Feneſtella non Floccum, ſed Antonium SCIOCHUM ſubſtituit apud *König.* Bibl. Vet. & Nov. p. 308. (d) qui tamen lapſum tantum memoriæ illud fuiſſe judicat. De ipſo ſatis ſevere judicat *Dempſterus* ad Roſini lib. III. cap. II. (e) quem ea propter inculpat *Voſſius* lib. III. de Hiſtor. Latin. cap. VII. p. 581. (f) Adde *Zeiler.* pag. 3. de hiſtoricis, & Hyde p. 219. 360. Marqu. *Gudii* Epiſtolam Claror. Viror. X. pag. 92. in ſummo. Addit hic nota *Diecmanniana Tilemann.* Diſcurſ. Philolog. de hiſtor. delect. p. 90. *Maſtrichtiana* autem *Symbola* allegat etiam Andr. *Schottum* in indice ſ. Idea hiſtor. Rom. quam ſubjunxit tom. 3. Annalium Pighii p. 613.

(a)

(a) Hanckius de ſcriptor. Romanarum Rerum Part.I.c.XLIV.Art.2.p. 198.

*IV. Hæc cum ita ſint; potius iis accedamus, qui plurium MStorum fidem ſecuti, nominatorum libellorum, ad* Brandem *Cardinalem ſcriptorum verum autorem* Andream Dominicum Floccum *deprehenderunt. Qua de re videantur,* Blondus Flavius *Italia Illuſtrata regione II. quæ eſt* Hetruria: *Lilius Gregorius* Giraldus *hiſtoria Poetarum veterum dialogo IV. Philippus* Broidæus *ad Franciſci Polleti lib. III. Hiſtoriæ fori Romani, Caput XIV. corollario V. Ludovicus* Carrio *lib. I. emendationum, cap. XIX. Petrus* Scriverius *admonitione de* Pſeudo Feneſtella: *Aubertus* Miræus *auctario de ſcriptoribus eccleſiaſticis cap. DXXVII. Gerardus Johannes* Voſſius *lib. I. de Hiſtoricis Latinis, cap. XIX. & lib. III. cap. XII. V. Prodierunt, L.* Feneſtellæ *nomen præferentes*, Baſileæ *M. D. LVI. in 16. ibidem M. D. LXI. 16.* Pariſiis. *M.D.LX. in 4. ibidem M.D. XXXI. in 16. A. D. Flocci nomen præfixum habentes, in Rep. Romana, quam Petrus* Scriverius *edidit* Lugduni Batavorum M. *DC. XXVI. in 16.*

(b) Miræus Bibl. Eccl. p.279.

*Andreas* Dominicus Floccus; *Civis & Canonicus Florentinus, Chryſoloræ Diſcipulus, ſcripſit* libros duos de Magiſtratibus Romanorum *qui ſub nomine* Lucii Feneſtellæ *paſſim circumferuntur.*

(c) Menagiana Tom. II. p. 96.

*Le Traité des* Magiſtrats Romains *que nous avons de* Feneſtella, *eſt un Ouvrage ſuppoſé par Dominique* Sciocco *Florentin.*

(d) Konig. Biblioth. Vet. & Nov. p. 308.

Floccus (*Andr. Dominicus*) *Florentinus, An. 1440. claruit. Erat diſcipulus Emanuelis Chryſoloræ & inter eloquentes ſui ævi viros numeratus eſt, ut eſt apud Raph.* Volaterranum. *Exaravit ad* Brandem *Card. librum de* Rom. Magiſtratibus, *quem quidam maleferiati antiquo ſcriptori*, Feneſtellæ, *tribuere auſi ſunt. Primus libellum iſtum cum genuino autoris nomine ex manuſc. edi curavit Æg.* Witſius, *JCtus Brugenſis. Videatur Mart.* Hanckius, *part. I. de S. R. R. p. 196. Dionyſius tamen* Gothofredus *in Not. ad Varron. de L L. pag. 1797. autorem facit* Anton. Sciochum, *Florentinum. Fortaſſis memoriâ lapſus eſt & Andr.* Floccum *ſcribere voluit.*

(e) Dempſterus ad Roſini l. III. c.II.

*De* Sacerdotiis Romanorum *extat libellus L.* Feneſtellæ, *ſaltem epigraphe ſic præferente, quod non ita ſe habere clarum apertumque cuilibet ex eo, quod Feneſtellam citent* Plinius *ſæpè*, Macrobius *lib. I. Saturnal. cap. 10.* Fulgentius *lib. 3. Mytholog. in principio, & alii innumeri antiqui ſcriptores. Cùm tamen is quisquis eſt, indignus certè illo nomine, novitius ſit, & nuperus, longeque iis à quibus citatur, poſterior, & ipſe libello iſto laudet A.* Gellium *noctium Atticarum ſcriptorem cap. 5. Sed non ita pridem prodiit hoc opuſculum, æternis tenebris, meo judicio damnandum, ſub nomine cujusdam* Dominici Flocci.

(f) Voſſius de Hiſtor. Latin. Lib. III. Cap. VII. p. 581.

*Tum etiam claruit* Andreas Dominicus Floccus *Florentinus. Erat is diſcipulus Emanuelis Chryſoloræ, & inter eloquentes ſui ævi viros numeratus fuit: Ut eſt apud* Raphaelem Volaterranum *lib. XXI. Comment. Urban. Interque eos, qui Florentiam eruditione ſua illuſtrarint, reponitur quoque à* Leandro *in deſcriptione Italiæ Scripſit ad* Brandem, *Cardinalem Placentinum, libros duos de* poteſtatibus Romanorum, *qui ſub* Feneſtellæ *nomine excudi ſolent. Sed* Andreæ Dominici Florentini *nomine præfert & MStus codex Oxonii in bibliotheca Lincolnienſi: ut eſt in Catalogo Thomæ Jameſii. Nimis ſeverum cenſorem agit* Thomas Dempſterus *paralipomenis in Roſini lib. III. cap. II. ubi ait* opuſculum id eſſe æternis tenebris ſuo judicio damnandum. *Nam pro ſeculo, quo ſcriptor vixit, eſt libellus bonus. Atque utinam nunc quoque deteriores nulli prodirent libri. Plura de eo diximus lib. I. cap. XIX.*

---

(1038) FERENZANO *Capaccis.* Edidit tractatum *de augendis viribus* & *ſervanda Caſtitate. Anagrammate* reſoluto comparet verus Scripti Auctor *Franciſcus* PLACENTIA Neapolitanus. J.U.D. quod nec ipſe diffitetur: vid. *Acta. Erudit. Lipſ.* 1688. p. 511. (a).

(a) Acta Erud. Lipſ. A. 1688. p. 511.

*De iis (echinis) in Tractatu ſuo de augendis viribus & ſervanda caſtitate, ſub anagrammatico nomine* Ferenzano Capaccis *ſe egiſſe innuit.* (Franciſcus Placentia, *Neapolitanus, J.U. Doctor, Geographiæ Profeſſor Mutinenſis l'*Egeo Redivivo, *ô* ſia Chorographia dell' Arcipelago &c.)

FERGA v. *Alphraganus.*

FERIUS v. *Helpericus.*

FERNANDEZ Petrus v. *Fregoſus.*

---

(1039) *Hieronymus* DE FERRARE, ſeu FERRARIENSIS. Eſt *Hieronymus* SAVONAROLA, indicante Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ Tom. I. p. 249. & Tom. II. p. 139. ubi hujus Auctoris ſcripta prolixa ſerie recenſet.

---

(1040) *Janus Alexander* FERRARIUS Coenobita Auguſtinianus edidit *Euclidem Catholicum,* ſeu *Demonſtrationem Romanæ Fidei, ex primis certis & evidentibus Principiis, mathematicâ methodo & connexis continua ſerie propoſitionibus* deducta Pariſ. 1667 4to. Qui libellus utinam nunquam Solem vidiſſet! exclamat *Aſcianus* Mont. Pietatis p. 551. indicante *Symbola Dieςmanniana*, quæ ſimul ibidem verum ejus Scripti Auctorem detegit D. *Johannem Ludovicum* FABRICIUM Theologum Calvinianum & in Academia Heidelbergenſi Profeſſorem, ad quem jam digitum intenderat laudatus *D. Dieςmannus* in diſſertat. inaugurali de Naturaliſmo Bodini p. 12. (a) ubi & ſcripti rationem, quæ Satyrica eſt, ſimul exponit, & ex ea Petrus *Bælius* in Epiſtola, Deckherro de Scriptis Adeſpotis ſubjuncta p. 402. v. *Symbolam Maſtrichtianam* (b) hæc firmantem.

(a)

(a) Diecmannus in diſſertat. inaugurali de Naturaliſmo Bodini p. 12.

Ferrarium *huc advocat ſine dubio ad* Euclidem Catholicum *Pariſiis, quod titulus fingit, Ao. 1667. editum reſpiciens. Quod ſcriptum non ſerium, ſed jocoſum & ſatyricum, atq; ad exagitandas Romanæ fidei, quas ejus promachi crepare ſolent, demonſtrationes à celebri quodam Calvinianæ cathedræ in Illuſtr. Germ. Acad. Profeſſore Theologo (35) adornatum eſſe, nobis exploratiſſimum eſt.*

(35) Ad quem non obſcure digitum ,intendit maxime Rev. D.D. Jo. *Gezelius* filius, ,Aboenſis hodie Epiſcopus, in pererudita Diſp. ,Inaugur. Aboæ Ao. 1675. ad *Dan.* XI. 45. habi-,ta, cui tit. אלהי אפרנו ſive *Jubilæus Anti Chr.* ,Rom. ipſius exitium, ubi C. 3. p 75. *Recens*, in-,quit, ſcriptor, qui in *Catholico Euclide* methodo ,mathematica Fabricatus eſt Romanæ fidei ho-,diernæ demonſtrationem. Ut ita quoque Do-,roth. *Aſcianus* fluctus in ſimpulo moverit, cum ,Mont. Piet. pag. 551. ſolem huic Ferrarii ,πενήματι eo quod apertum atheiſmum ſapiat, ,vide.

(c) Symbola Maſtrichtiana.

Ferrarius Joan. Ludov. *Cœnobita Auguſtinianus. Perſonatus ſcripſit* Euclidem Catholicum. *Eſt Joh. Lud.* Fabritius : *Vid.* Heidegger *in vita Fabritii pag. 58. & ſeq. Cui tamen addendum eſſe hanc partem generalem tantum quæ edita eſt ſeptem epiſtolis quod ſua manu clariſſ. Fabritius exemplari ad me miſſo ſubſcripſit. Pars ſpecialis eſt juſſu ſereniſſ. Electoris Palatini ſuppreſſa. Ex Compoſito, quaſi Lutetia venirent, hebdomadatim per veredarium adveniebant iſtæ literæ Heidelbergam.*

(1040. *a*) FERRANTE *Imperato* vid. infra.

(1041.) FERRIER, *le Sieur du : Jean* IRMOND. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 554.

(1042.) Der Fertige edidit Die Africaniſche Sophonisbe, Amſtelod. 1647. in 12mo. Auctor eſt *Philippus* à Zeeſen / in Societate Carpophororum ita dictus.

(1043.) Sexti Pomponii FESTI, *de Verborum ſignificatione* libri, excuſi varie ſunt: eos à PAULO quodam, (qui in editione Cornucopiæ *Perotti* Baſileæ, per *Valentinum Curionem* Ao. 1526. in fol. facta, cui ſubjecti ſunt hi libri, Paulus V. Pontifex Romanus dicitur) collectos ex *Feſti* operibus docuerunt eruditi, qua de re vide late *Geſner.* Simler. edit. p. m. 626.

A PAULO DIACONO, Longobardo collectos arbitratur *Scaliger* apud *Deckher.* de Scriptis adeſpotis p. 344. qui tamen & huic Paulo Diacono, & Paulo Pontifici eos abjudicat, verum Auctorem POMPEJUM pro *Pomponio* appellare maluit; quo etiam inclinat *Fabricius* Append. ad Bibliothec. Latin. pag. 78. cum *Scaligero* Paulum Diaconum collectorem conſtituens. Annotat hic Diecmannus ad verba, (Paulus V. Pontifex Romanus dicitur) Inepte: eſt enim *Paulus Diaconus*, cujus ad Carol. M. Epiſtola præmiſſa eſt. [Tum in margine,] *Non videtur* hic *Feſtus Pſeudonymus* eſſe, quia quæ ejus ſuperſunt, genuini Feſti fragmenta ſunt, cum adjecta epitome, quam ex Feſto Paulus Diaconus fecit. V. *Fabric.* Bibl. Lat. Append. p. 78. & 79.

FESULANUS v. *Proſper.*

Il ſuo Autore *fù il P. D Bonifaccio Agliardi Figliolo del Conte Bonifaccio da Bergamo* C.R. Teatino, che fù poſcia nel M.DC.LII. fatto Generale della Religione, e compiuta lá Carica dalla benigna mano del S. P. ALESSANDRO VII. riceuè la Mitra del Veſcouato d'Adria.

Veggaſi *il P. F. Donato Calui* nella P. II. della *Scena Litteraria de gli Scrittori Bergamaſchi* pag. 18. Col. P. D. *Giuſeppe Silos* accuratiſſimo Scrittore dell' *Hiſtoria* Teatina. Tom. III. Lib. *XII.* pag. 554. oue è il Catalogo--

GALISTUS v. *Karelsbergius.*

(1144) GALINDUS *Cantaber, Fortunius: Gaſpar* SCIOPPIUS, douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 557.

GALIO

GALIOTTE v. *infra.*

(1145) *Carlo* & *Maſoto* GALISTONI. Iis nominibus ſcripſiſſe *Angelicum* APROSIUM indicat *Bailletus* deguiſemens des Auteurs Parte III. cap. XVII. p. 441. & in Catalogo p. 558. nosque in *Rhodianis* num. XL. & XLI. jam indicavimus hic iterum repræſentanda (a) & de Maſoto Galiſtoni res clara eſt *ex Bibliotheca Aproſiana*, p. 112. (b) quem vide quoque p. 120. 134. 137. 197. & ſeqq. de hoc auctore. Adde quæ damus in Conte *de l' Arca*, *Sapricio Sapricci*, *Verato*, &c.

(a)
XL. Scav. 11. XLI. Scav. 12. (*Satyrarum.* Dii veſtram fidem. & Nos canimus ſurdis, *in quibus binis ſcriptis argutiſſime carpit corruptelas & mores ſeculi ſui corruptiſſimi mortalium.*)

*Maſoto* GALISTONI } *Angelicus* APROSIUS
*Carlo* GALISTONI }

*In libro Anonymo Italice ſcripto jamq; ſupra laudato cui titulus eſt:* Le glorie de gli Incogniti, overo gli huomini illuſtri dell' Accademia de Signori Incogniti di Venetia, *ſive*

*Gloria Incognitorum ſive Viri illuſtres. Academia Dominorum Incognitorum quæ Venetiis eſt.*

*P. 39. & ſeqq. invenio Elogium Angelici Aproſii Vintimiglia ibidem fuſius legendum: è quo tantum hoc loco adſcribam editos ſub nominibus fictis, libellos ibi enumeratos. Illi autem ſunt ſequentes.*

Il Vaglio Critico di MASOTO GALISTONI ſopra il mondo nuovo: ſive

*Cribrum Criticum* Maſoti Galiſtoni *ſuper Mundum novum.*

Il Buratto di CARLO GALISTONI in difeſa del Vaglio Critico: *ſive*

*Subcerniculum* Caroli Galiſtoni *in Defenſionem Cribri Critici.*

L' Occhiale ſtritolato di SCIPIO GLAREANO, Riſpoſta all' Occhiale dello *Stigliani*: *ſive*

*Perſpicillum detritum* Scipionis Glareani i.e. *Reſponſio ad Perſpicillum* Stigliani.

Annotationi d' OLDAURO SCIOPPIO all' Arte de gli Amanti del *Michiele*; *ſive*

*Annotationes* Oldauri SCIOPPII *ad Artem Amantium Michaelis.*

Prediche dell' Auuento d' *Agoſtino Oſorio* portate dalla Spagnuola nell' Italiana favella da *Oldauro Scioppio*: *ſive*

*Conciones de Adventu* (ſcil. Domini) *Auguſtini* OSORII *ex Hiſpanico Italice redditæ per* OLDAURUM SCIOPPIUM.

La Sferza Poetica: *ſ.* } *Ferula Poetica:* } Il Veratro: *ſ. Helleborum:* } *di* SAPRICIO SAPRICCI.

Lo Scudo di Rinaldo di *Scipio Glareano.* i. e. *Clypeus* Rinaldi *per* SCIPIONEM GLAREANUM.

(b) Cornelio Aſpaſio Antivigilmi Biblioth. Aproſiana p. 112.

*Nell' ultimo anno, che egli ſi trattenne in* Genoua, *eſſendoſi laſſato intendere, che in ſol* Canto del Mondo núovo dello Stigliani *ci ſi ſarebbero ritrouate più coſe da cenſurare che quegli non haueua ſaputo oſſeruare in tutto l'* Adone, *ne vennero a ridere, come di coſa, che veniſſe a ſuperare l' humana credenza: ond' egli, per far vedere a quelli, che non fuſſe hiperbolico il ſuo dire, in una ſettimana ſcriſſe il* Vaglio Critico *ſotto nome di* Maſoto Galiſtoni da Terama, *anagramma di* Tomaſo Stigliano da Matera: *quala mandò ſubito a* Milano a Carlo Ferrandi, (*ritrouandoſi iui pure il* Minozzi) *acciocheglie lo faceſſe ſtampare: mà eſſendo capitato in mano di Reuiſore, che haveva amicitie con lo Stigliani, non gli riuſci d' effettuare il ſuo penſiero.*

(1146) *Nicolaus* GALLERIUS. Aſſumta Perſona eſt *Antonii* POSSEVINI, Jeſuitæ Itali Mantuani, ſub qua in publicum emiſit: *Explicationem Brevem Evangeliorum totius anni*, Coloniæ latine; Brixiæ autem *Italice* ut ipſe fatetur Apparatus Sacri Tom. I. p. 103. vide *Alegamben* Bibliothec. Scriptorum Societatis Jeſu p. 43. b. & ejus continuatorem *Sotvellum* p. 82. b. *Wittenium* in Diario Biographico ad d. 26. Februarii 1611. Quæ vero ab hoc Poſſevino ſub TOSÆ & FONTANÆ nomine edita ſunt, ſuis locis occurrent.

(1146. *a*) CLERI GALLICANI nomine quomodo ſcripſerit NICOLAS Janſeniſta. vid. *Symbola Maſtrichtiana* hæc:

Nicolas. Janſeniſta.
Nomine CLERI GALLICANI ſcripſit ad Papam 1677. de dogmatis Jeſuitarum Epiſtolam. Extat *in Burneti* The Hiſtory of the Zights of Princes &c. Londini edita 1682. de Verona, mediis quibus Roma Papalis crevit p. 215.

GALLICANUS v. *Euſebius.*

(1147) Cornelio GALLO, quæ tribuuntur *Poemata*, MAXIMIANI, Poetæ eſſe, docet poſt *Crinitum*, *Rob. Titium*, *Scaligerum*, *&c.* *Voſſius* p. 25. & 26. de Poet. Lat. Adde *Dempſter.* in *Roſini* antiq. l. 1. c. 16. p. m. 91. (a)

Et in primis prolixus eſt *Gyraldus* in poematibus his Gallo abjudicandis, & MAXIMIANO cuidam aſſerendis apud *Fabricium* Biblioth. latin. p. 33. (b) & Append. p. 21. & *Jugemens* des ſçavans Part. IV. num. 1147. p. 125. 126. (c) Adde *Caſauboni* Epiſt. 587. pag. 658. *Colomeſium* diſſertatione de Scriptis dubiis MSta Amſtelædamo mihi miſſa num. XVII. *Voſſium* de Poëtis latinis p. 25. Addit *Daumii* ad Reineſ. in indice

 flor.

flor. poet. Epiſtolam 75. pag. 304. *Symbola Maſtrichtiana.*

(a) Dempſterus ad Roſini lib.I.cap.16. pag.m. 91.

*Denique* Coronæ *hujus* forenſis *mentio apud* Maximianum *poëtam recentem, & ſtyli ſatis infoelicis, laſcivi nimis: quod opuſculum qui* Corn. Gallo *adſcribunt næ illi vehementer errant, cum ſe* Maximianum *vocet.*

(b) Fabricius Biblioth. Latin. p.33.

Cornelius Gallus *Forojulienſis, Orator & Poeta clariſſimus, cui* Virgilius *Eclogam* X. & Parthenius *Græcus Scriptor*, Erotica ſua *inſcripſit, memorandus nobis hoc loco erat ſed inter ſex* * elegias *quæ ſub ejus nomine feruntur & in quibusdam* Catulli Tibulli & Propertii *editionibus occurrunt, vix quicquam eſt Gallo dignum. Miratus ſum quorundam impudentiam, inquit* Gyraldus, *ne dicam amentiam, qui tralatitios quosdam & ementitos verſus ſub* Galli *Poetæ nomine ediderunt, cum in iis neque Phraſis nec tempus Gallo conveniant, qui tertio & quadrageſimo ſuæ ætatis anno ſua ſibimet manu mortem accerſivit, in iis autem ſe ſenem deſcribit. Sed nec in plerisque verſibus purus & ſincerus eſt ſermo latinus, quin & ſyllabarum moræ & tempora metri leges non nunquam excedunt. Maximiani vero nugatoris cujusdam & nebulonis potius eorum verſus plurimi ſunt. Et ſi hoc avetis noſſe, ex vetuſtioribus adhuc quibusdam ** Exemplaribus eſt videre, in quibus Maximiani ipſius nomen legitur, illius inquam Maximiani, cujus & inſignis grammaticæ nugator* Alexander *nugas irridet: quod nomen in editis & excuſis nuper libellis per fraudem eſt prætermiſſum; unam verò vel alteram elegiam ipſius Galli eſſe non abnuerim. Sic & illud Galli Epigramma creditur quod de Virgilii morte ad Auguſtum legitur in Virgilii appendice.*

* *Ab his diverſa eſt quam in Italia ſeorſim Galli nomine* Aldus *Pauli F. edidit, & P.* Pithoeus *poſtea addidit variis Poematis antiquis.*

** *MStum ejusmodi memorat etiam* Voſſius *pag. 25. de Poetis Latinis. Adde plurium teſtimonia ap.* Bailletum *parte 2. p. 126.*

(c) Jugements des Scavans Tom. IV. part. 2. n. 1147. p. 125. 126.

*Pour ce qui regarde l' Auteur, la plus part de ceux qui ont écrit en ces derniers temps, pretendent que c' eſt un nommé* Maximien *qui eſt le veritable Petre. Le* Gyraldi *qui eſt un des premiers d' entre ces critiques qui ont deterré ce Maximien, n' a pû retenir ſon zele contre* Crinitus, *& les autres, qui vouloient donner ces vers, que nous avons à* Gallus, *& il ne les accuſe de rien moins que de folie, d' impoſture, & d' imprudence, parce que ces vérs, qu' il pretend n' avoir rien que de trivial, & d' impur, font voir que leur Auteur n' étoit ni du pais, ni du temps, ni de l' âge, ni du gouſt du veritable* Gallus. *Il ajoute, que ce Maximien, quelqu' il ait eſté, a fait connoiſtre par ces elegies, qu' il eſtoit un vray ſot, & un franc fripon & qu' on s' eſtoit deja moqué de ſes fadaiſes avant luy* (2) *Il avouë neanmoins qu' il y a une Elegie, ou deux qui ne ſont pas tout-à-fait indignes de cet ancien* Gallus, *qui avoit l' eſtime de* Virgile, *& des autres Grands hommes de ſon ſiecle.* Lipſe, *Monſieur* Pithou, Scaliger *le fils,* Voſſius *le pere,* Briet, *le ſieur* König, *le P. de la* Ruë, *ont ſuivi le ſentiment du* Gyraldi (3) *& ils ont adjugé toutes ces Elegies à Maximien ſur la foy des anciens.*

(2) *Gregoire* Gyrald. *de Hiſtor. Poetar. Dialog.* 4.

(3) *Juſt.* Lipſ. *Elector. lib.2. Petr.* Pithæus *præf. in fragm. Poet. ſeu Epigr. Joſ.* Scaliger. *in Rob. Tit.* Briet. *de Pöet. lat.* Königius *Bibl. V. & N. Carol de la* Rue *not. in argument. Eclog. decimæ de Gallo.*

(1148) Joannes Baptiſta GALLUS, auctor *notationum in Hiſtoriam Thuani*, perſonatus eſſe agnoſcitur à multis, inter quos v. *Spizel.* ſcrutin. Atheiſm. p.36. Is eſt *Johannes Baptiſta* de MACHAUD, ſive MACALDUS, Jeſuita Gallus, teſte *Alegambe* p.224.

Et ex eo *Bælio* in Epiſtola Deckherr. de Scriptis Adeſpotis ſubjuncta pag. 393. Verum *Alegamben* hic corrigit, & ad *Johannem Gallum*, ſcriptum hoc refert *Sotvellus* Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſ. p. 473. Adde *Molleri* Homonymoſcopiam p. 694. 695. *Witten.* Diar. Biograph. an. 1618. d. 15. Martii. *Jacob.* GRETSERUM tamen Auctorem hujus ſcripti putari ait *Bartholdus Nihuſius* in Epilogo Operis *Allatiani* de perpetuo conſenſu n. 2. p. 1675. indicante *Symbola Tenzeliana.* Editæ autem ſunt Notæ hæ 1614. Ingolſtadii, & Pariſiis manu carnificis ad ſententiam Curiæ crematæ: teſtante Magnifico Domino Joanne Friderico *Mayero:* De Logica Pontificiorum p. 68. a. Et *Sagittario* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. p. 156. (b) M. *Reiſeri* Uhrſachen ohne Uhrſachen in der Vorerinnerung (c) Illud notandum quod *Witte* in Diarii ſui indice *tres* differentes *perſonas*, omnes de *Machault* dictas videatur referre: nempe *Joh.* de Machault, quem in opere ſuo An. 1619. d. 15. Martii obiiſſe ſcribit, eique Notationes in Hiſtoriam Joan. Thuani, ſub nomine Johannis *Galli* editas aperte tribuit. Deinde *Joh. Baptiſtam* de Machault nominat, ejusque diem emortualem ad annum 1640. d. 22. Maji refert, cui eidem tamen Notationes Thuani aſſertum it. Denique *Joh.* Machaldum judicat, cujus nominis in ipſo opere nemo invenitur eo anno, qui in indice aſſignatur. Libellum hunc Galli (i.e. P. Machauti) Pariſienſis damnatum, ut perniciosum, famoſumque mendaciis & calumniis ſcatentem agnoſcit etiam Petrus *Aurelius* qui creditur Abbas San-Cyranus in Indice Jeſuitarum larvatorum, quem initio Tom. III. Operum ſuorum præfigi curavit. num. XVII. Addit *Margo Maſtrichtianus* hæc non prætermittenda: De Laniena Pariſienſi deteſtabili illa Vitellii voce utitur apud *Suetonium* ejus vitæ cap. 10. optime olere occiſum hoſtem, & melius civem, quam bovem *Suetonius* deteſtabilem merito dicit.

(a) Mayerus Logicæ Pontificiæ p.68

Obſequium Thuani *adverſus Eccleſiam Romanam* Grammondus *Lib. III. Hiſt. Gall. probat Et contra* Johannis Baptiſtæ Galli *criminationes Curia Pariſienſis in Scripto, Operibus Thuani Aureliæ Anno 1620. impreſſis, præfixo, in quo Thuanum vocat: Catholicæ fidei tenaciſſimum & Eccleſiæ Romanæ, quam ſanctiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus ſcriptis ſanguine ſuo conſignatis fundaverunt, religioſiſſimum cultorem, qu*

*ve*

-el tantillum ab ea recedere, ſummum ſemper nefas exi-ſtimavit. Joannem verò Baptiſtam Gallum, commu-ni ſuffragio damnatæ Conſcientiæ perditiſſimum. nebulo-nem appellitant. Quis verò ille Joannes Baptiſta Gallus? Quis ille, (Judicio Pariſienſis Curiæ) damna-tæ Conſcientiæ perditiſſimus nebulo? Noſtis Academi-ci? is eſt Jeſuita Joannes de Machault ſive Machal-dus. Exſertis id fatetur verbis Nathanael Sotvellus, Lojolita, ad Alegambe Biblioth. Jeſuiticam f. 473. Plaudite Fratres.

(b) Sagittarius Hiſtoriæ Eccleſiaſt. pag. 156.

*At bene eſt, quod univerſa Gallia, certe Proceres ejus, tanti fecerint* Thuanum, *ut perſonati* Johannis Baptiſtæ Galli Notæ in Hiſtoriam Thuani *(iru-entæ (d) ex decreto Pariſienſis Curiæ, manu Carnificis crematæ ſint.*

(d) *Ingolſtadii prodierunt 1614. Verus auctor eſt* Joh. Bapt. Machaud, *ſive* Macaldus, *Jeſuita; teſte* Alegambe, *in Bibl. Jeſuitica. Videatur etiam* Wittius *in Diario Biographico ad annum 1618. 15. Martii.*

(c) Reiſer Uhrſachen ohne Uhrſachen in der Vorerinnerung p. 13.

Ferner / daß das Buch welches unter dem Nahmen *Johan. Baptiſtæ Galli JCti*, wieder den Vornehmen Hiſtorien-Schreiber *Thuanum*, vor allbereit fünffzig Jahren zu Ingolſtadt außgangen / und aber zu rechtmäßiger Vertheidigung gedachten *Thuani*, wie *Aurelius* abermahl Nachricht giebet / *Pariſienſis Prætoris Authoritate*, durch ein öffentliches *Decret* in Franckreich verdammet / und auß dem Königreich verbannet worden / eines Jeſuiten Mißgeburt geweſen ſeye / Nahmens *Joh. Baptiſtæ Machaudi*, oder *Macaldi*, werdet ihr *P. Otto* Euch neben mir / eurem *Alegambe* zugefallen / mit zu glauben nicht zu wieder ſeyn laſſen.

(1149) GALLUS *Optatus* : *Charles* HERSENT: *Baill.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 558. Optatus GALLUS a P. *Labbeo* refertur inter *Meſſieurs du Port Royal:* uti habet marginale ad *Jugemens des Scav.* T IV. Eclairciſſem. p. 96. Ubi textus agit de illo libro, quod ſeditioſus fuerit ipſi dictus part I. tom. I. c. 14. §. 4. p. 104. Adde *Maſtrichtiana* ſequentia

*Optatus* GALLUS.

Sequens Menſis Martius (1640.) materiam præbuit novis ſermonibus, ob editionem libelli *Parænetici ad antiſtites Regni* (Galliæ) *de Cavendo Sciſmate*, quod præ foribus adeſſe nunciabat Optatus Gallus. Sub eo namque nomine latere voluit auctor ſatis alioqui cognitus ſi larvam illi detrahere liberet &c. add. ex *Baluzii* vita Petri de Marca præmiſſa Concordiæ ſacerdotii & Imperii p. 8. §. VIII.

(1150) *Ludovicus* de GANAJI Pariſienſis. Sub eo nomine prodiit Lugd. Batav. ex officina Hackiana in 4to. *ad Tobiæ Annati Anatomen Criticam ad titulum Antonii* Vairæ *de Novo genere Monachiſmi Antianatome.* Auctor ſcripti perhibetur eſſe *Antonius* VAIRA, Profeſſor Juris Paduanus, vide *Cinelli* Bibliotheca volante Scanzia II pag. 78. (a) *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez pag. 557.

(a) Cinelli Biblioth. volante Scanzia II. p. 78.

Ludovici de Ganaji *Pariſienſis in alma Patavina Academia J. U. Studioſi ad* Tobiæ Annat. *Pariſienſis J. U. D.* Anatomen Criticam *ad titulum* Antonii Vairæ de novo genere Monachiſmi Antianatome. *Lugd. Bat. ex offic. Hackiana in* 4.

*Benche appariſca ſtampato in* Leida, *non ci è dubbio, ch' è impreſſo in Venezia, ò in Padoua: Mi preſuppongo che l' Autore ſia il medeſimo Sig.* Vaira, *Profeſſor publico di Giuriſprudenza nello Studio di Padoua, il quale dottamente riſponde alla Cenſura dell'* Annat, *della quale ho fatto menzione nella prima Scanzia a car. 79.*

(1151) Ventidio GANGAPANO, eſt, „ *Paganinus* GAUDENTIUS literis tantummodo, „ tranſpoſitis. *Contra annum Jubileum Jeſuitarum*, „ Italice ſcripſit teſte *Scavenio.* Sub ejusdem ve-„ ro nomine autem prodiere complura ſcripta „ partim Italice partim latine variis formis edita, „ Piſis ac Florentiæ Quæ jam ſuccurrunt, præ-„ cipua ſunt iſta, in hiſce Regionibus rariora. La-„ tina quidem

- *De Dogmatibus & ritibus veteris Eccleſiæ ex ipſorum Hæreticorum præſertim Calvinianorum ſcriptis teſtimonia.* Romæ 1625. 8.
- *Velitationes contra* Chamerii Panſtratiam. Rom. 1627. 8.
- *Declamationes.* Flor. 1630.
- *Obſtetrix Animarum & Epigrammata nova.* Ibid.
- *Expoſitionum Judicarum libri duo cum additamentis Criticis.* Florent. 1631. 8.
- *De Juſtinianei Seculi moribus.* Flor. 1637. 8. & Argentor. 1650. in 8.
- *De prodigiorum ſignificatione.* Flor. 1638. 4.
- *Inſtar Academicum & Carmina varia.* Flor. 1639.
- *De Funere Heroum Cæſarum.* Flor. 1640. 4.
- *De transmigratione Animarum Pythagorica.* Piſis 1641. 4.
- *De Erroribus Sectariorum ſui temporis, & de Philoſophicis opinionibus Veterum Eccleſiæ Patrum* Pariſ. 1644. fol.
- *De Errore Sectariorum & Veteris Eccleſiæ Patrum Philoſophicis opinionibus.* Piſis 1644.
- *De evulgatis Romani Imperii arcanis &*
- *De Philoſophiæ Progreſſu & initio apud Romanos.* Piſis. 1645. 4.
- *De Candore Politico in Cornel. Tacitum.* Piſis 1646. 4.

(Italice vero.)

- *Le ſingolarità delle guerre di Germania*; ſive *Particularia bellorum in Germania.* in Fiorenza 1640. 4.

*La*

*La Vita di Cleopatra*, ſ. *Vita Cleopatræ*, in Piſa 1643. 4.
*Accreſcimento dell' Academia diſunita*, ſ. *Augmentum Academiæ ſeparatæ*. ibid. 1644.
*Della Peregrinatione Filoſophica*, ſ. *Peregrinatio Philoſophica*. ib. 1645.

Addo nunc *la Galeria dell' inclito Marino conſiderata con alcune compoſitioni del Paganino*, 8. Piſæ 1658. vide *Cinelli* Bibliotheca Volante Scanzia I. p. 81. & *Jugemens des Scav.* Tom. 4 part. 4. pag. 203. & *Hallervordii* Bibliothecam curioſam p. 301. 302. ubi plures libri Gaudentiani enarrantur.

(a) Cinelli Biblioth. Volante Sanzia. I. pag. 81.
*Dell' Anno Secolare ſolennemente celebrato in Roma da' PP. della Compagnia di Gieſu nel. 1639. Lettera di* Ventidio Gangapano, Gentiluomo, & Accademico Ricouurato di Padoua in 8. *Queſta è opera del Dottiſſimo* Paganino Gaudenzio, *il quale alla ſua morte laſciò oltre l' opere ſtampate, molti pezzi di libri M.S. e da lui compoſti alla Libreria Vaticana.*

---

(1152) *Thomas* de GARBO Florentinus Medicus quem *Dini* de Garbo *filium* facit *Friſius* Bibliotheca Geſneriana, *Ravio* in MSto ad Geſnerum idem plane cum Dino; quin imo uterque Thomas & Dinus de Garbo *idem videtur* cum *Gentili* FULGINEO, docente *Symbola Normanniana*. Scripta eorum vide apud *Friſium* loc. cit. pag. 196. 197. 795.

---

(1153) *Juan* GARCIA de Loayſa eſt *Petrus* d' ALVA & ASTORGA, qui ſub hac larva edidit

(I.) *Riſa del Alva*, in defenſionem Solis Veritatis. Lovan. 1663. in 8.

(II.) La *Roſa Serafica*, contra libellum Supplicem Mag. Fr Joannis Martinez de Prado Caſtellæ Præfecti Provincialis 1663. fol.

(III.) Sermon de Peor eſta que eſtaba, Matriti 1663. in 4to. vide *Nicolai Antonii* Bibliothec. Hiſpanicam p. 134. a.

---

(1154) Andreas GARTNERIUS, quomodo librum *dicteriorum Proverbialium* nomine ſuo ediderit, qui ſit *Brunonis* SEIDELII, jam in anonymis c 10. n. 311. nobis inſpectus, item *Prognoſticum Latinum Jacobi* HENRICKMANNI ſuo ſub nomine vulgaverit, eleganter docet *Jac. Thomaſius* de plagio litterar. §. 437.

GASSARUS v. *Achilles*.

---

(1155) *Joannis* GARZONIS nomine prodierunt *de Rebus Saxoniæ, Thuringiæ, Miſniæ, libri duo*. Cum præfatione *Eraſmi Stellæ*. Baſileæ, 1518. Qvorum verum Autorem ipſum STELLAM eſſe autumat Samuel Conrad *Schurtzfleiſchius* ex *Buſſierii* Auctor. Catalogo. n. 4. indicante *Symbola Normannia*; Qvæ tamen addit velle ſe indicatum unde hoc reſcierit, cum nihil tale ſuſpicandi anſam det *Voſſius* de Hiſtor. latin. p. 683.

(1156.) Joannes GASTIUS. Ei Collecta nea ſub nomine *Milleloquii* ante ſecula duo, & quo excurrit, à *Bartholomæo* VRBINATE ex *Auguſtin* collecta tribuit *Thomaſius* de plag. litt. §. 437. i quod acerbe reprehendunt, *Sixtus Senenſis* lib. in f. p. m. 407. (a) *Poſſev.* in præfat. apparatus ſa cri. *Th. Reynaud* de lib. mal. & bon. p. 160. (b) Ipſ Liber *in utrumque Teſtamentum Commentarii* nomi ne prodiit Baſil. 1542.

Auguſtinianum Milleloquium hic intelli gendum notat *Thomaſius* de plag. liter. §. 438. cu ceteroqvin etiam *Ambroſianum* a *Bartholomæo ſcri ptum ſit*.

(a) Sixtus Senenſis Biblioth. Sanct lib. 4. in f. p. m. 407.
*Quod ſuperioribus annis feciſſe conſtat* Joanne quendam Gaſtium, *qui* Collectanea Bartolemæ Urbinatis Epiſcopi in utrumque teſtamentu *annis ab hinc fere ducentis ex* Auguſtino *excerpta, ſi impudenter uſurpavit, &, quod etiam turpius eſt, no nulla ejusdem operis loca vafre detruncata, & mutil tim reciſa ad hæreſes Lutheranorum detorſit.*

(b) Raynaudus de Mal. & bonis libri pag. 166.
*Joannes Gaſtius milleloquium* Bartholomæi *Urb natis, ſibi ſuppoſuit, paucis interverſis, ut notat Si tus lib. 4.* Bibl. verb. Bartholomæus.

---

(1157) GAVARDO *Vacalerio*, Ginneſio *Jean* SAGREDO. Baillet liſte des Auteurs degv ſez pag. 558. Nicolaus *Antonius* in Bibliotheca Hiſpanica de hoc Autore ſilet.

GAUFRIDUS v. *Godefridus*.

---

(1158) *Theodorus* GAZA. Ejus nomine vulgo venit Somnii Scipionis *translatio Græca*; videre licet apud *Friſium* Biblioth. Geſner. pa 782. b. Sed eam potius deberi MAXIMO PLA NUDI aſſerit Gvilielmus *Morellus*, præfat. Com mentariorum Vocum Latinar. cum Græcis Gallicis conjunctarum edit. Lugd. 1578. in 4t docente *Symbola Rauſchiana*. (a)

(a) Symbola Rauſchiana.
Theodor. GAZA. *Quod* Somnium Scipic nis *Græce verſum* Gazæ *perperam tribuatur, veteres c dices MSS. teſtantur, in quibus non modo id ſomnium verum etiam tota Macrobii ejus ſomnii explicatio cont netur*, Maximoque Planudi *adſcribitur*. Gvil. Mo rellus *præfat. Commentar. vocum Latinar. cum Græc & Gallicis conjunctar. Edit. Lugdun.* 1578. 4.

---

(1159) GAZONVAL *le Sieur*: *Jean* SIR MOND. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 55

---

(1160) Johannis Werneri GEBHARD nomine, *Hippolythum* a COLLIBUS ſcripſiſſe Fürſtliche Tiſch-Reden / indicat ex eodem citan aliqua, *Beſoldus* de legatis c. 7. n. 10. p. 79. & d Increm. Imp. c. 3. n. 7. p. 19. *Thomaſ.* de plagio lit §. 117. lit. Y. ſed non addit, quidnam ſcripti illu ſit

ſit aut cujus argumenti. *Melchior Adami* vitam ejus narrat p.451. in vitis JCtorum Germ. neque verbulo ficti hujuſce nominis meminit.

Vide tamen *Beſoldum* Conſil. Polit. pag.248. adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez pag. 558.

GEDEON v. *Bogaerde.*

(1161.) GELASII, Romani Pontificis habitus liber *de duabus naturis*, quod ſit GELASII CYZICENI, vide apud *Rivet.* l.4. 26. p.473. *Th. Raynaud.* de lib. mal. & bon. pag. 140. *Olear.* pag. 173. a.

Contra Eutychen & Neſtorium, de quibus adde *Baronium* aſſerentem & *Bellarminum* ſequentem, apud Du *Pinium* allegatos p. 279. ubi réfutatur p. ſeqq. Addit Andream *Schottum* ad Biblioth. *Photii Symbola Normanniana.* Quæ tamen ſimul indicat vindicari hunc librum *Gelaſio Papæ*, ab *Hottingero* Bibliothec.p.304. & de Scriptis ſuppoſititiis p. 90. ex *Labbeo* & *Forbeſio*, Inſtit. hiſt. Theolog. ſtruct. lib. XI. c. XVI. pag. 600. In qua etiam ſententia ſunt *Fulgentius* Ruſpenſis apud *Miræum* Bibliothec. Eccleſiaſt. p. 72. 73. (b) *Cave* Hiſtoriæ literariæ Scriptor. Eccleſiaſt. p. 260. *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom.IV. pag. 270. (c) & cum eo *Erudit. Lipſienſes Supplem.* Actor. Tom.II. Sect. IX. pag.423. (d) A quibusdam JOHANNI PAPÆ, imo ab aliis GENNADIO adſcribi obſervat *Symbola Reiskiana.* (dd)

II. *Decretum de Scriptis Eccleſiaſticis, Canonicis & Apocryphis* quod vulgo *Gelaſii* nomine venit, eidem multis rationibus abjudicatur à *Caveo* Hiſtoriæ literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag.264. 265. (e) DAMASO autem Pontifici aſſeritur apud *Strauchium* Amoenitat. Juris Canonici Eclog. I. cap. XII. p. 161. (f) adde *Miræum* loc. cit.

III. GELASII Papæ nomine proſtantes Annotationes in omnes Pauli Epiſtolas, eo indignas eſſe, ob Pelagiani erroris venena illis ſeminata, jam ſua ætate *Caſſiodorus* Divinar. lect. c. 8. Operum Genevæ Ao. 1650. 4. editorum p.454. judicabat. Et certe ipſi PELAGIO hoc opus deberi, plerique hodie ſentiunt. V. *Cave* Hiſt. liter. Script. Eccleſ. p.208.

(a) Olearius Abaci Patrum & Script. Eccleſiaſt. p. 173.

Gelaſius Papa, *natione* Afer, *qui ab an. 492. ad 496. ſedit. Ejus ſcripta prolixe* Gerh *p.450* Arnoldus, *Lex. antiq. p.1020. aliiq; recenſent. Liber de* duabus in Chriſto naturis *habetur Tom. 4. Bibl. PP. Edit. 2. f.557. quem* Gelaſii *non eſſe, plurimi hactenus, Pontificiis etiam, contenderunt,* Spondanus *autem nunquam legitimum ei adjudicavit. Vid.* Labb. *pag. 240. ubi & de binis aliis Gelaſiis, Ceſareæ in Paleſtina Epiſcopis, à* Photio *memoratis, quorum alter ſermonem de* Epiphania, *alter contra* Anomos *ſcripſerit, legere attinet.*

(b) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 72.

Librum de duabus Chriſti Naturis *contra Eutychen, qui in Bibliotheca Patrum extat, non eſſe* Gelaſii Papæ, *ſed Gelaſii* Cyziceni, *Cæſarienſis in Paleſtina Epiſcopi. At vero* Henricus Spondanus, *in Epitome Annalium Baronianorum, ad annum 496. iſto de libro agens notulam hanc margini adſcripſit:* Ita quidem ſenſerunt & alii plerique hactenus, nimirum hunc libellum non eſſe Gelaſii Papæ partum. Verum illum S. Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus, qui eodem tempore vixit & æque Afer natione fuit, Gelaſio Papæ abſque ulla dubitatione adſcribit, multa ex eo citans, reſp. 2. ad Ferrandum Diaconum.

(c) Du Pin Nouvelle Bibliotheque, T.IV. p.270.

*Neanmoins il y a des preuves convaincantes, qui font connoitre, qu'il eſt de celui-ci. Car I. il ſe trouve dans les Manuſcrits avec les lettres de ce Pape. 2. Saint* Fulgence, *qui eſt un temoin irreprochable, le cite comme eſtant du Pape* Gelaſe. *3.* Gennade *nous aſſure que ce Pape avoit fait un grand Traité* contre Eutyche & Neſtorius. *Cela convient à celui-ci, qui porte ce titre, & qui eſt aſſez conſiderable. Car quoi-que ce ne ſoit pas un gros Ouvrage, c'eſt un grand volume au ſens de Gennade. Il ne faut pas s' étonner qu'il ne cite pas d' Auteurs Latins, ayant affaire à des Grecs, contre lesquels il pouvoit fort bien ſe ſervir de l' autorité d'* Euſebe de Ceſarée. *Enfin, le ſtyle de Traité fait aſſez connoitre qu'il eſt du Pape Gelaſe. Il y montre,* qu'il y a deux natures en JESUS Chriſt, unies en une ſeule perſonne, & que ces deux natures ont conſervé leurs proprietez. *Cette verité y eſt prouvée dans la premiere partie par l' autorité de l' Ecriture Sainte, & dans la ſeconde par les témoignages des Peres Grecs. On trouve ſur la fin de la premiere partie un paſſage ſur l'*Euchariſtie, *tout ſemblable à celui de* Theodoret.

(d) Actorum Eruditorum Supplementa T.II. Sect. IX. p. 423.

Gelaſio Papæ *tractatum* contra Eutychen & Neſtorium *ſtrenue vindicat, exploſis, quibus cum* Baronio Bellarminus Gelaſio Cyziceno *eum aſſerere ſategit, argumentis, quod Proteſtantibus, noſtrarum partium imprimis, ob locum de S. euchariſtia ſub finem partis prioris, celebri illi* Theodoreti *loco prorſus ſimilem, non poteſt non eſſe gratiſſimum.*

(dd) Symbola Reiskiana.

*Unicum duntaxat auctorem reperio, nempe* Joſephum Pamphilium, Epiſcopum Signinum, *Auguſtinianum hoc opus* Joanni Papæ, *tribuentem pag. 22. Chron. Auguſtin. Prodiit tandem variis in locis ſub* Gelaſii Papæ *nomine,* Baſileæ *1528.* Tiguri *apud Froſchouerum 1557. &* Pariſiis *Tom. 4. Biblioth. Patrum. Suffridus Petrus, Leovardienſis Friſius J. C. tribuit etiam hoc opus Gennadio, ut patet in præfatione ad Gennadium, ſed perperam, ut annotat* Poſſeuinus *v. G. Extant MSS. in Vaticano.*

(e) Cave Hiſtor. Litter. Script. Eccleſ. pag. 264. 265.

*Decretum in* Concilio *Romano LXX. Epiſcoporum an. 494. de Libris Canonicis, Eccleſiaſticis, & Apocryphis. Decantatiſſimum hoc* Gelaſii *decretum in omnium ore & manibus habetur. His rite perpenſis, optimo jure concludo fictum aut Suppoſititium eſſe hoc Gelaſii Decre-* tum,

*tum, ac ejusdem eſſe cum Epiſtolis primorum Pontificum Decretalibus farinæ, ex eademque* Iſidori Mercatoris *officina prodiiſſe.*

(f) Strauchius Amœnitatum Juris Canonici Ecloga. VI. c XII. p. 161.

*Canon hic tertius tribuitur* Gelaſio primo Papæ. *Sed monet Dn.* Stephanus Baluzius, *antiquitatis Eccleſiaſticæ theſaurus vivus, in veteri Codice MS. Eccleſiæ* Urgellenſis, *itemq; altero monaſterii* Jurenſis *idem decretum tribui* Hormiſdæ Pontifici, *qui poſt Gelaſium floruit, ſed & in vetuſtiſſimo codice collectionis Dionyſianæ ſe ſcriptum vidiſſe teſtatur decretum hoc à Damaſo Papa diu ante Gelaſii tempora fuiſſe editum. Inde colligit,* Damaſum *forſan primum omnium de hujusce libris decreviſſe, deinde* Gelaſium *id renovaſſe & auxiſſe. Idem &* Hormiſdam *feciſſe videri. Videamus Canonem ipſum. Probantur eo actus B.* Sylveſtri, *quamvis auctor ſit incertus.* Auguſtinus Steuchus Eugubinus Euſebium Cæſarienſem *auctorem putat. Eumq; in codice vetuſtiſſimo Bibliothecæ* Didaci Mendozæ, *Græce ſcripto de* vita Silveſtri *nominari Tomo V. vitarum, quas* Aloyſius Lipomanus *è Græco in Latinum vertit,* Simeoni Metaphraſtæ *tribuitur. Alii* Damaſo Pontifici *adſignant, primum pontificum vitas exorſo. Vide* Alb. Pighium *lib. 5. de Eccleſ. hier. c. ult.* Trithem. *in Damaſo.*

GELASIUS v. *Diplici.*

GELDENHAURIUS v. *Vulturius.*

GELIANDRO v. *Sgambati.*

(1162.) Collegii GELLIANI nomine emiſſam *Cenſuram Programmatis* à *Joh. Henr.* BOECLERO, innuimus ſupra in Anonymis num. 996.

GELSIO v. *Rogeri.*

(1163.) *Guilielmus Rudolphus* GEMBERLACHIUS apud Triboces Conſul. Sub hac larva in publicum emiſit *Spongiam per Franco Gallum expreſſam* in 4to *Antonius* BRUNI Burgundo-Sequanus; indicante *Symbola Reiskiana.* Adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs degviſez pag. 558. Vide, quæ ſupra num. 1102. in FRANCO GALLO monuimus.

(1164.) GENARI où JANUARIUS, *Paolo Angelique* APROSIO. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 558.

(1165.) GENDRE le *Sieur le: Guillaume* de LAMOIGNON avec *Olivier* LE FEVRE D'ORMESSON *Baillet.* ibid. p. 558.

(1166.) *Gilberti* GENEBRARDI *Liturgica*: potius *Claudii* SANCTESII. *Gretſer.* Not. Tom. II. de Cruce p. 597. Hæc *Symbola Normanniana.*

GENIATE v. *Cordo.*

(1167.) GENNADIO, ſive GEORGIO, vel ut ab aliis vocatur, GREGORIO SCHOLARIO, abjudicant aliqui etiam Pontificorum, *Defenſionem quinque Capitum Concilii Florentini,* tribuuntque GREGORIO PROTOSYNCELLO, quos inter eſt poſt alios *Th. Raynaud.* l. ſæpe c. pag. 104. (a) ſed contra eſt Leo *Allatius* de 3. Georgiis adde *Labb.* ad *Bellarm.* p. 397.

Et Hydei Biblioth. Bodlej. poſt N. p. 145. & 146. vide & *Caveum* Chartophyl. Eccleſ. p. 305. *Wharton* Append. ad Hiſt. ejus liter. Scriptor. Eccleſ. p. 93. *Olearium* Abac. Patrolog. pag. 176. *Miræum* Biblioth. Eccleſiaſt pag. 266. *Acta Erudit. Lipſ.* 1682. p. 184. In primis autem *Rivetus* Critic. Sac. lib. IV. c. XIX. p. 448. (b) prolixe ſuppoſitos hos Gennadio fœtus eſſe docet.

II. Eidem Georgio Scholario quomodo quædam à MELETIO Syrigo ſuppoſita ſint, vide differentem in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1687. p. 93. 94. Thomam *Smithium.* (c)

(a) Raynaudus de mal. & bonis libris pag. 140.

Gennadio, (*olim* Georgio) Scholario, *Patriarchæ Conſtantinopolitano, ſuppoſita eſt* defenſio quinque capitum Concilii Florentini, *quæ vere eſt* Gregorii Protoſyncelli, *qui ex Confeſſario* Joannis Palæologi *Imperatoris, & Vicario Patriarchæ Alexandrini in Concilio Florentino, tandem evectus eſt ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum. Ipſemet alibi ſe defenſionis prædictæ auctorem prodit, ſcribens adverſus* Marcum Epheſium. *Nam nominatim allegat ſuum illud opus pro capitibus controverſis in Concilio Florentino. Ac ne quis opponat, varios Græcos poſt Concilium Florentinum, cui affuerant, ſcripſiſſe defenſionem eorundem capitum; in contrarium eſt, quod ipſe verbatim alibi non pauca e ſuo illo opere deſcribit, quod ex alieno opere non faceret.*

(b) Rivetus Critici Sacri Libri. IV. c XIX. p 448.

Neque enim hic *Gennadius* eſt Archiepiſcopus ille *Conſtantinopolitanus*, qui ſub Leone Imperatore *Anatolio* ſucceſſit, anno 458. ſed perſonatus neſcio quis Patriarcha, qui *expoſitionem ſynodi Florentinæ ſcripſit,* & ejus quinque decretorum contra Græcos patrocinium ſuſcepit. Nec etiam potuit eſſe *Gennadius* ille *Scholarius* Patriarcha Conſtantinopol. qui in Gregorii, Florentiæ demortui, locum à Græcis ſuffectus eſt, rejecto *Beſſarione* quem Papa creaverat Patriarcham, ſed titulotenus ut teſtatur *Genebrardus* Chronolog. lib. 4. an Chriſt. 1449. Aut ſi fuit idem Scholarius, certum eſt reſipuiſſe, cum una cum *Marco Epheſino* retraxerit omnes Græcos à Latina Eccleſia, ut ſcribit *Chalcondylas.* lib. 5. de rebus Turcicis. Sed nec verum eſt aliquando aliter ſenſiſſe Scholarium, Græcorum doctiſſimum, ſi eidem autori fides habeatur, qui ne quidem ab initio Latinorum dogmati conſenſum præſtare voluiſſe *Marcum Epheſium & Scholarium* teſtatur, ut valde probabile ſit, quæ ſub hujus Gennadii nomine inter Latinos prodierunt, à Græcis tranſfugis à Pontifice conductis, fuiſſe ſub Conſtantinopolitani Scholarii nomine co-

"confićta, & eo *Thomæ Aquinatis* opuſculis adver-
"ſus Græcos magna ex parte deſumpta.

(c) Acta Eruditorum Menſis Februarii Ao. 1687. p. 93.

*Is eſt* Georgius Scholarius, *qui capta à Turcis Conſtantinopoli, in Patriarchale ſolium evectus, ab eo tempore* Gennadius *audire maluit. Reſpondet* Smithus, *locum e Gennadio productum eſſe ſuſpectum, & a* Meletio Syrigo *Græculo tenebrione, Romanis partibus addictiſſimo,* Gennadio *doloſe ſupponi; in Gennadii Scriptis editis & ineditis nihil tale deprehendi, nec ſine jactantia triumphaturos fuiſſe* Allatium & Poſſevinum, *ſi Gennadium bella hac* μετουσιώσεως *voce, cauſæ ſuæ quodammodo annuentem reperiſſent, mirum præterea videri, cur tot Autores, qui poſt Gennadium ſcripſerunt, etiam ubi de induſtria de ſacramentis agunt, vocabulo iſto tanquam inauſpicato abſtinuerint, ſi illud Patriarcha Gennadius auctoritate ſua muniviſſet; ignotum eſſe illum terminum* Hieremiæ *Patriarchæ deceſſoris ſui ſcriptis non mediocriter verſato, &* Simonium *fruſtra objicere, quod Jeremias ob ſtyli elegantiam à barbara iſta voce abhorrens, æquipollentem adhibuerit. Nec enim Jeremiam ſtyli delicias tantopere ſectari, nec idem eſſe* μεταβολὴν, & μετουσίωσιν, *cum* illa vox qualemcunque panis & vini conſecrati mutationem, hæc vero ſubſtantialem elementorum in carnem & ſanguinem Chriſti converſionem *innuat. Ex his aliisque argumentis concludit,* ὑποβολιμαῖον *eſſe* Gennadium à Meletio Syrigo, *& inde a* Simonio *productum.*

(1168) GENOVA: *Ignetto da: Inghetto* CONTARDO où CORRADO. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 558.

(1169) GENUA GENOVESE où GENUENSIS: PASSERA où de PASSERIBUS BALBO, MONGIARDINIRE. *Baillet.* ib. p. 559.

GEOFREDUS v. *Godefridus.*

(1170) GEORGES, le *Prieur de Saint.* N. le TOURNEUX. *Baillet.* ib. p. 559.

(1171) GEORGII *Nicetæ Epiſtolæ de Creatione Hominis,* tanquam MStæ in Bibliotheca Cæſarea extantes citantur a *Friſio* Bibliothecæ Gesnerianæ Pag. 273. a. qvas tamen eſſe ipſum GREGORII NYSSENI librum *de Creatione hominis* inſcriptione libri, incuria Amanuenſium ita miſere macerati, docet *Lambecius* Commentar. de Biblioth. Cæſarea lib. I. p. 43. 44.

(a) Lambecius Commentar. de Bibl. Cæſarea. Lib. I. p. 43. 44.

*Verum enim vero priusquam ulterius progrediar, non poſſum, quin lepido aliquo exemplo oſtendam,* Joannem Jacobum Friſium *ſupra citato epiſtolæ dedicatoriæ loco non injuria de amanuenſium ſuorum imperitia & oſcitantia conqueri. In editione enim* Bibliothecæ Geſnerianæ *ab ipſo auctæ, ubi diverſorum* Georgiorum *ſcripta recenſentur, hæc quoque inter alia leguntur:* Georgii Nicetæ Epiſtolæ de creatione hominis; *4to. MS. in Bibl. Imp. Viennæ. Quæ verba V. CL.* Leo Allatius, *primarius Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtos, quem ut veterem amicum honoris cauſa nomino,* Diatribæ ſuæ de Georgiis & eorum ſcriptis *inſeruit hoc modo:* Georgii Nicetæ Epiſtolæ de creatione hominis: 4to. MS. in Bibl. Imp. Viennæ Epitome Geſneriana. *Rectiſſime profecto fecit Vir doctiſſimus, quod nihil præterea addiderit, ſed incognito illo Georgio Nicetæ in medium relicto, onus probandi reliquerit* Friſio. *Quippe revera* Georgius ille Nicetas *nunquam fuit in rerum natura, ſed ex oſcitantis amanuenſis calamo natus eſt. Nam, cum in communicato* Bibliothecæ *Cæſareæ Indice abbreviate ſcriptum eſſet:* Greg. Nyſſ. Ep. de creatione hominis, *hoc eſt,* Gregorius Nyſſenus Epiſcopus de creatione hominis; *ridicula prorſus metamorphoſi ex* Gregorio *ille nobis fecit* Georgium, *ex* Nyſſeno Nicetam, *& ex Epiſcopo* epiſtolas. *Quam facile autem & frequenter prænomina* Georgius *&* Gregorius *ab antiquis & novis auctoribus confundantur, pererudite obſervat jam memoratus* Leo Allatius *in jam citata* Diatriba de Georgiis, *& quidem præcipue, ubi agit de Georgio Alexandrino, cujus epiſtolæ græcæ dicuntur extare Venetiis. Quin etiam expreſſe ibi monet,* Friſianum *illum* Georgium Nicetam *a R. P.* Antonio Poſſevino *in Apparatu Sacro appellari* Gregorium. *Corrigendus igitur & Apparatus ille ibi eſt, utpote cum* Opus de Creatione hominis, *quod fictitio* Gregorio Nicetæ *iſtic attribuitur, revera ſit* Gregorii Nyſſeni *Epiſcopi.*

(1172) GEORGII *Nicomediæ Archiepiſcopi* nomine citatus liber *de Cruce* apud *Friſium* Bibliothecæ Geſner. pag. 273. a. eundem eſſe cum MICHAELIS PSELLI *Oratione in Crucifixionem Domini* noſtri Jeſu Chriſti, conjicit Leo *Allatius.* Cujus Conjectura probatur qvoque *Lambecio* Commentar. de Bibliotheca Cæſareâ lib. I. p. 135. (a) Qvanqvam aliqvomodo ſententiam mutâſſe videatur in Erratis reſiduis lib. IV. ſubjunctis. p. 338. quæ vide.

(a) Lambecius Commentar. de Bibl. Cæſarea Lib. I. p. 135.

Georgii Nicodii de Cruce. *Quæ verba ſic mutanda ſunt:* Georgii Nicomediæ Archiepiſcopi liber de Cruce. *Hauſit enim hæc* Poſſevinus *more ſuo ex* Joannis Jacobi Friſii Bibliotheca Univerſali, *ubi iſtius Codicis mentio fit his verbis:* Georgii Nicomediæ Archiepiſcopi de Cruce, quem falſo quidam Pſello adſcripſere, græce MSt. in 4to. in Bibl. Imp. Viennæ. *Hæc* Friſius. *Quod ad me autem attinet, ingenue fateor, me nec hunc, nec ullum alium librum* Georgii Nicomedienſis *de* Cruce, *quem alii Michaeli Pſello attribuerunt &c.*

[Addit dein Lamb. Allatii verba Diatr. de Georgiis. p. 313. hoc modo.]

*Georgii* Nicomediæ Archiepiſcopi de Cruce; quem falsò quidam Pſello adſcripſere, græce MSt. in 4to. Biblioth. Imp. Viennæ Epitome Geſneriana. Miror præteritam à diligentiſſimo Gretſero. Et quinam hi erunt, qui Pſello tribuunt? In Codice meo ſatis antiquo, lacero, exesoque habetur oratio Michaelis Pſelli, εἰς τὴν σταύρωσιν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. in Crucifixionem Domini noſtri Jeſu Chriſti Principium: τὸν τοῦ σταυροῦ λόγον ὁ μὲν ἀπολλύμενος μωρίαν τίθεται, ſatis prolixa & elegans, lacera tamen & ipſa, qua ſane

nihil in eo argumento vidi accuratius aut gravius, quod & adnotavit in ejus principio neſcio quis: ἔστι δὲ καὶ οὗτος τῶν πάνυ ἐξαιρέτων, Eſt autem & hæc oratio præſtantiſſima. Eam tamen hujus Georgii non eſſe, ſtylus ipſe & modus rerum tractandarum arguit, quæ evidentiſſime *Pſello* vindicant. Hucuſque *Allatius*; *cujus conjectura hæc uti antea dixi, valde mihi videtur probabilis.*

GERALDUS v. *de Cruce.*

(1173) GERARDI Hiſpani, nomine prodiit Calari, ut ſonat, 1635. in 4to *Francia Engannada*, Francia reſpondida. Auctorem Scripti perhibet N. *Antonius* in Bibliotheca ſua Hiſpanica p. 423. b. D. *Gundiſalvum* de CESPEDES & MENESES MATRITENSEM: adde *Bailletum* in indice des Auteurs deguiſez p. 559.

GERARDUS v. *Lyſtrius.*

(1174) *Petrus* GERARDUS: *Fauſte* da LONGIANO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez. p. 559.

(1175) GERBERTUS Philoſophus. Ei in codice qvodam tributus *Sermo de informatione Epiſcoporum* idem eſt cum libello *de dignitate Sacerdotali*, qui extat inter Opera D. AMBROSII: vide *Actorum Lipſienſ. ſupplem.* tom. II. Sect. V. pag. 220. (a)

(a) Actorum Eruditorum Supplementa. Tom. II. Sect. V. p. 220.

*Sequitur hunc tractatum libellus de* dignitate ſacerdotali, *qui in codice quodam Lemovicenſi* Gerberto *Philoſopho ſeu* Papæ Sylveſtro *tribuitur, & inſcribitur*: ſermo de informatione Epiſcoporum; *unde* Mabillonius, *inter Benedictinos illos Pariſienſes e congregatione S. Mauri, quibus novam hanc Ambroſii editionem debemus, celeberrimus, cum hunc Gerberti ſermonem parte 2. Analectorum ſuorum ederet, diverſitate tituli deceptus eum nunquam antea vulgatum exiſtimavit, etſi toties inter* Ambroſii *opera jam editus fuiſſet.*

(1176) Mr. GERMAIN Docteur en Theologie. Ejus nomine prodiit Anno 1687. in 12. duobus Tomis, Gallico Idiomate: *Tradition de l'Egliſe Romaine, ſur la Prædeſtination des Saints, & ſur la Grace*, A Cologne chez Nicolas Schouten, & ſe trouve à Rotterdam chez Reinier Leers. Autorem ſcripti ſed dubitanter conſtituit Antonium ARNALDUM *l'Hiſtoire des Ouvrages des ſavans* tom. I. September. 1687. pag. 117. (a) & Octob. 1687. p. 215. (b) PASQUIERUM autem QUESNELLUM quanquam æque dubius *Bailletus* in Indiculo des Auteurs deguiſez p. 559.

(a) Hiſtorie des Ouvrages des Scavans tom. I. September. 1687. p. 117.

*Cet Ouvrage reſſemble tellement à un autre qui fut imprimé en 1651. & intitulé*, Apologie pour les Saints Peres de l'Egliſe défenſeurs de la Grace; *la methode en eſt ſi ſemblable à celle du Livre & de l'Auteur de la* Perpetuité de la Foy; *le ſtile en eſt ſi fleury, & les raiſonnemens en ſont ſi beaux, qu'il y a bien de l'apparence que l'on a voulu faire honneur au nom de* Mr. Germain: *& ſi nous oſions tirer le rideau, nous trouverions ſans doute* Mr. Arnauld. *Cependant ſi Mr. Germain eſt effectivement un Docteur en Theologie, il eſt bien heureux que ſon nom ſe fait trouver à la bienſeance de* Mr. Arnauld, *car il en aura peut-être un jour tout l'honneur, comme Térence a eu toute la gloire des Comedies qu*[e] Scipion & Lelius *compoſoient ſous ſon nom.*

(b) Ibidem Octob. 1687. p. 215.

*Nous avons parlé du premier Tome dans le moi*[s] *de Septembre dernier, & voicy le ſecond. Comme ſelo*[n] *toutes les apparences l'Auteur n'eſt pas le même* M[r.] Germain *ſur lequel nous avons expliqué nos ſoupçons, *[l']* on nous avertit que des quatre Parties qui ſe trouven*[t] *dans ce II. Volume, il y en a trois qui n'avoient point e*[té] *faites pour etre jointes au premier. C'eſt pourquoy l'o*[n] *en fait des excuſes tres-ſoumiſes, & l'on offre au preten*[du] *du Mr. Germain de le delivrer de cette compagnie, ſi e*[l]*le n'a pas le bonheur de luy plaire.*

(1177) GERMAIN, *le Sieur de Saint*: N. . . de la VERGNE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 559.

(1178) GERMANICUS Cæſar. De Eju[s] nomine extantibus

(I.) *Aratea translatione.*

(II.) *Carmine de Puero Thrace* ſupra in *Do*[*mitiano*] num. 954. egimus prolixe.

*Conſtantinus* GERMANICUS. v. *ſupr.*

(1179) GERMANICI VERIDICI titul[o] *iter* ſuum *in Italiam* deſcriptum edidiſſe *Guilielmu*[*m*] FEDERLE, Germanum Pfreumdenſem in Bava[-]ria, Jeſuitam, indicat *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſ. p. 324. & *Witte* Diar. Biogr. Ao. 1638 ad d. 4. Maji.

(1180) Germanus vide BAVARU[S] ſupra.

(1181) GERMANUS CONSTANTI[-]NOPOLITANUS Patriarcha, qui ſedit ſecul[o] octavo, Autor vulgo creditur

(I.) Encomii S. Deiparæ.

(II.) Theoriæ rerum Eccleſiaſticarum. Quæ ſcripta tamen à *Gretſero*, *Allatio* aliiſque JUNIORI CUIDAM GERMANO, Patriarch[æ] itidem Conſtantinopolitano ſed ſeculi XII. initi[o] aſſignantur, monente *Oleario Abaci* Patrolog. pag. 177. (a)

Quin & Germano huic a Manachis lat[i]næ factionis ſuppoſita quædam eſſe ſcripta cenſe[t] *Spanhemius* Elench. Controv. p. 403. (b)

(a) Olearius Abaci Patrolog. pag. 177. 178.

Germanus, *ſedis Conſtantinopolitanæ ab ann.* 715. *ad.* 730. *Patriarcha, ann.* 740. *(non* 730. *u*[*t*] Bellarm. *aliique plures ſcribunt) in exilio, quo o*[*b*] *imaginum cultum à Leone Conone Iſaurico Græc. Imp.* *actu*[s]

*actus fuerat, exceſſit. vid.* Labb. *T. I. pag. 350. &* Gerh. *pag. 490. Extat ſub ejus nomine* Fragmentum aliquod contra hæreſes ad Anthimum, *ab Henr.* Caniſio *T. 3. antiq. lect. editum, &, una cum encomio S. Deiparæ, inſertum* Bibliothecæ *Magn. Colon. T. 8. Ejusdem* Theoriam rerum Eccleſiaſticarum, *v. Tomo VI. Bibl. Par. edit. 2. f. 135. itemq;* expoſitionem Orationis Domin. *T. I. f. 939. Eſt præter hunc* junior quidam Germanus, *ejusdem Conſtant. Eccleſiæ, initio Seculi XII. Patriarcha*, Arſenii *ſucceſſor, cujus nomen præter alia*, Orationes in primam Jejuniorum Dominicam, *&* in imaginum reſtitutionem *à Jac.* Gretſero *editæ*, *& Bibl. Magn. Col. Tom. XII. Part. I. f. 188. Adde, quod idem* Gretſerus, Allatius, aliique, *ſupra memoratum* Encomium, *&* Theoriam, *huic ipſi modo dicto Germano tribuant vid.* Labb. *l. c. tertium quoq; Germanum*, nec ineruditum Patriarcham, *nominantem.*

(b) Spanhemius Elenchi controverſ. pag. 403.

*Pari ſupponendi libidine, & affingendi Græcis & Orientalibus, quæ faverent cauſæ Latinorum, nomen mentitæ ſunt Paginæ Virorum Romanenſium bene multæ. Ex: gratia ſub nominibus* Germani Conſtantinopolitani, Barlaami Monachi, Symeonis Theſſalonicenſis, Symeonis Metaphraſtæ, Georgiorum, Germanorum, *&c. aliis id genus, certum eſt latere quandoque homines Latinæ factionis, plerumq; Monachos, ſeu hæc nomina ſupponentes, ſeu forte cognomines Græcis.*

GERMANUS v. *Philaletha.*

---

(1182.) Hermanni GERMBERGII nomine ſæpius recocta *Proverbia Brunonis* SEIDELII eſſe, *Dialogos* vero *Circeos Jo. Baptiſtæ* GELLI Italicos eſſe, quod etiam ipſe ſuppreſſerat, indicat V. Cl. *Jacob Thomaſ.* de plagio litterar. §. 437. & 442.

---

(1183.) *Joanni de GESSEN vel de GERSEN, vel GERSONI, Abbati Vercellenſi, (quem alii Joannem CHARLIERIUM à patria cognominant) Cancellario Pariſino adſcripti olim aurei quatuor libelli* De Imitatione Chriſti, *à* Franciſco Artopœo, Sebaſtiano Caſtalione, Henrico Sommalio, *aliisque ſæpius editi, Græce vero etiam per* Georgium Mayr, *Jeſuitam, Auguſtæ Vindel. 1615. &* Germanice *per* Joh. Arnd. *Theologum ſcriptis æque ac Vita inclytum*, Galliceque *per M. R. G. A. G. tum* Hiſpanice *à* Ludovico Granatenſi, *&* Italice *à neſcio quo: imo &* Bohemice *per* Balthaſarum Oſthovinum, Hungarice *vero per* Petrum Pazman. Arabice *per* Cæleſtinum *à* S. Liduina, *denique &* Turcice a Jeſuitarum aliquo *redditi, quod ſint THOMÆ à KEMPIS, cujus alia quoq; Theologica partim & Hiſtorica opera habemus, optime omnium evicit* Heribertus Rosvveidius *Jeſuita, in* Vindiciis Kempenſibus, *editis Antwerpiæ apud Plantinum 1617. in 12. & alibi, contra* Conſtantinum Cajetanum, *cujus* Concertationes *Romæ, anno ſuperiore prodierant, quique* Apologeticam *etiam anno ſequenti Reſponſionem eidem* Rosvveido *fruſtra oppoſuit: poſtquam ipſius Rosweidi rationes non modo* Bellarmino, *qui primus anſam huic diſputationi præbuerat, de Scriptor. Eccleſiaſticis ad Ao. 1400. p. m. 298. ſed & omnibus doctis uberrime ſatisfecerant. Adde* Jo. Gerh. Voſſium *de Hiſtoricis Lat. l. 3. c. 10.* Theophil. Raynaud. *p. 144. & ſeqq. qui totam hujus certaminis hiſtoriam fuſe narrat, tum ex profeſſo conſcriptos de hoc argumento libros, inter quos præter* Vindicias Jo. Rosvveidi, Heſerique Kempenſes, *etiam* Jo. de Launoy Judicium de Autore librorum de Imitatione Chriſti. *Pariſ. 1650. 8.* Gabr. Naudæi Velitationes Kempenſes contra Jo. de Launoy, *Pariſ. 1651. 8.* Jo. Gerſen Auctor libri de Imitatione Chriſti aſſertus a Roberto Quatremares, contra refutat Jo. Fronteau. *Pariſ. 1650. 8.* Franc. Valgravii argumentum Chronologicum contra Kempenſem, quo Thom. a Kempis non fuiſſe auctorem librorum, de Imitatione Chriſti, adverſus Jo. Frontonis Thomam a Kempis vindicatum, demonſtratur. *Pariſ. 1650. 8. alios quoque invenias plures tanto numero, ut denique de iis omnibus ſcripſerit* Naudæus Bibliothecam Kempenſem, *Pariſ. in 8. editam. adde* Valer. Andr. *Bibl. Belg. p. m. 836. & ſeqq.* Fr. Svveert. *p. 605. & Martin* Schoock *Fab. Hamelenſ. part. 2. c. 4. p. 72. de Benedictinis falſariis notanda narrantem. Deniq;* Leonem Allatium *Apum Urbanar. pag. 73. De ipſo Kempenſi libro videatur* Nicolaus Hunnius: **In der Chriſtlichen Betrachtung der neuen Paracelſiſchen und Weigelianiſchen** *Theologen pag. 11. 12. 13.* Oriundus Kempis, quod permodicum eſt in agro & diæceſi Colonienſi Oppidum, Canonicus regularis, obſcuræ notæ homo, qui librum edidit *de Imitatione Chriſti*, qui quidem liber opiniones de propriis viribus, bonis operibus, & alia falſa Pontificiorum dogmata rejicit ac improbat interim tamen a Weigelianiſmi ſuſpicione alienus non eſt, ideoque potius ab eruditis, quam a plebeiis, & quidem magno cum judicio legendus eſt. *Verba ſunt* Franciſci Irenici *p. 85. Indicis Collegio Burgoldenſis ſubjuncti.*

De quorum veritate, eorum nempe, quæ à Weigelianiſmi ſuſpicione alienum non eſſe Kempium affirmant, quærit Excellmus *Syndicus à Maſtricht* in margine ita: *quomodo? cum Weigelius diu poſt Th. Kempis ortus ſit?* addens de auctore paulo poſt etiam hæc: *Interim habemus hujus libelli editiones in quibus* Johanni Gerſen *adſcribitur: Pariſinam de Marneſ. 8. aliam Pariſinam* 1489. 1491. 1492. 1500. 1513. 1515. 1517. *Venetiis* 1518.

Kempio tamen aſſerentium opinionem ſequitur Antonius *Reiſerus*. vide Monatliche Unterredungen 1693. p. 212. 213. (a) E contrario encomium libri facit *Voëtius* Aſcet. ſeu Exercitior. Pietatis Prolegom. Qu. 8. p. 8. 9. 10. ubi citat elogia multa Pontificiorum, & *Gaddius* de Scriptoribus Tom. II. p. 216. (aa) Anglica verſio & Belgica pag. 10. modo citator. Aſcet. *Voëtii* laudata.

Pagina 456. Cavius *in Hiſtoria litteraria pag. 50. Hermiam inter ſecundi ſæculi ſcriptores iterum collocat, hac tamen cautela præmiſſa:* Hermias, Philoſophus Chriſtianus, cujus neque patriam, ætatem, genus, nec vitæ inſtitutum, ulla ſedulitate indagare potui: ideo hic locum habet, quia cum cæteris hujus ſæculi Apologiſtis, & forſan non immerito, conjungi ſolet. *Duplicem in Exercitatione conjecturam propoſui, quarum altera Hermiam Alexandrinum facit auctorem. Sed quia de Alexandrini Chriſtianiſmo nihil conſtat, Lambecio potius ſubſcribo,* Hermiamque Sozomenum *opuſculum illud compoſuiſſe ſuſpicor.*

(b) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l'Année 1693. Tom. 25. p. 49. 50.
*L'Auteur ne dit qu'un mot de* Sozoméne *à l'occaſion d'un Traité d'un certain Philoſophe nommé* Hermias, *qu'on a mis à la fin des Ouvrages de S.* Juſtin, *ſous ce titre,* Ἑρμείου φιλοσόφου διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, la Raillerie des Philoſophes Payens, par le Philoſophe Hermias. *Pierre* Lambecius *a cru que c'étoit* Hermias Sozoméne *dont nous avons neuf* Livres de l'Hiſtoire Eccleſiaſtique; *d'autres croyent que ce Traité eſt d'* Hermias d'Alexandrie,

Diſciple de Syrianus, *qui étoit un peu plus jeune que Sozomène : mais qui vivoit neanmoins vers la fin du cinquième ou au commencement du ſixieme Siècle.*

(1334.) HERMINIUS librum Ariſto-„telis *de Enunciatione* ante *Alexandrum* interpreta-„tus eſt. Sed liber ejus, qui pervenit ad nos, „multis fragmentis eſt mutilatus. Auguſtinus „*Niphus* in præfatione Commentariorum ſuo-„rum in Ariſtotelis librum eundem. Ego non „Herminius; ſed Hermeas, aut forte Ammo-„nius Hermeas legendum puto. Hæc *Geſnerus* in Bibliotheca ſua univerſali fol. 316. a. Poſtrema Geſneri verba omiſit *Friſius* in Biblioth. Geſner. p. 340. b.

(1335.) HERMODORE. *Jacques de* CHEVANES. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 563.

(1336.) HERMOTIMI nomine inſcriptus *Dialogus*, editus Baſileæ 1570. in 4to. *Jacobo* CURIONI Medico adſcribitur, à *Mercklino Linden.* Renovat. p. 479. & *Frehero*, in Theatro Viriorum eruditione Clarorum p. 1264.

HERMUNDURUS v. *Dermaſius*.

(1337.) HERNANDUS (Joſeph) eſt *Antonius* CARACCIOLUS Neapolitanus, è Sancti Boni Principibus, Ord. Reg. qui ſub ea perſona edidit *Compendium Tomi 2di Franciſci Svarez*, in tertiam Partem Thomæ, ut ex Jos. *Siloſi* Tom. III. Hiſtor. Regular. Cleric. fol. 541. refert *Olearius* in epiſtola d. 26. Junii 1676. Halis Sax. ad me ſcripta. *Toppius* in Bibliotheca ſua Neapolitana pag. 25. alia quædam Caraccioli ſcripta recenſens, de hoc ſilet, Lectorem tamen ad Siloſum aliosque remittens.

(1338.) HERO ALEXANDRINUS. Ei vulgo adſcripta *βελοποιικά*, à *Lambecio* Commentar. Biblioth. Cæſar. lib. VII. p. 204. tribuuntur ARCHIMEDI Syracuſano. (a) Quid autem ſibi velit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 563. pro *Herone Philoſopho* ſubſtituens *Auximum Cynicum*, qualeve ibidem ab eo reſpiciatur ſcriptum; de eo ulteriorem ejus explicationem præſtolabimur. v. *Demſter.* ad Roſin. l. 10. c. 1. qui CTESIBUM eum appellat.

(a) Lamb. Bibliothec. Cæſar. lib. VII. pag. 204.

*In præſenti Codice* (Heronis Alexandrini Belopoeiticis) *illud ſpeciatim ac ſingulariter notandum eſt, quod ibi in ſine jam memoratorum opuſculorum, nempe fol. 16. pag. 1. hæc legitur æque antiqua manu exarata ſubſcriptio :* τέλος τῶν Ἀρχιμήδους Βελοποιικῶν, τῶν ἐξηγηθέντων παρὰ Ἥρωνος Κτησιβίου. *Hoc eſt* : Finis Archimedis Belopoeticorum, expoſitorum ab Herone Cteſibii. *Hinc nimirum apparet*, Heronis Alexandrini Belopœitica *ſeu* Belopoeica *ipſi etiam* Archimedi Syracuſano *olim fuiſſe attributa*, *& Heronem Alexandrinum eorundem Explananatorem potius fuiſſe habitum, quam Autorem. Præterea quoque hinc patet*, *Heronem Alexandrinum fuiſſe cognominatum* Cteſibii, *ſubaudito videlicet*, Diſcipulum.

(1338. α) HERODIANI *Erotica* leguntur apud Garioponτem; ſed putat Daumius eſſe HELIODORI erotica in Epiſt. XX. ad Reineſ. pag. 62. poſt. pr. ſed Reineſius in reſponſ. ad Daumium Epiſt. XX. p. 71. audacis CRITICI facinus eſſe dicit. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(1339.) HERODOTUS. Ejus nomine qui venit *de Vita Homeri* libellus, eidem à *Voſſio* de Hiſtoricis Græcis lib. I. Cap. III. p. 17. 11. *Vallemont* Elemens de l'Hiſtoire, pag. 113. adde pag. 123. *Teiſſierio* in Catalogo Auctor. & Bibl. pag. 129. *König.* Biblioth. Vet & Nov. p. 398. abjudicatus eidem reſtituitur à *Colomeſio* diſſertat. de Scriptor. aliquot dubiis num XI. Docet tamen *Friſius* Biblioth. Geſner. p. 342. b. libellum hunc continere meras ex CTESIA excerptas Hiſtorias. PLUTARCHUM Auctorem quoque hujus libri creditum, docebimus infra in Plutarcho.

HEROMONTANUS v. *Relſendſo.*

(1340.) HEROUVAL *Antoine Vion de* HYACINTE Carme. *Baillet* liſte des Auteur degviſez p. 563.

(1341.) HERPIN, *René: Jean* BODIN *Baillet* ibid. p. 563.

(1342.) HERVÆUS *Brito*, ſeu HERVÆUS *Natalis.* Qui ejus nomine cenſetu *Commentarius in epiſtolas Pauli* ANSELMO quoque in aliquibus editionibus aſſertus HERVÆO DOLENSI tribuitur à *Labbeo*, apud *Olearium* Abaci Patr. p. 207. (a) adde Hiſtor. liter. Scrip Eccleſiaſt. pag. 459. (b) & Hervetum Britonem ab Hervæo Natali diſtinguit *Friſius* in Biblioth Geſner. p. 343.

(a) Olear. Abaci Patr. pagina 20; Labb. pagina 432. *Commentarium in Epp. Pauli, huic paſſim* Hervæo *adſcriptum*, *& cum Anshemi Operibus aliquoties editum, alteri cuidam* Hervæ Dolenſi, *monacho Bened. ao. 1130. florenti vendicat.*

(b) Cave Hiſtor. Litterar. Scripto Eccleſ. p. 459.

Hervæus, *gente Gallus*, *Patria Cœnomanenſi* O. B. *Monachus Dolenſis*, *claruit circa an. 1130. Scrip* commentarium in Epiſtolas D. Pauli *quod* Anſemo *falſo inſcriptum inter opera ejus habetur in editio Colonienſi. 1612.*

(c) Wharton in Append. ad Cav Hiſtor. Eccleſiaſtic. Scriptorum Eccleſiaſti pag. 11.

Con

Commentarius in Epiſtolas S.Pauli, *qui ſub* Anſelmi *nomine circumfertur*, *&* Hervæo *noſtro à quamplurimis*, *aſcribitur*, Hervæo Dolenſi *debetur: uti ſupra ſuo loco notatum eſt.*

---

(1342. α) HESHUSIUS *Tilemann.* Ei ſuppoſita *Epiſtola contra formulam concordiæ* eſt *Jacob* ANDREÆ, contra quem ipſe ſcripſit D. T. Heshuſii Bekändtniß. vid. Schelwig Cynoſur. quæſt. 25. im Anhang pag. 230. *Symbola Maſtrichtiana.*

---

(1342. β) HESIODUS quidam ſcripſit de *hæreſibus*. Meminit ejus *anonymus* in *Prædeſtinato* edito à *Sirmondo* initio lib. I. pag. 9. quem Sirmond putat eſſe ARNOBIUM JUNIOREM. *Symbola prioris.*

DE HESSEN LANDGRAVE v. *Erneſt.*

---

(1343) Chriſtiani HESSIANDRI nomine, *Theodorus* BEZA, *de negotio Euchariſtico* librum edidit Anno 1571. ceu ex *Conr. Schluſſelburgio Draudius* Bibl. Claſſ. pag. 116. affirmat. Exemplar hujus libri in 8. parvæ molis accepi ex Bibliotheca quadam inclyta, Heidelbergæ apud Matth. Harniſch 1574. excuſum hoc titulo: *De Communicatione & vivifica Virtute Carnis Chriſti, perpetua Cyrilli, adeoque Epheſini concilii ſententia, explicata & reſtituta, contra recentes horum temporum opiniones, auctore* Chriſtiano Heſſiandro, cui adſcriptum erat, ſubducto nomine fictitio *Chriſtophoro* HERDESIANO JCto: ut adeò etiam illum in ſuſpicionem compoſiti hujuſce libelli incidiſſe colligas.

Vide *Teiſſier* Eloges des hommes ſavans Tom. II. p. 373. Addit inſuper *Freherus* in Theatro Viror. Erudit. claror. p. 899. (II) ſcriptum aliud, cui titulus: *Refutatio Dogmatis de Omnipræſentia carnis Chriſti ficititia.* Genevæ in 4. qui non minus hoc, quam ſupra memoratum Opuſculum docet eſſe emiſſum a *Chriſtophoro* HERDESIANO ſub perſonato *Chriſtiani Heſſiandri* nomine. Adde *Bailletum* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 564. Diecmanniana nota *hic addit locum* Schluſſelburgii *l. 2. Theol. Calvin. Art.* 7. *fol. 60. b. & Habeo hunc librum* 125. *paginis conſtantem. Habeo & Chriſtiani* Heſſiandri *Refutationem dogmatis de fictitia carnis Chriſti omnipræſentia, & reali idiomatum in ipſis naturis communicatione, ex verbo Dei, & perpetuo Eccleſiæ adverſus Neſtorium & Eutycheten conſenſu, cum Th. Bezæ præfatione, A. 1571. 4. Genevæ apud Joannem Criſpinum excuſa. Quem librum inter eos, quos Chriſtophorus* Herdeſianus *ſub aliis nominibus edidit, primo loco Paul.* Freherus, *Medicus Noribergenſis, In Theatro Viror. Erud. claror. p. 898. b. ponit, & dudum ante loc. XI. p.* 463. 464.

*Ac ad finem:*

*Et hunc librum*, Herdeſiano *non minus, quam alterum illum, Paul.* Freherus *loc. cit. tribuit.*

(1344) HESYCHIUS, qui & ISICIUS aut ESICHIUS, imo ISAACIUS dicitur, cujus nomine circumferuntur *Commentariorum in Leviticum* libri ſeptem, quiſnam præciſe fuerit multis diſquirunt Eruditi. SALONITANO SENIORI tribuit *Perronius*, JUNIORI alii ESYTIO cuidam Presbytero Trithemius, HESYCHIO vero HIEROSOLYMITANO *Bellarminus*, apud *Olearium*, Abaci Patrolog. p. 207. (a) *Bellarminum* ſequitur *Cave* Hiſtoriæ liter. Script. Eccleſiaſt. p. 312. ita tamen, ut ſimul ab Heſychio Salonitano latine verſum & interpolatum ſuſpicetur. (b) Vide Monatliche Unterredungen / de an. 1689 p. 1243. & anni 1693. p. 868.

(a) Olear. Abac. Patr. p. 207.

Heſychius, *qui &* Iſicius *aut* Eſichius, *imo* Iſaacius *etiam*, Nicephoro & Theophani *dictus*, *teſte* Labbeo, *append. Tom. I pag. 826. Ejus nomine vulgo circumfertur* commentarius in Leviticum, 7. *libris diſtinctus*, (*vid Gerh. pag. 480.*) *inſertus Bibl. Magnæ Colon. Tom. VII. pag. 1. At multas hic eruditis cruces fixit, ut omnino difficile ſit de Autore iſthoc ejusque ætate (ad Gregor. M. vulgo relata) certi quicquam comperiri, id quod poſt multas obſervationes aliquot paginis præmiſſas, ipſemet Labbeus pag. 639. fateri cogitur Sunt namque, qui cum Card.* Perronio *libros dictos* Heſychio *Salonitano, Dalm. circa anno 418. Epiſcopo tribuunt, Alii* Iſicio *vel* Heſychio *juniori Salonitano, ætate Gregorii, vel Epiſcopo vel Presbytero:* Trithemius *contra*, Eſytio *cuidam Presbytero, qui Greg. Nazianz. auditor fuerit, vindicat; confer Job* Schopfii *Acad. J.C. claſſ. 5. pag. 80. ſeq.* Bellarminus *vero* Heſychio *ex Presbytero anno 600. Patriarchæ Hieroſol. cujus equidem, aliorumve cognominum, (poſtquam adhuc alios trinos Heſychios p. 634. produxit,) Labbeus p. 640. recenſet opuſcula.*

(b) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt p. 312.

*Summa conjecturæ, (quæ quidem mihi veri ſimillima videtur; fruantur alii judicio ſuo, huc redit,* Heſychium *dum Eccleſiæ Hieroſolymitan. Presbyter adhuc eſſet, multa ſcripſiſſe, alia poſtquam Patriarchalem iſtius Eccleſiæ thronum aſcendiſſet; eorum denique non nulla Heſychium quendam, forſan* Salonitanum *illum juniorem, qui circa vel paulò poſt Gregorii M. tempora vixiſſe dicitur, multis de ſuo additis in Latinam Linguam tranſtuliſſe. Delio ſane natatore hæc res indiget; neque aliud in re tam obſcura, quam divinare, nobis fas eſt. Jam ad opera quæ ſub Heſychii nomine circumferuntur, accedamus.*

---

(1345) *Candidus* HESYCHIUS. *Pierre* MAMBRUN: douteux. *François* VAVASSEUR, vrayſemblable. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag 564. Pro poſteriori eſt *Baile* Dictionaire Tom. 2. p 411.

---

(1345. α) HESYCHIUS HIEROSOLYMITANUS Presbyt. Heſychius non SALONITANUS, ſed HIEROSOLYMITANUS, qui & Græce ſcripſit, cujus verſionem habemus ubique Græciſſantem, ut illa eſt Irenæi & veterum conciliorum Latinæ translationes helleniſmis ſcatentes, nec ſic tamen Helleniſticæ di-

cendæ, ad eum Levitici locum, quem ſic exponit lib. VI. id eſt *non radere in rotundum aſpectum Capitis,* ſicut & *Symmachus* edidit, quemadmodum etiam facere hi conſueverunt, qui Barbaricas ſtudent Comas. Sane latina non eſt elocutio, *qui Barbaricas ſtudent Comas*; ſed Græciſſans, pro eo quod in Heſychii fuerat, οἱ βαρβαρικῶς ἐπιτηδεύουσι τὰς κόμας, *qui Barbarico more comas colant.* Claud. *Salmaſius* in Epiſt. ad Colvium de Coma. pag. 49. edit. 1644. Lugd. Bat.

Ejus *commentarii in Leviticum* prodiere Baſileæ 1527. fol.

*Heſychius Hieroſolym. in Leviticum.* Eum *Peronius* male Latinum & Salonitanum Epiſcopum arbitratur. vid. *Dalæum* de Cultib. lib. VII. cap. XI. pag. 774. Albert. de Euch. pag. 847. Hæc *Symbola Maſtrichtiana.* Adde *Molleri* Homonymoſcopiam p. 480. de Heſychio Juniore Salonitanano, at non Hieroſolymitano memorantem.

(1345. *aa*) *Johannes* L'HEUREUX eſt Andreas *Eudæmon-Johannes* CYDONIUS, *Græcus,* Jeſuita, ut notat Robertus *Burhillus* Anglus, contra Martinum Becanum, Pro Tortura Torti Cap. II. §. 5. p. 21. non addens quid ſub eo nomine in publicum prodierit. Nec *Sotvel.* in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jeſu, qui p. 50. Scripta hujus Ev-dæmonis Johannis prolixe recenſet, de nomine l' heureux, quicquam memorat. E contrario *Bailletus* verum hujus Jeſuitæ nomen, Andreas Eudæmon-Johannes tanquam perſonam etiam aliquando *Gaſparis* SCIOPPII citat in Catalogo des Auteurs degviſez pag. 551. 552. Adde *Symbolam Maſtrichtianam:* ſequentem:

*And. Eudæmono-Johannes Cydonius* Jeſuita, perſonatus eſt *Joh. Heureux* Gallus. Scripſit *Apologiam pro Henrico Garneto* Jeſuita pulverariæ conjurationis damnato in Anglia. Vide Hartnaccii deductionem contra Jeſuitas p. 161. Idem pag. 214. eum vocat *Cretenſem* ſeu *Mendacem.* Adde pag. 209.

Apologia illa Coloniæ per Johannem Kerken à 1610. eſt excuſa. Probavit *Aquaviva* generalis Jeſuitarum, & tres alii.

(1346) HIBERNICÆ ECCLESIÆ *Articuli* prodierunt Anno 1615. qvos totus Cleri in Regno illo conventus *Fidei Formulam* eſſe voluit. Auctor eorum *Jacobus* USSERIUS *Archiep. Armachanus.* v. Vitam ejus, in Sylloge Vitarum *Bateſiana.* pag. 734. ſeqq.

(1346. *a*) HIBERNORUM Salmanticenſium Jeſuitarum nomine, *Guilielmus* BATTEUS, Jeſuita Hibernus, edidit librum hoc titulo: *Janua Linguarum,* ſeu *Modus maximè accommodatus, quo pateſit aditus ad omnes Linguas intelligendas.* Induſtria Patrum Hibernorum Societatis Jeſu, qui in Collegio ejuſdem nationis Salmanticæ degunt, in lucem edita; & nunc ad Linguam Latinam perdiſcendam accommadata. In qua nimirum totius Linguæ vocabula, quæ frequentiora & fundamentaliora ſunt continentur; cum Indice Vocabulorum, & translatione Hiſpanica ejuſdem Tractatus. Salmanticæ apud Franciſcum de Cea Teſa 1611. Opus eſt admirabile, quod Linguis omnibus accommodari poteſt. Verba ſunt *Alegambes* p. 168.

Adde *Sotwellum* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſ. p. 313. a. *Witten.* Diar. Biograph. anno 1614. ad d. 17. Junii.

(1347.) HIBERNUS, *Leonardus: Paul* SHERLOGH. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez. p. 564. v. Leonardus.

HIERACENSIS v. *Barlaamus.*

*P. Tullius* HIERANUS v. *Relfendſo.*

(1348) HIEROCLIS *Philoſophi, de Priſcorum Studioſorum dictis & factis Ridiculis.* Londin. 1654. in 8vo. à *Johanne* CURTERIO unà cum aliis ejus Operibus editæ uno Volumine. Hucusque *Symbola Junckeriana.*

(1349) HIERONYMUS Stridonenſis multa ſcripſit, quæ recenſentur ad A. C. 390. à *Trithemio*, nec non à *Bellarmino, Poſſevino* & aliis auctoribus omnibus Eccleſiaſticorum ſcriptorum hiſtoriam tractantibus. Editiones etiam variæ, à *Coco, Riveto, Gerhardo, Oleario*, memorantur, quas qui curavere, multa ſuppoſita eidem eſſe, unanimiter monent. Eorum præcipua, quæ, auctores ſuos invenere, ſunt iſta. *I. Commentaria in Epiſtolas Paulinas* omnes, PELAGII ſunt, vel *Auguſtino* teſte, *Bellarm.* pag. 112. *Cocus* p. 290. *Riv.* l. 9. c. 5. p. 402. *Gerhard.* p. 317.

Addunt *Marginalia Normanniana Voſſii* Hiſtor. Pelag. II. 14. *Hotting*: Script. Supp. 83. Autoritate *Marii* Mercatoris eidem PELAGIO adſcribit Richard *Simon* dans l' Hiſtoire Critiqve du Nouveau Teſtament. Cap. XVI. p. 236. 237 GELASIO Papæ & PRIMASIO abjudicatos. (a) PELAGIO aſſignat etiam *du Pin*, Nouvelle Bibliotheqve tom. III. p. 132. (b) & cum eo le *Journal des ſavans* 1688. pag. 524. confer *Acta Eruditor* 1684. p. 345. ſqq. 1689. p. 230. 1693. p. 168. (c)

*Adde Richard.* Simon *Hiſtoire Critique du Nouveau Teſt. c. XVI. pag. 237. vide ſupra* CRYSOSTOMUM. *Annotat* Diecmannus Blondellus *Apol. pro ſentent.* Hieron. *de Epiſc. & Presb. Sect. 2. pag. 66. 67. & Henr. de* Noris *Hiſtor. Pelag. l. I. C. 2, pag. 15. item hos Commentarios Pelagio aſſerunt.*

*II. Commentaria in Jobum*, BEDÆ, *Presbytero Anglo* vindicantur, a *Bellarm.* pag. 111. Coc. pag. 292. *Riveto.* l. 4. c. 5. p. 398.

Addunt *Marginalia Normanni Hotting.* Script. Supp. 83. Morn Miſſ. 65. 529. At PHILIPPO PRESBYTERO Hieronymi Diſcipulo tribuit *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 246. (d) cui tamen iterum abjudicat BEDÆ reſtituen. *du Pin* Nouvelle Biblioth. tom. III. p. 132. (e)

III. *Commentarius in Proverbia Salomonis*, eidem BEDÆ per eosdem adſcribitur. v. *Bellarm.* p. 117. *Cocum* p. 293. *Riv.* l. 4. c. 5. p. 400. *Gerhard.* p. 315.

Iden

Idem facit *Imbonat.* Biblioth. Lat. Hebraicæ. p. 328. Verum & hunc Commentarium PHILIPPO PRESBYTERO quam BEDÆ adſcribere mavult *Caveus* Hiſtoriæ lit. Scriptorum Eccleſ. p. 157. a.

IV. *Commentarius in Threnos*, RABANO *Mauro* tribuitur â *Bell.* p. 108. *Coco* p. 286. *Rivet.* l. c. p. 401. *Gerhard.* p. 312.

RABANO etiam tribuit *Du Pin.* loc. cit. p. 131. (f) BEDÆ tamen adſcribi quoque, notat *Cave* Hiſtor. liter. p. 157.

V. *De iis, quæ in ſcripturis Deo tribuuntur,* eſt ANSELMI *de Veſtimentis, & membris & actibus Deo tributis*, teſte *Poſſevino* part. 1. Appar. ſacr. p. 94. *Epiſtolæ* vero magno numero ſuppoſititiæ recenſentur apud *Rivet.* l. 4. c. 7. p. 405. & ſeqq. Ex quibus auctoribus certis aſſignantur

VI. (1) *Epiſtola ad Demetriadem* CÆLESTIO *Pelagiano.* v. *Bell.* pag. 112. *Coc.* pag. 294. *Poſſev.* in Apparatu, ejusque præfatione. *Gerhard.* p. 317. refutata per *Proſperum*, v. *Riv.* l. 4. c. 18. p. 443. Adde ſupra n. 43. *in Ambroſio* dicta.

Adde *Chemnitz.* Loc. Theolog. Part. I. p. 105. imo ipſi PELAGIO adſcribunt Richard *Simon* Hiſtoire Critique du nouveau teſtament cap. XVI. & ex eo *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1686. p. 398. (ff) & 1689. p. 230. *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom. III. p. 132. *Voſſius.* Hiſtor. Pelag. 14. 15. 19. 21. 29. ut indicant *Marginalia Normanniana.* JULIANUM præter PELAGIUM & CÆLESTIUM auctorem Epiſtolæ creditum innuit *Prideaux* Orat. IX. p. 84. (g)

VII. (3) *Ad Gerontii filias, de contemnenda hæreditate,* PELAGIANA. *Bellarmin.* p. 112.

VIII. (8) *Inſtitutio amici in ſcientia Divinæ legis*, PELAGIANA. *Bellarm.* l. c. *Raynaudus* COELESTIO eam adjudicat, de lib. mal. & bon. p. 141. (h)

*Pelagio* hanc & præcedentem tribuunt *Du Pin* & *Cave* locis citatis.

IX. (17.) *Symboli Explanatio ad Damaſum,* PELAGII *Bellarmin.* pag. 113 *Coc.* pag. 299. *Gerh.* pag. 319.

Addunt *Marginalia Normanniana Voſſium* Hiſt. Pelag. 18. 19. *Hotting.* Script. Suppoſit. 83. *Grot.* Pelag. 4. Eadem ſententia eſt *Cavei* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſtic. pag. 156. & *Du Pin* Nouvelle Bibl. pagina 133. (hh) *Prideaux* Orat. XI. pagina 88.

X. *De Hebraicis Locis*, ab omnibus *Hieronymo* quidem abjudicatur, ſed EUSEBIO *Pamphili* demum aſſignatur â *Joh. Henr. Heideggero,* Hiſtoriæ Patriarchar. part. 2. Exercit. 3. §. 19. pag. 96.

XI. *Homiliæ in Cantica Canticorum* ORIGENI tribuuntur â *Riv.* l. 4. c. 5. p. 401. (i)

Et *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom. III. p. 130. 131. (k)

XII. *Homiliæ de Corpore & Sanguine Domini,* EUSEBII *Emiſſeni*, aut CÆSARIS *Arelatenſis* eſſe, cenſentur *Coco* p. 353.

Incerti Auctoris eſſe arbitratur *Cave* Hiſtor. lit. p. 158. nec certum auctorem operi aſſignat *Du Pin* p. 134. (l)

XIII. *De Nativitate S. Mariæ* commentitium libellum, eſſe ſuppoſitum *Hieronymo*, ex *Eraſmo, Cano, Sixto Senenſi, Molano, Bellarmino,* & *Baronio* probaverat *Cocus* pag. m. 307. at ex *Iſaaci Caſauboni* exercitationis I. diatribe 15. pag. m. 99. demum auctorem illius addidici. Verba *Caſauboni* ipſa proferam. Ea ſic habent. *Recte* Baronius *judicat, cum* Hieronymi *eſſe negat librum, oppido inſulſum*, De Nativitate Sanctæ Mariæ, *quem ſuperiorum ſeculorum imperitia maximo illi Viro attribuit. Sed diſſimulatum ab eo nollem, ſummum Virum* Eraſmum, *multo ante ipſum de illo partu ſuppoſititio veram ſententiam pronunciaſſe.* Eraſmi *judicium ſecuti ſunt* Melchior Canus *&* Sixtus Senenſis, *atque hoc loco* Baronius: [& aliquibus interjectis.] *Ipſe doli fabricator palam hoc profitetur. Non enim libri auctor poſtulat haberi, ſed interpres duntaxat. Verus auctor* SELEUCUS, Manichæorum Apoſtolus, *notiſſimus* Hæreticus. *Hic eſt qui in libro B.* Auguſtini *de fide contra Manichæos bis vocatur* LEUCIUS, *quod vere* Baronius *monuit, ſed &* LEONTIUS *in principio ejusdem libri appellatur. In actibus, ait* Auguſtinus *conſcriptis â* Leontio, *quos ipſi recipiunt, intelligit autem eum librum, de quo* Pſeudo Hieronymus *iſte initio. Quidam* Seleucus *qui paſſiones Apoſtolorum conſcripſit, hunc libellum compoſuit, fortaſſe ſcripſerat* Leucius: *nam etiam in Epiſtola* Gelaſii, *ubi varie concipitur hoc nomen, prima ſyllaba ſemper abeſt. In Romana editione Decreti* Leuticius *aut* Leutius, *ut ibi adnotant docti Viri, in tomis* Conciliorum Leucius. *Scio tamen* SELEUCUM Hæreticum *legi apud* Philaſtrium, *&* Seleucianos *ab eo denominatos, apud* B. Auguſtinum. *Verba* Gelaſii Papæ, *inſignia ſunt: Libri omnes, quos fecit* Leucius, *diſcipulus Diaboli, Apocryphi.* De Leucio hoc v. & *Raynaud.* p. 161. &c.

Vide *Roſweidum* contra Baronium pag. 105. 107. 108. SELEUCO librum hunc tribuit *Gerhardus* Patrolog. p. 318. 319. (m)

XIV. *Prologus in libros Machabæorum* ISIDORO tribuitur â *Coco* p. 309. (n)

Inter Dubia Hieronymi Scripta collocat *Cave* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 156. b. Alias Præfationes in aliquot libros S. Scripturæ Hieronymo ſuppoſitas memorat la *Bibliotheque Univerſelle* Tom. XVI. p. 57. (o)

XV. *Sermo de Aſſumptione Mariæ* SOPHRONII â quibusdam creditur, ſed minus bene, *Cocus* p. 295.

*Cave* Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſtic. pag. 164. b. teſtatur etiam eum *Sermonem B. Virginis ad Paulam & Euſtochium*, qui inter HIERONYMI Opera Tomo IV. habetur, huic SOPHRONIO familiari Hieronymi adſcribi ab Eraſmo. *Whitakerum* de S. Script. p. 488. hic citant *Marginalia Normanniana*, itemque *Eraſmum* ad Hier. T. II. 37. b. SOPHRONIO non minus ac *Hieronymo* Scriptum hoc abjudicat *Lambecius* in Diar. Sacri itineris Cellenſ. p. 98. 99. (p) quæ fere totidem verbis repetit in Commentario de Bibl. Cæſarea p. 151. at pag. 160. *ALCUINO* Epiſtolam hanc non

non obſcure tribuere videtur. (q) LATINO cuidam Auctori etiam aſſerit *Du Pin* Bibliotheque p. 133. (r)

XVI. *Vitæ SS. Patrum* variorum opus docetur eſſe à *Bellarm.* pag. 113. 114. *Coco* pap. 308. *Riveto* l. 4. c. 8. p 409. *Poſſevin.* in apparatu. *Gerb.* p. 321. *Schoockio* de Fab. Hamelenſ. part. 2. pag. 41. edit ſecundæ. Ex iis nominantur, præter ipſum Hieronymum, ATHANASIUS, CASSIANUS, EVAGRIUS, PETRONIUS BONONIENSIS, SOSIMUS vel ZOZIMUS &c. Alia 15. falsè *Hieronymo* tributa, vide longa ſerie ſeparatim exhibita *ab Eraſmo* poſt opera Hieronymi, & recenſita apud *Rivetum* l. 4. c. 7. pag. 407. 408. quæ nunc exſcribere non lubet.

Plures alios Vitæ Patrum Scriptores nominat *Miræus* Bibl. p. 37. 38. (s)

XVII. Sunt autem Paulini ad Sebaſtianum Eremitam.

XVIII. In Apologiam Euſebii Cæſarienſis, falſo *Pamphilo* adſcriptam pro Origene, Ruffini ad Macharium proœmium.

XIX. Apologia Euſebii Cæſarienſis pro Origene, Ruffino interprete, falſo Pamphilo Matyri adſcripta 15. capita continens.

XX. Ruffini liber de adulteratione librorum Origenis ad Macharium 2. Capita continens.

XXI. Ruffini expoſitio Symboli ad Laurentium.

XXII. Anaſtaſii Rom. Epiſc. ad Johannem Hieroſolymitanum Epiſcop. de Ruffino ſententia.

XXIII. Ruffini ad Anaſtaſium Epiſcop. epiſtola pro fide ſua. Epiſt. 43.

XXIV. Ruffini Aquileienſis in Hieronymum Invectivarum libri duo.

XXV. Auguſt. ad Hieronymum, *de eo quod dictum eſt, qui totam legem ſervaverit.*

XXVI. Auguſt. ad Hieronymum *de ratione animæ.*

XXVII. Auguſt. ad Optatum Epiſc. Milevitanum Epiſt. de *origine animarum.*

*XXVIII.* Auguſt. Homilia de *Paſtoribus.*

*XXIX.* Valerii ad Ruffinum *ne ducat uxorem.*

*XXX.* *Gennadii* Illuſtrium virorum *Catalogus.*

*XXXI.* Martini 5. Pontificis *regulæ Monachorum approbatio.*

His ſpuriis ſuperaddit *Mabillonius* Tom. I. Analect. p. 189. (t)

*XXXII.* *Confeſſionem fidei Catholicæ* S. Hieronymi quam eandem cum Confeſſione PELAGII eſſe ibidem aſſerit.

*XXXIII.* *De S. Maria & Obſtetrice Salvatoris* librum Hieronymi nomine prænotatum MATTHÆO aſſerit *Gelaſius.* Vide Strauchii Amœnitat. Juris Canon. Eclog. VI. p. 165. (u)

*XXXIV.* *Epiſtola ad Celantiam* PAULLINO NOLANO, tribuitur à *Flacio* Clav. Scripturæ part. II. pag. 138. & *Caveo* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 157. a.

*XXXV.* Epiſtola *de Vera circumciſione ad Theraſium*, TERTULLIANO adjudicatur ab *Eraſmo* Hieronymi Tom. II. p. 69. indicante *Symbola Normanniana.*

*XXXVI.* De *Obſervatione Vigiliarum.* NICETIO *Treverenſi* adjudicatur à *Caveo* Hiſtor. Literar. pag. 157. & *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom. III. pagina 133. (x) Et *Eraſmo* loc. cit. pag. 95. b.

*XXXVII.* Epiſtola 61. quæ *Pammachio inſcribitur* eſt PELAGIANI: vide *Miræum* Bibl. Eccleſ. p. 306. (y)

*XXXVIII.* Suppoſitam eſſe *Epiſtolam, quæ* Hieronymi nomine *Pontificali præfigi ſolet*, docent *Acta Eruditor. Lipſienſ.* Supplem. Sect. IV. pag. 168. (z)

*XXXIX.* Hieronymi *Epiſtola ad Ægrotum De Viro perfecto*, TERTULLIANO Eraſmus Tom. II. Hieronym. pag. 23. divinans tribuit addit etiam in Nonnullis Codicibus CTESIPHONTIS nomen additum fuiſſe. Hucusque *Symbola Normanniana.*

*XL.* Hieronymi *de Nativitate Chriſti* liber eſt LEONIS aut MAXIMI. *Whitacker* Scriptorum 488.

*XLI.* *Regula Monachorum* ex Hieronym Scriptis per LUPUM OLIVETANUM conſarcinata, & à *Martino Papa* poſt annum 1417 approbata videtur *Caveo* Hiſtor. Literar. pag 158. a. Eadem habet *Du Pin* Nouvelle Biblioth T. III. p. 134. (zz)

*XLII.* *Antonii Vitæ ex Græco traductio* Auctorem non agnoſcit Hieronymum, quem conſtituit *Gelaſius* can. 15. ſed EVAGRIUM Presbyterum judicante *Colomeſio*, de Scriptis aliquo dubiis n. XIII.

*XLIII.* *Verſio Homiliarum Origenis in Epiſtolam ad Romanos* Hieronymo falſo adſcripta, RUFFINO tribuitur à *Montano*, Part. 2. Der Tauff Hiſtorie p. 285. 286. (zzz) qui & *traductionem librorum* Clementis ibidem RUFFINO adſerit, Hieronymo abjudicatam. Vide in fine addita ſeriu transmiſſa *Maſtrichtiana* num. 1. usque ad num. 9 pagina 3. a.

*XLIV.* *Evangelium* ab ipſo verſum ut pr originali *Matthæi* falſo ſit jactatum v. du *Pin* Bibl T. I. pag. 3. a.

(a) Richard Simon Hiſtoire Critiqu du nouveau Teſtament, Chap. XVI. p. 236.

*On joint ordinairement aux* Commentaires de S. Jerôme ſur le Nouveau Teſtament, *tant dan les exemplaires manuſcrits que dans les imprimez*, une interpretation *aſſez abregée* de toutes les Epitre de S. Paul, *a la Reſerve de celle qui eſt écrite au Ebreux. Il y a de l'apparence qu'on l'a attribuée* S. Je

*S. Jerôme, à cauſe du nom d'*Heliodore *qui eſt dans la Préface ; mais le ſtile de cet ouvrage eſt ſi different de celuy de ce Pere, qu'il ne faut que le lire pour connoitre qu'il ne peut être de luy ; outre que la methode de l'un & de l'autre n'ont rien de ſemblable. Cela a fait dire à* Sixte di Sienne *que la diverſité de ſtile & de doctrine montre que ce Commentaire n'eſt nullement de S. Jerôme, bien qu'on ait mis à la tête une petite Préface ſous ſon nom addreſſée à Heliodore.* Annotationes in Pauli Epiſtolas, quanquam in fronte præferat præfatiunculam Hieronymi ad Heliodorum ſcribentis ſtyli tamen diverſitas & dogmatum diſcrimen ipſius non eſſe indicant. *Il ajoûte que* Catarin *a jugé que* Pelage *en étoit l'*Auteur*, parce qu'il fait dependre la prêdeſtination des merites, que Dieu a prêvûs par ſa prêſcience. Mais cette raiſon ne prouve rien, puis que ce ſentiment étoit commun dans l'Egliſe avant Pelage, & qu'on le peut encore ſoutenir preſentement ſans être Pelagien.*

(b) Du Pin Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſ. T.III. p.132.

*Les* Commentaires *ou les* Notes ſur toutes les Epitres de ſaint Paul *ne ſont point de* ſaint Jerome, *mais d'un auteur* Pelagien ; *qui enſeigne ouvertement ſes erreurs en pluſieurs endroits & principalement ſur le chapitre 7. de l'Epitre aux Romains. Il eſt certain que Pelage avoit fait un Commentaire ſur les Epiſtres de ſaint Paul que ſaint* Auguſtin *cite en quelques endroits du troiſième livre des merites & de la remiſſion des pechez. Ce même Commentaire de Pelage eſt encore cité par* Marius Mercator, *& l'on trouve dans celui-ci la plûpart des paſſages rapportez par ces deux Auteurs. Il y en a neanmoins un ou deux qui ne s'y trouvent pas ; ce qui donneroit lieu de douter ſi c'eſt entierement le même, ſi* Caſſiodore *ne nous avertiſſoit qu'il en retranché quelques paſſages.*

(c) Acta Erud. Lipſ. Menſis Martii A. M. DC. XCIII. p 108.

*Sequuntur* Ambroſius & Hieronymus, *ac poſt hos* Pelagius, *quem auctorem eſſe non ambigit expoſitionum in epiſtolas Paulinas,* Garnerium (*ut videtur*) *ducem ſecutus, append. ad diſſert. VI. ad partem* Opp. Marii Mercatoris *p. 367. tametſi contrariam ſententiam fovit* Jacobus Uſſerius, *cujus verba e MSC. nobiſcum communicavit V. C* Guilielmus Cave, *Hiſt. liter. p. p. 292.*

(d) Cave Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 246.

*Scripſiſſe* Philippum *noſtrum Commentarium in* Job. *teſtis eſt Gennadius ; Et quidem Philippi nomine Commentariorum in Job. ad Nectarium Epiſcopum libri. III. prodierunt* Baſileæ *anno 1527. tum in 4to. tum in fol. quos revera Philippi eſſe fidem facit locus, quem* Beda *libro de* ratione unciarum, *ex Philippi expoſitione in Job, citat ; qui in hiſce Commentariis hodie reperitur, ut dudum notavit* Sixtus Senenſis. *Affirmat etiam* Caſimirus Oudin *ſe in antiquiſſimo Codice Bibliothecæ Igniacenſis in tractu Remenſi hos Commentarios MSS. vidiſſe ; qui auctoritatem* Gennadii *præfixam habuerunt. Hi Commentarii etiam inter Opera* Bedæ & Hieronymi *haberi ſolent.*

(e) *Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. III. p. 132.*

*Le Commentaire ſur* le livre de Job aiant été fait comme il paroit par la fin, à priere de *Victorius* Eveque Anglois, qui vivoit du tems de *Bede*, ne peut être de ſaint *Jerome*, & vrai-ſemblablement eſt de *Bede meme*. Quelques-uns l'attribuent à *Philippe* Pretre & Moine, diſciple de ſaint Jerome, à qui *Gennade* attribue des Commentaires ſur Job. Mais ce Commentaire de Philippe eſt celui qu'on attribue à Bede, & celui-ci eſt plutot de Beda, aiant beaucoup de rapport avec le Commentaire ſur les *Proverbes de Salomon* qui ſont certainement de cet Auteur, comme le temoignage de *Tritheme* ne laiſſe pas lieu d'en douter. Ces Commentaires ſont bien differens & pour le ſtile & pour la matiere, de ceux de ſaint Jerome. On trouve dans le Commentaire du Chapitre 25. ſur Job un paſſage que *Fauſte de Riez* cite ſous le nom de ſaint Jerome. Il y a apparence que l'Auteur de cet Ouvrage l'avoit tiré de ce Pere. »

(f) Du Pin. Nouvelle Biblioth. Des Auteurs Eccleſiaſt. Tom. III. p. 131.

Le Commentaire ſur les lamentation de Jeremie eſt *un recueil fait par* Raban *des penſées de pluſieurs Peres, & particulierement de S.* Gregoire. *Il ſe trouvoit parmi les Oeuvres de cet Auteur, & il eſt cité ſous ſon nom par S.* Bonaventure *dans ſon Commentaire ſur le meme Ouvrage de* Jeremie.

(ff) Acta Erud. Lipſ. Ao. 1686. m. Aug. p. 398.

Pelagius *hæreſiarcha, cujus libellum fidei in tomis conciliorum, epiſtolam autem ad Demetriadem, & Commentarium in Epiſtolas Paulinas inter* Hieronymi *opera legi monet F. Caſim.* Oudin *in Supplemento de Scriptor. Eccleſiaſticis a* Bellarmino *omiſſis.)*

(g) Prideaux Orat. IX. pag. 84.

*Argumenti & ſtyli ſimilitudo, obtruſit nobis inter opera* Hieronymi *ad Demetriadem epiſtolam ; quam vel ipſius eſſe* Pelagii, *vel* Juliani, *aut* Cœleſtii *oculatiores deſpiciunt.*

(h) Raynaudus de mal. & bonis libris pag. 141.

Hieronymo *item ſuppoſita eſt epiſtola* de ſcientia legis, *quæ eſt ſceleſti* Cœleſtii, *ſocii* Pelagii, *ut notavit* Johannes Montinienſis *ad Proſperum.*

(hh) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. III. p. 133.

*Le Symbole,* attribué a Damaſe, qui eſt la quinzieme piéce de ce Tome, eſt une Profeſſion de Foi copiée en partie ſur celle qui eſt dans Saint *Gregoire de Nazianze* & dans *Vigile de Tapſe*, que nous avons attribuée à *Gregoire de Betique* ; mais celle-ci a été miſe dans la forme où elle eſt, long-temps aprés Damaſe, puis que l'on y lit, que le Saint Eſprit procéde du Pere & du Fils ; ce, qui n'étoit point dans tous les Symboles anciens.

*L'Explication du Symbole* adreſſée à Damaſe, qui ſuit la Profeſſion de foi, dont nous venons de parler, eſt la confeſſion de Foi, que *Pelage* envoya au Pape *Innocent* condamnée par

S. *Auguſtin* dans ſon livre *de la grace de JESUS-Chriſt*, où il en rapporte quelques extraits qui ſe trouvent mot à mot dans celle-ci.

(i) Rivetus Critici Sacri Lib. IV. c. V. p. 401.

*Homiliæ 4. in Cantica in nonnullis exemplaribus* Hieronymum *autorem præferebant; Verum Hieronymi non eſſe ſtylus palam arguit. An* Origenis *ſit opus, dubitari poteſt, quia* Hieronymus *in præfatione, quam præfixit duabus a ſe translatis teſtatur*, Origenem *adoleſcentem bis ſcripſiſſe in Canticum homilias duas; deinde copioſiſſimum commentarium decem explicitum voluminibus. Si tamen ſint Origenis.* Victorius *mavult exiſtimare ab Hieronymo verſas, quam factas Affirmare.*

(k) Du Pin Nouvelle Biblioth. des Eccleſiaſt. Tom. III. p. 130. 131.

*Si l'on joint aux Oeuvres donc nous venons de parler, la traduction des deux Homelies* d'Origene *ſur le* Cantique des Cantiques, *qui ſe trouve dans le huitième Tome.*

(l) Du Pin ibid. p. 134.

*Il ſeroit difficile de deviner l'Auteur du petit* Traité du Corps & du Sang de Jeſus Chriſt; *mais il eſt facile de connoître que celui qui l'a compoſé, etoit verſé dans la doctrine des Saints Peres. On doit porter le meme jugement de l'Auteur de l'Homelie ſur la* Parabole d'un importun qui demande un pain à ſon ami, *en Saint* Luc *chapitre 11.*

(m) Gerhardus Patrologiæ p. 318. 319.

*Liber de* natali Mariæ Hieronymo *adſcriptus operum ejus Tom. 9. ad Chromatium & Heliodorum, eſt ſpurius.* Baron. *in appar. art. 39. & 44.* Eraſmus, *Melch.* Canus, *Sixt.* Senenſis, Caſaub. *exerc. I. cap. 15. idem ſtatuunt.* Chriſt. a Caſtro *eum defendere auſus.*

*Verus Auctor* Seleucus Manichæorum Apoſtolus. *Scriptum de* adſumptione Mariæ *ad Paulum & Euſtochium non eſt* Hieronymi, *neq;* Sophronii, *ſed Autoris Neſtorio multo recentioris.* Baron. *ann. Dom. 84. §. 13.*

(n) Cocus Cenſuræ quorundam Scriptorum Veter. p. 308. 309.

*In Biblius impreſſis Antverpiæ* Anno *1570. habetur Prologus in lib. Machab. qui incipit:* Macabæorum libri duo. *&c. Hic Prologus citatur tanquam ipſius* Hieronymi *a* Roffenſi, Bunderio, & Alfonſo de Caſtro, *ut probent,* Libros Machabæorum eſſe Canonicos.

*Hunc Prologum reperiet Lector apud* Iſidorum, *libro procemiorum: & revera, ipſius eſſe putatur. Non eſſe* Hieronymi, *conſentiunt* Eraſmus, Scultingus, & alii. *Nam quod ad Eraſmum ſpectat, ille verba faciens de hoc, & altero Prologo, iisdem libris, in aliquibus editionibus, præfixis; In Machabæorum libros præfationes duæ, eodem initio.* Machabæorum libri, mihi *(inquit)* non videntur Hieronymi.

(o) Biblioth. Univerſelle A. 1690. Janvier. T. 16. p. 57.

*Dans le ſuivant Mr.* Simon *examine quelques MSS. du huitième & du neuvième ſiecle. Il prend occaſion de là de faire voir que les* prologues *que l'on trouve au devant de chaque Livre du Nouveau Teſtament & que l'on attribuë à* S. Jerome *ne ſont point de lui. Il ſoutient en particulier, qu'on veut mal à propos que ce Pere ait la Preface qui eſt fait au devant des Epiſtres Catholiques & dont l'Auteur ſe plaint que l'on a retranché dans le V. chap. de la I. de S* Jean *l'endroit* des trois temoins celeſtes.

(p) Petrus Lambecius Diario Sacri itin. Cellenſis, p. 98. 99.

Minimè porrò dubium eſt qvin & *Ado & Vijuardus*, ſi is ſuprà citata verba ſua ſecundum Adonis interpretationem intelligi voluit, erroneam illam dubitationem de *Corporali B. Virginis Aſſumptione in Cœlum* hauſerint ex ſuppoſititio illo ac ſpurio de Aſſumptione B. Virginis ſermone, à non nullis S. *Hieronymo*, ab aliis autem *Sophronio*, qvi librum ipſius de Scriptoribus Eccleſiaſticis in *Græcum* ſermonem tranſtulit, perperam attributo.

Idem pag. 104. 105. Autor ejus olim creditus fuit *Hieronymus*, propter mentionem videl. *Paulæ & Euſtochii*; ut in Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codice membranaceo, ante ſexcentos circiter annos ſcripto, & inter codices Theologicos Latinos MStos nonageſimo nono videre eſt, ubi inſcriptio ſive titulus ita ſe habet: *Epiſtola Hieronymi Preſbyteri ad Paulam & Euſtochium de Aſſumptione Sanctæ Mariæ.* Falſum autem hoc eſſe meridiana luce clarius apparet ex ipſo ſupra citati Exordii principio; qvippe ubi autor ejus non Latinum, ſed Græcum ſe eſſe profitetur, dum & Latinum eloqvium ſib[i] teſtatur eſſe inconſvetum, & in latinos invehitur, qvod multi eorum apocryphum de tranſitu B. Virginis libellum ſtudioſè amplectantu[r]. Item paulo poſt, *Multi*, inqvit, *Noſtrorum*, h[oc] eſt *Orientalium ſive Græcorum dubitant, utrum aſſu[m]pta fuerit ſimul cum Corpore, an abierit relicto Corpore.* Cum igitur certo hinc conſtet, S. Hieronymum Sermonis iſtius autorem non eſſe, placuit nonnullis, & inter eos Eraſmo etiam Roterodamo, attribuere illum *Sophronio*, qvi S. Hieronymo fuit æqvalis, & librum ipſius d[e] Scriptoribus Eccleſiaſticis in Græcam lingvam tranſtulit. Nam qvod huic qvoque cum Paul[a] & Euſtochio familiaritas fuerit, vel ex eo pate[t], qvod teſte ipſo S. Hieronymo, peculiare al[i]quod opuſculum *de Virginitate ad Euſtochium* com[-]poſuit. At enim vero recte jam pridem anim[ad]vertit Eminentiſſimus Cardinalis *Baronius* ne Sophronium qvidem Sermonis iſtius auto[-]rem eſſe, ſed verum ejus autorem poſt Conc[i]lia, in qvibus Anno 431. & 451. Neſtorii at[que] Eutychetis hæretica dogmata damnata ſun[t] vixiſſe, & ut Homiliæ ſuæ autoritatem concil[i]ans, vel pro S. Hieronymo, vel pro Sophro[-]nio haberetur, dolo malo finxiſſe, ſe illam ſcribere ad Paulam & Euſtochium.

Idem, pag. 109. Cœterum qvod ad n[...] attinet, perſvaſiſſimum habeo, ſuppoſitam i[l]lam Homiliam compoſitam fuiſſe ſeculo po[ſt] Chriſtum ſeptimo, & qvidem paulo ante annu[m] 681. qvo ſub Agathone Papa & Imp. Conſta[n]tino Pogonato ejusque Filiis hæreſis *Monothe*[-]

*ſtarum*, qvi alias etiam *Monophyſitæ & Theopaſchitæ* „dicebantur, in Concilio Generali VI. ſive Con- „ſtantinopolitano III. damnata eſt.

Idem pag. 112. Quæcunque ergò de *Pau-* „*la* & Euſtochio veluti adhuc viventibus ſcribit, „mera figmenta ſunt, qvibus Homiliæ ſuæ, tan- „qvam S. Hieronymi ævo ſcriptæ, apud imperi- „tos falſam vetuſtatis authoritatem conciliare „voluit. Qvam enim egregie mentiatur, dum „in ſupra citato exordio refert, ſepulchrum S. Dei Genitricis eo tempore, qvo Paula & Eu- ſtochius vivebant, palam & ante oculos omni- um extitiſſe in medio vallis Joſaphat, & Eccle- ſia in honorem ejus fabricata fuiſſe conſpicu- um, ſolidiſſime demonſtrat Em. Cardinalis *Baronius* his verbis - - - -

Pag. 113. *Ex his igitur* manifeſtior redditur hominis impoſtura, qvi nomine ejusdem S. Hieronymi dictam epiſtolam ſcribit ad Paulam dum hæc ait: &c.

(q) Pet. Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſar. lib. VIII. p. 159. 150.

De *Aſſumtione S. Mariæ* interrogandum relin- qvimus. Veriſimillimum itaque eſt Carolum Magnum interrogationem hanc primo omni- um ac præ cæteris Præceptori ſuo *Albino Flacco Alcuino*, qvi A. c. 804. obiit, privatim propoſuiſ- ſe, reſponſi autem loco hunc ab Alcuino com- poſitum eſſe Tractatum, in cujus principio, tanqvam ad jam citata Caroli Magni verba re- ſpiciens ac alludens, expreſſè teſtatur, ſe, quid de Virginis ac Matris Domini reſolutione temporali & Aſſumtione perenni intelligat, non ſcribere proprio inſtinctu, ſed ad interrogata reſpondere. Confirmant etiam hanc conjecturam ſupra cita- ta Caroli M. verba, & principium huius Tracta- tus Caroli M. verbis reſpondens. Confirmat ean- dem ſtylus Alcuini, & Qvæſtiones ſacræ a Caro- lo Magno eidem alias propoſitæ. Confirmat eandem aſſertio de corporali B. Virginis aſſum- ptione, in ſcriptis Alcuini apud Joannem Bale- um Centuria Secunda Scriptorum Britanniæ, in qvo per Librum, cui titulus, *Reſponſiones ad interrogata* hunc ipſum de Aſſumptione B. Vir- ginis Tractatum ſignificari exiſtimo. Confir- mat denique conjecturam iſtam *Homiliarium ab Alcuino* juſſu Caroli Magni *collectum*, cui Tracta- tum illum ſive *Sermonem de Aſſumtione* ſine dubio inſeruiſſet Alcuinus, ſi S. Auguſtini is fuiſſet, non autem proprius.

(r) Du Pin Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccles. Tom. III. p. 133.

*La dixiéme lettre, de l'* Aſſomption de la *Vierge, eſt l' Ouvrage de quelque* Latin *qui vivoit du temps que l' Orient etoit infecté des erreurs des diſciples d' Eutyches, comme il le remarque, long-temps aprés la mort de Saint* Jerome *& de* Sophronius, *à qui quel- ques-uns ont attribué cette lettre. Celui qui l' a compo- ſée, l' a miſe ſous le nom de Saint Jerome, pour faire va- loir davantage ce qu' il diſoit en l' honneur de la Vierge: afin de mieux cacher ſa tromperie, il feint qu' elle ſoit adreſſée à* Paula & à Euſtochium. *Quoi qu' il s' etende beaucoup ſur les éloges & les prerogatives de la Vierge Marie, il dit neanmoins qu' il n' eſt pas certain qu' elle ſoit reſſuſcitée, & que ſon corps ait été enlevé au Ciel. Ce Traité, quoique ſuppoſé, fut mis dés le temps de Charlemagne par Paul Diacre & par Alcuin dans l' of- fice de l' Egliſe, & a depuis composé une partie des Leçons de* la Fete de l' Aſſomption *dans des anciens* Brevia- *ires de France & d' Italie.*

(s) Miræus Biblioth. Eccleſiaſt. pag. 37. 38.

*Quod ad* Vitas Patrum, *libris X. comprehen- ſas, quas vulgus S.* Hieronymo *ſolet adſcribere, at- tinet, hæc accipe. Eas ſecundò* Heribertus Roſvvei- dus; S. I. *Theologus, Antverpiæ, typis Plantinianis cum Notationibus, 1628. evulgavit. Libri primi aucto- res ſunt varii: quidam certi, quidam incerti. Certi auctores, ſuarum ſinguli Vitarum, ſunt iſti.*

I. Hieronymus, *auctor vitarum* Pauli *primi eremitæ*, Hilarionis anachoretæ, Malchi *mona- chi* captivi, Paulæ, Marcellæ *Romanarum viduarum.*

II. Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, *auctor* vitæ S. Antonii.

III. Paphnucius, *auctor Vitæ* S. Onu- phrii *eremitæ.*

IV. Ephræm Syrus, *diaconus Edeſſenus, auctor vitæ* S. Abrahæ *eremitæ, &* Mariæ *meretri- cis, ejus neptis.*

V. Antonius, *ſcripſit vitam magiſtri ſui* S. Simeonis Stylitæ.

VI. Leontius, *Neapolis Cypriorum Epiſco- pus, auctor vitæ* S. Joannis Eleemoſynarii, *Patri- archæ Alexandrini.*

VII. Joannes Damaſcenus, *auctor Vitæ* SS. Barlaami & Joſaphati.

VIII. Jacobus *Diaconus Edeſſenus, auctor vitæ* S. Pelagiæ *meretricis.*

IX. Sophronius *Epiſcopus Hieroſolymitanus, auctor vitæ* S. Mariæ Ægyptiacæ *meretricis.*

X. Theophilus, Sergius & Hyginus *Scripſe- runt vitam S.* Macarii *Romani. Præter enumeratas Vitas in libro* primo *de* Vitis Patrum *exſtant & aliæ Sancto- rum Vitæ, auctoribus incertis. ut.* S. Baſilii *Cæſarien- ſis Epiſcopi*, S. Bachomii *Abbatis Tabennenſis in Ægy- pto, SS.* Epicteti *presbyteri &* Aſtionis *Monachi, S.* Frontonis *Abbatis*, SS. Eugeniæ, Euphraſiæ, Eu- phroſynæ, & S. Mariæ, *virginum, item S.* Thai- dis *meretricis.*

Secundi *& tertii librorum de* Vitis Patrum *auctor vel interpres fuit* Ruffinus Aquileienſis presby- ter. Quartus *liber excerptus eſt ex* Severi Supplicii *Dialogo primo & ex Johannis Caſſiani* Inſtitutis ac Colla- tionibus. *Quinti* & ſexti *librorum auctorem fuiſſe* Græ- cum *aliqvem, conſtat ex* Photio, *qui in* Bibliotheca *cap. 198. narrat Græcum exemplar à ſe lectum fuiſſe. Nomen auctoris tamen non exprimit, quod hodieque ignoratur; quidquid aliqui divinarint. Certum porrò eſt, librum, cujus Photius Græcè ſuo tempore exſtantis meminit, hunc eumdem eſſe, quem Latinè habemus, translatum partim à* Pelagio *S. R. E. diacono, libro quinto de Vitis PP. partim a* Joanne *S. R. E. ſubdiacono libro ſexto. Atque hunc quidem librum, qui apud Græ- cos & Latinos unicus eſt,* Heribertus Roſvveidus *in duos diſtinxit: ita præeunte* Sigeberto Gemblacenſi, *cap. 116. & 117. de Viris Illuſtribus* Georgius Garnefel- tius *cenſet, Pelagium, & Joannem poſtea Romanos ex ordine pontifices fuiſſe. Pelagius anno 559. Joannes eo nomine III. Papa anno 572. obiit.*

Septimi *libri auctor ſimiliter fuit* Græcus, *ſed cujus nomen nondum à quoquam eſt proditum. Hunc librum* Paſchaſius *diaconus Latinitate donavit*; *rogante* Martino *Abbate Dumienſi, poſt Epiſcopo Bracarenſi: qui Martinus circa annum 580. vivere deſiit.*

Octavum *librum de Vitis Patrum Græce ſcripſit* Palladius, *Helenopoleos in Cappadocia Epiſcopus, quem* Gentianus Hervetus, *Canonicus Remenſis, Latinum fecit. Hic liber vulgo* Hiſtoria Lauſiaca *dicitur, eo quod ad Lauſum Præpoſitum à Palladio ſit ſcripta.* Roſvveidus *in Appendice ad Vitas Sanctorum antiquam quoq; Lauſiacæ verſionem, ab incerto ſed vetere interprete factam, ſubtexuit:* & Fronto Ducæus *ejuſdem Lauſiacæ Græco-Latinam editionem, ex MS. codice Regio Pariſiis publicandam curavit. Notet autem Lector, Palladium fuiſſe* Origeniſtam & Pelagianum; *ideoq; caute legendum.*

Noni *libri (qui vulgo* Philotheus *dicitur) auctor fuit* Theodoretus, *Cyri Epiſcopus; primum ab* Alberico Longo *Salentino, poſt à* Gentiano Herveto *Latina civitate donatus.*

Decimum *librum Græce ſcripſit* Johannes Moſchus *ſeu* Eviratus, *ad Sophronium Hieroſolymitanum Epiſcopum ideoq; inſcribitur:* Liminarium Sophronii, *ſeu* Pratum ſpirituale, vel Paradiſus novus: *ut* Photius *in Bibliotheca cod. 19. narrat. Hujus libri interpres fuit* Ambroſius *Camaldulenſis monachus.*

*Iſtis decem libris* Roſvveidus, *præter antiquam Hiſtoriæ Lauſiacæ interpretationem, paulo ante memoratam, attexuit* Heraclidis Paradiſum, *incerto ſed vetere interprete;* & Ægyptorum Patrum Sententias, *auctore Græco incerto, interprete autem* Martino Dumienſi *ſeu Bracarenſi. Ex his Paradiſus Heraclidis magna pars eſt* Palladianæ *ſeu Lauſiacæ Hiſtoriæ.*

(t) Mabillon Tom. I. Anal. p. 189.

*Primo nullus moveri debet, quod Confeſſionis Author uſus ſit Confeſſione* Pelagii. *Siquidem tempore Alcuini pro vero S.* Hieronymi *fœtu agnoſcebatur. Id patet tum ex libri 3. Carolini cap. 1. ubi hæc Confeſſio ſub nomine Hieronymi adducitur; tum ex MS. Codice Cæſar. Bibliothecæ continetq; inter alia ipſiſſimam Pelagii Confeſſionem hoc tit:* Confeſſio fidei Catholicæ S. Hieronymi. *Tum ſubſequitur Confeſſio in hæc verba:* Credimus in DEUM patrem omnipotentem cunctorum viſibilium & inviſibilium conditorem *&c. quæ ipſiſſima eſt Pelagii Confeſſio.*

(u) Strauchius Amœnitatum Juris Canonici Ecloga VI. p. 163.

*Librum de* S. Maria & obſtetrice Salvatoris *viderat* Vulbertus, *ubi ait eum nomine* Hieronymi *prænotari: Sed a Matthæo ſcriptum Hebraice & translatum in Linguam Latinam.*

(x) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. III. p. 133.

*Le 36. de l'* obſervation des Veilles, *eſt attribué dans le troiſiéme Tome du Spicilege de Dom* Luc Bachery, à Nicetius, *Evêque de Treves, qui vivoit vers l' an. 535. Il pourroit y avoir encore pluſieurs de ces Sermons de ce même Auteur.*

(y) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 306.

Pag. 37. lin. 37. *Petrus* Waſtelius *in ſuis* Vindiciis Carmelitanis, *cenſet epiſtolam 61. quæ Pammachio inſcribitur, non eſſe* Hieronymi, *& ſapere* Pelagianiſmum.

(z) Acta Erudit. Lipſienſ. Supplem. Sect. IV. p. 168.

*Septimo loco (in* Examine Libri Pontificalis, *ſeu Vitarum Romanorum Pontificum* Joannis Ciampini) *exponitur, quid in* Henſchenii & Papebrochii *ſententia deſiderarit Dn.* Emanuel Schelſtratenus, *qui inter alia epiſtolam* Hieronymi *& reſponſionem Damaſi, quæ vitis Pontificum vulgo præfigi ſolent ſuppoſitas eſſe probat, cujus argumenta tantum apud Papebrochium ejusq; ſocios valuerunt, ut quæ de epiſtolis illis in Diatriba præliminari ad Acta Sanctorum Aprilis ſcripta fuerant, in propylæo ad Acta Sanctorum Maji retractare non erubuerint.*

(zz) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques p. 134.

*La* Regle des Moines *eſt un recüeil des ſentences & des préceptes tirez de Saint* Jerôme, *fait par* Lupus, *Général de Moines, qui ſe diſoient de* l' Ordre des Hermites de Saint Jerôme, *& approuvé par le Pape Martin V.*

(zzz) Montanus in der Tauff Hiſtorie pag. 285. 286.

Der Leſer / der vielleicht über die vorgedachte Vorreden und Nachreden des Lateiniſchen Uberſetzers käme / dieſelbe zu leſen / wolle doch auch dieſes anmercken / daß / wo zu zweyen oder dreyen mahlen der Nahm *Hieronymi* gefunden wird/daſelbſt ſolte dafür ſtehen der Nahm *Ruffini*, wie ſchon zuvorn gemeldet iſt Denn das iſt ein ſonderlich practickiſch Stücklein der Abſchreiber damahls geweſen (denn man hat damahls noch lang vom Buchdrucken nichts gewuſt) den Nahmen *Hieronymi* an die Stete des Nahmens *Ruffini* zu ſetzen / damit ſie ihre Abſchrifften deſto theurer möchten verkauffen / dieweil *Hieronymi* Nahme bey Jederman in beſſern Gerüchte war aber *Ruffini* nicht/ welches der gelehrte *Eraſmus* in der Vorrede über Origenem hat angemercket. Denn daß *Ruffinus* der Uberſetzer ſey und nicht *Hieronymus*, der ſolches redet / das erſcheinet klährlich hieraus/daß er am Ende gedachter Nachrede ſaget: Hiernach ruffet uns das Werck / welches uns vorlängſt iſt auffgeleget / jetzt aber uns ſtetig durch den Gottſeeligen Biſchoffen *Gaudentium* abgefordert wird / nemlich daß von uns mögen übergeſetzt werden die Bücher des Biſchoffes *Clementis* welcher ein Mitt-Geſell der Apoſtel geweſen iſt / auff daß ich dieſelben bey den Nachkommen bekandt machen könte.

(zzzz) Symbolæ Maſtrichtianæ Hieronymus

1.

*Ex Collationibus* Caſſiani *magnam partem deſumtæ ſunt* vitæ Patrum, *falſo* Hieronymo *Stridonenſi adſcriptæ, ipſo* Bellarm. *teſte de Script. Eccleſiaſt. quas* Poſſevinus *exiſtimat commodius referendas eſſe, ſive ad* Euagrium *Pontificem, ſive ad* Petronium *Bononienſem &c. adjicienda ex Mart.* Schookio *fabula Hamelenſi, part. 2. cap. 2. pagina 41. vid. & pag. 43.*

2. Ej

2.
*Ejus liber eſſe à quibus jam cenſetur* Epiſtola ad Demetriadem, *Virginem, cui reclamat* Beda. *Alii eam adſcribunt* Juliano, *alii* Pelagio, *vide* Uſſerum *in hiſt Pelag p.5.*

*Inſeruit libellum fidei* Pelagii *ad Innocentium* Carolus Magnus, *arbitratus eſſe* Hieronymi *ad Damaſum, vid* Uſſer. *ibid. p.*18. & 19.

3.
*Ita* Hieronymus *in Proverbia vel potius* Beda *Commentarii iſtius auctor.* Gejerus. *in Proverb. p 49: ad cap. 1. v. 20.*

4.
Evagrius Ponticus.
*Contentus ero nominaſſe eos, qui* Monachorum vitas *ſcripſerunt. Quales ſunt* Evagrius Ponticus, *cujus pleræq; ſunt vitæ, quæ* Hieronymo *tribuuntur. &c.* Gerh. Joh. Voſſ. *in diſp. XI. hiſt. & Theol. Theſ. 7. pag. 154. edit. 3.*

5.
*Hieronymus feſtinatiſſime in Chartam conjiciens, quidquid ei nocte una, non ſemper zelus ſecundum ſcientiam ſed etiam ſplendida dictaverat bilis. &c.* Voſſius *diſput. XI. hiſt. & Theol.* theſ. *XI. p.169.*

6.
*Scriptor.* Scholiorum in Epiſtolas Pauli Hieronymo *tributorum in* 1. Cor. 15, 51. Voſſ. *diſput.* 13. *hiſtor. Theol.* theſ. 18. *p.190.*

7.
*Verum fruſtra hoc* (ſurgite mortui, venite ad Judicium) *in* Hieronymo *quæri puto, quanquam tale quid reperitur tomo 4. in* regulis Monachorum *cap. de timore ultimi Judicii. Sed hæc non* Hieronymi *ſunt, verum à* Lupo de Oliveto, *generali Eremitarum ordinis ex Hieronymi Scriptis ſunt collectæ, poſteaque à* Marino Quinto *approbatæ, cujus literæ regulis præmittuntur.* Voſſius *diſp. 13. Theol. & hiſtor. theſ. 23. pag. 192 idem repetit in diſp. 14. fin. p. 214.*

8.
Homiliæ de corpore & ſanguine Chriſti, *inter Hieronymi opera quidam credunt auctorem* Euſebium Emiſſenum. *Vide ejus elogia ex* Vorſtio.

9.
Hieronymus Stridon. Commentarii in Pauli Epiſtolas *Scriptor, qui* Pelagius *revera eſt, non Hieronymus, inter cujus libros id opus à multis jam ſeculis falſo cenſetur.* Dalæus *de cultib. Relig. lib. VI. cap. X. pag. 773. fin.*

HIEROTH v. *Boranowsky.*

(1350.) HIGATUS, *Ranutius: Ignace* HUARTE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 564. Nicolaus *Antonius* in Bibliotheca Hiſpanica, neque Higati neque Ignatii Huarti meminit.

(1351.) *Guthbertus* HIGLANDUS. Sub perſonato hoc nomine ſcripſit *Epiſtolam ad Andream Rivetum*, SORBIERIUS *contra Milletierii Crurifragium* Prodromi Rivetiani; vide l' *Hiſtoire des Ouvrages des Javans* Fevrier 1692. pag. 275. (a) Adjectam eſſe hanc epiſtolam Apologetico Riveti contra Grotium indicat Vita Sorbierii, Sorberianis præfixa p. 3. (b) eadem confirmans.

(a) Hiſtoire des Ouvr. des Sçav. Fevr. 1692. pag. 275.

Mr. de Sorbrere *etoit nè dans le Dioceſe d Uzès. C'eſt luy qui ſous le nom deguiſè de* Guthbertus Higlandus *a ecrit contre le* Crurifragium prodromi Rivetiani, *& à qui le public a l' Obligation des Memoires & du Voyage du Duc de Rohan.*

(b) La Vie de Mr. Sorbiere devant Sorberiana p. 3.

*Il paſſa en Hollande en annèe 1642. où ſous le nom deguisè de* Guthbertus Higlandus, *il fit imprimer une lettre, qu'il addreſſa à* André Rivet, *contre le* Crurifragium Prodromi Rivetiani, *que* Mr. de la Milletiere *avoit publiè. Cette lettre ſe voit à la fin de l'* Apologetique de Rivet contre Grotius.

(1352.) *Le Pere* HILARION Religieux Minime eſt accuſé d' etre plagiaire. Car entre les Eloges, qu'il a compoſé, des grandes Princeſſes, il a loué *Marie de Medicis* aux depens de *St. Germain* DE MOURGUES qui en avoit fait l' oraiſon funebre. *Nouvelles de la Republique des lettres de* l' année 1687. p. 732.

(1353.) *Quintus Julius* HILARION, cujus nomine citatur à *Friſio* Biblioth. Geſner. pag. 714. libellus *de Danielis Hebdomadibus*, & à *Königio* Biblioth. Vet. & Nov. p. 403. *Chronicon*, ſive *de Duratione Mundi liber*, de quo ſiluiſſe unanimiter Veteres miratur *Cave*, Chartophyl. Eccleſiaſt. p. 67. & Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 175. *Sandio* in notis ad Voſſium de Hiſtoricis latinis p. 289. 290. (a) idem creditur cum *Quinto Julio* AFRICANO, corruptis nimirum vocibus: quintus (liber ſc.) Julii Africani, in Quintum Julium *Elarianum*, & poſtmodum *Hilarionem*. Vide Voſſium de Hiſtoricis Latinis Lib. III. cap. 3. pag. 756.

(a) Sandius in Notat. ad Voſſium pagina 290.

Quintus Julius Hilarion *editus eſt à Pithœo, & in Biblioth. Patrum, & propterea à Caniſio prætermiſſus. De eo* Voſſius *p. 213. Ego ſuſpicor nullum talem Authorem fuiſſe, ſed liber quinti* Julii, Elariani *vel* Hilarioni *corrupte dici pro liber quintus* Julii Africani, *vel liber quintus Julii* Hieronymi, *qui ſane ſcribebat Cæſario & Attico Coſſ.*

(1354.) I. HILARIUS ARELATENSIS cum PICTAVIENSI quomodo in *Geneſeos Carmine conſcriptis capitibus* confuſus ſit, v. *Gerh.* Patrolog. & *Olearius* abac. p. 215.

Arelatenſi carmen hoc adſcribit *Caveus* Hiſt. liter. Scriptor. Eccl. p. 232. b. itemque *Voſſius* Hiſt. Pelag. p. 70. indicante *Symbola Normanniana.* Vide *Eſchenbachii* Diſſertationem de Poetis Chriſtianis Græcis & Latinis §. V. pag. 14. (a) & §. XXVVI. pag. 23.

II. Hujus Pictavienſis *explanatio Pſalmi 127.* ZENONI VERONENSI ab aliis adſcribitur, teſte *Th. Raynaudo* de mal. & bon. lib. p. 142. (a)

III. IV. *Epiſtolæ duæ ad Auguſtinum, de reliquiis Pelagianæ Hæreſeos, & de prædeſtinatione*, HILARII quidem ſunt, ſed ARELATENSIS, non Pictavienſis. Vide *Gerhard.* Patrolog. pag. 230.

*Cavium* Hiſtor. liter. Script. Eccleſiaſtic. p. 117. qvibus addit *Symbola Normanniana Höttinger.* Script. Suppoſ. pag. 79. & *Voſſium* Hiſtor. Pelag. pag. 70. *Poſſevinum* tamen Tom. I. Apparatus pag. 759. Pictavienſi adſcribere eadem Symbola notat.

V. *Carmen* Heroicum *de 7. fratribus Maccabæorum*; VICTORINO Afro tribuit *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque tom. II. pag. 101. (b) HILARIO *Arelatenſi* & VICTORINO *Petavionenſi* etiam tribui notant *Acta Eruditor. Lipſienſium.* 1693. menſ. Octob. p. 460. (c)

VI. *Epiſtola* Hilarii Pictavienſis *ad Apramam* filiam, una cum *Hymno*, FORTUNATO aſſeritur à *Gillot.* vide *Journal des ſcavans* 1693. pag. 526. (d)

(a) Raynaudus de mal. & bonis libris pag. 142.
*Explicatio Pſal. 127. quæ apud S.* Hilarium *legitur* Zenoni Veronenſi *ab aliis adſcribitur.*

(b) Du pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques. Tom. II. p. 101.
Le Poeme des Maccabées *eſt une deſcription en vers Hexametres du martyre des Sept Freres. Il n'y a rien d'extraordinaire dans ce Poeme. Il n'a rien de poetique que quelques imitations baſſes de Virgile, & la plûpart de vers ſont rampans & mepriſables.*

(c) Acta Eruditorum Menſis Octobr. Ao. 1693. p. 460.
*Carmen Heroicum* de Septem Fratribus Maccabæis, *quod alii* Victorino Petavionenſi, *alii* Hilario Arelatenſi *adjudicare maluerunt, ipſe inter opuſcula* Victorini Afri *reponit, tametſi nihil in eo exquiſitum eſſe teſtetur.*

(d) Journal des Scavans 1693. p. 526.
*Ils ont mis enſuite la lettre à* Abram fille de Saint Hilaire, *bien que* Gillot *ait ecrit qu'elle avoit eſté faite à plaiſir par* Fortunat, *& qu'*Eraſme *l'ait rejettée comme le vain amuſement d'un ignorant qui abuſoit de ſon loiſir.*

---

(1355) HILARIUS von Prockhorſt. Quæ ſub hac larva prodiit anno 1645. *Schola Catechetica*, *Chriſtophoro* ROSSELIO aſſeritur à D. Joh. Chriſtophoro *Schragmullero* apud *Deckherrum* de Scriptis Adeſpotis p. 116.

---

(1356) HILARIO SARDO adſcirpti *Commentarii in Epiſtolas Paulinas* ex MULTORUM AUCTORUM Scriptis compilati cenſentur à Benedictis in Actis Erudit. Lipſienſ. Supplem. tom. II. Sect. V. pag. 220. qvorum verba ſub lit. E. in AMBROSIO exerpſimus.

---

(1357) HILDEBERTUS, Epiſcopus Cenomanenſis poſt Archiepiſcopus Turonenſis. Quæ ſub ejus nomine à *Barthio* edita eſt

(I.) *Vita* S. *Agnetis* eadem eſt *Daumio* cum *Vita S. Agnetis* ab ALEXANDRO ESSEBIENSI ſcripta. v. *Sandium* ad Voſſium de Hiſtoricis Latinis p. 164. (a) & *Fabricium* in App. ad Bibl. Latinam p. 48.

(II.) Quæ inter tractatus hujus Hildeberti cenſetur *Deſcriptio Curiæ Romanæ*, SIDONIO APOLLINARI aſſignat la *Bibliotheque Univerſelle* & Hiſtorique tom. XIX. p. 331. (b)

(III.) Hildeberto perperam adſcriptus liber: *de corrupto Eccleſiæ ſtatu*, ex *Goldaſto*, NICOLAO de CLEMANGIS aſſeritur à *Deckherro* de Scriptis adeſpotis p. 106.

(a) Sandius in Not. ad Voſſ. p. 164.
Alexander Eſſebienſis *in literas retulit vitam* S. Agnetis *quam tamen* Daumius *epiſt. 52. ad Th.* Reineſium *arbitratus eſſe eandem, quam* Barthius *ſub nomine* Hildeberti *edidit.*

(b) Bibl. univ. & Hiſtor. Tom. XIX pag. 331.
*Les ſix premiers Traitez, excepté un, ſont d'* Hildebert *Eveque du Maus & depuis Archeveque de Tours, qui a vecu ſur la fin du* XI. *ſiecle. Ce ſont des lettres & des Diſcours contre les pelerinages, contre les appellations au de là des monts; & contre les deſordres de la Cour de Rome & du Clergé en general. On croit que* la deſcription de cette meme Cour *qui eſt la cinquieme en ordre, eſt de* Sidonius Apollinaris *quoique dans quelques Anciens MSS. on la trouve ſous le nom* d'Hildebert.

---

(1357. a) HILDEGARDIS, Germana, Spanheimenſis, Abbatiſſa Cœnobii S. Ruperti Ordinis D. Benedicti. Ei male adſcribi *libros IV Phyſicorum*, ſive de *Rerum Natura,* notat *Cave* Hiſt. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 476. a. utpote qu debeantur alteri HILDEGARDI, dictæ *de Pinguia* cui eos etiam adſcribit *Friſius* in Bibliotheca Gesneriana p. 356. b. titulo librorum paulo aliter formato:

*S. Hildegardis de Pinguia, phyſicorum lib. 4 de elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fruticum, herbarum, arborum, arbuſtorum, piſcium, volatilium, & animantium terræ naturis & operationibus.* Joannes Schottus *Argentinæ, 1544. excudit cum Trotulæ, Octaviani & aliorum libris.*

---

(1358) HILPERICUS où HELPERICUS *Ferius*: ALCUIN, douteuz. *Baillet* liſte des Auteurs. degviſez p. 564.

---

(1359) HIPPARCHI nomine editam e ſe à *Theophilo* RAYNALDO Jeſuita *Protocataſtaſi* memorant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* Anno 1689. p. 433. (a) At *Sotwel* hujus ſcripti inter reliqva Raynaudi non meminit, neque perſonati Hipparch vid. pag. 758. 759. neque *Wittenius* in diario ſu Biographico ad d. 31. Octobr. 1663. de hoc pſeudonymo ſcripto quicquam.

(a) Acta Erud. Lipſ. Anno 168 pag. 433.
*Ita III. Contii reſponſum pag. 69.* Theophili Raynaldi *ambitionem & ſummâ maledicentiam viginti librorum voluminibus exercitam taxat,* (Auctor annotationum ad Epiſtolas Principis Contii) *qua nec ſuis p perecerit, ſcripto in eos libello ſub Theophili* Eugenii nomin

[...]ine, *cui titulus eſt* Protocataſtaſis *ſeu Prima Socie[...]tis Jeſu inſtitutio reſtauranda, & alio, cui* Hippar[...]hi *nomen dedit, in quo mercaturæ ſtudium Societati* [e]*xprobravit.*

---

(1360) HIPPARCHUS *Bithynus*. Sub ejus [n]omine editam â Petro *Victorio* Expoſitionem [A]ſteriſmorum *Arati* Canonicam, *Claudii* PTO[L]OMÆI *Alexandrini* eſſe partum aſſerit *Lambeci[u]s* Commentar. Biblioth. Cæſar. lib. VII. pag. [2]28. (a) Sub Hipparchi Nicæenſis nomine Liber [h]ic citatur in Bibliotheca *Geſnero-Friſiana* pag. 357. [&] à *Königio* Biblioth. Vet. & Nov. pag. 405.

(a) Lambecii Bibl. Cæſ. Lib. VII. p. 228. *Eandem Aſterismorum Expoſitionem Canoni[ca]m (ex Claudii Ptolemæi Alexandrini Magnæ Conſtru[ct]ionis libro 7. & 8.) attribuit* Petrus Victorius *perpe[r]am* Hipparcho *Bithyno, & ſub ejus nomine illam edi[d]it cum ſupra memoratis tribus Hipparchi Genuinis libris, [q]uia illam in Codice Mediceo, itidem, ut in præſenti Codi[ce] Cæſareo, ſine ulla* Ptolemæi *mentione Expoſitioni [H]ipparchi in* Arati & Eudoxi *Phænomena ſubjunctam [r]eperit.*

---

(1361) HIPPOCRATIS COI, magni il[l]ius Medici nomine, qui extat etiamnum περὶ τροφῆς ſive *de Alimentis* aut *Victus ratione* liber jam [G]*aleni* tempore ab aliis PHILISTIONIS, aut ARI[S]TONIS, aut EURIPHONTIS, aut PHILITÆ [o]mnium Antiquorum Virorum creditus fuit, ut [i]pſe habet, de alimentis lib. 1. c. 1. pag. m. 13. [u]bi legi meretur. (a)

Ut vel inde refellatur ſententia Joa. *Cortei* [L]audenſis, in Bononienſi Academia olim Medi[c]inæ Profeſſoris, qui decadis primæ Miſcellan. [D]iſſertationum prima, cupiens Hippocrati hoſce [li]bros vindicare, contra Galeni auctoritatem, [e]a ſcribit minus cogitate, ac ut appareat vere [i]pſum p. 5 aliis implicatum ſtudiis ea effudiſſe. DIOCLI PRAXAGORÆ Coo tribuitur a [N]*eandro* Natalit. Medicor. p. 39.

(II.) Libri tres Comm. Epidem. opus [π]ϱοϱϱητικῶν, ſive *prædictorum* alterius HIPPO[C]RATIS HERACLIDIS eſſe judicat, ut & tan[t]opere celebratos *Aphoriſmos*. Qua de re alias [p]lura, quia nunc properare cogimur.

(III.) Librum περὶ διαίτης ὑγιεινῆς PO[L]YBO diſcipulo & Genero Hippocratis tribui [n]otat *Galenus*, fine ὑπομνήματ[ος] εἰς τὸ περὶ φύσε[ω]ς ἀνθρώπου, & initio Commentarii in hunc li[b]rum. Adde *Neandrum* Natalit. Medicinæ [p]ag. 38.

(IV.) Liber περὶ παθῶν ſ. de *affectionibus* [e]idem POLYBO adſcribitur à *Neandro* loc. cit. [v]. ſupra in *Anon.*

(V.) περὶ φύσεως ἀνθρώπου. ſ. *de Natura [H]umana*. Eidem POLYBO. *Neander* p. 38.

(VI.) *Epidemicorum liber ſecundus, quartus & ſextus* Autorem habent HIPPOCRATEM Theſſalum, judicante *Neandro*, Natalit. Medic. [p].37. (b) de *Quinto*, an Hippocratis ſit, dubitat [e]tiam apud Andream *Chioccum* de Medicis Collegii Veronenſis p. 131. Balthaſar Aldus, a *Chiocco* ea propter correctus (bb)

(VII.) περὶ γυναικείων, ſ. de *Mulierum Morbis* duos ad DIOCLEM CARISTIUM pertinere obſervat Neander p. 38.

(IIX.) DE MORBO SACRO liber DEMOCRITI ut cenſeatur apud *Menagium* in notis ad Diog. Laërt. p. 414. b. v. ſub lit. (c) qui idem p. 408. b. Epiſtolas ejus ad Democritum de ſua ad illum profectione perantiquas ſed ſuppoſititias tamen eſſe ſcribit.

(IX.) περὶ ἀγμῶν, ſ. de *Fracturis* Liber.

(X.) περὶ ἄρθρων, ſive *de articulis* liber NEBRON tritavo Hippocratis Coi adjudicatur a *Neandro* l. c. p. 31.

(XI.) *Libri de Septimeſtri & Octimeſtri partu* ſive fuerit *Hippocrates* auctor, ſive potius POLYBUS, ut ſentit *Clemens Alexandr. VI.* Stromat. ait Hieronym. *Mercurialis* l. var. lect. c. 17. *Symbola* eſt *Rauſchiana*.

(XII.) De *Aeribus aquis & locis* Hippocratis tractatum eundem eſſe cum eo qui GALENO de *Habitationibus, Aquis, temporibus & regionibus* inſcribitur, notat *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 338. b. qui ibidem Reliqua Hippocratis ſcripta recenſet, cui adde *Mercklin*. Linden. Renovat. p. 336. ſeqq.

(XIII.) De *Epiſtolis Hippocratis* dubitat an ejusdem ſint Jo. *Scaliger* Epiſt. 306. Epiſtolam Hippocratis ad Damarantum citans Mich. *Virdungus* Comm. in Tacit. Agric. c. 31. addit eam ſub nomine Hippocratis circumferri. *Symbola* eſt *Rauſchiana*.

Hippocratis nomen multis ſuis ſcriptis præfixiſſe *Raymundum* RESTAURANT, occaſione ab eo editi Lugdun. 1681. in 12mo. Hippocratis *de inuſtionibus ſeu Fonticulis* obſervant *Acta Erud. Lipſ.* 1683. p. 156. 157. (c) Adde in fine ſub (d) adjecta ſerius allata *Maſtrichtiana*, a n. 1. usque ad 4.

(a) Galenus de Alimentis lib. I. p. 13.

*In præſentia vero tempus expoſcit, ut alimentorum temperamenta exequamur ea methodo, qua in libro* de victus ratione *ſunt Scripta, qui eſt ut nonnullis placet* Hippocratis, *ut aliis*, Philiſtionis, *aut* Ariſtonis *aut* Euriphontis, *aut* Philitæ, *omnium antiquorum virorum. Initium autem ipſius in nonnullis quidem exemplaribus eſt*, Ciborum omnium ac potuum facultates, tum naturales, tum arte accitas ſic dignoſcere oportet. *In aliis autem hoc*, Locorum autem omnium ſitum ac naturam ſic oportet dignoſcere. *Cum nempe ſeorſim libellus ille circumfertur*, De ratione victus *inſcribitur, eſtq; is ſecunda pars, cum opus totum in partes tres ſit diviſum. Cum vero totus unicus & non diviſus ex tribus conflatus invenitur*, De natura humana & victus ratione *inſcribitur. Secunda igitur pars, in qua agitur* de cibis, *non abs re forte* Hippocrate *digna putabitur, ſed prima quam plurimum ab Hippocratica ſententia recedit. Verum id quidem præter inſtitutum, obiterq; ſit dictum. Cujuscunq; autem memoratorum virorum fuerit, omnem* in-

*in cibis victus rationem ad univerſalem quandam methodum videtur revocare.*

(b) Neander Natalit. Medic. p. 37.

Theſſalus Hippocrates, *quæ lacera pater reliquerat, collegit, iisque ordinem dedit. Conſociati ab hoc putantur liber* Epidemicorum *ſecundus, quartus, quintus, & ſextus, reliquos* Galenus *ſuppoſititios cenſet; ſed procul a ſchola & ſtudiis apud Macedonum regem non ſcribendo ſed medendo conſenuit.*

(bb) Chioccus de Medicis Collegii Veronenſis. p. 131.

*Mirabatur præſtantiſſimus hic Medicus quo pacto* Galenus *librum quintum Epidemiorum Hippocrate indignum pronunciarit, nec* Theſſalo Polybo, *aut alicui ex Hippocratis diſcipulis, vel filiis adſcribendum putet; cum* Cornelius Celſus a Galeno *vetuſtior & graviſſimus Auctor, immo latinus fere Hippocrates pro legitimo agnoſcat lib. 8. cap. 4. ex hiſtoria Vulnerati Autonomi, & candore Hippocratis ex proprii erroris confeſſione, ut ſuperius perſtrinximus &c.*

(c) Acta Eruditorum Anno 1683. pag. 156. 157.

*Hippocrate de* Inuſtionibus *ſive* Fonticulis. *Opus Hiſtoriis Medicis refertum & in praxi utiliſſimum, Auctore R. R. Doctore Medico. Lugduni 1681. in 12. Quanto Hippocratis amore atq; admiratione Auctor hujus libelli, ſc.* Rainaudus Reſtaurant, *teneatur, vel exinde colligere licet, quod pluribus ſuorum ſcriptorum titulis ejus nomen affixerit. Edidit ſiquidem olim idiomate Gallico,* Hippocratem de uſu frigidi potus, Hippocratem de Circulatione Sanguinis, Hippocratem de China Chinæ, *imo in præſenti tractatu librum ſuum de* Uſu Vini Emetici in curatione febrium Malignarum *ad mentem* Hippocratis, *item* Hippocratem de uſu Lactis in curationibus Morborum, *allegat.*

(cc) Menagii notæ ad Diog. Laert. de Vitis Philoſ. p. 414. b.

*περὶ χυμῶν) Quo titulo exſtat Tractatus ſub nomine* Hippocratis. *An fuerit* Democriti? *Certe ejus eſſe librum de* Morbo ſacro, *qui hodie exſtat inter opera Hippocratis, exiſtimabat* Cæſalpinus *lib. V. Art. Med. cap. I. nec non* Antonius Ponce Santa Cruz *in Prælectionibus Valleſoletanis, ſeu Commentariis in hunc librum. Utriusque rationes, ſi tanti eſt, vide apud utrumq;.*

(d) Maſtrichtiana. n. 1. 2. 3. 4.

1.

*Auctor libri de* Veterum Medecina *antiquus quidem, ſed minime Hippocrates, potius quod placet ampliſſimo præſidi Henr.* Conringio *ex Acronis Scholæ ſectatoribus unus:* Henricus Meibomius *in diſſertat. de Incubatione* &c. *theſi 7. & poſtea theſ. 50. & ſeq.*

2.

*Colligas autem ex Ariſtotele &c. ubi libri περὶ ὀςέων φύσεως* Hippocratis *eſſe dicuntur, primus nempe, poſterior qui de venis agit, eſt* Polybi, *Hippocratis diſcipuli, liber autem περὶ τόπων καὶ ἀνθρώπων, non ſcriptus ante Ariſtotelem, nec Hippocratis. vid.* Reineſ. *l. var. lect. cap. 19. pag. 75. med. usq; ad fin.*

3.

*Non enim conſtat an libellus de* Partu Septimeſtri *& Commentarius in eum,* Hippocrati & Galeno *ſint adſcribendi, de quo infra plenius.* Car. Annibal Fabrott. *Exercit. I. pag. 8. & pag. 20. Sunt qui dubitent an Legitimus ille* Hippocratis *partus ſit, idque mihi videtur jure merito;. Moveor quod Plutarchus de placit. Philoſoph. 18. hanc ſententiam adſcribit* Polybo, quid enim *&c. add. & pag. 21. & 22. med. ubi dubitanter adſcribit Polybo, & pag. 37. in fin.*

4.

*Scribit Hippocrates περὶ φύσεως παιδίου, ſi modo liber ejus eſt, nam in libro M. S. illuſtriſſ. Viri* Henrici Memmii *Senatus Pariſ. Præſid. Integerrimi Doctiſſ. ſic titulus concipitur, Ἱπποκράτους ἢ πολύβου μαθητοῦ περὶ φύσεως παιδίου.* Fabrottus *exercit. pag. 36. & ſeq.*

## HIPPOLITI v. *Frontonis.*

(1362) HIPPOLITHUS a Lapide, qui turbas dederit ſcripta *Diſſertatione de Ratione Status in Imperio Romano Germanico,* quæ in 4. 1640. poſtea Freiſtadii 1647. in 12. Batavis typis recusa prodiit aliquoties, notum eſt literatis omnibus. Eam ſpectare ad Dn. *Joachimum* Transeum ſeu DRAUSE Suecici Regni Legatum in Aula Brandeburgica Reſidentem, præter *Burgoldenſem* Notit. Imper. ſeu in Inſtrum. Pacis part. 1. diſc. 3. pag. 154. & diſc. 12. pag. 288. eique hoc accredentem Dn. *Geisler*. dec. 1. num. 2. & *Scavenius* aſſerit n. 85. Alii Affinem ipſius *Bogislaum* CHEMNITIUM ſubſtituere maluerunt, cujus nomen fictum eſſe putat *Leibnuzius* pag. 88. in nova Methodo docendæ Jurisprudentiæ. Mihi ex relatione ſæpius laudati Domini *Mellem* Ph. & Med. Dr. Conſiliarii & Medici Principalis Neoburgici conſtat verum ejuſce ſcripti auctorem fuiſſe nobiliſſimum olim Virum, *Joannem Joachimum* RUSDORFF, Equitem Germanum, Conſiliarium Electoris Palatini, Caroli Ludovici, qui zelo tanto ex Domini ſui miſeria ſibi excitato correptus, invidioſum hocce in Auſtriacam Domum ſcriptum exararit. Et ſanè in hunc quadrat illud, quod ipſe de ſe teſtatur auctor in opere, nimirum *ſe non ſtylo ſolo, ſed etiam pilo Domum Auſtriacam oppugnaſſe;* caſtra enim primis juventutis ſuæ annis ſecutus, aulæ deinde ſe mancipavit; tandem aliquot obitis Legationibus Principis ſui nomine, vita functus, Hagæ Comitis in templo prope aulam Reginæ, Epitaphium honorificum habet. Extat ſub illius vero nomine Volumen ingens in fol. 1640. excuſum, cui titulus: *Vindiciæ Palatinæ, ſeu Aſſertio & deductio Juris inviolabilis ſucceſſionis Seren. & Celſiſſ. Principis, Caroli Ludovici in Electoratum & Comitatum Palatinum,* quam refutavit *Joannes Adelzreiter;* de quo *Oldeburg.* l. c. cujus etiam de hoc *Hippolithi* ſcripto judicia extant ibidem & part. 1. diſc. 10. pag. 261. & 264. nec non part. 2. diſc. 5. pag. 40. add. *Hildebrandum* Hiſtor. Imp. ſect. 3. *Hornig* de Jure poſtarum, qui periculoſiſſimum hunc tractatum vocat. Alii quoque ab eodem eſſe ſcripta nec edita, ſed Domino ſuo Electori Palatino ab ipſius morte tranſmiſſa, idem qui ſuperiora, mihi narravit: ut & *Schemam Europæam,* mihi nondum viſam, ben

)ene memini, abſque auctoris nomine publi-:atam.

Sed hunc *Rusdorffium* non minus atque Bo-;eslaum Philippum *Chemnitium*, qvem jocabun-lum ſeſe aliqvando Auctorem Scripti profeſ-ım memorat *Symbolá Normanniana*, abſolvit Di-paritate ſtyli, aliisque argumentis *Deckherrus* de :criptis adeſpotis pag. 142. 143. & ad DRANSE-IM potius inclinat. pag. 145. in Mantiſſa legen-lis à qva ſententia] tamen *recedere* videtur idem, n epiſtola ad me data Erffurto d. 7. Januarii 690. ubi in Conjecturis ſuis velle ſe *Joh. Joach.* à RUSDORFF (Auctorem Hippolyti à Lapide, vem ipſi der *Union* Beicht⸗zettel vocari ſolere nemorat, retineri innuit. Cui Rusdorffio ut lurimum tribui notat *Witten.* Diar. Biograph. nno 1640. ad d. 27. Auguſt. huicque opinioni ccedit Magnificus Dominus D. *Maſius* im treu⸗ n Lutherthum p. 129. (a).

Præter hos etiam alii in ſuſpicionem liti hujus perſonati ſcripti venerunt, inter quos ominatur HENCKELIUS *à Scherzero* Anti-Bel-rmin. p. 17. *Tranſennum* à RAUTENECK Au-orem creditum à nonnullis memorat *Symbola ranckenſteiniana*, itemque *Johannem Adlerum* ALVIUM, Sveciæ ad Tractatum Weſtphali-ım Legatum, quem eſſe genuinum ſcripti Au-orem clariſſimus *Rector Lubecenſis* ex relatione ſius Domini Adleri Domeſticorum per D. *Thür-annum*, certum me fecit An. 1678. Aſt latere b perſonato hoc Hippolitho à Lapide revera uſtriſſimum Dominum Baronem Jacobum hilippum à STEINBERG fœtumque hunc ipſo pro genuino agnitum, ex ore Domini *udolfi* Francofurtenſis mihi celeberrimus Domi-us *Majus*, Profeſſor antea Durlacenſis nunc *ilonenſis*, cum Kiloniam huc tranſiret, affirma-t. Cui accedit *Symbola Normanniana*, indicio bilisſimi Domini Nicolai *Stiernberg* Academiæ pſalienſis Bibliothecarii, quem Polyhiſtorem mmum vocat, cui Auctoritatem ſummi cujus-ım viri ſuperaddit *Symbola* Franckenſteiniana, ıi ab ipſo Barone de Steinberg ſe hoc audiviſſe onfeſſus ſit, addidiſſe tamen ſuſpicari ſe, ipſum x præter nomen ad hoc ſcriptum quicquam ntuliſſe. Ut adeo incertiora hæc omnia ſint ıam ut amici defuncti Domini *D. Mellemii* aſſer-onem de *Rusdorffio*, tertio iteratam graviſſi-ım & tot circumſtantiis firmatam, vel in le-ſimam trahant ſuſpicionem. Conferat etiam elli ſtylum, & argumenta Viri, tanto & tam mogeneo priori huic ſcripto, cogniti in folio, od extat in Bibliotheca noſtra Publica & ju-cet cui vacat. Judicia & refutationes vide ud *Oldenburgerum* ad inſtrumentum Pacis. Quo-m aliqua damus ſub (b) (c) (d) (e) (f) (g) nec n propriæ manus Symbolam amiciſſimi Detle-Marci *Friſii* per Nobiliſſimum Lic. *Schröterin-um* mihi transmiſſam, cui ſub lit. (h) locum dimus, cui contra Melmianam relationem credat quisque quantum volet de Böcleriana *anſei* attributione hujusce ſcripti.

(a) Anonymi (Maſii) treues Luther⸗ um pag. 129.

Ja/ ſagt Herr *Becman*, wer hat hefftiger geſchrie⸗ ben / als der nicht unbekandte *Hippolytus à Lapide* (*rectius dixiſſet Hippolithus*) ein vornehmer Mann Luthe⸗ riſcher *Religion*? *urgiret* er nicht *totalem ruinam Domus Auſtriacæ*? und dennoch *defendi*ret ihn der Herr *Bœcle-rus*, er habe ſolches zu feindſeligen Zeiten geſchrieben/ nach geſchloſſenen Frieden aber müſſe daſſelbe Buch nicht mehr *reſpici*ret werden. Antwort (8.) *Hippolithus à Lapide* iſt ein vermumter *Auctor*, und wer er auch endlich iſt/ zum wenigſten iſt er kein Lutheriſcher *Theologus* geweſen / und kan er alſo denſelben uns nicht vorwerffen. (2.) Was er von der Macht der Chur⸗ Fürſten im Römiſchen Reich gegen das Hauß Oeſter⸗ reich beygebracht/ das gehet ja dieſe *Materie* nicht an / die wir hie von *mere ſubditis* reden/ *quid illis liceat contra magiſtratum*. (3.) Woher weiß Herr *Becman*, daß *Hippolithus à Lapide* ein vornehmer Lutheraner gewe⸗ ſen? vielleicht hat er dem *Burgoldenſi* zugetrauet/ daß der *Auctor* ſey *Joachimus Tranſeus*, oder *Dranſe*, vormahls Schwediſcher Reſident zu Berlin/ denn ſo hat *Burgoldenſis* ſich überreden laſſen *in Notit. imp. ſeu in inſtrum. pacis part. I. diſc. 3. p. 145.* Ich aber bin durch unſern Herrn *Placcium* genugſahm verſichert / daß der *Auctor* ſey *Johan, Joachim, à Rusdoff*, des Churfürſten in der Pfaltz *Carl Ludewigs* Raht/ welcher aus *Zelo* ge⸗ gen ſeinen Herrn dieſes Buch geſchrieben. Dieſes beweiſet er: ------

(b) Burgoldenſis p. 1 p. 289.

*Oppoſuerunt ſe Hippolithi ſcripto* Sluterus, Stamlerus & *Autor* Comitiologiæ Ratisbonenſis *de Anno 1564. quem credunt eſſe* Gottlieb von Hagen. *Sed ut verum fatear, illi in omnibus Hippolitho non ſatisfaciunt, cautius omnino facturi, ſi Hippoliti conſilia ad defectum, reſpectu Imperatoris declinantia medio quodammodo attemperaſſent, quam nimium tribuendo Cæſari jura ſtatuum attenuaſſent cum* Reinkingio *ipſorum Anteſignano. Hodie enim in publico Imperii jure, auream mediocritatem in Inſtrumento Pacis art. 5. & 8. fundatam obſervare tenemur, omni adulationis nævo ſemoto, Reſpectu Cæſaris non oportet altum nimis urgere: Reſpectu vero Statuum, littus iniquiſſimum premere minime par eſt. Demus Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Statibus, quæ ipſis de jure competunt. Neque obſtat quod Chriſtus in ſacris litteris ſolius Cæſaris mentionem faciat. Nam glorioſiſſimus noſter Servator atque Protector Deus humaniſſimus, & homo diviniſſimus verba ſua aurea ad præſentem Imperii Romani ſtatum, regimen ſcil. Tiberii accommodat. Hippoliti à Lapide violentum conſilium egregie & ſolide confutat inſuper Dn.* Textor *in egregio Tractatu de Ratione ſtatus Imperii moderna vera ac genuina, Cap. 10. & 11. multis Paraſangis Hippolito melior: De eodem argumento prodiit etiam nuper ſcriptum Severini de* Monzambano *doctum & ingenioſum quidem, qui tamen ſiniſtros in Domum Auſtriacam Affectus non uno in loco prodit. Vid. Notas & ſtricturas Pacifici* a Lapide *ad illum* Auctorem *& Exercitationes XII. Anonymi cujusdam quarum Autorem puto Dn.* Schockium. *Quod Comitiologiſtam Ratisbonenſem attinet, quamvis multa egregia afferat, tamen nimio in Cæſarem affectu reliquis ſtatibus non uno in loco præter fas aliquid detrahit, & propterea Eitel Friederich* von Heerden, *cujus liber columnam ac baſin Imperii docte repræſentans, ob auream Jurispublici mediocritatem omnino legi meretur, non una vice illum ſtringit.*

(c) Idem P. II. pag. 100.
*Ariſtocratiam propugnavit ſtrenue perſonatus quidam* Hippolitus à Lapide, *eo tempore quo maxime bellum inter Cæſarem & Suecos fervebat. Hic utut multa habeat quæ nemo poſſit abnuere, niſi pudorem omnem ejuraverit; in multis tamen eundem falli & per implacabile odium adverſus Domum Auſtriacam in transverſum rapi non minus in aprico eſt. Dn. de* Monzambano, *de Stat Imperii Germ. p. 167. 168. Hunc tamen qui impugnarunt (ut fecerunt* Slüter, Autor Comitiologiæ Ratisbon. *de an. 1654. &* Stamlerus *in Tom. 2. De reſervatis Imperat.) nugari potius aut adulari, quam ipſius rationes deſtruere ſunt deprehenſi. Hippolitus ille ut recte ſummam ac Regiam poteſtatem Imperatori in ordines detrahit, ita in eo valde abſurdus eſt, quod eundem ordinibus ſubjicit, & nudi Magiſtratus dignationem veluti precario tot titulis ſuperbienti concedit. In eo totus Hippolitus videtur fuiſſe occupatus, ut Paci quæ tum temporis effloreſcere cœpit, moras nectere, vel eam plane impedire poſſet.*

(d) Idem P. I. p. 288.
Videtur Hippolitus à Lapide *ſibi hunc ſcopum propoſuiſſe, ut omnibus modis Pacem Germaniæ impediret ac Suecicos Leones diutius in Imperio noſtro aleret. Autor ille, quisquis tandem ſit (Dn. à* Dranſe *Berolini Sueciæ Regis Reſidentem fuiſſe autumant) qui ſub nomine iſto tecto latet, fuit ſane peritiſſimus rerum Germanicarum, juraq; Imperii ſtatuum egregie ſæpe numero aſſerit, cæterum dum hoc agit, in inclytam Domum Auſtriacam parum reverenter & ultra modum inſurgit, & Imperatori noſtro communionem Jurium Majeſtatis Imperii abjudicare ſatagit, nihil præter nudum titulum ipſi relinquendo. Si ſequeremur Hippoliti amarulentum ingenium, aleamq; dubiam jaceremus, videndum erit an Harmonia inter Caput & membra ita obtineri poſſet? Bella ſane ex Bellis ſererentur, exteri ſe ulterius immiſcerent, nec armorum finis erit, donec diſcordantis Patriæ non aliud eſſet remedium, niſi ut ab uno regatur.*

(e) Id. P. I. pag. 154.
*Parum vero Sanctam Imperii Majeſtatem venerantur illi, qui ingeniis ſuis ferreis Imperii capiti, ſemper venerabili, omnem autoritatem detrahere intendunt, in quorum numero familiam ducit* Lapideus ille Hippolitus à Lapide *(cujus verum Autorem Dn. à* Dranſe *putant) ita dictus, in quo merito duritiem animi reprehendas dum virolento calamo Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ everſionem inter Imperii ſtatus rationes connumerat. Sane totius Imperii tam Capitis quam Membrorum intereſt, ut hujusmodi exlex diſputandi ac diſſerendi licentia auctoritate publica coërceatur. Hac enim in re non modo indignitas ſumma ineſt, ſed etiam plurimum periculi. Merito itaq; hæc Imprudentia publicis pœnis caſtiganda erat.*

Adde eundem p. 239.

(f) *Verum nomen illius Autoris eſt* Joachimus à Dranſée, *qui fervente bello Cæſareo Suecico nomine Regis Sueciæ (ut mihi relatum) Berolini reſedit. Poſt concluſam pacem interrogatus, quare tam fervide contra Sereniſſimam Domum Auſtriacam ſtylum acuerit? reſpondit: Se illam Domum pro tunc Suecis inimiciſſimam aliter niſi hoſtili calamo tractare non potuiſſe: pro nunc vero longe alia mente eſſe. Inter armorum ſtrepitus alio modo negotium illud expediri haud potuiſſe. Exiſtimant nonnulli Autorem hunc à Suecis eſſe ſtimulatum, ut ad belli cupidinem Proteſtantibus ingenerandam hoc ſcriptum in lucem emitteret. v.* Boecleri *peculiarem Diſſertationem de eo autore.*

(g) Hippoliti *illius animus ergà Cæſarem plane fuit hoſtilis, inde eſt, ut totum opus illius valde claudicet. De imperii noſtri ſtatu non loquitur, qualis fuit aut per leges eſſe debuit, ſed qualem ipſe anim
concepit formandum, & inſtituendum, quo morbo ex
parte etiam laborat* Severinus de Monzambano
*quem hodie in Suecia vivere aſſerunt. Hippolitus erg
tota parte 3. tractatus ſui non ſuppeditat nobis reſtaurationem, ſed novam totius Imperialis Corporis Conſtitutionem.*

(h) Symbola Friſiana.
Wie ich neulich meinen Monzamb. *ex edit. Thomaſii* nachſchlug/ *C. VI. §. 7. pag. 328. l. m.* fand ic
von mir beygezeichnet: daß mir der S. *Bœcler* einſt erzeh
let habe/ daß der *Hippolyt. à Lapide* vom Hr. Tranſec
auff Anordnung und mit Hülffe des alten Cantz
Ochſenſtirn geſchrieben; Er Hr. *Bœcler* auch bey g
dachtem *Tranſeo* auff ſeiner Stube noch das *Concept*, un
wie ers überall *emendi*ret und *corrigi*ret/ geſehen hätt
Dieſer *Tranſeus* iſt lange Jahre das G. *Ad. Reſident* a
Berlin. Hofe geweſen. Und weil ich nicht weiß/ob obige
E. E. Ich nicht ſchon berichtet/ſo hab es zum Überfl
nochmahls erinnern wollen. Ich glaube hier
*Bœclero.*

(1363.) HIPPOLITO FILARETE. Ed
dit Italice: *La Palmira di Tebe* drama Muſicale.
Fictum hoc nomen eſſe & ſub eo latere *Ludov
cum* CASALEM, indicat La Viſiera Alzata He
catoſtes num. xxv. p. 117. v. Filarete.

*Hippolytus Fronto Caracotta.* vide ſupr
in FRONTO.

(1364.) HIPPOLYTUM PORTUEN
SEM Epiſcopum cum HIPPOLYTO THEBA
NO à *Simlero*, (quocum paria faciunt *Geſner*
fol. 335. *Friſius* pag. 357. 359. *König.* p. 406.) co
fuſum notat *Olearius* Abac. Patrologici p. 218. (
Portuenſi ſuppoſitam eſſe *Orationem de Conſumm
tione Seculi & Anti-Chriſto* obſervant *Qvenſted.* d
Patriis Viror. illuſtrium pag. 355. (b) *Cave* Hiſto
Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 51. 52. (c) Ante 3
annos compoſitam ſuſpicatur eam *Gerbardus* P
trolog. p. 132. (d) His adde Symbolam *Maſtric
tianam* ſub lit. (e) n. 1. 2. 3.

(a) Olearius Abaco Patrum & Scrip
Eccleſ. pag. 218.
Hippolytus Thebanus, *præcedente multo r
centior, tempore* Sim. Methaphraſtæ *florens, quem
citat Chronico ſuo, cujus fragmentum ex MSto Bava
primum edidit* Caniſius T. 3. *antiq. lect p. 34. inde & i
lud mutuati Colonienſes, Magnæ Biblioth. PP. T. 9. P.
Ruit hinc* Simleri *ſuſpicio, qui putat* Hippolytu
Thebanum *illum eſſe, cujus D.* Hieronymus *(lon
ſane antiquior) lib.* de viris illuſtribus *meminerit. vi*
Epitom. Bibl. Geſn. *f. 303. a.*

(

(b) Quenſtedt de Patriis Viror. illuſtrium, p 355.
*Habetur ſub ejus nomine Oratio* de Conſummatione mundi & Antichriſto, *ſed illa referta fabulis eſt. Quum autem conſtet fuiſſe* Hippolytum *& gravem & pium, doctumq; virum, ne per Deum immortalem memoriæ martyris faciamus hanc injuriam, ut fabularum putidarum auctorem illum fuiſſe credamus, ut inquit* Caſaubonus *Exercit. I. ad Annal. Baron. caput 17.*

(c) Cave Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccl. pag. 51. 52.
*Oratio de* Conſummatione Mundi & Antichriſto ac ſecundo Domini adventu; *quam tamen multi in dubium revocant. Prodiit Græce & Latine Pariſ. 1557. Extat etiam in Auctar. Biblioth. PP. Tom. II. Pariſ. 1624. Genuinum* Hippolyti *opus non eſſe pluribus probare initur Rev.* Uſſerius *in Bibliothec. Theol. MS. Argumenta ſua his demum verbis claudens.* Apparet igitur tum ex ipſo Græcæ dictionis genere quod plerumque puerile eſt, tum ex rei Veritate atque pondere libelli iſtius auctorem hominem illiteratum fuiſſe atque indoctum.

(d) Gerhardus patrolog. p. 132.
*Sed ante triginta annos primum illa ſunt inventa. Liber eſt nullius fere precii, nec veriſimile eſt à Martyre illo celebratiſſimo conſcriptum eſſe, maxime cum hæreticam confirmet ſententiam, quod* animæ hominum omnes ab ipſo initio extiterint.

(e) Maſtrichtiana.

1.
Hippolitus.
*De* Conſummatione Mundi & Anti-Chriſto *Suppoſititium ſcriptum. vid.* Hotting. *in Elencho ſuppoſititiorum ſcriptor. pag. 73. ſecul. 2.*

2.
Hippolitus Martyr.
*De ejus libello de* Anti-Chriſto *Judicium & emendationes vid. apud* Tanaquillum Fabrum *lib. 2. Epiſtola* 70. p. 323.

3.
Hippolitus.
*Suppoſititius Hippoliti de Conſummatione ſeculi.* Voſſ. *diſp. hiſt. & Theol. XVI. theſi 9. p. 228. fine.*

HIPPOLYTUS v. à *Treysbach.*

(1365) HIPPOPHILUS MELANGEUS. *Philippus* MELANCHTON. *Colomiez* Melanges Hiſtoriques p. 52. Perſonati hujus Hippophili *Compendium Theologiæ* damnatur in indice Romano p. 59. Coincidere autem perſonatum hoc nomen cum Philippi Melanchtonis etiam obſervat *Symbola Flensburgo-Molleriana*, quæ tamen Scriptum hoc dubitanter ei adſcribit. v. *Melangeus.*

(1366) *Anevo* HIREJO zu Horſtrowey in Tedrey. Süß-bittere Freude; Eine warhaftige Hiſtorie von zwey liebhabenden Perſonen / unter verdeckten Namen Euryali und Lucretiæ, durch Æneam Sylvium Lateiniſch beſchrieben / und nun in Teutſche Reimen geſtellet. Slesv. 1617. 4to. Verſio hæc Metrica profecta eſt ab Anna OVENA HOJERI zu HOYERSWORT in EYDERSTETT / Fœmina ex aliis etiam Poematis vernaculis celebri, tibique prout præſenti ſignificabas, aliqua affinitate juncta. Si Anagramma evolvas, meæ conjecturæ haud dubie calculum tuum adjicies. Hucusque *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

(1367) *Aulus* HIRTIUS. Eine an verò OPPIO debeantur, dubitat *Svetonius* in Julio c. 56. Commentarii de Bello Alexandrino Africano & Hiſpanienſi. Vide *Hanckium* de Scriptoribus Romanis Part. I cap. V. p. 7. *Hirtii* tamen indubitato eſſe duos priores credit *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. I. cap. XIII. pag. 66. (a) At (11) *Commentarium de Bello Hiſpanienſi* idem pag. 67. adjudicat OPPIO; BALBO tamen eum adſcribere mavult *Fabricius* Biblioth. Latin. pag. 21. (b) vide *Geſnerum* fol. 112. a. & Friſium. p. 34. a.

(a) Gerhardus Voſſius de Hiſtor. Latin. Lib. I. cap. XIII. p. 66. 67.
*Verum puto, ſi libri de* bello Hiſpanienſi *ejusdem eſſent auctoris: ut* Gallici, Alexandrini, & Africani *belli, ita Hiſpanienſis etiam diſertim meminiſſet. Nec liber is aliud videtur, quam ephemeris.* Ut *ſunt argumenta illa, eodem tempore, ejusdem diei tempore, ſimiliaque, quæ ibi occurrunt. Fortaſſe eſt* Balbi.

*Sane* Cornelii Balbi ephemeridem *laudat* Sidonius *lib. IX. epiſt. XIV.* Quis, *inquit*, Balbi Phemeridem fando adæquaverit. *Eum autem Geſta Cæſaris ſignaſſe, indicat* Suetonius *in Julii vita cap. LXXXI. cujus rei, ne quis fabuloſam aut commentitiam putet, auctor eſt* Cornelius Balbus *familiariſſimus Cæſaris. Atque olim exſtitere Cæſaris ad hunc* Balbum *epiſtolarum libri familiaritatis iſtius indices: teſte* Gellio *lib. XVII. cap. IX.*

*Sed ſi Balbi Ephemeris ea non ſit, omnino auctor illius fuerit* C. Oppius, *ab nonnullis exiſtimatus* auctor *eorum, quæ* Hirtio *ab aliis tribuerentur, quemadmodum* Suetonius *in Julio docet cap. LVI. Quod inde proveniſſe putamus, quia alia Hirtium, alia* Oppium *haberent auctorem. Nos, ut dixi,* Hirtium *planè putamus ſcripſiſſe de* Bello Gallico *Alexandrino, & Africano: unius enim auctoris eſſe liquet: ſed de bello Hiſpanienſi, quod alius eſt auctoris, cui potius tribuamus, quam* Oppio, *non video.*

(b) Fabricius Bibliothec. Latin. pag. 21.
*Liber de* bello Hiſpanienſi, Balbi *forte ut non abre ſuſpicatur* Gerh. Joh. Voſſius, *etſi jam olim ſcripſit* Suetonius *trium horum Commentariorum incertum eſſe autorem, at de Balbo ſilens, alii, inquit,* C. Oppium putant, Alii A. Hirtium.

HISPALENSIS v. *Iſidorus.*

(1367. *a*) *Petri* HISPANI *ſummula &* PSELLI Logica ut ſint eadem, & per illius turpe plagium huicce ſubtracta docet ex Bartholomæo *Keckermanno* Jo. Albert. *Faber* Dec. Decad. n. XXXIV.

(1368) HISPANIOLUS, *Johannes: Baptiſte* MANTOUAN. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 564.

HISPANUS v. *Claudius.*

(1369) HISTORGRAPHI SABAUDI nomine edidit *Petrus* MONODUS, Jeſuita, Allobrox, (1.) Latine: *Amedæum Pacificum*, ſeu, de Eugenii IV. & Amedæi Sabaudiæ Ducis, in ſua obedientia nuncupati Felicis Papæ V. controverſiis, commentarium; in quo continetur accurata Baſileenſis Concilii Hiſtoria. Taurini apud Hæredes Dominici Tarini M DC XXIV. & Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy M DC XXVI. Hunc commentarium pene ad verbum deſcripſit, & ad calcem voluminis ſui XVII. Annalium Eccleſiaſticorum adjecit *Abrahamus Bzovius*, ut quæ de Felice parum rei conſentanea ſcripſerat, caſtigaret.

Eodem Hiſtoriographi nomine edidit Gallice: *Apologiam pro Sereniſſimis Sabaudiæ Principibus*, contra famoſum Incerti Auctoris Libellum. Camberii apud Gotofredum Furnium M DC XXXI. Diſquirit autem de iis omnibus controverſiis, quæ Francos inter & Sabaudos unquam exſtitere.

Vide *Alegambe* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 388. b. *Sotvel.* p. 684. b. *Witten. Diar.* Biogr. ad an. 1644. d. 31. Martii.

(1370) HOCHLANDE: Quæ in ejus operibus extant Exercitationes *de Exiſtentia DEI, & animæ Immortalitate*, creduntur eſſe Doctoris GRANII. vide D. Bechers weiſe Narrheit/ pag. 156. (a)

(a) D. Jo Becher Weiſe Narrheit/ p. 156.

Der Hr. Dr. Gran iſt mein ſehr guter Freund und Bekandter/ ein vornehmer Profeſſor zu Leyden/ und ſehr gelehrter Mann. Man hält dafür/ daß er die Exercitationes zu dem Hochlande *de Exiſtentia Dei, & animæ immortalitate* gemacht habe.

(1371) *Nathanael* HODOPÆUS *de Cœna* Genev. 1586. *Pantaleon* CANDIDUS. Jo. *Gerhardi* diſput. Theol. p. 170.. Hucusque *Symbola Normanniana.* Cui addit *Diecmanniana* quæ ſequuntur: Nathanaelis *Hodopoei* Klahrer Bericht vom heiligen Abendmahl/ was die Worte der Einſetzung auf ſich haben/ und wie daraus die Päbſtiſche/ und andere Sacramentiſche Irrthumben wiederleget werden/ &c. 1586. Sub hoc nomine latere *Pantaleonem* Weiß/ ſive ut alias ſe vocat, *Candidum*, docet liber Laugingæ A. 1604. 4. vulgatus, von der Zweybrückiſchen Religions-Enderung. p. 81. De alio ejusdem ficto nomine v. quæ notavi infra p. 215. in *Kednadona.*

(1372) Herrn von Hoffmanns-Waldau und andere bißher noch nie gedruckte teutſche Gedichte/ Leipzig 1695. in 8vo. Editor eſt Benjamin Neukirch Sileſius, qui Halæ jam vivit, & cujus plurima in eo Volumine Carmina extant ſub literis initialibus B. N. Hæc *Symbola Junckeriana.* Aliqua etiam deberi *Caſpari* à Lohenſtein/ Poetæ inclyto, obſervant *Acta Eruditorum Lipſienſ.* 1696 p. 175. in recenſione horum poematum, quorum encomium ibidem faciunt.

(1373) *Nicander* ab HOHENEGG, qui Hiſtoriam Papatus lectu dignam edidit, eſt *Joh. Henr.* HEIDEGGERUS, Profeſſor Tigurinus, indicio Chriſtoph. *Schraderi*, per literas, Cellis 29. Martii 1684. datas & d. 12. Aprilis ex Hollandia pro certo ſe ſe cum ipſo una libro, nuncium ea de re accepiſſe. Firmat idem *Symbola* Maſtrichtiana. *Beughem* Apparatu ad Hiſtoriam Literariam noviſſimam Amſt. anno 1689. edito Severini Watheri *Sliteri* Propylæo Hiſt. Chriſt. Sect. II. pag. 227. n. 2. legas eam Hiſtoriæ Lutheraniſmi & Calvinianiſmi Fabro Ludovico Maymburgio κατὰ βίαιον repoſitam eſſe. (a)

(a) Severini Waltheri Sluteri Propylæum hiſtor. Chriſt. Sect. II. p. 227. n. 2. Johannes Henricus Heideggerus (*initio per anagramma* Nicander a Hohenegg *Vir SS. Jeſu dictus*) *in* Hiſtoria Papatus *noviſſimo Hiſtoriæ Lutheraniſmi & Calviniſmi Fabro* (Ludovico Maimburgio) κατὰ βίαιον *repo ſita*, *qua Eccleſiæ Romanæ, ſeptem periodis diſtincta origo & progreſſus ad noſtra usq; tempora, pertexitur. Accedit* Franciſci Guicciardini, *Patritii Florentini Hiſtoria Papatus ex Autographo Florentino reſtituta. E Amſtel. anno 1684. in 4to.*

(1374) *Wilhelmus* HOLDERUS (I) *de Cand re Calviniano.* (II) *ejus* Cuculus (III) *Aſinus Alatu* ſunt ſcripta *Jacobi* ANDREÆ. Vid. *Vorſtii Apolo gia*. pag. 313. Hucusque Symbola *Schauriana.*

(1375) HOLKOTO malè adſcribi ope lam pro Inſipiente ANSELMI docet *Th. Raynau* de mal. & bon. libr. p. 142.

Utpote quæ Auctorem habeat ducent annis Holkoto priorem. (a)

(a) Raynaudus de malis & bonis l bris pag. 142.

Holkoto *opellam* pro inſipiente, *quæ* Sa cti Anſelmi opuſculo contra inſipientem *ann ctitur*, *adſcribit* Franciſcus Picus *theoremate I. de fide. Sed eſſe manifeſtam hallucinationem, dixi in Syntaxi operum S. Anſelmi, cum Autor illius opellæ vix rit tempore S. Anſelmi: at* Holkot, *ducentis minimu annis S. Anſelmum ſit ſubſecutus.*

(1376) *Robertus* HOLKOTUS ſive Ho cotus. Qvam ſub hoc nomine citat Thomas *H de in* Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 342. a. *Co mentarium in Proverbia Salomonis* Pariſ. 1515. dub tat Holcotine ſit an potius *Thomæ* GVALESII.

(1377) HOLLANDIÆ THEOLOG RUM nomine *Defenſionem judiciorum quorundam* emiſit *Johannes* CLERICUS Amſtelod. 1686. 8vo pro confirmandis nempe judiciis illis, q ſub Batavorum Theologorum nomine Gallic ab eodem Johanne Clerico edita diximus nu 344. vide *Acta Erudit. Lipſ.* 1696. pag. 153. ( Sub *Belgarum Theologorum* nomine librum cont famoſa

famoſam eandem *Simonis (Richardi,)* Criticam ſcripſiſſe Noaillum de Verſe teſtantur *Acta Erudi-tor.* Lipſienſ. 1695. pag. 398. (b) *Natalem Albertum* DE VERSE nominant *Acta Erudit. Lipſienſ.* Ann. 1690. pag. 591. (c) adde *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1686. p. 439. & 442. ubi (dd) judiciis Theologorum Hollandorum inſertum tractatum *de inſpiratione* huic *de Verſe* tribuit Richard *Simon*, qvod tamen falſiſſime fieri notat auctor epiſtolarum contra *Richardum Simonem* in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1687. pag. 366. (e) Utrique ſcripto, & Defenſioni judiciorum & de Inſpiratione reſpondit *Richardus Simon*, 1687. in 4to. A Rotterdam chez *Reinier Leers*, edito. *adde* Benthem Holländiſch Schul- und Kirchen-Staat part. 2. p. 386.

(a) Acta Erudit. Menſ. Mart. An. 1696. pag. 153.

Clericus *quippe, dum ſub nomine* Theologorum Hollandiæ, *quorum judicia de* Richardi Simonis *Hiſtoria Critica V. T. Anno 1686. menſe Sept. pag. 432. recenſuimus, latitans, Richardum Simonem impugnat, de* θεοπνευςίᾳ *librorum Sacrorum talia protulit, quæ a receptis Chriſtianorum placitis plane abhorrere videbantur. Cumque* Richardus Simon *reſponſum, a nobis eodem anno & menſe p. 493. indicatum, opponuiſſet, in Defenſione judiciorum quorundam Theol. Holl. a nobis anno 1687. menſe Julio pag. 363. commemorata, ſuam ſententiam firmandam magis ſtabiliendamque ſumpſit. Hinc non tantum ipſe Richardus Simon, in Reſponſo ad Dictam Defenſionem, quod ibidem p. 367. exhibuimus, ſed & ex Batavis* Witſius, *ex Anglis* Lovvth, *Theologus Oxonienſis, ex Gallis* Le Vaſſeur, *quos Noſter in Præfatione laudavit, hanc Clerici ſententiam ſtrenue oppugnarunt.*

(b) Acta Erudit. Lipſ. Menſ. Supplement. Ao. 1695. p. 398.

*Præcipue vero* Noallii de Verſe *refutatur opinio, qui in libro, qui Gallico ſermone;* Theologorum Belgarum *nomine, contra famoſam R.* Simonii *Criticam ſcriptus extat, neſcio quem Sacrificulum Samaritam ex* 2. Reg. XVII. 24. *Pentateuchi autorem obtrudere conatur.*

(c) Acta Erudit. Lipſienſ. Ao. 1690. pag. 591.

Huic *igitur in Scriptura fundatiſſimæ ſententiæ contradicere Theologos illos* Batavos, *quos* Richardus Simon *eſſe putavit* Natalem Albertum de Verſe & Jo. Clericum; *quorum poſterior Judicia illa univerſa ſibi tribui, haud invitus, ni fallimur, patietur.*

(d) Acta Erudit. Lipſienſ. Ao. 1686. pag. 439.

(*Prior* Bollevillanus, S. Richardus Simon *in Reſponſo hisce Judiciis oppoſito,) Triumviris Socinianis ea tribuit, quorum duo Amſtelodami degant in Hollandia, tertius autem ſit Miniſter Charentonenſis, qui Diſſertationem de conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis ſex abhinc annis Pariſiis ediderit, & in libro recentiore,* Entretiens ſur diverſes matieres de Theologie, *hoc eſt,* Dialogi de diverſis materiis theologicis *inſcripto,* Philalethæ *nomen ſumſerit. Hunc vero meditata ſua Pariſiis publicari tuto non poſſe advertentem, cum* Clerico, *literarum Ebræarum apud Amſtelodamenſes Profeſſore, ſecta Arminiano, arctam ait familiaritatem contraxiſſe, atque hujus ipſius Clerici maximas in formandis, omnes in publicandis illis judiciis partes fuiſſe exiſtimat, adjecta ratione, quæ Arminianum iſtum theologum contra Simonem concitaverit.*

(dd) Acta Eruditorum Lipſienſ. Ao. 1686. pag. 442.

Bollevillus *in Reſponſo, oppoſito Judiciis quarundam Theologorum* Hollandiæ *de Critica Richardi Simonis) Natali* Alberto de Verſe *tribuit perniicioſam illam* de Inſpiratione *tractationem.*

(e) Ibidem Ao. 1687. p. 366.

Epiſtola nona ac decima (*in Defenſione Judiciorum quorundam Theologorum* Hollandiæ, *de Richardi* Simonis *Hiſtoria Critica V. T. contra Reſponſum Prioris Bollevillani)* Amicus ille Clerici, (*cujus* de Inſpiratione *librorum ſacrorum meditationes Judiciis Hollandorum, epp. II. & 11. inſertæ fuerunt, quemque Natalem* Albertum de Verſe *putarat eſſe Richardus Simon, ſed, ſi Autori noſtro fides falſiſſime,) ſuam ſententiam latius explicat.*

HOLOPHERNES v. *Kriegs-Oederus*

(1378.) HOLOPHERNES, *Tubal:* Bonaventure des PERIERS, douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 564.

(1379.) HOLSATI *Nobilis litteræ de controverſiis Dano-Holſaticis*, i. e. *Lettre d'un Gentilhomme de Holſtein à un de ſes Amis au ſujet des Differens entre de le Roy de Danemarc & le Duc de Gottorf.* Man hat aus gebracht / als wenn der Herr von Ehrenſchild dieſes Scripti auctor; Jetzt aber erfährt man/ daß es ſey le S. de VOULERESSE vor dieſem Secretaire-Reſident pour la Cour de Copenhague à Londres, welcher auch dieſe ſeine lettre gegen die dawieder gedruckte Reſponſe vertheidiget unter dieſer Rubric: *Examen d'une Feville volante qui a pour Titre* Reſponſe à un pretendu Gentilhomme de Holſtein &c. *Symbola* eſt *Schröteringiana.*

(1379. *a*) *Martini* ab HOLUBERVERO *Reſponſio Apologetica, pro Sententia P.* Hieronymi Florentini *adverſus objecta D.* Vigilantii ab Arce Piſtorii apud Petrum Antonium Fortunatum 1662. Fœtus cenſetur eſſe doctiſſimi P. BEVERINI à *Cinelli* nella Bibliotheca Volante Scanzia III. pag. 65. (a)

(a) Cinelli Biblioth. Volante Scanzia III. pag. 65.

*Queſt' opuſcolo è del dottiſſimo Padre* Beverini, *il quale avendo ultimamente data in luce con tanta ſua gloria la ſua belliſſima* traduzzione dell' Eneide di Virgilio *in ottava rima; ſcrive adeſſo l'* Iſtoria di Lucca.

(1380.) *Franciſcus* HOLYOAKE, cujus nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlejanæ pag. 343. a. *Dictionarium Etymologicum Latinum Anglice explicatum* Londin. 1633. alias

Zz 3 appellatur

appellatur de SACRA QVERCU, docente eodem loc. cit.

---

(1381.) HOMERUS ſuffuratus *Iliadem & Odyſſea* PHANTASIÆ eruditæ fœminæ perhibetur à *Naucrate*, ſuoque nomine præfixo edidiſſe, apud Dominum *de Gallois* au Traité des plus belles Bibliotheques de l'Europe, pagina 33. aliis 27. (a)

Certe aliquot verſus: οἷον ἢ τρέφει, &c. ex ORPHEO exſcripſiſſe Auctoritate *Clementis Alexandrini* aſſerit *Thomaſius* de Plag. §. 468. Et ipſe Homerus iterum interpolatus dicitur à SOLONE vel PISISTRATO a *Colomeſio* in Notis ad Quintil. p. 231. (b)

II. *Batrachomyomachia* Homero abjudicari videtur â *Plutarcho* in Vita ejus, dum duo Poëmata (Iliadem & Odyſſea) ab eo ſcripta affirmat. Certe Daniel *Heinſius* lib. II. de Satyris Horat. pag. 137. cenſet totum ſcriptum Parodiam eſſe aſſumptam ex Homeri verſiculis, & oſtendit in eo libello extare quædam, quæ non eſſe ab Homero illud Poëmation conſcriptum, ſatis evincant. Hæc *Symbola Rauſchiana.* (c) Adde *Maſtrichtianam* ſub (d)

III. *Hymni Homero*, Iliados Auctori, vulgo attributi, HOMERO SELLIO adſcribuntur à *Geſnero* & *Friſio* pag. 360 a. Suppoſititios credit ſed perantiquos Bochartus tr. *an Æneas venerit in Italiam?* pagina 28. edit. lat. Homeridas, non Homeri dicunt Prima Scaligeriana, obſervante Symbola *Rauſchiana.*

IV. *Hymnus in Apollinem* Homero noſtro aſſignatus, CYNÆTHO CHIO aſſeritur à *Friſio* Biblioth. Geſner. pag. 179. b. quanquam & hunc & reliquos hymnos omnes Homero noſtro vindicatum eat *Colomeſius* de Scriptis aliquot Dubiis num. V. & à *Thucydide* tanquam genuinum citatum hunc de Apolline notat *Symbola Normanniana.*

(a) Traité des plus belles Bibliotheques de l'Europe par le Sieur de Gallois, a Paris. 1685. 12mo p. 27.

*Ce qui me fait reſſouvenir du ſujet, qui a porté* Naucrates *a accuſer* Homere *de larcin parce qu'il prétend que ce Poëte ayant derobé l'Iliade & Odiſſée, qu'une femme nommée* Phantaſie *avoit compoſez, & qu'elle avoit mis dans la belle Bibliotheque, qu'il y avoit a* Memphis *qu'on nomme aujourd huy* le grand Caire, *il ſe les attribua, & les fit paroitre ſous ſon nom.*

(b) Colomeſius in Not. ad Quintil. pag. 231.

(Victos Homeri verſu) *Hunc verſum intelligit*, Αἴας ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δύο καὶ δέκα νῆας. (*Qui non in omni editione reperitur*) *Forſan a* Solone *vel* Piſiſtrato, *qui Homerum interpolarunt, adjectus eſt; de quo legendi* Plutarchus *in Solone*, & Laertius *lib. 1. Laudat tamen tanquam Homeri* Ariſtoteles *l. 1. Rhetoricorum his verbis*, Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο Ἀθηναῖοι περὶ Σαλαμῖνος.

(c) Symbola Rauſchiana.

Homero *Batrachomyomachiam abjudicare videtur* Plutarchus, *cum lib. de vit. Homeri ſcribit:* Nonnullos autem non ex vero tradere, eum exercitii & luſus gratia Bellum ranarum & murium conſcripſiſſe. *D.* Heinſius l. 2. de Satyr. Horat. p. 137. *cenſet totum ſcriptum parodiam eſſe aſſumtam ex Homeri verſiculis. Et oſtendit in libello exſtare quædam, quæ non eſſe ab Homero illud Poëmation conſcriptum, ſatis evincant.* Herodotus *autem, ſeu quisquis is eſt, lib. de vit. Homeri Auctor, diſerte ſcribit Homerum hæc ludicra in Boliſſo apud Chium condidiſſe.* Statius in Epiſt. libro I. Sylv. præmiſſa, *cum ait:* Culicem legi & Batrachomyomachiam agnoſci; *haut dubie* Virgilium & Homerum *eorum ſcriptorum auctores vult haberi, maxime quia ſubjicit: Non eſſe quenquam illuſtrium Poëtarum, qui non aliquid operibus ſuis ſtylo remiſſiore præluſerit. P.* Bembus *lib. de* Culice Virg. *Ut* culicem, Diras, Copam. *& c. Virgilii, ita* Batrachomyomachiam Cercopes Phocaidem, *aliaq; permulta* Homeri *ludicra & juvenilia opera ſtatuit, add. ejusd. Epiſt. ad Albert. Cardin. Brandenb. ib. 6. Ang.* Politianus *etiam præfat. in Homer. ad Florentino, libellos hos* Homero, *ſed ut luſus potius, quam opera, tribuit.*

(d) Symbola Maſtrichtiana.
Homerus.

*De ejus* Batracho-Myomachia *ita Henricus* Stephanus Schediaſm. lib. 6. c. 22. Homeri eſſe quam habemus Batrachomyomachiam perſuadere mihi nunquam potui: quod vix quidquam Homero ſatis dignum, meo, quidem judicio, contra vero non pauca eo indigna haberet. Tandem vero in exemplar incidi, ubi alii poëmatium hoc adſcriptum eſſet; nimirum *Tigneto Carivel.* Quicunque autem ſit hic magis laudem ſatis appoſite fictis nominibus, quam ex alia re ulla mereri videtur. Homeri autem non eſſe multis probare argumentis poſſum, quæ alii loco reſervo.

---

(1382.) HOMERUS AURICULARIUS *Angilbert de Saint* REQVIER. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 564.

---

(1383.) HONORIUS *Auguſtodunenſis*, dictus *Solitarius.* Ei & ANSHELMO ſuppoſitum *Elucidarium* ſive *Summam totius Religionis Chriſtianæ* GVILIELMO NOVIGENTINO Abbati, à *Baleo*, GVILIELMO COVENTRIENSI à *Pitſeo* aſſeri, *Pſeudon. num. 184.* §. VII. notavimus, quem vide. Vide *Cavei* Chartophyl. Eccleſ. pag. 215. & Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 459. b.

II. *Synopſis Mundi*, ſive *de imagine mundi* libri tres Honorio vulgo tribuuntur, cujus tamen priores duos libros ANSHELMO quoque tribui obſervant *Friſius* Bibliothec. Geſnerian. pag. 53. & *Cave* Hiſtoriæ literariæ Scriptor. Eccl. pag. 459. b.

---

(1384.) HONORIUS II. *Papa*, cujus nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlejanæ p. 342. a. *Epiſtola ad Turonenſis Metropolis*

*tis Suffraganeos, de Synodo Nannetenſi.* Vero nomine dictus LAMBERTUS. Hyde loc. cit.

(1385.) *Philippus* HONORIUS. Cujus nomine extat *Verſio Latina Theſauri Politici* Lottini, Francof. 1610. eſt *Julius* BELLUS, uti monent *Boſius* de comparanda Prudentia Civili §. 75. p. 32. (a) & *Deckherr.* de Scriptis Adeſpotis p. 314. Tractatum hunc Honorio non tanquam interpreti ſed tanquam Auctori adſcribunt *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 342. a. & *Königius* in Biblioth. Vet. & Nov. pag. 411. a. De *Bello* uterque ſilet.

(a) Boſius de Comparanda Prudentia Civili §. 75. p. 32.

Theſaurus Politicus Lottini, *Legati Veneti in aula Cæſarea*, Italice *ſæpius*, *Francofurti etiam cum interpretatione* latina Philippi Honorii *ſive* Julii Belli, *Juſtino-Politani*, *Cardinalis Dietrichſteinii in Moravia Secretarii*, *editus anno* CIↃ IↃC X, *denuo* CIↃ. IↃC. XVIII. *quæ editio optima.*

HONORIUS v. *Philoponus.*

(1386.) HONORIUS Reggius, eſt per Anagramma *Georgius* HORNIUS, Profeſſor Leidenſis, cujus alia multa hiſtorica lectu digna ſub genuino illius nomine habemus: ſub hoc autem fictitio prodiit, *de Eccleſiæ Anglicanæ ſtatu*, Dantiſci 1648. in 4. liber, ex quo Catalogum dogmatum erroneorum in Anglia frequentatorum citat (qui in ipſius Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ compendio repetitur, p. m. 393. & ſeqq.) v. *Th. Spizelii* ſcrutin. Atheiſmi 2. num. 10. pag. 40. adde *Geisler*. dec. 1. n. 3.

Et *Slüteri* Propylæum pag. 13. & edit. recent. pag. 9. totidem fere verbis. *Witten.* Diarii Biograph. an. 1670. *Nifan.* de fide infantum p. 8. *Sagittarium* Introd. ad Hiſtor. Eccleſ. pag. 403. (a) Colomeſii Melanges Hiſtoriques pagina 52. *Mareſii* Faſciculum Myrrhæ pag. 408. *notante Symbola Schauriana.* Adde lettres de Mr. J. *Wicquefort.* Epiſt. 52. pag. 290. add. pag. 118. 4. ex qua *Vicofortii* ad Barlæum verba citat *Symbola Schröteringiana*, hoc modo. *Cum inciderim forte fortuna in D. Carteſii Scriptum contra Pedanum Theologum, vel potius Pedantem Ultrajectinum editum ſub nomine H. Regii* &c. Cui adde *Maſtrichtianam* Symbolam ſub (b).

(a) Sagittarius Introduct. in Hiſtor. Eccleſ. p. 403.

Georgii Hornii (*nam is eſt, qui ſub* Honorii Regii *nomine voluit latere Prof. Lugdunenſis*) *Liber de* Statu Eccleſiæ Anglicanæ *multa habet recentiorem Eccleſiæ illius faciem, & Schiſmata, quæ ſunt in ea varia, ſingulariter illuſtrantia.*

(b) Symbola Maſtrichtiana.

Antinomorum *themata, vel dogmatum ipſorum Capita carptim referunt* Honorius Reggius *ſive Clariſſimus Vir & Collega* Georgius Hornius *in Commentar. de* ſtatu Eccleſiar. in Anglia. *Joh.* Hoornbeck *in ſumma Controverſ. lib. X. p. 812. Idem teſtatur Jac.* Koelman *in Clave apocalyptica Belgice ſcripta p. 209. in Margine.*

(1387.) HONUPHRIUS. Perſona eſt *Chriſtophori* BORRI, Itali, Jeſuitæ, ſub qua divulgavit doctrinam *de tribus Cœlis, aereo, ſidereo, empyreo*, docente *Wittenio* ad d. 24. May 1632. Diarii Biographici. *Alegambe* & *Sotwel* de perſonato hoc ſcripto tacent. *Honuphrium*, Monachum *Ciſtercienſem* nominat Picinelli, Atheneo de litterati Milaneſi p. 155. adde *Baillet* Catalogum des Auteurs deguiſez p. 564.

(1387. *a*) *John* HOOKER, alias VORWEL. *Hyde* Biblioth. Bodlej. p. 342. a.

HORATIANUS v. *Quintus.*

HORATIEN v. *Quintilianus.*

(1388.) *Horatius* GRASSIUS *Lotharius* SARSIUS. *Colomiez* Melanges Hiſtoriques pagina 52.

(1389) HORATII Urbani nomine, *Directionem ſervitutis Sanctiſſimo Puero Jeſu & Beatiſſimæ Virgini*, Viterbii 1630. in 16. edidit *Nicolaus* ZUCCHIUS, Italus Jeſuita, teſte *Alegambe* pag. 358.

Et *Sotwel* Biblioth. Scriptorum Societ. JEſu pag. 538. b.

(1390.) *Lucius* HORINGIUS: *Anagrammatica* larva eſt *Julii* NIGRONII Itali, Genuenſis. S. J. Sub qua edidit Mediolani 1626. *Diſſertationem de Aula, & Aulicismi fuga*, teſte *Sotwello* Bibliothecæ Scriptor. Societat. JEſu pagina 535. & *Wittenio* in Diario ſuo Biographico ad d. 17. Jan. 1625.

(1390. *a*) HORMISDÆ *Pontifici* quomodo tribuantur *Decretales*, GELASII nomine extantes, *Epiſtolæ*, quæ revera ſint DAMASI Papæ, ex *Strauchii* Amœnit. Juris Canon. Eclog. IV. cap. XII. pag. 161. *ſupra* in Gelaſio allegatis verbis docuimus: adde *Cave* Hiſtor. Liter. Script. Eccleſiaſt. pag. 278. (a) & *Acta Eruditor. Lipſienſ.* An. 1690. p. 311.

II. *Epiſtolam, qua Fauſti ſententiam approbat*, à *Maxentio* perhibetur per Hæreticum quendam compoſita apud *Chemnizium*, Locc. Theolog. part. I. c. VIII. p. 204. (c)

III. *Epiſtolam ad Remigium* manifeſto ſpuriam probat *Caveus* loc. cit.

(a) Cave Hiſtor. Liter. Script. Eccleſ. pag. 278.

*Ex his 1. ad* Remigium Rhemenſem, *qua vices ſuas ei in Gallia peragendas delegat, manifeſto ſpuria eſt; quippe in qua* Hormisdas *baptizatum nuper à Remigio Clodovæum Regem (quem* Ludovicum *vocat) gratulatur. Baptizatus autem eſt* Clodovæus *anno 496. atq; obiit anno 509. ſaltem 511. antequam Hormisdas Pontificatum nanciſceretur. 23. ad Archimandritas & Presbyteros Syriæ Secundæ, & 80; ad Epiphanium Epiſco-*

*Epiſcopum CP. habentur etiam Gr. Gr. Lat. Concil. Tom. V. pag. 144. inter Decreta locum habet. celeberrimum Illud* Gelaſii *de* Libris Canonicis & Apocryphis Decretum, *quod in quibusdam Codicibus MSS.* Hormiſdæ *inſcribitur, & ſub illius nomine è Codice antiquo Jurenſi emendatum à Fr.* Chiffletio *editum eſt ad calcem* Vigilii *Tapſenſis. Divione 1664.*

(b) Acta Eruditor. Lipſienſ. Ao. 1690. pag. 311.

Decretum de Scripturis Canonicis & Apocryphis, *quod in corpore canonico diſtinct. 15. c.* ſancta Romana eccleſia *ſub* Gelaſii *nomine legitur, in nonnullis quidem codicibus* Damaſo, *in aliis* Hormisdæ *tribui obſervat,* (Thomas Ittigius *in diſſertatione de Hæreſiarchis ævi apoſtolici,*) *ſimul tamen notat,* Benedictinos *Pariſienſes e congregatione S. Mauri in notis ad novam* Ambroſii *editionem teſtari, quod in manuſcriptis ante mille annos exaratis huic decreto Gelaſii nomen prænotatum deprehenderint. Adducit etiam ſententiam* Chiffletii, *qui in* notis ad Vigilium Tapſenſem *decretum illud ex pervetuſto Codice Jurenſi publicavit, & aliquandiu quidem dubitavit, ſitne hoc decretum Gelaſio an Hormisdæ tribuendum, poſtea tamen Nicolai I autoritate, & multorum probatiſſimorum codicum fide in eam ſententiam perductus fuit, quod decretum hoc primum in Concilio Romano A. C. 494. ſub Gelaſii præſidio ſancitum, deinde ab Hormisda repetitum, in quinque titulos methodi gratia diviſum, & nonnullis in locis mutatum fuerit.*

(c) Chemnitius Locor. Theolog. P. I. C. VIII. pag. 204.

*Sed Romanus Pontifex* Hormiſda, *etſi publice non audebat ſententiam Fauſti probare: ſuaſit tamen libros ejus legendos. Ibi* Maxentius *acriter ſe oppoſuit, & quia linguæ jam non erant plane liberæ, ſed cæperant ſervæ eſſe Romani Pontificis, dicit Maxentius epiſtolam illam ab hæreticis confictam eſſe non ſcriptam ab Hormuda. Addit autem:* Sive ab hoc, ſive à quolibet alio hæc ſit ſcripta Epiſtola, non eſt dubium, Autorem ejus eſſe hæreticum. *Complexus eſt autem Maxentius Doctrinam de* Libero Arbitrio *brevi ſententia.*

HORTENSIUS v. *Landus.*

v. *Tranquillus.*

---

(1391.) *Iſaaci* HORTIBONI, aut ut legit *Friſius* HORTIBONÆ *Notæ in Diogenis Laertii libros de Vitis Philoſophorum* Genev. 1583. in 8vo editæ Auctorem habent *Iſaacum* CASAUBONUM, ut perſuadent Joh. Chriſtophorus *Becmannus* in Catalogo librorum Bibliothec. Francof. pag. 99. b. *Thomaſius* de Plagio Literar. §. 551. (b) Auctiores illas ſub *Iſaaci* CASAUBONI nomine poſtmodum prodiiſſe obſervat *Symbola* Sperlingiana. Hæc cum non caperet *Ravius* Caſaubonum, *Hortibonæ exſcriptorem* nominat, (MStis ad Geſnerum notis) indicante *Symbola Normanniana.* Notas has ſcriptas à *Caſaubono* anno ætatis Vigeſimo quinto Auctor eſt *Colomeſius* in Notis ad Quintilianum pag. 237. (a) Rationem mutati nominis exprimunt *Menagiana* Secunda pag. 334.

(b) Notæ hæ à Menagio ſemper ſub Iſaaci Caſauboni vero nomine citantur in editione Diogenis Laërtii Amſtelod. 1692. in 4to Adde *Dieo manniana notata.*

(a) Colomeſius in Notis ad Quintiliani Inſtitut. p. 237.

Iſaacus Caſaubonus Diogenem Laërtium *notis illuſtravit anno 1583. ætatis 25. &* Arnaldo *patri eas dicavit; hæ poſtea auctiores recuſæ ſunt anno 1594.*

(b) Menagiana Secunda p. 334.

Caſaubon *étoit de Dauphiné. Dans les premiers Ouvrages qu'il fit imprimer, il prit le nom d'* Hortibonus, *qui eſt le même que* Caſaubonus, *parce que* Caſau *en Dauphiné veut dire* Jardin, *d'où il fit* Hortibonus, *qu'il changea dans la ſuite en celui de Caſaubonus, qui ſonne mieux. Bien des gens qui ſe mêlent de connoitre les Livres ne ſcavent pas qui eſt cet Hortibonus lors qu'ils rencontrent des Livres de Caſaubon ſous ce nom.*

(c) Nota Marginalis Dieo manniana.

*Iſ.* Hortiboni *Notæ in Diog.* Laërtii *libros de vitis Philoſophorum Mogunt.* 1583. *8. Auctor eſt Iſ.* Caſaubonus, *ut refert Jo. Chr.* Becmannus *in Catal. Biblioth. Francof. ad Oder. pag. 99. v. Merici* Caſauboni *Pietatem contra maledicos patrii nominis & religionis hoſtes Londini 1621. 8. ed. pag. 35. 36. Ubi* Evdæmono Johanni *reſpondet, qui iſtam nominis mutationem in Iſaaco Caſaubono interpretatus fuerat, quod ob infamem* Arnaldi Caſauboni *Patris ſui mortem pro Caſaubono ſe* Hortobonum *vocarit.*

---

(1392.) HORUS *Apollo Niliacus.* Qui ejus nomine citantur *Hieroglyphica* apud *Friſium* Biblioth. Geſner. pag. 361. a. eſſe ORIONIS GRAMMATICI vult *Ravius* ad *Geſnerum* in Hierapolline ex eo quod Horus in VII. Hieroglyph. ſcribat, ἀθ vel ἠθ eſſe Cor, & Etymologicum Magnum Vocem Ἀθριβής, καρδίαν notare, Auctoritate Orionis adſtruat. Sed Etymologicum potius dicit, hoc ab Appione hauſiſſe Orionem. Hucusque *Symbola Normanniana.*

---

(1393.) *Juliani* HOSBEII *Oratio de Judiciis Hiſpano-Belgicis*, eſt *Dominici* BAUDII, *Schurtzfleiſch.* Orig. Mot. Belgic. pag. 104. Hæc *Symbola Normanniana.*

---

(1394.) HOSIDII nomine, OVIDII *Scythæ* Medeam Tragædiam à *Scriverio* ad Calcem Veterum Tragicorum adjectam, aſſerit *Colomeſius* in Notis ad Quinctiliani Inſtitutiones pagina 250. 251. (a)

(a) Colomeſius in Notis ad Quintiliani Inſtitut. p. 250. 251.

*Ad Caput V.* Servare potui, perdere an poſſim rogas? *deſumptus hic verſus ex illo Virgilii in* Ciri

Ut me ſi ſervare potes, ne perdere malis.

*Alium affert* Seneca *Suaſor. 3. ex Virgilii Opere ſed deperdito, quod deſumptum. Hinc jure quis colligat* Tragœdiam *illam non aliam eſſe ab ea, de qua his verbis* Septimius *libro* de Præſcriptionibus adverſus Hæreticos. *Denique* Ovidius Scytha Medeam *tragœdiam ex Virgilio pleniſſime expreſſit. Sic locus ille legendus. Hanc Tragœdiam habuit Phil.* Puchaimerus *Medicus, ut ex* Beati Bildii *vulgo Rhenani ad eum Epiſtola à* Goldaſto *cum aliis edita conſtat. Habuit etiam* Salmaſius *eruditorum Phœnix. Specimen exhibet clariſſimus* Scriverius *ad Calcem Vett. Tragicorum, ſub* Hoſidii, *ut videtur, nomine; cui ſuffragatur* Didacus Covarruvias *Segobienſis Antiſtes, Var. Reſolut. lib. 4. 17. Sed fruſtra, ut evincunt quæ ſupra diximus.*

HOWLETUS v. *Hauletus.*

(1395.) LEONIS HUBERTI, vel HUBERTINI à S. DIONYSIO nomen, *Leonardo* LESSIO vindicatum v. *ſupra*. à S. Dionyſio.

HUGO v. *GROTIUS.*

HUGO v. *Magneſius.*

HUGO v. de *Palma.*

HUGO v. de S. *Victore.*

HUGVES v. *Brunet.*

HULDREICH v. *Ellopoſclerus.*

(1396) HULDRICUS *Epiſcopus Auguſtanus.* Quæ ejus nomine citatur a *Friſio* Biblioth. Geſn. 364. b. *Epiſtola ad Nicolaum I. Papam, pro Conjugio Clericali*, Auctoritate MStorum & Virorum quorundam celebrium Voluſiano Carthaginenſi Epiſcopo aſſerit *Colomeſius* in Paralipomenis ad Cavei Chartophyl. Eccleſ. pag. 16. 17. (a) quanquam hoc non placet ipſi *Caveo* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 390. ubi dubia MSta iſta reddere conatur. (b)

(a) Colomeſii Paralip. ad Chartophyl. pag. 16. 17.

*Huldricus.* Epiſtola ad Nicolaum primum, *Huldrico Auguſtano Epiſcopo* vulgo tributa, ex teſtimonio *Bertholdi*, Conſtantienſis Presbyteri, in *Appendice ad Hermannum Contractum*, & *Æneæ Sylvii* in libro de *moribus Germanorum.* Hæc inquam, Epiſtola *MS. Codice* Monaſterii olim S. Auguſtini Cantuarienſis, *Voluſiani* Carthaginenſis Epiſcopi nomen præfert. Edidit cum alia Nicolao primo itidem inſcripta *Joh. Foxus* Londini, Ao. 1569. Monuit me vir Inſularum ornamentis conſpicuus, ſed pietate ac eruditione longe clarior, Guilielmus *Sancroft*, totius Angliæ Primas, Patronus meus benigniſſimum, Reverendisſimum *Hallum* in Scriptis ſuis Epiſtolam hanc memoraſſe ſub *Voluſiani nomine.* Quod idem factum optimo Sariſburienſium Antiſtiti *Joh. Jewel*, in Diſputatione contra Hardingum.

(b) Cave Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccl. p. 390.

Unde liquet falſos eſſe Epiſtolæ hujus Codices quosdam MSS. in Anglia, qui *Voluſiani* Carthaginenſis Epiſcopi nomen præferunt, præcipue Vetuſtum illum *Matthæo Parkero* Archiepiſcopo Cantuar. à Jo. *Balæo* dono datum, quem ſe à Parkero accepiſſe teſtatur Jo. *Foxus* Martyrologus noſter loco citato: ubi aliam hac de re, ſub Voluſiani etiam nomine epiſtolam plane elegantem adjunxit, qua *Clerici uxorati Cauſam ſuam adverſus Nicolaum Papam ſtrenue & nervoſe agunt.* Animadvertat autem Lector, alium fuiſſe *Udalricum* ſive *Hulricum* Epiſcopum etiam Auguſtanum, qui Epiſcopatum iniit anno 924. obiit anno 973. vel paulo poſt, ut Germanorum Annales diſerte teſtantur. Unde nil mirum hunc noſtro plures temere confudiſſe.

(1397) HUMAIN, alias HUMAY, Arabs, *Commentator Galeni & Hippocratis*, idem videtur *Geſnero* Bibl. Univerſal. fol. 351. b. & 463. a. & *Friſio* pag. 36. cum JOANNICIO, qvod placet & *Ravio* in notis MStis ad Geſnerum, indicante *Symbola Normanniana.*

(1398) HUMBERTUS *Aſceta Carthuſienſis*, cujus nomine citatur nella Biblioteca volante di Giovanni *Cinelli*, Scanz. II. pag. *Germanitas Dogmatum* Cornelii Janſenii, Epiſcopi Iprenſis, & Henrici Noris, *Eremitæ Auguſtiniani* in fol. cujusque Scripti, verus autor ibidem incertus eſſe dicitur (a) à *Bailleto* in indiculo Scriptorum Perſonatorum detegitur *Franciſcus* MACEDO p. 565.

(a) Cinelli Bbiliotheca Volante Scanzia II. P. 64.

Germanitas Dogmatum Cornelii Ianſenii Epiſcopi Iprenſis, & Henrici Noris Eremitæ Auguſtiniani in fol. *Dall' Epiſtola dedicatoria a Gieſu Criſto Sig noſtro, appariſce Autore di queſto opuſcolo* Humbertus, *Aſceta Carthuſienſis, ma il P. M.* Noris *nella prefazione alle ſue riſpoſte ſcrive.*

Cujus vero ſit iſte Humbertus neſcio; hoc plane ſcio pleroſque emunctæ naris Lectores, *ubi primum illas Germanitates typis excuſas videre, conſtanter affirmaſſe, easdem id ſapere, quod T. Livii Hiſtoriæ* Aſinius Pollio *exprobravit.*

(1398. α) HUMBERTUS *Jacobus Daniel* perſonatus ſcripſit *Epiſtolam ad Joh. Jacob Reckinm* apologeticam ſuæ dialexeos de perſona Chriſti. Eſt is *Joh. Ludovicus* FABRITIUS. Videatur tota hiſtoria apud *Heideggerum* in vita ejus pag. 54. & ſeq. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(1399) HUMBERTI DE ROMANIS de eruditione Religioſorum. Qui ſub hoc nomine prodiit liber, à *Gvilielmo* PERALTO, aut de PEIRANT, compoſitus, *Humberti* mandato dicitur

ab *Antonio Senenſi* Biblioth. Fratrum ordin. Prædic. pag. 121. & pag. 96. (a) (b) Sicut & ille, qvi inſcribitur (II.) *Vitæ Fratrum* qvem inter opera Humberti recenſens *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 501. b. *Gerardum* FRACHETUM, non invitus libri ejus Auctorem agnoſcit, juſſu Humberti ſcribentem.

(a) Anton. Senenſ. Bibl. Fratt. Ord. Prædd. p. 96. & 97.

*Frater Guilielmus* Peralt, (*alii ſcribunt de* Peirant) *natione Gallus*, *Diœceſis Viennenſis*, *Vir ingenio præſtans*, *Philoſophus moralis inſignis*, & *naturalis eruditus*, *Theologus magnus* & *in ſacris literis ac Patrum Lectione verſatiſſimus*, *ſcripſit ſummam de Vitiis* & *Virtutibus*.

[&. poſt alia ejusdem ſcripta memorata ſic pergitur]

*Huic* Peralto *aliqui tribuunt librum* de Eruditione religioſorum, *qvi* ſub nomine fratris Humberti *quondam Generalis Magiſtri ordinis noſtri circumfertur. Et quidem* in 4. P. mon. ord. quæ Mediolani habentur in conventu noſtro gratiarum, illi tributum *legi*, & Bononiæ in Conventus noſtri Bibliotheca communi ſub illius etiam titulo extat antiquis admodum characteribus manuſcriptus. *Attamen eundem alii mecum Humberto*, *qui fuit noſtri ordinis Generalis Magiſter* & *6. in ſerie*, *aſſcribunt* (*ut* Leand. *lib. 1. de Vir. illuſtr. ord. In Germania etiam inferiori Bibliothecas non paucas antiquas perluſtravi*, & *diligentiſſime perquiſivi*, & *inveni hujus libelli* De eruditione religioſorum *aliquot Exemplaria manuſcripta* & *ſatis antiqua*, *ut ad illa hunc libellum emendarem*, *dum juſſu Reverendiſſimi D. noſtri Generalis Magiſtri*, *illum* præſto, (l. prælo) *dare tractabam*, (*forte* parabam.) Sub titulo Humberti inveni, & non ſub titulo Peralti. *Ideoque ad illa Exemplaria manuſcripta libellum contuli*, & *correxi*, & *indicationibus marginalibus etiam illuſtratum*, *ſub titulo ejusdem* Humberti Lovanii inprimi curavi.

(b) Ibidem pag. 121.

*Frater* Humbertus de Romanis, *natione Burgundus*, *Diœceſis Viennenſis*, *qui poſtea fuit noſtri ordinis generalis Magiſter quintus in ſerie*, *Vir fuit religione conſpicuus* & *illius inſigne decus: doctrina clariſſimus in ſacris litteris*, & *in patrum Lectione inſigniter verſatus*, & *de omnibus bonis diſcipulis optime meritus*.

*Mandato ejusdem compilatus fuit liber qui dicitur*, Vitæ fratrum ordinis prædicatorum: *De præfato tamen opere* de eruditione religioſorum, *videantur quæ ſupra notavi in hacmet Bibliotheca ord. in littera G*, *in verbo* Guilielmus Peralt. *claruit a. 1254.*

(1400) HUNO ab HUNENFELD. Ejus nomine extant *Breves Animadverſiones*, in *Relfendſo Heromontanum* de quo ſuo loco. Autor eſt *Conradus Samuel* SCHURZFLEISCH verba ſunt D. Gabrielis *Schwederi*. Introduct. in Jus Publicum Part. Specialis Sect. II. cap. X. §. 4. in fine p. 872. qui ſatisfactum abunde judicat.

**Hüpfinsholtz** v. *Marx.*

(1400. α) HURTADO Tommaſo ut infeliciter factus *Didacus* SANCHEZ, docet *Villani* Viziera alzata Pentecoſtes n. IX. hiſce verbis:

IX. DIDACO SANCHEZ. Dottore Theologo eſſendo fieramente battuto dal P. Teofilo Rainaudo in perſona del P. TOMMASO HURTADO de Chierici Minori. Narreremo il tutto in *Leodegario Quintino*.

(1401) *Joannes* HUSSUS. Liber qui ſub ejus nomine exſtat inſcriptus: *de Sacerdotum* & *Monachorum abhorrenda Abominatione deſolationis in Eccleſia Chriſti*, idem eſſe cenſetur a Davide *Chytræo*, de ſtatu Eccleſiarum in Græcia p. 36. cum MATHIÆ PARISIENSIS libro de *Abominatione ſeu Antichriſto*. Idem ex *Præfat. Confesſionis Bohemicæ* p. 166. Syntag. confirmat *Symbola Normanniana*, addens librum hunc inveniri Tom. I. operum Huſſi edit. Norimberg. 1658. in folio.

(1401. α) *Amelot de la* HUSSAIE Gallice dedit *hiſtoriam Reipub.* & *Regiminis Veneti*, in qua tomo tertio inſeruit hiſtoriam *de Uſcocibus* populo rapaci, cujus partem ſcripſit italice in 4. Archiepiſcopus Zarenſis ab anno 1540. usque 1602 alteram *Paulus* SARPIUS ſcriptor famoſus & Judicioſus concilii Tridentini vid. *Rabi* Bockzael ſeu Bibliothecam Menſ. Septemb. 1697. pag. 279. *Symbola eſt Maſtrichtiana*.

(1402) *Joannes* HUTTICHIUS: Ejus nomine citat Thomas *Hyde* in Bibliothecæ Bodlejanæ p. 350. a. *Collectionem Antiquitatum in urbe* & *Agro Moguntino repertarum*, Mogunt. 1520. in fol. ſed & addit ibidem, Huic Collectioni *Symbolam* contuliſſe, *Thomam* GRESMUNDUM & Balthaſarem GEYERUM.

HYBERNICA *Eccleſia* v. *Hibernica*.

(1403) HYGINI *Fabulas*, quas nunc habemus, non unius eſſe auctoris, ſed ex variis collectas, jam aliquoties memoratus *Barthius* in adverſariis monuerat ubi l. 10. c. 20. eum collectorem docet eſſe AVIANUM, ex vetere *Manuſcripto*. (a) Isque ab *Aviano Ruffo* quod ſit diverſus. v. 19. c. 24. adde l. 27. c. 4.

Collectanea eſſe & ex Græco verſa etiam autumat *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 50. (b)

(II.) Fragmenta libri *de conditionibus agrorum* ſub Hygini nomine inventa a *Rigaltio*, ab eodem SICULO FLACCO aſſignantur apud *Fabricium* Append. ad Biblioth. lat. p. 138. (c)

(III) Liber *Gromaticus*, Hygino, Augusti liberto abjudicatus, JUNIORI HYGINO tempore Trajani celebri adſcribitur à *Fabricio* loc. citat. p. 142. (d)

(a) Barthius Adverſar. lib. X. c. 20.

*Cum ultimo loco ſuperioribus libris* Hygini *fabulas illuſtraſſem*, *memini me* Aviani *velut earum Contractoris meminiſſe*; *id ne ex meo cerebro natum quis arbitretur*, *norit in fine perveterum Membranarum*, *quæ in noſtram poteſtatem venerunt*, *ita Scriptum calamo exſtare*. Explicit Feliciter Avianus de Fabulis Poetarum

um & Heſiodi. *Cum vero & in aliis docti* Hygini *ti-ulum invenerint, quis non dabit ſuſpicioni locum ex Hy-ino & aliis* Avianum *hæc excerpta conſtipaſſe? Ha-eo & aliud* Aviani *neſcio hujuſne an alterius fragmen-um,* Epigramma *nimirum* in Mariani Capellæ li-ros *quod infra publicabitur, in quo* Lætus Avianus *ppellatur. Sed ineptum eſt tot ſeculorum homines uno ncludere velle; multi enim unius nominis fuiſſe poſſunt. Nos in* Hygino, *an* Aviano, *nunc quædam adnotare ergemus.*

(b) Fabricius Biblioth. Latin. p. 50.

*Epitomen nos tantum habere putabat* Barthius, *confectam a neſcio quo* Aviano, *cujus nomen reperit in MS. Idem viſum viro Cl.* Thomæ Galeo *in diſſ. de Scriptoribus Mythologicis pag. 40. ubi ait Grammaticum quendam in MS. penes Iſ.* Voſſium *teſtari ſe eam feciſſe Maximo & Apro COSS.* Reineſius *affirmat centonem eſſe è variis autoribus conſtipatum lib. 3. Var. lect. cap. 2. pag. 373. & cap. 8. pag. 480.* Thom. Munkerus *in diſſ. de autore Mythol. Hyginianæ conjicit à terrigena quodam tempore propemodum rei Romanæ jam emorientis, undique ex Servio, Scholiaſte Germanici aliisque veteribus Scholiaſtis, & mythologis conſarcinatam. Lib. 4. Poetici Aſtronomici cap. 13 adducuntur verſus petiti ex* Prudentii *lib. 3. contra Symmachum. Sed utique verſus illi adjecti videntur ab aliena manu.* Scaliger *ad Euſeb. pag. 10. non invitum ſe concedere ait hunc mythologum converſum fuiſſe ex Græco, quod ita verum eſſe poteſt, ut ex Græcis autoribus ſua hauſerit.*

(c) Fabricius Append. Biblioth. Latin. pag. 138.

*Libri vero ipſius inſcriptio, ſi* Goeſium *ſequimur, fuit de* Conditionibus agrorum Italiæ, *neque ex eo aliud quicquam hodie ſupereſt præter initium operis idque lacerum.* Rigaltius *teſtatur ſe bonam centonis illius partem in complures diviſam lacinias repeiſſe inter alia fragmenta* Hygino *adſcripta quæ Joſ.* Scaliger *ex pervetuſto* Joh. Arcerii *codice deſcribi ſibi curaverat, atq; illic quoq; diſſerte legi Siculi Flacci nomen.*

(d) Fabricius loc. citat. p. 142.

Hygini *agrimenſoris publici* Gromaticus *ſive* de caſtris metandis *liber figuris in æs inciſis illuſtratus p. 150. Perperam hic* Hyginus *in inſcriptione vocatur* libertus * Auguſti Imp. *cum longe Junior fuerit, mentionem faciens Trajani pag. 209. & pag. 174. laudans Lucanum.*

* *Per* Auguſtum Rigaltius Trajanum *jubet intelligere, cui ut Imperatoribus reliquis univerſis tributum nomen Auguſti. Idem pag. 272. notat apud* Caſſiodorum *lib. 3. Variar. Epiſt. 52. ſub* Hyrummetrici *nomine latere nomen* Hygini Gromatici. *Quemadmodum ibidem pro* Grammaticam diſciplinam *legendum eſſe* Gromaticam *obſervavit* Voſſius *libro I. de arte Grammatica.*

† Hyginum hic non ψευδεπίγραφον, ſed γνήσιον eſſe erudite oſtendit, illumque à *Barthio* ſuppoſitum *Avianum* expungit Jo. *Schefferus* in elegantiſſima Diſſertatione *de ætate atque Stylo Hygini,* quam *Hygino* Hamburgi Anno 1674. 8. cum ſuis Thomæ *Munckeri* notis edito præmiſit.

(1404) HYGINI Thalaſſi Jungermanni nomine *Brevis deſtructio reſponſionis Joannis Riolani, ad experimenta Anatomica Jo. Pecqueti,* ſcripta *ac JatrophilumPecquetianum,* adjecta eſt *Experimentis novis Anatomicis Pecqueti* 1654. Pariſiis editis p. 187. & ſeqq. Eam eſſe *P. Petri de* MERSENNE in ſuburbio S. Germani Pariſiis degentis, ac inde cognomen hoc ſibi ſumentis, ex *Jacobi Mentelii* Med. Doctoris relatione ſuo exemplari adſcriptum habere vidi Dominum Martinum Fogelium, Med. Dr. & Polyhiatrum celeberrimum, ſuperius amice aliquoties memoratum.

HYPERBOREUS v. *Philaretes.*

HYPERETA v. *Baſilius.*

(1405) Johannes de HYPERIIS edidit Anno 1620. in 4to. Germanice: Reformier-Spiegel des Weltlichen Pabſts / und Weltlichen Antichriſts zu Rom. Sub perſona hac latere *Henricum* ORÆUM Aſſenheimenſem Wedderacum, fidem facit Clariſſimus Jacobus *Thomaſius* Diſſert. de *Nigello Wirekero,* hab. Lipſ. 1679. §. 90. ad lit. r. his verbis. (a)

(a) Jacobus Thomaſius diſſert. de Nigello Wirekero, hab. Lipſ. 1679. §. 90. ad lit. r.

*Jam cum* Idea reformandi Antichriſti *mox anno ſeq. 1623. prodierit ſub nomine* Eryci Rhonæi, *(quod per anagramma eſt* Henrici Oræi,*) Neopatrenſ. P. Evangelici, dubitare vix licet, quin idem ſit* Rhonæus *cum* Oræo. *Prodiit etiam Anno 1620. in 4to.* Reformier-Spiegel des Weltlichen Pabſts / und weltlichen *Antichriſts* zu Rom / durch *Johannem de Hyperiis; cui libro duabus partibus diſtincto magna intercedit cognatio cum primo ſecundoq;* Tomo *Ideæ reformandi Antichriſti, quæ ſub Rhonæi nomine prodiit. Unde admodū veriſimile mihi,* Johannem *quoq; de* Hyperiis *eundem eſſe cum Oræo; cui ut nomen ſuum vice non ſimplici diſſimularet, perſvaſerunt fortaſſe turbulenta illa Germaniæ tempora. Cæterum de Ideâ reformandi Antichriſti ſupra quoque monitum aliquid lit. r. ad §. 43.*

(1406) HYPSICRATES, quomodo ſit S. JECHESKEL Propheta, audiamus commenta *Ravii* ad Geſnerum, nobis à Clariſſimo Domino *Normanno* communicata, qvæ, qvalia ea accepimus, hic verbotenus ſubjungimus.

HYPSICRATES, *quomodo ſit S.* Jecheskel *Propheta audiamus contenta* Ravii *ad* Geſn. *Imo, inquit, & huc pertinet Hypſicrates, cujus meminit* Tatianus Aſſipius *oratione contra Gentes, &* Luccanus, *de* Macrobiis Ὑψικράτης ὁ ἀμισηνὸς Hortemelius Βετηνὸς *vel* Βισηνὸς (*Sic* Ravii *mos eſt*) συγγραφεὺς διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος (βεβίωκε) ἔτη δύο καὶ ἐννενήκοντα *ubi* συγγραφεὺς, *qvæ notat cum una cum aliis junctum eſſe Scriptorem ejuſdem ordinis, materiæ, officii, linguæ, atque ipſe eſt* Ychzequiel *Propheta.*

# I.

(1407.)

R JAACOB. FIL. Moſis Levita, alias מחריל vide Thomam *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ ſub hac rubrica citantem p.351. b.

(1408.) JACOBUS ANGLIÆ REX. Ejus inter Opera recenſentur a Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ, declarationes quinque ſequentes:

(I) *Declaration Concerning his proceedings with* his ſubjects of Scotland. Lond. 1604.

(II) *Declaration ſur les Actions devers les Etats* Generaux des Pays-bas unis, touchant le fait de Conr. Vorſtius. Lond. 1612. in 4to.

(III) *Declaratio pro Jure Regio, & Sceptrorum immunitate, Latine* & Gallice, contra Perſonium. Lond. 1616. 4to.

(IV) *Declaration conc. Lawful Sports to be uſed* Lond. 1618.

(V) *Declaration of the Demeanor and Carriage of S. Walter Raleigh, and of the Motives which occaſioned his Majeſty to proceed in Juſtice againſt him.* Lond. 1618. Has propterea hic appoſuimus, ut Lectori integrum ſit judicare, quænam probabiliter Auctorem habere queat *Iſaacum* CASAUBONUM, quem pro Jacobo ediđiſſe Declarationem Cauſæ Regiæ ex *Goldaſto* in Anonymis n.928. memoravimus, quæ ibidem videri poſſunt.

(1408. *a*) JACOBUS JACOBI Minoris Apoſtoli nomine, â *Leucio* quodam aliqua fuiſſe divulgata, teſtatur *Innocentius* Ep. 3. ad Exuperium, citatus *Baron.* tom. 1. annal. A. 44. ſect. 42. & *Rivet* Crit.ſacr.l.1.c.4. pag.123. Eum eſſe *Seleucum* v. ſupra p.467. Et

(I) Quidem *Prot-Evangelium* JACOBO JUSTO ſuppoſitum docet *Rivetus* loc. cit. Ad *Guilhelmum* POSTELLUM ejus ex Græco latinum interpretem tanquam Auctorem refert *Caſaubonus*. Vide la *Bibliotheque Univerſelle* & Hiſtorique de l' année 1688. Tom. XI. pag. 145 (a) *Deckherum* de Scriptis Adeſpotis. pag.70. Rich. *Simon*. Hiſtoir. Critique du Nouv. T. c.3. pagina 31. Adde *Grynæum* Monument. SS. Patrum Volum. II. indicante Symbola *Flensburgo-Molleriana*, v. Protevangelium in *Anonymis*.

(II) *Lithurgia*, quæ JACOBI nomine extat eidem abjudicatur à *Coco* Cenſuræ pag.16.17.18. *Riveto* Critici Sacri ſub I. Cap.III.pag.114.115. qui ex Pauli Epiſtolis excerptam cenſet p.116.(b) Ei autem reſtituere illam ſatagit Leo *Allatius* in Epiſtola ad Nihuſium; indicante *Symbola Rauſchiana*. Adde *Caveum* Hiſtor. Liter. Scriptorum Eccleſ. pag 7. b.

(III) *Epiſtola*, quæ ejus nomine inter Canonem Biblicum extat ei olim abjudicata eſt à *Luthero*, Tom. VI. (Collectionis Sagittarianæ,) pag. 1414. a. (c) Et quanquam inter Canonem agnoſcat, dubius tamen hæret *Richard Simon*, dans l' Hiſtoire Critique du nouveau teſtament Cap.XVII.pag.190. ſeqq. cuinam præciſe Jacobo hæc Epiſtola adſcribenda ſit. Certe *Jacobo Apoſtolo* palam abjudicare videtur pag. 194. alium cum *Egeſippo Jacobum* ſubſtituens, qui ex numero Apoſtolorum non fuerit.(d) Adde la *Bibliotheque Univerſelle* & Hiſtorique de l' année 1689. Tom. 12 pag. 449. (e) & Miræum in Auctario de Scriptoribus Eccleſiaſt. pag. 3. (f) nec non *Symbolam Maſtrichtianam* (g.)

(IV.) *Acta Apoſtolorum* JACOBI MINORIS a LEUCIO confecta v in *Andrea*.

(V.) Eidem *Jacobo* ſuppoſitam *Obdormitionem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ & Dei Genitricis Mariæ* docet *Lambec.* Diar. Sacr. Itiner. Cellenſ. p. 196. cujus verba infra in Johanne excerpſimus.

(a) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l' Année 1688. p. 145.

*II. La Seconde piece, ſur la quelle cette legende eſt fondée n'eſt pas de meilleur foi, puiſque c'eſt l'* Evangile du faux S. Jaques. Guillaume *Poſtel la publia le premier, & l' ayant traduite de Grec en Latin, la fit imprimer à* Bale, *en 1552 ſous le titre de* Prot-Evangelion cum Evangelica Hiſtoria S. Marci Evangeliſtæ & vita ejus. 8. *Quelques années après,* Bibliander *fit des notes ſur cet Ouvrage, & on le rimprima avec d' autres, qui ne valoient pas mieux ſous le titre d' Ecrits Orthodoxes,* Orthodoxographa. *Si l' on veut ſavoir qui étoit ce* Guillaume Poſtel, *on n'a qu'à lire la fin du 1 Chapitre de l' Apologie pour les Reformateurs de M.* Jurieu. Henri Etienne, *qui n' étoit pas Theologien, mais qui ſavoit de qu' un Deiſte comme Poſtel étoit capable, le ſoupconne d' avoir embelli cet Ouvrage, &* Caſaubon *le luy attribue tout entier. Quoi qu' il en ſoit, ce pretendu Evangile de S. Jaques a été condamné, avec pluſieurs autres, dans un Concile de 70. Evêques tenu à Rome ſous le Pape* Gelaſe. *Cependant les Legendaires n' ont pas laiſſé de le recevoir & d' en forger même de nouveaux comme le Livre de l'* Enfance de JEſus, *celui de* la naiſſance de Marie, *& l'* Evangile de S. Anne.

(b) Rivetus Critici Sacri Lib. I pagina 116.

VIII. *Adde univerſum hujus Liturgiæ contextum periodis ex Epiſtolis Pauli manifeſte decerptis quaſi perfundi quarum interim pleræq; mortem Jacobi ſubſecutæ ſunt. Ideo* Bellarminus *non diffitetur, à poſterioribus ita locupletatam eſſe, ut non ſit facile dijudicare quæ pars ejus Liturgiæ S. Jacobum habeat autorem. De Script. Eccleſ. ann. 34.*

(c) Luther. Tom. VI. à Sagittario collect. p. 1414.

Ich ſage aber/iſt irgend wo thörlich geredt worden / ſo iſts hier fürnehmlich geſchehen. Und ich wil jetz

jetzo nicht gedencken / daß dieſe Epiſtel des Apoſtels Jacobi nicht ſey / auch nicht würdig eines Apoſtoliſchen Geiſtes / wie ihrer viel gar bewärlich ſchreiben. Ob ſie wol aus Gewohnheit eine Autorität / ſie ſey weſſen ſie auch wolle / überkommen. Doch wenn ſie ſchon S. Jacobs wäre / wolte ich dennoch ſagen / daß es den Apoſteln nicht gebühret / ein Sacrament einzuſetzen aus eigener Gewalt / das iſt / GOttes Verheiſſungen geben mit einem anhangenden Zeichen. Denn das gehört allein Chriſto zu. Alſo ſpricht Paulus / daß er von dem HErren habe empfangen das Sacrament des Brodts / und geſendet ſey nicht zu tauffen / ſondern zu predigen das Evangelium. Es wird aber nirgend in dem Evangelio geleſen von dem Sacrament dieſer letzten Oelung. Aber das wollen wir laſſen fahren / und dieſe des Apoſtels Wort / oder wer ſonſt Autor der Epiſtel iſt / ſelbſt anſehen / da wir zugleich befinden werden / wie diejenigen nichtes haben angemercket / welche die Sacrament vermehret haben.

(d) Richard Simon Hiſtoire Critique du Nouveau Teſtament, Chap. XVII. p. 194.

Hegeſippe *ne l' a donc pas crû Apôtre, puis qu'il prenoit le ſoin de l' Egliſe de Jeruſalem avec les Apôtres, & qu'il ne le diſtingue des autres Jaques, que par le ſurnom de* Juſte.

*Cependant* Baronius, *& aprés luy* Eſtius *pretendent que ce* troiſieme Jaques *diſtingué des deux autres, & qui n' a eté que ſimple Eveque de Jeruſalem ſans être Apôtre, eſt un Jaques chimerique qui ne fut jamais. Mais comme ce Cardinal n' appuye ſon opinion que ſur des tres-foibles raiſons, & qu'il combat même en cela l' antiquité, on ne doit avoir aucun egard à tout ce qu' il avancé contre le ſentiment d' Hegeſippe & de St. Jerôme, & même contre le propre têmoignage de l' Auteur de cette Epitre, qui n'en auroit pas manqué de ſe dire Apotre de Jeſus-Chriſt au Commencement de ſa Lettre, s' il l' avoit été en effet.*

(e) Bibliothec. Univerſelle Tom. XII. pag. 449.

*Quoy que les plus habiles Interpretes de l' Ecriture tombent d' accord que cette Epiſtre eſt Apoſtolique, ils ne conviennent pas de celuy à qui on la doit attribuer, parce qu' il y a eu diverſes perſonnes qui ont eu le nom de* Jaques, *ſur quoy l' on pourra voir* Richard Simon in Hiſtoria Critica N. Teſtamenti.

(f) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pagina 3.

Jacobus, *qui appellatur* Frater Domini, *cognomento* juſtus *poſt Paſſionem Domini ſtatim ab Apoſtolis* Hieroſolymorum Epiſcopus *ordinatus, unam tantum ſcripſit epiſtolam, quæ de ſeptem catholicis eſt: quæ & ipſa ab alio quodam ſub nomine ejus edita aſſeritur; licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.*

(g) Symbola Maſtrichtiana. n. 1.
Jacobus Apoſtolus.

Epiſtolam *non eſſe Jacobi* Alphæi, *ſed* Zebædei, *late conatur probare Franc.* Bivarius *in Commentis ad Pſeudo-Dextri Chronicon anno 37. à p. 65.*

---

(1409.) JACOBI DOCCOMIENSIS fictitio nomine ſcripſit *Michael* ab ISSELT, Doccomienſis Friſius, Hiſtoriam ſui temporis, Res geſtas maxime in Belgio ſub Philippo II, ab anno 1566. ad annum 1597. A Capta Antverpia, deduxit deinde, inſcripſitque: *Mercurium Gallo-Belgicum.* Hæc *Freherus* in Theatro Virorum Eruditione clarorum Part. I. Sect. III. p. 383. a.

JAEL v. *Curtius.*

---

(1410.) JAMBLICHUM eſſe PORPHYRIUM, dictum βασιλέα, propter nomen Baſilii, Malchi, מלך contendit *Ravius* ad Geſneri Porphyrium. Hæc *Symbola Normanniana.* Certe amicum Porphyrii fuiſſe Jamblichum & occaſione Epiſtolæ Porphyrianæ, de Myſteriis Ægyptiorum librum ſcripſiſſe, ex Vita Jamblichi ex *Eunapio Sardiano*, & ipſa Porphyrii Epiſtola quæ Jamblicho de Myſteriis præmiſſæ ſunt à Thoma *Gale* in Edit. Oxonienſi 1678. colligere licet. Adde ea, quæ *ſupra* in *Abammone* hac de re commentati ſumus.

JANIDA v. *Ottaviano.*

DE JANUA ſ. JANUENSIS notior hoc nomine quam ſuo *Joan.* BALBI, BALBO, BALBY quod ſit & non idem cum *Joanne* DE VORAGINE v. *Bayle* Diction. I. p. 442.

JANUARIUS v. *Genari.*

JANUS v. *Antoniatus.*

- - - v. *Ferrarius.*

- - - v. *Nicius.*

- - - v. *Philadelphus.*

---

(1411.) JANUS MINOR, SUEMENSIS. Ab eo profecta *Retorſio Impoſturarum*, quibus Svecorum Nationem *Petrus Parvus Roſefontanus*, Danus, inſectatur. Holm. 1611. 8vo. Roſtoch. 1648. Eſt *Johannis* MESSENII, Hiſtoriographi Svedici. Hæc *Symbola Normanniana.* Janum hunc Minorem, Hemenſem nominat Symbola Sperlingiana, quæ addit ei ſe oppoſuiſſe Villidricum Weſthovium, nomine *Jani Minimi*, libro peculiari ſed inter Manuſcriptos adhuc deliteſcente.

---

(1411. *a*) *Anshelmi* JANSSONII *Judicium Peripateticum*, ſive *Aereolus*, Scriptum aculeatum, quod olim pro Calixto contra Scharffium prodiit, *Reinholdo* BLOMIO aſſignatur ab illuſtri D. Chriſtophoro *Schradero* in tranſmiſſa *Symbola.* Memini vidiſſe in 12. minori, duarum vel trium plagularum & Calixtinis contra Scharffium ſcriptis jungi ſolet. Habui, ſed (furto, credo,) amiſi.

---

(1412.) *Salomon* JARCHI, alias R. ISAAC, ſeu JITSHAKI, ſive BAR ISAAC, ſeu

ISACIDES, Emphatice dictus, פרשורתא. i. e. *Interpres Legis*. vide Thomam *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 385. a. ubi ſcripta ejus bene multa recenſentur.

JASCERUS v. *Zamoſcius*.

(1413) JASITHEI ad *Grunnovium (i. e. Gronovium Jacobum)* Apologema, in ejusque Titivilicia Animadverſiones 4to. libellus eſt *Raphaelis* FABRETTI, quem recenſet l' Hiſtorie des Ouvrages des ſçavans Septemb. 1687. tom. I. pag. 97. (a) adde *Acta Eruditor. Lipſienſium* 1687. pag. 226. b. Monatliche Unterredungen 1692. pag. 284.

(a) Hiſtoire des Ouvrages des Scavans. Septemb. 1687. tom. I p. 97.

Jaſithæi ad Grunnovium Apologema, *in ejusque* Titivilitia Animadverſiones. *C' eſt-à dire*, Apologie de Jaſithæus contre Grunnovius. *In 4.*

*Le nom de* Jaſithæus *qui paroit à la tête de ce Livre, eſt un nom ſous lequel ſe cache* Mr. Fabretti, *ce celebre Italien qui eſt en priſe depuis quelques années avec Mr.* Gronovius. *Il s' eſt un peu meslé d' aigreur & de colere dans leur querelle de litterature, & l' on en jugera par ce trait ſeulement: car bien qu' il faille écrire* Gronovius, *Mr.* Fabretti *adreſſe ſon Apologie ad* Grunnovium, *quaſi* Grunnientem, *& le comparant à ces animaux dont on exprime le cry par le terme de* grunnire, *il prétend que pour une bagatelle Mr.* Gronovius *a fait un fracas êpouvantable qu' il exprime par ce vers.*

Et Leiden grunnitu implevit acuto.

(b) Acta Erudit. Lipſ. Anno 1687. m. Apr. pag. 226.

*Sed nec* Raphael Fabrettus, *cui* Jaſithei *aſſumere nomen nunc placuit, tacere ſuſtinuit. Scripſit enim* Apologema ad Gronovium, *atque in ejus* Titivilitia, *ſive de* Tito Livio ſomnia *ut vocat*, animadverſiones.

JASON v. *Petronius*.

ICHANOM v. *Itenev*.

(1414) IDACIUS *Clarus*. Qui ſub hoc nomine extat liber *contra Verimundum*, *Arianum* Diaconum, VIGILIO TAPSENSI, non injuria vindicatur à *Chiffletio*. Verba ſunt Clariſſimi Gvilielmi *Cavei*, Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſticorum pag. 162. b. *Idacio* ſuppoſita eſſe quædam à Vigilio Tapſenſi, agnoſcit cum eodem Chifletio etiam le Journal des ſçavans 1665. p. 2. (a)

Adde du Pin Bibliotheq. Tom. IV. p. 255. & marginalia Maſtrichtiana ſeqventia: Idacii quædam *Barth.* lib. 51. c. 4. adverſar. adſcribit *Procopio*. Poſtea iterum Idacio adſeruntur; teſte *Daumio* in Epiſt. 3. ad *Reineſ.* pag. 9. poſt princ.

(a) Le Journal des Scavans 1665. Janvier pag. 2.

*On a beaucoup de peine à reconnoiſtre les ouvrages qui eſtoient de ce Pere; parce qu' écrivant* contre les Eutychiens & les Arriens, *dans un temps auquel ils eſtoient toutpuiſſants, & que la perſecution contre les Orthodoxes eſtoit tres-cruelle; pour n' eſtre point deſcouvert il mettoit la pluſpart des livres qu' il publioit, ſous le nom de divers grands perſonnages; comme d'* Athanaſe, d' Idace, d' Ambroiſe & d' Auguſtin. *Et comme il eſtoit tres-habile; il imitoit ſi bien la maniere d' eſcrire de ces grands hommes, que l' on a creu long-temps que ce qu' il avoit publié ſous leur nom, eſtoit effectivement de leurs ouvrages. Neantmoins on a reconnu depuis par pluſieurs temoignages, que ces livres avoient eſté fait par* Vigilius. *Cependant au lieu de les attribuer à Vigilius, qui en eſtoit le veritable Auteur, on les a attribuez à un autre Vigilius qui eſtoit Eveſque de Trente. Mais enfin le Pere* Chiflet *a monſtré qu' ils eſtoient de l'* Eveſque de Tapſe en Afrique.

(1415) IDIOTA, *diu hoc titulo ſe premens*, uti loquitur *Barthius* adverſar. lib. 54. c. 9. hoc demum ſeculo emicuit à *Theophilo Raynaudo* Soc. Jeſ. productus & editus. Eſt autem, uti *Labbeus* refert p. 498. *Raymundus* JORDANUS Ord. S. Aug. Canonicus regularis, Uticenſis primum anno 1481. (quæ vera ejus ætas eſt) deinde Cellenſis, ad Carum in Biturigibus Cubis Abbas, Scriptor omninò doctus & cordatus, cujus opera omnia Pariſiis anno 1654. excuſa, & quidem hac ſerie: *Contemplationes undecim* nimirum,

*I. De miſerabili curſu vitæ præſentis.*

*II. De innocentia perdita.*

*III. De converſione per XII. menſes anni ſpiritualis.*

*IV. Duodecim fructus Spiritus producentis.*

*V. De conflictu aſſiduo inter animam & carnem.*

*VI. De 7. donis Spir. S. contra 7. peccata mortalia.*

*VII. De Spir. S. adjutorio & offic.*

*VIII. De octo Beatitudinibus.*

*IX. De Amore divino* quam quidem *Henr. Sommalius* cum Soliloq. & Manuali *D. Auguſtin.* edidit. Colon. Agr. 1631. & 1639.

*X. De Patientia.*

*XI. De Morte*, &

*XII. de Deipara:* porro, tract. *De B. Virgine, de Statu Religioſo libri tres, de Oculo Spirituali Regula Vitæ Chriſtianæ*, & *in Pſalm. 15. Paraphraſis* quam tamen cum regulis modo dictis, ad *Joan. Picum* MIRANDULANUM Comitem ann. 1494 clarentem, potius referendam cenſet *Labb.* l. c. Hactenus *Olearii* verbis locutus ſum, extantibu in abaco ejusdem Patrologico pag. 229. & 23[illegible] Ipſum *Raynaudum* vide in *oculo Myſtico Idiotæ*, ſu vero nomine *Raymundi Jordani* edito. Lugdun 1641. in 12. & præfatione *Idiotæ Sapientis*, ex M[illegible] Lugdunenſi, integrè recenſiti, aucti, & noti illuſtrati, Lugd. 1632. Item de mal. & bon. lib pag. 137. 153. & 235. adde *Cocum*, Cenſuræ p 429. 430. *Poſſev.* in apparatu. *Bell.* ad A. C. 1305. Itemque *Caveum* Chartopylac. Eccleſ. p 287. (b) & *Bailletum* Degviſemens des Aucteu[illegible] p. 185. & in indiculo Auctorum perſonatorum pag. 565. Aſt vero *Miræus*, & ante eum Bellarm nus ex humilitate nomen preſſiſſe ſcribit. Eju in Pſal. XV. annotationes breves, in Bibl. Pa trum Tom. 2. edit. 2dæ & inter opera Pariſ. 165[illegible]

i

4. *Raymundi Jordani* Idiotæ. v. *Crowæi* Elench. In-rpr. S. Scripturæ pag. 189. *Hyde* Catal. Oxon. 355. *Elzevir* Catal. .n XII.

Nobiſcum facit etiam *Wharton* in Appen-ce ad *Cavei* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. g. 44. Pleraque Idiotæ opera *Raymundo Jordano* ſignans, alia etiam *Jo. Pico* MIRANDULANO ſtituens. Illud tamen peculiare habet, qvod pus *de Oculo Spirituali*, ſive Oculum Myſticum, n tam *Mirandulano*, qvam JOANNI GVAL-ENSI adſcribendum eſſe cenſeat. (d)

Quæ addit hic Diecmanni nota ſub (e) vi-. & ſub (f) qvæ *Maſtrichtus*.

(a) Raynaudus de mal. & bon. libris g. 153.

Raymundi Jordani *cognomento* Idiotæ, culus myſticus, Scriptori Franciſcano *ſuppoſi-in Bibliotheca Franciſco, me, (ut volunt,) manus nte qvamvis nihil tale cogitaverim; eidem Iordani, nonico Regulari, plenè aſſeritur, in mox proditura nium ejus operum adunatione; quam in ſe recepit ſa-cœtus canonicorum Regularium Aſſiſtens Sapientiſſimus eo loco digniſſimus* P. Boulartius; *merito indignum tus, tantum ſui ordinis lumen, diutius latere ſub mo-; & humilitatem præ qua vir doctiſſimus ſe* Idiotam *cit, tamdiu cum ingenti Reipublicæ Chriſtianæ diſpen-, fraudi eſſe ſcriptori optimo, & luce digniſſimo: de ojure dixeris, quod de* S. Ephremo *ejusdem genii tore,* Photius, mirum eſſe quanta vis ſpiritus eat in tanta humilitate ſermonis, & quantam pientiam, ſordidum hoc pallium Simplicita-verborum, vilia omnia præferentium oc-lat.

(b) Cave Charthoph. Eccl. p. 287.

*Diu ſuppreſſo ſuo, ſub* Idiotæ *nomine latuit, ſe-li octavi aut noni antiquitatem præ ſe tulit,* Cellenſis *Gallia fuit* Abbas.

(c) Bailletus Degviſemens des Au-urs pag. 185.

*J'appelle des noms faits pour l'humiliation & le épris ceux qui pourroient eſtre de la nature de celuy d'* iota, *qui a ſervi long temps à cacher* Raimond rdani; *& de* Dacrianus *ou de* Pleureur *emprun-par* Lovis de Blois, *dit* Bloſius. *On ne ſera point ficulté de rapporter l'invention de ces noms à la Mo-ſtie ou à l'humilité ingenieuſe de ces deux celebres Ab-z, lors qu'on fera reflexion ſur la pieté qui a paru dans urs actions, & qui eclate encore dans leurs Ou-ages.*

(d) Wharton in Append. ad Cavei iſtor. Eccleſiaſt. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 44.

Raymundus Jordanus, *qui diu ſuppreſſo ſuo,* Idiotæ *nomine latuit, & Sæculi octavi aut noni an-uitatem præ ſe tulit, Canonicus erat Regularis ordi-Auguſtiniani, primò Uticenſis in Gallia Narbonenſi æpoſitus, dein Cellenſis in Diœceſi Bituricenſi Abbas. aruit ab Anno 1381.*

*Opus de* Oculo Spirituali: *ſeu* Oculus My-cus: *Prodiit, mutilum tamen, ſub* Raymundi *no-ine à* Raynaudo *editum* Lugduni *1641. Verum id* Jo-nni Guallenſi *deberi* Waddingus *demonſtravit. odierat antea ſub nomine ejusdem Magiſtri* P. Lace-pieræ *integrum Venet. 1496 Italice à* Theophilo Ro-mano, *Ord. Erem. Anguſt. converſum.*

Regulæ Chriſtianam vitam complectentes.

Paraphraſis in Pſalmum XV. *quam una cum præcedente Opuſculo Joanni* Pico Mirandulano *deberi conjicit* Labbeus.

(e) Notæ Marginales Diecmannianæ.

*De cauſſa ſuppreſſi veri nominis v. conjecturam Io.* Prideaux *Orat. 9. de Pſeudepigr. Oper. Theol. Tigur. 1672. 4. pag. 396. Et porro: v.* Raynald. *Abregé Hiſtor. & Chronol. Tom. 3. pag. 168. 169. ed. Pariſ. 1660. 12. ubi itidem ſub* idiotæ *nomine* Raymundum Jordan *latere agnoſcit, ejus ætatem autem in Anno 1310. adeoque 170. annis prius, quam hic à Cl. Dn.* Placcio *fit, collocat Labbe Tom. I. de Script. Eccl. pag. 498. eum Anno 1381. Uticenſem ſive Utecienſem in Narbonenſi Gallia Præpoſitum fuiſſe dicit, ut ita hic pro* 1481. *ſaltem ſcribendum ſit 1381.*

(f) Maſtrichtiana.

Laudem etiam hic, inter Scriptores va-„ rii generis, merentur *Salvianus, Raymundus, Jor-*„ *danus* in Bibliotheca Patrum *Idiotæ* nomine, nunc,„ autem ſeparatim editus. *Fr.* Burmannus *in Conſil. de ſtud. Theol. cap. 3. §. 27.*

---

(1416) IDITHUM an *Pſalmum* DAVIDIS 39. fecerit, vide apud auctores *ſupra* ad nomen *Aggæi* citatos.

Sed & profectum hinc exiſtimo, qu[od] *Jobi liber* cum ſapientiam inſignem ſpiret, *à Salomone* exaratus eſſe quibusdam dicatur. Quam ſententiam *Gregorio Naz.* adſcribit *Polychronius* i[n] prooemio ejus Commentarii, quem in Jobum reliquit. Ac noſtro ævo *Grotius*, Ezechiele quidem vetuſtiorem libri Scriptorem arbitratur at Davide & Salomon recentiorem: quod ex horu[m] ſcriptis pleraque illuc translata agnoſci poſſint Præf. Coment. in Job. *Fridericus quoque Spanhemius*, qui Jobi Hiſtoriam accuratè nuper expoſuit, a Jobo quidem aut Jobi amicis res in adverſaria primum fuiſſe lingua Patria relatas exiſtimat, Arabica nimirum aut Syriaca veteri & ex iis demum circa Davidis & Salomonis tempora ab homine Ebræo conflatam iſtam, quam tenemus, hiſtoriam. Vid. ejus Hiſtoria Job cap. XII. ſeq. Hinc Turcis ea hodienum adhære[t] Superſtitio, ut Salomonis conſiliarium fuiſſe Jobum opinentur, nec proinde Imperatores ſuos ad faſtigium evehunt, priusquam ad S. Hiobi Simulacrum profecti tolerantiæ pariter ac Sapientiæ exemplum inde petant. Haud ſecus, ac Reges Galliæ ad D. *Marculphum*, Poloniæ autem Reges ad Martyrii locum S. *Stanisla[i]* pridie coronationis ſolenne iter inſtituunt. Vid. Aud. Stat. Turc. lib. I. cap. II. Conf. *Thuan.* ad An. M. DC. x. *Piaſecius* de Coronat. Uladislai p. 45.

(l) Jugements des Scavants Tom. I[V] part. I. pag. 88. 89. num. 182. do P. Claude Fran[çois] Menetrier Jeſuite Traittè de l'Opera. *L'aute[ur] voulant donner plus d'autorite à tout ce qu'il avance, a poi[...]*

a point fait difficulté de faire remonter l'origine de l'opera non ſeulement jusqu'a David, mais encore jusqu'au temps de Moiſe, & de Job, pretendant que le livre qui porte le nom de ce dernier eſt une veritable Repreſentation Dramatique &c.

Idem n. 1092. p. 2.

Nous avons de la Poeſie de Moyſe le cantique du deuteronome (1), & le livre de Job, dont il eſt l'Auteur, ſelon toutes les apparences. S. Jerôme dit qu'il n'y a rien de plus beau, que ce Cantique, ni rien de plus accompli, que le livre de Job pour la Poeſie meſme; & il ajoûte ſur la foy de Joſeph, & d'Origene, qu'ils eſtoient compoſez en vers Hexametres & Pentametres (2) & pag. 5. not. 8. Le P. Meneſtrier au traité des Repreſent. en Muſique, temoigne, que le livre de Job eſt une Piece Dramatique, & d'autres Critiques l'ont auſſi conſideré comme une Comedie ſainte faite pour l'inſtruction & la conſolation des Iſraelites durant leurs voyages & leur ſejour au deſert d'Arabie.

(1) C'eſt le XXXII. Chapitre du Deuteronome.
(2) Hieronym. præf. in Chronic. Euſebian.

(m) Senault in præfat. in Paraphraſin Jobi pag. 10, 11.

Mais ils ne conuiennent pas ſi abſolument de l'autheur de cét ouvrage: la plus commune opinion pourtant, & la plus raiſonnable, ce me ſemble, eſt que Job ſe voyant reſtably dans ſa premiere grandeur, & s'entretenant de les miſeres paſſées, en auoit luy-meſme eſcrit l'Hiſtoire, & qu'eſtant tombée entre les mains de Moyſe, ce grand homme la mit en vers pour la conſolation de ſon peuple, & l'a embellit des plus riches ornemens, & des plus eclattantes figures de Poëſie. En effet, ie puis aſſeurer qu'il n'y a point de liure au monde, où les manieres de parter ſoient plus nobles, les penſées plus genereuſes, les deſcriptions plus riches, & les comparaiſons plus naifves: Auſſi eſt-il aiſé de juger, que celui qui en eſt l'Autheur auoit de grandes lumieres, & que la revelation ou l'eſtude luy avoit appris tout ce qu'un homme peut ſcauoir.

(n) Nic. Cauſſinus de Eloq. Sacr. Hum. lib. XV. p. 742. col. 1. in f.

Jobus fertur quintus fuiſſe ab Abrahamo. Quanquam ſcio nonnullos hoc ſcriptum Moſi tribuere, inter quos eſt Methodius Martyr, & Epiſcopus, ſed non negant a Jobo primum Arabicis literis conſignatum, & ex eo deinde volumine librum a Moyſe compoſitum, quem nunc in manibus habemus. Verum, quid ad nos attinet, cum noverimus hæc ſive a Jobo dicta ſint, ſive a Moyſe, Sancti Spiritus afflatu, atque impulſu fuiſſe dictata.

JODOCUS v. Ghiſtelius.

---

(1453.) JODOCUS SINCERUS, cujus nomine etat Itinerarium Galliæ, eſt Juſtus ZINZERLINGUS. vide Hanckium de Scriptoribus Rerum Romanarum Part. I. cap. LXIV. Artic. I. pag. 236.

(1454) JOHANNIS ABBATIS Prologus ad Imperatricem Viduam Henrici Imperatoris in opus precum à ſe compoſitum ex patribus, legitur in Analectis Jo. Mabillonii pag. 133. usque ad 143. ubi incipit libellus & pag. 153. aliæ orationes XXII. quarum ultima eſt ad S. Johannem Evangeliſtam. pag. 161. quas partim ipſi Johanni, relinquit Mabillonius, partim ANSELMO tribuit certo vel dubitanter, partim AMBROSIO & AUGUSTINO ut in excerptis (a) ſubjunctis videre eſt. Unde Fiſcamnenſem Abbatem p. 177. illum fuiſſe docemur: Adde Caveum Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 419.

(a) Mabillon. Analect. Tom. I. p. 68.
An Johanni tribuenda ſint, diſpiciendum eſt: Quæ in Metenſi codice reperiuntur, alia manu prima, alia ſecunda deſcripta ſunt. Prima quidem libellus primo Joannis ac poſterior cum orationibus ſubſequentibus usque ad duodecimam: quæ ſicut & ſeqventes, ſecundaria manu exarata eſt. Quæ primigeneris ſunt, omnia (ſi Wilhelmi Abbatis orationem, quæ auctoris ſui nomen præfert in codice, excipias) Joannem auctorem habere mihi videntur: cæteras vero orationes ſecunda manu ſcriptas Sancto Anshelmo tribuo. In his orationibus tres inveniuntur ad Sanctam Mariam, quas eſſe puto eas, de quibus mentionem facit Anshelmus ipſe in lib. 1. Epiſtola 20. ad Gondulfum. Orationem XVII. incipientem ab his verbis, Terret me vita mea, memorat tribuitque Anſelmo Durandus Abbas, in ejusdem libri epiſtola 61. An vero oratio ad Sanctum Joannem Evangeliſtam eidem Anſelmo tribuenda ſit, dubium me reddunt hæc verba: Si agnoſcis nomen tuum, rogo te per ipſam dilectionem, agnoſcam in tanta neceſſitate auxilium tuum. Ioannes, Ioannes, &c. Ex quibus verbis aliisque conſimilibus conjectura eſt Autori nomen fuiſſe Iohanni.

Pag. 170. Oratio ſexta ante Miſſam dicenda, cujus exordium: Summe Sacerdos, nullum autoris nomen præfert in codice Metenſi. Hanc alii Ambroſio tribuunt, alii Anſelmo: mihi vero Iohanni tribuenda videtur. Certè ex ea idemtidem ſententias adducit Iohannes in libello poſteriori, in oratione ſecunda, undecima & in aliis: & apud Anſelmum prolixior eſt ea oratio poſt illa verba: in commemoratione tua & ſalute noſtra. Nam quæ ſequuntur apud Anſelmum & in aliis editis libris usque ad hæc: peto clementiam tuam, ut deſcendat ſuper panem & calicem &c. apud Iohannem deſunt, videnturque alterius eſſe autoris qui epiſcopalem curam habuerit.

Ibid. Ergo hæc oratio auctorem habet Iohannem, aut certe alium ætate ſuperiorem: amplificatorem vero forſitan ſanctum Anſelmum; ob idque Anſelmo à poſteris adſcripta.———

Pag. 171. Ceterum non facilè in animum induxerim, Iohannem, qui ex antiquis Patribus, maxime ex Auguſtino, ſcripta ſua derivat, quidquam delibaſſe ex Anſelmo, qui Iohanne ſene juvenis erat. Quippe Anſelmus annorum XXVII. factus eſt Becci Monachus anno M. LX, poſt biennium Prior in quindecim annos: Abbas dein anno M. LXXVII. qui Iohannis Abbatis Fiſcamnenſis obitum præceſſit. Ex quibus veriſimilius efficitur, Anſelmum quædam a Iohanne homine ſene mutuatum fuiſſe, quam Iohannem ex Anſelmo Iuniori.

*Et quidem* Prologus decem Meditationum *apud* Anſelmum, *ordine tantiſper immutato, acceptus eſt ex Johanne in libelli poſterioris parte tertia, uti & caput primum earundem Meditationum ex parte prima ejusdem libelli: tametſi etiam in* Alcuini Confeſſione Chiffletiana *reperiuntur. At vero Johannes in locis præcitatis ex hac oratione ſexta hinc inde verſus interſerit, uti ſolet ex propriis, qvod argumento eſt eum hujus orationis ſextæ eſſe conditorem.*

Pag. 174. *jam verò ſi tam priorem* Johannis *libellum, qvam ſeqventia opuſcula conferamus cum libro Meditationum, qui ſub nomine* Auguſtini *vulgatus eſt, eadem in utrisque de verbo repetita inveniemus. Itaque operæ pretium me facturum putavi, eumque harum adnotationum fructum mihi propoſui, ut uter auctor ab altero hæc mutuatus ſit, aperiam. Atqvi in* libro Meditationum Auguſtiniano *manifeſta apparent plagiarii &* conſarcinatoris *indicia.*

Pag 176. *Ex hac collatione manifeſtè conſtitur id, qvod hactenus demonſtrandum ſuſcepi, ſcilicet* Meditationum collectorem ex *variis* Johannis opuſculis *unum corpus Meditationum compegiſſe, exceptis uno & altero capitulis, ac proinde Johanne eſſe poſteriorem. Itaque ſic res proceſſiſſe videtur,* Johannes ex Patribus, *maximè ex* Auguſtino & Alcuino, *ſententias decerpendo, libellos precum duos aliasque orationes compoſuit. Hæc ut ad manum haberet, continuâ ſerie male digeſta in unum collegit aliquis conſarcinator. Qvæ collectio, qvia Auguſtini genium ſententiasque referebat,* Auguſtino *à poſteris adſcripta eſt. Qva in re neſcio qvo fato id Johanni accidit, qvod ne accideret ſtudioſè præcaverat in præfatione libri prioris,* Agnetem Auguſtam *obteſtatur, uti daret operam, ne qvis Librariorum ſcripta ſua vitiaret, ſive aliqvid addendo, ſeu ſubtrahendo, aut immutando: quæ nihilominus omnia paſſus eſt a Meditationum compilatore. At quis tandem ille compilator ? certe non facile eſt definire. Lovanienſium cenſura hæc eſt:* Auctor eſt vel beatus Auguſtinus, vel qui ejus libros non indiligenter legit. *Atqui jam ſuperius demonſtravi, hanc collectionem fere integram conflatam eſſe ex Opuſculis* Johannis Abbatis, *qui Auguſtini ſententiis identidem uſus eſt.* Non *ergo* Auguſtinus harum Meditationum Auctor: *ſed aliquis alius Johanne poſterior.* Anſelmo *eam tribuit Theophilus* Rainaudus, *hac adductus ratione, quod nonnulla ex Anſelmi genuinis libris deſumta ſint. Verum neq; hæc ratio id evincit, neq; tam Anſelmi, quam* Johannis Abbatis *ſcriptis conſtat hæc collectio. Neq; ſane crediderim, Anſelmum, hominem tantum, ex meris auctorum æqualium plagiis libros conſarcinaſſe, qui ex propriis ingenii ſui fontibus propria condere natus erat: aut, ſi id tentaſſet, tam male rem executurum fuiſſe.*

*Quisquis vero collector ille ſit, certe monachus fuit. Cujus rei argumentum eſt, quod in cap. VI. Meditationum, ubi Johannes habet* cum veris & perfectis ſervis tuis; *Collector repoſuit:* cum veris & perfectis Monachis, quorum veſtigia imitari nequeo &c.

---

(1454.) JOHANNIS Apoſtoli nomine, à LEUCIO conficta quædam, *Innocentius* Ep. 3. ad Exuperium refert, v. ſupra *Andreas* & *Jacobus* & *Minor Melito.*

Huic JACOBO MINORI tributam à quibusdam eſſe *Apocalypſin*, obſervat *Wolſeley* 379. qui tamen contra nititur. ALII cuidam JOHANNI, *neq;* *Apoſtolo* neque *Evangeliſtæ*, tribuit *Dionyſius Alexandrinus*, vide *Du Pinii* Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. I. p. 189. (a) la *Bibliotheque Univerſelle* de l'année 1686. tom. 3. p. 71. & Tom. XII. pag. 455. (aa) Idem tamen CERINTHO, cui à quibusdam, adſcribebatur, abjudicat. Suppoſititiam *Johanni Apoſtolo Apocalypſin* exhibet *Lambecius* Commentar. Bibliothec. Cæſar. lib. VIII. pag. 44. (b) Maxime omnium inter libros N. T. hanc Apocalypſin impugnatam fuiſſe notat ex Balthaſare *Stolbergio*, l'*Hiſtoire des Ouvrages des ſçavans* Aouſt 1688. p. 483. (c) adde *les Nouvelles les lettres* Juin 1686. p. 656. (d) Omnes circa hoc ſcriptum difficultates complexus Amicus meus ex Auditore cariſſimo M. Guſtavus *Schrödter*, Apocalypſin Sanctam, & Auctoritate Canonicam & præcipue ad Auctorem Johannem Evangeliſtam & Apoſtolorum indubitato referendam eſſe, peculiari diſſertatione hab. Roſtoch. 1697. demonſtrare nititur, & præcipue male ad CERINTHUM §. 18. aut ad JOANNEM THEOLOGUM, Apoſtolo contradiſtinctum §. 19. aut ad JOANNEM MARCUM §. 19. referri, evincere ſtudet. Adde Auguſti *Varenii* Rationar. Theolog. de Script. Eccleſ Secul. II. pag. 19 §. 20. (e) & ve maxime Cavei Antiquitates Apoſtolicas, ub præter Dionyſii Alexandrini veterumque ſententias nova peculiaris *Grotiana* de JOHANNE PRESBYTERO familiari & Auditore Apoſtol memoratur p. 158. & 159.

.II. Duas *Poſteriores Epiſtolas* Johanni Apoſtolo abjudicatas, & JOHANNI PRESBYTERO adſcriptas vide apud *Miræum* Bibliothec. Eccleſ. p. 6. & 9. (f) & in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1690. p. 547. (g) Hiſtoriam *de Obitu & Reſurrectione* B. *Virginis* Johanni Apoſtolo ſuppoſitam docet *Lambecius* Diar. Sac. Itin. Cellenſ. p. 196 197. 198. (h)

(a) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. I. p. 189.

*Dans le premier il expoſoit ſon ſentiment ſur cette queſtion; & dans le ſecond il rêpondoit aux raiſons de* Nepos, *& aux temoignages de l'* Apocalypſe, *en diſant ſur ce dernier chef, que quelques-uns ont rejettè le* Livre de l'Apocalypſe, *comme étant de l'* Heretique Cerinthe, *qui n'admettoit d'autre beatitude, que celle qui conſiſtoit dans les voluptez charnelles, que pour lui il n'oſoit le rejetter entierement, parce qu'il êtoit êſtimé par pluſieurs Chrêtiens: mais qu'il êtoit perſuadé qu'il avoit un ſens cachè, qui eſt peut-être compris de perſonne; qu'il avoüoit que c'eſt un Livre d'un Auteur inſpirè du S. Eſprit, qu'il croioit neanmoins qu'il n'êtoit point de S.* Jean l'Evangeliſte, *mais d'un autre qui portoit le nom de Jean comme lui, ce qu'il tâche de prouver par la difference du ſtile, & des penſèes.* Euſebe *rapporte des fragmens conſiderables de ce Livre, dont nous avons tirè ce que nous venons de dire; voiez le Livre 3. de ſon hiſtoire Eccleſiaſtique Chapitre 28. liv. 7. Chap. 24. & 25.*

(aa) Bibliothec. Univerſ. Tom. XI pag. 455.

Cajus *auteur orthodoxe, qui vivoit ſous Zephyrin, c'eſt à dire, à la fin du ſecond ſiecle, attribue l'Apocalyp*

calypſe nettement à Cerinthe & l' accuſe d' introduire des viſions monſtreuſes comme ſi elles avoient eſſé eſcrites par un grand Apoſtre & qu' elles luy euſſent eſté revelées par les Anges, afin d' eſtablir ſon regne charnel de mille ans.

(b) Petri Lambecii Commentar. de Bibliothec. Cæſ. Lib. VIII. p. 44.

*Quarto, & quidem a fol. 108. pag. usq; ad fol. 115. pag. 1.* Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ Apocalypſis ſuppoſititia, *in qua etiam agitur de Anti-Chriſto. Inſcribitur ea atq; incipit hoc modo:* Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ Θεολόγου, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ παρεγενόμην ἐγὼ ΙΩΑΝΝΗΣ μόνος ἐπὶ τὸ Θαβώρ &c.

(c) Hiſtoire des Ouvrages des Scavans. Aouſt 1688. p. 482.

„L' *Apocalypſe* eſt le Livre du Nouveau Teſtament qui a été le plus generalement attaqué. „Quelques uns ont dit ſans balancer, que la conſtruction du 4. verſ. du 1. ch. ne ſe pouvoit pas „ſauver, & que tout étoit plein de ſolecïſmes. „*Eraſme* a ſoûtenu fortement la même choſe. Et „*Euſebe* a rapporté une Lettre de *Denys*, Eveque „d' Alexandrie, qui pretendoit que S. Jean l' „Evangeliſte qui a auſſi êcrit l' Epitre Canonique, n'étoit point l' Auteur de l' Apocalypſe, à „cauſe de la difference du ſtile, & parce qu'il y „avoit des ſolecïſmes. D' autres ont crû que les „Apoſtres accoûtumez à parler *Syriaque*, qui étoit „la langue vulgaire dont JEſus-Chriſt même „s' êtoit ſervy, avoient concû dans la langue Syriaque ce qu'ils avoient deſſein d' écrire en „*Grec* qui êtoit la langue la plus univerſellement „repandüe par tout le monde: en ſorte qu'ils „donnoient aux termes Grecs un tour & une conſtruction Syriaques. L' Auteur montre que S. „Jean n' a pû ſe regler par la langue Syriaque, où „les noms ſont indeclinables: ce qui euſt fait une „êtrange Barbarie dans le Græc, où ils ſont declinables.

(d) Nouvelles de la Republique des Lettres. Juin 1686. p. 656.

*L'* Apocalypſe de S. Jean *a été la plus expoſée au rebut.* Cajus *ancien Prêtre de Rome l' attribuoit à l' heretique* Cerinthus: S. Denis *d'* Alexandrie *remarque que pluſieurs avant lui l' avoient rejettée, comme un Livre plein de fictions & de fauſſetez, mais que pluſieurs autres l' approuvoient; que pour lui il n' oſoit pas la rejetter, & qu'il croioit qu' elle avoit un ſens caché; il tache de prouver par pluſieurs raiſons qu' elle n' eſt point de S. Jean.* S. Jerome *qui la recevoit pour bonne, dit dans ſa Lettre 129. que la plupart des Egliſes Greques la rejettoient.* Amphilochius *remarque auſſi que de ſon temps elle êtoit plus rejettée que recûë, mais enfin elle a été miſe dans le Canon par le Concile de Carthage.*

(e) Aug. Varenii Rationar. Theologic. de Scriptor. Eccleſiaſt. Secul. II. pagina 9. §. 20:

*Debetur illi fabuloſo* Papiæ dubium de Apocalypſi *Canonica, eademque Autoris* Johannis Evangeliſtæ, *cui ſolam adſcripſit* Hiſtoriam Evangelicam, & Epiſtolam primam, *prout duas* minores Epiſtolas & Apocalypſin *Johanni Presbytero, non Apoſtolo, cujus diverſum quoq; ab illo Evangeliſtæ ſepulchrum notat apud Epheſum.* Conferatur Euſeb. *l. 3. c. 33.* & Hieron. *l. alleg. ut rectius tamen hic Hieronymus concludat pro Autore Apocalypſeos Johanne Evangeliſta, quam* Euſebius *ad* Papiam *ejusq; Presbyterum* Johannem *declinans.*

(f) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 6. & 9.

*Scripſit autem & unam Epiſtolam, cujus exordium eſt:* quod fuit ab initio, quod audivimus, & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ: *quæ ab univerſis Eccleſiaſticis & eruditis probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium eſt:* Senior electæ Dominæ & natis ejus: *& ſequentis,* Senior Cajo cariſſimo, quem ego diligo in veritate: Joannis Presbyteri *aſſeruntur; cujus & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur, & nonnulli putant duas memorias ejusdem* Joannis Evangeliſtæ *eſſe: ſuper qua re, cum per ordinem ad* Papiam, *auditorem ejus, ventum fuerit, differemus.*

Pag. 9. *Ex quo apparet, in ipſo catalogo nominum, alium eſſe Joannem, qui inter Apoſtolos ponitur; & alium* Seniorem Ioannem, *quem poſt* Ariſtionem *enumerat. Hoc autem diximus propter ſuperiorem opinionem, quam à plerisque retulimus traditam,* duas poſteriores Epiſtolas Ioannis non Apoſtoli *eſſe ſed* Presbyteri.

(g) Acta Eruditor. Lipſienſ. ao. 1690. pag. 547.

*Papiæ enim præceptorem* Iohannem *Presbyterum a* Iohanne *Apoſtolo diſtinguendum eſſe putat (Henr.* Dodvvellus *in Diſſertat. in Irenæum & huic quidem* Evangelium *tantum &* primam epiſtolam, *illi vero* ſecundam *&* tertiam *epiſtolam Johanneam cum* Apocalypſi *tribuit. Indeq; factum cenſet, quod qui ſub initium ſecundi ſeculi canonem novi Teſtamenti collegerunt, ſecundam & tertiam epiſtolam Iohannis & Apocalypſin omiſerint, cum tantum Apoſtolorum ſcripta, & quæ Apoſtolorum fide niterentur, ut* Marci & Lucæ Evangelium, *in canonem referre voluerint.*

(h) Petri Lambecii Diarium Sacri Itin. Cellenſ. p. 196.

*Uti ergo apud Latinos tenebrio neſcio quis ſub nomine* Melitonis Epiſcopi Sardenſis *Libellum de* obitu & aſſumptione B. Dei Genetricis *edidit, ſic quoq; apud Græcos fuit, qui de eodem argumento componeret libellum, & ſub* S. Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtæ *nomine publicaret; ut teſtatur* Epiphanius *monachus & presbyter in principio Opuſculi ſui* de vita ſanctiſſimæ Deiparæ *his verbis:*—

Pag. 197. & 198. Et alius Ioannes, qui Theologi nomen ſibi vendicat, notam mendacis in ſe accepit. *Hæc* Epiphanius. *Opinor autem Hiſtoriam hanc de obitu & aſſumptione* B. *Dei Genetricis, quæ S* Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtæ *nomine falſo fuit inſcripta; hactenus nondum prodiiſſe in lucem, ſed eandem eſſe quæ in Auguſtiſſimæ Bibliotheca Cæſarea Codice manuſcripto, inter Theologicos Græcos*

 *qua-*

*quadrageſimo nono*, *S. Iacobo Apoſtolo, qui* Ἀδελφόθε-ος *ſive* Frater Domini *cognominari ſolet, attribuitur his verbis:* Κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσπότης ἡμῶν καὶ Θεοτόκȣ Μαρίας, συγγραφεῖσα ὑπὸ Ιακώβȣ ȣ̃ ἀδελφοθέȣ, *h.e.* Obdormitio ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ & Dei-genetricis Mariæ, conſcripta a Iacobo Fratre Domini. *Principium ejus hoc eſt*: Τῆς ἁγίας ἐνδόξȣ Θεοτόκȣ καὶ ἀειπαρθένȣ Μαρίας κτ̃ τὸ εἰωθὸς ἐν τῷ ἁγίῳ μνήματι ȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν ἐρχομένης θυμιᾶσαι &c. *Quamvis enim hac Narratione S. Ioannes* Evangeliſta *ita loquens introducitur, ut ipſe potius, quam Iacobus, autor ejus ſimuletur, quemadmodum & hoc fragmento videre eſt.* — —

*Hæc incognitus ille Narrationis author ſub perſona S. Ioannis Evangeliſtæ ſive Theologi. Verum enim vero ſive S Ioanni Evangeliſtæ, ſive S. Iacobo Fratri Domini ea Narratio titulotenus adſcribatur, minimè dubium eſt, qvin æquè ſuppoſititia ſit, qvàm altera illa, qvæ ſub nomine* Melitonis *latinè circumfertur.*

JOH. AUSTRIACUS al. *Magirus* v. *Alſted.* Syſt. Mnem. l. I. c. 30. p. 430. Citatio eſt Diecmanniani marginis hoc loco.

---

(1455) JOHANNES DIACONUS *Romanus*, qvomodo cum JOHANNE *Diacono* & MONACHO Caſinenſi confundatur docet *Olearius* Abac Patrolog. pag. 248. (a) An & *Commentarius* ſ. Brevis Expoſitio *in Heptateuchum*, quæ ſub Joannis Diaconi Romani nomine extat, revera ejus ſit, dubitat *Caveus* Hiſtoriæ literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 394.

(a) Olear. Abac. Patrol. p. 248. 249.

Johann. Diaconus *Eccleſiæ Romanæ*, Sigeberto *catal. c. 106. laudatus, &* Anaſtaſio *Biblioth. familiaris, circa annum 874. ſcripſit libros IV, de* vita & geſtis Gregorii Magni *P. R. Iohanni VIII. Papæ dedicatos, (unde patet grandis eorum error, qui ex* Diacono Papam *factum tradunt, quos arguit* Labbeus *p. 557. conf.* Voſſ. *hiſtor. lat. lib. 2. cap. 36. pag. 326. &* Gerh. *pag. 518. Probè autem diſtinguendum* hunc Joh. Diaconum a Johanne Diacono & Monacho Caſſinenſi *docet* Joh. Bapt. Marus, *Romanus, not. ad lib. Petri Diac. de viris illuſtr. Caſſin. c. 38. pag. 63. contra eos qui utriusque opuſcula inter ſe confundunt, & unum ex duobus faciunt. Iohannis quoque Diaconi librum de Baſilica Lateranenſi ante annos 430. ſcriptum, allegat* Onuphrius Panvinius, *libro de 7. Urbis Eccleſiis baſil. pag. 146. qui liber tamen non immerito dubius habetur, cum nec* Trithemius *aut* Bellarminus, *inter Script. Eccleſ. nec Anton.* Poſſevinus *in appar. ejus* meminerit. *vid. D.* Dorſch. de tunica J. C. inconſut. c. 2. §. 19.

(b) Cave Hiſtor. Literar. Script. Eccl. pag. 394.

*Cæterum in Bibliotheca S. Germani Pariſienſis extare MS. dicitur ſub* Joannis Diaconi *nomine Commentarius, ſeu* Expoſitio brevis in Heptateuchum, *qui tamen an noſtri revera ſit, inter eruditos non ſatis convenit.*

---

(1456) IOHANNES EPISCOPUS Hieroſolymitanus. Qui ejus nomine extat

(I.) Liber de *Inſtitutione Monachorum*, interprete *Aymerico*, Patriarcha Antiocheno, Latini cujusdam auctoris eſſe cenſetur à *Miræo* Bibl Eccleſ. p. 162. Hieroſolymitano tamen etiam tribuit *Olearius* Abac. Patrologici p. 256.

(II.) *Commentarius in Evangelium* S. Matthæi. Inter CHRYSOSTOMI opera habetu teſte *Caveo* loc. cit. Hieroſolymitano tamen reſtituere cum nititur *Labbeus* apud *Olearium* Abac Patrolog. p. 256. (a)

(III.) *Fragmenta Perpetua Commentarii in Evangelium S. Marci.* Itidem eſt CHRYSOSTOMI *Cave* Hiſtor. literar. p. 163.

(IV.) Commentarii *in Evangelium S. Luc.* & Hi ſunt CHRYSOSTOMI. vide *Caveum* loc citat.

(V.) *Homiliæ* numero XXXIII. nominetenus recenſitæ a Guilielmo *Cave* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſticor. pag. 163. 164 (b) Omnes ſunt CHRYSOSTOMI.

Ioannes tamen *Waſtelius* falſo Chryſoſtomo adſcribi multa, quæ ſunt Ioannis Hieroſolymitani evincere conatur apud *Miræum* Bibl. Eccl p. 118. (c)

(a) Olear. Abac. Patr. p. 256.

*Inter alia tribuitur illi liber* de inſtitut. primorum Monachorum, *quem Bibl. Patr. Pariſ. edit. 2. exhibet Tom. 9. f. 1241. at Paulus* Sherlogus *acerbe contraivit; cujus non pauca profert D.* Dorſchæus, *ſyllog ſemeſtr. f. 88. 96. quæ ſcilicet oppoſuit libro iſti, in quo fere uno tota Ordinis Carmelitici ad Eliæ tempora extenſa ſtructura. Confer omnino criſin* Labbei *pag. 58 itemq; B.* Gerh. *p. 330. & quæ ſuperius circa* Cyrillum Alexandrinum *diximus. Eidem* Johanni *vindicatur a Carmelitis* commentarius in Matth. *qui per longa temporum intervalla ſub Autoris* Imperfecti Operis ſchemate Iohannis Chryſoſtomi *nomine palliatus comparuit.* * *Vid.* Dorſch. *ſcrupul. relig dedic. I.* ):( ):( *II. b. & ſcrup. 8. p. 266. Imo iterum adde gravem in ſuæ religionis homines (ſui, ſuorum nimio amore occæcatos) cenſuram, prolatam a* Labbe pag. 586.

(b) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor Eccleſ. p. 163.

*Homilia in Joſephum, & de Caſtitate.*
*Homiliæ VI. in Job.*
*Fragmentum Homiliæ proœmialis in Pſalmo*
*Homiliæ in aliquot Pſalmos.*
*De tribus pueris & fornace Babylonica.*
*De Suſanna.*
*De decollatione S. Joannis Baptiſtæ.*
*De vitandis Scandalis.*
*De Divite & paupere, & eleemoſyna faciendà.*
*Homiliæ in Marcum XIV.*
*Homiliæ in Lucam V.*
*Homiliæ in Joannem III.*
*In laudem S. Crucis, & de transgreſſione Adam.*

I.

*De Euchariſtia in encæniis.*
*In Aſcenſionem Domini.*
*De Pentecoſte.*
*De Spiritu Sancto Homiliæ II.*
*De Chriſti divinitate.*
*De Fide & Lege naturæ.*
*In Præcurſorem Domini.*
*De Eccleſia, ſive Turture.*
*In SS. Petrum & Paulum.*
*In S. Thomam.*
*In SS. XII. Apoſtolos.*
*In S. Stephanum.*
*De Pœnitentia Homiliæ III.*
*De David.*
*De Perſecutione Novatianorum.*
*De Vanitate hujus ſæculi.*
*De Cæco & Zacchæo.*
*De Pſeudo-Prophetis & Hæreticis.*
*In terræ-motum, & in divitem, & in Lazarum, & de Servitute.*
*Sermo de S. & Conſubſtantiali Trinitate.*

*Opuſcula iſta ab Homilia in Ioſephum incluſive, ſi non omnia, ſaltem fere omnia inter* Chryſoſtomi *opera habentur.*

(c) Miræus, Bibl. Eccl. p. 118.
*Joannes* Waſtelius — — *ad prælum paratos habet libros tres* Vindiciarum pro Joanne Hieroſolymitano: *in qvibus opera varia*, Joanni Chryſoſtomo, Origeni *aliis-ve falſo adſcripta, conatur* Joanni Hieroſolymitano aſſerere.

---

(1457.) JOHANNES XIX. aut XX. Papa an-ea dictus PETRUS HIPANUS, juxta *Lindenium* de Scriptis Medicis pag. 526. & *Mercklin.* Linden. Renovati pag. 893. b. aut PETRUS JULIANI, quod placet Caveo Hiſtoriæ literariæ ſcript. Eccleſiaſt. pag. 511. Aſſeritur ipſi his Auctoribus ocis citatis *Theſaurus Pauperum.* Cui *Canones Medicos* ſuperaddit Ziegler Schauplatz pag. 588. n. 3. col. 2. indicante *Symbola Schröteringianâ*, quæ & addit *Wagenſeil.* Peræ Juvenil. Loculam. 3. Part. II. pag. 357. in f.

---

(1458) JOHANNES XXII. Papa antea dictus BALTHASAR COSSA. vide Thomam *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 362. b. qvi ibi ejus citat nomine: *Extravagantes*, qvas tamen nec ab illo, nec ab alio qvopiam Papa approbatas, ſed privatâ auctoritate collectas obſervat *Wharton* Append. ad Cave. Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſ. pag. 13. a. qui & gentilitium nomen fuiſſe ſcribit JACOBUM OSSAM ſen DEUSAM.

---

(1459) JOHANNES PARISIENSIS, ſeu DE PARISIIS, idem eſt qvi *Joannes* de POLIACO M. PARISIENSIS Auctor libri famoſi de *Poteſtate Regia & Papali.* Qvem non debere confundi cum aliis qui eodem tempore Johannis Pariſienſis nomen geſſerunt, monet *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. 518. vide *Miræi* Auctar. de Scriptor. Eccleſiaſticis cap. 403. pag. 62.

---

(1460) JOHANNI SINAITÆ, quem eundem cum Joa. CLIMACO aut SCHOLASTICO cenſet *Cave* Hiſtoriæ literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 279. & 341. male adſcribi *Hiſtoriam de Barlaamo, & Ioſaphat* quæ ſit genuinus JOANNIS DAMASCENI foetus, aſſerit Jacobus *Billius* apud Caveum loc. cit. & *Lambecium* Commentar. de Biblioth. Cæſarea Vindob. lib. VIII. pag. 290. 291. qvi & huic ſententiæ accedit p. 292. his verbis:

„Quibus etiam ipſe alio poſthac commodi-„ri tempore plura additurus ſum. Interim au-„tem hoc tantum nunc moneo, bene notandum „eſſe, quod non ſolum in præſtantiſſimo illo „Codice Manuſcripto membranaceo, de quo in „præſens ex profeſſo agitur, verum etiam in „aliis duobus ejusdem Auguſtiſſimæ Bibliothecæ „Cæſareæ Codicibus manuſcriptis Græcis, Au-„tor ejusdem Hiſtoriæ *Iohannes* expreſſe appella-„tur *Monachus Monaſterii Sancti Sabæ*, quodque „non minus clarè ibidem additur, Hiſtoriam il-„lam ab eo fuiſſe allatam in Sanctam Urbem „Hieroſolymitanam; nempe priusquam is ſe con-„ferret in jam memoratum Monaſterium, Octo-„ginta ſtadia, ſive duo milliaria Germanica „Communia cum dimidio, Hieroſolymis diſſi-„tum. De hac enim S. *Ioannis Damaſceni profectione* „in Sanctam urbem Hieroſolymitanam, & de „ſubſequenti ejusdem *ſeceſſu in Lauram* ſive Mona-„ſterium Sancti Sabæ præclarum exſtat teſtimo-„nium in Vita ipſius, â *Iohanne Patriarchâ Hieroſolymitano* conſcriptâ, quam *Iacobus Billius*, ex „Græco in Latinum translatam Operibus ejus „præfixit, ſuntque ibi verba, ad rem præſentem „maxime pertinentia, hæc. - - *Hact. Lamb.*

IOLAVINUS v. *Campanus.*

---

(1461) JONADÆ filios male credi auctores *Pſalmi* 71. DAVIDIS, docet *Sixtus Senenſis* pag. 13. lib. 1. adde citatos ſupra ad nomen Aggæi.

Et titulum hunc integrum ab Interprete abjectum cenſet *Polus* Critic. Tom. II. pag. 958. 959. (a) eundem cum præcedenti Pſalmo Davidi vendicans.

(a) Polus Critic. Tom. II. pag. 958. 959.

Argumentum. *Videtur hic Pſalmus ſtatim conſcriptus poſt præcedentem, (cum quo* Ezra *eum cohærere putat, ſicut Pſalm. 104. cum 103. cohæret:) idcirco eſt* ἀνεπίγραφος. *Scriptus eſt quum Abſalomum fugeret, quod probat v. 9.* Ne projicias me in tempore Senectutis meæ. *Quum Saulem fugeret, erat tantum annos 30. natus.*

Pſalmus David, filiorum Jonadab & priorum captivorum ] *Ita Filii Ionadab erant Rechabitæ qui ideo primitiæ captivorum dici poterant, quod, cum eſſent* ἁμαξόβιοι, *& per paſcua, &c. victum quærerent, primi omnium à Chaldæis capti ſunt. (Verum illi cum aliis adventante Chaldæorum exercitu, Hieroſolymam ſe receperunt, ut diſerte teſtatur* Ieremias:) *At hic titulus ab Interprete aliquo additus eſt imo inter ſomnia ponendus eſt.*

IONAS v. *Beda.*

(1462) *Chilobertus* JONAS qvod ſit notiſſimus auctor *Iohannes Angelius* WERDENHAGEN, & cuius libri Pſeudonymus ſcriptor, docet Chriſtianus *Thomaſius*, cujus verba ipſa (a) ſubjicimus ex notis ad Monzambanum p. 147. 148.

(a) Chriſt. Thomaſius ad Monzambanum de Statu imperii Germ. p. 147. 148.
*Præ reliquis vero commendari meretur Chiloberti Jonæ* zwey nützliche und itziger Zeit bey dieſem leyder betrübten und bedrengten Zuſtande des Chriſtenthums hochnöhtige Erinnerungs-Tractätlein/ eins vom unnützen verwirrten und ungeiſtlichen Welt-Stande der Dom-Herrn und heydniſchen Phariſäer/ was es ſo wohl mit jener hochtrabenden Uppigkeit / als die er unchriſtlichen vermeſſenen *Diſputir*-Sucht vor eine Beſchaffenheit habe: das andere: ein verteutſchter Beweiß wie es mit ordentlicher Wahl eines Biſchoffs oder *Prælaten* vor alten Jahren von der Apoſtel Zeit here gehalten/ und wie es wieder zum rechten Stande zu bringen. *in 8vo 1622. Autor Pſeudonymus eſt, vero nomine Joh. Angelius* Werdenhagen / *vir pius & diligens. Dignum eſt ſcriptum, quod iterum imprimeretur ob varias veritates utiliſſimas ibi contentas. Et poſſet commendationis loco ei præmitti acris cenſura in libellum & autorem lata à Colleg. Theol. Witteberg. quæ extat Part. 2. Conſil. Witteb. f. 187. ſeq. Quibus enim pietas autoris ex aliis ejus ſcriptis & genius Wittebergenſium vel ex ipſo hoc conſiliorum volumine, ſi non aliunde, notus eſt, is certe vel ob ipſam hanc eorum acerbam Cenſuram magis æſtimabit iſtud ſcriptum, præprimis cum titulus libelli, (quem ideo integrum appoſuimus) facile cuilibet oſtendat, quamobrem irritati fuerint Wittebergenſes. Prætextus fuit potiſſimus, quaſi totum miniſterium Lutheranum & Academias impie traduxerit auctor, quod tamen falſum eſſe oſtendere poterant, quæ differit G. 1. b. & G. 3. b. Vera cauſa fuit, quod ex amore in* Flacium *non honorifice ſenſerit de libello iſto formulæ Concordiæ &* Jacobo Andreæ, *quod nec diſſimulant Wittebergenſes. Cæterum qvæ ſit ipſorum Wittebergenſium de Canonicis ſententia patet ex Part. III f. 8. ſeqq.*

(1463.) *Juſtus* JONAS, i. e. *Jodocus* KOCK, aut KOCH. Ita Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. p. 364. & *Baillet* in Indiculo des auteurs deguiſez p. 566. Extare ad ipſum quasdam Epiſtolas Eraſmi *Roterodami*, nomine *Jodoci Coci*, & *Jodoci Jonæ*, memorat Melchior Adami in Vita ejus, p. 261.

*R.* JONATHAN num ſit THEODOTION v. *infra in Onkelos.*

JONATHAN v. *Heloſius.*

JONES v. *Evans.*

(1464.) JONSTONUS Epiſtolam, quæ *Zacuti Luſitani* libro ultimo Hiſtor. Medicar. præfixa eſt, pro ſua non agnoſcit in Concluſ. Oper. *Ideæ* Medic. pract. *Nec titulum* inquit, *nec ſtylum Scriptioni, nec locum literis competere, autographum oſtendit. Moneo, ne quod quis calumnietur habeat.* Hæc *Symbola Rauſchiana.* Cui adde *Maſtrichtianam* (

Jonſtonus Joannes.
*Scripſit de* naturæ Conſtantia, *diatribam, in qua Mundum nec ratione ſui totius, nec ratione partium in pejus ruere, oſtenditur. Prodiit libellus Amſtelodami, apud Guill. Blaeu 1632. in 24. Materiam auctor hujus tractatus ſe potiſſimum mutuatum dicit ex D.* GEORGII HAICKWILLI, *S. S. Theol. Doct. Angli de hac theſi Anglice conſcripto copioſo tractatu, proprio tamen ſenſu ſervato. Legi tractatum cum voluptate, in quo multa vetera & nova ſcitu digna congeſta ſunt. Id notandum etiam quod in titulo libelli ſe auctor* Polonum *vocaverit.*

(1465.) Sub *Hermanni* JOSEMA anagrammatico nomine edidit *Joannes* HAMMERUS Goslarienſis Saxo, S. J. teſte *Sotwello* pag. 460. a. & *Wittenio* Diariô Biograph. ad annum 1606. d. 30. May.

(I) *Prædicanticum* Latinum, rhythmis Germanis.

(II) *Declarationem miſſæ.*

(III) *Modum Prædicandi* &c.

DE SAINT-JOSEPH v. *Ange.*

JOSEPHUS v *Buſonus.*

(1466.) FLAVII JOSEPHI celeberrimi illius Græci de *Antiquitatibus Iudaicis* Scriptoris *Periocham de Ieſu Chriſto* libri XIIX. Cap. 4. jam inde ab exitu ſeculi quinti à Chriſto nato in dubium vocatam at noſtro ſeculo communiter improbatam, aut corruptam falſis interpolationibus, aut omnino habitam commentitiam, legere eſt præcipue in XXX. illis Epiſtolis Philologicis & Philoſophicis, de hoc teſtimonio Flaviano conjunctim editis à Chriſtophoro *Arnoldo* 12. Noribergæ 1661. cui addita excerpta XXIX. ex autoribus editis antiquis & novis, & poſt hæc omnia in laudatis auctoribus numeroſe aliis, in exercitatione hiſtorica ſuper hunc locum Joſephi 1688. edita loco diſputationis publicæ habitæ, Præſide m. Conrado Daniele *Frick*, quæ prolixe ac multifariam hactenus ab aliis deſuper ſcripta, in compendium doctiſſimum miſit quaternionibus 3. cum ½. Unde hic illud ſolum excerpſimus pro noſtri etiam præſentis inſtituti ratione, quod hujus in Joſephum intruſi commenti auctorem EUSEBIUM audaciſſima confidentia facere non dubitavit Tanaquillus *Faber* diſputationis hujus §. X. cui tamen *Arnoldus* in prolegomenis ſtatim editi ſui literarum XXX. & undetriginta excerptorum Syntagmatis *Vakfium* propulſaſſe docet. pag. 9. Denique *Frickius* noſter genuinum illud teſtatur, & *Lambecius* Commentar. de Biblioth. Cæſarea jampridem ante ipſum lib. VIII. pag. 6. & 7. (a) qui locum hunc illi *Joſepho* multis rationibus aſſertum it, p. 16. 17. ſeqq. Vide *Journal des ſavans* 1692. Tom. XX. pag. 235. *Cavei* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 16. b. Quam litem noſtram

ram nunc non facimus. Adeatur Philippus *Lab-*
*eus* in Diſſert. de Script. Eccleſiaſt. Tom. I. p. 617.
817. Friedericus *Spanhemius* in Introduct. ad
Iiſtor. & antiquit. S. p. 261. ſeq. nec non ſecutis
anc Scriptis, de quibus Petrus Daniel *Huetius*
)emonſtrat. Evangel. pag. 46. (edit. Amſt. Ao.
680. in 80.) Antonius *Pagi* in Crit. in Annal.
aronii ad Annum Chr. XXXII §. 15. Thomas
*tigius* ( locum illum Joſephi de Jeſu pro adulte-
ino habens, eaque fini ſpeciatim ſeſe *Lambecio*
pponens ) in Prolegomenis ad editionem Ope-
um Joſephi procuratam Lipſ. Ao. 1691. in fol.
bi & de *verſione* RUFFINO tributa vulgo ano-
yma de qua *Imbonati* Biblioth. Latino-Hebraicæ
ag. 233. affirmat *Ruffinum Latine* reddidiſſe *Joſe-*
*hi* libros XX. Antiquitatum, libros ſeptem de
ello Judaico, & libros duos contra *Apionem*.
t verſionem Latinam librorum XX. Antiqu. ſub
omine EPIPHANII SCHOLASTICI edere
on dubitavit *Eduardus Bernhardus*. Libros duos
ontra Apionem *à Rufino* Latine verſos eſſe nullo
utore dicitur, neque illa translatio usquam oc-
urrit, etſi in vulgatis codd. *Rufini* præfert no-
ien. Hæc excerpente M. *Fabricio* accepi.

II. Joſepho ſuppoſitum fuiſſe librum
ερὶ τοῦ παντὸς, *de Univerſo*, ex *Photio* docet *Lambec.*
ommentar. de Bibliothec. Cæſar. lib. VIII. p. 14.
5. (b) *Cajo* Presbytero eum adſcribens. HIPPO-
YTHO tamen cuidam eum aſſignare mavult
*ave* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 16. (c)
ide, quæ de hoc ſcripto in *Anonymis* num. 814.
onuimus.

(a) Petri Lambecii Commentar. de
ibl. Cæſ. Lib. VIII. p. 6. & 7.

*Hoc eſt: Licet igitur Apoſtolorum & Evangeliſta-
m de Servatore noſtro teſtimonium ſufficiat; attamen
n niſi tanquam ſuperflue, Hebræi quoque* Joſephi
*ſtimonio utar; qui in decimo octavo Antiquitatum
udaicorum libro, res Pilati temporibus geſtas referens,
Salvatore noſtro mentionem facit his verbis:* Eodem
mpore fuit JEſus, ſapiens Vir, ſi modo Vi-
m eum appellare fas eſt. Erat enim mirabi-
m operum patrator, & doctor eorum, qui
ritatis erant ſtudioſi; multosque tam de Ju-
is, quam de gentibus, ſectatores habuit.
hriſtus hic erat. Quem accuſatum à noſtræ
ntis Principibus, Pilatus cum addixiſſet cruci,
hilominus non deſtiterunt eum diligere, qui
initio cæperant. Apparuit enim eis tertio
e iterum vivus, quemadmodum divini Pro-
etæ & hæc & quamplurima alia miranda de
o prædixerant: Unde ad hunc usque diem
hriſtianorum ab eo denominatorum genus
n defecit. *Hucusq;* Euſebius. *Quod autem ipſe
ſtimonium illud finxerit,* & Joſephi operi Antiqui-
tum Judaicarum *per fraudem inſeruerit, ut noſtra
imum ætate quidam impudentiſſime calumniari cæpe-
nt, nec verum eſt, nec veriſimile, utpote cum nul-
ratione ſufficienter probari poſſit, cur is falſitatem hanc
mmittere voluerit, nulla (1) neceſſitate urgente, vel
uerit, (2) reclamante ampliſſimo numero & manife-
ſima concordia incorruptorum vetuſtiſſimorum Codi-
m manuſcriptorum, qui inde ab ipſis* Flavii Joſephi
*nporibus in diverſis diverſarum Regionum publicis ac
ivatis Bibliothecis diligenter aſſervati, in tanti momen-
ti controverſia, ſiqua eſſet orta adulteratæ genuinitatis
ſuſpicio, tum a Chriſtianis, tum à Judæis potuiſſent in-
ſpici ac conſuli.*

(b) Idem ibid. p. 14. 15.

*Meminit is in Bibliotheca Librorum à ſe lectorum,
& quidem in recenſione Codicis XLVIIvi, Operis alicu-
jus* Περὶ τοῦ Παντὸς, *ſive*, de Univerſo; *ac ſimul
monet, à nonnullis quidem* Flavio Joſepho *illud at-
tribui, rectius autem tribuendum eſſe* Cajo, *Romanæ
Eccleſiæ Presbytero, ſub Summis Pontificibus (1) S. Vi-
ctore & (2) S. Zephyrino viventi, quoniam in eo Opere
Servator noſter non ſolum expreſſe fuit appellatus* Chri-
ſtus, *verum etiam* inenarrabilis Ejusdem ex Patre
generatio *accurate fuit deſcripta. Ipſa* Photii *ver-
ba ſunt hæc.*

Pag. 15. R. P. Andrea *Schotto* S. I. inter-"
prete: De Mundi quoque generatione per com-"
pendium differit. De Chriſto autem vero DEo"
noſtro aptiſſime loquitur, quando & ipſam"
Chriſti appellationem illi attribuit, & INE-"
NARRABILEM EX PATRE GENERATIO-"
NEM citra reprehenſionem deſcribit. Quæ"
res ambigendi fortaſſe cuipiam cauſam præ-"
beat, ſitne hoc JOSEPHI Opuſculum, etſi ni-"
hil dicendi genere à reliquis ejusdem Scriptis"
diſcedit. Comperi autem annotatum fuiſſe,"
non eſſe JOSEPHI hoc Opus, ſed Caji cujus-"
dam Presbyteri Romæ agentis quem & auto"
rem faciunt *Labyrinthi*; cujus etiam Dialogus"
eſt adverſus *Proclum* quendam, hæreſis Monta-"
niſtarum defenſorem. Cum enim ſine Titulo"
Opus relictum eſſet, alii quidem *Joſepho* inſcri-"
ptum referunt, alii *Juſtino Martyri*, nonnulli"
*Irenæo*; quemadmodum & *Labyrinthum Origeni*"
quidam tribuere. Alioqui Caji eſt Opus ejus-"
dem revera, qui Labyrinthum compoſuit,"
quando ille ipſe in extremo Labyrintho teſtatum"
reliquit, eſſe ſe Libri *de Univerſi natura* autorem."
Verum hic ne Liber ille ſit, de quo agitur, an"
alius, nondum mihi liquet. Hunc Cajum"
Presbyterum Romanæ Eccleſiæ fuiſſe affirmant"
ſub Victore & *Zephyrino Pontificibus. Hæc ibi* Pho-
tius. *Unde manifeſte apparet, abſurdum illi eſſe vi-
ſum*, Joſephum *natione ac religione Judæum,
talis Libri autorem habere, in quo* Chriſti, *tanquam*
Filii Dei *fieret mentio, & æterna ejusdem ex Patre
generatio ſecundum Fidem Chriſtianam Catholicam &
orthodoxam vere ac recte deſcriberetur.*

(c) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor.
Eccleſ. p. 16.

Joſephus *ſive* Joſippus *iſte, qui dum nugas ſuas
pro genuino Fl. Joſephi Opere apud populares ſuos vendita-
re voluerit, ſtolide hallucinatus, ſe* Gorionis filium
*dixit, Judæus aliquis, Gallicæ gentis ex agro Turo-
nenſi fuiſſe, & poſt annum Chriſti ſexcenteſimum ſcri-
pſiſſe videtur* Scaligero, *cui fere per omnia ſuccinit*
Voſſius. *Scripſit* Hebraice *Compendium quaſi quod-
dam Fl.* Joſephi Hiſtoriarum, Acta LXX. Inter-
pretum, geſta Maccabeorum & Excidii Hiero-
ſolymitani narrationem *complexum, quod ex Latino*
Rufini *excerpſit. Inſulſus admodum & inficetus Scri-
ptor, qui inſcitiam ſuam & impoſturam fere ubique
prodit; ex quo tamen ſolo, quæcunque de Maccabæis
& Excidio Hieroſolymitano habent, Judæi Scriptores
accipiunt.*

(1467) JOSEPHUS GORIONIDES itaque ut habitus ſit noſter, FLAVIUS, videſis apud *Arnoldum* in citatis modo Epiſtolis & excerptis p. 12. & ſeq. ex *Voſſio* de Hiſtoricis Græcis lib. 2. c. 8. quem ut in omnium curioſorum manu poſitum, & nunc etiam in Batavis recudendum non excerpimus. Sequitur pag. 15. & ſeqq. Joſephi *Scaligeri* deſcriptio ejusdem, ut *Galli Turonenſis* recentiſſimi *Joſippi* non Joſephi bis editi, ut docetur ibidem pag. 20. neque ſupra memoratum illud teſtimonium de J.C. contentioſum habentis pag. 406. Editio vero nova etiam in *Actis Eruditorum Lipſienſibus* a. 1690. pag. 301. recenſetur una cum hocce Scaligeriano teſtimoniis (a) Nam quod illum Flavium Joſephum pro impoſtore venditare Jeſuita *Hardovinus* eſt auſus, opere a Jeſuitis ipſis ea propter ſuppreſſo, id vero nemo non improbavit cum auctore Gallo *Hiſtoriæ Operum Eruditorum* Ao. 1693. pag. 269. (b) vide tamen *Gronov.* Obſervat. in Scriptor. Eccleſ. cap. I. p. 5. & 6. (c) & *Cave* Hiſtor. liter. Script. Eccleſ. p. 16. (d) *Prideaux* Or. IX. §. 4. p. 84. & *Heidegger*. Hiſt. Patriarch. Exerc. 14. §. 7. p. 366. & Exerc. 23. th. 4. pag. 674. ſub (e) & (f)

(a) Acta Erudit. Lipſ. A 1690. p. 301.

Joſephum *Gorionidem recens nunc editum (Francof. ad Mœnum Ao. 450. h. e. Chriſti 1690. in 12. Flaviumq;* Joſephum *pro uno eodemq; ſcriptore ſuperiori ſeculo habuerunt e Judæis* David Ganſius, *Chronographus, e Chriſtianis* Sebaſtianus Munſterus, *qui Gorionidem cum verſione & notis publici juris fecit.* —— *Quanto rectius* Joſephus! *Quemadmodum enim Græcum* ἀρχαιολογίας & ἁλώσεως Ἰουδαϊκῆς *textum* pro genuino, *nunquamque ſatis laudato* Flavii Joſephi *fœtu agnovit: Ita* Pſeudogorionidem hominis Galli, *ſeculo circiter ſeptimo orbis redempti viventis, abortum eſſe, veriſimile probavit in elencho Tribæreſii c. IV. & V. conſentientibus* Baronio, Ribera, Poſſevino, Gerhardo *Joanne* Voſſio, *& quibus non? Teſtimonia eorum in vulgus nota ſunt; non item locus e Julii* Bartoloccii *Bibliothecæ Rabbinicæ Tomo III. excuſo Romæ 1683. n. 732. p. 799. pace benevoli Lectoris excerpendus:* „JOSEPH BEN GHURION „ſcripſit hiſtoriam antiquitatum & de bello Ju„dæorum libros quinque. Hic eſt alius a Flavio „Joſepho Hebræo, qui Græce ſcripſit item de „bello Judaico, & Antiquitatibus Judæorum, a „quo deſumptum & ſuffuratum eſt, quicquid ad „veram hiſtoriam in hoc opere deprehenditur „contineri. Itaque hujus libri autor videtur eſ„ſe recentior & inferioris admodum ætatis, „quam fuerit Joſephus Hebræus, ſive Flavius, ſi„ve Ben Gurionis; Nam in Biblioth. Vaticana „extat hujus autoris codex MSC. pergam. ſub „num. 408. ubi pag. 78. b. & 81. circa principium „citatur prædictus Fl. Joſephus Hiſtoricus. Et paſ„ſim regiones Italiæ & Galliæ modernis nomini„bus nominantur, uti Lombardia, Apulia, Francia, &c. ut videre eſt in ipſius libri exordio.

(b) Hiſt. des Ouvr. des Sçav. Fevr. 1693. p. 269.

*Le P.* Hardouin *vient de faire paroitre un petit ecrit in 4. intitulé:* Chronologiæ ex antiquis nummis reſtitutæ proluſio de ſtemmatibus Herodiadum. *Mais cet ouvrage a eté etouffé dans ſa naiſſan[ce.] On ſoupçonne que les Jeſuites eux mêmes l'ont fait ſupp[ri]mer. Il ſoutient que tous les Ouvrages attribuez a Jo[ſe]*phe l'Hiſtorien des Juifs *ſont ſuppoſez par quelqu['] Impoſteur.*

(c) J. F. Gronov. in Scriptor. Eccl[eſ.] pag. 5. 6.

*Hæc non ſunt* Hegeſippi, *non etiam* Joſep[hi] *ſed plane hominis, qui* Theodoſium *noverit. N[am] de hujus Patre* Latinus Pacatus: Saxo conſump[tus] bellis navalibus offeretur. Redactum ad pa[lu]des ſuas Scotum loquar: *Ad eadem reſpiciens* [Clau]donius:

> Civin & Aremoricus piratam Saxona tractus,
> Sperabat, cui pelle ſalum ſulcare Brita[n]num,
> Ludus, & adſuto glaucum mare finde[re] lembo.

*Videtur autem* Hegeſippi *adoptaſſe nomen tum ut an[ti]quitatis adderet operi ab incunabulis auctoritatem, tu[m] quod non facile aliud vicinius* Joſephi *vocabulo reperi[a]tur:* Egeſippus *enim, ut ferè ſcribebant,* Ἰώσηπ[πος] Joſippus, *quemadmodum ipſe fratrem & amicum [He]rodis appellat, non multum differunt ſono: & ſi prim[um] originis Græcæ ſit, Hebrea poſteriora. Nam imita[tio] & copia phraſeon melioris ævi non magis incertum fa[cit] hujus, quam eadem* Claudiani, Symmachi, A[u]ſonii, Sulpicii Severi, *& cæterorum, qui florit[i] hujuscemodi dictionem ſuam pingunt, tempora. F[ue]re, qui* B. Ambroſium *illi* Patrem *aſſignarent: in[ter] quos* Ludovicus Vives *ad Auguſtinum de civitate D[ei] lib. XXI. cap. V. Hoc duæ præferunt editiones: hoc N[on] Gloſſarium Scriverianum.* Eraſmo *vix credibile videt[ur],* Scaligero *auctor eſt infimæ vetuſtatis:* Barthius *[in]crepat Monachorum impudentiam, qui Ambroſium i[n]terpretem adfinxerint.*

(d) Cave Hiſtor. litterar. Scripto[r.] Eccleſ. pag. 16. b.

Joſephus *ſive* Joſippus *iſte, qui dum nug[as] ſuas pro genuino* Fl. Joſephi *Opere apud populares ſu[os] venditare voluerit, ſtolide hallucinatus, ſe* Gorio[nis] filium *dixit, Judæus aliqvis, Gallicæ gentis ex ag[ro] Turonenſi fuiſſe, & poſt annum Chriſti ſexcenteſimum ſcripſiſſe videtur* Scaligero, *cui ferè per omnia ſucci[nit]* Voſſius. *&c.*

(e) Heidegg. Hiſt. Patriarch. Exe[rc.] 14. §. 7. pag. 366.

*Quanquam quod* Rabbi David Gans *ex J[o]ſippo & Cabala affert, Græcos diviſiſſe annum in O[cto] menſes, Commentum merum eſt, non* veri Joſeph[i] *ſed* Joſippi *illius* Hebræi.

(f) Idem Ibid. Exerc. 23. th. 4. pa[g.] 674.

*Ubi* pſeudo-Gorionides, *turpis ille & mi[ſer] Simius veri* Joſephi, *pro Galatis intellexit Gallo[s,] quos celandi furti gratia vocavit* Francos.

JOSEPHUS v. *Neri.*

*Qvercetanus.*

(146[8])

(1468.) JOSEPHUS *Schonaugienſis* : HILDEGONDE Religieuſe. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 566.

JOSSEVAL v. *Mothe.*

(1469.) JOSUÆ liber, ab aliis aut ELEAZARO Pontifici, aut SAMUELI, aut ESAIÆ, aut ESDRÆ aſſignatus, ipſi JOSUÆ reſtituitur multis rationibus ab *Huetio* Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. Cap. XIV. pag. 266. 267. (a) ſeqq. vide *Acta Eruditor.* Lipſienſ. 1686. pag. 435. (b) & Anni 1687. p. 369. (c) *Nouvelles de la Republique de lettres* fevrier 1689. pag. 151. (d) le *Journal des ſavans* de l' an. 1688. tom. XVI. pag. (e) INCERTI tamen Auctoris opus pronunciat *Natalis Alexander* in Supplem. *Actor. Lipſienſ.* Tom. I. Sect. x. p. 542. Itemq; *du Pin* Diſſertationis Præliminaris ad Novam ſuam Bibliothecam tom. 1. præfixæ p. 22. (f) & prolixius in notis ad eam pag. 39. 40. idcirco caſtigatus ab *Arnaldo.* vide *Nouvelles de la Republiqve des lettres* de l'annee 1686. pag. 1453. (g) Maximam libri Partem Samueli aliqvam etiam Joſuæ, adſcribit Pierre *Yvon* Tract. II. de l' Impieté convaincue cap. VI. n. 301. 302. 303. Adde *Poli* Synopſin Criticorum p. 827. & incerti auctoris atque temporis librum Joſuæ aſſerentem Natalem *Alexandrum* Selectæ hiſtoriæ ætat. V. diſſ. 16. apud auctores Actor. Erud. Lipſ. Supp. X. T. I. p. 542.

(a) Huetius demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. Cap. *XIV.* pag. 266. 267.

*Nos tamen de utroque diſputabimus, ac primum de Libro, cujus Auctor & ætas à viris doctis vocantur in dubium; aliis ad* Eleazarum *Pontificem, ad* Samuelem *non nullis, quibuſdam ad* Iſaiam, *pluribus eum ad* Eſdram *referentibus.* Auctor *quidem* Synopſeos *quæ* Athanaſio *tribuitur Librum hunc* Joſuæ *abjudicat, Auctorem ipſe non aſſignat.* Theodoretus *excerptum citat ex* Libro juſtorum, *qui laudatus eſt decimo capite Libri Joſuæ.* A Samuele *ſcriptum* Abrabaniel *affirmat, ſpreta congerronum ſuorum Thalmudiſtarum ſententia, quam proxime referemus.* Andreas Maſius *Eſdram, ſive ſolum, ſive virorum doctorum æqualium eorum ſtudiis adjutum, Dei inſtinctu Librum hunc, atque item alios, ex variis Annalibus, qui tum magna cura in Templo aſſervabantur, compilaſſe putat.* Hugo Grotius *elaboratum conjicit* poſt tempora Salomonis; *tum quod aliquoties occurrat illa temporis notatio,* Uſque in præſentem diem; *tum etiam quod capite nono ſupra decimum mentio fiat* terræ Cabul, *quæ ab* Hiramo Salomonis *coævo id nomen accepit, ut habet liber tertius Regum; & quod capite eodem narrentur ea* de Danitis, *quæ Judicum demum tempore contigerunt. Joſua quoque recentiorem putat* Thomas Hobbeſius, *propter frequentem iterationem horumce verborum:* Uſque in præſentem diem; *tempus autem non definit. Ex laudatione* Libri juſtorum, apographum *librum arbitratur* Auctor Syſtematis Præadamitici, *non autographum. Eandem habet cauſſam, & alias pleraſque,* Diſputator Theologico Politicus, *cur in ævum Joſua poſterius libri hujus lucubrationem rejiciat, ita quod ſub finem ſexti capitis* fama Joſuæ per omnem terram vulgata dicatur.

Pag. 467. *Contra vero è Veteribus ac Recentioribus plures, imprimisque Thalmudiſtæ in* Baba Bathra, *primo capite, à Joſua ipſo Scriptum eſſe arbitrantur, his perſuaſi verbis quæ extant in poſtremo Libri capite:* Scripſit quoque Joſue omnia verba hæc in volumine Legis Domini.

(b) Acta Erud. Lipſ. Anno 1686. p. 435.

(Theologi quidam Hollandiæ in Iudiciis ſuis de Rich. Simonis Hiſtoria Critica V. T. Ep. VII.) *profitentur, Librum* Ioſua, *non ab ipſo Joſua, ut ex c. IX. 27. X. 13. coll. 2. Sam. I. 18. XVI. 2. XIX. 27. 29. 47. 48. conſtare poſſit, ſed* poſt Ioſiæ *demum* Regnum *Compilatum videri.*

(c) Eadem Anno 1687. p. 369.

*Aggreditur* (Prior Bollevillanus *in Epiſtola de* inſpiratione librorum ſacrorum) *dehinc* Eliam du Pin, *Doctorem Facultatis Theologicæ Pariſienſis, qui anno ſuperiori Pariſiis apud* Pralardum *gallice in octavo edidit* Novæ Bibliothecæ Auctorum Eccleſiaſticorum *Tomum primum, de auctoribus trium priorum ſeculorum, cum diſſertatione præliminari de auctoribus librorum Biblicorum, ubi* Spinozæ *quoque,* Peyrerii, Hobbeſii *refellere annisus eſt argumenta, quibus* Pentateuchi *Auctorem* Moſen *eſſe negatur; cum ipſemet interea* Du Pin *nec* Ioſuæ *librum a* Ioſua *exaratum autumet.*

(d) Nouv: de la Rep: des Lettres Fevrier 1689. pag. 151.

*Il fait voir enſuite par diverſes raiſons que* Ioſuë *doit etre tenu pour le veritable Autheur de ce Livre, & il repond à tout ce que l' Autheur des Sentimens & les autres ont allegué pour prouver qu' il n' avoit été ecrit que long temps apres la mort de ce St. Conquerant.*

(e) Journal des Scavans Anno 1687. Tom. xVI. p. 23.

*L'accompliſſement de cette promeſſe faite à* Abraham *eſt decrit dans ce livre dont on croit communement que* Ioſue *meſme fut auteur. Il eſt vrai que les deux derniers Chapitres ne peuvent eſtre de lui, puiſqu' il y eſt parlé de ſon extreme vieilleſſe & de ſa mort, & meſme des anciens qui vecurent long-temps après lui. Mais ces circonſtances peuvent avoir eſté ajoutées par des autres qui ont eſté recus de l' Egliſe. Cette Hiſtoire eſt de* dix ſept années *qui ſe ſont écoulées* depuis la mort de Moiſe juſques *à* celle de Ioſué.

(f) Du Pin in Diſſertat. Præliminari ad Novam ſuam Biblioth. p. 22.

„Il n'eſt pas certain, que le Livre de *Joſué,* „ſoit de celui, dont il porte le nom; car com„me remarque l' Auteur de l' *abregé de l' Ecriture,* „attribué à *ſaint Athanaſe*, ce titre n' eſt pas mis à „la tête de ce Livre, pour en deſigner l' Auteur, „mais pour en faire connoitre le ſujet; parce „qu' il traite des guerres, & des choſes qui ſe ſont „paſſées ſous la conduitte de Ioſuë, comme on „appelle les *Livres des Juges, des Rois, de Tobie, de* „*Judith* les ouvrages qui traitent de la vie, & „des actions de ceux dont ils portent le nom. Ain„ſi quoi qu'on croie communément que ce livre „eſt de Ioſué, & que cette opinion ſemble meme

ddd être

„être etablie ſur les paroles du dernier chapitre, „où il eſt dit *que Joſué écrivit toutes ces choſes dans le* „*Livre de la Loi:* il faut toutefois avouër, qu'elle „n'eſt pas certaine; que *Theodoret* & quelques au„tres anciens ne ſont pas de cet avis, & qu'il y „a des raiſons aſſez fortes, qui peuvent faire dou„ter s'il en eſt l'Auteur.

(g) Nouvelles de la Republique des Lettres Decemb. 1686. p. 1453.

*On accuſe d'* abord M. Du Pin *d'avoir refuté les* Spinoſiſtes *par des raiſons qu'il a lui meme refutées ſans y penſer, tantot en etabliſſant des regles pour le diſcernement des Ouvrages ſuppoſez, tantot en reconnoiſſant qu'il n'eſt point certain que le livre de Joſué a été ecrit par Joſué.*

(h) Pierre Yvon l'Impieté Convaincue II. Tr. Defenſe de l'Ecriture pag. 301. 302. 303.

*Pour ce qui eſt du* Livre de Ioſué *il porte avec ſujet ſon nom, parce qu'il rapporte toute ſa conduite & ſon gouvernement juſqu' à ſa mort; & parce qu'il eſt composé, au moins pour la pluſpart, des monumens ſacrez, qu'il avoit ſur la fin de ſa vie luy-même faits & écrits par l'Eſprit de Dieu, touchant les choſes qu'il avoit faites par ſon moyen. Et l'on n'a qu' à lire ce Livre ſans préjuge pour en eſtre convaincu. Pour ce qui regarde ce qui n'a pas eſté écrit par luy-même, il y a ſujet de l' attribuer à* Samuël, *lequel aprés toutes les confuſions qui avoient eſté ſous les Juges, s' appliqua à reformer & à inſtruire le peuple d' Iſraël, faiſant fleurir la connoiſſance & le culte du Seigneur durant ſon gouvernement. Cela ſe confirme par les paroles du V. 10 du Chapitre 16. de Ioſué, où eſtant parlé d' Ephraim & de Manaſſé, il y eſt dit, qu'ils ne chaſſerent point le Cananéen habitant en Guézer, mais il a habité en la montagne d' Ephraim juſqu' aujourd' huy, luy eſtant tributaire.*

Pag. 303. *Pour ce qui eſt des Livres qui portent le nom de* Samuël, *on n' a jamais prétendu qu'ils l' ayent eu pour cela entiérement pour auteur: Mais ils ſont déſignez de ſon nom, parce que ſa Conduite & ſon gouvernement eſt décrit dans le prémier, & que ſes Memoires y ſont auſſi manifeſtement entrez, ainſi qu'on le peut penſer de celuy de* Ioſué: *de ſorte que l' un & l' autre peuvent eſtre bien regardez comme les auteurs d' une partie de ces Livres qui portent leur nom.*

---

(1470.) IOSUAPHUS Chriſtodulus, vocari voluit *Ioannes* CANTACUZENUS, ex Imperatore Conſtantinopolitano Anno 1360. libera ſua voluntate Monachus factus, ſub eoque nomine ſcripſit *Hiſtoriam* luculentam *de Imperio Andronici Iunioris, & ſuo.* Poſtea prodiere ſub ipſius nomine aliquoties, & tandem Pariſiis ex Typographia Regia 1645. in folio, cum *Iacobi Pontani* Interpretatione, & notis *Iacobi Gretſeri* Ieſuitæ, ſub nomine Ἰωάννȣ τȣ̃ Καντακȣζηνȣ̃ ἀποβασιλέως, ubi vide vitam ejus præfixam, & *Voſſ.* de Hiſtor. Gr. l. 2. c. 29. p. 310. & addendis p. 544. *Zeiler.* de Hiſtoricis. part. 1. p. 24. & part. 3. p. 48. adde *Geſner.* p. 252 & 253. edit. Simler. ubi alia ſcripta quoque illius enumerat, in quibus illa contra Mahometem Alcorano juncta, lectu ſunt omnino digniſſima.

Conſule etiam *Hanckium* de Scriptoribus Byzantinis Part. I. cap. XXXVI. §. XLI. Joannem Cantacuzenum ſub Chriſtodulo latere ex ipſius ſcripti aliquot locis probantem p. 622. (a) *Bibliothecam* item *Curioſam* 8. F. 3. *Bibliothecam Politicam* Contractam §. 29. (b) *Miræum* Biblioth. Eccleſ. pag. 259. (c) Ger. Jo. *Voſſ.* Artis Hiſtoricæ pag. m. 72. cap. XII.

(a) Hanckius de Scriptoribus Byzantinis Part. I. Cap. XXXVI. §. XLI. p. 622.

*XLI Id, cum non ſuo, ſed alieno* Chriſtoduli *nomine ſcripſerit, Imperatorem* Johannem Cantacuzenum *autorem habere, ne dubites, locis aliquot demonſtrabimus, in quibus ille ſuam perſonam evidenter prodit. De bello, cui* Joannes Cantacuzenus & Joannes Palæologus Imperatores *totum quinquennium impenderunt, lib. III, cap. 1:* Cæteri omnes, *inquit*, ſi qui hujus belli hiſtoriam compoſuerunt, „aut neutiquam interfuerunt; quæque ſibi multitudo popularis ſive alii quidam jactarunt, perſecuti ſunt, nihilque rerum geſtarum liquido „compertum habentes qualia auribus acceperant, talia, nullo ad veritatem reſpectu, poſteris tradiderunt: aut ſi etiam ſub utrovis Imperatorum militarunt, non utique conſiliorum „participes, neque arcanorum conſcii fuerunt. „Deinde nec omnibus coram adfuerunt, cum „continenter & diu, nempe totum quinquennium arma duraverint. Mihi vero ejusmodi „culpam aliquam nemo objecerit. Nam iis, qui „ea fecerunt, ego præſens, alia per meipſum „novi, alia ex ore ipſorum, à quibus acta ſunt, „ad unguem didici.

(b) Bibliothec. Polit. Contracta §. 29.

*Quibus à poſteriori ævo addi debent Lipſio laudati* Nicetas Chroniates & Nicephorus Gregoras, *itemque* Cantacuzenus, *qui res à ſe geſtas ſub nomine* Chriſtoduli *edidit (modeſtiæ cauſa nomen ſuum non inſcripſit) ac* Theophylactus, Simocattus *uterque, expoſitione & argumento utilis Prudentiæ Civilis ſtudioſi.*

(c) Miræus Biblioth. Scriptor. Eccleſ. pag. 259.

Joannes Cantacuzenus *ex Imperatore monachus anno milleſimo trecenteſimo ſexageſimo factus, & pro* Johanne Joſuaphus *dictus, ſub nomine* Chriſtoduli *libris quatuor condidit* hiſtoriam de Imperio Adronici Palæologi Junioris, & ſuo. *Hos libros* Jac. Pontanus *S. I. è Græco in Latinum vertit;*--

---

(1471.) JOVINIANUS Lexicon à CHALCIDIO compoſitum ſibi vendicavit. Vide *Geſneri* Bibliothecam Univerſalem fol. 164. (a)

(a) Geſnerus Bibliothecæ Univerſ. fol. 164.

Chalcidius *Græcorum non erat ignarus, nec imperitus Grammaticus, attamen infans & absq; genio, dictionibus inprimis invigilabat, Lexiconque condiderat quod obitu ipſius ſuperveniente* Iovinianus *ejus diſcipulus ſibi vendicavit.* Raphaël Volaterranus.

(1472.) IRENÆUS. *Cælius Secundus* CURIO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pagina 566. Adde *Colomeſ.* Melanges Hiſtoriques pag. 52.

(1473.) IRENÆUS, *Paulus: Pierre* NICOLE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 566. Adde *Maſtrichtiana ſequentia:*

Irenæus, Paulus.

*Perſonatus*, *ſcripſit* Cauſam Janſenianam. *Eſt* Antonius ARNALDUS: Antoine Arnaud, *Doctor Sorbonicus. vid. auctorem* de l' Eſprit de Mons. Arnaud. *part* 1. *pag.* 312. *jungatim pag.* 332. *M.* Arnaud, caché ſous Paul Irenée *& pag.* 333. *fin. iterum & paſſim ubi ejus ingenium monſtrat, & refellit.*

(1474.) IRENÆI Philalethæ *Commentarius rerum ſui temporis in Scotia geſtarum*, Dantiſci 1641. in 8. prodiit. Sub hac perſona latere Ludovicum MOLINÆUM, *Jacobi Revii* in exam. Epiſc. Ved. pag. 14. teſtimonio probat *Scavenius* n. 77.

Idem ex Iacobi *Revii* Examine Epiſcopatus Vedeliani me docet poſt *Scavenium* D. *Thürmannus* in transmiſſa ſua Symbola. Addit ex *Dallæo Symbola Tenzeliana*, ab eodem Molinæo (II) Irenæi *Philethæ* nomine præterea *Epiſtolam de Motibus Angliæ ad Renatum Deſidæum* i. e. Andream *Rivetum*. Verum prodiiſſe duo hæc ſcripta, (& Commentarium, & Apologiam ad *Rivetum*) (Irenæi) non Philalethæ, ſed PHILADELPHI nomine fidem facit Martinus *Kempius* Bibliotheca Anglorum Theolog. p. 527. (a) adde pag 373. 374. Idem ex *Grotio* docet *Symbola Flensburgo Molleriana*; (b) *Ludovico* (MOLINÆO) *Petrum* filium adjutorem conſtituens. Commentarium hunc Philalethæ etiam *Georgio* HORNIO tribui à Samuele *Andreæ* Diſquiſitionis Theolog. de limit. obſeq. hum. ad Act. V. 29. p. 24. qui ſibi ibidem addat varia hoc perſvadere, indicat *Symbola Diecmanniana*. Epiſtolam de Myſterio Iniquitatis in Anglia *en Hating.* Biblioth. 447. *Margo* habet *Normannianus*. Baillet pag. 585. Catalogi des Aut. deguiſez pro *Hornio* eſt, & *Eirenæum* nominat. Alium ejus nominis Chemicum non ignobilem laudat *Borrichius* Conſpectus Chemicor. Illuſtr. §. 74.

(a) Martinus Kempius Biblioth. Anglorum Theolog. 527.

*Præprimis videri merentur* Ludovici Molinæi (*ſub nomine* Irenæi Philadelphi) Commentarius rerum nuper in Scotia geſtarum, *&* Apologia de motibus ibidem obortis circa Religionem, *qui excutitur Libellus* Ioſephi Halli, *qui aſſerit* Epiſcopatum eſſe juris divini.

(b) Symbola Flensburgo Molleriana.

*IRENÆI PHILADELPHI* de Motibus politicis in Anglia *Liber*, *editus primum in Anglia, deinde Genevæ*, Guilli. Laudi *Archiepiſcopi in carcerem conjecti jugulum petit. Sunt autem ejus Scriptores* Molinæus Pater & Filius, Petrus & Ludovicus, *nam hic Hiſtorias Anglicanas intexuit.* Renatus Verdaſus, *cui dedicatus eſt is labor*, Andr. Rivetus. *Hæc ex* Grotii *Epiſtola ad G. J. Voſſium Ao.* 1641. *ſcripta* (*num.* 564. *pag.* 812.) *deprompſi. Conferes ea cum Tuis p.* 214. *ubi ex* Scavenio *ſolum Ludovicum Autorem eſſe*, *&* Irenæi Philalethæ *nomine latere voluiſſe tradis.*

(1475.) IRENÆUS PHILALETHIUS Tractatuum, qui ſub hoc nomine belgica lingua prodierunt, Verum Auctorem, *Evaldum* TEELINGIUM conſtituit Gisbertus *Voëtius* Biblioth. Studioſi Theologiæ lib. I. cap. XVII. pag. 198. & 211. (a) adde ejus *Aſceticor.* ſeu Exercitior. Pietatis Cap. III. p. 60. (b) Utrobique ſcriptorum horum Pſeudonymorum egregia Encomia occurrunt. Addit *Symbola Normanniana* hæc: *Irenæi Philalethii* Bedenckingen op den Staat des Geschils over de *Carthesianiſche Philoſophie* Tot Roterdam 1656. 4to De *verſtrickte Aſtronomus* Iacobus du Boys *tot antwort op den Gebolden Aſtronomus.* Lugd. 1656. 4. eſt Ioh. *de Ray*, indice mihi coram Kilonii D. *Samuele Reyher* Iuris U. D. P. P. Kilonienſi At *annotatio marginalis Diecmanniana* h. l. ſubjicit iſta. Monet *Voet.* Bibliothec. ſtud. Theolog. l. 1. p. 198. quem eximium, addit, & pium politicum, in ſcripturis, ſi quisquam, potentisſimum inprimis ſtudioſis noſtris commendo. Conf. ejusd. *Aſcetica* p. 363. 364. & Diſput. ſelect. Tom. III. p. 72. 73. Adde ſerius allata *Maſtrichtiana* (c) à n. 1. ad 8.

(a) Voetius Biblioth. ſtudioſi Theologiæ Lib. 1. Cap. XVII. p. 198. & 211.

*Ex Belgis,* Udemanni, *Willhelmi* Teellingii *cum fratre* Evaldo Teellingio *autore tractatuum ſub nomine* Irenæi Philalethii *editorum: quem eximium, & pium Politicum, in Scripturis, ſi quisquam, potentiſſimum, imprimis ſtudioſis noſtris commendo.* Pag. 211. *Concionum ampliſſimam ſegetem hic ſuppeditabunt tractatus omnes ſub nomine* Irenæi Philaletii, ---

(b) Gisb. Voët. Aſceticor. ſeu Exercitior. pietatis c. III. p. 60.

*Singulari dexteritate hanc artem ex ipſis mundanis & politicis eventis, ſpirituales & ſcripturarias meditationes extrahendi exercuit, & multos Theologos docere potuit vir omni invidia major, qui ſub nomine* Irenæi Philalethi *quam plurima opuſcula lingua noſtrate* (Belgica) *evulgavit.*

(c) Symbola Maſtrichtiana à num. 1. ad 8.

1.

Irenæus Philaletius.

*Sub hoc nomine* Eivaldus Teeling *edidit præter Antertbres Belgice,* Sulamith, *ofte* Baniere des Vredes, *opgeworpen om Japhet te locken dat hy weder koome woonen in de Hutten Sems; dat is om d' afgeweekene Remonſtranten weer te brengen tot de gemeenſchap van de gereformeerde Kerk. Amſterd.* 1621.

2.

*Sub eodem nomine.* Een Henkende *Bode. Brengende quade tyding uyt Boëmen, met een geeſtelyk hertſterking daer tegen. Amſterd. 1624.* 4.

3.

*Sub eodem nomine.* Vier & Wolken colomne *lichtende Nacht & Dach om het Iſrael Gods by eenige algemeene Regels nae eengeſette ordre ende Maete &c.*

4.

*Perſonatus, eſt idem* Evvaldus Teeling. *Scripſit Belgice* Andere Klachte der Kerke *aen eenige voornemelyke Machten en overheden des Lands. Over den Grouwel tot Alkmaer uytgebront ende andere verwerringe van de kerkelyke Vreede. 2. druck. Amſtel. 1617.* 4.

5.

*Sub eodem nomine*, derde Klachte *tweeden druck 4. 1618.*

6.

*Sub eodem nomine:* Vierde Klachte *Amſt. 1622.* 4.

7.

*Sub eodem nomine.* Klachte van de beeſte, ofte blykelyke teekenen des antichriſt. *Die van de voorbyloopende man lichtelyk konnen geſien worden. Amſterd. 1619.* 4.

8.

Irenæus Philalethius.

*En onder anderen* Irenæus Philalethius, *dat is dien Wyſen en ſeer Godſaligen Heer Meeſter* (*JCtus*) Evvout (*vel* Evvald) Teeling *in zyn leeven ontfanger general van Zeland, deeſen ſpreek in ſynen Philometor aldus &c.* Simon Oomius *in ſyn diſſert. de praxi Theol. p. 314. a. & 386.*

(1476) IRENÆI SED ALETHOPHILI *Duæ conſiderationes, vocum terminorum & phraſium quæ in doctrina* TRINITATIS *à Theologis uſurpantur & qua ratione lis circa doctrinam de Trinitate mitigari poſſit ac debeat. A veritatis & pacis ſtudioſis conſcriptæ.* Dat me Solima per IRENÆUM SED ALETHOPHILUM anno J. Chriſti 1684. in 8. Lutherano cuidam Miniſtro Brandeburgico & *Joanni* PREUSSIO Sociniano tribuunt *Nouvelles de la Republique des Lettres* 1684. menſ. Sept. p. 206. (a) *Sandius* in Bibl. Antitrin. p. 163. ſub nomine Joh. *Preuſſii* nihil tale recenſet. Miniſtrum Lutheranum Preuſſio Adjutorem jungit Bailletus in Indiculo des Auteurs deguiſez p. 599.

(a) Nouvelles de la Republique des Lettres 1684. menſ. Sept. p. 206. a.

La premiere, *de ces deux conſiderations avoit eté deja imprimée. On l'attribue* a un Miniſtre Lutherien *du Pais de Brandenbourg. Elle eſt fort courte & contient quelques avis ſur l'uſage des termes* d'hypoſtaſe, d'eſſence *&c. Tout ce qu'on y dit eſt appuyé de pluſieurs paſſages des Docteurs Anciens & Modernes. La* Seconde *Conſideration eſt une eſpece de* Commentaire ſur la premiere. *On la donne a Un certain* Joannes Preuſſius *Miniſtre des Sociniens refugiés en Pruſſe, depuis qu'on les a chaſſes de la Pologne. Il n'eſt pas neceſſaire d'en dire davantage.*

IRENÆUS v. *Eubulus.*

- - - *Philalethes.*

(1477) *Theodoſius* IRENÆUS. Ejus nomine extat *Syllabus aliquot Synodorum & Colloquiorum, quæ auctoritate & mandato Cæſarum & Regum, ſuper negotio Religionis, ad Controverſias conciliandas indicta ſunt. Doctorum item aliquot ac piorum virorum utriusq; religionis, tam Catholicæ Romanæ, quam Proteſtantium; libri & epiſtolæ, vel ex iis excerpta;* ex quibus videri poteſt, quam non ſit difficilis controverſiarum in religione conciliatio, ſi pugnandi vincendique animus abſit, veritatis vero ſtudium cum pacis ſtudio conjungatur. in 4. Aureliæ. A *M DC XXVIII.* liber 4. plagularum, cum præfatione unius folii, cui ſubſcriptum nomen THEODOSIUS IRENÆUS. Tituli paginæ adverſæ Gallica hæc inſcripta.

*Le chemin de la paix eſt de Dieu, & la violen celeſt du Diable. Les voeus & le travail de quelques grands Princes, & de pluſieurs hommes ſçavans, tant Catholiques que Proteſtans, pour la paix de l'Egliſe, & la reunion des Chreſtiens. Les preuues de la facilité d'un accord ſuiuent en bref c Catalogue.*

Quæ probationes tamen in meo exemplari non comparent. Omnia vero a majorem diſſimulationem auctoris & loc ſunt comparata, qui revera eſt Argentoratum; uti conſtat ex viſo mihi exemplari, cu manu propria hæc *auctor* adſcripſerat, Clariſſ. Viro, Dav. CLERICO mitto, cum officioſa ſalute, *Matthias* BERNEGGERUS, Argentorato. Ipſe liber nil eſt, niſi indiculus, Titulos impreſſorum ſcriptorum, ad Irenicum Theologorum conciliandorum ſtudium aliquid facientium. *Franciſco* HOTTOMANNO tribui librum hunc *Grotio* Epiſtola ad Joach. Camerar. 27. Iulii 1628 notat *Symbola Normanniana.*

(1478) ERASMUS IRENICUS. Ejus nomine extat BIBLIOTHECA GALLO-SUECICA, ſive *Syllabus Operum ſelectorum, quibus Gallorum Suecorumq; hac tempeſtate, belli proferendi, paci evertendæ Studia publico exhibentur.* Acceſſit *Prologus: ad Concordiam Germanicam adhortatio.* Utopiæ apud Udonem Neminem, Vico ubique, ad inſigne Veritatis, hoc anno, *in 4. paginis 53. capitibus titulos exhibens fictitios librorum Satyricam* in Gallos invectivam multam continentes, ante pacem Monaſterienſem, poſt tractatus præliminares Hamburgenſes infructuoſos A 1641 compoſitos. De auctore ſcripti Fr. *Graverolius*, & ex eo *Iournal des Sçavans* 1685. d. 19. Martii p.m. 16 (a) refert, quod ſit Iſaacus WOLMAR, quodque ad Areſtum Parlamenti typographus ad flagellum fuit condemnatus. Ieſuitas tamen Mo guntinos, aut alium aliquem ex hoc ordine incuſat

cuſat *Deckherr.* de Scriptis Adeſpotis p. 135. 136. Vide in *Anonymis* num. 1048. Iſaacum *Volmar* nominat etiam *Bailletus*, Deguiſemens des Auteurs p. 310. & in Catalogo p. 567.

(a) Iournal des Sçavans 1685. d. 19. Martii. p. 163.

*En parlant de la punition des Uſuriers & de ceux qui font des libelles diffamatoires, il découvre ſur ce dernier point que l'Auteur du livre de* Bibliotheca Gallo-Suecica *eſtoit* Iſaac Wolmar, *& que celuy qui l'imprima fut condamné au foüet par arreſt du Parlement de Paris.*

(1479) IRENICUS *Franciſcus: Philippus André* OLDENBURGER. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 567. Prodiit autem ſub perſonato hoc nomine 1670. in 4to Collegium Iuris Publici Imperii Romano-Germanici in Burgholdenſis diſcurſus ad Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Sueticum conſcriptus, tribus Partibus diſtinctum, quarum prima continet paginas 296. Secunda 80. Tertia 223. adjectus in fine index foliorum *X*. Accedunt præterea (1) Mantiſſa paginarum 152. & (2) Indiculus Iudiciorum de Burgholdenſis ſcripto paginis conſtans 160. vide ſupra Burgholdenſis.

IRENICUS v. *Philemerus*.

(1480) IRRESOLUTI Academici nomine, collectore Ioanne *Franciſco Polello*, edidit *Carolus* PAPINUS, Ieſuita Italus, *Flores ſacræ Poeſeos*, Romæ 1625. in 12. prouti notat *Alegambe* p. 69.

Et *Sotwel* Biblioth. Scriptorum Societatis Ieſu p. 132. a. adde *Wittenium* Diario Biograph. an. 1648. ad d. 18. Julii, ubi præter hoc ſcriptum ſub hac Acad. *Irreſoluti* Perſona edita memorantur.

(II) *Famiani Stradæ de* Bello *Belgico* Decadem I. Romæ apud Hermannum Scheus 1636. in 4. Item

*Hieremiæ Drexelii* Conſiderationes de *Æternitate*. Romæ 1639.

*Pietatem Victricem*, & *Impietatem domitam* à *Carolo Magno*. Ibidem 1647. in 12. ex Gallico nostri Nicolai Cauſſini.

(1481) *Ottavio* d'ISA. Quæ ſub hoc nomine proſtant Comœdiæ: *La Fortunia*, aliæque fratri ejus *Franciſco* d'ISA adſcribuntur à *Toppio* in Biblioth. Neapolitana p. 230. 231. (a)

(a) Toppius Biblioth. Neapolitana p. 230. 231.

*Ottavio D'ISA, Capuano, hà dato alla luce con multa ſua Fama:*

La Flaminia Comedia. *In Neapoli per Camillo Caſtallo 1646. in 12.*

*E tre altre, cioé.*

La Fortunia *in Nap. appreſſo Maccarano 1628.*

La Gineura *in Viterbo appreſſo il Diſcepolo, 1630. in 12.*

Mal Maritata, *appreſſo Vitale 1616.*

Alvida *in Viterbo 1621.*

*E dicono eſſer fatiche di* Franceſco d'Iſa *Sacerdote ſuo fratello, morto in Roma, nell' Epitafio del quale, ſe mal non mi ricordo, ſi fa mentione di tutto queſto.*

(1482) *Iohannis* ISAACI, Proſelyti nomine quæ extat *Grammatica Hebræa*, Antvverp. 1564. in 4to, ab *Andrea* GENNEPIO elaborata, & *Iſaaco dictata* à Deſſel. Biblioth. Belg. 49. Indicante *Symbola Normanniana*, quæ addit tamen illud parum veriſimile videri. Unde nec mirum a *Thomaſio* nil ea de re memorari.

ISAACIUS v. *Heſychius*.

ISAACUS v. *Caſaubonus*.

ISAACUS v. *Chabanæus*.

ISICHIUS / ISICIUS v. *Heſychius*.

(1483) ISIDORUS *Fidelis*. Sub eo nomine *Mancipium ſuave & ſibi ſufficiens* delineatum à *Joanne* FRIDERICO, Marchione Brandenburgenſi, tradit *Witten.* Diarii Biograph. Part. II. ad ann. 1686.

(1484) ISIDORO Hiſpalenſi, quam male tribuatur *de Eccleſiaſticis dogmatibus* liber v. *ſupra* in *Auguſtini* ſcriptis Pſeudonymis. *De*

(II.) *Commentariis* verò eidem *in libros 4. Regum* malè tributis, & ad alium neſcio quem, ISIDORUM pertinentibus vide *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. pag. 146. (a)

CORDUBENSEM nominat *Cave* Hiſtor. literar. Script. Eccleſiaſt. pag. 221. 222. (b) & 306.

(III) *Chronicon* qvod an in Origines relatum an vero ex Originibus Chronicon hoc excerptum ſit, dubitat *Voſſius* de Hiſtoricis latinis lib. II. cap. XXV. Maximopere interpolatum & auctum à LUCA, EPISCOPO TUDENSI memorat *Miræus* Hiſtor. Eccleſ. pag. 259. (c) & Sagittarius Introd. ad Hiſtor. Eccleſiaſt. pag. 44. 45. (d) adde *Olear.* Abac. Patrolog. pag. 276. *Mehlfürerum* Coron. pag. 204. *Maſtricht.* Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 234. &.

(IV) *Norma Vivendi*, eſt CENTO ex libris *Soliloqviorum*, & de *Contemtu mundi* conſutus, docente *Caveo* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 306.

(V.) *Sententiarum* ſive de *Summo Bono libri tres*, excerpti ſunt fere ex GREGORII *Papæ* Moralibus; *vide* Cave loc. cit. qvod & agnoſcit *du Pin* Nouvelle Bibliotheqve Tom. VI. pag. (e) qvi nihilominus librum hunc valde commendat.

VI. *De Conflictu Vitiorum & Virtutum* liber & ISIDORO, & AUGUSTINO, & AMBROSIO, & LEONI falſò adſcriptus, ſupra in *Auguſtino Ambroſio* AUTPERTO aſſertus eſt.

(VII.) *Epiſtola ad Maſſanum de Lapſu & Reparatione*

*ratione Sacerdotis* ſuppoſita ISIDORO HIPALENSI, MERCATORI potius adſcribenda videtur *du Pinio*, *Nouvelle Bibliotheqve* des Auteurs Eccleſiaſtiqves tom. VI. pag. 4. (f) adde *Act. Eruditor. Lipſienſ.* Supplem. tom. II. ſect. x. p. 475. (g) & Maſtricht de Suſceptoribus pag. 23.

(VIII.) *Epiſtolarum Pontificalium* longe plurimarum *a Clemente ad Siricium* usq; collector genuinarum non modo ſed ſuppoſititiarum ipſarum etiam Epiſtolarum, Auctor primo cum admonitione quidem, at ſtatim cum ſuſpicione corruptelæ docet auctor Hiſtoriæ OPerum eruditorum Gallus *Hiſtoire des Ouvrages des Scavans* 1688. Decembris pag. 359. 360. (aa) At mox *Impoſturæ convictus nequiſſimæ* a Davide *Blondello* notiſſimo libro docto æque ac magno, cui titulus: *Pſeudo Iſidorus & Turrianus* vapulantes, ſeu *editio & Cenſura nova Epiſtolarum omnium*, *quas piiſſimis Urbis Romæ* Præſulibus â B. *Clemente ad Siricium &c. nefando auſu infelici eventu*, ISIDORUS cognomento MERCATOR ſuppoſuit *Franciſcus Turrianus* Ieſuita adverſus Magdeburgenſium ἐλέγχους, aculeato ſtylo defendere conatus eſt. Recenſuit, notis illuſtravit, bono Eccleſiæ dicavit David *Blondellus* Catalaunenſis, Genevæ, ex Typographia Petri Chovet M. DC.XXVIII. in quarto, paginis 680. & prolegomenis paginar. 119. de quibus adde duplicia excerpta *Varenii* (bb) ſummam rei breviter exhibentia & ulterius poſt Blondellum defendentia. Contra omnes attamen illas accuſationes videatur nuperus defenſor Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Ioſeph *Saenz de Aguirre*, Collectionis maximæ Conciliorum aliquot Tomis Romæ in folio editæ Apparatus parte prima, ubi novem diſſertationibus integris Iſidoriana hæc collatio illuſtratur prima vero inprimis ut genuina nec ſuppoſititia, nedum Mercatoris Iſidori, qui nullus fuerit unquam, defenditur, uti videre eſt in *excerptis ex Actis Eruditorum Lipſienſibus* 1696. Martii p. 121. & ſeqq. Qvibus adde *Symbolam Maſtrichtianam* (d)

(a) Raynaudus de malis & bonis libris pag. 146.

Iſidoro Hiſpalenſi *Epiſcopo*, *paſſim Supponuntur* commentarii in quatuor libros Regum, *quos vera Sententia eſt, conſcriptos eſſe ab* Iſidoro illo Seniore, *item in Hiſpania Epiſcopo*, *ſive* Cordubenſi, *ſive* Pacenſi, *nec deſunt etiam qui* Cæſarauguſtanum *ſtatuant.*

(b) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 221.

Iſidorus, *gente* (*ut veriſimile eſt*) *Hiſpanus*, *Epiſcopus Cordubenſis*, *claruiſſe videtur anno 420. Obiiſſe dicitur anno 430. Scripſiſſe illum* Allegoriarum *ſive Commentariorum in omnes* libros Regum *libros IV. &* Paulo Oroſio Tarraconenſi *dedicaſſe præter* Sigebertum Gemblacenſem, & Trithemium *affirmat* Pſeudo-Dexter *in Chronico ad ann. CCCCXXIII. Extant quidem* Allegoriæ *inter* Iſidori Hiſpalenſis *opera*, *quas noſtri eſſe probabile eſt*, *eo quod ad* Oroſiani, *iſtius σύγχρονον*, *ſcriptæ ſint. Certe hujusmodi Commentarii Allegorici neque a* Bralione, *neque ab* Ildefonſo *inter Iſidori Hiſpalenſis Opera recenſentur.* Lucam *etiam Commentariis explicaſſe Iſidorum prodit Pſeudo-Dexter non uno in loco. Fuſe agit de ſingulis Iſidoris, Hiſpanicis Scriptoribus*, Fr. Bivarius, *notis ad Dextri Chronicon. Anno CCCXXIII.*

(c) Miræus Bibl. Eccl. p. 258.

Lucas Tudenſis *in Hiſpania Epiſcopus — Gregorio IX. Pontifice ſedente* Iſidori Hiſpalenſis Chronicon *locupletavit ac produxit ad ſuam ætatem, ſtilo magis gravi quam nitido. Id opus a pleriſq;* Iſidori *nomine per errorem citatur, cum ſit ejus minima ex parte, multaq; ſint addita & commutata, vix ut antiqua dignoſci poſſint, niſi cum Germano Iſidori Chronico conferantur. Idem* Lucas — *his verbis :* Nos vero ad Libros Chronicorum, a Doctore Hiſpaniarum Iſidoro editos, manum mittimus; ſecundo libro — proſequendo, præcepto glorioſiſſimæ Hiſpaniarum Reginæ — Ipſa enim mihi Lucæ indigno diacono, ut hoc perficerem, imperavit.

(d) Sagittarius Introd. ad Hiſtor. Eccl. p. 44. 45.

§. III. *Ex ſeculo VII.* Iſidorus *ex ſtirpe Gothica Hiſpalenſis Epiſcopus*, Severiano *Carthaginenſis urbis præfecto, natus, frater* Leandri, *ante ipſum Hiſpalenſis*, *& Fulgentii Carthaginenſis Epiſcoporum*, *cujus habemus* chronicon ab mundi Primordiis *incipiens annoque Chriſti* Iↄ CXXVI. *in Svinthiliano Gothorum in Hiſpania Rege deſinens. An hoc Chronicon e quinto libro Originum ſit decerptum; an potius liber ille ex Chronicis in Origines ſit relatus, diſquirit* Voſſius *de Hiſtoricis Latinis lib. II. cap. XXV. Emendavit* Iſidorianum Chronicon, *ac Scholiis illuſtravit* Garſias de Loaiſa- *Canonicus Toletanus.* Continuavit *illud ad annum* cIↄCCLXXV. *multis tamen additis*, *nec paucis immutatis*, Lucas *Epiſcopus* Tudenſis. *Primus illud divulgavit* Andreas Schottus, *Tomo. IV. Hiſpaniæ illuſtratæ.*

(e) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques. Tom. VI. p. 4.

Mais le plus conſiderable des Ouvrages de Morale de ſaint *Iſidore*, eſt ſon *Recueil des ſentences*, *tirées de Saint Gregoire*, diviſé en trois livres. Le Prémier contient des penſées Chretiennes, ſur la doctrine du *Symbole*; le ſecond, ſur les vertus; le troiſiéme, touchant les *tentations* & les *remedes*, par leſquels on peut ſe guerir & ſe ſanctifier.

(f) Ibidem p. 4. Nous avons peu de lettres *d'Iſidore*; la premiere & la ſeconde ne contiennent rien de remarquable; la troiſiéme à *Hellade* eſt touchant la Diſcipline. Il y montre qu' il faut dépoſer un Prêtre tombé dans le peché de la chair, & le mettre en penitence, ſans qu'il puiſſe eſperer d'être rétabli. Il enſeigne la même doctrine dans *ſon livre des Offices*, ce qui fait voir la fauſſeté d'une autre lettre qu' on lui attribue adreſſée à *Maſſaniès* dont l' Autheur veut expliquer le Canon du Concile d' Ancyre, touchant la depoſition des Clercs tombez dans le peché de la chair, & prouver qu' il ne doit s' entendre que de ceux qui ne font pas penitence, pretendant que ceux qui la font, doivent être retablis. Cette doctrine eſt tellement con

ontraire à celle d' *Iſidore*, que l'on ne peut pas ouler que cette lettre ne ſoit la fiction de quelque impoſteur, & peut-être du fameux *Iſidore* rcator.

„Je porte le même jugement de la quatrième lettre adreſſée à *Claude*, où la queſtion de la *roceſſion* du *Saint Eſprit* eſt agitée *contre les Grecs*; e la cinquiéme adreſſée à *Redemptus*, où l'on agi la queſtion du *pain azyme* & du *pain levé*, contre s mêmes; & de la derniere à *Eugene de Tolede*, r l' *autorité du Pape*. Il eſt viſible que ces letes ont été faites dans le temps de la querelle es Grecs & des Latins, qui n'étoit pas encore mûë du vivant d' *Iſidore de Seville*.

(g) Actor. Eruditor. Supplementor. II. Sect. X. p. 475.

*Ejus* Chronicon *contra* Harduini *objectiones in f. tomi V. ab Autore noſtro vindicatum fuit. Aſt abicat ei, quæ ad* Maſſanum *de* lapſu & reparatione erdotis *ſub ejus nomine circumfertur, epiſtolam; in ea, contra quam in Epiſtola ad* Helladium *& o II* Officiorum *docuerat, poſt pœnitentiam ad ium ſuum iterum admitti jubeat clericum fornicatio crimine pollutum. Idem Judicium fert de Epiſtola s quarta ad* Claudium, *in qua de Spiritu S. contra ecos agitatur quæſtio: ut & de quinta ad* Redemum, *de qua* Labbeum *jam dubitaſſe videmus, ac ima ad* Eugenium Toletanum, *in qua de Papa nani autoritate agitur. Illas enim Epiſtolas omnes, controverſias inter Græcos & Latinos notas, adeoque* ſt tempora Iſidori *ſcriptas eſſe, manifeſtum ſtimat.*

(aa) Hiſtoire des Ouvrages des Scans Decemb. 1688. p. 359. & 360.

*Iſidore de Seville* étoit un celebre Evêque d' ſpagne dans le 7. Siecle. Quelques-uns le ont paſſer pour un Orateur, eloquent & feond; & d'autres ne luy donnent qu'une cerine éloquence qui n'avoit point eſté cultivée ar le travail, & diſent qu'il étoit plus Philoſohe par ſa conduite auſtere, que par la ſcience. e qui embarraſſe les ſcavans eſt de ſcavoir, s'il ſt l' Auteur de la Collection des Epitres des Paes, &c. qui parut dans le 8. ſiecle ſous le nom ' *Iſidore*. La qualité de *Mercator* jointe dans ette Collection au nom d'Iſidore, ſemble le iſtinguer de l' *Archevêque de Seville*. Cependant ette marque de diſtinction eſt ambigüe, parce ue l'on pretend qu'il faut lire *Peccator*, titre ue les Evêques ſe donnoient autrefois par une umilité feinte, ou veritable. Des que la Cor de Rome eut decouvert ce treſor, que l'on ttribua d'abord à Iſidore de Seville, pour doner plus de credit à cette Collection, le Pape Nicolas I. l'appuya de ſon autorité apoſtolique, en voulut faire la regle du gouvernement de Egliſe. Mais comme les ſources où ce preendu Iſidore avoit puiſé toutes les pieces de ſa Collection ne ſe trouvent point, on les examia de fort près, & *Baronius* luy-même ne l' a oint approuvée. Les Critiques y ont trouvé nille preuves de ſuppoſition, pour le moins uſqu'au Pape *Sirice*; & *Blondel* l'un des plus doſtes a remarqué, que celuy qui les avoit fabriquées, y avoit placé, avec un artifice trop groſſier, tout ce qui favoriſoit les erreurs dominantes, & ſur tout le Siege Papal.„

(bb) Varenii Rationar. Theolog. de Script. Eccleſiaſtic. Secul. 1. Claſſ. IV. Epiſt. Pontifical. p. 161. 162. §. 1. 2. 3.

*Extant ſub* Iſidori *vetuſtioris Autoris, velut Collectoris, nomine* Epiſtolæ Pontificales *longe plurimæ, quas piiſſimorum olim Urbis Romæ Præſulum, & magno numero Epiſcoporum Martyrum, à Clemente ad Siricium usq;, nomine edidit Collector* Iſidorus, *adverſus Elenchos autem noſtrorum*, Centuriatorum *inprimis* Magdeburgenſium, *aculeato ſtylo 5. libris defendere, omnesq; illas genuinas illorum, quorum præ ſe ferunt nomen Pontificum, Epiſtolas probare conatus eſt Fr.* Turrianus, *quo tamen mitius de illis Epiſtolis ſenſit* Bellarminus, *ipſum autem Iſidorum confutavit ex profeſſo David* Blondellus *in libro inſigni, ſub titulo* Pſeudo-Iſidori & Turriani Vapulantium, *de quibus in præambulo hujus operis paucula commentati ſumus.*

§. 2. *De ipſo* Iſidoro, *cujus* Collectoris, *nomine incedunt jam dudum illæ Epiſtolæ, dubium ingens, quis fuerit, & quando vixerit, ſive inventas collegerit, ſive ſanctiores corruperit, ſive ſub ſanctiſſimis olim Romæ nominibus finxerit tot ac tantas Epiſtolas? Dici maluit olim Iſidorus* peccator, *quia* omnibus impiis ſe nequiorem, nulliusque ſceleris, cujus ſe ſordibus non inquinaviſſet, vitium ſibi defuiſſe, *confeſſus eſt ipſe, in orat. pro corrept. vit. etſi hodie cognominatur non* Peccator: *ſed* Mercator, *quomodo & appellatur in* Bibliotheca Voëllii *&* Juſtelli *nuper edita.*

§. 3. *Urget* Poſſevinus *perantiquum eſſe hunc Iſidorum, cujus* collectio protenditur à Canonibus Apoſtolorum usque ad Concilium Hiſpalenſe. 2. habeturque in 2. Codd. Vat. Biblioth. & uno Monaſterii Dominic. & Mariæ ſupra Minervam; *cumq; concilio Hiſpalenſi interfuerit, primasq; in eo partes tenuerit* Iſidorus Hiſpalenſis, *proinde in hunc Autorem vehementer à Pontificiis itur*----

Idem §. 1. & 11. pag. 149. 150.

*Circumferuntur in tomis Conciliorum, inquit præfatione Bibliothecæ juris Canonici veteris Guliel.* Voellii, *& Henr.* Juſtelli *celebrantur, velut Epiſcoporum Pontificum Romanorum inde à Clemente ad Siricium, & ultra hunc Epiſtolæ, ſub* Iſidori *velut Collectoris, nomine, ante multa jam ſecula publicatæ; de quarum autoritate, ipſisq; Autoribus (non quidem, an qui autores venditantur ſanctiores & veri Epiſcopi fuerint? non, an illi ipſi autores primatum R. Pontificis magno conatu per decretales illas ſtabilire vel confirmare intenderint? quorum utrumq; facile affirmatur: ſed) an illæ ipſæ vetuſtiſſimorum illorum, quorum nomina præferunt, & ſub quorum venerabili nomine cum in jure Pontificio ubiquaque citantur, tum à Pontificiorum primariis Dd. ubicunq; aliquid inde apparet emolumenti ſibi domeſtici, contra nos allegantur, Pontificum genuinæ, & illius adeo, cujus ipſa nomina, vetuſtatis ſint? inter nos & Pontificios controvertitur.* §. 2. *De* Collectore Iſidoro, *deq; characteribus illarum tantis nominibus tantæq; vetuſtati ſuppoſitarum, tum in* Apparatu *ad ſeculum 1. tum in rationario Seculi 1. claſſe 4. p. 161. ad pag. 171. pluſcula, & in illo argumento ſatisfactura jam præmiſimus, & contra jeſuitas,* Turrianum, Poſſevinum, Mal-

Maldonatum, Gretzerum, *ceteroſq; poſt* Gratianum, Lombardum, *de* Turrecremata, Cajetanum, Hoſium, Latomum, Pighium, *de* Caſtro, Canum, Payva, Andradium, Lindanum, Sixt. Senenſem, Campianum, Janſenium, *de* Valentia, Bellarminum, Stapletonum, Coſterum, Svareſium, Binium, Mendozam, Voëllium, Juſtellum, *nec* Iſidori Hiſpalenſis *collectionem illam, nec ipſorum inſcriptorum Pontificum Romanorum Epiſtolas illas, XI. generalibus argumentis, abunde remonſtravimus, quin, ut noſtra per adverſariæ confeſſionem illuſtraretur veritas, ex ipſis Pontificiorum caſtris* H. Kalteiſen, *Dominicanum, Nicolaum* Cuſanum, Caſſandrum, Eraſmum, Concium, *Auguſt.* Tarraconenſem *Epiſcopum, Edmundum* Richerium *Sorboniſtam, Simonem* Vigorium *Regis Gall. Conſiliarium teſtes citavimus, & prædominante alicubi veritate, contradictoriam aſſertionem exprimente,* Baronium *in hoc argumento cum Baronio,* Bellarminum *cum Bellarmino commiſimus, indeque ad ſpeciale examen V.* Clementinarum S. Clementi *I Romano Epiſcopo, Petri ſucceſſori (etſi de hoc ingens in ipſa antiquitate bellum, conf. in rationar. Seculi 1. p. 178. & ſeq.) accommodatarum, deſcendimus, ac inſcriptionis illarum & antiquitatis tantæ falſos titulos per argumenta omni exceptione majora, evicimus.*

(cc) Acta Eruditorum Menſis Martii Ao. 1696. p. 120. 121. 122.

Collectio maxima conciliorum omnium Hiſpaniæ & Novi Orbis, epiſtolarumque decretalium, nec non plurium monumentorum ad illa ſpectantium, cum notis & diſſertationibus, quibus S. Canones, hiſtoria diſciplinaque eccleſiaſtica & chronologia illuſtrantur. *Tomus I. Cura & ſtudio* Joſephi Saenz *de Aguirre S. R. E. Presb. Cardinalis.*

*Quod cum præcipuam fere tomi hujus partem conſtituat, veniam lector dabit, ſi ei pauliſper immoremur.*

*Abit Apparatus ille in tres partes, in quarum prima novem diſſertationibus* Præfatio Iſidori in ſuam Canonum & Conciliorum Collectionem *illuſtratur. Cum vero Collectio illa a pluribus eruditis inſigni illi deceptori* Iſidoro Mercatori *hodie tribuatur;* Hiſpalenſi *Iſidoro argumentis, ut ait,* ἀναντιῤῥήτοις *eam vindicaturus* Autor *noſter, neminem inter Iſidoros, ſive Græcos ſive Latinos, de quibus erudite diſſerit, extitiſſe, cui Mercatori dicto Collectio hæc tribui poſſit, probare nititur. Quod enim Iſidorum,* Setubenſem *ſub finem Seculi IIX. Epiſcopum,* Mercatorem *cognominat* Chronicon Juliani, *nullius ponderis eſt: nullam enim eſſe illius Chronici auctoritatem, poſt alios viros doctos aliquot argumentis denuo evincit.* Iſidorum *itaq;* Hiſpalenſem *autorem illius Collectionis eſſe concludit, non quidem totius, ſed ad Concilium usque Hiſpalenſe; quemadmodum eum nec Epiſtolarum omnium collectorem eſſe certum ſit, ſiquidem illas, quæ a Gregorii ſucceſſoribus ſunt, alium addidiſſe oporteat; Imo nec Præfationem totam ab eo eſſe, ex §. illius 18. pateat.*

(dd) Symbola Maſtrichtiana.

Iſidorus Hiſpalenſis

*Seculo VII. adeſt* Iſidorus Hiſpalenſis *Epiſcopus, Vir Eruditus & multis Scriptis clarus, qui in comment. in Geneſin (ſi modo eſt illius & non* Hildephonſi E-ſcopi Toletani, *qui tamen & ipſe eadem floruit æ-te) cap. 17. &c. Sam.* Andreæ *in diſput. de ſalut. A-mi theſ. XXVIII.*

---

(1485.) ISIDORUS MERCATO[R] Collectionum Epiſtolarum Decretalium Auct[or] creditus, quomodo ab Eminentiſſimo Car[di]nali d'*Aguirre* abſolutus ſit ab impoſtura, no[n] præcedenti numero dictum eſt. Ejus nomin[e] abuſum fuiſſe ISIDORUM quendam HISP[A]NUM, Conjectura eſt *Blondelli* apud *Caveum* H[iſt.] Litter. Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 369. 370. qui compilationem hanc factam credi vel à RICU[L]PHO Præſule Moguntino, vel potius BEN[E]DICTO LEVITA, ibidem innuit. (a) Vid[e] etiam Gerhardum von *Maſtricht* de Suſcepto[ri]bus pag. 23.

(a) Cave Hiſtor. Liter. Scriptor. Ec[cl.] pag. 369. 370.

*Antiquo juri, quod per ſeptingentos & ampl[ius] annos valuerat, ſucceſſit jus novum ex ſuppoſititiis ſanct[iſ]ſimorum Romanæ urbis Epiſcoporum Epiſtolis, ab imp[u]dentiſſimo illo nebulone* Pſeudo Iſidoro *prolatis co[m]pactum, & ex novellis eorum conſtitutionibus, qui p[oſt] Caroli tempora ſedem Apoſtolicam occupârunt. Int[ro]ductum igitur fuit ævo* Caroli Magni *favorabili vid[e]cet, ſi unquam alias tempore, ob magnam confuſione[m] quæ in politiam Eccleſiaſticam invecta erat ex ſtupenda [&] miſerabili Epiſcoporum, reliquorumque Clericorum inſcitia, & vetuſtorum Canonum ignorantia. In h[ac] igitur rerum perturbatione, emerſere famoſæ illæ ac [...] biles Epiſtolæ, quæ priſcis Pontificibus Romanis tribu[un]tur. Perculerunt illæ omnium animos ſua nova antiq[ui]tate, & quia Sanctiſſimorum Epiſcoporum nomina p[ræ]ferebant: Hinc ſuborta in animis hominum religio, [...] non eſſe dubitare de jure, quod in his ſacris Antiquita[tis] monumentis continebatur &c.*

Pag. 370. *Unde conjicit Cl.* Blondellus *Epiſ[to]larum hanc congeriem* Benedicto *potius* Levitæ *t[ri]buendam eſſe, qui cum anno circiter 850. tres poſterio[res]* Capitularium *libros adjecerit, Epiſtolas haſce in fr[u]ſtula ſectas, capitularibus ſuis inſeruit. Vero forſan proprius videtur, Epiſtolas à* Riculpho *vel confictas fu[iſ]ſe, vel collectas, & in hanc, quam nunc habemus, f[a]raginem redactas; & cum Curiæ Pontificiæ fuerit aſſe[r]tor ſtrenuus, eo conſilio opus videtur aggreſſus, ut [...] fucatis primævæ antiquitatis teſtimoniis Romanæ ſe[dis] auctoritatem ſpecioſius propugnaret. Quod* Iſido[ri] Mercatoris *nomen ſibi ſumſerit impoſtor, an prof[e]renda ſit D.* Blondelli *conjectura, ingenioſa utique, [...] ſatis ſolida, nempe fuiſſe Iſidorum quendam gente* H[i]ſpanum, *Eulogii Cordubenſis fratrem, qui ob motus [ci]viles patriæ exul hoc ipſo tempore Moguntiaci habit[a]verit, ubi mercaturam ſtrenue exercuit; hujus, ut v[i]detur, nomine abuſus eſt* Epiſtolaris Impoſtor, [...] *ſcilicet crederent imperiti Epiſtolas de Hiſpaniis fuiſſe [al]latas à Mercatore noſtro, qui pietatis cauſa profug[us] pretioſiſſimum hunc theſaurum barbaricæ libidini ſubd[u]ctum, ſecum in Germaniam attulerit. Quicquid ſi[t] mirari licet, cur ultra* Deus-dedit *Pontificis temp[o]ra, ſeu annum DCXIV. Epiſtolas ſuas non produxer[it] compilator, quod duplici de cauſa mihi factum videtu[r] primo, ut ſpecioſius collectæ crederentur ab* Iſidor[o] Hiſpalenſi, *qui obiit anno 636. Secundo, ne ſi ſua pr[...]*

ropius tempora pertingeret, impoſturæ larva facilius detraheretur. Denique notandum, integram Iſidori collectionem præter Epiſtolas Pontificias, ordinem celebrandi Concilii, Apoſtolicorum Canonum verſionem, & plurimarum ſynodorum tum Græcarum, tum Latinarum Decreta continere, quæ in omnibus repeiuntur.

(1486) *Richard* de l' ISLE. Sub hoc nomine edidit *Richardus* SIMON Apologiam contra *Veilium*, ut apparet ex *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1686. p. 102. (a) & *Bailleti* indiculo des Auteurs deguiſez. p. 567.

(a) Acta Eruditorum Lipſienſium Menſis Februarii 1686. p. 102.
*Eam* Veilii *Epiſtolam excipit* Apologia — — — — *à R. de l'* Isle, ( *num perſonatus homo ſit, inquirant alii quorum intereſt) Eccleſiæ Gallicanæ Presbytero ſcripta.*

(1487) *Le Sieur* de l' ISLE, judicio *Colomeſii* in Gallia Orientali p. 154. (a) eſt *Carolus* SORELLUS, de quo tamen dubitat *Bailletus* in indiculo Auctorum Perſonatorum, ſubſtituens N. de l'Isle MARIVAULT, quanquam ex propria ſius ſententia æque dubium p. 567.

(a) Colomeſius in Gallia Orientali pag. 154.
Curioſitez inovies, *a Paris 1629. 8. refutées par un nommé de l' Isle (qui eſt* Sorel) *l' an. 1636. dans ſon* Traité des Talismans. *Hic liber Sorbonæ Pariſienſis cenſura notatus eſt, de quo lege* Rivetum *in Catalogum pag. 32. 1637. &* Voetium *in Diſputationibus ſelectis part. prima p. 221. & 711. Ipſius* GaffarelliRetractatio *habetur*, p. 305. Operis *Gallici* Inſulani, *ſive* Sorelli.

(1488) ISOCRATI, Platonis atque Socratis Auditori, *Orationem ad Demonicum*, fruſtra adjudicatam, & ad alium ei cognominem relatam, docet *Colomeſius* Cimel. litterar. cap. 6. add. p. 18.
Vide vitam Demoſthenis ex *Schotti* Paralipomenis, quæ Operibus ejus præfixa eſt c. VIII.

(1489) ITENEV, ICHANOM ITNEGLUF. Sub ſimplici hac nominis ſui inverſione editam eſſe a FULGENTIO, MONACHO VENETO, ex ordine Servitarum, Epiſtolam Memoriam, de Mari Venetorum ad Laurent. Motum Romanum, docente *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis p. 184. adde *Bailleti* Catalogum des Auteurs deguiſez p. 567.

(1490) JUDÆ APOSTOLI *Epiſtola Catholica* quomodo a *Grotio* ALII JUDÆ EPISCOPO HIEROSOLYMITANO tributa ſit, docent *Cave* Hiſtor. liter. Srriptor. Eccleſiaſt. p. 8. a. *l' Hiſtoire des Ouvrages des ſçavans* Septemb. 1690. pag. Judæ Apoſtolo tamen reſtituunt *Miræus* Biblioth. Eccleſ. p. 4. *Du Pin* diſſertat. Præliminar. ad Novam ſuam Biblioth. Eccleſ. pag. 69. Ita autem Hiſtoria Operum Eruditorum, p. 42. allegata: Dans ſes Prolegomenes Mr.
„Schenck, s' exerce à rechercher, qui eſtoit *S.* „*Jude* à qui cette Epitre eſt attribuée. Les Anci„ens ont douté qu' elle fuſt de *S. Jude Apoſtre*: & „*Calvin* ne conteſtoit presque point qu' elle ne „fuſt d' un autre qui portoit le meme nom. *Gro*„*tius* eſt le premier qui ait avancé que *c' eſt un Ju*„*de Eveque de Jeruſalem* du temps de l' Empereur „Adrien. Ses raiſons eſtoient que l' Auteur ne „prend point la qualité d' Apotre. Le vieux In„terprete *Syrien* le qualifie *de Jude Eveque*. Elle ne „fut point traduite avec les autres Epitres Cano„niques nî reçue par toutes les Egliſes dans les „premiers ſiecles, ni citée par les anciens Peres. „Ces conjectures raſſemblées formoient les „doutes de *Grotius*.

(1491) JULIÆ ACADEMIÆ *Pietas Programmate Publico* Prorectoris & Senatus Academici adverſus improbas & iniquas calumnias, cum aliorum quorundam tum D. *Ægidii Strauchii* aſſerta Helmſt. 1668. in 4to 6. plagg. Auctor Scripti hujus eſt *Hermannus* CONRINGIUS, inter cujus ſcripta recenſetur hoc Programma *in Catalogo*, qui Epiſtolis ejus in edit. Helmſt. 1694. præfixus eſt pag. ſecunda. Germanice Programma hoc verſum eſſe a viro Celeberrimo, domino Chriſtophoro SCHRADERO, innuit *Symbola Flensburgo Molleriana.*

JULIA ACADEMIA v. *Helmſtadienſis.*

(1491. *a*) JULIANUS quomodo ſit PELAGIUS docuit *Symbola Maſtrichtiana* ex *Uſſerii* Hiſtor. Pelag. p. 5.

JULIANUS v. *Archyntas.*
- - *Hosbejus.*
- - *Magenhorſt.*

(1492) JULIANUS LUCAS, cujus nomine citatur a *Floriano à Campo Hiſtoria rerum Hiſpanicarum*, idem cenſetur *à Sandio* in Notis ad Voſſium p. 276. eſſe cum JULIANO ARCHIPRESBYTERO S. JUSTI TOLETANI.

(1493.) JVLIANUS PELAGIANUS. Ei adſcribitur liber *Altercationis ab Honorio* Auguſtodunenſi cap. 45. in Miræi Auctario pag. 119. qvem AUGUSTINO adſcribere mavult *Voſſius* Hiſtor. Pelag. 26. (a) indicante *Symbola Normanniana.* vide *Cave.* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 220.

(a) Symbola Normanniana.
Iuliano Pelagiano, *quod* Gennadius, & *ex eo* Honorius Auguſtodunenſis *librum* Altercationis *tribuunt, & quidem ut opus ab octo ejus libris diſtinctum; in hoc falli utrumque, tam exploratum eſt nobis, quam ſi* Ἀμφικτυωνικὸν συνέδριον *hoc decidiſſet. Nec enim* Juliani *ſed* Auguſtini *Proloquium eſt; nec poſteriores in dicendo partes Juliano imponuntur, ſed Auguſti-*

*no, qui verba adverſarii ex octo ejus libris promit & refellit &c.* Voſſ. *Hiſt. Pelag. 26.*

(1494.) JULIANUS, TOLETANUS Archiepiſcopus. Qvi ejus nomine prodierunt Colon. 1618. *Ἀντικειμένων* ſ Contrariorum in ſpeciem locorum utriusque teſtamenti libri II. ab aliis RICHARDO CLUNIACENSI, à nonnullis SALVIANO MASSILIENSI tribuuntur. BERTHARIO autem Abbati Caſſinenſi vindicantur à *Johanne Baptiſta Maro* apud Caveum Hiſtoria literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 329. & pag. 385. (a) Conſentientem ei *Colomeſium* in anonymis n. 634. ad lit. E. exſcripſimus, qvem cum aliis ibidem allegatis vide. Adde *Du Pin* Bibliotheqve des Auteurs Eccleſ. Tom. VI. pag 39. Qvam male hic ſcriptor cum Juliano Pomerio confundatur, docebimus *infra in Pomerio.*

(a) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 385

*Ex omnibus ejus ſcriptis ſupereſt Opus primo loco memorandum, viz. Ἀντικειμένων ſive* Contrariorum in ſpeciem locorum utriusque Teſtamenti *Libri II. qui ſub* Juliani Toletani *nomine in Bibliothecis Patrum habentur, & anonymi prodierunt. Baſil. 1530. Colon. 1533 8vo. à nonnullis etiam* Richardo Cluniacenſi, *ab aliis* Salviano Maſſilienſi *adſcripti. Verum id rectius* Berthario noſtro vindicat Joannes Baptiſta Marus, *tum* Leonis Oſtienſis, *qui tale opus ſcripſiſſe* Bertharium *prodit, authoritate ſubnixus, tum fide Codicis M S. pervetuſti Longobardicis literis ſcripti in Bibliothecâ* Aniciana, *qui* Bertharii *nomen prætulit.*

(1495.) JULIEN, *le ſieur de ſaint: Godefroy* HERMANT. Baillet liſte des Auteurs Degviſez pag. 567.

JULIUS CLARIANUS v. *Hilario*

(1496.) HENRICUS JULIUS *Altenburgenſis*, cujus extat *Ariſtarchus*, ſeu Cenſura in Novitium quendam Hippocratis Exagitatorem, Hamburgi Anno 1648 in 4to. edita, & D. Georg. Frid. *Laurentii* Exercitationibus in Hippocratis Aphoriſmos minus veris oppoſita, me judice non eſt alius, qvam Acerrimus ille Laurentii Adverſarius *Bernh.* LANGWEDELIUS, Civitatis patriæ Hamburgenſis Medicus. Hæc Symbola *Molleriana Hamburgenſis.*

IULIUS v. à *Monte.*

(1497.) JULIUS ORATOR, Auctor *Coſmographiæ*, idem cenſetur Nicolao *Fabro* qui JULIUS HONORIUS *Scholaſticus* apud Mabillon. Tom. II. Analect. p. 693. (a)

(a) Mabillon. T. II. Angl p. 693.

*Hadrianus* Valeſius *exiſtimat Honorium Scholaſticum Jordanis* Ravennatis *Epiſcopi æqvalem & amicum eum omnino eſſe, qvem* Caſſiodorus *in cap 25 de* divinis *Lectionibus* Julium, *Oratorem Coſmographiæ auctorem vocat; Nicolaus* Faber, *Ludovici XIII. felicis memoriæ præceptor,* Julium Honorium *ap. Valeſium in præfatione ad Notitiam Galliarum pag. IV Jordanes vero &c.*

(1498.) JULIO Papæ Romano, liber de *Incarnatione*, ab APOLLINARI *Hæretico* c nſcriptus, olim ſuppoſitus fuit, teſte *Eulog* orat. 3. apud *Photium* Cod. 230.

II. *Epiſtola ad Prosdocimum* ſeu *Docium*, Julio ſuppoſita, Auctorem habet Timotheum *Apollinaris diſcipulum*, vide *Miræum* Biblioth. Eccleſ. pag. 44. (a) & Caveum Hiſtor. liter. Scriptor Eccleſiaſt. pag. 110. & admonitionem (b Diecmannianam, nec non *Symbolam Maſtrichtianam* (c

(a) Miræus Bibl. Eccl. p. 44.

Epiſtolam ad Dionyſium, *qvam* Julio Papæ *adſcribebant Acephali,* Julii *Papæ reverà fuiſſe credid. Gennadius:* Subdititiam *Facundus — — & Eulogius Alexandrinus — qui & epiſtolæ verba recita qvibus abutebantnr Eutychiani*, non Julii, ſe Apollinaris *Hæretici fuiſſe docet — Qvin & alteram item* ad Prosdocimum ſeu Docium *epiſtolam — nec ipſam julii fuiſſe vult Leontius, ſed* Timothei, *diſcipuli Apollinaris. Sed hanc ſine controverſia Julio a qvoque aſſerunt.*

(1593. α) *Petrus* LOMBARDUS ut ſit *Conradus* HUSERUS Tigurinus, qui Latine reddidit tractatum *de Impoſturis & ceremoniis Judæorum noſtri temporis*, antea quidem ab Autore *anonymo Germanice* editum & falſo *Marco* LOMBARDO adſcriptum Baſil. 1575. 4. docet *Imbonati* Biblioth. Latino Hebraicæ p. 28. b.

(1594.) Petri LOMBARDI *Liber ſententiarum*, â nonnullis BANDINO adſcribitur, inquit *Genebrardus* in Chronolog. ad Anno 1175. quam litem prolixe agitatam ægre definit V. Cl. *Jacob. Thomaſius* de plagio litterario §. 493. & ſeq. poſt quem Homerum Iliada pangere nolumus. Addit *Diecmannus* quæ ſequuntur: Non lego hæc verba apud *Genebrardum* l. 4. Chronograph. pag. 368. ed. Pariſ. ao. 1580. fol. Neque enim ibi alia hac de re verba habet, quam quæ *Thomaſius* de plag. lit. §. 493. lit. 2. excerpit. Nec quoque memini alias eſſe ex doctis, qui Lombardi libros ſententiarum Bandino adſcripſerint. Id ſane, qui utrumque librum viderunt, tacere non poſſunt. Bandinus, quem ex editione Lovanienſi ao. 1555. 8. ipſe habeo, compendium eſt eorum quæ diffuſius à Lombardo tractata ſunt, quod utriusque contentio facile docet. Utrum vero Bandinus Lombardum in epitomen redegerit, an Lombardus à Bandino dicta latius diduxerit iſtud eſt, quod definiri prius nequit, quam certò conſtet, *Bandinum* Lombardo ætate priorem vel poſteriorem eſſe, quod in tam conſtanti veterum de Bandino ſilentio nemo determinaverit. Mihi quidem ob tantam Bandiniani nominis obſcuritatem, ſuſpicio naſcitur, contractum a Bandino Lombardum, atque illum adeo hoc juniorem eſſe. Sane ſi jam aliqua cum libros ſententiarum Lombardus ſcriberet, Bandiniani libri fama fuit, non iſtud adverſarii ejus diſſimulaturi erant, quos ingentes Lombardo lites ſuper hoc libro moviſſe Launojus de varia Ariſtotelis in Acad. Pariſ. fortuna C. 3. p. 69. 70. memorat. Atqui nullum iſta ætas nobis Bandinum, nullum in eum a Lombardo commiſſum plagium narrat.

(1595.) LONDINENSIS. Extant ſub eo nomine: *Antiquitatum Academiæ Cantabrigienſis libri duo.* Londin. 1568. in 8vo & 1574. in 4to. Quos Joanni CAJO, dicto Londinenſi, fundatori Collegii ejusdem nominis in Cantabrigia adſcribit Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ pag. 125. ubi reliqua Scriptoris ejus opera enumerat. Adde p. 407.

LONDINO v. *Alpheſei.*

LONGOBARDUS v. *Paulus.*

(1596.) Adriani van LOO *Excitatorium Catholicum, ad Hæreticos, Lovanii*, typis Flavii 1612. in 8. & *Anatomiam* ſive *Apologiam pro eodem adverſus Abrahamum Coſterum, Miniſtrum hæreticum*, ibidem typis Haſtenii 1619. in 4. inter libros *Thomæ* SAILII, Bruxellenſis Jeſuitæ, recenſent *Valerius Andreæ* Biblioth. Belg. p. 829. & *Alegambe* pag. 436. & *Fr. Sweertius*, pag. 695. de ficto nomine nihil quidquam addens.

Confer *Sotwellum* Biblioth. Script. Societ. JEſu p. 766.

LOOTRI v. *Nacattel.*

LOPEZ v. *Dominicus.*

(1597.) *Julius* LORAMICUS eſt *Aloyſius* CARNOLIUS Italus, Bononienſis Jeſuita, qui ſub perſonato illo nomine edidit *Vitam Venerabilis Hieronymi Iaurelli*, Nobilis Forolivienſis ex S. Capucinorum Familia. Forolivii Typis Cimatti 1652. in 4to. vide *Sotwellum* in Biblioth. Societat. JEſu p. 27.

LOREDANO v. *Incerto.*

(1598.) *Lorge de* MONTGOMMERY, M. le Comte de: RENE OUVRARD. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 570.

(1599.) LORME, le *ſieur de: Jean du Verger* DE HAURANNE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 571.

(1600.) LORSEAU, *Charles: Antoine* HOTMAN, douteux. *Baillet* liſt des Auteurs deguiſez p. 571.

(1601.) LOTHARII nomine *adverſus Galilæum de Motu Cœli* quod prodiit Scriptum. P. GRASSO Profeſſori Matheſeos in Collegio Romano adſcribit *Schottus* Phyſicæ Curioſæ 1193. indice *Normanno.*

LOTHARIUS v. *Sarſus.*

LOTHUS v. *Bucholzerus.*

(1602.) LUBECENSIUM *Statuta.* i. e. Der Kayſerlichen und des Heil. Reichs-Stadt Lübeck Statuta und Stadt-Recht. Auffs neue überſehen/ corrigiret / und aus alter Sächſiſcher Sprach in Hochdeutſch gebracht. Gedruckt zu Lübeck/ durch Johann Balhorn / im Jahr nach Chriſti Gebuhrt. 1586. De quibus ita *Symbola Flensburgo Mölleriana*: Jus ſtatu-

atutarium Lubecenſe Senatus juſſu reviderunt, mendarunt, & tandem ediderunt Stetini Ao. 586. 4to. *Joh.* LUDINGHUSIUS Conſul, *Caxtus* SCHEIN Syndicus, & *Getſch* à STITEN enator v. Er. *Mauritii* Præf. Speciminis Conſill. ilonienſium, alioſque.

---

(1602. α) LUBECENSIS, & LUNEURGENSIS Miniſteriorum nomine

(I) impreſſum eſt Ao. 1634. Lubecæ. Bericht von der neuen Propheten (die ſich erleuchtete Gottes-Gelehrte und Theoſophos nennen) Religion, hr und Glauben / damit der Satan auffs neue die irche GOttes zu verunruhigen ſich unterſtehet.

(II) Hamburgi & Ratzeburgi ſcriptum Germanicum cum inſcriptione: Abgenöhtigte Lehr- nd Schutz-Schrifft/ wider den Guttmanniſchen Offnbahrungs-Patron, durch das ordentliche Predigmt zu Lübeck Hamburg und Lüneburg. Auctorem ripti hujus eſſe utriusque *D. Nicolaum* HUNIUM Theologum innuit diſcipulus ejus B. Dr. *ulſemannus* in Calixtiniſchen Gewiſſens-Wurm p. VIII. p. 1115. vide in *Anonymis* n. 1314.

(III) Vidi quoque Saxoniæ inferioris diacto ſcriptum editum anonymum hoc titulo. ekentnüſſe / und Erklaringe up dat *Interim* dorch r Erbahren Stede LUBECK / HAMBORG/ NEBORG &c. Superintendenten/Paſtoren/ redigers / tho Chriſtlicker und nödiger Underricht ſtellet/ in -- dorch Joachim - - - gedruckt; ſine nno & loco impreſſionis. Ejus ſcripti auctorem e D. *Joannem* ÆPINUM patet ex *Sleidano.* pag. 8. vel 657. anno 1549. lib. 21. m. fol. 595. Vi- ſupra num. 1285 in Hamburgenſibus. Notatu gna ſunt quæ de hoc ſcripto affert *Mollerus* Iſag. ad Hiſtor. Cherſoneſ. Cimb. Part. III. pag. 4. (a) Citat etiam hic Margo Diecmannianus *hlüſſelburg* Catal. Hæret. l. 13. p. 81. Adde D. m. *Pomarii* Dedic. Comment. in Epiſt. Judæ. 22.

(a) Möllerus Iſagog. ad Hiſtor. Cherneſ. Cimb. Part. III. p. 464. 465. 466.

*In Dialectum Miſnicam translatum eſt à Conr. bluſſelburgio, & Tractatui ſuo de Libro Interim Vernalo* (Bericht vom deutſchen *Interim*, und deſſen Wiederlegung/) *Francofurti Ao. 1599. edito, verbonus inſertum. Autor illius, uti a J.* Sleidano, *Pauab Eitzen, Schluſſelburgio, Melch. Adamo & aliis, n monitum, eſt Joh.* Æpinus *Marchius Th. D. priusque Superint. Hamb. Vir, teſte Dav.* Chytræo, *exlenti ingenio, pietate prudentia Spirituali & Politica, imia Moderatione, Eloquentia, & aliis inſignibus nis Dei, ornatus, de quo Capite 10. plura afferentur. uanti hoc Scriptum Phil. Melanchton. & M. Chemnis fecerint Pauli Tarnovii, Theologi Roſtoch.* Cordatis*i, verbis exponam: Joh. Æpinus Vir fuit Ingenio, & ltiplici Linguarum, Artium & Rerum Theologican Scientia, vere magnus; quamvis ejus Eruditio pene vivente latuerit, & primum ſub forma Interreligio- innotuerit, ſicut de eo Dn. Chemnitius in Explicatione .CC. teſtatur; adeo, ut Dn. Philippum illius contra etaxycam illam fidei formulam ſolutiones pluris, quam s, feciſſe affirmet. Paulus Eitzenius noſtras Libri d egregii titulo dignatur; Schlüſſelburgius autem*

*omnibus aliorum, qui Librum eundem impugnarunt, præfert Laboribus.*

---

(1603.) *Miniſterii* LUBECENSIS HAMBURGENSIS & LUNEBURGENSIS *ſententia de corruptelis Doctrinæ Juſtificationis contra* Georg Majorem Magdeb. 1553. 4to a Matthia Flacio & Nicolao Gallo (Lip. T. II. p. 158. col6.) edita Autorem ÆPINUM agnoſcit ex indicio Joh. *Molleri.* Melchior *Adamus* in vita vero & *Geſnerus* in Bibl. de hoc ſilent. v. Hamburgenſe.

---

(1604. α. β.) *Presbyterii* LUBECENSIS nomine edita refert *Mollerus* eorumque auctores aperit Part. III. Iſag. ad Hiſtor. Cherſon. Cimbr. p. 459. ſeqq. ſcripta hæc.

(I) *Epiſtolam ad Matthiam Flacium & Nicolaum Gallum* d. 7. April. 1553. exaratam & Georg Majoris, Theologi Witteb. de B. O. ad Salutem neceſſitate ſententiæ oppoſita, quam Conr. *Schluſſelburgius* Catalogi Hæreticorum lib. VI. de Majoriſtis, Francof. 1599. excuſo, inſeruit.

(II) *Confeſſionem de S. Cœna.* Anno 1556. Scripta, &, inter reliquas Eccleſiarum Saxoniæ de eadem Confeſſiones Magdeburgi Ao. 1557. a Joach. Weſtphalo, Theol. Hamb. publicata, Autor harum Confeſſionum, hactenus enumeratarum, me judice, eſt *Val.* CURTIUS, Eccleſiæ Lubec. iſtis temporibus Superintendens.

(III) Bedencken auff III. Fragen / das Straff-Ampt betreffend? α Ob ein Prediger der in Lehr und Leben untadelich / wann er männiglich bekandte Sünden/Irrung und Zanck öffentlich in ſpecie ſtrafft und zum Friede vermahnet / Actione Injuriarum, oder ſonſt / rechtmäſſig könne beſprochen werden / &c. β Ob in Rechtfertigung zwiſchen der Obrigkeit / und dem Prediger die hohe Obrigkeit/ an und vor ſich ſelbſt/ bloß allein Secundum jus Civile, oder die Kirche / durch ihr Kirchen-Gericht alleine/ nach GOttes Wort / das Urtheil fällen ſolle? γ Ob ein Prediger ſchüldig ſey/wenn er weiß / daß zwiſchen zween ſeiner Zuhörer ein hefftiger Haß entſtanden/ Fleiß anzuwenden/ daß ſie zuvor verſöhnet werden/ ehe ſie zur communion ſich einſtellen / auch demjenigen Theil dieſelbe zu verſagen / welcher zum Vertrag nicht zu vermögen iſt? Lubecæ Ao. 1626. & 1668. in 8. Autor eſt D. Nic. HUNNIUS. Prodiit porro

(IV) Conſideratio Theologica Interpoſitionis ſeu Transactionis Pacificatoriæ inter Relig Lutheranam & Reformatam profitentes, a Joh. *Duræo* tentatæ, nomine Miniſterii Lubecenſis a Nic. HUNNIO ſcripta, & cum præfat. Sam. Pomarii edita. Witteb. Ao. 1677. in 8vo.

(V) Catechiſmus-Ubung / wie der kleine Catech. Lutheri, durch kurtze Fragen/ zu Lübeck ſoll getrieben werden; ſampt einem Unterricht von der Bereitung zur Beicht und Heil. Abendmahl. Lubecæ 1648. 1656. & 1668. in 8vo. Autor eſt D. Meno HANNEKENIUS, Superintendens.

(VI) Chriſtl. Probe der neuen Schwermerey/ da etliche Mannes oder Weibes-Perſohnen eigene kleine Zuſammenkünffte halten/ darin nicht allein unberuffene Männer / ſondern auch Weiber/ das H. Abendmahl

mahl außtheilen / welche Thomas Tanto in ſeiner gedruckten öffentlichen Bekäntniß zu vertheidigen ſich unterſtanden hat: Auch Entdeckung der Lügen und Läſterungen / welche Jac. Taube Iſſelburgenſis in den Druck hat außgeſprenget / in ſeiner Relation von den Lübeckiſchen Proceduren gegen ihm. Lübeck 1669. in 8vo. Autor itidem eſt HANNEKENIUS.

(VII) Theologiſch Bedencken/ ob der Kayſ. freyen Reichs-Stadt Lübeck zu rahten/daß ſie/zu Beförderung des Commercii und zeitl. Nahrung/ fremder/ jedoch im Römiſchen Reiche zugelaſſener / Religion Verwandte in die Stadt nehme/und denſelben ihren abſonderlichen GOttes-Dienſt / und öffentliche Religions-Ubung in der Stadt / oder dero Gebiete/ vergönne? Lübeck 1670. 4to. Sacrorum Eccleſiæ Reformatæ in Civit. Lubec. tolerationem Judicium hoc diſſvadet, & a Calamo HANNEKENIANO itidem eſt profectum.

(IIX) Anno 1634. Lubecæ lucem vidit publicam des Miniſterii zu Lübeck/Hamburg und Lüneburg außführlicher Bericht von den neuen Propheten / die ſich Erleuchtete / GOttes-Gelehrte und Theoſophos nennen/Religion, Lehr und Glauben/damit der Satan auffs neue die Kirche GOttes zu verunruhigen ſich unterſtehet; Scriptum adverſus Fanaticos decantatiſſimum, XV. Rationes, ob quas Matæologia illorum fugienda, enumerans Autorem agnoſcit Nic. HUNNIUM, Theologum, Joh. Meiſnero judice, Clariſſimum & de Eccleſia Chriſti excellenter meritum, cujus Scripta, uti Caſp. *Löſcherus* ait, ſoli Eruditiores didicerunt æſtimare.

LUBERTUS v. *Eſtius*.

(1605.) *Sibrandi* LUBERTI *bona fides*: forte ipſius GROTII: ſcribit Gisbertus *Voëtius* Polit. Eccleſ. lib. 2. tract. 3. cap. 2. pag. 873. prope finem. Ejus auctoris ut Theologi Reformati, qui contra *Socinum* de Chriſto Servatore ſcripſerit, meminit *König* Bibl. V. & N. pag. 483. Extat ejusdem penes me *Reſponſio ad pietatem Hugonis Grotii* & *Refutatio ejusdem* in 4.

(1605. *a.*) LUCANI *Pharſaliarum* Libri *tres priores* emendati docentur à POLLA Argentana, ejus Conjuge eruditiſſima à Baptiſta *Fulgoſo* apud *Fabricium* Biblioth. Latin. p. 78.

(1606) LUCANUS & LUCIANUS. CALVIN. *Baillet*. liſte des Auteurs deguiſez p. 571.

(1607.) LUCAS Evangeliſta. Ei ſuppoſitas *Pauli & Thecla Periodos*, à PRESBYTERO quodam ASIATICO, hujus rei convicto vide apud *Miræum* Biblioth. Eccleſiaſt p. 5. & *Caveum* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 12. a.

LUCAS v. *Eſcarbottus*.

- - *Julianus*.

LUCCA v. *Vandoni*.

LUCENSIS v. *Dicæus*.

LUCIANUS v. *Contrada*.

LUCIDO v. *Oliteo*.

(1608) LUCIFER: Nicolas ORESME où d' ORES-MIEUX. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 571.

LUCIUS v. *Barretus*.

- - *Durantinus*.

- - *Horingius*.

- - *Labaccius*

- - *Verus*.

LUCIVUS v. *Flaminius*.

(1608. *a*) LUCIUS, Papa, ſupponi ſibi a MERCATORE Epiſtolas paſſus teſte *Maſtr*[...] ex aliis.

(1609) LUCK GOOD où GODLUCIUS. *Roger* TUIFORD. *Baillet* liſte des Auteur[s] deguiſez p. 571.

(1610) LUCTATII nomine, periocha ſive *Argumenta* ſingularum *Tragœdiarum Senecæ*, in MS. reperit ediditque G. *Fabricius*. Petrus autem *Scriverius* teſtatur ſe vidiſſe MS. quo argumentum *Herculis Furentis* paucis admodum verbis immutatis, referebatur ad *Albertinum* MUSATUM *Patavinum* Hiſtoriographum. Verba ſunt Joh. Alberti *Fabricii* in Bibliotheca ejus Latina p. 75. i[n] fine.

(1611) *Ludiomæus* COLVINUS, per anagramma eſt *Ludovicus* MOLINÆUS ut indican[t] *Symbola Tenzeliana*, *Colomeſii Melanges* Hiſtorique[s] p. 52. *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez. pag. 571. quid autem ſub eo nomine editum ſit non ad[...]ditur.

(1612) LUDOVICI Romani nomine Reincke Fuchs prodiiſſe videtur ex iis, quæ ha[...]bet *Franciſcus Irenicus*, ſive *Phil. Andr. Oldenburge*[*rus*] pag. 10. indiculi Collegio ſuo in Burgolder[...]ſem ſubjecti, v. in *anonymis* ſupra c 11. num. 35[...] nunc 1926. *a.*

Verum Scripti Auctorem fuiſſe Nicolau[m] BAUMANNUM indicat idem *Oldenburgerus* In[...]diculi p. 122. 123.

(1613) LUDOVICO XI. tributum l[i]brum Roſier des Guerres, eidem abjudicat *Col*[o]*meſius* dans ſa Bibliothèque choiſie p. 15. 16. A[u]ctorem conſtituens quendam qui ſub hoc an[a]grammate latet: *En reproche n'y ſiet*. Nec ulter[i]us ſe explicat Colomeſius dicto loco, liberta[te] omnibus relicta, in Verum Auctorem ulteri[us] inquirendi: locum autem vide in Anonym[is] cap. XIV. num. 2601. excerptum.

LUD[...]

LUDOVICUS v. *Leopoldus.*

(1614) *Ludovicus* LUDOVICI, eſt *Quirinus* KUHLMANN Germanus, prout indicat *Witte-ius* Diar. Biograph. Part.II. ad an.1689. d.3. Oct. itulis ſcriptorum ſub eo nomine editorum non xpreſſis.

(1615) LUDOVISIUS *Princeps*: *Virginio* CESARINI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 571.

LUGDUNENSIS v. *Aggregator.*

(1616) LUGDUNENSIS ECCLESIÆ omine *Reſponſionem adverſus* Hincmari, Rabani anonymi Epiſcopi Epiſtolas ſcriptam eſſe a EMIGIO, Lugdunenſi Epiſcopo aſſerit *Miræus* iblioth. Eccleſiaſt. p.231. & *Caveus* Hiſtor. lit. criptor. Eccleſiaſt. p. 383. IRENÆO tamen ibuit eam *Dodwel*, vide la *Bibliotheque Univerſel-* Tom. p.121.

(1617) LUISIUS à *Valentia*. Sub eo no-ine à Moya Præfixam Approbationem eſſe li-o ſuo quæ neminem alium quàm ipſum MOY-M Auctorem habeat, affirmat *Philalethes*. vide *Hiſtoire des Ouvrages des Savans* Fevrier 1690. 283.

(1618) *Varemundi* LUITHOLDI nomine idit *Martinus* BUCERUS 1540. *Quis impedie-Haganoæ ne colloquium de Religione haberetur: quo jure Proteſtantibus petatur Reſtitutio* Bonorum *cleſiaſticorum*: denique *Quid de pace Religionis um* ſit Auguſtæ, Schvvinfurti, Norimbergæ, ancofurti, Haganoæ. Hucusque *Friſius* Bibl. eſner. p.578.

(1619) LUITPRANDO *Epiſcopo Cremo-ſi*, ab aliis dicto Luitprando, & LITOBRAN-O, aliquando etiam à Trithemio EUTRAU-O, ſuppoſitum eſſe Librum, *de Pontificum Ro-norum geſtis à S. Petro usq; ad tempora Formoſi Papæ* ogunt. 1602. docent *Miræus* Hiſtor. Eccleſiaſt. 234. *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. II. cap. . p.345. & ex hoc *Teiſſierius* in Catalogo Aucto-m & Bibliothecar. p.226. à MONACHO quo-m Germano CORBEIENSI aut HIRSFEL-NSI concinnatum ſuſpicantes, tempore Pa-Formoſi, in quo deſiit, eis, quæ de For-ſo in fine habentur, ex Luitprandi lib.I. Re-n per Europam geſtarum c.VIII. ſuppletis. vi-*Voſſium* loc. cit. adde *Sagittarium* Introduct. in tor. Eccleſiaſt. p. 48.

(1620.) Raymundos LULLIOS duos con-os, prodixe docet *Th. Raynaudus* de mal. & bon. . pag. 152. 153. cui adde verba *Nicolai de Hau-ille*, Doctoris Pariſienſis, è libro ipſius Galli-, inſcripto: *L'Eſprit de Raymond Lulle*, quem unxit alteri *L'art de bien diſcourir*, in qua Lullia-n artem differendi aliquantiſper immutatam, xornatam tradit. Ea ſic ſe habent: Sect. 4. .pag.m. 438. *Ceux qui ſupçonnent d'hereſie un homme ſi religieux, ne ſont pas bien, non plus que ceux, qui luy attribuent les erreurs de* Raymond Lulle Theophyte, *& les deux cens articles* d'EMERIC &c. v. *Bell.* ad A. C. 1290. p. m. 262. 263.

Vide etiam *Miræum* Auctar. de Scriptoribus Eccleſiaſticis p. 260. *Caveum*, Chartophylac. Eccleſ. pag. 265. (b) *Wharton.* Append. ad Cavei Hiſtor. literar. Script. Eccleſiaſt. pag. 4. 5. 6. ubi prolixè de Scriptore hoc ejusq; Scriptis agit quæ ab aliis ad quatuor usque millia extendi obvat. Addit hic Diecman. (ad citationem Raynaudi) cui Franc. *Penna* in Notis ad Directorium Emerici præivit. *Et in fine*: De duobus his ce Lulliis diſtingvendis, & erroribus poſterioris perperam priori tributis lege etiam Abregé du troiſieme Tome du Treſor Chronol. & Hiſt. du Dom. Pierre *de Romuald*, Religieux Feuillent, ed. Paris. 1669. 12. pag. 183.

(a) Raynaudus de bonis ac malis libris, pag. 152. 153.

*Raymundo Lullo ſeniori, apud Maioricenſes Sanctimoniæ laude claro, ſuppoſiti ſunt libri quidam reprobi, alterius* Raymundi Lulli *ſexaginta circiter annis poſterioris, dicti* Raymundi Lulli de Tarraga. *Alii vocant* Raymundum Lullum Neophytum, *eo quod è Judæo converſus eſſet ad fidem Chriſti. Poſtea autem in Ordinem Prædicatorum cooptatus, errores de quibus pridem inſimulatus erat, non abjecit. Itaque juſſu Gregorii XI. anno Chriſti 1372. examinatus, & gravium errorum compertus, damnationi patuit, & libri ejus igne ſunt combuſti. Secernit hos duos Raymundos Lullos* Franciſcus Penna *in Notis ad Directorium Eymerici, parte 2. ad quæſt. 20. & 27. Quare abſurdè Abrahamus Bzovius ad Chriſti annum 1372. in Lullum apud Majoricenſes ſanctitatis gloria clarum, conclamat, tribuens illi errores ac libros Raymundi Lulli Neophyti. Quos inter libros, ille paſſim tribuitur Lullo ſeniori, qui inſcribitur, de Invocatione Dæmonum; cum tamen ut Eymericus ipſe tradit, ſit Lulli junioris. Et certum eſt Eymericum non eſſe abblanditum ſeniori Lullo, quem gravavit variis, (ut alii contendunt,) falſis notis. Videndus* Vaſquez *I. pag. d. 133. cap. 4.* Dermicius Thadæus *in Nitela Franciſcanorum, circa annum 1372. & Lucas* Wadinghus *ad annum 1315. Hæc in præſentia dimitto, contentus notaſſe, plerosque doctrinæ reprobæ libros, videri ſuppoſitos Lullo ſeniori, æque ac conſtat ſuppoſitum ei eſſe nefarium illum librum de Invocatione Dæmonum.*

(b) Cave Chartoph: Eccleſiaſt. p. 265.

Lucas Wadingus *in annal. Minorum Tom. III. ad Ann. 1315. contendit, libros de Alchimia cuidam alii Raymundo paulo juniori attribuendos eſſe.*

LUNEBURGENSE *Miniſterium* v. *Hamburgenſe.*

(1621.) Lucæ LUNOWSKI nomine *Polonicum Dialogum* Curſoris *& Nautæ, de violenta Gedanenſium Monialium S. Brigittæ, per hæreticos facta proſcriptione* ſcripſit *Gaſpar* SAWIKI, Jeſuita Lithuanus, teſte *Alegambe* p. 152.

Adde *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 281. *Witten.* Diari. Biograph. ad annum 1620. d. 19. Januarii.

LUPA v. *Alcinio.*

(1622.) LUPUS Servatus, Presbyter Moguntinus: Nam confunduntur duo Lupi, unus SERVATUS, alter FERRARIENSIS, Abbas S. Benedicti, & malè huic poſteriori adſcribitur in editione prima anni 1648. Tornaci in lucem miſſa, liber *de tribus quæſtionibus*, qui eſt *Lupi Servati*, ut demonſtrat *Renatus Deviræus, uti ſe vocat (vereor enim ne perſonatus ſit) in præfatione, quam præmiſit editioni ſuæ anno 1650 ſine mentione loci aut typographi; quantum ex typis conjicere poſſum, prodiit in lucem in fœderato Belgico: quibus adjicio Elogium* Mareſii *ex ejus Papiſſa Johanna.* pag. 23. *Nolim disquirere an quid* ſit *diſcriminis, inter* Lupum Servatum & Lupum Ferrarienſem. *Affirmat quidem* Renatus Deviræus, *præfatione ad* Lupi Servati *libellum de tribus quæſtionibus, recuſum* anno 1650. *ad exemplar, quod anno præcedenti Duaci prodierat ex Mſ. Codice Monaſterii Elnonenſis, vulgo S. Amandi in Pabula: negant Miræus & multi alii, ut obſervat* Mangninus, *præfatione ſua ad eundem libellum, anno eodem* 1650. Hæc fere totidem verbis ex miſſis ad me liberali manu excerptis hujus argumenti, â nunquam ſatis laudato Conſultiſſimo Domino *Gerhardo â Maſtricht*, JCto & PP. Electoralis Academiæ Teutoburgicæ.

Addit hic *Diecmannus* (*ad verba*,) *ne perſonatus ſit:* Utique perſonatus eſt, & per metatheſin literarum prodit ſub ſimili anagrammatiſmo *Renati Veridæi* (de qvo v. quæ notavi infra p. 270. fin.) latentem *Andream* RIVETUM. Et ſane Fried. Spanhemius, filius, de Autore Epiſt. ad Hebræos P. I. C. 7. §. 51. *Lupi Servati* librum de tribus qvæſtionibus opera Riveti paucos ante annos recuſum, ſuppeditante ſe ex Parentis Bibliotheca exemplari, ſcribit. *Et in fine*: Pro *Mangninus* hic *Mauguinus* legendum, ut habet ipſe *Mareſius.* Eſt vero is *Gilbertus Maguinus* Regi Galliæ à conſiliis, & in ſuprema Monetarum Curia Præſes, cui doctiſſimum opus ad Hiſtoriam Controverſiæ Prædeſtinatianæ Seculo IX. agitatæ pertinens, debemus, Pariſ. 1650. 4. editum Tom. II. (quem vindicias prædeſtinationis & gratiæ inſcribit,) p. 114. ſs. de Lupo Servato, & pag. 127. ſs. de altero Lupo Ferrarienſi, quem multi cum priori illo confuderunt, fuſe agit. *Dallæus* itidem Part. 4. Apolog. pro Synod. Alenſon. & Carenton. pag. 926. ſeqq. utrumque illum Lupum diſtingvit, & ex Mangniniana editione citat pro ſtabilienda univerſali gratia, quod Spanhemium, cæteroſque quos vocant, Particulariſtas, male habet. *Centuriatores Magdeburgenſes, Uſſerius* Hiſt. Gotteſcalci C. 4. pag. 64. accuſat, quod Lupum Servatum Presbyterum cum Lupo Theanenſi Epiſcopo confuderint.

(1623) Petrus LURTZIUS emiſit in Publicum tractatum *de Squaloribus Romanæ Curiæ, quem ex ingenio Matthæi* de GRACOJO, Epiſcopi Wormatienſis profectum cenſet Jo. *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 105. 106. adde *Bailleti* Catalogum des Auteurs deguiſez p. 571.

(1624) LUSANCY: BEAUCHATEAU: Cela regarde peut-etre les Impoſteurs. Verba ſunt *Bailleti* in Indiculo Scriptorum Perſonatorum p. 571.

(1625) *Giovanni Gabriele Antonio* LUSINO, Satyricus Perſonatus, *Antonio Giulio* BRIGNOLE SALE, Marcheſe di Groppoli, uti docet La *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XV. p. 33. cujus alio nomine anagrammatico extat *Il Carnovale* di *Gotilvannio* SALLIEBREGNO ſuo loco nobis memorandum ſcriptum.

LUSITANUS v. *Amatus*,

- - *Dilectus.*

(1625. *a*) LUTERBACHII cujusdam ſub nomine *tres Theologos* Wittebergenſes Dr. HUNNIUM, D. *Polycarpum* (LYSERUM) & Dr GESNERUM tempore graviſſimi interdicti, & non ſine dolo, librum, contra ſe edidiſſe refer Sam. *Huberus* ipſo ſtatim principio Confutationis libri ſub alieno nomine editi, de controver ſia inter Theologos Wittebergenſes & Sam. Huberum de Electione. Quæ confutatio impreſſ eſt Mülhuſii, 1595. 4. Extat liber iſte Tom. I Oper. Latin. *Hunnii* p. 1031. ſeqq. cum præmiſſ Epiſtola M. Samuelis *Lauterbach*, ex qua apparet eum ſe non pro autore hujus libri gerere, ſe ejus tantùm editionem apud Typographum Francofurtenſem promoviſſe, *Symbola* eſt *Diecmanniana* Marginalis.

(1626) *Catechiſmus* LUTHERI *minor* Germanice 1587. Jeſuitæ hunc ediderant vari quæſtionibus, & reſponſionibus, ex primis ejus ſcriptis (quæ tenebris ignorantiæ adhuc imme ſus ediderat) ad fallendos ſimpliciores deturpa tum ac interpolatum uti habet Erh. *Cellius* Poe Profeſſor Tubing. in Orat. de Vita Jacobi Hee brandi Theol. Tubing. edita Tub. 1600. 4. fo 47. b. detectosque non multo poſt, Autor *Sigism.* ERNHOFERUM *Jeſuitam Viennenſem*, *Georg.* SCHERERUM: quos *Heerbrandus* aliqu ſcriptis refutarit, & criminis falſi convicerit. R fero in acceptis hæc *Mollero* Flensb. ſcripta aute Heerbrandi hæc ſunt, ex Bibl. *Lipenii* Reali Theo Tom. I. p. 261. col. a Jac. *Heerbrandi* Rettung d kleinen Catechiſmi Lutheri und Bericht auf d Jeſuiten zu Grätz boßhaftige Verfälſchung Tübing. 1587. Andere Rettung Ibid. 8. 1588. ferner Bericht von Verfälſchung des Catechiſmi ibid. 1588. Mentionem etiam hujus rei facit Witte Diar. Biograph. ad ao. 1600. 22. Maji. Fuit iſ *Ernhoferus* natione Germanus patria Monachie ſis qui Græcii 1597. obivit, quemque auctore hujus Catechismi eſſe nec diffitentur *Alegambe* 421. cum *Sotw.* p. 741. *de Scherero* vero natione i dem Germano patria Svaſcenſi Comitatus Tyro ſis Collegii Viennenſ. Rectore, nihil hucpertine mem

memorarunt. niſi quod ejus libri ſeorſim impreſſi poſtea digeſti ſint in Tomos II. variorum Opuſculorum Contra hæreticos, inter quæ num reperiatur haud dixerim. Titulum Catechiſmi à Jeſuitis editi ita format *Difenbach* in dem Unterricht von den Pflichten Chriſtlicher Schul-Lehrer pag. 137. Enchiridion, oder kleine Catechiſmus für die gemeine Pfarrherrn und Prediger gemehrt und gebeſſert aus D. Martini Lutheri Schriften und Büchern zu Wittenberg gedruckt. Vide Supra Hartmuth von Cronberg.

(1627.) LYCHARDUS *Neocomienſis* per *metatheſin* literarum eſt *Johannes Jacobus* HULDRICUS, Jacobi filius Auctor Vindiciarum pro Bibliorum translatione Tigurina, Tigur. 1616. docente *Hottingero* Schol. Tigurin. Carol. Append. pag. 138.

LICIUS v. *Proclus.*

(1628) Jacobi LYCKII non ſunt *Expoſitiones, Notæq;* eæ, quæ *ad* Congeſta ab illo *Numiſmata* adjiciuntur, ſed *Matthiæ* BERNEGGERI, indicante eruditiſſimo Domino Collega & fautore, Elia *Obrechto.* Hæc *Symbola Normanniana.*

LYCURGUS ITALICUS v. *in Anonymis cap. III. n. 955.*

LYCURGUS v. *Solonus.*

(1629.) *Nicolaum* DE LYRA cum Franciſco XIMENES confuſum vide infra in Ximene.

(1630.) LYS, *Samuel du: Simon* GOULART. Baillet liſte des Auteurs Degviſez pag. 571.

LYSIMACHUS v. *Nicanor.*

(1631.) LY-YO-FAN: *Jean Baptiſte de* MORALEZ. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez pag. 571.

* * *

# M.

(1632.)

MACARII celebres uno eodemque tempore *tres*, omnes Antonii M. diſcipuli, exeunte Seculo IV. recenſentur ex *Poſſevino* apud *Caveum* Hiſtoriæ Literar. Scriptorum Eccleſ. pag. 145. & 148. videlicet, (1) *Maccarius Senior Monachus Scetenſis*, dictus παιδαριο-γέρων, (2) *Macarius Junior*, πολιτικὸς Alexandrinus, & (3) *Macarius Ægyptius*, Amathæ Socius. Difficile fuit eruditis determinare, cuinam præciſe debeantur Scripta illa, quæ Macarii nomen præferunt. Sunt autem

I. *Homiliæ Spirituales* L. *de Integritate, quæ decet Chriſtianos*, MACARIO SENIORI adſcriptæ à Miræo Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 45. MACARIO, AMATHÆ SOCIO tribuuntur à *Poſſino* in Actis Eruditor. Lipſienſ. AO. 1685. pag. 89. utrique tamen abjudicare videtur *Du Pin* dans ſa Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. II. p. 72. ſubſtituens MONACHUM SEQUIORIS ÆVI. Certe Interpolatas ſuſpicatur etiam *Cave* Hiſtoriæ Liter. Scriptorum Eccleſ. p. 145.

II. *Regula Macarii* nomine extans, à *Miræo* Auctar. de Scriptor. pag. 45. Seniori, pag. 180. tamen etiam juniori adſcribitur. Alterius plane Auctoris eſſe creditur a *Du Pinio* loc. cit. Suſpecta etiam eſt *Caveo* loc. cit. pag. 145. diſtinguenda etiam ab illa, quæ Macariorum & Serapionis, aliorumque XXXIV. nomine extat; vide *Miræum* pag. 45.

III. *Opera ſeptem Aſcetica*, *de Cuſtodia Cordis, Perfectione in Spiritu, de Oratione*, de *Patientia* & *Diſcretione*, de *Elevatione Mentis*, de *Charitate*, de *Libertate* Mentis, a *Poſſino* MACARIO AMATHÆ SOCIO afferta apud Caveum pag. 148. MACARIO ALEXANDRINO digniora videntur Auctori du *Journal des ſavans* Tom. XIII. de l'année 1685. p. 13.

(1633.) *Grazia dio* MACCATI Bologneſe. Ejus nomine extat Bolon. 1640. in 4to Italice, *Oratione di Nerone* cujus Auctor eſt Monſignor *Gio. Battiſta* AGOCCHIA, ut indicat *Cinelli* nella Bibliotheca Volante Scanzia V. 53. 54. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 571. La *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXIII. p. 67. 68. quæ tamen perſonatum nomen ſcribit CRATIADIO MACATI.

MACEDO v. *à S. Auguſtino.*

(1634.) Æmilius MACER. De illius libro *de herbis*, ita ſcribit *Paul. Colomeſius* Cimelior. Litter. c. 6. p. 10. *Non me latet multorum manibus hodie teri libellum* de Herbis, *ſub* Macri *hujus nomine; verum falſiſſime ei tribuitur. Verus Auctor* ODO *quidam Medicus, ut ſe in veteri Codice legiſſe teſtatur Vir ævo ſuo non ineruditus* Gaudentius Merula lib. 1. cap. ult. *Antiquitatum Galliæ Ciſalpinæ, cujus loci indicium fecit Reverendus Parens.*

Merulæ Verba citata vide à *Colomeſio* differt. de Scriptor. aliquot dubiis num. VIII. Suppoſititium Scriptum hoc ſuſpicatus eſt etiam *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis Lib. I. cap. VIII. pag. 46. & de Poetis Latinis pag. 28. adde les *Jugemens des ſavans* Tom. IV. Part. I. num. 1149. 257. 258. & jam

ante eos *Geſnerum* in Bibliotheca ſua Univerſali fol.7. qui Auctorem eundem facit cum ÆGIDIO Medico Urinarum ſcriptore, quod etiam placet Thomæ *Bartholino* Diſſertat. de Medicis Poëtis pag. 112. 113. quanquam in omiſſis ad hanc paginam addit *Merulæ* Auctoritate, Auctorem eſſe ODOBONUM Medicum. *Secundum* autem *Macri* librum, quem ſub ejus nomine edidit Henricus *Ranzovius* Hamb. 1596. in 8vo eſſe SERENI SAMMONICI, *tertium* autem STRABI GALLI aſſerit pag. 116. 117. Bartholinum ſequitur *Fabricius* in Append. ad Bibliothecam ſuam Latinam pag. 155. 156. Quando hic (*Odobonus*) vixerit, docet Catalogus *Sigeberti* Gemblac. Et citat is c.44. *Strabum* qui poſt Carolum M. vixit *Walafredum* nomine. Hæc Daumius *ad Reineſ.* Epiſt. 4. & ex eo *Symbola Ranſchiana.* Vide de hoc Scripto *Linden.* de Script. Med. pag. 10. & *Mercklin.* in Lindenio Renovato p. 16.

---

(1635.) Jean MACER: J. LE BON D'AUTREVILLE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 571.

---

(1636.) MACER JURIS conſultus. *Volcmarus* KIRSTENIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 751.

---

(1637.) Nicodemus MACER, eſt *Aſcanius* PERSIUS v. *Rhod.* num. 49.

XLIX. Scav. 24.

Nicodemus MACER, Aſcanius PERSIUS Græcæ Linguæ Profeſſor Bononienſis.

Extat ſub hoc nomine *Nicodemi Macri Senioris cum Nicolao Craſſo Juniore Cive Veneto Diſceptatio de Parænesi* Cardinalis Baronii *ad Remp. Venetam*, Venetiis apud Georg Willer 1607. in 8. & Monachii eodem anno, in 4. edita. Etenim cum Cardinalis *Baronius* anno Chriſti 1606. edidiſſet *Parænesin ad Remp. Venetam* Romæ & Coloniæ Agrippinæ in 8. excuſam, qua ipſam ad obſequium Pontifici Paulo V. indebitum præſtandum hortari ſatagebat: oppoſuit ei *Antiparænesin* Nicolaus CRASSUS Civis Venetus Philoſophus & JCtus, quam etiam Tomo tertio Monarchiæ Imperii Romani inſeruit *Goldaſtus* pag. m. 414. & ſeqq. Huic ſcripto maxime ſerio jocularem Satyram oppoſuit *Perſius* iſte Bononienſis Profeſſor quam ſine riſu qui legat ἀγέλαστος ſit oportet. Plura de Nicolao Craſſo vide in *Pſeudonymis* noſtris ſub nomine *Publii Licinii* & ſupra ad num. xxx. Elogium illius recitat *Jo. Imperialis* Muſei Hiſtorici p. m. 205.

*Gaſpari Scioppio* tribuerat G. Mich. *Lingelshemius* Epiſt. 88. ad Bongarſium ſcribens: *Scioppius* effudit contumelioſum Scriptum in Venetos ſub nomine Nicodemi *Macri* adverſum Nic. Craſſum Rabidus omnino eſt, & pedantiſmis ſcatet ſcriptum. Attamen & ſcriptum hoc ad Caſparem SCIOPPIUM referre mavult Leonardo *Nicodemo* in Additionibus ad Bibliothecam Neapolitanam Toppii pag. 60. quibus adde ea, quæ habet *la Viſiera Azata* Hecatoſtes num. XLVII. p. 58. 59. (a) erroris redarguens *Rhodium* & me, ipſum ſecutum cujus verba proinde ut & alia Scioppii Pſeudonyma detecta ab ipſo adſcribo. Adde *Sagittarii* Introd. in Hiſtor. Eccleſ. p. 472.

(a) Villani Viziera Alzata pagina 55. 56. num.

*XLVII. GASPARO SCIOPPIO. Se vi fù alcuno che nelle ſtampe ſi faceſſe veder maſcherato parmi che 'l Conte* Gaſparo Scioppio *andaſſe ad ogni altro Superiore à ſegno tale, che à lui molti libri vengono attribuiti; ne quali hà ne pure una ſillaba. Una fiata hauendo penſato di ſcriuere queſto Opuſculo ed andare in traccia di Scrittori pſeudonimi, gli ſcriſſi mi voleſſe far gratia di darmi in nota li ſuoi. Egli con lettera delli XVII. Luglio M.DC.XXXVII. mi riſpoſe.* La liſta de miei libri ſtampati ſenza mio nome, farò come hauerò un poco più di tempo, perche à queſt' hora mi trouo occupatiſſimo. *Ma egli ſi dimenticò, ne io più la ricercai. Notarò quelli sò eſſer ſuoi, ne può dubitarſene.*

Paſchaſii Groſippi Mercurius Bilinguis
Grammatica Philoſophica
Paradoxa Litteraria

Mariangeli à *Fano Benedicti* Auctarium ad Grammaticam Philoſophicam eiusque Rudimenta *Mediolani ap. I. B. Bidellium M.DC XXVIII. & XXIX.*

Oporini *Grubinii* Amphotides Scioppianæ *Hoc eſt* Reſponſio ad Satyram Menippeam Joſephi Burdonis Pſeudo-Scaligeri pro Vita & Moribus Gaſp. Scioppii Patricii Romani Ceſarii, Regii, & Archiducalis Conſiliarii & ad ſummum Pontificem Exlegati. Item Reſponſio ad Confirmationem Fabulæ Burdoniæ dolo Calviniſtarum diù Suppreſſa & nunc demum in lucem edita. Acceſſerunt Denunciatio, & Mantiſſa Amphotidum cum Tribus capellis ſecundum excuſæ. *Pariſiis A. CIↃ.IↃC. XI. 8.*

*Intorno à queſto libro debbo notare che non in Parigi benſì in Nauſi uſci alla luce delle ſtampe che ſcriſſe contro quello, non come fuſſero farina dell'* Heinſio *del quale non ſi poteua perſuadere tanto, ma dello ſteſſo* Giuſeppe: *che mi diſſe anco eſſere quello che confutò la* Favola Bordonia *non oſtante ſia detto*: Confutatio ſtultiſſima Burdonum Fabula *Auctore F. R. Batauo juris ſtudioſo e pare debba dire*, Iano Rurtgerſio *Cognato del Heinſio ed Autore de ſei libri di* Varie lettioni *che hebbero il Natal e nell' Elzeuiriana M.DC.XIIX. è difficile a poterlo perſuadere.*

*Chi ſia il vero Autore del libretto* Tres Capellæ *che allo* Scoppio *s' atribuiſce ſi manifeſterà tra nomi che cominciano da R.*

Oporini *Grubinii* Legatus Later. Hoc eſt Definitio Legati Caluiniani, ex qua Catholici Reges ac Principes quantum Calvinianis Legatis fidei habere debeant conjicere poſſunt.

*Item* Relatio de Latrocinio, quod Regis Angliæ Legatus aduerſus *CASP. SCIOPPIUM Madriti* nuper ſuſcepit undecim percuſſoribus ad eius cladem conſtitutis deque miraculoſo auxilio quod Beata Virgo eidem SCIOPPIO præſtitit. *Ingolſtadii ex Typographia Edrian.*

*Edriana ap Elizabetam Angermariam A. M.DC. XIV. 8.*

Holofernis Krigſuederi Landſpergenſis *Bauari Scholæ Meitingenſis Monarchæ* Reſponſio *ad Epiſtolam Iſaaci* Cazoboni *Regis in Anglia Archipædagogi pro Viro Clariſſ. Gaſpare Scioppio Patricio Romano, Cæſario, Regio, & Archiducali Conſiliario Ingolſtadii vt ſupra An. M. DC. XV. 8.*

*In queſta riſpoſta ſi legge vn curioſo ſuccedimento tra il* Caſaubono, *e la Serua di* Dionigi Gotofredo *in cui ſi vede la cagione per la quale chiamandoſi prima Hottobono, ſi chiamò* Caſaubono.

Aſpaſii *Groſippi* Pædagogus Pædagogorum *ſiue* Parænesis *ad aſſiduam veram ac fructuoſam S. S. Bibliorum lectionem. Friburgi Briſgouiæ apud Joannem Straſſerum M. DC. XII. 4.*

Nicodemi Macri *Senioris Ciuis Romani cum* Nicolao Craſſo *Juniore Ciui Veneto*, Diſceptatio de Paræneſi *Cardinalis Baronii ad Sereniſſ. Remp. Venetam.*

*Næuius Comicus.*

A Cedò, qui veſtram Remp. tantam amiſiſtis tàm citò.

B Proueniebant Oratores noui, ſtulti, adoleſcentuli.

*Monachii ex Typograph. Nicolai Henrici* M. DC. *VII. 4.*

*Il Placcio nel Catalogi de Pſeudonimi pag. 221. NICODEMVS MACER. eſt Aſcanius Perſius V. Rhod. n. XLIX. Il Rhodio negli Scrittori ſuppoſititi pag. 33. Nicudemus* MACER *Aſcanius PERSIVS* Grecæ linguæ Profeſſor Bononienſis. *Errano amendue: ma l' errore del* Rhodio, *e maggiore di quello del* Placcio: *imperciòche il* Placcio *forſe non mai conobbe lo* Scioppio *perche ſe bene fù à Padoua, lo* Scioppio *fin li XIX. Nouembre H. 23. d' Anni LXXV. del M. DC. XLIX. pagò il tributo alla natura. Tanto m' inſegna l' eruditiſſima Commentatio de* Gymnaſio Patauino de Monſignor Veſcouo Tomaſini *Lib. IV. pag. 464. e' l* Rhodio *per multi Anni hebbe occaſione di praticarlo. Ma ſe c' e alcuno, che poſſa darne contezza ſono io da che è morto il Dottor* Gio: Michele Pierucci *Florentino, che lo teneua in ſua caſa, e rimaſe Herede delle di lui facolta, e libri, eſſendo ſtato Amico, e dello* Scioppio, e del *Craſſo, e l'uno e l' altro me lo confermarono. Anzi che rittrouandomi vna volta in Padoua, e diſcorrendo di queſta conteſa, mi diſſe hauere il Libro in Milano con altri, ed eſſere ſcorſi da Anni XXX. che non l' haueua veduto: non però mancò di recitarmene alla mente trè ò quattro carte, cominciando dal principio. E dicendole jo non occorrere che egli ſi pigliaſſe tal briga per ritrouarſi nel mio ſtudiolo, chieſtomelo in preſtito glielo mandai, e me lo reſtitui con vſura, non però, dannata, corretto da alcuni errori.*

(1637 α) *Nicolao* MACHELLO adſcriptum ...orum *de Lue Venerea* 1608. in 8vo editum, *Nicolai* ...ACHIAVELLI eſſe autumat *Ravius* in notis ...Stis ad Jameſium ut indicat *Symbola Normannia*..., ſuſpicionem hanc Ravii fruſtraneam eſſe ſub...iens.

(1638) MACRINUS SALMONIUS: *Jean* SALMON. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 571.

(1639) *Henrici* MADATHANI perſonato nomine edidit *Aureum Seculum Redivivum Hadrianus* à MYNSICHT Med. D. Comes Palatinus Cæſareus. Dd. Brunſ. Luneb. & Saxon. inferior Archiater ex Theſauro & Armamentario Medico Chymico ſatis celebris. Extat illud in *Muſæo Hermetico* publicato Francof. 1625. & denuo 1677. in 4. Hucusque *Symbola Flensburgo Molleriana.* Adde *Baillet* Catalogum des Auteurs deguiſez p. 579. At *Merclin.* in Linden. Renovato præter Theſaurum nullius Mynſichtiani ſcripti meminit p. 387. Vide infra *Tribudenium.*

(1640) *Tonantius* MADIANUS, Anagramma eſt *Antonii* DAMIANI, Neapolitani, qui ſub nomine hoc edidit *Apologiam* 1666. in 12. Neapoli. Docente *Toppio* in Biblioth. ſua Neapolit. p. 26.

(1641) *Franciſcus Antonius* de MADRID, qui ex latino in Hiſpanicum ſermonem vertit *las Cronicas de los fratres Menores Capuchinos del Bienaventurado* S. Franciſco 1644. in fol eſt D. *Gabriel* de MONCADA Matritenſis, & Advocatus Curiæ Regiæ, docente Nicolao *Antonio* Biblioth. Hiſp. p. 388.

(1642) *Alexander* MAFFÆUS. Perſona eſt Jeſuitæ Itali, *Antonii* TARLATINI, ſub qua edidit Romæ per Franciſcum Caballum 1642. in 24to. *Infantem Jeſum Margaritam Animæ.* vide *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Societatis Jeſu p. 86. a. & *Witte* Diar. Biograph. ad d. 9. Januar. 1665.

(1643) Juliani MAGENHORST nomine, prodiere *Commentarius in Ordinationem Judicii Cameræ Imperialis*, Francof. 1631. in 8. item *Centuriæ Obſervationum Cameralium*, ibid. in 8. 650. Eum nobis detegit *Chriſtoph. Schwanmannus* Obſ. 161. n. 6. edit. ult. verbis hiſce: *Commentator in Ordinationem Cameræ, Caſparus* KOCH, *Jurium Licentiatus, (juxta* Johannem Meiſnerum *in deciſ. Tom. 1. lib. 2. deciſ. 2. n. 21. §. Quintum dubium &c.* & Erneſt. Cothman, *Reſponſ. 59. num. 302. fol. 103.) qui fuit* Aſſeſſor Cameræ, *anno 1548. teſte Chriſtiano* Barth, in der Käyſerl. Cammer-Gerichts Beſcheiden. *Tomo 1. in principio in Tabula perſonarum Cameræ Imperialis &c.* Et Georgio Wilbrando Wormſer, *Advocato Cameræ Imperialis, ad jus Camerale* Petri Denaiſii *circa fin. fol. 883. quem* Kochium *agnatum ſuum appellare ſolebat, Conſultiſſimus* Dominus, Caſparus Koch, *Jurium Doctor, Cancellarius Archi-Epiſcopi Bremenſis, Vir pacificus, Affinis & Amicus meus magnus, optime de Archi-Epiſcopatu & conſervanda germanæ libertate & concordia meritus.*

Confirmant hæc *Wittenius* diar. Biograph. Part. II. ad d. 14. Septemb. Anni 1653. ex Originali Manuſcripto & *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis p. 213. ſuppletas eſſe notas has addens à *Wernero* KOCHIO, adſutosque centones ab aliis ex MYNSINGERO. *Caſparem* OBSOPÆUM, memoriæ credo lapſu, nominat *Mauritius* Introduct.

ad Praxin Forenſem. §. 18. (a) indicante *Symbola Anckelmanniana*.

(a) Symbola Ankelmanniana.
*In* Ordinationem Cam. *In lucem prodiit liber edente Juliano* Magenhorſt, *unde ipſi hodieque nomen eſt; licet reipſa ſit alterius & Cameræ quidem Aſſeſſoris, ſi non antiquioris, coævi ſaltim* Gailio, *ac* Mynſingero, *apud quem multa totidem verbis, quemadmodum in Commentario iſto leguntur. Ignoro tamen ex illo* Mynſingerus *an ab hoc ille ſua deſumpſerit. Conjectura, ſed non penitus evidenti* Caſparo Obſopæo *J. U. C. & Celeberrimo Cameræ judicii Aſſeſſori tribuit* Maurit. *Introd. ad praxim forenſ.* § 18.

(1644) *Joannes* MAGIRUS totum *Theophili* GOLII Commentarium ſuper Ariſtotelis Ethicam, ſub ſuo nomine evulgari curavit: docente ex *Eckenbergero*, M. *Georgio Friderico Heupelio* in Sylloge Amœnitatum Hiſtorico-Criticarum Witteb. 1688. diſputata, Reſpondente Chriſtiano Friderico *Crauſſe* §. XIV. Cujus verba hic ſub lit. (a) addimus. Quod liber ille ſane non merebatur exiguo cum judicio ex *Ariſtotele* excerptus, & ejus mentem pauciſſimis in locis difficilioribus aſſequens.

(a) Heupelius in Sylloge Amœnitatum Hiſtorico-Criticarum Witteb. 1688. diſputa Reſpondente Chriſtiano Friderico Crauſſe §. XIV.
Johannes Magirus *vir cætera eruditus, digniſſimus eſt, qui ad librum Cl. Thomaſii de plagio literario editum referatur. Quippe totum Golii commentarium ſuper Ariſtotelis Ethicam publice per aliquot annos Argentorati prælectam, ne apice quidem addito, ſub ſuo nomine evulgari curavit, & virum optimum, deque Gymnaſio Argentoratenſi præclare meritum debito honore privavit, quod jam ante viginti quatuor annos monuit Cl. Joh. Chriſtoph. Eckenberger* (a). Αὐτόγραφον Golii, *ne quis dubitet, adhuc apud Nepotes oſtenditur.*

(a) Diſput. ſub Præſid. B. noſtri *Schalleri* Argentorati 1664. habit.

(1645) *Marcus Antonius* MAGIRUS perſona eſt aſſumta *Petro* SCHULERO, où SCHOLÆR, Senatori Civitatis Antverpianæ ſcribenti de re Culinaria, ut obſervat *Bailletus* Part. III. des Auteurs deguiſez cap. IX. p. 315. & in ſubjecto Indiculo p. 571.

(1646) *Giovan. Tanto* MAGNALPINA, Quod ſub hoc nomine ſcriptum extat Mediol. 1650. in 12mo. *Della Carozza di Ritorno*: ouero *dell' Eſſame del Veſtire, e Coſtumi alla Moda* libri II. *Auguſtino* LAMPOGNANI Abbati Caſinenſi adſerit la Viſiera *Alzata* Hecatoſtes num. III. p. 24. nobis ſupra in *Fuggitivo*, Academico Indomito exſcripta, hic relegenda.

(1647) MAGNESIUS, *Hugo: Hugues* CAVELL. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 572.

(1648) MAGNINUS Mediolanenſis vindicavit ſibi *de regimine ſanitatis* opus, quod revera eſt *Arnoldi de* VILLANOVA, Cathalani, cui tamen aliqua etiam falſo tribui, ex enarratis â ſe teſtatur, *Valerius Andreæ Taxander* ſcriptor. Hiſpaniæ p. 28. & 29. v. *Borellum* ſub nomine Arnoldi & ſeq. & Villanovani p. 216. & ſeqq. *Lindanum* de ſcript. Medicis p. 56. 57. & 454. edit. ultimæ.
Adde *Merclinium* Linden. Renovat. pag. 91. & pag. 770. Vendicaſſe ſibi hoc Arnoldi Opus Magninum agnoſcit quoque *Geſnerus* in Bibliotheca ſua Univerſali fol. 93. col. a. ſed addendo & immutando nonnulla, ut ſubjungit Geſnerus.

(1649) MAGNUS AMICUS HONESTI eſt *Joachimus Stegmannus* vid Anonymos num. 702. α.

(1650.) MAHUMEDIS Teſtamentum, à *Gabriele Sionita* editum, non genuinum ſed à Chriſtianis ſuppoſitum cenſet Hugo Grotſius Epiſt. ad Gallos 113. *Salmaſius* autem de veritate ejus nullus dubitat, Epiſtola, qua illi reſpondet, 3. Idu, Jul. 1630. Non vult tamen de eo cum Grotio pugnare. Epiſt. 6. Non. Aug. 1630. Hucusque *Symbola Rauſchiana*.

(1651) Jacobus MAINOLDUS, quomodo ſit *Carolus* SIGONIUS, ita olim tradidi in *Rhod* num. XIII.

XIII. Scav. 44.

*Libri* De Titulis Regis Hiſpaniæ (*Auctor*) *eſt* SIGONIUS *quem à Præceptore donatum edidit ſuo nomine* JACOBUS MAINOLDUS. Hæc totidem verbis legas apud ſœpius laudatum *Ernſtium* l. c. qui cum ex Laurentio Pignorio per amicum quendam hæc ad ſe delata teſtetur, nullus amplius dubito, quin etiam noſter ex eodem iſta habuerit. Utpote qui non coætaneus modo illius, ſed & familiaris Patavii degens fuit, uti liquet ex Symbolarum Epiſtolicarum, Epiſtola 36. ad noſtrum ſcripta. Fuit autem ille MAINOLDUS Cremonenſis, cujus vitam deſcribit Italice *Girolamo Ghilini*, Theatr. part 1. pag. m. 71. 72. ubi altum de hocce plagio ſilentium, ipſius vero ſcripti mentio eſt valde honorifica, ejusque vera inſcriptio notatur *de Titulis Philippi Auſtrii Regis Catholici*. Prodiit idem Bononiæ 1573. in 4. ſub hac inſcriptione: *Jacobi Mainoldi Galerati de Titulis Philippi Auſtrii Liber atque in ipſas titulorum ſucceſſiones Tabulæ*: quod eo diligentius noto quoniam & hic auctor eſt inter omiſſos *Georgio Draudio in Bibliotheca Claſſica*; quale etiam alios tantum non ſexcentos haud ignobiles notavimus. Neque tamen hic ſilentio prætereundum quod modo laudatus *Ernſtius* paulo poſt CAROLO VIANELLI, de quo pluribus infra ad N. 22 agetur

getur, hoc ſcriptum ex eruditorum pluri-morum ſententia tribui teſtatur.

Sub Jacobi Mainoldi Galcerati perſona latere Carolum *Sigonium* obſervat etiam *Bailletus* in Catalogo des Auteurs degviſez p. 572.

(1652.) Simonis MAJOLI Epiſcopi Vulturarienſis cujus nomine extant *Dierum Canicularium* Tomi VII. ſub ejus nomine citati quoque *Thomæ Hydeo* in Catalogo Bibliothec. Bodlej. pag. 423. non niſi earum Tomus Primus eſt, reliquos ſibi vendicat *Georgius* DRAUDIUS in Bibliotheca ſua Claſſica pag. 349. 1076. 1077. adde *Königii* Bibliothec. Vet. & Novam p. 496. a. Itemque Jacobi *Thomaſii* Diſſertationem de Nicello Wirekero hab. Lipſiæ 1679. §. 60. ad lit. S) Certe Tomum ſtatim operis hujus *Secundum* nunquam Majolo falſò adſcriptum ſuſpendit, donec corrigatur, *Index Prohibitorum Romanus* 1667. pag. 120. confer *Quenſtedium*, qui promiſcue totum de Canicularibus ſcriptum Majolo tribuit, de Patriis Virorum illuſtrium p. 288.

MAJOR v. *Æſchacius.*

(1653.) *Nicolai* MAJORAGII Scripta Philoſophica, ipſi συνολῶς ſuppeditata ab *Octaviano* FERRARIO. Mar. Antonii *Nizolii* præf. t. Ver. Philoſoph. princ. ad Lectorem. Hæc *Symbola Normanniana.*

(1654.) MAIRET *Sophonisben Suam* THEOPHILO Poetæ Gallicano, cognomento VIAUD, ffuratus dicitur *Menagio* Anti-Baillet. Tom. I. pag. 366. 367.

(1655.) MALACHIAM Prophetam cum ESDRA confuſum à Judæis monuimus in *...onymis.*

(1656.) MALACHIÆ, Epiſcopi Armachani in Hybernia *Prophetiæ*, ſive *Symbolæ* ab Arnaldo *Wion* Venetiis 1595. primum editæ à Ciaconio Illuſtratæ, à Patre Claudio Franciſco Menetrierio peculiari ſcripto Gallico impugnatæ, quod Germanice redditum recenſent Monat-liche Unterredungen 1691. p. 824. ſeqq. ex eoque ...tant ſuppoſitum hoc eſſe Malachiæ vel à BENEDICTINIS pag. 831. vel à Domeſticis & FAMILIARIBUS Cardinalibus SIMONCELLI, de ea anni 1689. p. 1155. ſeqq.

(1657.) Alberti MALBERG *Schola affectuum*, hoc eſt *Brevis & Methodica moderandorum affectuum, per media tum generalia tum particularia, ...itutio, ex doctrina quorundam è Societate JEſu Patrum, in gratiam Parthenicæ Societatis concinnata, ...emq; Xenioli loco oblata, opera* R. D. Alb. Malberg Colon. 1625. in 12. *Philippo* BEBIO, Jeſuitæ, aſſeritur à *Valerio Andrea* pag. 768. *Alegambe* in appendice ultima pag. 555. *Fr. Swertius* eum ...ain cum omnibus ſuis ſcriptis omittit.

*Alegamben* ſequitur *Sotwel* Biblioth. Scriptorum Societatis JEſu pag. 707. quanquam verba ejus magis ad *Trivium Cœleſte*, & ſequentia ſcripta quam ad *Scholam affectuum* extendi poſſe videantur. *Wittenius* tamen in Diario ſuo Biographico ad d. 16. Febr. 1637. omnia Bebii Scripta, tanquam anonyma, ſive tacito nomine edita recenſet. Ipſe liber præter Introductionem 2 Capitibus conſtantem in 4 Sectiones diſtributus quarum I octo (II) *ſedecim* (III) *decem* (IV) *tredecim capita* continet paginis in univerſum 254.

(1658.) Joannis Richardi MALCOMESII *Commentarium novum in Weſenbecium, cum annotationibus & remiſſionibus* 1669. Francof. editum, eſſe Viri Conſultiſſimi quondam, atque Profeſſoris Altorfini, *Wilhelmi* LUDWELLI, ex Bibliopola ſibi cognitum perſcripſit mihi Dn. *Gerhardus von Maſtricht*, JCtus & PP. in Electorali Academia Teutoburgica, cujus ſymbolas huic opuſculo meo collatas jam aliquoties prædicavi.

Wilhelmo Ludvello etiam aſſeruntur à *Deckberro* & Scriptis Adeſpotis p. 212. adde *Bailleti* Catalogum des Auteurs deguiſez pagina 572. Sed Excelſimus Syndicus *von Maſtricht* explicat mentem ſuam in marginalibus nunc hiſce:

*Ita non perſcripſit, ſed Auctorem illum incertum, ad quem* Malcomeſius *ille commentatur, eſſe* Ludvvellum, *ſcripſerat ad Auctorem Gerh.* von Maſtricht.

(1659.) *Joanni* MALDONATO, S. J. Theologo, falſo adſcripta *Summula caſuum conſcientiæ* collecta per *Martinum* CODOGNAT, Minimum, impreſſam Lugd. apud Hæredes Guil. Rovilii 1604. merito videtur Damnata in *Indice prohibitorum* (Romani pag. 72. col. a.) Nicolao *Antonio*, in Biblioth. Hiſpan. pag. 559. *Alegamb.* Scriptor. Societ. JEſu pag. 257. *Sotwello* pag. 475. qui uterque in laudibus Maldonati deprædicandis, fere modum non tenet, indignitatem facti Minimorum hoc ſcriptum ſupponentium Maldonato, tanto magis averſantes.

*Felix* MALLEOLUS v. *Hemmerlein.*

*Thomas* MALLEOLUS v. *Gerſon.*

(1660.) MALHERBE. Ei tributum eſſe carmen quoddam à *Balzaco* & poſtmodum etiam *Menagio*, quod tamen hic denique agnoverit eſſe *Domini* DE RACAN, memorat *le Projet d'un dictionaire* Critique p. 358. 359. quæ verba exſcripſimus ſupra, ubi nobis de Madame Des-Loges ſermo fuit.

(1661.) MAMERTINO tributus *Panegyricus* Maximiano & Diocletiano dictus in Edit. 1599. EUMENIO Rhetori aſſeritur à *Cuſpiniano* apud *Deckherrum* de Scriptis Adeſpotis pag. 306.

(1661. a)

(1661. *a*) MAMMOTREPTI nomine MARCHESINUS è Regio Lepidi, Ord Minor. circa ao. 1300. ſcripſit, referente *Königio*, de menſibus, feſtivitatibus ſacerdotalibus, divinationibus, nominibus Dei *apud Hebræos*, ait *Imbonat.* Bibliothec. Latino-Hebraicæ p. 435. ex *Konigio* qui p 500 & in Marcheſino plura. Etiam Ludov. *Vives* præfatione in Auguſtin. de Civitate Dei de hoc antiquato jam Lexico meminit.

MANARDO v. *Catoſi.*

(1743.) *Mercurio* PLATONISSANTE auctore circumfertur *Diſſertatio* inſcripta *Cometæ malus genius*: ſive Diſſertatio ſingularis, qua ad excitanda Eruditorum ingenia diſquiritur: *Annon Cometæ per malos genios regantur?* Autore *Mercurio Platoniſſante*, Noribergæ apud Endteros in 12 ſine mentione anni. Autorem libelli eſſe *Michaelem* PRAUN, J. U. D. Comitem Palat. Cæſ. & Princ. March. Baden-Durlac. Conſiliarium Aulicum, alia ejus editio, quæ Francof. 1682. 12. cum iis, quæ retuli, auctoris nominibus & titulis prodiit, docet ut habet *Symbola Diecmanniana.*

(1744.) MORE-*SOLTE*. *Pierre* GRINGORE DE VAUDEMONT. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 575.

MERLINUS v. *Coccajus*.

MEROSCHOVA v. *Michaël.*

(1745.) MESNIL, *Jean Baptiſte* de: N-ROSIMOND. *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez p. 575. Edidit autem ſub illo ficto nomine *Vitam cujusdam Sancti*, ut indicat idem *Bailletus* liſte des Auteurs deguiſez P. IV. cap. IV. pagina 513. (a)

(a) Baillet Deguiſemens des Auteurs pag. 513.

*Un Comedien de nos jours connu pour un homme d' eſprit par ceux qui ont le goût du theatre, à eſté privé à ſa mort des honneurs de la ſepulture ſolemnelle des Fideles, ſuivant la ſeverité de la diſcipline de l' Egliſe. Mais il eſt probable que s' il avoit eſté reconnu pour l' Auteur d'* une vie des Saints *nouvellement publiée ſous le nom emprunté du ſieur du* Meſnil, *l' Egliſe conſiderant ce travail édifiant comme le fruit de ſa penitence, auroit pû luy rendre cet honneur ou quelque autre récompenſe que ſon changement de nom luy a peut-eſtre derobée.*

MESSALINUS v. *Walo*.

(1746.) MESUÆ Liber XXVIII. eſt ALBUCASIS quem alii SERVITOREM nominant. *Ravius* ad *Geſn.* in Albucas. Hæc *Symbola Normanniana.*

(1747.) VON METEREN v. *Demetrius*.

(1748.) METHODIO *Monacho* falſo in MSto Bibliothec. Cæſar. Vindobon. adſcriptum *Commentarium in Apocalypſin* ORIGENI itidem abjudicatum ANDREÆ CÆSARIENSI reſtituit *Lambecius de* Biblioth. Cæſar. Comment. lib. IV. p. 180. 181.

(1749-52.) METHOVIUS Olympius & poſtea Tyrius Epiſcopus, dictus EUBULIUS. Ei ſuppoſitam eſſe *Orationem de Simeone & Anna*, ſeu *in Feſtum occurſus & Purificationis* B. Mariæ docet *Caveus* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag 75. METHODIO CONSTANTINOPOLITANO Patriarchæ eum adſcribens. Pro genuino tamen eam agnoſcit *Du Pin* Nouvel Bibliothec. Tom. I. pag. 200. at Conſtantinopolitano mavult etiam adſcribere *Oudinus*: vide le *Journal des ſavans* 1686. p. 135. (a)

II. *Oratio Palmarum* Methodii ſit an CHRYSOSTOMI, dubitat *Caveus* loc. cit. Methodio tamen aſſerit *Du Pin* p 200.

III. *Oratio de Pythoniſſa* adverſus Originem eadem eſſe videtur *Leoni Allatio* cum ORIGENIS tractatu de *Engaſtrimytho* apud *Caveum* loc. cit. cui tamen hoc diſplicet.

IV. *Liber Revelationum*, quem huic Methodio ſuppoſitum docent *Miræus* Biblioth. Eccleſ. pag. 27. (b) & *Olear.* Abac. Patrolog. p. 315. *Colomeſio* Diſſert. de Scriptis aliquot dubiis num. XXII. idem cum *Chronico* Methodii videtur.

(a) Journal des Scavans 1686. pagina 135.

*Il pretend que le Sermon pour* le jour de la Purification *que* Bellarmin *& aprês luy le P.* Combefis *a attribué à* Saint Methodius *Evêque d' Olympe ou de Tyr, dont ce Pere publia les ouvrages en 1644. n' eſt nullement de luy, mais plutoſt de Methodius Patriarche de Conſtantinople qui vivoit au 9. Siecle. Il ſe fonde entre autres raiſons ſur ce qu' il paroiſt que ce Sermon a eſté prononcé dans une aſſemblée d' Evéques, ce qui n... peut convenir au temps de la perſecution de Diocletien & de Maximien ſous laquelle ce ſaint a vecu & ſouffert la mort.*

(b) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic pag. 27.

*Circumfertur & libellus* Revelationum *ſub eju... nomine, ſed putatur ſuppoſitus. Alius ab iſto fuit S.* Methodius *C. P. Patriarcha.*

(1753-8.) METHODIUS PATRIARCHA *Conſtantinopolitanus* dictus *Homologeta* ſe... *Confeſſor.* Ei vulgo adſcribitur

(I) *Vita* ſeu Encomium S. *Dionyſii Areopagitæ* Quod ſcriptum tamen ex HILDUINI Areopagiticis deſumtum demonſtrat *Sirmondus* apud *Caveum* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 375 *Metrodoro* etiam adſcribi notat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlej. p. 454.

(II) Sermones de Simeone & in Ramo Palmarum METHODIO JUNIORI adjudicantur à Du Pinio Nouvelle Bibliotheque Tom. VII pag. 196.

III

III. *Canones Pœnitentiales* METHODII JUNIORIS Patriarchæ eſſe aſſerit *Arcudius* apud *Cave*, loc. cit.

IV. *Oratio in eos qui dicunt, Quid profuit filius Dei Crucifixus.*

V. *Ad eos, quos pudet crucis Chriſti:* quæ utraque ſub Hujus *Methodii* nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag 454. METHODIO cuidam Epiſcopo incertæ ætatis tribuitur ab *Oleario* Abaci Patrolog. pag. 315. & *Miræo* Biblioth. Eccleſ. pag. 182. cui tamen hunc eundem eſſe cum Patriarcha noſtro Conſtantinopolitano videtur veriſimile. p. 232.

METHODIUS v. *Eubulius*.

(1759) Theodoro METOCHITÆ ſuppoſitam a *Meurſio Hiſtoriam Romanam*, quæ ſit *annalium Michaëlis* GLYCÆ *liber tertius*, prolixe docet *Th. Rayn.* de mal. & bon. lib. p. 156.

Et ex eo *Cave* Chartophylac. Eccleſiaſt. pag. 264. & *Wharton* Append. ad Hiſtor. ejus Eccleſiaſt. pag. 4. quibus addit Philip. *Labbe* in notis Edit. Reg. Pariſ. pag. 364. Pro genuino tamen *Metochitæ* opere agnoſcere videntur *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſt. pag. 259. & *Voſſius* de Hiſtor. Græcis lib. II. cap. XXIX. pag. 308. & *Sagittar.* Introd. hiſt. Eccleſ. pag. 584. Denique *Diecmannus* Ampliſſimus hoc l. margini addit: Non ſuppoſuit Theodoro *Metochitæ* hanc Hiſtoriam *Meurſius*, ut mordaciſſimus Jeſuita *Raynaud.* garrit, ſed ab ejus ſocio Raynaudo Schotto, ut *Meurſius* in præloquio prodit, acceptam Latine vertit, & Lugd. Batav. A. 1618. 4. edidit. Si quod hic peccatum ſubeſt, iſtud non Meurſii, ſed Theodori *Metochitæ* eſt, qui *Glycam* ſcripſerit. *v. Fabri* Dec. Decad. n. 18.

(1760) *Johannes* MEURSIUS ut ſit *Hieronymus* WOLPHIUS ſic indicat *Symbola Normanniana: Nicephori Gregoræ* Μονῳδίαν εἰς τὸν μέγαν λογοθέτην, Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην cum verſione Latina in Præloquio de Theodoro Metochita edidit Joh. *Meurſius*, nullo verbulo indicans ſuane, perinde ut reliqui operis, interpretatio, an alterius eſſet. Eſt autem Hier. *Wolphii* libro X. Hiſtoriæ *Nicephori Gregoræ* exſtans, quæ nonnunquam exemplari Græco adpoſito integrior pleniorque, aliunde transſcriptam ſe prodiit, ſed emendatior tamen meliorque hæc Monodia in noſtro MSto reperitur. *Symbola eſt Normanniana*, hucusque: Vide in ALOYSIA SIGÆA *Meurſium* hunc denuo. Interim hic adde *Maſtrichtiana* ſequentia

*Meurſius* Joh.

*Interpres Hiſtoriæ Romanæ* Theod. *Metochitæ*, quæ eſt liber tertius annalium Mich. *Glycæ* ut oſtendit *Rainaud.* de bon. & mal. libr. § 252. ſed notandus hic pruritus Raynaudi, quamlibet arripientis occaſionem carpendi. Subjicit enim: Sed homini ex Calvini caulâ leve eſt ita ludere & illudere. Hæc ſane rabies, hic furor eſt, hominem de literis bene meritum ſi quisquam, & qui negotia religionis rariſſime tangit, convitiari. Meminiſſe debuerat Raynaudus, eum in iſto erotemate X. agere tantum de iis ſuppoſititionibus, quæ ſine dolo fiunt, inter quas & hanc refert; attamen convitiandi prurituí indulgere voluit. Sed is mos eſt Jeſuitarum, ex cauſa pontificis ita ludere & illudere de rebus literariis bene meritis. Adde verba ultima ejusdem *Raynaudi* ubi de dolo ne quidem conjectura conſtare ait. Non Raynandum latere poterant merita Meurſii & elogia literatiſſimorum hominum, de quo Euſtat. *Swartius* analectorum lib. 2. c 3. aſſeruit, quod ejus meritis in rem literariam, omnia verba ſint inferiora, & Dan. *Claſſen* lib. I. Exercit. in paſſionem Domini cap. 4 p. 54. vocavit optimum antiquitatis vindicem: Schokius Magnus Polyhiſtor. in fabul. ſummum: Borremanſius de poetis & Prophet. pag. 70. Virum eruditiſſimum: Reineſius inter maximos numerandus I. var. cap. 14. pag. 49. virum, quo Græcantiorem Apulejana voce non vidimus, Græciæ vindicandæ in Belgio natum. Hoc diffamandi Cacoethes eo turpius eſt, quo innocentior Meurſius qui ipſe hunc Metochitæ librum Glycæ adſcripſit. (Jungenda hæc numen ſcil. priori.)

(1761.) MEZAHAB Epiſtola *de Auro potabili aut de variis auri generibus*, quam ex ſenſu artis ſcriptam prædicat *Morhofius* Polyhiſt. liter. lib. I. cap. XI. p. 113. *Benjamino* MUSSAPHIA, Medico Hamburgenſi, adſcribitur â *Mollero* Iſagog. ad Hiſtoriam Cimbr. Cherſones. Part. II. pag. 96. (a)

(a) Mollerus Iſagog. ad Hiſtoriam Cimbr. Cherſones. Part. II. p. 96.

Benj. Muſſaphia *Med. Doct. & Practicus Hamb. atq; Gluckſt. A. 1674. mortuus, Autor Epiſtolæ de Auro Potabili, ſub ficto nomine* MEZAHAB *initio editæ, & anno 1640. cum Sententiis ipſius Sacro Medicis recuſæ, quam* Morhofius, *præ nimio Chymiæ ſtudio a Rabbino Antiquo ſcriptam eſſe credidit.*

(1762) MICHAEL *Eliachim : Jean* DESMARETS *de S. Sorlin. Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 575.

(1763) MICHAEL MEROSCHOVA, Bohemus, ſcripſit Epiſtolam ad Joh. Traut Noribergenſem — Nomina fictitia hæc ſunt: ſed PRUDENS POLITICUS ſub primo latet ex D. *Praunii* Ritter-Spiegel pag. 94. monet Schröteringiana Symbola.

(1764) MICHAEL PSELLUS quomodo ſit idem cum EPHESIO vide ſupra in *Epheſio*.

(1765) MICHAEL v. *Villanovanus*.

(1766) MICHALOWICZUS v. *Zagieli*.

(1767.) Olmerio de MICHELI. Perſona eſt Hieronymi de SAVONA ſub qua publicavit *Carmina quædam* Venerea, indicante *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez P. II. cap. V. pag. 133. 134. 296. & in Catalogo, p. 575.

(1768) Joannes MICROLOGUS, quomodo ſit factus ex errore, v. apud *Th. Raynaud.* de mal. & bon. l. p. 131. & ſupra n. 176.

Cujus verba ſupra in *Bernone Augienſi* exſcripſimus, ubi prolixe de Micrologo egimus, ejusque Auctorem IVONEM CARNOTENSEM eſſe aſſeruimus.

(1769.) *Daniel* MIEDHOVEN.

Miniſter & Conſiliar. Ducis Saxo-Lauenburgici, dedit anno 1629. einen außgefertigten Bericht / wie der Fürſten von Saxen-Lauenburg Vorfahren um die Chur-Gerechtigkeit kommen / und ſie davon noch abgehalten werden. Auctor des Saxen-Lauenburgiſchen Stamm-Falles perſonatus *Levinus* von Ambeer Hamb. 1690. fol. 70. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

(1770) MIGEO, *Joannes* : Gaſpard. THAUMAS de la THAUMASSIERE. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez pag. 575.

(1771) MILDAPETTI Refutatio *Theoriarum de unica methodo* — — — — — *Guillielmi* TEMPELLI. Contra *Diplodophilum.* Ep. dedic. 4. Com. 2. 43. Hæc *Symbola Normanniana*, cum hiatibus data.

(1772. 3. 4.) MILLETERIUS, où *le Sieur de la* MILLETIERE eſt *Theophilus* BRACHET, docente Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ p. 457. & 104. ubi ſub hoc nomine citat,

(I.) *Le Moyen de la paix Chretienne, en la Reunion des Catholiques & des Evangeliques* Paris. 1637. in 8vo.

(II.) *La Victoire de la Verité pour la paix de l'Egliſe, pour convier de Roy de la grande Bretagne d'embraſſer la foy Catholique.* Pariſ. 1651. in 8vo.

(1775) *Johannis* MILTONII defenſio pro Populo Anglicano a multis LUDIMAGISTRO CUIDAM GALLO tribuitur. *Salmaſ.* reſp. Milt. 4. ſed inaniter. Hæc *Symbola Normanniana.*

(1776) *Stanislai* MINCK von WEINSHEIM *Logica Mnemonica*, ſive *Memorativa* edit. Halæ Saxon. 1659. in 12. WINCKELMANNO tribuitur, qui Cæſareologiam cum Tabula Mnemonica edidit, à *Morhofio* Polyh. liter. lib. II. c. VI. p. 372. 373. Non abludente *Symbola Maſtrichtiana* ſerius transmiſſa ſequenti.

*Stanisla* MINCK von Windsheim.

*Perſonatus edidit præcepta Ethices. Verus* „*auctor eſt Conſiliarius Haſſiacus, D.* Joh. Juſtus „WINCKELMANNUS. *Qui ab ipſo au*„*ctore habet, mihi retulit. Perſonatus alia et*„*iam edidit, quæ paratus eſt communicare, ubi* „*ad eum inviſero.*

de MINOG v. *Rebulgo.*

(1777) MINORE, *Teofilo il*: *Archange* ROCCA. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez p. 575.

(1778) MINUCIO MINUCCI Archi Veſcovo di Zara, cujus nomine prodiit italicè *Hiſtoria degl' Uſchochi, cò i progreſſi di quella gente ſino all' anno 1602. in 4.* ſine mentione loci vel typographi, eſt *Petrus* SARPIUS, *Venetorum Theologus*, vulgo *Pater Paulus*, mutato, cum Monachatum ſubiret, nomine dictus, uti patet ex Catalogo librorum ipſius, quem *Fr. Fulgentius*, vitæ ipſius Italice ſcriptæ, poſtea que Gallice quoque verſæ ſubjunxit. Definiuntur in eo libro pag. 5. *Uſchochi gente Dalmatica dallo ſtato d'un Principe, o per delitti commeſſi, o per impatienza del giogo tirannico fuggiti, a Dominii di Principe vicino, queſto ſi dimoſtra dall' iſteſſa voce ſcoco, che in latino ſi direbbe transfuga*: Vide an non hinc recte derivetur vox Germanica Schöcken / qua ſolemus homines nihili, & nullius frugi appellare.

Falſum tamen, aut ſaltem dubium ſcripti memorati Auctorem eſſe P. SARPIUM judicat *Baillet* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 575. Imo verum Auctoris nomen eſſe Minuccium Minucci conjicit *Symbola Diecmanniana* ſub lit (a) conſpicienda.

(a) Symbola Diecmanniana, plusquam decennio abhinc jam transmiſſa neque revocata ſecundum transmittenti veterem editionem cum annotatis.

Minucio Minucci ψευδεπίγραφος *eſſe putatur. Sed quantum mihi animadvertere licuit, ille quidem veri nominis auctor eſt, qui hanc hiſtoriam usque ad A. 1602. perduxit: pater* Paulus *autem tantum ad Ann. 1616. continuavit. Videatur ipſe libri titulus, volumen quintum operum* Sarpii *Anno 1677. Venet. 12. editorum conſtituens.*

(1779.) MINUTII AQUILOVICANI *Frieſii Examen Theſium Theologicarum Jacobi* Capelli, *de controverſiis* Belgicis Thlibochori 1624. 8. eſt SIMONIS EPISCOPII: ita citante *Hornbeckio* Summæ Controverſiarum p. 466.

MINUS v. *Celſus.*

(1780) *Laurentii* MIRABELLI nomine editi *Sermones Varii* Romæ apud Hæredes Corbelletti 1652. in 4to. ſunt ROBERTI MIRABELLI Itali, S. J. docente *Sotwello* Biblioth. Scriptorum Societ. Jeſu pag. 724. at *Toppius* utrique, tam Laurentio, quam Roberto Mirabello Sermones Sacros adſcribit in Bibliotheca ſua Neapolitana pag. 191. & 271.

MIRABILIS v. *de bona caſa.*

de MIRABILIUM v. *Laude.*

(1781) Rolandi MIRTEI Onatini nomen, anagramma eſſe *Martini Antonii* DELRIO confirmat, adeoque *Commentarium rerum in Belgi geſtarum à Patro Henriquez, Comite Fontano* Madrit 1610. & Col. 1611. in 4. editum, ſuo auctori reſtituit *Valer. Andr.* Bibl. Belg. pag. 645. adde *Alegamb.* pag. 325. *Fr. Sweertium.* Athen. Belg pag. 552.

*Sotwellus*

Sotwellum Biblioth. Scriptor. Societ. Je-
ſ pag. 583. Witten. Diarii Biographici Part. II.
d d. 17. Octob. 1608. Confirmat hæc ex ipſius
elrionis Vita ed. Antvverp. fol. 1609. pag. 14.
ymbola Junkeriana, quæ inde excerpta commu-
icavit, quæ hic ſub lit. (a) ſubjungimus.

(a) Symbola Junckeriana.
*De Belgarum ſeditione commentarios ſibi latine
ncinnavit, qui Iberica lingua prodiere* Madriti, *ſub
nagrammate* Rolandi Onatini Mirtei.

(1782.) MIRTIO Ligurino. Qui ſub
oc perſonato nomine prodiit Italice libellus in-
riptus: *Le Proſe alla Moda di Vegetio Agrippino Piſe-
.* in 12. *Joſepho* JUSTINIANI adſcribitur nella
iſiera Alzata Hecatoſtes num. LXXXVI. pag.
3. (a) hoc modo.

LXXXVI. PIER GIVSEPPE GIVSTINIA-
NI Nobil Gen.
*Ode Toſcana dell' Intirizzito* Accad. *Adormentato*. In
Genoua per il Pauoni M. DC. XXVIII. Fol.
Stampò anco ſotto il nome di *Mirtio Ligurino*,
Le proſe alla Moda di Vegetio Agripino
Piſeni. Iui per il Calenzani 12.
Veggaſi il Soprani p. 243.

(1783) MISANDER. Sub eo nomine prodie-
unt *Deliciæ Biblicæ* fortean ad huc continuandæ,
(mo aliis & nuperrime *Paſſionalibus* exceptæ) Ger-
anico Idiomate: Bibliſche Ergetzlichkeiten durch die
antze Bibel fortgeſetzt von Miſandern. in 8vo. Ini-
um Operis ſi bene memini, Anno 1691. Dresdæ
nprimi cœpit. Verum autem Auctorem eſſe
. *Joa. Samuelem* ADAMI, Paſtorem Pretſchen-
orffienſem prope Freibergam indicium mihi
cit *Symbola Junckeriana*.

(1784) MISENUS: *Chriſtianus*. *Simon* LI-
HUS. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez pag. 575.
Lithus.

(1785) MISOPONERUS, eſt *Iſaacus* CA-
AUBONUS, *Rhod.* n. 6.
VI. Scav. 33.
MISOPONEMUS CASAUBONUS. Imo
otius Miſoponerus ſub cujus nomine *Satyricon*
rodiit Leidæ 1617. in 8. excuſum, cujus verus au-
or Caſaubonus ſenior prænomine Iſaacus. *Henr.
nſt.* Obſerv. variar. lib. 2. c. 36. Illius Elogi-
m ſpe majus invenias, in Cæſaris Capacii lib. 2.
g. 368.

(1786) *Filofilus* MISOPONERUS, fictus,
etegitur *Biblioth. Aproſianæ* pag. 169. cujus hoc
pus prodiit.

*La Maſchera Scoperta* di Filofilo Miſopone-
*in reſpoſta del Anti Satira* d. D. A. T. (ut ibidem
x pag. antecedenti colligitur, *Donna Angelica*
ARABOTTI) ſcritta contra la Satira Menip-
ea del Signor Franceſco *Buoninſegni* All. Illm.
ign. Gian Niccoli Cavana Nobile Genoveſe.
Quod non prodiit, ſcriptum a Patre *Vintimiglia*,
de quo n. 41. ſed inſertum poſtea fuit Scudo Ri-
naldi, de quo ibi vide.

MISOSCOLO v. *Eureta*.

(1787) *Hector Johannes* MITHOBIUS. Sub
ejus nomine prodiit tractatus *de Controverſiis Sue-
co-Polonicis.* Sive *de Jure, quod in Sueciam Regi, ad
Livoniam Regno Poloniæ nullam competit.* Illuſtri vi-
ro, Domino *Hermanno* CONRINGIO, Polyhi-
ſtori inclyto adſcribit *Wittenius* in Diario ſuo Bio-
graphico ad d. 12. Januar. 1682. Veruntamen
quia hic liber inter reliqua Conringina ſcripta
non memoratur in Catalogo eorum, quem
editores Syntagmatum Epiſtolarum ejus, iisdem
præfigi curarunt, juſta nobis ſuſpicio manet hunc
fœtum Conringii non eſſe. Notanter enim
ibidem hæc verba adduntur: NB. Conſulto
„hic omiſſæ ſunt Editiones & ſcripta, quæ Au-
„ctor pro ſuis non agnovit, nec hæredes agno-
„ſcunt. Veluti diſcurſus &c. aut ſi qui alii in-
„ſcio Auctore ſunt editi, aut impoſterum neſci-
„is hæredibus, quibus perpetuo S. R. Vicariorum
„privilegio cautum eſt, excudentur.

MISOSCOLO v. *Eureta*.

(1788) *Paulus* MITTELBURGENSIS, *Epi-
ſcopus Sempronienſis*. Idem PAULO BURGEN-
SI. *Ravius* ad Calend. Hebr. Munſteri præf. 5.
tollens Tò Mittel- â Burgenſi. Fruſtrà. Claruit
enim BURGENSIS circa an. Ch. cIↄ ccccxxx.
Middelburgius autem an. 1523. prognoſticon
ſequentis anni edidit. vide Friſ. p. 648. col. b.
Hæc *Symbola Normanniana*.

(1789) MIXTATUS *Simlero* in Biblio-
theca Geſneriana idem eſt qui *Albertus* MUSSA-
TUS, qui ſcripſit libros XVI. de Rebus Geſtis
Henrici VII. Cæſaris teſte *Voſſio* de Hiſtoricis La-
tinis l. III. c. IX. p. 792. 793. 794.

(1790) *Elias* MITZRACHI. i. e. Orien-
talis. Ejus memoratur in *Catalogo Biblioth. Bod-
lejanæ* p. 225. *Supercommentatio Hebraice in Commen-
tarios Salomonis* UTSHAKI ſeu VSACIDIS (i. e.
SAL. JARCHI) in Pentateuchum Venet. AO.
1545.

MODELLO v. *Tientibene*.

*De* MODENE v. *Leon*.

(1791) MODERO, *Toaſcio: Thomas* ODE-
RICO. *Bailleti* liſte des Auteurs Degviſez pag.
576.

(1792. a) MODESTINUS *Chriſtianus*.
Perſonatus eſt N. SEELMATER Prof. ſeu lector
in Philoſ. in Acad. Lugd. Batav. Scripſit ad *Cenſo-
res* anonymos *Epiſtolæ* Celeberrimi D. *Spanhemii*,
filii, *de noviſſimis circa res ſacras in Belgio diſſidiis* Pa-
rænesin in 8. ao. 1677. Lugd. Bat. Ita mihi rela-
tum. Videntur id etiam innuere ultima præfa-
kkk 3 tionis

tionis verba *in Chriſto ſpes*, quorum *primordiales literæ* nomen *Seelmateri* videntur innuere. Ita quoque cenſet Clariſt. Frid. *Spanhem.* Filius in Epiſtola de Noviſſimis circa ſacra in Belgio diſſidiis pag. 72. & ſeq. Qvod vero celeberrimo Spanhemio imputet non habet. Nam exitium quod turdo dicitur ſibi cacavit, ſub nomine *Chriſtiani Modeſtini* J. C. Seelmater, Lector in Philoſophia Lugduni Batavorum, ut ferunt in parænesi ad cenſores &c *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(1792.) MODESTIN *Jean : Pierre* CAMUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pagina 576.

(1793.) Veranii MODESTI Pacimontani *Defenſio inſontis libelli, De pii Viri officio in diſſidio Religionis*, ipſius *Georgii* CASSANDRI, auctoris libelli prioris, per hunc defenſi, quod ſit, idem *Valer. Andr.* Biblioth. Belg. p. 262. memoriæ proditum reliquit: vide plura huc pertinentia ſupra in *Anonymis* noſtris, c. 2. n. 86.

Videatur *Friſii* Bibliothec. Geſner. p. 266. ubi ſub *Modeſti* nomine, CASSANDRUM agnoſcit, cui & ſcriptum hoc dubitanter adſcribit Thomas *Hyde* Bibliothec. Bodlej. confidentius autem *Freherus* in Theatro Viror. eruditione Claror. p. 209. cujus verba male intellexiſſe videtur *Bailletus* P. IV. des Auteurs deguiſez p. 515. (b) vide etiam *Teiſſierii* Eloges des hommes ſavans Tom. I. p. 305. & *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques pag. 53. Legitur ſcriptum hoc inter prohibita in *Indice Romano* Anni 1667. pag. 131. Addit *Diecmanni nota* : Franciſco Balduino tribuiſſe videtur Calvinus Oper. Tom. VII. pag 365. in Epigraphe reponſionis: v. inprimis init. paginæ 366.

(a) Freherus in Theatro Viror. eruditione Claror. p. 209.

*De* officio Pii ac publicæ tranquillitatis vere amantis viri in hoc Religionis diſſidio. *In quem, ut malum libellum ſcripſit* Johannes Heſſelius *&* Johannes Calvinus, *at neutris fere placent, qui ſe medios profitentur. Calvinus, ratus, ejus auctorem eſſe* Franciſcum Balduinum, *qui à ſe ad Catholicos defecerat, velitationem Scriptis ſuſcepit :* & Caſſander *defenſionem ejus Libelli edidit, ſub nomine* Veranii Modeſti Pacimontani.

(b) Baillet Deguiſemens des Auteurs pag. 575.

*C'eſt ainſi que le Juriſconſulte* Francois Baudoin *a eſtè maltraitè par* Calvin *qui le croyoit Auteur du livre touchant les* devoirs d'un homme de pietè dans les differens qui s'élevent ſur la Religion. *L'erreur de* Calvin *venoit d'une fauſſe conjecture, qui luy avoit fait croire que* Veranius Modeſtus Auteur *du livre, eſtoit* Baudoin, *quoy que ce fuſt* Caſſander. *Mais il fallut que* Baudoin *eſſuyaſt pour* Caſſander *de la part de* Calvin *des injures qui ſont encore aujourd'huy honte à ſes Sectateurs.*

(1794.) *Guilelmus* MOERBECANUS : *Thomas* DE CATIMPRE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſ. p. 576.

(1795.) *Friderici* MOLANI, Monac Præmonſtratenſis in Hybernia Perſonam aſſur tam ab *Andrea* MULLERO, Griffenhagio, in tulo Scripti cujusdam, Abbati Molano, in Ca Peterſeniana, oppoſiti, docet *Symbola Potz niana.*

(1796.) *Tyrſi* de MOLINA nomine e dit *Hiſpanice* Partes Comœdiarum tres, *Gabr* TELLEZ Matritenſis, ut fidem facit Nicola *Antonius* Bibliothec. Hiſpan. p. 390. *Witten.* Dia Biograph. Ao. 1650.

(1797.) *Johannis Friderici* MOLLE *Bibliotheca ſine libris* Kilon. 4to revera eſt *Johan Danielis* MAJORIS ut ex ore Dn. D. Sam. *Reyh* monet *Symbola Normanniana.*

(1798.) MOLSHEMENSIS Academ nomine, *Panegyricum* eruditum, & *Academ inauguralem* Sereniſſ. Archiduci Leopoldo Acad miæ fundatori obtulit *Jodocus* COCCIUS, Jeſ ta Genuenſis, ut eſt apud *Alegamb.* p. 281.

Adde *Sotwell.* Biblioth-Scriptor. Societ. JE p. 517. Witten. ad d. 25. Octob. 1622.

(1799.) MOMBRIGNY *le Sieur de: Pier* NICOLE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſ p. 576. v. *Cabale Chymerique* p. 172.

MONACHI v. *Benedictini.*

(1800) MONACHIENSIS Collegii J ſuitici nomine, â Jeſuita Germano, *Andrea* BA NER editus eſt *Nabuchonoſor in Theatrum productu* quem inter anonymos cap. 10. num. 296. coll cavimus.

BRUNNERUM vocat *Witten.* Diarii Bi graph. anno 1650. ad 20. April ubi addit.

(II) *Demonſtrationem divinæ Miſericordiæ in converſione peccatorum factam VIII* dramatibus:

(III) *Excubias tutelares Ferdinandi*, Bavar *Ducis Cunis appoſitas.* Sed huic tertio operi ipſu Auctorem ſuum nomen præſcripſiſſe expreſſ affirmat *Sotwel* Biblioth. Scriptorum Societ. JE pag. 49. a. ubi ſimul indicat, contineri in h opuſculo *Breviarium Vitæ 16.* ducum Bavariæ. E dem cum Sotvvello habet *Alegambe.* Biblioth p. 26. a.

MONACI Princeps v. anonymos cap XIV. Sect. IV. n. 1641 *aa.*

(1801.) Franciſcus MONCÆIUS, Ej nomine prodiit *de Magia* Divinatrice *& operatrice l ber*, quem eundem cum M *Johannis* PRÆTORI *Alectryomantia* docent Monahtliche Unterredunge 1689. p. 719. (a) Ea editio mihi non eſt viſa, ſe bene Prætoriana hoc titulo. *Alectryomantia* ſe *divinatio Magica cum Gallis Gallinaceis peracta, He ſecundum varias ſuas ſpecies producta, & una cum Curi ſitate*, (cui obiter inſperguntur multiplices mo tus, præſtigiarum prætextus, cucuritio Pullo rum, gallinarumque, præſagitionum orig Ciconiarum latibulum hyemale, Fridericus Cæ ſar

Longidormius, Püſterus Sondershuſanus, ...ksberga, Sagæportium, Pallio-vectura, &c.) ...debitis devota per M. Johannem *Prætorium* P. ... Francofurti & Lipſiæ. Sumptibus Johan. ...iſt. Wohlfarti. A. M.DC.LXXX in 4to pa... is 184. fuſe & confuſe rem non tanti pertra... ...s. Vivebat Auctor meo tempore 1661. ...ſiæ inque Chiromanticis ſe mihi obtrudebat ...rmatorem, de quibus opus ſpisſum itidem ...onfuſiſſimum edidit. Credo lucri cauſa ...recuſum. Scribebat enim fami plus, quam ...æ auctor infortunatus.

(a) Monatliche Unterredungen ao. ...9. 719.
Prætorii *Alectryomantia*, welche auch unter ...m andern Titul und dem falſchen Nahmen *Franciſci* ...ncæii *de Magia divinatrice & operatrice* gedruckt ...den--

(1802.) MONDIER, *Melchior*: GOL...ST D'HAIMINSFELD, douteux. *Simon* ...ULART, douteux: *Baillet* liſte des Auteurs ...uiſez pag 576.

(1803.) MONETA, *Raphaël. Dominicus* NUTOLI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez ...76. Dedit autem ſub perſonato illo nomine ...*cti Statyri tumulum Illuſtratum* Genev. 1676. in ...mo. vide *Leti* Italia Regnante. Part. IV. lib. IV. ...76.

de MONGOMMERY v. *Lorge*.

(1804.) *Dominus* DE MONI. Qui ſub ...nomine prodiit 1684. in 12. tractatus *de fide* *Ritibus Orientalium*, RICHARDO SIMONI ad...bitur à Thoma *Smith* in Act. Erudit. Lipſ. ...87. in Febr. 92. adde Acta Anni 1684. menſ. ...vemb. pag. 490. Monatliche Unterredungen ...89. p. 1188. Seckendorff Addition. zum ...iſten-Staat p. 361. *Spanhemii* Elench. controv. ...n Græcis & Oriental. pag. 395. 397. & pag. ...7.

(1805.) MONOPHILE. Quod ſub hoc ...mine in publicam lucem prodiit opuſculum ...llica lingua conſignatum, cum inſcriptione: ...*logues de l'amour*, ſibi vindicat, & ſe admo...n Juvene fabricatum aſſeverat *Etienne* PAS...IER lib. 8. Epiſtol. Gallice ſcript. I. & lib. VII. ...iſt. 4. monente *Symbola Rauſchiana*.

MONOREUS v. *Bojus*.

(1806.) *Chriſtianus* DE MONTALDO, ...edidit *Meditationes in Hymnum Sacrum*: Nun ...m der Heyden Heyland. Eſt *Chriſtianus* HO...RG, teſtante *Deckherro* de Scriptis Adeſpo...p. 115. nec ipſo diffitente *Hoburgii filio* in Vita ...entis, p. 19. Vide quæ de hoc Scriptore ſupra ...nuimus, ubi de Bernhardo *Baumann* nobis ...mo fuit. Ut pote quæ ejusdem Auctoris perſona eſt; Idem eſt & Larvatus Andreas Säuberlich & Elias *Prætorius*, de quibus infra. Conſule *Molleri* Iſagogen in Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ part. II. p. 146. 147. Ubi innuere videtur etiam ſub MONTALDI nomine prodiiſſe 1685. der andächtigen Seelen Heilige und himmliſche in Betrachtungen/Selbſt-Geſprächen und Seuffzern beſtehende Ubungen.

(1807.) MONT *le Sieur* DE: *Iſaac le* MAITRE DE SACY *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 576.

(1808.) MONTAGNES, *le Sieur des*: *Jean* SIRMOND. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 576.

(1809.) *Auguſtus Floridus de* MONTALBANO edidit 1669. Irenopoli per Bonifacium di Bella Boſca, in 4to. tractatum *ſex plagularum* inſcriptum: *Colloquium occaſione tumultuantis* Veraſii, in Parnaſſo, *inter Apollinem*, *Mercurium*, *Labronem à Veraſio*, *& Sarckmaſium* habitum, de Judiciis Sarckmaſianis, non ita pridem ex Parnaſſo editis, calamo exceptum, & eruditis bona mente communicatum. Hujus ſcripti Auctorem ſe eſſe, mihi confeſſus eſt coram Dominus Licentiatus HENELIUS Pyrna-Miſnicus d. 8. Julii 1685. jam. Is deinde hic mortuus d. 11. Januarii 1687. Lipſiæ Magiſter, Francofurti ad Oderam J. U. Licentiatus factus, hic vero conjugatus.

(1810) Louys de MONTALTE, perſonatus auctor, edidit Gallice, *Les provinciales, ou les lettres écrites par Louys de Montalte à un Provincial de ſes Amis, & aux RR. PP. Jeſuites*: ſæpiſſime recuſas epiſtolas, Jeſuitarum Theologiam perverſam, & conſcientiam cauterizatam eleganter depingentes: earum ſexta editio cum augmento, à Cologne 1666. in 12. apud Batavos excuſa eſt: Latine quoque cum notis *Wendrockianis* de quibus ſuo loco, redditas & diſſertatione doctiſſima *Examen Probabilitatis Jeſuiticæ, novorumq; Caſuiſtarum*, Profeſſoris Helmeſtadienſis olim, nunc Kilonienſis doctiſſimi, *Samuelis Rachelii*, paucos ante annos in 4. recuſa. Ejus auctorem cum alium, ex rumore, Janſenii ſectatorem, Virum magnum crediddiſſem, poſtea Dominum PASQVAL (cujus habemus *Equilibre des liqueurs*, & *Penſees ſur la religion*, *& ſur quelques autres ſubjects*, doctiſſimas meditationes poſthumas) eſſe, comperi ex relatione fide digna.

Cujus *Penſées de la religion* præfixum Teſtimonium penultimum vide an non hoc confirmet. Adde *Traitté de la delicateſſe* Dialog. 3. in f. & pag. 60. 61. Ubi propterea patitur etiam toto Dialogo V. refutationem ſui propoſiti de Religione ſcribendi. v. Petri *Stuhr* Diſp. de Novo Scepticiſmo Practico, Witteb. 1684. habitam, in fine, ubi Carolum Paſcalium, *Regium in Conſiſtorio Conſiliarium* nominat expreſſe, ſed ſine ratione notitiæ.

Vide ſodes Auctorem libri Gallici, cui titulus

titulus *l'Eſprit de Monſ. Arnaud* part. 1. pag. 43. Ubi quoque illum facit auctorem de la Morale des Jeſuites.

*Blaſium* PASCHALIUM nominat Dn. *D. Mayerus* in Diſſ. Epiſt. ſub finem, & ex eo Monatliche Unterredungen 1693. p. 803. 804. adde la *Bibliotheque Univerſelle* de l'année 1689. tom. XIV. p. 334. *les Nouvelles de la Republique des Lettres* Fevrier 1686. p. 156. *Leidecker.* Hiſtor. Janſeniſmi p. 500. 523. 524. l'*eſprit de Monſ. Arnauld.* Part. I. premiere obſervation p. 43. indicante *Symbola Thurmanniana*: quibus *Hyde* Bibliotheca Oxonienſ. & *Claude defenſe de la Reformation* jungit *Symbola Normanniana*, quæ tamen ex relatione Clariſſimi Domini Eliæ *Obrechti*, *Antonio Arnaldo* quondam in Gallia familiaris, ARNALDO eam tribuit, quod eatenus confirmat *l'Hiſtoire des Ouvrages des ſavans* Nov. 1694. p. 113. 114. 115. ut ſuppeditatam Paſchali hujus ſcripti Sciagraphiam afferat, Paſchalem interim tanquam Auctorem tractet, de quo res clara videtur eſſe ex eis quæ affert Voyage de Suiſſe epiſtol. V. p. I. & CXL. 2. vid. *Bailii* Dictionaire T. 2. p. 740. & quæ notavimus ex Ouvrage des Scavans 1696. Nov. p. 132. 133. plura vide infra in *Wendrock.* Adde tamen hic Symbolam *Maſtrichtianam.* (a)

(a) Symbola Maſtrichtiana.
Paſchalis.

*Eſt perſonatus Ludovicus Montaltius, qui ſcripſit Literas provinciales de Theologia Jeſuitarum. Auctor* anonymus *Gallus*, *qui ſcripſit* l'Horoſcope des Jeſuites A *Amſterdam 1691. pag. 70. c'eſt la deſſus que Monſ. Paſcal quoy que Papiſte, ſe recrie ſi fort à la quatrieme de ſes lettres provinciales. &c.*

---

(1811) MONTANO, *Academico Conſentino.* Sub ejus nomine prodiit An: 1589. in 8vo Italice: *la filoſofia* di Bernardino Teleſio *riſtretta in brevità, & ſcritta in lingua Toſcana.* Alla Excellenza del Signor D. Ferrante Carrafa Duca di Nocera. In Napoli, appreſſo Giuſeppe Cacchi. Scriptum illud, dubitanter tamen, adſcribitur *Sertorio* QVATTROMANI in Additionibus *Nicodemi* ad Bibliothecam *Toppii* Neapolitanam pag. 230.

MONTE v. *Frigido.*

---

(1811. α) MONTANUS.
Perſonatus ſcripſit *virgas contra* Joh. Behm Doctorem Theolog. Hunc dicit Behm in problemate ultimo de glorioſo Dei & Beatorum Cœlo BERGIUM eſſe, mihi in edit. Henrici Altingii. pag. 61. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

---

(1812) Franciſci MONTANI nomine, *Apologiam pro Jeſuitis a Ludovico* RICHEOME, vel RICHELMIO, Jeſuita Gallo, ſcriptam laudat *Alegambe* p. 318.

Quem repetit *Sotvel* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 573. Prodiiſſe autem hanc *Montani* Apologiam Ingolſt. 1596. in 8vo. ex *Ribadeneir.* p. 145. addit *Symbola Normanniana.*

( 1813 ) MONTDIEU, B. de: *Flor* CHRETIEN, *Baillet* liſte des Auteurs degui pag. 576.

---

(1813. α ) *Franciſci* de MONTE nomi perſonato quæ prodiit Amſtel. 1650. in 12 *Trias Myſtica Jacobo* BÖHM Teutonico adſcri tur a Caveo in literis ad me datis Islingth 1676. de quo v. ſuo loco.

---

(1814) Julii de MONTE nomen *Hiſto Civilis Juliacenſium & Montenſium*, in folio docti me ſcripta, ſub finem præfationis habet, q hoc fine clauditur, annumque editionis deſig & ab erudita iſta manu plura nobis, non ſine ſiderio expectanda promittit.

*Atque fave captis authoris plura daturi*
*Si vitæ donet tempora longa Deus.*
*Interim his fruere & vale. Daba M CoLonIæ agrIpp qVInta IVnII Julius de Monte JCtus.* Is auctor eſſe *M chior* VOETS J.U.L. & Sereniſſimi Principis Pal no Neoburgici Regiminis in Duſſeldorf Co liarius, Vir indefeſſi laboris atque ſtudii: moribus minus quam doctrina ſummo jure co mendabilis, mihi perſcriptus eſt ab Amico m ſingulari, Domino *Gottfried Mellem*, ejusde Principis & Civitatis Conſiliario, Medicoq Prudentiſſimo & Excellentiſſimo.

---

(1815) Conſtantinus â MONTE labo eſt *Johannes* THUILLIUS. *Rhod.* n. 7.

VII. Scav. 35.

JUSTI LIPSII Facis *Hiſtor. Compendii* A ctor JO. THUILIUS Profeſſor Patavii.

Nimirum editum extat hocce compen um Patavii 1628. in duodecimo, iſto titulo: *Facis Hiſtoriæ Compendium, ex Juſti Lipſii ribus ſummo ſtudio concinnatum. Opuſculum ad Hi ricorum, Politicorum & Veterum Scriptorum inte ctum mirâ brevitate & dexteritate conducens. Olin Germania impreſſum per* ANASTASIUM à VAL QUIETIS. *Nunc vero meliori ordini reſtitutum emendatum, maxima parte auctum, & primum in I lia editum à* Conſtantino à Monte laboris *Pat Antenoris è Typographejo Joannis Thuilii, ſuperioru permiſſu.*

Comprehenditque breviarium Lipſii brorum

*De Militia Romana.*
*De Machinis, Tormentis, Telis.*
*De Amphitheatro.*
*De Gladiatoribus.*
*Admirandorum ſeu de Magnitudine Roma*
*De Cruce.*
*De Veſta & Veſtalibus.*
*De Bibliothecis.*

Hujus editionis Auctorem fuiſſe hunc J THUILLIUM Mariæmontano Tirolenſem, q cum FELICE OSIO Profeſſor Oratoriæ Pata factus eſt Anno 1631. optime noviſſe potuit J RHODIUS cum ipſo una ibi degens, & cui ta quam Exconſiliario Germanicæ Nationis Ar ſtanarum, uti vocant, id eſt Theologorum, M dicorum & Philoſophorum, inter alios una i ſcriptu

criptum eſt hoc opuſculum. Quamobrem de-
nirari ſatis non poſſum, quid moverit *Antonium*
*hyſium* JCtum & Profeſſorem Lugduni Batavo-
um *Auctorem Hiſtoriæ navalis* Lugd. Batav. 1657.
n 4. editæ, item *memorabilium veterum Rerump.*
*& Exercitationum miſcellanearum Juridicarum, Com-*
*endii Hiſtoriæ Bataviæ &c.* ut hæc ipſa Compendia
ub nomine ſuo recuſa denuo Anno 1657. Am-
elodami ſub titulo *Romæ Illuſtratæ* ederet, quaſi
loriam inde ſurrepturus, quam Auctor hujuſce
aboris majori animo contempſerat. Thuilii
ujus mentionem honorificam ſubinde facit eti-
m in Gymnaſio ſuo Patavino Tomaſinus, ubi
itam ejus in Elogiis enarratam ſibi profitetur.
xtat etiam prima hujusce Compendii editio Ar-
entorati in 12. impenſis hæredum Lazari Ze-
neri, ſub ANASTASII à VALLEQVIETIS no-
nine excuſa, nitidior & correctior Patavina,
ræfatiunculam habens eandem fere, ſed quæ
amen in Patavina ſit alicubi mutata. Opuſcu-
m ipſum cum omnium manibus teratur, & ſe
revitate ac utilitate facile commendet, ampli-
s deſcribere hoc loco ſupervacuum exiſtimo.

(1816) *Ludovici de* MONSPERATO nomi-
e editæ ſunt *Vindiciæ Pacificationis Osnabrugenſis &*
*onaſterienſis* Londin. 1653. in 4to. Quas quidem
*ermanno* CONRINGIO tribuit *Deckherrus* de
criptis Adeſpotis pag. 139. & cum eo *Sluterus* pro-
ylæi Sect. III. pag. 189. num. 375. (a) At vero
eleberrimum JCtum Dominum *Benedictum*
ARPZOVIUM Scripti hujus Auctorem ex
arpzovii ipſius filii aut Conſobrini diſſertatione
*Coërcitione Hæreticorum*, & *Scherzeri* Syſtematis
heolog. pag. 732. fidem facit *Symbola Thurman-*
*nna.* Cum qua paria fere habet *Symbola* Conſul-
ſimi Dni. *Franckenſteinii:* nec refragantur Sym-
olæ *Diecmanniana* & *Sperlingiana.* (b) Prodiit &:
actatus iſte idiomate *Germanico* inſcriptus:
ie Rettung des Oſnabrüggiſchen und Münſteriſchen
iedens wieder Innocentii des X. Nullitæts Erklä-
ng. 8vo.

(a) Severini Waltheri Sluteri Propy-
um Hiſtoriæ Chriſtianæ, Sect. II. pag. 189.
m. 3.

Innocentius X. in Declaratione *Nullitatis*
*ticulorum nuperæ pacis Germaniæ, ed. anno 1648. In*
*am extat* Johannis Hoornbeckii *Examen Bullæ In-*
*entii X. ed. Ultraj. anno 1612. in 4to.* Ludovici de
onteſperato (*qui* Johanni Deckherro *in conje-*
*ris de Scriptis adeſp. pſeudepigr. & ſuppoſit. pag. 68.*
*ſecundæ putatur eſſe* Hermannus Conringius)
*diciæ ed. Lond. an. 1653. in 4to.*

(b) Symbola Sperlingiana.

*Extat ejus ſcriptum vocatum* Die Rettung des
ſnabrückiſchen und Münſterſchen Friedens wieder
*ocent. X. Nullitæts-* Erklärung. *Prodiit illud pri-*
*m* Latine *in Anglia Londini. Et incidi in editionem,*
*adſcriptum erat nomen* Carpzovii, *quaſi is auctor*
*Fictum eſſe nomen ſatis apparet, additumque ha-*
*Germanicum ſe eſſe Juris Conſultum,* eines Teutſchen
chts-Gelehrten / *unde non male* Benedicto Carp-
*vio tribui poſſe exiſtimo.*

(1817) MONTE-TONATI, v. *Petolottus.*

(1818) *Antonius* MONTEZINUS alio no-
mine eſt AARON LEVI, *Wagenſeil* Peræ Juven.
Synop. Geogr. lib. II. cap. I. p. 123.

(1819) MONTOLONII nomine ſcripta
*Apologia contra Anticottonum,* ipſius eſſe *Petri* COT-
TONI, memoratur ab *Alegambe* p. 379.

MONTHOLON où MONTHOLON
ſcribere mavult *Baillet.* liſte des Auteurs degui-
ſez pag. 577. *Sotwel.* in Bibliotheca Scriptorum
Societatis Jeſu p. 667. ſeqq. ubi de Cottono agit,
perſonati hujus ſcripti inter reliqua non me-
morat.

(1820) MONT SACRé *Olenix* du: NI-
COLAS de MONTREUX: *Baillet* liſte des Au-
teurs deguiſez p. 577.

(1821) Severini de MONZAMBANO li-
ber *de Statu Germaniæ,* doctus & argutus, primo
Genev. 1667. in 12. deinde aliquoties alibi, tan-
demque cum aculeatis annotationibus nondum
detecti Popularis, Eleutheropoli, apud Bonifa-
cium Verinum 1668. in 12. Viro doctiſſimo *Sa-*
*muele* PUFFENDORFF, jam dudum & fama
publica, & teſtimonio diverſorum adſcriptus
eſt, quos vide apud *Geisler.* Dec. 2. n. 8. atque
ipſius Elogia apud *Burgoldenſem* in Inſtrum. Pacis
part. I. pag. 289. part. 2. pag. 41. & part. 3.
pag. 11.

Tot autem annotationibus & cenſuris li-
ber ille impetitus eſt, ut ſub earum mole fere
oppreſſus dicatur *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis
p. 163. 164. (a) Adde *Sulpicium* Diſſertatione de
ſtudio Juris Publici pag. 38. usque ad p. 48. qui
tamen uterque conſtanti fama publica ſcripti hu-
jus Auctorem *Samuelem* PUFENDORFFIUM ab
Eruditis creditum obſervat.

At tamen ipſe *Pufendorffius* videtur illud
abnegare Apolog. pag. 67. v. Epiſtolam ejus ad
Amicos contra Becmannum p. 33. 35. 51. ita ta-
men, ut librum non dicat ſuum non eſſe, ſed
pro ſuo nunquam agnitum. Nec amplius nega-
re voluiſſe illuſtris Dominus Pufendorffius vide-
tur Petro *Schipping* abgenöthigten Geſprächs von
Bande der Religion und Societät. p. 54. (b) vide
V. D. M. i. e. verbi DEI miniſtri contra Jus Natu-
ræ Pufendorffianum p. 3. ſive Chriſtiani *Vigilis* Be-
nediction. p. 4. qui eſt *Fridericus Geſenius* ut infra
docebitur, Chriſtian Weirauch de ratione ſta-
tus diſc. 7. fol. N. ESAIAM tamen PUFENDORF-
FIUM *Samuelis Fratrem* non paucis Parentem hu-
jus fœtus viſum notat Clariſſimus D. Chriſtianus
*Thomaſius* in Notis ad tractatum hunc editum Halæ
1695. p. 1. & 2. qui & CONRINGIUM & BOI-
NEBURGIUM male habitos autores obſervat.
Res denique eo redit, ut nobis perſuadeamus
veram eſſe quæ ex D. Matthiæ *Frieſen* & Domini
*de Mezeray* literis excerpta ſuppeditavit *Symbola*
*Schröteringiana* nobis ſub lit. (c) adjecta:
Dirigente & materiam ſubminiſtrante Sereniſſi-

mo Domino ELECTORE PALATINO Domino CAROLO LUDOVICO, ſcriptum hoc a *Samuele* PUFENDORFIO conceptum, ab ESAIA autem ejus fratre perfectum. Quin & D. FABRUM Theologum non pauca huc attuliſſe, ex ore ipſius Electoris ſe habere, mihi illuſtris Dominus *Solman* Conſiliarius Gothanus d. 27. Decemb. 1689. facile perſuaſit. Complectitur autem Scriptum hoc præter *epiſtolam ad Fratrem Lælium*, in Editione Thomaſiana 1695. in 8vo Capita VIII. ſuis numeris ſubdiviſa, paginis in univerſum 436. Addit *Diecmannianus margo* quæ ſub lit. (cc) exhibemus annotata.

(a) Joh. Deckherrus de Scriptis Adeſpotis p. 164. 165.

*Autor dubio procul Puffendorffius: Suaſores celſiſſima ingenia: Præmia mercesque, qualia Sp. Tarpeii filiæ ſub Romulo contigerunt, cui, ſicut ex congeſtis in ipſam aureis Sabinorum armillis magni ponderis brachio lævo gemmatisque magna ſpecie habitis annulis; ſuperingeſtis poſt & armis clypeisque, loco præmii mors contigit: ita lepidiſſimo libello ex nimiis ſuper injectis Commentariis, Notis, Animadverſionibus, Stricturis, (quædam ex his ex auro erant, pleraque ex ferro lutoque) ſub oneribus gementi ferme non mors imminuit. Honeſte tamen diſſimulat Puffendorffius, in Apolog. pro ſe & ſuo libro de Jur. Nat. & Gent.*

(b) Schipping Geſpräch vom Bande der Religion und Societät p. 54.

B. Iſt denn unter dem Nahmen des *Monzambani* der Herrn *Pufendorff* verborgen? *A.* dieſes kan meinem Herrn nicht unbewuſt ſeyn. Denn auſſer des *Geiſleri*, *Placcii*, *Sarckmaſii* und anderer Beweiß/ ſind noch vielmehr *Fundamenta*, als *genus dicendi*, *genus argumentandi &c.* die ſolches bekräfftigen. Und meine ich der Herr *Pufendorff* werde es woll nicht mehr läugnen. Zum wenigſten hält er davor / daß *Monzambanus* vernünftig geſchrieben.

(c) Am Monzambano hat Elector Palatinus Carolus Ludovicus ſelbſt geholffen/und viele Materien beygetragen. Samuel Puffendorff hats abgefaſt/ ſein Bruder aber der Cantzler (damahls Reſident zu Paris) *perfectioniret*. Wies nu *mundiret*/ und der Chur-Fürſt es wieder geleſen / ward beliebet/ es *publique* zu machen. Als ſolches zu Paris geſchehen ſolte/ nicht aber erhalten werden konte (wie aus nechſtſtehendem Briefe / den mir Eſaias Puffendorff ſelbſt *communiciret*/ zu erſehen) gab er das *MS.* meinem ſeel. Bruder *Mag. Chriſtiano* Frieſen / der es nach geendigter Königs-Marckiſchen *Ambaſſade* (bey welcher er als Prieſter *miniſtrirte*) mit nach Holland nahm/ und allda drucken lieſ. Es wurde zwar Anfangs dem Habbæo zugerechnet; allein/ bald kam es aus daß Puffendorff der wahre Autor. *Ecce Epiſtolæ modo memoratæ verba:*

*Extrait d' une Lettre de M. Mezeray Hiſtoriographe du Roi ècrite à Mr. Eſa: Puffendorf touchant l' impreſſion d' un MSC.*

Monſieur,

*J' ay lû le MSC. latin, que vous m' aves envoyé de l' Etat preſent de l' Empire d'* Allemagne. *C' eſt une piece de Politique, non pas Hiſtorique, comme je le penſois. L' Auteur eſt un homme de grande reflexion, qui poſſede bien ſon ſujet, & qui va fort avant; Le Livre merite bien d' être imprimè. Mais, pour moi, je n' oſerois en donner le billet. Premierement, par ce qu' il y a quelques petits endroits qui choquent la France, & vous ſavez que le temp eſt fort delicat. Secondement, les Pretres & Moines y ſont maltraitès, & c' eſt fort bien. Mais, ils ſe prendroient à moi, & me danneroient en ce monde. Car, pour l' autre, je ne les y crains pas, & ſi nous y comparoiſſions, tête a tête, je leur ferois leur Proces plûtot, qu' ils ne me feroient le mien, ne: à Paris le 28. Febr. 1666.*

Obenſtehendes hab ich aus Hr. *D. M.* Frieſen Schreiben de *dato* Stetien *d. 23. Martii. 1697. excerpiret.*

(cc) Margo Diecmannianus.

*Sam. Pufendorf. in Append. Diſſert.* Acad. p. 767. *Quid ad rem præſentem, quod* Geſenius *de* Monzambano *gannit? Sane publicam famam extinguere penes me non eſt; & cui non ſufficit, quod publice ejusdem me autorem abnuerim, qua ratione iſti os obturem? Ejusdem C. VI. exercitii gratia à me defenſum adverſus eos, qui id impugnarunt. Hæc ibi. Qui in Ep. ab Amicos annexa Specim. Controv. pag. 242. 24[illegible] iſtis argumentis reſpondet, quibus Nic.* Beckmannus *convincere volebat,* Pufendorfium *iſtius libelli auctorem eſſe. pag. 254. ait: Quod idem* Severinus de multorum *Sacerdotum vitiis ita libere non dubitav[illegible] ſcribere, id & ipſe ægre fero. Unde apparet Sam.* Pufendorfium *noluiſſe haberi auctorem ejus libri, quem tamen ejus nemo hodie dubitat.*

---

(1822) *Antonini* MORAINES *Anti-Janſenius* ed. Pariſ. 1652. in fol. *Johanni* MARTINONO Jeſuitæ, Gall. aſſeritur, a *Sotvello* in Bibliotheca Scriptorum Societ. Jeſu p. 478. (a) adde la *Viſie Alzata* Pentecoſtes num II. p. 96. 97. Ipſum tamen Autorem hoc diſſimulaſſe ex Henrici de *Noris* Vindic. Auguſtin. c. 3. §. 2. p. 17. notat Symbola *Diecmanniana.* (a)

(a) Symbola Diecmanniana.

Antonini Moraines Anti-Janſenius: *h[illegible] eſt, ſelectæ Diſputationes, in quibus* Janſen[illegible] *Iprenſis falſa dogmata refutantur Paris, 1652. f[illegible] De hoc libro Henr. de* Noris *Vindic. Auguſtin. c[illegible] §. 2. p. 17. Eſt inquit, illius ſcriptor* Johann[illegible] Martinonus, *ut mihi teſtatus eſt P.* Maced[illegible] *quo eruditiſſimo viro hic Patavii familiariſſim[illegible] utor. Et quidem* Morainium *eſſe* Martinonum, *idem laudatus Scriptor publicavit in a[illegible] reo ſcrinio D.* Auguſtini *C. 13. & ex anagra[illegible] mate ficti nominis patet: Conf.* Recueil. *ſupra cit. p. 1. p. 46. &* Ludovicum de ſaint Amou[illegible] *Theologum Pariſ. ac ſocium Sorbonicum in Journ[illegible] de ce, qui s' eſt fait à Rome dans l' affaire de ci[illegible] Propoſitions p. 6. c. 11. p. Etſi callide* Martinoni[illegible] *ſe ipſe hujus operis auctorem eſſe diſſimulaverit, du[illegible] Diſp. 12. n. 32. ſuum* Martinoni *nomen diſerte a[illegible] curatioribus Theologis ut de* Noris *lib. cit. c. 4. §. [illegible] p. 82. memorat, annumeraverat.*

(182

(1823.) Andreæ de MORALES, Senatoris Cordubenſis, nomine, ſcripſit *Cordubenſis Reipublicæ officia pro Hiſpaniarum Rege, Carolo V. Imperatore, contra tumultuantes vulgo communitates, Martinus de* ROA Jeſuita Cordubenſis, uti refert *Alegambe* pag. 330.
*Sotwel* Bibliothec. Scriptor. Soc. JEſu pag. 92. & cum eis Nicolaus *Antonius* Biblioth. Hiſp. T. II. p. 89. 90.

*Guilielmus Moorbecanus.* v. CANTIPRATENSIS.

MORELLUS v. *Liberius.*

MORGANUS v. *Philippus:*

MARIMUNDENSIS v. *Odo.*

---

(1824.) MORSIUS, *Rodericus* : Henry BRINCKELOW. *Baillet* liſte des Auteurs deviſez pag. 577. Damnatus eapropter Brinckelolius in *Indice Prohibitorum Romano*, titulis ſcriptorum non expreſſis p. 59. col. a.

---

(1825.) *Thomæ* MORI nomine *Epiſtolas ad Semetipſum*, laudatorias, confinxit *Johannes* COCHLEUS, Luthero Maſtyx. Moriſtin. Apomax. 64. b. 65. Hæc *Symbola Normanniana.*

HARMINIUS v. *Moſa.*

---

(1825. α) *Theophilus* MOSANUS Perſonatus, ut credo eſt *Chriſtophorus* BECKMANNUS Superintendens & Profeſſor Theol. Servenanus, qui anno 1618. Vialia, oder ein Chriſtlich Geſpräch auff Kutſchen von Nürenberg nach Franckfurth zwiſchen zwey Kauffleuten und Studenten edidit contra D. Matt. *Hoe:* vid. Maſſonii anatomiam im Eingang des erſten Theils pag. 6. col. 2. ed. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

---

(1826.) MOSCHUS, *Siculus.* Ei vulgo aſſignatum Idyllium, *Europa*, THEOCRITO adjudicatur à *Caſaubono* Auctoritate vetuſtiſſimorum Auctorum: vide *Acta Erudit. Lipſienſ.* Supplem. Sect. II. pag. 101. (a)

(a) Acta Erudit. Lipſ. Suppl. Sect. II. pag. 101.
*Denique cur non adjecerit* Europam, *idyllium Moſcho vulgo aſſignatum, edocet; (Auctor Idylliorum Bionis & Moſchi, e Græco in verſus Gallicos translatorum) nondum enim omnes inter convenire, an is verus ejus auctor ſit, cum & Caſaubonus ipſe non tantum illud* Theocrito *adjudicet, ſed & in antiquis exemplaribus ſi conſtanter attribui, quod & in quibusdam recentioribus fiat, teſtetur.*

---

(1827.) MOSCHUS *Sidonius*, Diogeni *Laërtio* in procemio dictus OCHUS, *Jamblicho* item de Vita Pythagoræ lib. I. cap. 11. Mochus, quem de rerum Natura ibidem diſſeruiſſe ait, *Huetio* de Demonſtratione Evangelica Propoſit. IV. pag. 77. 78. idem plane videtur cum MOSE, Magno illo Propheta. (a) vide *Bailleti* Catalogum des Auteurs Degviſez pag. 577.

(a) Huetius de Demonſtratione Evangelica Propoſit. IV. p. 77. 78.
*Scribit* Jamblichus *Sidone congreſſum fuiſſe* Pythagoram *cum Mochi Phyſiologi Succeſſoribus. Mochi hiſtorici Phoenicis, qui res gentis ſuæ patria lingua prodidit, meminerunt* Athenæus, Joſephus *&* Tatianus. Ochus *appellatur apud* Diogenem Laërtium, *&* Suidam. At is *quem commemorat* Jamblichus, *de rerum natura diſſeruit. Itaq; hic ipſe eſt, quem* Moſchum Sidonium *appellat* Strabo, *quemque Phyſica tractaſſe ait, & Trojano excidio fuiſſe vetuſtiorem. Meminit ejusdem & Sextus Empiricus ab eoque doctrinam ſuam Democritum petiviſſe ſtatuit, auctore* Poſidonio. *Hinc ergo emendandus* Jamblichus, *& pro*, Μώχ8 *quod etiam in Scriptis Codicibus reperi, ſcribendum*, Μώσχ8. *Atqui*, Μώσχος, *ipſiſſimum videtur* משה Moſes, *qui merito* φυσιολόγος *dictus eſt, utpote qui ſcripſerit de rerum primordiis, quiq; Trojanum bellum ætate præceſſit, & Sidonius credi potuit ab iis qui patriam ipſius ignorabant, vel quod in hac potiſſimum urbe propagata fortaſſe fuerit ipſius doctrina, multique eam amplexi ſint vel propter Judææ viciniam: nonnumquam enim cum Phænicibus Judæos confundi certum eſt.*

---

(1828.) MOSES, an ex *Pſalmis* DAVIDIS aliquos compoſuerit, v. apud auctores adductos ſupra in *Aggæo.*

(a) Geſnerus Biblioth. Univerſ. fol. 231.

Euſebius Pamphili, *cum Arianus eſſet, ad primum concilium Patrum apud Niceam habitum accedens errorem depoſuit, patrumque juſſu ſymbolum (quod* Nicenum *dicitur) compoſuit, & illis obtulit legendum & confirmandum. In quo errores Arianorum fortiter contrivit.*

(b) Journal des Sçavans, 1693. 26. Januarii. pag. 53.

*Que s'il s'accorde avec M.* Dupin *pour ôter à Saint Athanaſe le Simbole qui porte ſon nom, il ne s'accorde pas avec lui pour ôter à* Oſius *le Simbole qui porte le nom du* Concile de Nicée. *Il ne doute point que le celebre Evêque de Cordouë n'en ait eſté le veritable auteur, parce qu'il en a trouvé un temoignage formel dans l'Epitre de ſaint Athanaſe aux Solitaires.*

(c) Cave Hiſtor Litterar. Script. Eccleſ. pag. 137. b.

*Anno CCCLXXXI. cum ad Synodum Conſtantinopolitanam iret, libros à ſe contra Eunomium ſcriptos ſecum retulit; quos audientibus* Gregorio Nazianzeno & Hieronymo *recitavit. Concilii iſtius magna pars fuit; adeò ut non tantum à Patribus eligeretur, qui* Meletium Antiochenum, *ſedente Synodo defunctum, funebri oratione laudaret; verum etiam Symboli Synodici compoſitionem curæ ſuæ commiſſam habuit; (teſte* Nicephoro *Hiſt. Eccl. lib. 12. cap. 13.) ut quæ in Symbolo Niceno deerant, ipſe ſuppleret, ac perfectiorem fidei confeſſionem conderet.*

(1909) NICEPHORI ARCHIEPISCOPI *Conſtantinopolitani Chronographia brevis ab Adamo ad Michaelis & Theophili ejus filii tempora,* NICEPHORO QUIDAM juniori patriarchæ Conſtantinopolitano adſcribitur apud *Hanckium*, qui tamen ipſe Nicephoro Archiepiſcopo eam vindicat: de Scriptoribus Byzantinis Part. I. cap. XII. pag. 45.

NICETA v. *Georgius.*

NICETÆ v. *Spilii.*

(1010) Jani NICII Erythræi nomine, hodiere plurima ſcripta, videlicet,

(1) *Pinacotheca Virorum illuſtrium*, Tomis tribus, quorum 1. & 2. Col. Agripp. 1645. tertius ibidem 1648. editus fingitur in 8. revera omnes apud Batavos impreſſi,

(2) *Epiſtolæ ad Tyrrhenum* Vol. 2. Col. 8. 1644.

(3) *Epiſtola ad diverſos.* Col. 8. 1644.

(4) *Dialogorum* Vol. 2.

(5) *Exempla Virtutum & vitiorum.*

(6) *Homiliæ.*

(7) *Supplex Libellus ad Deum & B. Virginem Matrem.*

(8) *Paradoxa Chriſtiana.*

(9) *Senmones de quatuor noviſſimis.*

(10) *Eudemiæ libri X* 1637. 17.

(11) *Documenta ſacra ex Evangeliis.*

(12) *Orationes* XXII. Quæ omnia verum auctorem habent Nobilem Romanum, Aulicum Cardinalis Perretti, nomine *Vittorio de* ROSSIS, uti effigies illius operum aliquibus præfixa, & *Lorenzo Graſſi*, in Italicè edito libro, Elogi degl' huomini Letterati inſcripto, part. 1. pag. 386. vitam illius enarrans teſtatur: addens ipſum ad eam nominis occultationem exemplum cepiſſe ab *Actio*, vel ut Itali ſcribunt, *Azio Sinzero* ſive *Jacobo Sannazario* de quo *ſupra.*

JULIUM VICTOREM ROSSUM nominat *Olearius* Abaci Patrolog. pag. 410. & *Acta Eruditorum Lipſienſ.* 1683. pag. 237. *Hyde* in Biblio. Bodlej. pag. 232. J. NIC. RUSSI ſcribit, *Colomeſius* autem JOHANNEM VICTORIUM ROSSUM Bibliotheque Choiſie pag. 92. itemque *Symbola Rauſchiana*, quæ ipſius *Roſſii* teſtimonium ex Epiſtol. Volum. II. lib. 8. epiſt. 6. ad Scioppium affert: ſe loco JOANNIS VICTORII ROSSII, Eudemiæ ſuæ JANI NICII ERYTHRÆI nomen inſcripſiſſe. JOHANNEM VICENTIUM DE RUBEIS vocat Nicolaus *Antonius* in Bibliotheca ſua Hiſpanica. Utrumque & *Roſſi & Rubei* nomen habet *Morhoſius* Polyhiſt. liter. Libr. I. C. XIX. p. 229. (a) Scriptoris encomium ibidem faciens. Adde *Boſii* Diſſertat. de Prudentia Civili comparanda §. LXXXI. pag. 36. & *Bibliothecam Politicam Contractam* §. 82, *Hottinger.* Theſaur. Philoſoph. in *margine* à *Normanno* citatus p. 514. *Wittenius* in indice diarii ſui Biographici ad anno 1647. eum refert. At in opere ipſo ibidem nihil comparet. Ceterum quæ recuſa ſunt Colon. 1676. in 8vo. *Jani Nicii Erythræi* Exempla Virtutum & Vitiorum numero CLXXVII. quorum contenta peculiari indice in fine exprimuntur, continent in univerſum paginas 352. *Pinacotheca* autem (I) Imaginum illuſtrium virorum num. CLX. in Editione Colonienſi 1645. in 8vo. paginas 300. Altera Imaginum LXX. paginas habet 233. Tertia Imaginum LXXVI. continet paginas 311. Singulis ſubjecti Imaginum Indices. Quantæ fuerit ſimplicitatis docet fabula de Corvo excommunicato, quæ ipſi credita in *Sorberianis* refertur p. 84. (b) Unde non mirum, ſi de fortunæ ſuæ iniquitate & omnibus factis ſuis tam ſiniſtre cadentibus, toties conqueri neceſſe habuerit. Sane non is poterat cum Satyrico dicere: *Nullum Numen abeſt ſi ſit prudentia.* Addit hic Diecmanni nota *Giovanni* prænomen. Ita triplici nomine eum inſignivit Naudæus in Ju-

 gement

gement de tout ce qui a eſté imprimé contre le Card. Mazarin. pag. 135. quod & triplici illi nomini ficto *Janus Nicius Erythræus*, optime reſpondet.

(e) Morhofius Polyhiſt. Liter. Libr. I. Cap XIX. p. 229.

Jani Nicii Erythræi *fictum nomen eſt*, *verum*, Johannes Victorius, *ſive* Joh. Vicentius de Rubris. *Magnæ dignitatis Vir in aulâ Romanâ Pinacothecas Virorum illuſtrium ſcripſit in 8. quæ nomen quidem Coloniæ præferunt; ſed in Batavis impreſſæ ſunt Anno 1643. & 1645. Exquiſitus Latinæ linguæ nitor in hoc opere eſt. Multa memorabilia habet circa rationes vivendi & ſtrdendi viris eruditis ſingulares. Multa de eorum controverſiis & diſputationibus, artibus, technis, libris; quæ omnia illic magna cum utilitate & voluptate legi poſſunt. Ut enim erat Vir & doctus & prudens, ita multa obſervat in vitiis doctrrum Virorum, quæ non obſervarunt alii. De illo videtur loqui* Mareſius *Ep. 27. lib. 2. Nuper Italus tres libros* de viris illuſtribus *edidit, fermè omnibus Italis, qui his 50. annis vixerunt. Inter hos vix quinque ſunt in literis latinis tolerabiles. Sed maligna hæc cenſura eſt: Eſt enim optimus labor, &, quod potiſſimum eſt, characteres ἠθικὸς virorum doctorum Magna cura proponit. Quod ſi omnes æque ſama celebres non ſunt, tamen & vulgo ignoratos noſſe intereſt, in quibus plus interdum ſapientiæ, quam in aliis, latitat.*

(b) Sorberianorum p. 84.

Janus Nicius Erythræus *raconte d'un Corbeau du Pape, qu'il avoit caché l'* Anneau Piscatoris. *Le Pape croiant qu'on l'avoit derobé, lacha un excommunication contre le larron. Le Corbeau perdit toutes ſes plumes & ſechoit. L'Anneau fut retrouvé, l'excommunication ôtée, & l'embonpoint revint au Corbeau, qui ſe rempluma.*

(1911) NICOCLEON *Matthieu* de MOURQUES. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 579.

(1911. *a*) NICOCLEONTE, *Collenuccio Vittorio* SIRI. *Baillet* liſte des Auteur deguiſez p. 579.

(1912) NICODEMI *Evangelium* ſuppoſititium, aliis *geſta Pilati* nuncupatum ad GREGORIUM TURONENSEM auctorem referre Catalogos MStos Anglicanos notantem Caſp. *Barthium* ad Guilielmum Confeſſorem v. n. 1171. in *Anonymis*, excerpto Daumiano (a) jam pridem obſervatum.

NICODEMUS v. *Grima.*

- - - *Macer.*

(1913) NICOLAIDES *Theophilus*, eſt *Valentinus* VOELKELIUS, ſi credimus *Curcellæo*, vel SMALCIUS, ſi *Wiſſowatio* pluribusque fides eſt. Smalcii certe patrem prænomine conſtat dictum fuiſſe Nicolaum. Hæc *Sandius* in Epiſtola ad B. Scherzerum, quæ Præfationi ſecundæ editionis collegii Anti-Sociniani inſerta legitur: verba ſunt Joh. Alb. *Fabri* Decad. Decadum num. LXXXVI v. *Baillet.* liſte des Auteurs deguiſez p. 579.

NICOLAUS v. *Vincentius.*

(1914) *Girolamo* NICOLINI. Sub illo nomine prodierunt Italicè.

(I.) *L'Hiſtoria dalla Citta di Chieti.* Napoli 1657. in 4to.

(II) *La Prattica Civile, e Criminale* Napol 1651. 4to. Sed prius opuſculum *Sinibaldo* BARONCINI; poſterius autem D. *Tomaſo* LUPO adſcribit *Toppius* Biblioth. Neapolit p. 159. (a)

(a) Toppius Bibliotheca Neapolitana pag. 159.

Girolamo Nicolino, *di Chieti, Dottore, diede alla Stampa.*

*L'Hiſtoria della Citta di Chieti, Metropoli dell Provincie d'Abruzzo, diviſa in tre libri, in Napoli per gl heredi di Onofrio Savio 1657. in 4.*

*Ma queſt' opera non è ſua, ma di Sinibaldo Baroncini, come l'hà oſſervato, e molte ben notato l'erudito, & accuratiſſimo Ferdinando Ughello nel To. 6. dell Ital. Sac fol. 826. ne' Veſcovi ai Chieti. Oue il Nicolini ha mutato, e figurato molte coſe di ſuo capriccio, contr. varie nobili Famiglie.*

*La* Prattica Civile, e Criminale *è del Dottor* Tomaſo Lopo, *primario Avvocato di Chieti, il ctſa dicui lui praticando, hebbe campo di prenderla com' è notorio à tutta quella Città, e dopo la morte de ſudetto, la diede alla Stampa ſotto'l ſuo nome. In Nap. apreſſo Ettore Cicconio 1654. à ſpeſe de Gio. Alberto Tarino 1651. in 4.*

(1015) Amadio NICOLUCCI, eſt *Nicolaus* MACHIAVELLUS v. *Rhod.* n. 27.
Quæ vide ſupra à AMADIO.

(1916) *Baldi* NICOLUCCI *anagrammatico* nomine ſcriptum neſcio quid a *Nicolao* BALDUCCIO memorant ex *Mandoſii* Bibliotheca Romana *Acta Erud. Lipſ.* 1693. p. 307 308.

NICOMEDIÆ ARCHIEPISCOPUS v. *Georgius.*

NIGELLUS v. *Wireckerus.*

(1917) *Philippi* de NIGRA-VALLE nomine quod editi extent in Italia loci Theologici *Philippi* MELANCHTONIS, ſub ſuo nomine alias procul dubio tanquam hæretici configendi, ex relatione Domini Licentiati *Etzardi* indicat *Symbola Normanniana.*

(1917. *a*) *Valerii* NIGRINI de *Wandalis* Chriſtiani exercitus Tyronis, argumentum Theologicum de *non gerendo gladio materiali in Republ. Chriſtiana*, 1646. 12. Libellus nomine typographi & loci impreſſionis, quod Belgium fuit, carens. Auctor eſt ABRAHAM VON FRANCKENBERG, Nobilis Sileſius, Jacob Böhmii aſſecla, ut ex catalogo librorum ejus conſtat, qui ejus Theologiſchen Sendſchreiben von rechter

echten Kirchen gehen / ed. Ambſt. 1686. præfi-
xus eſt. *Symbola eſt Diecmanniana.*

(1917. β) *Jonæ* NIHELEBEN Heſſi, Münchs Kappe / mit welcher Andreas Mellier Lippienſis ſeine jüngſt gethane Apoſtaſiam bemäntelt / allen Liebhabern der Warheit zu gute mit dem hellen Glantz des Evangelii entdecket. 1607. 8. Nomen typographi & loci abeſt. Cum fictum nomen auctoris eſſe ſuſpicarer, anagramma tentavi, quod Jonam Niheleben Heſſum docuit eſſe *Johannem* HESSELBEMUM, ſcriptis Philoſophicis & Theologicis, præcipuè contra *Godenium*, clarum. *Symbola* iterum eſt *Diecmanniana.*

(1918) S. NILI nomine extantia in Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi MSta *Capita VIII. de octo Vitioſis cogitationibus.*
(II) De *Cogitationibus Capita* XXI.
(III) *De Octo Spiritibus Malitiæ* Capita octo.
(IV) Alia quædam capita *aſcetica*, Omnia EVAGRIO Monacho ſed à recentiori manu tributa, Nili nomine deleto refert *Lambecius* Commentar. lib. V. pag. 87. 88. Ejus etiam *Nili* nomine datus eſt ex *Bibliotheca Maxima Patrum* Tom. XVII. fol. 231. ſeqq. à mature nimium litteris, & mihi promiſſis, præmortuo, amico ſingulari, à quo multa huic libro ſubſidia præſtolabar, Theophilo *Spizelio*, Litterati ſui feliciſſimi p. 436. & ſq. usque 461. *Epictetus Chriſtianus*, ſive *Enchiridion Epicteti à* B. Nilo Conſtantinopolit. *reformatum, conciſum, interpolatum, & ablatis ethnicis-mi nævis, hominis pie-docti, & ad ſinceræ virtutis ſtudia converſi uſibus accommodatum.* Cui in margine annotatur: Quæ ſuperſtitioſa in Epicteti enchiridio vel idololatriam ſapiebant, *Nilus* delevit, imo & Socratis nomen ſuſtulit, Paulique ſuppoſuit Apoſtoli, atque omnino Chriſtianum effecit. Capitibus conſtat LXXIII. Ea quidem ad verbum maxima parte conveniunt cum *Paraphraſi Epicteti Græca*, quam dedit *Mericus Caſaubonus*, & Latine vertit, ac antiquam, imo Juſtiniani ævo notam præfatus eſt, ubi plura notata ſibi cum chartis miſſa queritur. Recudi cum Epicteto fecit Abrah. *Berkelius* in 8. Lugd. Bat. An. 1670. Ejusque occaſione ductum *Barthium* in errorem, de Chriſtiano antiquo illo Epicteto, monet: quem refutat gentilemque manſiſſe docet, at multa de Chriſtianismo informatum ex ore Apoſtoli Pauli. Adde quæ de hoc *Manuali ex editione Romana*, mihi necdum viſa, refert *du Pin* Tom. IV. pag. 7.

NILIACUS v. *Horus.*

(1918. α) *Auguſtino* NIPHO ſuppoſitum Bibliopolis *Johannis* SVESSANI librum de *mor. Neapolitano* vide *Naudæi* Judic. de Nipho pag. 36. præfixum Niphi Opuſculis in editione Pariſienſi 1645. in4to.

NOBILE v. *France.*

(1918. αα) *Chriſtiani* NIRMUTANI perſonati *Dictionarium Harmonicum* Francofurti ad Mœnum apud Joan. Carolum Unkelium 1630. in octavo, auctorem habet *Matthæum* TOURNEMAIN, vel TURNEMANNUM. In Exemplari meo id nomen Nirmutani erat ſubſcriptum, poſtea additum: *Donum auctoris* Francofurti ad Mænum menſe Decemb. anno 1633. Liber editus eſt anno 1625. quaſi liber primus eſſet. Idem auctor in præfatione ad lectorem indicat. Extat quoque ſub nomine Chriſt. Nirmutani *Cathedra oratorum ex Cicerone, Iſocrate, Perpiniano, Ramo, Lipſio*, Hanoviæ 1626. 12. quam credo ejusdem eſſe ſed dubito an ſit Matthiæ Turnemanni Theologi Nirmutani. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

NISELII v. *Udeno.*

NOA v. *Butyrolambius.*

NOGLUS v. *Reunaltius.*

(1918. β) *Auſonius* NOCTINOT. Sub hoc nomine *Antonius* COTTONUS Franciſcanus, cum edita *Repudiata Summa Dianæ* olim latuit. *Symbola eſt Rauſchiana.*

NOLANUS v. *Paulinus.*

NOMICUS v. *Juſtinus.*

(1919) NOMICUS Pacemutus Analyticophilus, eſt ipſus auctor Vincentius PLACCIUS ſcriptor hujus libri, de cujus ſcriptis editis, atque edendis Catalogum toties edidit, quoties aliquid novi ſcripti publicavit. De eorum uno cum laude memorato vide Jo. *Cinelli* Scanzia XII. ſuæ Bibliothecæ Volantis pag. 115. 116. Ubi ſe juvenem Florentiæ Auctorem compellaſſe meminit. Ipſe liber editus eſt iterato ſub auctoris vero nomine Anno 1593. in 4. Hamburgi & cum eo alia Juridica.

(1920) *Girolamo* NOMISENTI. Sub perſonato hoc nomine edidit *Alexander* TASSONI Mutinenſis italice *la Tenda Roſſa, Riſpoſta à i dialoghi di Falcidio* Melampodio. *Ignem gladio ne fodias* In Francfort. 1613. in 8vo. vide la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. VII. pag. 28. (a) & *Creſcentio Pepe.* Item *Falcidio Melampodio.*

VII. ALESSANDRO TASSONI, Modaneſe, Soggetto di talenti ſquiſiti, come, quando il tutto mancaſſe, ne può far indubitata fede il libro intitolato:

*Dieci Libri di Penſieri diverſi d' Aleſſandro Taſſoni*, ne quali per via di Queſiti con noui fondamenti, e ragioni ſi trattano le più curioſe materie Naturali, Morali, Ciuili, Poetiche, Iſtoriche, e d'altre facoltà, che ſogliono venire in diſcorſo fra Caualieri, e Profeſſori di Lettere, parte de quali furono dati in luce da Giuliano Caſſiani in Modona M. DC. IIX. 8. in numero CL. l' ultimo de quali e Se il Boia ſia infame; che fu tolta uia nella Ed. di Carpi di tutta l' Opera ſtampata

ta da Girolamo Vaſchieri M. DC. xv. 4. ma reſtituitoui nella Ed. Veneta di Marc' Antonio Braſiolo alla ſpeſe di Pauolo Frambotto M. DC. xxxvi. 4. che fu Prencipe della Rinomatiſſima Accademia de gli *Humoriſti* di Roma: di cui ſcriue la Vita la famoſiſſima penna dell' Auuocato *Lorenzo Craſſo*; diede alle ſtampe.

*Conſiderazioni ſopra le Rime del Petrarca col confronto de luoghi de Poeti antichi di varie lingue. Aggiuntaui nel fine vna ſcelta delle Annotazioni del Muzio riſtrette, e parte eſaminate. In Modona appreſſo Giuliano Caſſiani*, M. DC. x. 8.

Vſcirono contro di queſti.

*Riſpoſte di Gioſeffo de gli Aromatari alle Conſiderationi del Signor* Aleſſandro *Taſſoni le Rime del Petrarca*. In Padoua per Orlando Ladra M. DC. xi. 8.

Reſtò piccato il *Taſſoni* al maggior ſegno da queſte riſpoſte ancorche modeſtiſſime, ne tardò molto à mandar fuori queſto libro Pſeudonimo.

*Auuertimenti di Creſcentio Pepe da Suſa al Sig. Gioſeffo degli Aromatari intorno alle reſpoſte date da lui alle conſiderationi del Sig. Aleſſandro Taſſoni ſopra le Rime del Petrarca*. In Modona appreſſo Giuliano Caſſiani. M. DC. xi. 8.

E' l' Aromatario, che non era priuo d' ingegno, e di dottrina, replicò con queſti.

*Dialoghi di Falcidio Melampodio in riſpoſta à gli Auuertimenti, dati ſotto nome di Creſcentio Pepe à Gioſeffo de gli Aromatari, intorno alle Riſpoſte fatte da lui alle Conſiderationi del Sig. Aleſſandro Taſſoni ſopra le Rime del Petrarca*. In Venetia per Euang. Deuchino M. DC. xiii. 8.

Contro queſti il *Taſſoni* inalberò.

*La Tenda Roſſa riſpoſta di Girolamo* Nomiſenti *à i Dialoghi di Falcidio Melampodio* Ignem gladio ne fodias. In Francfort. M. DC. xiii. 8. Quando però ſi nomina Francforti non s' intende di Francfort al Meno Città nella Franconia, ne Francfort all' Odera Città nella Marca di Brandenburgo, ma la Panara nel Territorio Modaneſe: non oſſeruato per ancora da Geografi.

Queſto libro hebbe ad eſſere cagione, che vna lite ciuile ſi faceſſe Criminale, e le penne in pugnali ſi trasformaſſero: ed jo ſeppi dallo ſteſſo Aromatario, che haueſſe apparecchiata riſpoſta al propoſito, e me lo confermarono l' Auuocato *Nicolo Craſſo, e il Conte Maiolino Biſaccioni*, non per ancora Marcheſe, Communi Amici.

Del medeſimo, pure con nome finto, fù ſtampata per la prima fiata, che poſcia nelle riſtampe in qualche parte corretta, ſi vede.

*La Secchia Poema Eroicomico d' Androuinci Meliliſone* con gli Argomenti del Canon *Albertino Bariſoni*. In Parigi preſſo Tuſſan. da Bray, a la ſtrada di S. Giacomo all' inſegna delle Spiche mature M. DC xxii. 12.

---

(1921) NONII MARCELLI Tiburticenſis, *de Proprietate & Differentia latini ſermonis* ad filium libri citati *Friſio* ſub hoc nomine in Biblioth. Geſner. pag. 636. col. a SOSIPATRI CHARISII eſſe conjectantur à *Ravio*: quod ad filium ſcripſerit; quod librum V. de Idiomatibus inſcripſerit. ad *Geſner*. Non. Gemina idem pagina anteliminari Chariſii mei, ipſique titulo: Flavius Soſipater Chariſius, ſuper ſcripſerat N. M. T. hoc eſt *Nonius Marcellinus Tiburticenſis*. Hæc *Symbola Normanniana*.

---

(1921. α) NONNO *Panopolitano* Poetæ *Dionyſiaca* tribuit *Friſius* in Bibliotheca Geſneri pag. 637. i. e. *Saturnalia ſeu Bacchanalia*, in quibus multa de amore & Ebrietate, de laudibus & rebus geſtis Bacchi ex Bibliotheca Joannis *Sambuci* edit. Græce cum Lectionibus & conjecturis Gerarti *Falckemburgii* Antvverpiæ 1569. apud Plantinum. Verum hæc ALII NONNO, *Gigantomachiæ* Auctori adſcribit GYRALDUS Dial. V. de Poetis ut notat *M. Eſchenbach* in diſſertat. de Poetis Chriſtianis Græcis & Latinis cap. I. §. VIII. pag. 8.

---

(1922) NORBIN, *Jean*: Jean BRINON. *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez pag. 580.

---

(1923) Livii NORINGII nomine per anagramma ſuum occultans, Julius NIGRINUS, Genuenſis Jeſuita, ſcripſit *Diſſertationem de Aula & Aulicifmi fuga*. Mediolani 1620 editam. *Alegambe* p. 292.

*Julium* NIGRONUM vocat *Miræus* Bibliothec. Eccleſiaſt. Part. II. pag. 207. & Thomas *Hyde* Biblioth. Bodlej. poſt L. pag. 12 adde *Sotvellum* Bibliothec. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 535.

---

(1923. α) NORWEGI STUDIOSI ut occultent *Laurentium* NICOLAI Theologiæ D. Sacerdotem Societ. Jeſu, cujus anonyma prodierit de Reformatione Religionis Chriſtianæ per miniſtros Evangelicos introducta Deliberatio a Studioſis Norvvegis propoſita Profeſſoribus Academiæ Havnienſ. die 1. Octobris anno cIɔ Iɔ CII. docet *Sagittarius* Introductionis ſuæ poſthumæ in Hiſt. Eccleſ. p. 418 ex *Sotvello* ſine dubio qui ante idem ſcripſerat Bibl. Jeſ. p. 545.

---

(1923. β) NOTGERUS ſeu NOTKERUS, Sigeberto ROGERUS dictus, Epiſcopus Leodienſis. Ei ſuppoſitam eſſe

(I)

(I) *Hiſtoriam Epiſcoporum Trajectenſium*, Opus HERIGERI Abbatis Lobienſis, judicat *Miræus* apud *Caveum* Hiſtoriæ literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 411. (a)

(II) De *Miraculis* S. REMACLI librum duos, NORGERO Monacho Sanct-Gallenſi adjudicandos cenſet *Caveus* loc. cit. (b)

(a) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 411.

Hiſtoria Epiſcoporum Trajectenſium, *ſeu* Leodienſium (*ſedes enim Trajectenſis* Leodium *po-ea translata eſt*) *Ejusmodi opus ſcripſiſſe* Notgerum *Epiſtola ad* Weinfridum *Abbatem certo conſtat. Ve-um id qvod nunc habemus* Herigeri *Abbatis Lobienſis vera eſt; ſi modo recte conjicit* Miræus. *Hiſtoriam ſam edidit* Joannes Chepeaville *in rerum Leodic. iſtoria Leodii 1612.*

(b) Ibidem pag. 411.

*De* Miraculis S. Remacli *libri II. qui eun-m præ ſe ferentes autorem*, Vitæ Remacli *ſubjici-tur apud* Surium *ibid. in compendium tamen, iſſis quamplurimis miraculis, a* Surio *redacti, vi-di tædii gratia. Verum* Notgerum *Epiſcopum odienſem autorem habere non poſſunt, cum autor* Stabulenſi *Monaſterii incenſioni (quæ anno 883. con-it) interfuiſſe teſtetur. Ad* Notgerum *forſan* niorem *non male referri queant.*

*Alius enim à Notgero Leodienſi fuit* Not-rus Monachus San. Gallenſis, *qui ſuperiori ſe-o floruit, atque obiit anno 912. Martyrologii & Sen-tiarum autor. Extat Martyrologium apud Cani-n Tom. IV. p. 701.*

NOTONIANO v. *Vadin.*

(1924) M. *Seraphini* NUCERINI nomine, Curatoris ſui amantiſſimi, cui ſeipſum quo-e debeat, ſe opuſculum *de Regni Neapolitani Re-ine* ad Comitem de Lemos ſcripſiſſe, *Thomas* MPANELLA ipſe refert in Syntagmate de is propriis & recta ratione ſtudendi quod or. *Naudæus* Pariſ. 1642. 8. emiſit, Art. 3. p. *Symbola* eſt *Diecmanniana.*

De NULLY v. *Udenius.*

(1925) NUMA SEDULIUS *Colonienſis* edidit, præmiſſa præfatiuncula, aliisque eo facientibus, junctim: *Innocentii* X. Pontificis Maximi *Bullam adverſus* Cornelii Janſenii, Epiſcopi quondam Iprenſis, *Propoſitiones quinq; de Gratia, ejusque Sectatores;* una cum *defenſione Belgarum contra peregrina judicia, & Bullæ iſtius receptionem.* 1653. in Civitate Libera. Perſonatus hic editor eſt *Samuel* HUNDIUS, Conſiliarius Electoralis Saxonicus, ut ex transmiſſis *Symbolis* illuſtris Domini *Schraderi* Conſiliarii Cellenſis, perdidici.

(1926) NUYSEMENT *de ſale Secreto,* Caſſellis 651. in 8. De eo ſic *Borellus* in Bibliotheca Chymica p. 160. & 161. Nuyſement *Receveur General du Comte de Ligni en* Bearnois *a fait L' Harmonie & conſtitution generale du Vray ſel ſecret des Philoſophes* & de l'eſprit univerſel du monde, *imprimè a la Haye* in 8. avec le *Coſmopolite.* (de quo inter *Rhodiana* n. 55.) *Item un Poeme Philoſophique François, & des Stances de la veritè de la Philoſophie minerale*, ibid. *Item divers ſonnets & autres pieces chimiques, qui ſont en partie dans les* Muſes raliées, *& dans* Baſile Valentin François apres les 12. clefs. *Item la table de Hermes expliqué par Sonnets, avec ſon traitè* du ſel, *impreſſion de Fland. & Pariſ. Chez Perier 1620. Ejusdem liber de ſale latine datus. Nota librum illum* de Sale, *non ab eo compoſitum eſſe, ſed truncatum ab ampliori fuiſſe, tertiam enim tantum partem ſuo nomine dedit, eamq; alteratam. Extat autem integer Lutetiæ, penes Amicum meum, ferturque etiam reliqua ejus opera, ab alio doctiſſimo Viro compoſita fuiſſe, nempe à* Dn. de CANDALE, *qui in Hermetis* Pimandrum *ſcripſit* Commentaria Gallica. Idem *Borellus* ſub lit. A. p. m. 14. *M.S. Rare, intitulé, Trois livres* des Elemens Chimiques & Spagiriques, *dont une partie a eſtè corrompue par* Nuyſement, *qui l' a faite imprimer a ſon nom, ſous le tiltre du* ſel du Monde, *ex Muſeo Domini* Lanovii, Lutetiæ.

NYSSENUS v. *Gregorius.*

* * *

# O.

(1927.)

Eines OBADIÆ unvorgreifflicher Beytrag/ an die bekandte Pia Deſideria, beygefügt dem hundertjährigen Bedencken des redlichen alten Theologi. D. Jacobi *Andreæ* in Ulm bey Balthaſar Kühnen ſel. Wittib/ im Jahr 1678. in 12mo continens cum adjecta materiarum ſerie, & aliquibus addendis paginas 276. *D. Eliæ* VEIELII, Theologi Ulmenſis, Eccleſiarumque earundem Inſpector uti intelligo ex literis Domini *Speneri* qui ſine dubio & hunc innuit pag. 4. Partis 2dæ der allgemeinen Gottes-Gelehrtheit / ubi ſcripti hujus Auctorem pleriſque notiſſimum dicit, nomine tamen ejus clarius non expreſſo.

---

(1928.) OBERTUS BERNESTAPOLIUS vulgavit Ingolſt. 1588. ſcriptum *de Cæde Mariæ*, Scotiæ Franciæque Reginæ; cujus Auctor *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis eſt *Robertus* TURNELLUS. Vide p. 188. 189.

OCCULTUS ACADEMICUS vide *Naſcoſto*.

---

(1928. α) OCELLA *Iubertus : François* DE LA MOTTE *le Vayer*. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 580.

---

(1928. β) OCTAVE : N-- COSTAR de Lyon. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 580.

---

(1929.) OCTAVIUS vel OCTAVIANUS Horatianus, eſt *Theodorus* PRISCIANUS, Medicus Latinus eoque nomine cum aliis editus ab *Aldo*. v. *Lindan.* de Script. Med. pag. m. 500. citatur dubitative à *Paulo Colomeſio* Cimelior. litterarior. c.7. pag. 17.

*Geſnerus* vero in Bibliotheca ſua Univerſali fol. 612. col. a. ex Othone *Brunſelſio*, *Theodorum Priſcianum* eundem eſſe cum *Octavio* HORATIANO confirmat. *Mercklinius* etiam quamvis *à Priſciano* Octavianum diſtinguat Lindenii renovati pag. 846. eadem tamen ſcripta ſub *Priſciani* nomine recenſet pag. 997. quæ ſub *Octavii Horatiani* nomine citat *Geſner.* Bibliothec. Univerſal. fol. 525. 526. Addit hic *Diecmanniana nota* ut ſequitur: *Horatianus* vel *Oratianus*, cujus libros Medicos ante ſesquiſeculum Hermannus *Comes à Nevenar* publicavit v. Rein. p. 643. Vindiciani celebris Medici, qui Auguſtini σύγχρονος fuit, diſcipulus *Reineſ.* p. 644. Baſileæ Ao. 1532. Sigism. *Gelenius* hujus Th. *Priſciani* libros tres Phænomenon euporiſton, Logicum & Gynæciorum edidit. Rein. p. 508. Octavium iſtum *Horatianum* eſſe Theodorum *Priſcianum*, pluribus docet *Reineſius* Var. lect. l. 3. C. 17. pag. 643. 644. qui de hoc Priſciano jam fuſe egerat præced. Cap. I pag. 508. ſſ.

OCTAVIANUS v. *Chiliades*.

OCTAVIUS v. *Cleophilus*.

*Farneſius*.

*Panzirollus*.

---

(1930) *Franciſci* OCTAVII nomine f ſo, editos eſſe *amores* h. e. libellum Elegiar ſeu *Odarum* XXII. ad Juliam, qui ſint fœtus B *nardini* CILÆNII Veronenſis, qui Friderici I temporibus vixit, teſtatur *Fabricius*, Appen ad Biblioth. ſuam Latinam p. 22.

ODOMENIGICUS v. *Lelonatus*.

---

(1931) S. ODONI ſuppoſitus eſt *Ser de Cathedra S. Petri, qui fere totus legitur apud* Leonem *ſerm. 3. in anniverſario ſuæ aſſumptionis, dicta ſub finem plagula ex ſermone 1. ejusdem* S. Leo *in natali SS. Petri & Pauli. Vix una & altera perio ſub ſermonis medium, aſſuta eſt ab eo, qui alienum h fœtum* S. Odoni *ſuppoſuit; nempe ab illis verbis,* inæſtimabilis & immenſa) *usq; ad illud*, (exiſtim ret aſcenſum) *quem non eſſe purpuræ clavum maſtr inoculandæ, prudens Lector facile deprehendet:* ve ſunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. lib. pag. 1

Sermo tamen ille tanquam genuinum o Odonis citatur à *Caveo* Hiſt. Literar. Script. Ecc p. 406. v. in *Adone*.

---

(1932) ODONI MORIMUNDE Abbati tributæ

(I) *Expoſitiones Morales & Myſticæ ſuper di ſos Textus tam Veteris quam Novi Teſtamenti* ODO CERITONENSIS eſſe cenſentur à Carolo V Bibliothec. Scriptorum S. Ordinis Ciſtercie pag. 254.

(II) Eidem Odoni Morimundenſi ad ptum *Chronicon* apud *Voſſ.* de Hiſtor. latinis, OD NI FRISINGENSI, qui & antea Abbas M mundenſis fuit, aſſignatur à Carolo *Viſch.* cit. (a) adde *Sandium* in notis ad *Voſſ.* pagi 319. (b)

(a) Carolus Viſch, Biblioth. Sc S. Ordinis Ciſtercienſis p. 254.

Oddo, *ſive* Odo, *S. Abbas Morimundi in gobardia, Dioeceſis Mediolanenſis, vir in divinis l ris eruditiſſimus, ſcripſit*, in divinam ſcriptur Sermones 56. *adeo mellitos, tantaq; dulcedine ple ut legentibus mox appareat, Autorem Sanctiſſimi* Bern di *ſpiritu donatum fuiſſe, dum eosdem dictaret. E in eodem Morimundi cœnobio, & etiam apud Reve diſſi*

*diſſimum* Vghellum *Romæ qui propediem eos vulgabit in* Bibliotheca *ſua* Ciſterciana (*quam præ manibus habet*) *una cum aliis plurimis operibus à perſonis conſcriptis hactenus incognitis. Floruit* Odo *circa annum Domini 1176. Obiit vero* (*ut in* Necrologio *ejusdem cœnobii notatur*) *24. Decembris.*

(b) Sandius in Notis ad Voſſ. pagina 319.

Præter alia etiam Chronicon condidit.) *Si hoc opus eſt* Odonis Friſingenſis, (*qui etiam fertur fuiſſe* abbas Morimundi, *diœc. Lingonenſis in Burgundia, & obiiſſe a. 1159. poſtquam a. 1138. ex abbate Morimundi fuerat electus Epiſcopus Friſingenſis,*) *ut arbitratur* Viſchius, *utique hic autor hiſtoricus minime accenſendus eſt.*

(1933.) ODOMENIGICO *Lenonoti.* Sub perſonato hoc nomine edidit *Gio. Domenico* OTTONELLI ſcripta duo

(I) *Della Chriſtiana Moderatione del Teatro* libri V.

(II) *Trattato di Pittura, & Scultura, & abuſo loro* in 4to teſtante La *Viſiera Alzata* Hecatoſtes n. LVII. p. 63. (a)

(a) *LVII. GIO: DOMENICO OTTONELLI da Fanano Antagoniſta à Comici oſceni. Come che la Verità ignuda mal ſi vegga, ſenza riceuer ſcandalo da ſi fatta razza di gente: Egli la volle far rimirare tale quale; ma però preſo in preſtito il nome del Signor Odomenigico Lenonoti. Titolo è*
Della Chriſtiana Moderation del Teatro Libri V.
Trattato di Pittura, & Sculture & abuſo loro.
*Sono ſtampati in Fiorenze da Gio: Antoni Bonardi e'l terzo ſolo da Luca, & Aleſſandro Lagi. 4.*

(1934.) OECOLAMDIO male tributum Ratramni, *de Corpore & Sanguine Domini* librum, & propterea *inter prohibitos* in indice *Tridentino* relatum notant *Acta Erud. Lipſ.* 1686. pag. 554. (a) & 1687. p. 44. (b)

(a) Acta Eruditorum Lipſienſium 1686. pag. 554.

Ratramnum, *cujus librum de Corpore & Sanguine Domini a Sixto Senenſi perperam Johanni* Hausſcheilio *ſeu* Oecolampadio *tribui aſſerit, ridendum ſimul opinans* Latinum Latinium, *qui ſe ob lectionem ejus libri à Pœnitentiario abſolvendum curavit.*

(b) Ibid. 1687. p. 44.

*Equidem* Ratramni *de corpore & ſanguine Domini librum, juſſu* Caroli Calvi *Imperatoris ſeculo nono conſcriptum,* Sigebertus Gemblacenſis & Johannes Trithemius *ceu placitis Eccleſiæ Catholicæ convenientiſſimum laudaverant. Imo anno adhuc 1526.* Joannes Fiſcherus *Epiſcopus Roffenſis, cum* Johanni Oecolampadio *ſuos de Sacramento Euchariſtiæ libros opponeret, inter ὁμοψήφους Paſchaſii Ratberti,* (*quem* Transſubſtantiationis *parentem eſſe, communis Reformatorum ſententia eſt,*) *Ratramnum recenſuerat. At, cum anno 1532. Coloniæ typis fuiſſet exſcriptus, qui atque dum ſolius calami beneficio ſuperſtes fuerat, editionemque curaſſent Proteſtantes, ac in ſuis contra Transſubſtantiationem diſputationibus creberrime teſtem illum vocarent, ſuſpicio Pontificiis ſubnata fuit, abortum hunc eſſe* Oecolampadii, *qui ſub illuſtri* Ratramni *nomine virus ſuum, quo occulatius, eo pernicioſius ſpargere voluiſſet. Hinc a Cenſoribus Tridentinis inter libros prohibitos relatus, & à* Sixto Senenſi, Claudio Eſpençæo, Claudio de Saintes, Clemente *VIII. R. P.* Bellarmino, Quiroga, Sandovallio, Alano Cardinalibus, *pro ſuppoſititio ac pernicioſo agnitus fuit.*

(1935.) Joannis OEDICKHOVII Nemetis nomine, *Conciones binas funebres, alteram in Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Moguntini, Joannis Suicardi, alteram in Georgii Friderici, itidem Archi-Epiſcopi Electorum exequiis habitas,* lingua patria, id eſt, Germanica publicavit, *Joannes Erhardus,* ſive *Reinardus* ZIEGLERUS, Jeſuita Germanus, *Alegamb.* pag. 238.

(1936.) *Claudii* OERNHJäLMS *Hiſtoriæ Sveonum Gothorumq; Eccleſiaſticæ libri quatuor* priores Stockholm. 1689. 4to. Sunt ejusdem Auctoris qui ſub ARRHENII nomine *Vitam Svecici Herois Ponti de la Gardie* conſignavit. vide Monatliche Unterredungen/ 1691. p. 782. Nimirum Svecicum Oernhjalmii nomen in Latinum Arrhenii mutatum eſt, quod monere hic, noſtrarum eſſe partium duximus, ne quis hos Autores pro diverſis habeat. Ipſa Hiſtoria, una cum Addendis & Copioſiſſimo indice continet pag. *Primus* 726. liber capita habet 27. *Secundus* 6. Tertius 23. cui adjunctæ Appendicis loco Leges antiquæ Eccleſiaſticæ capitibus XXII. *Quartus* continet Capita IX. Operi ſubjuncta in fine Muſarum Upſalienſium Pietas conſtans foliis *octo.*

(1937.) Joannis OINOTOMI nomine, apud Italos aliquoties, ſed mire caſtratos, *Joannis* SCHNEIDEWINI *ad Inſtitutiones Juris commentarios* in folio, Venetiis impreſſos videre memini in folio & aliis formis. Item Lugduni in Gallia nitidiſſime in quarto. Hoc factum, ut alius videretur eſſe Auctor, quam ex proteſtantibus unus. Hic auctoris verum nomen Græce eſt expreſſum. *Ita margo Maſtrichtianus.*

(1938.) *Magni* OLAWSONI Utpyding yfor vvigly ſing Kroka refs ap. Wormium Monum. Dan. non illius eſt, ſed WORMII citius, aut ISLANDI CUJUSPIAM. *Jon. Rugman.* GREINIER or GAMULO Langn. 6, 7. 10. Hæc *Symbola Normanniana.*

(1939.) OLDCORNUS eſt HALLUS *Jeſuita* Particeps parricidii pulverarii vide *Burhil.* contra Becan. pag. 21. *Caſaubon.* epiſtol. 190. & *White* defence of the Way p. 83. indicante *Symbola Normanniana. Alegambe* & *Sotwel* de *Halli* nomine penitus ſilent.

(1940.) *Timotheus* OLDMAYN, cujus nomine citatur in Biblioth. *Bodlej.* poſt N. pag. 18. *Sermon on Pſalm.* XXXIX. 11. Lond. 1619. 8vo adeo

alco nomine vocatur PRICKE, ut notat Thomas Hyde *loc. cit.*

OLENIX v. du *Bourg.*

OLENIX v. du *Montſacré.*

OLIVA v. de *Bituris.*

(1940. α) OLLEMIRI *Pedis Admiranda* typis vulgata Ao. 1666. Argentinæ in 12. Hujus partus Obſtetricator fuit *Daniel Guilielmus* MOLLERUS PP. ut Altorfio ipſe ad me ſcribit 1690.

OLMERIUS v. de *Micheli.*

OLYMPIUS v. *Nemeſianus.*

(1941.) OMNI BONO, *Commentario, in Valerium Maximum*, PALLACINI cujusdam imperiti hominis nugas, à Doctiſſimo viro *Calphurnio* damnatas, ut venalior fieret editio, aſſcripſere Typographi. Oliverius *Artigan.* Præfat. Val. Max. Venet. 1491. fol. Pet. *Brutus* epiſt. ad *Oliver.* operi præmiſſa. Hæc *Symbola Normanniana.*

(1942) ONANTIO ATEGA *Anagrammaticum* Involucrum eſt *Antonii* de GAETA, qui edidit Italice *Breve Diſcorſo per la riformatione della Bolla Gregoriana.* Docente *Toppio* Biblioth. Neap. p. 28.

ONATINUS v. *Mirteus.*

(1943) *Reinardus* ONESIMUS Lycovindanus ſeu potius qui ſub hac larva latet, *Antonius* REISERUS Auguſtanus Th. Licentiatus & Paſtor Hamburgenſis Jacobæus, edidit Erinnerung von den Uhrſachen der Neubekehrten in Augsburg wieder P. Chriſtoph. *Otten*, Jeſuiten und Thumb-Prediger daſelbſt. Anno 1662. 8vo. Huc usque *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

(1944) ONITHONEM, cui *Chronicon Romanorum Pontificum* adſcribit *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. III. pag. 715. Eundem eſſe cum BONNIZONE Epiſcopo Sutrino, conjicit *Sandius* in notis ad Voſſium pag. 353. (a) Ab Hoc enim conſcriptam eſſe Epitomen de Geſtis Pontificum teſtatur *Lambecius* Comm. de Biblioth. Cæſar. lib. II. cap. VIII. pag. 799. (b) qui eum & BONISIUM, BONINUM, BONNIZZUM imo & DOMNIZONEM appellari notat p. 795. ſqq.

(a) Sandius in Notis ad Voſſium pag. 353.

*Autor iſte non eſt incertæ ætatis, ſed eſt* Bonizo, *episcopus primò Sutrinus, poſt Placentinus, interemptus anno 1089. Is enim ſcripſit Chronicam de geſtis Romanorum Pontificum usque ad Urbanum II. creatum anno 1088. In cujus operis fine ipſe, referente* Lambecio *lib. 2 de Bibl. Vindob. cap. 8. memorat, ſe quoque alios duos libros de* Romanis Pontificibus *contexuiſſe, nempe primum de geſtis Benedicti IX. ſequentiumque Pontificum, usque ad deceſſum Gregorii VII. Secundum de geſtis Urbani II. Chronicon ipſum nonnunquam appellatur de geſtis Romanorum Pontificum & Imperatorum. Autor jam dicitur Bonitus, jam Boninus, jam Bonitius: Lambec. lib. 2. Bibl. Vindobon. Ughellus vocat* Bonizzum, *Bonitium,* Bonizzonem. *At error in nomine, quo Onithon dicitur, inde videtur originem traxiſſe, quod prima litera B. credita fuit Beatitudinis eſſe indicium.*

*Pag 309. poſt l. 22. add. Ibid. DOMNIZO) Præterea ſcripſit Soluta Oratione Cod. MS. in quo de Theobaldi, episcopi Aretini, caſtitate, aliisq; virtutibus agit, ubi & quædam habet, quæ in Vita Mathildis metrica extant.*

(b) Petri Lambecii Comment. de Biblioth. Cæſ. lib. II. cap. VIII. pag. 799.

*Hucusq;* Bonizonis *illa Epitome Hiſtoriæ Pontificum Romanorum, quæ Decretorum Eccleſiaſticorum libris ſeptem, ab ipſo collectis, Præmii loco præfixa eſt. Hæc igitur ſunt illa Chronica* Bonizonis, *ſive, ut idem alias corrupte appellatur,* Boniſii *de Geſtis Pontificum Romanorum, quorum* Martinus Polonus *in Chronici ſui præfatione meminit his verbis: Compilavi autem præſens Opuſculum ex Scriptis* Titi Livii, *ex Chronicis* Oroſii, *ex Chronicis* Damaſi *Papæ de Geſtis Pontificum,* Ex Chronicis Boniſii Epiſcopi Sutrini de Geſtis Pontificum; *ex Chronicis Pauli Romani Diaconi &c.*

(1945) ONKELOS interpres Chaldaicus *Pentateuchi*, Idem AQVILÆ PONTICO Proſelyto primum Chriſtiano demum & Judaico, *Hieronymo in Jeſchajæ.* VIII. apud *Mayer.* Philol. II. pag. 142. 182. *Bellarmino* lib. I. de Verbo Dei cap. III. Apud *Mayerum* loc. cit. pag. 184. *Midretio* Antiquit. Hispan. pag. 149. *Ravio* not. Marg. ad *Hottinger. Anti Morin.* 35. a. *Balmeſ.* Gram. 172. Sunt autem Diverſi, quando & ſpatio 200. annorum diſtent. *Mayer* Philol. II. pag. 183. 184. *Hottinger.* Theſaur. Philol. 258. 378. *Metburg.* 105. Compend. Theol. Jud. 232. *Antimorin.* 79. Hæc *Symbola* Normanniana. Alias CHALDAICÆ PARAPHRASES BIBLICÆ duæ, notæ ſunt illius linguæ peritis: Quarum altera *in Pentateuchum* altera *in Prophetas:* tribuiturque Rabbino ONKELOS prior; at poſterior Rabbino JONATHANI quorum ille AQVILA hic THEODOTION nonnullis habetur. Appellatur THARGUM Hebræis, quod *paraphraſin* ſignificat. Ejus editio nobis inspecta Pauli *Fagii* in fol. Argentorati 1646. in præfatione ad lectorem legi omnino meretur (a) Doctiſſimus tamen olim Scholarcha meus, Paſtorque ad D. Jacobi & amicus honoratiſſimus D. Antonius *Reiſer* in der kurtzen Bibliſchen Anweiſung zu Kirchen Buße pag. 54 90. 92. item in ſeinem Sabbathiſchen Licht und Recht pag. 35. 64. plurimos de his auctoribus etiamnum dubitare ſcribit. Nomine *Jonathanis* filii Uziel expreſſo *Tremellius* in XII. Prophetas minores paraphraſin Chaldaicam latine edidit 8. Heidelb. 1567. Lipenius in Bibl Real. Theolog. p. 146. a. memorat Franc. *Tayleri* Angli Thargum Hieroſolymitanum in V. libros Legis, latine Londini. in 4. editum anno 1649.

1649. — Idem citat *Waltoni* Apparatum Bibliorum pag. 270. ubi agatur de Chaldaicis verſionibus plenius. Is eſt ſuo prænomine *Brianus* Epiſcopus Ceſtrenſis, cujus ſunt Prolegomena ad Biblia polyglotta Prolixe etiam de Verſionibus Chaldaicis agit *Wharton* Auctario Hiſtoriæ dogmaticæ Jac. *Uſſerii* de Scripturis & Sacris Vernaculis pag. 315. & 316. ubi rationes verſionis librorum Biblicorum Chaldaicæ expendit (b) & pag. 307. ubi ſpeciatim de *Onkeloſii* & *Jonathanis* translationibus agit. (c) quibus pag. 406. jungit aliam factam ex Græco D. MARCO vulgo adſcriptam. (d) Ex quibus omnibus patebit, dubiam admodum eſſe ætatem *Onkeloſii*. His omnibus ſuperadde *Heidegg.* Hiſt. Patriarch. Tom. I. Exercit. 5. §. 31. fine. pag. 191. (e) & Exerc. 9. th. I. pag. 254. (f) item *Beyerum* in addit. ad Seld. de Dis Syris p. 183. ad lib. I. cap. I. (g)

(a) Paulus Fagius *in præfat. ad lectorem ſuper Thargum a ſe editum p. 1. & 2. Conſtat enim cum ex Hebræorum, tum Latinorum ſcriptis, hunc noſtrum Paraphraſten Chaldæum, quem Onkelos appellant,* cui translatio Pentateuchi adſcribitur, *filium fuiſſe ſororis Titi Imperatoris, nec diu poſt devaſtationem ſecundi templi Paraphraſin ſuam conſcripſiſſe. Alterum vero Paraphraſten, quem* Jonathan *filium Uzielis vocant,* cui Prophetas tribuunt, *ante devaſtationem templi ſua ſcripſiſſe. Tametſi ſint, qui velint utrumq; tota Biblia in linguam Chaldaicam tranſtuliſſe. Sed audiamus hac de re teſtimonium doctiſſimi Viri* Galatini, *qui libro primo de arcânis Catholicæ veritatis contra Judæos c. 3. ſic ſcribit :* „Per idem ferme tempus, anno „ſcilicet ante Chriſti natalem, circiter ſecundo „& quadrageſimo, Jonathas Uzielis filius, Hille„lisque auditor atque Simeonis juſti, qui Chri„ſtum infantulum ſuſcepit in brachiis, condiſci„pulus, totum Vetus inſtrumentum, in Chal„dæam vertit linguam atque expoſuit: ita ſen„ſum e ſenſu traducens, & ita obſcuriſſima quæ„que exponens vocabula, ut quæcunque de „Meſſia dubia, & latenter ſcripta erant, certa „atque clariſſima reddiderit: adeo, ut ejus edi„tio non tam interpretatio, quam gloſſa atque „expoſitio videatur. Quam Hebræi *Thargum* „i. e. translationem nuncupant. Tantæque „apud eos eſt autoritatis, ut non ſolum ei con„tradicere nemo audeat, ſed non minus quoque „fidei, quam ipſi textui paſſim omnes eidem „adhibeant, tum ob viri ſanctitatem ac peri„tiam, tum maxime ob ipſius interpretationis „expoſitionisque veritatem. Ideo quotiescun„que aliquid ambiguum, aut difficile intelle„ctu in textu ſacrorum Bibliorum inveniunt, „ſemper ad eandem translationem recurrunt. „Unde de eodem Jonatha (ut in בבה בתרה „*Bava Bathra* legitur) dixerunt Magiſtri, quod „in hora, quâ eidem editioni & expoſitioni vo„cabat, ſi muſca, aut quodcunque volatile, ſu„per eum vel ſuper chartam volaſſet, illico abs„que ulla ejus, aut chartæ læſione cœlitus exu„rebatur. De ONKELOS vero *paulo poſt* ſic „ſcribit. Tota procul dubio Biblia Jonathas in „Chaldæum, ut prædixi, transtulit: ſed transla„tio ejus in Pentateuchum rariſſima eſt: idcir„co ab iis, qui eam non viderunt, negatur. Ego „vero ipſam ſemel vidi, quæ ſic incipit: — — מן אולא ברא יי ית שמיא וית ארעא Ea vero, „quæ ONKELOS eſt, ſic: בקדמין ברא ייי ית שמיא וית ארעא. Hic etiam Onkelus tota Bi„blia in Chaldæum vertit, atque expoſuit. Cu„jus editio atque expoſitio, quamvis nunc præ„terquam in Pentateuchum vix alibi reperiatur, „non minoris tamen apud Judæos eſt pretii, „quam illa, de qua nunc meminimus, Jonathæ, „quam etiam Thargum appellant, quod Chal„daica quoque ſit, ſicut & illa, etſi utraque „Hebraicis ſcripta ſit elementis. Hactenus ille. „*Non deſunt porro, qui putant,* Onkelum *fuiſſe quem nos* Aquilam *vocamus, quod ſit nonnulla nominum affinitas. Et* Jonathan Theodotionem *fuiſſe, eo, quod idem etymon utrique nomini ſit. Quod enim Græcis Theodotion DEI donum ſignificat, idem quoque & Hebræis* יונתן *Janathan compoſitum ſcilicet vocabulum ex* יה *Jah, quod Deum &* נתן *Nathan i. e. dedit ſignificat. Hinc* יונתן *Janathan i. e. DEUS dedit, vel Dei donum. Sed hæc per conjecturam (ut opinor) tantum à quibusdam dicuntur.*

(b) Heinr. Wharton Auctar. Hiſtor. Dogmat. J. Uſſerii de Scripturis & Sacris Vernaculis, p. 315. & 316.

*Ex more iſthoc apud Judæos recepto factum eſt, ut plures S. Scripturæ Verſiones Chaldaicæ procuderentur & ſcriptis commiſſæ evulgarentur. Integrum enim publico Lectori fuit interpretationem legis ſeu ex tempore fuſam ſeu ex ſcripto recitatam in Synagogis dare. Atq; adeo ſcriptam extitiſſe Pentateuchi verſionem Chaldaicam & in uſu Judæis fuiſſe etiam ante reditum à Captivitate Babylonica non immerito conjicit ipſe* Bartoloccius, cum in ipſa Captivitate Babylonica populus Hebræus Chaldaice loqui didicerit, relicta lingva Hebræa & in Chaldæam commutata, in quam & Pentateuchus Hebraicus translatus eſt, in lingvam ſcil. vernaculam & ab omnibus intellectam. *Verſiones iſtæ à Judæis dictæ ſunt Targumim ſeu* Paraphraſes, *quæ tamen plerunque Translationes ſunt ſatis juſtæ, plurimæque hodienum extant in omnes S. Scripturæ libros, exceptis Daniele & Ezra, qui cum Chaldaicè ferè ſcripti ſint, Chaldaica interpretatione non egebant. Inter has binæ Antiquitatis ſpeciem præ ſe non vanam ferunt, una in Pentateuchum, quæ* Onkeli *dicitur, altera in Prophetas omnes, quæ* Jonathani *Ben Uzzielis adſcribitur. Utraque circa Chriſti tempora confecta cenſetur. Certè antiquas admodum eſſe & longè ante Talmudem factas, inſignis linguæ Chaldaicæ puritas, qua Talmudem longè ſuperant, demonſtrat. Habetur utraque in Editione Bibliorum Veneta Danielis Bombergi ſecunda & tertia, in editione Antverpienſi Ariæ Montani, Pariſiana Michaelis de Iay anno 1645. & Londinenſi Waltoni 1657. Recentius eſt Targum Pentateuchi Hieroſolymitanum, quod ab incerto authore compoſitum eſt dialecto eadem, qua & Talmud, ſc. Syro-Hieroſolymitana, qua poſt excidium Templi uſi ſunt Judæi. Eodem tempore, quo & Talmud ſcriptum fuiſſe vult Elias in Methurgeman ſc. trecentis poſt excidium Templi annis: Buxtorfius & Walthonus paulo poſt Talmud (quod in illo citatur) ſc. quingentis poſt Chriſtum natum annis. Extat in Tomo 4. Bibliorum Polyglottorum Londinenſium. Paulo inferioris ætatis eſſe videtur Targum in Hagiographa, quod R. Joſe ſeu Joſepho cœco inſcribitur. De autore tamen haud adeo conſtat. Lingua Syro-Hieroſolymi-*

lymitana utitur & à Sixto Senenſi circa annum Chriſti 400. à Buxtorfio circa annum 600. confectum putatur. Reperitur in editionibus omnibus Bibliorum ſupra memoratis. Porro Jonathan Ben Uzzielis dicitur ſcripſiſſe etiam Targum in Hagiographa, quod interiit, & aliud in Pentateuchum, quod ſub illius nomine prodiit à Judæis editum Hanoviæ 1591. & à Manaſſe Ben Iſrael 1640. & in Biblis Londinenſibus, Tom. 4. Verum iſtud Jonathani neutiquam deberi cenſent Criticorum Pars potior. Alia præterea innumera fuerunt Targumim (R. Akilas enim ſcripſit Targum in Prophetas & Hagiographa ut alios taceam) ex quibus quædam penitus interierunt, aliquorum fragmenta ſuperſunt, nonnulla MSS. deliteſcunt. Prodiit nuper in Germania typis excuſa Paraphraſis Chaldaica in primum librum Paralipomenon.. Parem in ſecundum etiam ſe aliquando edituros ſpondent Typographi. Iſtæ enim in prioribus Paraphraſibus deerant. Antiquiores enim Judæi libros Paralipomenon, eo quod in libris Regum fere toti contineantur, Chaldaice interpretari inſuper habuerunt.

(c) Idem p. 307. Cap. I.

Neque deſunt Eruditi, qui Onkelon, Jonathanem, & hujuſmodi alios Doctores, longe inferioris ætatis, quam quæ à judæis ponitur, eſſe contendunt; atq; eorum Paraphraſes multis poſt Chriſtum ſeculis confectas autumant. Mihi potior videtur ſententia Paraphraſes ipſas revera antiquas eſſe; authorum nomina iis pro lubitu appoſuiſſe judæos. Ut ut ſit, & in his & in aliorum Rabbinorum, (quos teſtes adhibet Cl. Uſſerius) Hiſtoria texenda non parum diſcrepant ipſi Judæi, quique judæos ſeqvuntur, Chriſtiani. Plures Onkelon æque ac Jonathanem Chriſti tempora præceſſiſſe, ſaltem illi coævos fuiſſe, volunt: Alii, quorum ſententiam refert Uſſerius, illum Titi Imperatoris nepotem faciunt (ea eſt enim Judæorum mendacum ambitio, ut fere omnes Rabbinos ſuos Romanis Imperatoribus conſanguineos fuiſſe jactitent) Qvidam illum magni Gamalielis familiarem ponunt, cujus proinde exequias ſuperſtes curaverit. Nonnulli denique eundem cum R. Akila, (qui ſub Antonino Imp floruiſſe noſcitur) alii eundem cum Aquila Pontico (qui claruit circa annum 130.) fuiſſe aſſerunt. Nec minor equidem autorum diſſenſio de jonathane; quem pars Scriptorum potior Onkeli condiſcipulum fuiſſe tradunt: aliqvi tamen integras tres ætates illis interponunt, adeo ut Hillel præceptor fuerit jonathanis & Joannis Ben Zaccai, Joannes iſte præceptor R. Eleazaris & R. Joſuæ, quibus diſcipulus fuiſſe dicitur Onkelos. Recepta eſt opinio Jonathanem triginta ante Chriſtum natum annis paraphraſin ſuam elucubraſſe; cum tamen nonnulli eundem cum Theodotione (qui vixit anno Chriſti 180) fuiſſe ponant. Longum eſſet, ſi varias Scriptorum de reliquis, qui à Cl. Uſſerio laudantur, Doctoribus Hebræis ſententias in medium proferrem. Id ſolum adnotandum duxi, illorum teſtimonia ex Pirke Aboth fere omnia produci, adeoque incertæ admodum fidei eſſe. Liber enim iſte, quamvis non contemnendæ ſit ætatis, ab audaculo tamen quodam Judæo eſt compoſitus, qui ſententias veterum Doctorum traditione perpetua conſervatas ſcripto conſignare præ ſe ferens, lectoribus fucum facere merito cenſeri poſſet. Novimus enim quam fluxæ fidei ſit traditio; quæ cum ubique anceps & lubrica ſit, apud Judæos plane adulterina eſt & commentitia. Majoris forſitan momenti ſunt teſtimonia, quæ ex Talmude judaico adducta ſunt, licet ipſa etiam ſint merito ſuſpecta. Neq; enim ante annum Chriſti 505. finitum eſſe Talmud conſtat; ante centum plus minus annos à Rau Aſcè, Scholæ (ut fertur) Babylonicæ Rectore, inchoatum. Hucusque autem ſententias Doctorum incorrupta traditione transmiſſas fuiſſe parum credibile eſt. Denique quod quartum Eſdræ librum ab Uſſerio citatum ſpectat; iſte a falſario quodam judæo longe poſt Chriſti tempora confictu[s] videtur.

(d) Idem p: 460.

Duplex extat verſio S. Scripturæ in linguam Syriacam ſive Chaldæam (unica enim eſt lingua diverſi[s] tamen characteribus exarata) Altera ex Hebræo facta, quæ ſimplex & antiqua vocatur, altera ex Græco recentior. Antiqua ſolummodo in divinis Officiis hodie utuntur Maronitæ. Factam eſſe a Thaddæo aliisqu[e] Apoſtolis tempore Abgari Regis ex Syriacis Scriptoribu[s] oſtendit Abraham Ecchellenſis. Eandem tamen, ſalten ex parte, conditam eſſe tempore Salomonis in gratiam Hirami Regis Tyri, reliquam cura Thaldæi cœterorumque Apoſtolorum tempore Abgari Regis, plerique è Syri[s] contendunt. Apud alios tamen Syros conſtans viget Traditio a D. Marco factam eſſe. Ut ut id certum eſt temporibus Apoſtolorum factam fuiſſe, antequam Canon N[ovi] Teſtamenti communi Eccleſiarum conſenſu confirmatu[s] eſſet. Unde fit, quod Epiſtola 2a. Petri, 2a. & 3a Joannis, illa Judæ & Apocalypſis in ea omittantur. Prodiit Novum Teſtamentum iſtius verſionis à Widmanſtadi[o] editum (de qua editione vide Cl. Uſſerium, cap. 8. Sect. 1. & in editione Bibliorum Antverpienſi Ariæ Montan[i] Utrumq; Veſtamentum, aliquoties, mutilum in Bibliis Pariſienſibus Michaëlis Jaji, integrum in Londinenſibus Polyglottis Waltoni.

(e) Joh. Henr. Heideggerus in Hiſt. Patriarch. T. I. Exerc. 5. §. 31. fine. p. 191.

Jonathan Uzielis.

Felicius allegaſſet (Bonfrerius) cum Marino Targum Jonathæ Uzielidis, quanquam lippis jam & tonſoribu[s] notum eſt, paraphraſin in Pentateuchum, quæ Jonathani Uzielidi tribuuntur, non veri Uzielidis eſſe, ſe[d] Thalmudiſtæ cujusdam recentioris, qui totum illud opus ſuum Thalmuduis fabulis collutulavit.

(f) Ibid. Exerc. 9. Th. 1. p. 254.

Hoc cum ignoraret ille Pſeudo Jonathan aliique poſteriores Thalmudiſtæ cœco errore vocem illam indide[r]unt Enocho.

(g) Beyer in Addit. ad Selden. de Di[is] Syris p. 183. ad l. 1. c. 1.

In Targumim poſt. Hieroſolymitanis, qualia ſun[t] Onkeloſi & Pſeudo-Jonathanis &c.

---

(1946) ONUPHRII nomine, teſtante Leone Allatio de Apibus Urbanis p. 66. 67. & ex eo Carolo Viſch Biblioth. Ciſtercienſ. p. 71. ſcripſit Chriſtophorus BORRI, Italus, ex Jeſuita Monachus Ciſtercienſis, nonnulla.

---

(1947.) OPALENUS, Lucas: Paulu[s] NÆORELLUS. Bailleti liſte des Auteurs deguiſez p. 580. ſcripſiſſe autem de officiis indicat Symbola Dorniana.

---

(1948.) Conſtantini, OPELII de Fabrica Triremium Meibomiana Eleutheropoli 1672. 4to eſt

(1992) *Petri* PALATII Brixienſis nova Ephemerides Motuum ſolis ab anno 1664. a 1670. Romæ. 1664. fol. ſunt *Franciſci* LEVERÆ, cujus *Prodromus Aſtronomiæ reſtitutæ*, eoden loco & forma Anno 1662. prodierat; quod ſtyli & rerum ipſarum convenientia evincit, faten te inſuper Typographo, opus poſterius ejuſden cum Prodromo Auctoris eſſe: tum vero & Dia logi p. 62. ita loquitur Savinius ut facile probe ſemetipſe. Sic & D. *Wasmuth* ad p. 4. Dialogi i exemplo ſuo notat. Atv. p. 52. inferius Levera fa tetur. &c. Hæc *Symbola Normannina*.

---

(1992. *a*) PALINGENIUS Simpliciſſimus. Perſonatus ſcripſit, cenſorem mundi / ode einfältige Theologiſche Politiſche Gedancken eine Chriſtlichen Pilgrams über die heutige Zeiten un Läufften der Welt / Franckfurth auff Koſten des au ctoris 1685. Auctor eſt Joh. Jacob SCHUTS Francofurtenſis juris Licentiatus, auctor Com pendii Lauterbachiani. *Symbola* eſt *Maſtrichtian*.

---

(1993) PALLADIO *Galatæ* tributum *Dialogum de Vita Chryſoſtomi* THEODORO DIACO NO, aut certe cuidam JUNIORI PALLADI aſſerere mavult *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis li II. cap. XIX. pag. 255. nihil autem de illa contro verſia ſtatuit *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccl ſiaſt. p. 204. 205.

II. De *Hiſtoria* ejus *Lauſiaca* ſuperius in HERACLIDE diximus, quæ videri poterunt

---

(1994) PALLADII nomine ſcripſiſſ *Ægidium* DE WITTE, CANDIDUM & AL BANUM alias quoque dictum, memorant *Ac Erudítor. Lipſienſ.* 1693. p. 135.

(1995) *Sforza* PALAVICINO e Agoſtino SPINOLA v. *infra*.

---

(1995) Hugonis de PALMA *Theologiam Myſticam*, ſive *Trivium ſacrum*, *quod agit de tripl via animæ, purgativa, Illuminativa, Unitiva &c. e tore* A. *Franc. de Monte*, S. Amſtelodami A 1647. in 12. *Th. Raynaudo* de mal. & bon. lib. pa 142. 143. *Jo.* GERSONI a quibusdam adjudic tum, eidem cum aliis multis eripere ſatagit.

Libe

Libellus una cum breviuſcula Appendice complectitur pag. 72. ſine dedicatoria editoris Franciſci *de Monte* epiſtola duorum foliorum, & præfatione introductoria, unius tantum folii.

Adſcribitur S. BONAVENTURÆ, habeturque Tomo VII. Operum Seraphici Doctoris: Verba ſunt Maximiliani *Sandæi* Theol. myſticæ pag. 15. Idem tamen p. 650. inter alios eum ſcriptores myſticos recenſens, ut genuinum *Carthuſienſis* Monachi ejus nominis fœtum memorat, citra illam *Bonaventuræ* mentionem. Addit hic *Nota Diecmanniana* ad verba (*editore A. Franc. de Monte*) ſequentia: Editor ille eſt nobilis ille ex Sileſia Jac. Böhmii aſſecla *Abraham* von Franckenberg / quem multa *ἀνωνύμως* & *ψευδωνύμως* vulgaſſe, Catalogus Scriptorum ejus, qui, eo defuncto, ipſius Theologiſchen Sendſchreiben vom wahren Kirchen-Gehen / ed. Amſtel. 1686. 8. præmiſſus eſt, oſtendit.

---

(1996 *a*) Joannis PALMERII *Nullitatis Proteſtatio, adverſus formulam Concordiæ*, prodiit, quam *Franciſco* HOTTOMANNO deberi, una cum alio, *Aſpaſti* nomine prodito, ſcripto, de quo ſupra ſuo loco actum eſt, inter alios etiam arguit *Leonardus Hutterus*, Concordiæ concordis p. 32. quod omiſſum adeo *Schlüſſelburgio* mirer, imprimis cum *Aſpaſti* ſcriptum, ejusque auctorem haud ignoraverit. Eodem ſub nomine *Epiſtolam Bellarminianæ ad Venetos Admonitioni oppoſitam*, vide *infra* ad nomen *Torti*.

Vide eadem confirmantem *Teiſſierium* Tom. II. des Eloges des ſavans p. 141.

---

(1997.) Verante Palmerio, eſt *Sebaſtianus* SCARABICIUS, v. *Rhod.* num. 58. cujus extat *Tractatus de ortu ignis febriferi*, Patav. 1655. 4to.

LVIII.

Verante PALMERIO, Sebâſtianus SCARABICIUS, Profeſſor Patavinus Medicinæ doctiſſimus, ante decennium cum ibidem agerem, nunc ſuperſtes, cujus aliqua ſcripta Medica prodiere Patavii: quale vero ſit illud ficto ſub nomine expoſitum me latet.

---

(1998.) *Lelio* PALUMBO, cujus nomine extat Italice: Il *Sacrificio d' Abramo*, *Tragicomedia.* Rom. 1648. in 4to. *Bailleto* in Indice des Auteurs deguiſez p. 582. eſt *Paul* BELLI. *Villani* autem ſcribitur *Paolo* OMBELLIS, in *Viſiera Alzata* Hecatoſtes n. Lxx. pag. 72. ſubjuncto.

Lxx. LELIO PALUMBO ſotto queſto nome ſi hà.

*Sacrificio d' Abramo* Rappreſentatione Tragicomica di *Lelio Palumbo*, recitata in Muſica. In Roma M.DC.XLIIX. in 4.

Allacci nella Dramaturgia, dice, eſſere di *Paolo Ombellis* p. 281.

---

(1999.) PAMLERUS, BAMLERS, Gaſpar. *Gilles* HUNNIUS. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez p. 582.

PAMPHILUS v. *Euſebius*.

v. *Landus*.

---

(2000.) PAMPHILI Martyris *Apologiam pro Origene*, EUSEBII PAMPHILI eſſe, docent evidenter *Bellarm.* de Script. Eccleſ. ad A. C. 326. p. m. 70. *Rivet.* Crit. ſacr. l. 2. c. 13. p. 225. & l. 4. c. 7. p. 407. aliique.

Et inter hos præcipue *Miræus* Auctarii de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 23. pag. 181. adde *Prideaux* Orat. IX. §. 2. p. 83. *Caveus* tamen Hiſtoriæ Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 76. genuinum *Pamphili* Martyris fœtum agnoſcit. Adjutorem autem EUSEBIUM *Pamphilo* in *quinq; libris* Apologetici prioribus conſtituit *Du Pin* Nouvelle Biblioth. des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. I. pag. 201. *Sextum* Soli Euſebio tranſcribens. Addit *Nota Diecmanniana* v. locum Hieronymi apud *Riber.* in Proph. Minor. p. 771. init. & indicio Maſtrichti in marginalibus ſuis. Tom. 4. pag. 185. & 186. edit. Froben. Anno 1553. vid. Voeglerum in Phyſiologia paſſionis Chriſti p. 22. c. 3.

---

(2002.) Eliæ PANDOCHEI *Panthenoſia*, *de compoſitione omnium diſſidiorum circa æternam veritatem, aut veroſimilitudinem verſantium*, quod ſcriptum etiam vocat *Tubæ penultimæ ſtudium*, Baſil. apud Oporinum: eſſe *Guilielmi* POSTELLI, teſtantur *Geſnerus* p. m. 261. edit. Siml. *Reiſerus* de Atheiſmo p. 272. & 325. *Colomeſ.* Gall. Oriental. pag. 63. (a)

Adde le *Melanges Hiſtoriques* pag. 51. & *Indidicem probibitorum Romanum* p. 58. & 104. *Heuniſch.* Nicodemi, ſive Hoff-Catholiſche Religion p. 28. Citatum *Symbolæ Flensburgianæ*. Cui accedit nunc *Diecmanniana* (b) *nota*.

(a) Colomeſius Gall. Oriental. pag. 63.

*Wilhelmus* Lindanus (*de quo alibi*) *in Panoplia Evangelica 1564. pag. 173. Alius porro eſt qui omnes omnium non modo Hæreticorum ſed & Judæorum atque Turcarum adeo ne dicam Atheorum conciliaturus cum Chriſtiana veritate opiniones, ſcribit* Sex *ſemper fuiſſe credita Sacramenta, licet alicubi* Septem. *Sic enim eſt in libello cui ab omnium monſtrorum conciliatione nomen* Panthenoſia *fictum eſt, cujus equidem plurimis ex cauſis haud futilibus authorem opinor* Wilh. Poſtellum, *qui ſe in frontiſpicio* Heliam *fingit* Pandocheum.

(b) Nota Diecmanniana.

Eliæ Pandochei Panthenoſia, (*nempe* Poſtellus *hunc librum Panthenoſiam ἀ πάντων ἑνώσει, quam meditabatur, appellabat*) *compoſitio omnium diſſidiorum circa æternam veritatem aut veroſimilitudinem verſantium, &c. Plura enim hic in titulo adduntur, quod ſcriptum etiam vocat* Tubæ penultimæ Ardor, *Baſil. apud Oporinum: (A meo exemplari tam loci, quam typographi nomen cum anno impreſſionis abeſt.) Hucusque* Diecmannus, *additq; porro: Correxi omnia, ut in exemplari meo in 8. excuſo ſequuntur. Eliæ Pandochæi (hic enim per æ ſcribit) nomen etiam eſt ſubſcriptum Dedicationi libri de Nativitate Mediatoris ultima pag. 11. ubi*

*tamen in ipſo titulo Auctor ſe Gvilielmum* Poſtellum *vocat. Poſtellum Panthenoſiæ auctorem eſſe apparet ex ipſius libri p.109. ubi ejus auctor ſe libros de orbis terræ concordia ante ſcripſiſſe ait, quos à Guil.* Poſtello *ſcriptos eſſe conſtat.*

---

(2003.) *Monſig.* PANIGAROLA. Sub illo nomine per errorem impreſſa carmina Italica Domini MASSINI Primarii Lectoris Patavienſis ex lett. di Visdomini p. 636. pr. lett. ult. indicat *Symbola Schröteringiana* addens in eo loco comparationem inſtitui verſuum horum cum operibus poëticis Ovidii & Horatii.

---

(2004.) PANNONIUS *Cælius: Gregorius* HUNGARUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 582.

PANORMITANUS v. *Abbas.*

---

(2005.) *Antonius* PANORMITANUS. Huic vulgum falſo adjudicare vetuſtum Poetæ *Publicis in Hermaphroditum Epigramma*, à POLITIANO in latinum converſum, ſcribit idem *Politian.* lib. 5. Epiſt. ad Urceum Codrum. Hæc *Symbola Rauſchiana.*

---

(2006.) PANTAGRUELIS nomen inſcriptum libello facetiis pleno edito à *Franciſco* RABELÆSIO, lingua Patria, memorat *Freberus* in Theatro virorum eruditione clarorum p. 1245. col. b. infra; de quo *vide Anonymor.* n. 2597. *Rabelæſium Reformatum.*

---

(2007.) PANTHERUS, *Salomon*: RISINSKY, où RISINIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 582.

---

(2008.) PANURGUS, *Vincentius: Jean Baptiſte* MORIN. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 582.

---

(2009.) PANYASIS *Cleophilo Samio* aut CREOPHILO ſuffuratus carmen dicitur *Clementi Alexandrino* apud *Friſium* Bibliothecæ Geſnerian. p. 651. col. a. idem Friſius tamen hoc carmen ipſi adſcribere videtur loc. cit. p. 178.

PANTALEON vide *anonymos.* num. 1010. *aa*

---

(2010.) PAPENHAUSEN *Wolfgangus Erneſtus: Antoine* LE BRUN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſ. p. 582.

PAPINIUS v. *Statius.*

PAPIRIUS v. *Maſſo.*

---

(2011.) PAPON, *Louis: Laurent* JOUBERT. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pagina 582.

(2012) PAPROCKI *Alexander: Adalbert, ou Albert* TYLCOWSKY. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 582.

PAPYRIUS v. *Cenſor.*

---

(2013.) Danielis PARADINI nomine, ſcripſit Germanice *Balthaſar* HAGELIUS, Jeſuita Bavarus, ſequentia, teſte *Alegambe* pag. 54. *Medicamen, ſeu, Antidotum Spirituale contra Hæreſeo[s] venenum, & hujus temporis pernicioſos afflatus. II. Reformationem Brixienſem*: item Germanice *III. Formas reformatas conficiendi literas cen[...]ſuales.*

Repetit hæc *Sotwel* Biblioth. Scriptorum Societatis JEſu pag. 102. col. b. & *Witten.* Diar. Bio[-]graph. an. 1616.

---

(2014.) PARAGERIO & PARAGE[-]SIUS: *Angelique* APROSIO: *Baillet* liſte des Au[teurs] deguiſ. p. 582.

PARASCHIUS v. *Cyſenius.*

---

(2014. *a*) Octavii PANZIROLLI nom[i-]ne, *Hippolytus* PANZIROLLUS, Jeſuita Ital[...] *Theſauros abſconditos Urbis Romæ* 1600. in 4to e[...] diſſe idiomate *Italico*, memoratur ab *Alegamb[e]* pag. 189.

Confirmat hæc Thomas *Hyde* Biblioth[...] Bodlej. poſt N. pag. 31. Adde *Sotvellum* Bibliot[h.] Scriptor. Societ. JEſu p. 349. col. b. Occaſione[m] hujus ab HIPPOLYTHO fratri ſuppoſiti ſcri[...] explicat fuſe Janus *Nicius Erythræus* Pinacoth. I[...] num. LIII. p. 203. 204. addens eum qui hodie [...] hoc titulo venit, theſaurum ita aliorum oper[...] auctum ac emendatum, ut præter titulum [...] quicquam à Pancirollo habeat.

---

(2015.) *Johannis Philippi* PAREI *Ars [...]gica*, quæ prodiit Hanov. 1607. in 8vo teſtan[...] *Jameſio*, à *Ravio* in notis ad hunc locum tribui[...] KECKERMANNO, nulla ratione notitiæ [...] preſſa: indicante *Symbola Normanniana.*

---

(2016.) PARIS, *Claude de: Claude de* PLACE *Baillet* liſte des Aut. deguiſ. p. 582.

PARISIENSIS v. *Johannes.*

- - - - - *Guilielmus.*

---

(2017.) *Facultatis Medicæ* PARISIEN[SIS] *Cenſura Battologiæ Joh.* Quercetani Pariſ. 16[...] *Ravio* in MStis ad Jameſ. notis ad pag. 411. & [...] *Johanni* RIOLANO adſcribitur, monente [Sym-]*bola Normanniana.*

---

(2018.) PARISII cujusdam nom[ine] anno 1606. editam *Conſultationem de Controve[rſia] inter Sanctitatem Pauli V. & Sereniſſimam Remp. Vene[tam] ad Virum Cl. Venetum*, inſeruit Tomo tertio *de [Mo-]narchia Imperii Melchior Goldaſtus*, memorat[que] marginali annotatione, *Jacobum* LESCHA[...]

R

RIUM illius auctorem prohiberi, quod valde verosimile fit alia ipſius opera inſpicienti.

*Eichelium* hæc confirmantem vide in præfatione ad *Procopii* ἀνέκδοτα & Ampliſ. JCtus & nunc Syndicus Bremenſis Gerh. à *Maſtricht*. Hiſtor. Juris Eccleſiaſt. & Pontificii pag. 23. doctiſſimum hoc nomine laudat, addens: Hinc *qui* Venetorum cauſæ favebant, hoc jus ſemper in ore habebant, quos inter familiam ducere videtur *Jacobus Leschaſſerius* Pariſienſis, juriſconſultus homo cordatus & antiquitatis apprime peritus, qui exiguum in hac cauſa dedit libellum, ſuppreſſo tamen nomine, cui titulum fecit *conſultatio Pariſii cujusdam de controverſia inter Sanctitatem Pauli V. & Remp. Venetam* &c. Joh. *Eichelius* in præfat. Procopii §. 50. Ita quoque citat cum adjecto nomine *Leschaſſerii* hanc conſultationem Chriſtophorus *Juſtellus* in teſtimoniis de codice canonum Eccleſiæ Univerſæ ei præmiſſo.

(2019) PARISIENSIUM Theologorum quorundam *Confutatio Cenſuræ, ſub nomine Facultatis Theol. Pariſ. editæ, in quasdam propoſitiones ex R. Patris Santarellæ libris collectas*, 1627. in 4to excuſas, a *Guilielmo* FABRICIO, Noviomago Theologiæ Doctore, & Profeſſore Lovanii editas eſſe, *Valerius Andreæ* Bibl. Belg. pag. m. 315. teſtis eſt, & quidem ſatis idoneus, utpote qui Collega ipſius fuerit. *Fr. Sweertius* hoc iterum tacet.

( 2019. *a* ) *Fratris Joannis* DE PARISIIS D. Theol. Ord. fratrum Prædic. de Poteſtate Regia & Papali, ann. cIↄ cccXXII (Alibi nominatur *Joannes* DE POLIACO, Concionator & M. Pariſienſis) verba ſunt Caſpar. *Sagittarii* pag. 726. ſuæ introductionis Poſthumæ in Hiſt. Eccleſiaſticam.

(2020) *Matthæus* PARKERUS, primus ſub Rege Eliſabetha Archiepiſcopus Cantuarienſis, edidit *Antiquitates Britannicas*, quas tamen à D. JOSCELINO (qui Parkero à Sacris erat) ſcriptas fuiſſe teſtatur Magnus noſter *Seldenus* lib. de Decimis cap. IX. pag. 256. Et veriſimile eſt, in eis colligendis *Joſcelino* partem aliquam à Domino ſuo impoſitam fuiſſe. Verba ſunt Clariſſimi *Cavei*, in Epiſtola Islingthoniô ad me data 8. Idu. Decembris 1676. vide *Bailleti* Catalogum des Auteurs degviſez p. 582.

(2021) *Fratris Archangeli* DE PARMA, *Sopr. Patris Macedo*, Epiſtola obvia, *adventoriæ* P. Nos *ſuper quæſtione Grammatica*. Romæ typis Nic. Ang. Tinaſſi. 1674. in 4to. Ipſius P. MACEDO meminitur à *Cinelli* nella Bibliotheca Volante Scanzia II. pag. 15. & 16.

PARMENSIS v. *Caſſius*.

PAROCHUS v. *Fidelis*.

(2022) *Pietro* de PARRAGONE. Quod ſub hoc nomine prodiit ſcriptum, alias quoque ſæpius ἀνωνύμως editum, cum titulo: *Lapis Lydius*, der politiſche Probierſtein / CAJETANUM *Cardinalem* habet Auctorem, judicante *Deckherro* de ſcriptis Adeſpotis pag. 254. Extat ſcriptum hoc ſub *Trajani Boccalini* nomine latine in 12mo Amſtelod. 1640. per Johannem Erneſtum Creuz verſum pag. 196. Germanice autem in 4to. 1616. ſine interpretis Typographi aut loci impreſſionis nomine pag. 142. cum præfatione, dedicatione & indiculo diſcurſuum 31. Octo foliorum. vide ſupra Boccalini.

(2023) JaniPARRHASII Conſentini, quæ extent vide apud *Geſnerum Simleri* pag. m. 329. ubi PARRHASIUS dicitur. De eo præter *compendium* hoc *Rethoricum*, nil commemorat Draudius. Præter hæc vero Simlero memorata aliud ſcriptum ejusdem auctoris nobis detegit, ſimulque verum ejus nomen aperit Flaminius Pariſius JC. Conſentinus, Tractatus de Confidentiis beneficialibus in fol. Lugd. 1613. (ni fallor) edit. Qu. I. num. II. hiſce verbis. Eruditiſſimus, celeberrimus, & omni laude digniſſimus Joannes Paulus Pariſius Conſentinus, poſtea dictus A. Janus, Parrhaſius in quibusdam ſuis notis ad Epiſtolas, Ciceronis ad Atticum libro ſecundo. Hunc *Job Paulum* puto eundem eſſe cum *Petro Paulo* PARISIO, cujus Conſilia p. 684. & alia p. 845. *Draudius*, ſcriptaque p. 562. *Simlerus* recenſet.

At *Bailletus* Parrhaſium hunc Italum natione, vero nomine appellatum fuiſſe *Joannem Paulum* PARISIUM aut de PARISIIS tradit, Auteurs degviſez part. II. pag. 99. 100. ubi totam hujus Metamorphoſeos rationem explicat. (a)

(a) Baillet degviſemens des Auteurs. pag. 99. 100.

*Mais de tous ces Amateurs de la Gentilitè, celuy que je trouverois le moins excu'able, eſt ce Parrhaſius que je viens de vous nommer parmi les Italiens. Il s'appelloit de ſon vray nom en Latin Joannes Paulus Pariſius, ou de Pariſiis. Qu'a t-il fait pour ſe traveſtir à la Payenne? Il a pris ſon ſecond nom de* Paulus, *& en a fait ſon prènom à la Romaine, apres en avoir retranché la premiere lettre; du prénom de* Joannes *il a fait un nom de Maiſon* (gentis) *& de ſon ſurnom de* Pariſiis, *il a fait un nom de famille originaire de l'ancienne* Grece, *venant du fils de Lycaon, qui s'appelloit* Parrhaſus, *ou de quelque autre Arcadien de la ville de* Parrhaſie. *De ſorte qu'il s'eſt fait connoître ſous les noms d'* Aulus Janus Parrhaſius, *quoique c'ait eſtè inutiliment qu'il a tâchè de ſupprimer pour tourjours ceux de* Joannes Paulus de Pariſiis. *Il faut que ſa paſſion pour des noms profanes l'ait ètrangement aveuglé, ſi elle l'a empêchè de voir que Paulus, qu'il rejettoit, eſtoit l'un de plus beaux noms de l'Antiquité Romaine: mais il vouloit peut eſtre nous perſuader en luy preferant celuy d'Aulus, qu'il faiſoit gloire de conſiderer les faux Dieux du Paganiſme comme ſes nourriciers.*

(2023. *a* ) *Chriſtianus* PARRHESIUS perſonatus, eſt *Jacobus* KOELMAN Eccleſiaſtes Sluſanus in Flandria, Sub hoc nomine ſcripſit: Theologiſche aenmerckingen over de ordonantie van de Staaten van Zeeland, den Claſſe van die provincien voorgeſchreeven 1675. 4. vid. Indicem librorum Koelmanni poſt Durhammum

in Canticum Canticorum. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(2023. β ) *Theophilus* PARRHESIUS. Eſt *Jacobus* KOELMAN Eccleſiaſtès Sluſanus in Flandria. Sub hoc nomine perſonatus edidit Belgicè *Hiſtoriſch Verhael van de proceduren van de Claſſis van Walkeren* en byzonder van haere Hoogmogende tegen Jacobus Koelman, vvegens ſyn devoiren tot reformatie, ontrent het ſtuck der formulieren en Feeſtdagen 1677. 8. v. indicem ſcriptorum Koelmanni poſt Comm. Durhammi in Canticum. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana* altera.

(2024) *Robertus* PARSONIUS, cujus ſcripta recenſet *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu, p. 726. & 727. Thomæ *Hydæo* in Catalogo Bibliothecæ Bodlej. poſt N. p. 36. col. b. eſt alio nomine COOBUCK.

(2025) PARRHESIASTES v. *Philophilus*.

PARTENIO v. *Etiro*.

(2026) PARTENIO TOSCO, *Academico Lunatico*, ha ſtampato: *L' excellenza della lingva Napolitana, con'la maggioranza alla Toſcana, Problema* in Nap. per Novello de Bonis 1662. in 16to. Ma l' Autore di queſt-Opera fu un *Padre di SS. Paulo* DE CHER Regolari di Caſa Sanſeverino. vide *Toppii* Bibliothec. Neapolit. pag. 242. col. 6.

*Parthenius Litigioſus* v. infra VENTURA DE VALENTIIS:

(2027) PARTENOPEO. Perſona eſt *Johannis Pauli* CRASSI Neapolitani, Ordin. Reg. cujus extat Italicè: I *Pianti dell' anima*, Ode ò *Canzonette ſagre*, *ſcritte per la ſola divotione dall'eſtatico* Partenopeo Academico Solitario, *Part prima*, (Che ſotto queſto nome le diede fuori) in Napoli nella ſtampa della Caſa de' SS. Apoſtoli de Cherici Regolari, appreſſo Ottavio Beltrano 1646. in 12mo. *Toppi* Biblioth. Neapol. p. 149.

PARVUS v. *Agricola*.

(2028) PASCHALI Papæ ſuppoſitus eſt liber GVIDONIS ARETINI, quem *Bernoldus* tract. de Sacramentis excommunicatorum vocat *Muſicum* WIDONEM. Eo tractatu tradebatur, Simoniacorum Sacramenta nulla eſſe declaranda. Quod tantum abeſt ut *Paſchalis* Papa tradiderit, ut potius fortiſſimè ſteterit Pro contraria ſententia: quam etiam à *Petro Damiani*, ejus æquali, explicate eſſe confirmatam, in libro, cui nomen *Gratiſſimus* recte admonuit *Bernoldus*. Itaque perperam ea ſcriptio *Paſchali* Papæ eſt ſuppoſita. Verba ſunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 151.

PASCHASIUS Groſippus v. *Supra*.

(2029) PASCHASIO ROMANO Eccleſiæ Diacono adſcripti *libri duo de Spiritu Sancto ad Macedonium*, eidem abjudicantur & FAUSTO RHEGIENSI reſtituuntur à Caſimiro *Oudino*, vide *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1686. pag. 397.(a) Monatliche Unterredungen 1692. pag. 937.(b) *Caveum* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 271. col. a. qui tamen Rationibus *Oudini*, utut probabilibus non temere accedendum arbitratur. Paſchaſio etiam adſcribit *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque tom. IV. p. 273. col. a.

(a) Acta Eruditor. Lipſienſ. A. 1686. m. Aug. p. 397.
Paſchaſium, *cujus tractatum de Spiritu Sancto* Fauſto *Regienſi vindicat (F. Caſim. Oudin in Supplem. de Script. Eccleſ. a Bellarmino omiſſis.)*

(b) Monatliche Unterredungen 1692. pag. 937.
*Alia aliis adſcripta auctoribus, Fauſti maxime Semipelagiani ſermones, qui hucusque inter Opera & ſub nomine Euſebii Emiſſeni latebant, vel ſub nomine Paſchaſii, Romanæ Eccleſiæ Diaconi. In quorum poſſeſſionem hoc tandem ſæculo, poſt mortem anno circiter milleſimo & nonageſimo reſtituitur.*

(2030) PASCASE & ALITON: N - - de VILLARS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 583.

(2031) Durus à PASCOLO, ſub cujus nomine *Aulicus Politicus diverſis regulis, vel ut Javolenus loquitur, definitionibus exhibitus* primo fuit: editionibus ſequentibus publicè comparuit *Eberhardus de* WEIHE, v. Edit. Francof. 1615. in 4. & opera ejus 1641. in 4. conjunctum edita, quæque *ſupra* diximus in *Wahremundo ab Ehrenberg*, & *Mirabili de bona Caſa*.

Vide, quæ habent *Pellerus* Politici ſcelerati, pag. 7. *Becman* Meditat. Polit. Diſſert. I. § V. pag. 6. Editus eſt Aulicus Politicus in 12mo ſine loci & anni mentione, typographo non indicato, paginis non numeratis, ſolummodo definitionibus CCCLXII. diſtinctus plagulis 16 cum Guicciardini Hypomneſibus Politicis num. CXLX. & ſententiis ſelectioribus ex Gvicciardini Hiſtoria excerptis num. CXCV.

(2032) Des treumeinenden PASQVIN Staats Phantaſien Dr. Marcus à *Frieſe* Doctori—REDLICH Lipſiæ nunc agenti, in litteris ad Dn. L. *Schröteringium* m. Junio & iterum m. Majo 1697. profitetur: at Bibliopola eique frater Conſiliarius Rvelpherbytanus, *Hertelius* eidem L. *Schröteringio* ZIEGLER à KNIPHAUSEN, cujus eſt Schauplatz der Zeit, eſt teſtatus auctorem.

(2033) *Merus* PASQUILLUS: *Conrad de* ZUTPHEN d' ACHTEFELD. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 575.

(2033) PASSAGERIUS, *Roland: Rol. Rodulph. de* PASSERAGIIS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 583. At Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 112. poſt N. videtur innuere velle, ſub *Paſſagerii* aut *Paſſiragii* aſſumtum nomine

nomine latere *Rolandinum* RUDOLPHUM ſive RUDOLPHINUM, cujus ſcripta ibidem recenſet.

(2034.) PASSAVANT, ou PASSEVENT Pariſien: *Antoine* CATHELAN ou CATALAN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 583.

(2035.) *Benedicti* PASSAVANTII nomine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ poſt N. pag. 38. col. a. *Epiſtola reſponſiva ad Commiſſionem ſibi datam* à Petro Liſeto 1568. in 8. qvi ibidem * ſubjungit, eſſe qui putent Auctorem fuiſſe *Theodorum* BEZAM. Et huic quidem aperte eam adſcribit *Teiſſier* Tom. II des Eloges des ſavans pag. 373. quod & *Colomeſius* diſerto teſtimonio *Thuani* adſtruit dans ſes Remarques. v. *Scaligerana* in Beza p. 57. noviſſimæ Editionis Colonienſis 1695. & ſupra *Benedictus.* Interim hic adde ſerius allata *Maſtrichtiana* ſequentia:

*Paſſavantius* Benedictus. Homo perſonatus, qui agnoſcit *Simlerus* in Bibliotheca, ſcripſit Superiori ſeculo binas epiſtolas ad D. *Petrum Lyſetum*, Curiæ Pariſienſis olim Præſidem, tunc Abbatem S. Victoris prope Muros; *una* eſt reſponſiva ad Commiſſionem ſibi datam à D. Petro Lyſeto; quæ prodiit in 8. 1553. ſine nomine loci, *altera* in libro Petri Lyſeti Curiæ Pariſienſis olim Præſidis in 8. 1554. Hic eſt *Theodorus Beza*, uti docet *Thuanus* hiſt. lib. VI. pag. 123. ubi poſtquam Lyſeti depoſitionem deſcripſiſſet addit: *Licetus, qui initio virum &c.* add. usque *ad dignitatem evehitur* incluſive: ſcribit *Beza Stylo* Barbariſſimo, uti is eſt, qui in Epiſtolis obſcurorum virorum legitur ut barbariem & ignorantiam, quam & taxat *Thuanus*, exprobret.

*Paſſavantio* huic adſcribit *Königius* Epiſtolas, quaſi anno 1563. editas: an ſupra memoratas intellexerit, neſcio. Prodiere illæ 1553. & 1554. Inter *Bezæ* opuſcula non inveniuntur.

(2036.) PASSAVANT le, *Jean Pierre* CAMUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 583.

(2037.) *Joannis* PASSERATII nomen *Ambroſii* CALEPINI Lexico præfixum quæſtus gratia magna cum doctiſſimi Viri injuria, qui eo nil contulerit, ex *Boeclero* & *Scioppio* notat Bibl. *Ambroſiana* p. 604. 605.

(2038) PASTOR *Petrus Henricus*: *Louiſe* PADILLA. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 583.

(2039.) PASTORIS *Adamus*: *Rodulphus* MARTINUS. *Baillet* loc. cit.

(2040.) PASTORIUS, *Auguſtus* Irenici in Oldenburgeri Indiculo (vitio, credo, amanuenſis aut Typographi) vocatus pro JOACHIMO cujus extat *Florus Polonicus* ter editus in 12. Lugdun. Bat. 1641. Amſtelod. 1664. Dantiſci 1679.

(2040. α) PASSUM VIOLENTA CHRISTUS SERVAVIT. Hoc lemma nominis ſui loco præfigi curavit *Tetraſtichis* ſuis Perſonalibus *Philippus* CRUSIUS U. J. L. mox nobilitatus dictus KRUSENSTIERN, Legatione ſua in Moſchos & Perſas Holſatorum nomine ſuſcepta ſatis inclytus: monente *Wittenio* Diar. Biographici Part. II. ad d. 10. Aprilis. an. 1676.

(2041.) *Johannis* PATAVINI Decani & Canonici *Epiſtolæ duæ an. ſtatui & dignitati Eccleſiaſticorum magis conducat admittere Synodum nationalem, piam & liberam quam decernere bello*: impreſſæ in Germania Anno 1540. Videtur idem eſſe cum *Roberto* MOSHAIM, cujus etiam hujus argumenti quædam ſunt edita, & extant inter Miſcellaneas Epiſtolas, ad Fridericum *Nauſeam* Epiſcopum Viennenſem, hujuscemodi quædam Auctoris hujus. Verba ſunt *Friſii* Biblioth. Geſnerian. p. 482. col. a.

PATAVINUS v. *Aggregator.*

(2042.) *Alexandri* PATRITII nomine, ſcriptus *Mars Gallicus* eſt *Cornelio* JANSENIO, famoſiſſimo Epiſcopo Iprenſi, teſte *Reiſero* de Atheiſmo p. 274.

Qui tamen ALEXIUM PATRICIUM ARMACHANUM ſcribit: & cum eo Thomas *Hyde* Catalog. Biblioth. Bodlej. poſt N. p. 89. col. a. Adde Johannem Adamum *Oſiandrum* Speciminis Janſeniſmi p. 9. 10. *Symbola Normanniana.* La *Bibliotheque Univerſelle* Tom. XIV. p. 258. (a) Quapropter in Janſenium invehuntur *Varillas* in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1687. p. 493. (b) & M. *Gery* in Actis Erud. 1698. p. 231. (c) David *Blondellus* Præfat. Apologet. Aſſert. Genealog. *Franc.* indicante Symbola *Rauſchiana* (d) De ipſo Scripto conſule *Leideckher.* Hiſtor. Janſeniſmi pag. 76. 80. 88. 89. 92. 93. quæ breviter contrahunt *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1696. p. 21. (e) Adde *Sagittar.* Introduct. ad Hiſtor. Eccleſ. pag. 1004. (f) *Freher.* Theatr. Viror. Erudit. Claror. pag. 545. Henrici *Valeſii* Orationem in Obitum Dionyſii *Petavii*, quæ eſt in Bateſianis p. m. 685. *Rachelii* Examen Probabilitatis Jeſuiticæ cap. II. p. 13. De perſecutione ei hæc propter intentata vide *Scrutinio Veneto* Anonym. cap. XIV. n. 2643. Addit hic *nota Diecmanniana* ſupplens Tituli verbis *Mars Gallicus*, hæc *ſeu de Juſtitia armorum* & fœderum *Regis Galliæ*: in fine ſequentia: v. omnino *Oſiandri* Specim. Janſen. p. 9. 10. & Rationes, ob quas Archi-Ep. Mechlin. & Ep. Gand. a publicat. Bullæ qua proſcribitur Janſenii Auguſtinus, abſtinuerunt, ed. A. 1650. 12. pag. 38. 39. &c. Junge his antagoniſtam in Symb. Maſtricht. (g) & num. 1152. α Anonym. huc utique potius translocandam.

(a) Bibliotheq. Univerſelle Tom. 14. pag. 258.

*Ce fut en ce temps là qu'il fit* (Janſenius) *ſon ouvrage intitulé* Mars Gallicus *qu'il publia ſous le nom d'* Alexander Patritius Armachanus.

Ppp 3 (b)

(b) Acta Erudit. Lipſienſ. Anno 1687. pag. 493.

(*Antonius* Varillaſius Hiſtoriæ Revolutionum in Europa, quæ occaſione religionis acciderunt, Tomo IV. *in proœmio) perſtringit* Janſenium *Epiſcopum Iprenſem, quod in tractatu ſub nomine* Alexandri Patricii Armachani *de juſtitia armorum Ludovici XIII edito*, Henricum *Regem Galliæ æternæ infamiæ notam incurriſſe ſcripſerit, ob fœdus cum Mauritio Sax. Electore initum.*

(c) Acta Erudit. Lipſienſ. Ao. 1689. pag. 231.

*Invehitur* (M Gery en Apologie hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Douay, ſur la matiere de la Grace) *vehementer in* Habertum, *Vabrenſem in Gallia Epiſcopum, quem, poſteaquam egregio, quod refert, teſtimonio librum* Gibieufi de libertate Dei & creaturæ Moliniſmo oppoſitum *comprobaſſet, a Jeſuitis poſtea in partes traductum, & a Richelio Cardinali, qui* Janſenium *ob editum pro Hiſpanis, librum* (*qui* Mars Gallicus *inſcribitur*) *capitali odio proſequebatur, inductum commemorat, ut doctrinam Janſenii de gratia oppugnaret.*

(d) Symbola Rauſchiana.

Cornelius Janſenius *Theologus, ob ſuſceptam animoſe cauſam Iprenſi paulo poſt Epiſcopatu auctus; ſub* Patricii Armacani *larva latens in* Marte ſuo Gallico *nihil non virulentarum calumniarum in Francos tam veteres, quam hodiernos effudit. &c.*

(e) Acta Eruditor. Lipſienſium 1696. pag. 21.

*Hactenus in vita potiſſimum muneribusq; Academicis* Janſenium *conſpeximus; nunc qua via ſibi acceſſum ad Epiſcopatus honorem is paraverit; ad Auctoris noſtri ductum exponi ordo poſtulat. Non parum nempe huc contulit liber, quem abs ſe conceptum* Janſenius (*nomen interea* Alexandri Patricii Armacani *adſciſcens*) *ſub titulo* Martis Gallici *Ao. 1630. in lucem publicam emiſit, & in quo multa impugnavit, quæ pro Juſtitiæ armorum & fœderum Regis Galliæ Ludovici XIII. arduo conatu dixerat Doctor quidam Pariſienſis Facultatis Eccleſiæque Lugdunenſis Theologus*, Beſianus Arroyus. *Ipſa libri ſumma à* Leydeckero *recenſetur, & ſicuti is minime diſſimulat, quod Gallis ille plurimas irarum cauſas dederit, Hiſpanos contra, utpote quorum jura inibi aſſerta legantur, eo impenſius delectarit;*

(f) Sagittarii Introduct. ad Hiſtor. Eccleſ. p. 1004. 1005. 1006.

"Præterea quam religioſe Bullam obſervaverint, teſtabatur falſo *Antonii Richardi* nomine aliquoties excuſus liber, cujus Auctorem fuiſſe Belgam Jeſuitam, multi ſuſpicati ſunt: Hoc ſane in tanta eorum copia, quæ adverſus *Janſenium* edita ſunt, nihil unquam prodiit acerbius, ac *Janſenius* Præſul fœdius, quam B. noſter *Lutherus*, aut *Calvinus* diſcerpitur. Pudendi ut plurimum latrocinii ac plagii accuſatur: quaſi, quæ primum Calvinus in *Auguſtino* deprehendiſſet, ipſe ſua induſtria ex Auguſtini ſcriptis eruta profiteretur. Sed & poſtremæ editioni acceſſit ad Principem *Condæum*, præcipuum in Gallia Jeſuitarum iſto tempore Protectorem ac Mæcenatem, epiſtola, viliſſimis & abjectiſſimis adulationibus referta, qua diſſerte expreſſerunt: Janſenium Eccleſiæ doctrinam convellere molientem, dum Francorum Reges, propugnaculum, Columnam, Scutum & eſſe & a Romanis Pontificibus appellari non ignoraret; propugnaculum illud exſcindere, columnam evertere, ſcutum perrumpere conatum eſſe, ac experiri voluiſſe in Gallica Majeſtate, quid in Apoſtolicam poſſet, & Eccleſiæ oppugnationem ex primogeniti filiis auſpicari: verum ut duplici ingenii ſui fœtu, *Marte* nimirum *Gallico & Auguſtino ſuo* providerit, ut etiam poſt fata utramque oppugnaret; ſic gemina prole effeciſſe Condæum, ut cum hunc Superi repeterent, ejus neutra patrocinium deſideret. Diviſiſſe Janſenium ſe ipſum in libros, tanquam in liberos, & primogenitum quidem Galliæ hoſtem eſſe voluiſſe: alterum Catholicæ veritatis inimicum; Condæum vero virtutes ſuas partiri in filios, & majore natu Galliæ ſcutum, minorem vero Eccleſiæ columnam deſignaſſe; hosq; ea Parentis vota ſic implere, ut iis publica vox ea ipſa nomina jam impoſuerit, quæ *Janſenius* Operibus ſuis falſo inſcripſerat: *Ludovicum* totius Europæ judicio, *Martem Gallicum*; *Armandum* (octodecim annorum adoleſcentem) Gallicani Cleri ſuffragio *Auguſtinum* haberi. Nec eo minus tamen hic liber cum hac ipſa Epiſtola Lovanii publice venum expoſitus, & ab ordinario quidem Jeſuitarum bibliopola.

(g) Symbola Maſtrichtiana ſerior.

*Anonymi Liber, ſub titulo*, Janſenius Suſpectus, *prodiit contra Janſenii, ſub* Patricii Armachani *nomine, Martem Gallicum. Auctorem* Le deckerus *in hiſtor. Janſeniſm: lib. 11. Cap. 4 ſuſpicatu* ANNATUM *Jeſuitam eſſe, verbis*: Succeſſit Richardo Jeſuitæ mox alter Jeſuita (*Annatum crea fuiſſe*) qui in *Janſenio Suſpecto* ſtatim &c.

---

(2043.) S. PATRICIUS, proprio nomine SUCCAT, *Bedæ Mangonius*, patria Britannus Auctor multorum ſcriptorum citat apud *Balæum* de Scriptoribus Britanniæ fol. 25. & *Pitſeum* ad annum Chriſti 490. pag. 90. quæ pleraque ſuppoſititia docet *Cave* Hiſtoriæ literar. p. 236. Et inter illa

(I) *Librum de tribus habitaculis* inter AUGUSTINI Opera ſed falſo relatum ſupra vidimus.

(II) De *Abuſionibus Seculi* inter CYPRIANI & AUGUSTINI opera poſitum itidem notavimus. Quibus adde

(III) *Sermonem ſub* PATRICII *nomine confictum à Richardo* STANIHURSTO: vide apu *Caveum* loc. cit. p. 236. (a) &.

(IV) *Cartam Patricii*, ſeu *Epiſtolam de Antiquitate Avellonica*, ex *Gvilielmi Malmesburienſis* libro Mſto de Antiquitate Eccleſiæ Glaſtonienſ deſumtam. Ibidem.

(a

(a) Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 236.

*Sermonem ſub* Patricii *nomine confinxit* Ricardus Stanihurſtus, *quem in Vita S. Patricii lib.2. Antverpiæ edidit an 187. Eundem recuſum dedit* Meſinganus *ad finem* Florilegii *ſui* Hibernici *Pariſ. 1624. longum vero illi inter Patricii opuſcula concedere noluit* Waræus.

(2043. α) PELAGII PATRICII ὑμνῳρέπτρα EVDOXIÆ quoque tributa *ſupra in Eudoxia* memoravimus.

(2044.) PAVILLON, *Nicolas Georg: Poullain* D'AGEN. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 583.

(2045.) PAULINO Aquilejenſi tributum ſcriptum *de Trinitate contra Felicem Vrgelitanum, atque Eliphandum Toletanum, Epiſcopos*, ALCUINI eſſe, docet *Ducheſnius* apud *Olearium* Abaci pag. 356.(a) adde *Theoph. Raynaudum* de mal. & bon. lib. pag. 161. (b)

Adde *Ittigium* in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1690. pag. 305. (c) Libros autem hos de Trinitate contra Felicem & Elipandum tanquam genuinos Paulini fœtus citant *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſt. p. 223. (d) & *Cave* Hiſtor. Literar. Eccleſiaſt. pag. 549. Commendat & *annotatio* hic *Diecmanniana* inprimis *Sirmondum* in Epiſt. de Amalariis, quam *Labbeus* exhibet T. I. de Script. Eccl p. 693.

(a) Olearius Abaci Patrum p. 356.

*Ejus liber de* S. Trinitate *contra Felicem Urgelitanum, atq; Eliphandum Toletanum Epiſcopos, habetur Tom. 4. Bibl. P. P. Pariſ. 2. f. 453. & poſt Alcuini opera ab* Andr. Ducheſnio *Pariſ. 1617. edita. Idem* Ducheſnius *(prout* Labbeus *docet,) primus protulit ejusdem Paulini contra Felicem libros tres, cum epiſtola ad Carolum Magnum, (cui percharus extitit,) atque ſimul oſtendit, libros numero ſeptem contra Felicem ſub* Paulini *nomine evulgatos, non ejus, ſed Alcuini germanum fœtum eſſe.*

(b) Rainaudus de mal. & bon. lib. pag. 151.

Paulino Aquileienſi *ſuppoſiti ſunt ſeptem libri contra* Felicem Vrgelitanum, *quos revera eſſe* Alcuini, *probatior eſt ſententia.*

(c) Acta Eruditorum Lipſienſ. 1690. pag. 305.

*Autorem autem ſeptem librorum adverſus Felicem Urgelitanum, quos* Paulino *Aquilejenſi vulgo tributos Andreas Quercetanus* Alcuino *vindicavit, in horum autorum* (Leontii Byzantini, Iſidori Hiſpalenſis &c.) *numero non habendum eſſe monet* (Thomas Ittigius *in Diſſertatione de Hæreſiarchis ævi apoſtolici, & apoſtolico proximi.)*

(d) Miræus Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 223.

S. Paulinus, *Aquileienſis Epiſcopus, ſub annum Chriſti ſeptingenteſimum nonageſimum quartum, contra* Elipandum Toletanum *Epiſcopum ſcripſit libellum, qui exſtat tomo 2. Conciliorum Galliæ: item libros tres contra* Felicem Urgelitanum *Epiſcopum, 1617. Lutetiæ editos.*

(2046.) PAULINI Nolani, *Vitam Ambroſii*, alterius PAULINI eſſe docet *Cocus*, Cenſ. p. 399. vid. *Barth.* adverſar. lib 60. Comm. in *Auguſtin.* de Civ. Dei l. 1. c. 10.

Et *Miræum* Auctar. de Scriptor. Eccleſiaſtic. p. 81. (a) Cui *Symbola Maſtrichtiana* addit *Quenſted.* Antiq. p. 454. pr.

II. *De Vita Martini lib. VI. Carmine* Heroico ſcriptos ad Perpetuum Turonenſem Antiſtitem, PAULINO PETROCORIENSI adſignandos cenſet *Sandeus ad Voſſium* p. 9. (b) *Quenſted.* de Patriis Viror. Illuſtr. pag. 45. Adde *Eſchenbach.* Diſſertat. de Poetis Chriſtianis Græcis & Latinis Cap. II. §. XI. p. 18. *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1685. p. 483. (c) *le Journal des ſavans* 1685. p. 119.

III. *Carmen Euchariſticum de Vita ſua* eſſe ALTERIUS PAULINI, & AUSONII NEPOTIS, ex *Labbeo* notat *Caveus* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 168. adde *Eſchenbach.* loc. cit.

IV. *Epiſtolam ad Fauſtum Rhegienſem de Variis Quæſtionibus*, PAULINI ALIUS Auctoris tractatus de Quadrageſima, eſſe conjicit *Labbeus* apud *Caveum* loc. cit. v. in Anon. num. 1245.

(a) Miræus Auctar. de Scriptor. Eccl. pag. 81.

Paulinus] *primum amanuenſis ac miniſter S.* Ambroſii *Mediolanenſis Epiſcopi, poſtea preſbyter, petente S. Auguſtino, ſcripſit vitam Magiſtri ſui S. Ambroſii cum ejusdem operibus editam: quæ S.* Paulino Nolano *à nonnullis falſo adſcribitur: ut* Molanus *in MS Bibliotheca ſacra, &* Bellarminus *in Catalogo, ubi de Paulino Nolano agit, recte monuerunt. Errant itaque* Sigebertus Gemblacenſis, Jacobus Breulius *& alii, qui Paulinum hunc presbyterum cum Nolano confundunt: è contra* Iſidorus *&* Honorius *recte unum ab altero diſtinguunt.*

(b) Sand. in not. ad Voſſ. p. 9.

Daumius ep. 89. *ad Reineſium recte arbitratur* libros ſex metricos de vita Martini *eſſe hujus* Benedicti Paullini, *minime vero* Paullini Nolani. *Nam non ſolum tacent de eodem opere ſcriptores* Benedicto *Paullino antiquiores, pauloque recentiores, adeo ut primi qui id Paulino Nolano adſcripſerint ſint* Venantius Fortunatus, Gregoriusque Turonenſis, *pluſquam toto ſeculo B nedicto Paullino juniores, ſed & conſtat Epiſcopum Turonenſem Perpetuum non paulò poſt Paullinum Nolanum vixiſſe qui obiit Ao. 431. Perpetuo triginta annis poſt Epiſcopo conſtituto, & mortuo Ao. 493.*

(c) Acta Eruditor. Lipſienſium. 1685. pag. 483.

*Nam de vita* Martini Turonenſis *in ſex libros diſtributa, quam ſub* Paulini Nolani *Epiſcopi nomine ad octavum* Bibliothecæ *ſuæ tomum* Bigneus *retulit, dicere hic nihil attinet, cum jam pridem inter eruditos opus illud*

*illud non* Pontio Meropio Paulino, *ſed* Benedicto Paulino Petricorio *tribuendum eſſe conſtet.*

PAULINUS v. *Petrocorius.*

(2047.) *Divus* PAULUS, APOSTOLUS. Ei ſuppoſitam *Epiſtolam ad Laodicenos*, aut ſaltem eandem *cum ea ad Epheſios*, *mutata* à MARCIONE Epiſtolæ Inſcriptione, afferit ex *Tertulliano* & *Palmerio* aliisque *Uſſerius* Diſſertat. de Epiſtola ad Laodicenos, ſubjuncta Hiſtor. de Script. & Sac. vernaculis p. 300. ſqq. LUCÆ adſcribi notat *Simlerus* in *Biblioth. Geſner.* adde Symbolam Maſtrichtianam ſub lit. (a) adjectam.

II. *Epiſtolam ad Hebræos* à Romanis Paulo abjudicari notat *Geſnerus* Biblioth. Univerſal. fol. 264. vel GAJO Epiſcopo Romano, vel BARNABÆ, vel LUCÆ Evangeliſtæ vel CLEMENTI Romano tribuentes fol. 536. adde *Friſium* pag. 547.

III. Epiſtolas quoque inter ipſum & Senecam pro ſuppoſititiis habitas vide itidem in Symbola Maſtrichtiana.

(a) Symbola Maſtrichtiana.

*Paulus Apoſtolus etiam habet ſibi adjuta multa, inter quæ primo famoſa iſta* Epiſtola ad Laodicenſes, *quæ conſuta eſt ex Laciniis Paulinis: vid. de ea* Froſſenium *in diſquiſitionib. Biblicis pag. 729. & ſeq.* Leusden *in Philog. Græc. Diſſ. 23. & 24.*

II. Epiſtolæ inter ipſum & Senecam *mutuæ idem pag. 732. & ſeq. ubi & eas exhibet, quæ alias cum operibus Senecæ edi ſolent, ab omnibus Interpretibus pro ſuppoſititiis habitæ.*

(2048.) PAULI LONGOBARDI DIACONI AQUILEGIENSIS *Hiſtoria Miſcellanea*, quoad priores XI. libros eadem cum EUTROPII X. libris videtur *Voſſio* de Hiſtoricis Latinis Lib. II. Cap. XXX. p. 292. & *Caveo* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſ. pag. 348. col. a. à *Paulo* tamen interpolatam (a) Integram autem hanc *Pauli* Hiſtoriam Miſcellaneam ab aliis ANASTASIO Bibliothecario, ab aliis LANDULPHO Sagaci attribui notat hac de re nihil ſtatuens *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis pag. 344. 345. JOANNEM DIACONUM pro *Paulo* ſubſtituit *Ciacconius* apud *Voſſium* loc. cit. hujus ingratiis. (b) Adde *Symbolam Maſtrichtianam* ſub (c)

(a) Cave Hiſtor. Liter. Script. Eccleſ. pag. 348.

Hiſtoriæ Miſcellæ *libri XXIV. ex quibus, inquit* Voſſius, *primi undecim libri iidem ſunt ac decem Eutropii: niſi quod aliqua ſubinde de ſuo addat* Paulus, *quod ab eo juſſu Adelbergæ Arichis uxoris, Deſiderii filiæ, factum fuit. Exinde Eutropium continuat* Paulus, *cujus ſunt quinq; libri ſequentes. Reliqui octo à* Landulpho Sagace *additi ſunt, inprimis ex* Theophane, *ſaltem* Anaſtaſio Bibliothecario, *qui Theophanem latine vertit. Prodierunt Baſil. 1569. & cum variantibus lectionibus* Henrici Caniſii *Noviomagenſis cura Ingolſtad. 1603. 8. cum emendationibus & notis* Jani Gruteri *Hanoviæ 1611. cum obſervationibus* Lindenbrogii *Hamburg. 1611.*

(b) Gerardi Joannis Voſſii de Hiſtor. Latin. Lib. II p. 292.

Nam primi undecim libri iidem ſunt, ac decem libri Eutropii: niſi quod aliqua ſubinde, de ſuo addat Paullus: quod ab eo juſſu factum eſt Adelbergæ, ſ. Ahilbergæ Beneventi ductrice: cui maritus erat Arichis; pater Deſiderius, ultimus Longobardorum Rex. Exinde Eutropium continuat Paullus, cujus ſunt quinque libri ſequentes. Cæteri, nempe ſeptimus decimus, & qui conſequuntur, à Landulpho Sagace additi ſunt, inprimis ex Theophane, ſive Anaſtaſio Bibliothecario, qui Theophanem vertit. Atque hæc cauſa eſt, cur Fronto Ducæus, notis in Gregorii Papæ Librum de imaginibus, quoties aliquid ex poſtremis octo libris citat, *Theophanem*, vel *Anaſtaſium*, non *Paulum Diaconum* eorum, quæ adducit, dicat auctorem. Ut omnino injuriam ei faciat *Henricus Caniſius*, cum cenſet, ab notarum illarum Scriptore totam *Hiſtoriam miſcellam Theophani*, *vel Anaſtaſio*, adſcribi: cum *Ducæus* de poſtremis duntaxat libris loquatur &c —*Alphonſus Ciacconius* in vitis Pontificum: Habet, inquit, auctor Miſcellæ Paullus, vel potius Joannes, Diaconus. Ego fidem non auſim derogare tot codd. antiquis; ubi; qui primus Eutropium continuavit, *Paullus*, non *Joannes*, appellatur. Niſi forte & Joannes Diaconus poſt Paullum miſcellam adauxit; quod vulgo non alius, quam Landulphus Sagax, creditur feciſſe.

(c) Symbola Maſtrichtiana.

Theophanes:

Leo Iſaurus, *inquit* Theophanes *hiſtor. miſcellæ lib. 21. cap. 23. Ejus enim à lib. 17. eſt hiſtoria Miſcella dicta quæ ab* Anaſtaſio *Bibliothecario è Græco verſa falſ[o]* Pauli Diaconi *nomine circumfertur. Floruit ſub Nicephoro & Leone Armeno: vid.* Baron. *Ao. 719. 20. & 813. 89. 10. Ita Joſephus* Mede *in Commentariis Apocalypticis ad cap. 13. p. 206. in margine.*

(2049.) PAULI III. Pontificis nomen præfixum Operibus *Johannis Mariæ* VERRATI Ordinis Carmelitani, indicat *Freherus* Theatri Viror. Eruditor. clar. pag. 193. niſi forte potius illud pro dedicatione Paulo III. facta intelligendum ſit. Quod eis, quibus illa opera videre contingit dijudicandum relinquimus.

(2050.) PAULI V. Papæ, gentilitio nomine, Camilli BURGHESII, nomine extant, citanturque à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ poſt N. p. 40. col. b.

I. *Breve Excommunicationis contra Venetos.* in Villa Sanvincentiana 1607. 8vo.

II. *Litaniæ & Preces.* Venet. 1623. 8vo.

III. *Conſtitutio ſuper reformatione Tribunalium Urbis.* Romæ 1612.

IV. *Rituel Romain à l' Uſage du Dioceſe d'* Alet. en 2. part. Pariſ. 1662. 4to.

(2051) PAULUS Servita, Venetus, eſt *Petrus* SARPUS, vid *Rhod.* num. 9. 10. Sub quo nomine legitur: *Conſideratio Cenſuræ Pauli V. contra Remp. Venetam, cum aliis*, Venet. Fr. 1607. in 4. x. Scaven 38.

P. SARPUS. P. PAULUS. i. e.

PETRUS SARPUS idem qui PATER PAULUS, Monachus SERVITA, Theologus Reip. Venetæ, cui contra Pauli V. fulmina pro Clypeo quaſi fuit, mutato pro more prænomine, poſtquam Monaſticam vitam ingreſſus eſt; de quo vide plura in *Anonymis* noſtris *Italicis*, ut & in Pſeudonymis ſub nomine *Petri Suavis Polani*.

De quibus vide *Hydei* Catalogum Biblioth. Bodlejanæ poſt N. p. 41. col. a. adde *Deckherrum* de ſcriptis Adeſpotis p. 184. ſeq.

---

(2052) Pauli Veneti Hiſtoria Italica, de *regionibus Orientalibus lib.* III. pro fonte, ſive Originali habita, verſio cujusdam Franciſcani Generalis, â noviſſimo illius editore, Mullero, probatur: ut eſt apud *Hallervordium* ſpicilegii de Hiſtoricis latinis. pag. m. 131. cujus verba exhibere operæ pretium putavi ſub (a)

Alias & Thomæ *Hydeo* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ citatur ſub titulo: *Itinerarium*, ſeu de *regionibus Orientalibus* libri tres: pag. 41. col. b. poſt N. Add. omnino *Symbola Maſtrichtiana* ſub (b)

(a) Hallervordius ſpicilegii de Hiſtoricis latinis p. 131.

Marcus Paulus Venetus, *ſub Alexandro IV. Pontifice claruit. Teſtis hujus rei* Engelhuſius *in Chronico pag. 252. ubi de* Alex. *IV. agit: Marcus de Venetiis Hiſtoricus, qui multa vidit & ſcripto reliquit de curſu Mundi - - - . Ejus Libros III. de regionibus Orientalibus, cum MS. Codice, qui in* Bibl. *Sereniſſimi Electoris Brandeb. Berolini ſervatur, collatos denuo edidit Andreas* Mullerus *Greiffenhagenſis, Præpoſitus Berolinenſis. Scripſit anno 1295. Italice opus hoc, quod deinde Latinè tranſtulit Franciſc.* Pipinus *Monachus, ejus coætaneus. Hæc ſententia* Mülleri *noviſſimi ejus editoris Præfat. pag 9. Addit vero, alios putare Venetum* Latine *ſcripſiſſe, detentum Genuæ in diutino carcere, eumque librum paulo poſt à Genuate quodam* Italice *verſum: verſionem autem Italicam, de novo Latinè redditam eſſe ab aliquo Franciſcano, eamque nunc Originalis Textus vicem ſupplere.*

(b) Symbola eſt Maſtrichtiana.

P. Paulus Venetus ſuavis.

*Ejus literas habuit* Portnerus, *ut vidi ex MS. Epiſt. Forſtneri filii ad Portnerum anno 1655. prid. id. Mar. addit: proximis, quas ad* Te Parens deſtinat literis, te ad editionem maturandam hortabitur. Eundem Paulum eſſe, qui de Gente Veneta optime meritus in controverſiis cum pontifice, & hiſt. Tridentinam in corrupta fide ac magna integritate conſcripſit, puto. Non dubito, quin præclarum opus ſit, ac ſera poſteritate, & illius omnia, dignum. Si Typographus tibi deeſt, Leidenſes theſaurum tam præclarum non recuſabunt.

---

(2053) PECHEUR *Penitent*: N - - PATRIX où PATRIS. *Baillet* liſte des Auteurs deviſez p. 587.

PEDACIUS v. *Discorides*.

---

(2053. *a*) PEGANIUS. Eigentl. Erklärung über die Geſichte der Offenb. S. Johannis, voll unterſchiedlicher neuer Chriſtlicher Meinungen / &c. geſchrieben durch Peganium, 1676. 12. Cryptonymum nondum ſibi detectum vocat ſupra CL Dn. *Placcius* p. „151. Et a Pſeudonymo Hamburgi ſatis noto, „M. Johanne *Matthæo* ſibi objectum, ignorabat „*Holtzhauſen*, in Capiſtrato Böhmicolarum Rabula „pag. 105. quærens, quis eſſet? Fried. Ulricus *Calixtus* Fr. de Chiliaſmo pag. 71. ſic eum depingit: Peganius, vir non quidem profeſſione Theo„logus, Hebrææ tamen, aliarumque Orientali„um lingvarum tam peritus, quam qui peritiſſi„mus: officio & dignitate intimus Status Conſi„liarius in aula aliqua Principali. Hujus vero, „qui ſub ficto *Peganii* nomine latere, quam ſibi „proprium profiteri, maluit, non facio indici„um, Verbis hiſce Virum Illuſtrem *Chriſtianum* „KNORR à Roſenroth, Baronem, primarium „Aulæ Sultzbacenſis miniſtrum, qui ob editum „inſigne *Cabbalæ denudatæ opus* ſuum quoque in „Anonymis occupabit locum, ſignificari non „dubito, & ſi quoque cujusdam meminerim, „qui *Franciſco Mercurio* HELMONTIO, quem ali„quamdiu etiam Sultzbaci vixiſſe conſtat, hunc „librum tribui mihi narraverit. *Symbola*. hæc eſt Ampliſſimi Præſulis *Diecmanni*. Liber 259 paginis conſtat, olim jam mihi lectus, & optatus ut detegeretur. Unde nunc eo majores ago hoc nomine grates. Addit nunc *Symbola Maſtrichtiana*.

*Peganius*.

Scripſit Germanicè aut *ferè vertit Joſephum Mede in Apocalypſin*. Prodiit lib. in 12. ſine nomine loci, credo Sulbaci. Eſt auctor perſonatus, ejus nomen verum eſt Knor von Roſenroth / Sultzbachiſcher Raht / ita mihi retulit Coloniæ Ubiorum Juſtus *Dozemius*, qui ejus rei notitiam habet optimam, auctori, ut puto, notus.

Prodiit Amſtelodami liber, cui titulus: eigentliche Erklährung über die Geſichter der Offenbah. S. Johannis in 12. per A. B. Peganium quem HELMONTIUM eſſe conſtans fama perhibet. *Peterſen* in nube teſtium part. III. p. 136.

Mihi vero relatum, D. Knor von Roſenroth / qui apud Ducem Sulbacenſem vixit, eſſe auctorem & Collectorem ex Joſephi *Mede* potiſſ. ut in præfat. teſtatur quod probabile, non enim potuiſſet abſtinere in illo tractatu de Metempſychoſi.

PEGEUS v. *Quirinus*.

PELAGIANUS v. *Julianus*.

PELAGIUS v. *Patritius*.

---

(2054) PELAGII II. Pontificis nomine, quæ habetur *Epiſtola, poſt quintam Synodum generalem*, S. GREGORII dicitur eſſe à *Bellarm.* præfat. de Script. Eccleſ.

*Quinque* ex Epiſtolis, quæ ejus nomine vulgo venditantur, pro ſuppoſititiis a plerisque agnoſci notat *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 299. col. a. Addit l. c. *Bellarminus*, *Pelagium* Diaconum Gregorii ſcripſiſſe. v. ſupra *Hieronymus*. *Pſeudo-Iſidorum* autem *Pelagio* uni & alteri epiſtolas ſupponentem arguit ſufficienter Dnus *Maſtrichtus* in Hiſt. Jur. Eccl. a p. 232. ad 268.

---

(2055) PENSANS-*Manus. Frater : Wigandus* CAUPONIS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 583.

---

(2056) *Petri* PENTAREI Siderati anagrammatico nomine edidit *Ferdinandus* de SANTANDER Artem

(I.) *Conſtructionis*,

(II.) *Memoriæ*, teſte *Antonio* Bibliothecæ Hiſpan. p. 296. 297.

---

(2057) PENTITO *Academico* : *Torquato* TASSO. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 583.

---

(2058) PEPE da Suſa, *Creſcentio* : *Alexandre* : *Alexandre* TASSONI où TASSONE. *Baill.* ibid.

---

(2059) PERDU, *le vray* : *Pierre* du VAL. *Baillet.* ibid.

---

(2060) A. S. PEREGRINI nomine præfationi ſubjecto, prodiit *Hiſpaniæ Bibliotheca*, ſeu, *de Academiis, ac Bibliothecis* : *item elogia & Nomenclator clarorum Hiſpaniæ ſcriptorum, qui Latine diſciplinas omnes illuſtrarunt*, Tomis tribus diſtincta, Francof. 1608. in 4. Eum eſſe *Andream* SCHOTTUM, nominantem ſe fortaſſe Peregrinum, quia Hiſpanus non erat, ſed Antvverpienſis Belga, facile colligitur ex multis vitiis accuratius deſcriptis, quibus nomen ſuum præſcripſit, fortaſſe reliquis, ut negligentius ſcriptis, idem ſubtrahens. Item ex *Varrerii* Interpretatione pag. 386. Tom. 2. cui nomen ejus eſt præſcriptum. Imo jam adeo innotuit hoc ipſum, ut à pauciſſimis aliter citetur. Quod ſi teſtes etiam adducere ſit opus : en Valerium Andreæ Bibl. Belg. pag. 55. *Labbeum* Bibl. Bibliothecarum pag. 84. *Alegamben.* num. 30. *Fr. Sweertium* p 126.

*Sotwellum* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 57. col. b. Idem docent *Colomeſius* Biblioth. Choiſie p. 190. 191. & Nicolaus *Antonius* Præfat. ad Biblioth. ſuam Hiſpan. lit. f. 3. adde *Olear.* Abac. Patrolog. p. 19. *Maſtricht* Hiſtor. Jur. Eccleſ. p. 238. *les Jugemens des Savans* Tom. II. n. 126. pag. 250. *Hydei* Catalogum Biblioth. Bodlej. p. 339. & poſt N. p. 45. & 124.

---

(2061) PEREGRINI nomine, VINCENTIUM etiam LIRINENSEM *adverſus hæreticos* ſcripſiſſe, commemorat *Sixt. Senenſis* Bibl. l. 4. p. m. 405. (a) Vindicatur à *Gennadio* Maſſilienſi, VINCENTIO LIRINENSI ſ. LERINENSI in Gallia monacho ; *Miræus* in Bibl. Eccleſ. pag. 63. addit, eum à Johanne Coſterio & Bartholomæo *Petro Lintrenſi* brevibus notis illuſtratum eſſe.

Et ex eo *Prideaux* Orat. IX. pag. 82. 83. (b) adde *Actor. Erudit. Lipſienſ. Supplem.* tom. II. Sect. IX. pag. 422. Caveum Hiſtoriæ literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 239. *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque tom. IV. pag. 170. qui (forte per errorem Typographi) PELERINI nomine inſignitum opuſculum prodit (c) Eſſe autem hunc tractatum reverà *Vincentii Lirinenſis*, evinci contra *Baronium* à *Voſſio* Hiſtor. Pelag. 39. 43. indicat *Symbola Normanniana.* vide & *Miræi* Bibliothecæ Eccleſiaſt. pag. 63. (d) & quæ *Symbola Rapheliana* ex Calixto excerpſit (e) Quæque habent notata Diecmanniana (f) ſubjecta. *Maſtrichtiana* etiam addunt Oomium Diſſert. de Praxi Theol. pag. 476. & ſeq.

(a) Sixtus Senenſis Biblioth. Sanctæ l. 4. p. m. 405.

Vincentius Lirinenſis, *presbyter diſertiſſimus, diſceptationibus, quas adverſus profanas hæreticorum novitates compoſuit, abſcondito nomine ſuo, hæreticis inviſo,* Peregrini *titulum impoſuit, quo libentius ab hæreticis, peregrinarum rerum avidis, legerentur.*

(b) Prideaux Orat. IX. p. 82. 83.

*Ita* Vincentius Lyrinenſis *adverſus profana omnium Hæreticorum novitates,* Peregrini *aſſumſit titulum (forſitan ut autumat* Sixtus Senenſis) *quo à Hæreticis rerum novarum avidis libentius legeretur.*

(c) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. IV. p. 170.

*Il a compoſé un excellent Traité contre les Heretiques, dans lequel il donne des regles txes infaillibles & des principes convaincans, pour diſtinguer l'erreur de la verité, & les ſectes des Heretiques, de l'Egliſe Catholique. Mais ſon humilité lui fit cacher ſon nom, & il publia ce Traité ſous le titre de* Memoire du Pelerin *contre les Heretiques. Il eſtoit diviſé en deux parties mais la ſeconde eſtant perduë, il ſe contenta d'en faire une petite récapitulation.*

(d) Miræus Biblioth. Eccleſiaſt. p. 63.

Vincentius, *natione Gallus, apud monaſterium* Lerinenſis *inſulæ presbyter, vir in ſcripturis Sanctis doctus, & notitia Eccleſiaſticorum dogmatum ſufficienter inſtructus, compoſuit, ad evitanda hæreticorum collegia, nitido ſatis & aperto ſermone, valdiſſimam diſputationem, quam abſconſo nomine ſuo titulavit* : Peregrini adverſus hæreticos. *Cujus Operis, quia ſecundi libri maximam in ſchedulis partem a quibusdam furatam perdidit, recapitulato ejus paucis ſermonibus ſenſu priſtino compegit, & uno in libro edidit. Moritur Theodoſio & Valentiniano, regnantibus.*

(e) Symbola Rapheliana.
Peregrinus.

*Hunc eſſe* Vincentium Lerinenſem *prob*[...] *Georg.* Calixtus, *qui ejus Commonitorium, una cum* Auguſtini *lib. IV. de Doct. Chriſt., excudi curavit* [...] *1629.* Altera *vero* editio *prodiit Anno 1655. ex Typographeo Calixtino. Libellis hisce Proœmium* Calixti

*præ*

præfixit. *Cujus pag. 20. ita ſcribit. Commonitorium, de quo & ejus auctore nunc porro dicere oportet,* Vincentius Lerinenſis *ſcripſit tertio, ut ipſe ait Cap. penult. poſt* Concilium *Epheſinum anno, æræ videlicet Chriſtianæ CDXXXIV. hoc eſt, quarto poſt obitum Auguſtini: nam is, ut ſupra monuimus, proximo ante Concilium deceſſit.* Vincentius *igitur & Auguſtinus ex parte σύγχρονοι fuerunt: nempe media ætas Vincentii incidit in extremam Auguſtini. Ad oram Galliæ Narbonenſis poſt Stœchadas, in vicinia Liguriæ, ſitæ ſunt inſulæ Planaſia & Leron Antipoli objecta, in qua Leronis ſacellum, juxta* Strabonem lib. 4. *Similiter* Plinius lib. 3. c. 5. *Stœchades a vicinis Maſſilienſibus dictæ propter ordinem, quo ſitæ ſunt. Nomina ſingulis, Prote, Meſe, quæ & Pomponiana vocatur, tertia Hypæa. Ab his Sturium, Phœnice, Phila, Lero & Lerina adverſum Antipolim. Antoninus Imperator Itinerario maritimo: Ab Antipoli, Lero & Lerina inſulæ: a Lerone & Lerina Forum Julii,* Ptolemæus lib. 2. c. 10. *Sub Varo fluvio Lerone inſula. Unde itaque Vincentius cognomentum ſuum habeat videmus, nempe ab inſula Lerina, ad littus inter Liguriam & Maſſiliam, in Italiæ & Galliæ confinio ſita, cui altera, ut loco, ita quoque nomine propinqua, Lero. Quæ affinitas forte in cauſa eſt, quod non niſi unam memorent* Strabo & Ptolemæus. *Hodie Lerina S. Honorati, Lero S. Margaritæ nomen obtinet. In Lerina enim ipſo* Auguſtini *ævo Honoratus Areato illuſtri familia ortus monaſticam vitam, cui duce Caſio ſene ſe addixiſſet, confluentibus eo pluribus ejusdem inſtituti ſectatoribus, colere, & una cum ſociis exercitia pietatis, & ſtudia ſacrarum Literarum magno fervore, nec minore ſucceſſu urgere cœperat. Hinc Cœtus ille* Lerinenſis *tum pietatis tum eruditionis fama clarus multos egregios Epiſcopos & doctores vicinæ Galliæ ſuppeditavit, ut ſeminarium quoddam eximiorum iſta ætate virorum cenſeri potuerit. pag. 22. Accedit Vincentius noſter, unus e primis, ut apparet, ſacri illius Cœtus ſodalibus. Hos autem omnes poſt tot ætates e ſcriptis ſuis notos & eruditionis fama nobiles, una ætas ex uno monaſterio produxit.* Et pag. 24. *Hujus tam ſanctæ congregationis ſocius, & tantopere laudatæ diſciplinæ alumnus fuit* Vincentius noſter, *qui quum aliquando variis ac triſtibus ſecularis militiæ turbinibus (ſua* ipſius ita ſunt verba præfat.) *volveretur, tandem in hunc portum ſe recepit, atque adeo e milite factus monachus,* Commonitorium, *quod nunc edimus ſcripſit. De auctore* & ſcripto *teſtimonia & judicia tum veterum, tum recentiorum ſubjicio. Gennadius Maſſilienſis* Presbyter de Scriptoribus Cap. LXIV. Vincentius natione Gallus apud monaſterium Lerinenſis inſulæ Presbyter, vir in Scripturis ſanctis doctus, & notitia eccleſiaſticorum dogmatum ſufficienter inſtructus, compoſuit ad evertenda hæreticorum collegia, nitido & aperto ſermone validiſſimam diſputationem, quam abſconſo nomine ſuo titulavit Peregrini adverſum hæreticos. Cujus operis quia ſecundi libri maximam in ſchedulis partem a quibusdam furatam perdidit, recapitulato ejus paucis ſermonibus ſenſu priſtino compegit, & in uno libro edidit. Moritur Theodoſio & Valentiniano regnantibus. Eadem fere e Gennadio repetit *Honorius Auguſtodunenſis.* Quod autem dicit Gennadius Vincentium, quum furto amiſiſſet maximam ſecundi Commonitorii partem, ejus loco Recapitulationem ſubſtituiſſe, equidem non puto ita ſe habere. Sane poſterius Commonitorium quod multa, ad hiſtoriam Concilii Epheſini facientia continuiſſe certum eſt, periit. Cæterum tria quæ ſuperſunt capita ſummum & primi & ſecundi Commonitorii complexa non poſt factam demum jacturam adjecta ſunt, ſed, reliquis interlapſis ſola remanſerunt; quod quicunque attente legerit, & paullo accuratius conſideraverit, nullo negotio animadvertet. Neque enim ſi lacunam explere, & damnum datum ſarcire voluiſſet, ab hujusmodi verbis potuiſſet, ordiri cap. antepenult: Quæ dum ita ſint, jam tempus eſt, ut ea quæ duobus iis commonitoriis dicta ſunt, in hujus ſecundi fine recapitulemus. *Johannes Tritbemius* libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis. Vincentius Monachus & presbyter monaſterii Lerinenſis inſulæ, natione Gallus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & ſecularium literarum non ignarus, vita & moribus clarus. Exſtat ejus inſigne opus, quod ſub Peregrini nomine compoſuit, a veteribus doctoribus percelebre laudatum, de erroribus & collegiis hæreticorum fugiendis. *Martyrologium Romanum.* Nono Kal. Junii in monaſterio Lerinenſi celebratur natalis ſancti Vincentii presbyteri, doctrina & ſanctitate perspicui. Ad hunc locum *Cardinalis Cæſar* Baronius. Vincentius aureo plane opuſculo fidem catholicam egregie teſtatam reliquit, quo cum omnes hæreſes, tum maxime hæreſin Pelagianam cum auctoribus ſuis impugnat. Claruit temporibus Honorii Imperatoris, magnamque ſui nominis in eccleſia catholica famam reliquit. Idem *Annalium tomo* V. in anno CDXXXIV. numero ultimo. Quam mira fuerit Vincentii eruditio, libellus ipſius, oſtendit, ut vix ſit reperire, qui paucioribus chartis majora & feliciori tractatu concluſerit; licet commentariolus idem ſit (ut ipſe teſtatur in fine: fallitur autem Baronius) ex duobus, à ſe ſcriptis Commonitoriis epitome, his temporibus admodum accommodatus, & in eccleſia Catholica ſemper poſteris profuturus, quum nunquam defuturi ſint novatores hæretici, ad quos penitus explodendos idem auctor ſumma induſtria laboravit. Auctores *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Magdeburgicæ, Centuria V. capite X.* Si quis diligentius penſitabit, dicet ſcriptum eſſe eruditum & acutum, quodque hæreticorum fraudes clare in apertum producat, detegat atque egregie impugnet, quin & præſens valde remedium & antidotum quaſi contra eorundem venena miniſtret: in quo ipſius ſcriptoris vis ingenii, elucet, & doctrinæ magnitudo. *Melchior Canus* Loc. I. V. C. III. Libellus vere aureus. Ita, etiam *Mart. Pereſius Aiala,* de Tradit. parte II. Asſertione V. *Thomas Stapletonus* Principiorum doctrinalium libro XI. cap. VII. *Lud. Carbo* Introductionis in Theologiam lib. IV. cap. XIV. *Sixtus Senenſis* Bibliothecæ ſuæ libro VI. annotat. CIV. quum invectus eſſet in eos, qui antiquitatem contemnunt: Quam miſere, inquit, fallantur, luculentiſſime demonſtravit ſanctiſſimus, atque inter patres, qui ante mille ac ducentos fere annos floruerunt doctiſſimus ac diſertiſſimus Vincentius Lyrinenſis, edito libel-

„lo vere aureo, quem omnes catholicæ pietatis „amatores aſſidua verſare manu deberent, ceu „enchiridion, ſive militarem pugiunculum ad„verſus profanas omnium hæreſeon novationes. „*Petrus Pithœus* præfatione in Salvianum. Vin„centius Peregrini nomine Commonitoria ſcri„pſit, quibus nihil in eo genere majore judicio „aut acutiore ſtilo conſcriptum memini. *Cardi„nalis* Bellarminus libro de ſcriptoribus eccleſiaſti„cis. Vincentius monaſterii Lerinenſis presby„ter ſcripſit opuſculum parvum mole, ſed virtu„te maximum, de profanis vocum novitatibus. „Libellus exſtat, & utiliſſime legitur. *M. Antoni„us de Dominis libro VII. de republ. eccleſiaſtica, cap. IV. „num. XXIV.* Vincentius Lerinenſis regulam ve„tuſtatis & probat & explicat clariſſime, & urget „meritiſſime, ut in controverſiis fidei ſemper no„vitas cedat vetuſtati, etiamſi novitas jam facta ſit „vetus, modo eam vetuſtas præceſſerit.

(f) Nota Diecmanniana.

*Id ipſe titulus oſtendit.*

*Adde Saraph.* Piccinard. *de Opere Prædeſtinati p. 5. ed. Patav 1686. 4. Quod ideo factum* Rivetus *Tr. de Patrum autorit. c.13. Oper. T.2. p.1065. a. judicat, quo libentius ab omnibus legeretur, & autor alioqui ſuſpectus, ſub velo lateret.*

PEREGRINUS v. *Amſtelius.*

(2062) PEREGRINUS: *Jean* GERSON, *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 584.

(2063) PEREGRINUS: *Conradus* DOMINIC. *Baillet.* p. 584.

(2064) PEREGRINUS. *Conradus* BENEDICT. *Baillet.* p. 584.

(2065) *Conſtantii* PEREGRINI nomine edita multa ſcripta a *Balduino* JUNIO, vulgo de JONGHE, recenſentur à *Wittenio* Diarii Biogr. anno 1634. ad d. 12. Aprilis & plura in *Valerii Andreæ* Biblioth. Belgicæ pag. 99. 100. Sunt autem

(I.) *Iter Quadrimeſtre, Comitis Buquoy, progreſſusq; quo Auſtria eſt conſervata, Bohemia ſubjugata* &c. Viennæ Auſtriæ 1621. 8. cui non nemo repoſuit *Conſtantium Peregrinum Caſtigatum,* ſeu Relectionem Itineris quadrimeſtris Buquoy, auctore Berchtoldo *Rauchenſtein* 1621. 4.

(II) *Tuba Concionatorum,* ſive *collationum ignearum* Centuriæ XIX.

I. *De Sacramentis* in genere, De Baptiſmo & Confirmatione. Lovanii typis Henr. Haſtenii, 1629. 8.
II. *De tota* Ariſtot. Logica & Phyſica. De Theologia, Præceptis Decalogi & Eccleſiæ. Ibid. 1630.
III. *De Sanctis,* Duaci, apud Auroy, 1630.
IV. *Ex novo Teſtamento.* Ibid. 1629.
V. *Hiſtorialis* ab origine mundi usque ad annum LVII. Ibid. 1629.
VI. *De* Ven. *Sacramento Euchariſtiæ* & Sacrificio Miſſæ. Lovanii 1630.
VII. *De doctrina civili,* Ibid. 1630.
VIII. *De SS. Dominico Petro* Martyre & *Thoma Aquinate,* Bruxel. apud Meerbecium. 1628.
IX. *In Dominicas* & Feſta totius anni, Duaci 1631.
X. *Hiſtoria a Chriſto nato* ad Fridericum II. Imp. ſcil. annum Dom. CIↃ. CC. XII. Lov. 1631.
XI. *De Sacramento Pœnitentiæ.* Brux. apud Peperman. 1628.
XII. *De Vita Civili. Lov.* 1629.
XIII. *De SS. Vincentio Valentino*, Catharina Senenſi, Antonino Archiepiſc. Florentino, Brux. apud Meerbec. 1628.
XIV. *De cognoſcendo & amando Deum.* Lov. 1629.
XV. *Hiſtorialis* ab anno mundi LXII. usque ad annum ducenteſimum. Brux. 1630.
XVI. *De Sacramentis extremæ Unctionis, Ordinis, & Matrimonii.* Lov. 1630.
XVII. *De vita Civili.* Ibid. 1631.
XVIII. De B. Raimundo, Alberto Magno, Martyribus Japonenſibus &c. Brux. 1629.
XIX. De S. Angelo Cuſtode &c. Lov. 1631.

(III.) *Pharetra quadruplex divini amoris.*

I. *De mundo,* Cœlo, Sideribus, & Elementis.
II. *De Meteoris,* Gemmis & Metallis.
III. *De Plantis* & Brutis.
IV. *De Homine & Angelis.* Antv. typis Trognæſii. 1632. 8.

(IV.) *Scutum Catholicæ fidei.*

I. *De vocatione* Miniſtrorum Eccleſiæ.
II. *De Præſentia* Chriſti in Ven. Euchariſtia.
III. *De Purgatorio.*
IV. *De obſervatione* Legis, & Miniſtrorum cælibatu.
V. *De gratia,* libero arbitrio & auctore peccati.
VI. *De Peccato* Originali, Mortali & Veniali.
VII. *De Juſtificatione* & merito bonorum operum.
VIII. *De Antichriſto.*
IX. *De Eccleſia.*
X. De Invocatione Sanctorum. typis Trognæſii, 1632.

(V.) *Faſciculus Myrrhæ* dilectus, ſive Vit Jeſu Chriſti. ib. 1631.

(VI.) *Lilium inter ſpinas,* ſive de Beatiſ Virgine Maria, Chriſti Matre. ib. 1631.

(VII.) *Canticum Canticorum Eccleſiæ* Dei & Animæ ſanctæ applicatum. Ibid. 1631.

(VIII) *Theatrum* SS. Principum Veteri & Novi Teſtamenti. Ibid. 1632. 4.

(IX.) *Mons ſpiritualis* Confeſſariorum Ibid. 1632. 8.

(X) *Threni,* ſive Lamentationes Jeremiæ Prophetæ triplici ſenſu expoſitæ. Ibid. 1632.

(XI.) *Sanctorum Angelorum* amica Laudatio.

(XII.) *Via ſalutis* æternæ, ſive de Symbola Fidei.

(XIII.) *Horologium* diurnum, nocturnum, & XII. Prædeſtinationis ſigna.

(XIV.) *Praxis* quotidiana audiend Miſſam &c.

(XV.) *Progenies* & Vitæ SSS. Franciſci Ludovici IX. Galliæ Regis, & Iſabellæ Reginæ Portugalliæ.

(XVI.) *Tuba* noviſſima de Judicio.

(XVII.

(XVII.) *Schola* divini amoris Ibid. 1633.
(XVIII.) *Speculum* Animæ, De cognitione ſui. Ibid. 1633.
(XIX.) *Principes* Hollandiæ & Zelandiæ &c. Antver. apud Meurſium. 1632.
(XX.) *Caput* Sponſæ; ſive ſpeculum Prælatorum. Duaci, apud Auroy, 1631.8.
(XXI.) *Hortus* Concluſus, ſive Inſtructio ſtatus Religioſi. Ibid.
(XXII.) *Viridarium Eccleſiaſticum*, ſive de benedictionibus in Eccleſia variis, de Epiſcoporum dignitate &c. Ibid.

(2066.) *Deſiderius* PEREGRINUS, quo nomine extat *Theſaurus animæ Chriſtianæ* primum Hiſpanice ſcriptus deinde in Latinum & Belgicum quoque ſermonem translatus. Is eſt *Michael* SERVETUS alias REVES, ſeu RENES vel RENNES, *Villanovanus*, Medicus, docente *Sandii* Bibliotheca Antitrinitariorum pag. 11. & *Bailleto* des Auteurs deguiſez Part. III. c. IX. pag. 316. & in Catalogo ſubjuncto p. 584. vid. *Villanovanus*.

(2067.) PEREGRINUS JOANNES: *Velgronius* PULLENIUS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 584.

(2068.) *Lelio* PEREGRINO. Ejus Carta ad Stanislaum Borvium Privado del Rey de Polonia, PETRO FERNANDEZ NAVARRETE. Lucronienſi, Compoſtellanæ Eccleſiæ Canonico tribuitur à Nicolao *Antonio* Biblioth. Hispan. Part. II. p. 152. col. b. qui ſub hoc nomine latere voluit, judicante Antonio loc. cit. ut eos, qui valent apud Reges ſuos præcipua gratia, perſonatus inſtrueret. Prodiit autem Matriti apud Tereſiam Iunti an. 1625. in 4to.

PEREGRINUS v. *Simplicius*.

(2069 α) *Johannes* PERELLIUS eſt Franciſcus COSTER. Vide in anonym. num. 13. nunc 889. β.

(2069. β) Antonii PERIANDRI Rhoeti nomine ſignata, Terentioque anno 1657. in 8. *Bœclero*, viro doctiſſimo, cum Commentariis *Franciſci Guyeti*, Abbatis Sanct. Andreani edito præfixa eſt *vita ejusdem Abbatis*, eleganter admodum conſcripta. Ejus auctorem eſſe Dn. *Joannem Albertum* PORTNERUM, Cæſaris & Wirtembergenſis Ducis Conſiliarium, ac Reipublicæ Ratisbonenſis Senatorem optime meritum, ex ipſo *Bœclero* ſe coram intellexiſſe narravit Ciuum ac amicorum meorum decus, *Martinus Folius* Ph. & Med. Doctor. Et parum etiam abeſt, quin anagramma reſpondeat ex aſſe. Cujus ipſius auctoris alia quoque ſcripta prodiiſſe, non expreſſo nomine, perhibentur, ſed e quibus, cum æque certum auctorem haud habeam, hac vice dicere quid ulterius religio mihi eſt.

At de *Portnero* ſub *Periandri* Perſona latente conſule *Colomeſii* Bibliotheque choiſie pag. 82. & *Witten*. Diar. Biograph. Part. II. ad d. 11. Febr. Anni 1687.

(2070.) *Bonaventure* DU PERIERS. Qui ſub hoc nomine extat liber inſcriptus: *Recreations*, à *Bailleto* in Catalogo des Auteurs deguiſez adſcribitur *Jacobo* PELLETIER, quem tamen aut eo nihil contuliſſe autumat Etienne Paquier, aut ſaltem conjunctim cum *Nicolao* DENISOT DU MANS eam compoſuiſſe aſſerit la *Croix du Maine*, apud *Teiſſerium* Eloges des hommes ſavans Tom. II. p. 5. (a)

(a) Teiſſier Eloges des hommes ſcavans Tom. II. p. 5.
La Croix du Maine *aſſure que le Livre intitulé*, Recreations de Bonaventure du Periers, *eſt preſque tout de l' invention de* Jaques Pelletier, *& de* Nicolas Deniſot du Mans, *ſurnommé le* Comte d' Alſinois. *Mais* Etienne Paquier *aſſure que Pelletier n'a rien contribué à cet Ouvrage.*

(2070 α) *Jonas* BUJEI PERIEUS. Perſonatus eſt PETRUS LAUNÆUS. Ita Joh. *Wilh. Peterſen* in nube teſtium veritatis lib. III. pag. 105. Petrus Launæus in Commentario in Danielem hanc veritatem publice profeſſus, publicam à Paſtoribus Synodi Inſulæ Galliæ coactis Carentoni 1623. approbationem invenit. Idem Launæus ſub nomine *Jonæ Bujei Periei* in *Commentario in Apocalypſin* Anno 1651. cura Paſtorum ac profeſſ. Eccleſiæ & Academ. Genevenſis edito pluribus regnum JEſu Chriſti ampliſſimum futurum adſtruit illudque in peculiari tractatu *de Regno Mille annorum* Anno 1655. typis mandato & in examine replicationis D. Amyraldi anno 1657. evulgato ex profeſſo vindicavit. Quo factum, ut non ſolum Paſtores Hollandiæ & Helvetiæ, ſed etiam alii in exteris regnis ac provinciis ſcripta illius magni pendere inceperint. Hæc *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*, cui & allegatur Andreas *Rallius* in Halcyoniis Eccleſiarum Evangelii cap. 4. & ex eo verbotenus *Seidenbecherus* in problemate Theologico de regno ſanctorum pag. 82. & 83. v. Jonas le *BUR*.

(2071.) D. *Richardus* PERINCHEIF, Cantabrigienſis integram famam ex Collectione Operum CAROLI I. Regis, quæ edita ſunt Londin. 1662. reportavit, ſed immerito, judicante *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 243. 244. cum hæc Operum collectio & ordinatio accepta potius referenda ſit *Gulielmo* FULMANNO, Rectori Eccleſiæ Hampton Meyſex ut ex ejus verbis ſub lit. (a) excerptis patebit.

(a) Wood Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 243. 244.
*Obiit XXI. Aug. CIↃDCLXIX. & in Eccleſia ſua juxta Præceſſorem ſuum* Jackſonum *ſepultus eſt. Succeſſorem habuit, ejusdem Collegii Socium, Magiſtrum* Gulielmum Fulman, *Virum doctiſſimum, & in Hiſtoricis (præſertim ſuæ gentis) ſimul & Chronologia verſatiſſimum. De quo illud inpræſentiarum mihi occurrit*

*memoratu non indignum: Nempe quod cum Caroli I. Regis opera in folio edita eſſent, Londini CIƆDCLXII. ipſius induſtria ſimul & felicitati in iis tum colligendis tum digerendis editionis dignitas referenda ſit. Cujus tamen integram famam reportavit Dr.* Richardus Perincheif, *Cantabrigienſis, Præbendarius exinde Weſtmonaſterienſis, qui Regis quidem vitam, quam Operi præfixam habemus, eleganter conſcripſit; verumtamen, ut dixi,* Fulmannus *hic totum opus collegerat pridem, & ordinaverat, quod nos omnino reticendum non putavimus.*

(2072.) Joannis PERNII nomine, *contra edictum Reginæ, Eliſabethæ, adverſus Catholicos promulgatum, literasque Cecilii, Cancellarii ejusdem,* ſcripſiſſe *Joſephum* CRESWELLUM, Anglum Jeſuitam, auctor eſt *Alegambe* pag. 285.

Et *Sotwel* Biblioth. Scriptor. Societ JEſu p. 521. col. b. itemque *Witten.* Diar. Biograph. anno 1623. ad d. 19 Februarii.

(2073.) PERSEUS, *Joannes*: *John* FISCHER. *Baillet* liſte des Auteurs p. 584.

PERSIUS v. *Aſcanius.*

(2074.) PERSIUS *Trevus* eſt Petrus SERVIUS. Vid. Rhod. n. 33. h. m.

Perſius TREVUS: Petrus SERVIUS Medicus Romanus per Anagrammatiſmum. Extant ſub eo nomine *ad librum de Sero lactis* Stephani Roderici *Caſtrenſis Luſitani Exercitationes privatæ* Pariſiis 1622. & Romæ 1634. in 8. editæ, quibus Licetus contra Rodericum â Caſtro defenditur. Sub genuino vero nomine PETRI SERVII *Spoletini* reperiuntur ſequentia: Petri Servii Spoletini *Miſcellanea antiquitatum Romanarum* Romæ 1640. 8. *Inſtitutionum, quibus tyrones ad medicinam informantur libri tres: Proluſiones duæ, ad inſtruendos inflammandosque ad artem tyrones accommodatæ.* Romæ apud Bernardinum Tanum 1638. in 12. *Diſſertatio de unguento armario, ſive de naturæ artisq; miraculis*, Romæ apud Dominicum Marciam 1642. 1643. in 8. *Diſſertatio de odoribus* Romæ apud Franciſcum Caballum 1641 in 8. *Proluſio Jatrophilologica, an Juvenis eſſe poſſit abſolutus Medicus & ad faciendam Medicinam plane idoneus.* Romæ. *De facultatibus Medico neceſſariis, utilibus, commodis.* ibidem

De Servii tam perſonato quam reliquis ſcriptis eadem confirmant *Lindanus* de Scriptis Medicis p. 513. & 535. & *Mercklin* Linden. Renov. p. 875. col. b. & p. 906. col. a.

PERSONA v. *Gobelinus.*

(2075.) *Robertus* PERSONIUS, aut PEARSON edidit Directorium ad Chriſtianam fidem, ſeu Reſolutionem, anglice 1585. in cujus operis laudem euntes vide *Alegamben* Bibliothecæ Scriptor. Societatis JEſu p. 415. & *Sotwellum* p. 727. reticent tamen illi, quod obſervat *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. pag 78. col. b. nempe Hujus Directorii Ichnographiam, cum univerſa pene materia, tribui *Ludoviſio* DE GRANADA imo ejus compoſitionem Magiſtro BRINCKLEJO adſcribi; cujus verba ſupra excerpſimus, ubi de EDMUNDO BUNNEY egimus, utpote qui ſub ſuo nomine Directorium hoc mutata forma edidit.

(2076.) *Orlando* PESCETTI quis ſit vide *Viſiera Alzata* XIX.

(2077.) PESCHER. *La Comedie des Comedies*, piece faite contre l'Illuſtre *Balzac*, par *le Sieur de* BARRY, gentilhômme Auvergnac, comme nous le decouvre tout au long, en jugeant de ces ouvrages *Sorell* dans ſa Bibliotheque françoiſe, chap. 7. p. 126.

PETITUS v. *Typographus.*

(2078.) *Zanini* PETOLOTTI â Monte Tonali *cucurbitulas adverſus Tadeum Ageſium, Bohemum Archiatrum Imperatoris Maximiliani II.* ſcriptas fuiſſe ab *Annibale* RAYMUNDO, & ab eodem *Ageſio*, una cum aliis pluribus ejusdem adverſarii oppoſitis libellis refutatas eſſe, memorat in vita ipſius *Ghilini*, nel Theatro d'huomini letterati, part. 1. cart. 212. quod eo magis notandum, quia neutrius horum vel nomen ſaltim, nedum ſcripta apud *Draudium* invenire licet. In *Schenkio* quoque & *Lindano* nomen utrumque tam *Ageſii*, quam *Raymundi*, fruſtra quæras, *Schenckii* tamen p. 491. & *Lindani* p. 583 *Thaddæi Haggeccii* nomen & ſcripta legas, qui eſt idem cum noſtro, cujus nomen Italicum idioma ſic immutavit, ut *Ageſius* fieret. Scripta ejus apud *Ghilinum*, non ſolum Medica, ſed etiam Mathematica recenſentur, qui & Medica plura quam reliqui ambo enumerat, ex quibus huc præcipue pertinent: *Reſponſio ad Annibalis Raymundi ſcriptum, quo nititur probare ſtellam anni 1572 non novam, ſed veterem fuiſſe. Spongia contra cucurbitulas Annibalis Raymondi in larva Zanini Petolotti. Ad ſecundas inſanas cucurbitulas Annibalis Raymondi Itali, Spongia.* Quis autem ille *Annibal Raymundus* aut *Raymondozanus* fuerit, haud ſatis habeo compertum, Veronenſem dicit perſonatus *Petolottus*, cujus ſcriptum apud me eſt, ita inſcriptum Zanini Petolotti â monte Tonali, *Cucurbitulæ quibus ê cerebro Excellentiſſimi Domini Thaddæi Hagecii ab Hayk, Aulæ Cæſareæ Medici, Phreneſis optime expellitur* 1577. in 4. absque nomine loci, vel typographi paucorum foliorum, ſed maledicentiæ virulentæ, ut adeo mirari ſubeat, propter Theoreticas quæſtiunculas inanes, tantas iras concepiſſe bonos illos homines, quaſi de omnibus fortunis ſuis, imo de ſalute mundi res ageretur. Ex hocce tractatu quoque patet, potiſſimam occaſionem huic dimicationi præbuiſſe *Hageccii Dialexin novæ ſtellæ magnitudinis, & de ejus ſtellæ vero loco conſtituendo.* Ei *reprehenſiones paternas* oppoſuiſſe *Raymondum*, *Hageccium vero reſponſione* ſupra memorata *cucurbitulas* haſce provocaſſe, *ſpongiisque* deinceps ſuis abſtergere voluiſſe.

(2079.)

(2079) *Carolus* à PETRA ALBA eſt *Caro-
ls* à WITESTEIN ſive WITTESTEIN, cujus
omine citatur à Thoma *Hyde* in Catalogo Biblio-
hecæ Bodlejanæ pag. poſt. N 258. col. b. *Diſſerta-
o de quinta Chymicorum eſſentia.* Baſ. in 8. adde
ag. 49.

(2080) *Franciſci* PETRARCHÆ nomine
ui extare dicitur in Bibliotheca Vaticana, *liber de
tis Cæſarum*, *Benevenuto* de RAMBALDIS potius
ſcribi debere videtur *Sandio*, in notis ad *Voſſium*
e Hiſtoricis latinis p. 291. & 235.

(2081) *Paulini* PETROCORII Poëmata,
AULINO *Epiſcopo Nolano* à *Jureto* male tributa
o ejusque nomine edita, *Paulino* huic de PE-
IGUEUX reſtituuntur a Caſpare *Barthio.* vide
*Bibliotheque Univerſelle* de l'année 1686. tom. I.
452. 453.

(2082) PETRO Apoſtolo, quomodo
EUCIUS quidam ſua ſuppoſuerit, v. apud cita-
s *ſupra* in *Jacobo Minore*, & *Melito.*

II. Ejus *Itinerarum* CLEMENTI attri-
tum refert *Strauchius* Amœnitat. Juris Canonici
log. III. cap. XII. p. 162. (a)

III. Ejus *Epiſtola ad Jacobum Apoſtolum* ei-
m CLEMENTI Romano vindicatur à Ludo-
co à S. *Carolo* Bibliot. Pontific. p. 177.

IV. *Epiſtola II.* quæ inter Catholicas No-
Teſtamenti Petri nomine extat, ſuppoſita
à *Miræo* Biblioth. Eccleſ. p. 2. (b) SIMEONI
PISCOPO HIEROSOLYMITANO tribuitur
Hugone *Grotio:* vide *la Bibliotheque Univerſelle*
m. XX. p. 189. (c) qui idcirco male acceptus
a Thoma *Smith* in *Actis Erud. Lipſienſ.* 1691.
85. (d) qui eam *Petro* reſtituit: quod & facit
*Pin* Præfat. Prælimin. ad Novam Bibliothe-
m tom. I. p. 68. & 70. (e) & hodie communi
nſenſu locum illa inter Canonem Biblicum
tinuit.

V. *Acta Petri*, Clementi ROMANO
oque inſcripta, BARDESANI cuidam a *Caveo*
erta ſupra in Clemente Romano, verbis ejus
Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 14. col. b.
cerptis, docuimus.

VI. Petro *Evangelium*, quod MARCI no-
ine extat, tribuit Caranza in Summa Concilio-
m p. m. 16. quod ab aliis quibusdam fieri no-
*Cave* Antiquitat. Apoſtol. pag. m. 214. ſeqq.
Vita Marci, ubi rationes, cur hoc fiat, ex-
ndit.

(a) Strauchius Amœnitatum Juris Ca-
nici Elog. VI. Cap. XII. p 162.

Itinerarium Petri Apoſtoli *reprobat* Hiero-
mus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis &* Athanaſius *in
opſi.* Epiphanius *ait conſcriptos fuiſſe circuitus Pe-
à Clemente, ſed ab hæreticis depravatos, hæreſi 30.
eo ſic* Blondellus: *Itinerarium Petri, ſcriptum nu-
& fabulis refertum, veteris Eccleſiæ cauterio inuſtum,
ipſo Romanæ inquiſitionis conſilio libris prohibitis an-
meratum, à doctis omnibus rejectum.* Agobandus
*detur hoc itinerarium Clementi attribuere, & id ipſum
eſſe opus, quod ſub* recognitionum *titulo exſtat. Vi-
de notas* Baluz. *in Agob. p. 31. &c.*

(b) Miræus, Bibl. Eccl. p. 2.

*Scripſit* duas epiſtolas, *quæ catholicæ nomi-
nantur, quarum ſecunda à plerisque ejus eſſe negatur,
propter ſtili cum priore diſſonantiam. Sed & Evangeli-
um juxta Marcum, qui auditor ejus & interpres fuit,
hujus eſſe dicitur.*

Pag. 15. *S. Serapionis — ſcripta —
Ex his duo tantum reſtant fragmenta, unum è libro* de
Evangelio Petri, *alterum — quæ ex Euſebio de-
prompta Halloſius tom. 2. recitat.*

(c) Bibl. Univ. T. 20. p. 189.

*Tous ceus qui ont lû Euſebe où S. Jerome, ſavent,
que cette ſeconde Epitre de S.* Pierre *n' a eté reçue dans
le Canon, qu' un peu tard & quelque tems apres la premie-
re. Quelques ſçavans &* Grotius *entr' autres ont crû,
qu' elle n' etoit point de cet Apôtre, tant par ce que le ſtyle
paroit fort different du ſtyle de la premiere, que parce qu'
il ſemble, qu' elle n' a ecrite qu' apres la ruine de Jeruſalem,
c' eſt è dire long tems apres la mort de S. Pierre, qui ſouf-
frit le martyre ſous l' Empire de Neron. Le Meme Groti-
us l' attribuoit à* Simon Eveque de Jeruſalem, *apres
la mort de S. Jaques.*

(d) Act. Erud. Anno 1691. m. Febr.
pag. 85.

*In primo capite ſtatim ſub initium (Miſcellaneo-
rum ſuorum* Thomas Smith, *Eccleſiæ Anglicanæ Preſ-
byter) Hugonem* Grotium *confutat, qui hanc epiſto-
lam a* Petro *ſcriptam negavit, &* Simeoni *potius* Hie-
roſolymitano Epiſcopo, *qui ſub Trajani imperio
martyrii palmam adeptus eſt, tribuendam cenſuit. Hanc
vero ſententiam ex eo refutat, quod Simeon neque Apo-
ſtolus fuerit, quem titulum Autor hujus epiſtolæ ſibi tri-
buit, neque ad priorem a ſe ſcriptam epiſtolam provocare
potuerit, neque gloriam Chriſti in monte ſancto viderit,
cujus gloriæ ſpectatorem ſe fuiſſe Autor epiſtolæ v. 18. c. 1.
aſſerit; quæ verba aliunde huic epiſtolæ inſerta fuiſſe, aut
ad hiſtoriam Joh. XII. 28. relatam reſpicere, nondum*
Grotius *probare potuerit.*

(e) Du Pin Diſſertation Preliminaire
pag. 68. 70.

*La ſeconde eſt écrite apparemment vers la fin de
ſa vie, parce qu' il y témoigne, qu' il attendoit bien-tôt
la mort, au chap. I. Verſ. 14. Quelques Peres ont douté,
ſi cette Lettre étoit de ſaint* Pierre, *à cauſe de la diffe-
rence du ſtile de celui de la premiere, dit ſaint* Jerôme;
*mais ſaint Pierre s' y découvre ſi clairement, qu' il n' y a
pas mojen de l' attribuer à un autre Auteur.*

*Et pag. 70. t. Saint Pierre s' y découvre ſi claire-
ment, qu' il n' y a pas moien de l' attribuer à aucun au-
tre Auteur.*

*L' Auteur de cette Lettre dit, qu' il a eſté avec
Jeſus Chriſt ſur la montagne, il appelle S. Paul ſon frere,
& il ſe dit auteur d' une premiere Lettre écrite aux mê-
mes. Tout cela convient à S. Pierre, il eſt viſible, que
celui, qui l' a compoſée, n' étoit pas un impoſteur. Le
caractere de cette Lettre eſt tout Apoſtolique, & le ſtile n'
eſt pas bien different de celui de la premiere.*

(2083) *Chriſtiani* PETRI *Crypto-Papiſmus* no-
væ Theologiæ *Helmſtadienſis*, 1640. *Eſt Stati* BU-
SCHERI,

SCHERI, Eccleſiaſtæ Hannoverani: vide *Calixti* Wiederlegung / adverſus Jacobum *Wellerum* Append. num. II. lit. X. III. Hæc *Symbola Normanniana*: Eadem ex hujus Büſcheriani ſcripti gründliche Wiederlegung / in Præfat. lit. c. confirmat *Symbola Diecmanniana* vetus: addens, perſonato illo nomine impreſſa exemplaria 478. vero autem BüSCHERI nomine diſtributa plusquam 900. quod inſcio auctore Typographus præfixerit.

PETRUS v. *Damianus.*

- - *Ravenna.*

(2084) PETRONIO Arbitro ſuppoſita plurima *Epigrammata*, Alcuini, Apuleji, Madaurenſis, Catulli, Ciceronis, Claudiani, Evantii, Eugenii, Laberii, Pentadii, Ruffini v. in *Pſeudepigraphis*, junctis editioni 1610. in 8. pag. 127. & ſeqq. & Lotichianæ in 4. pag. 86. & ſeqq. de quibus ſingulis nunc disquirere non vacat, alias majori niſu id facturis.

Vide interim *Fabricii* Appendicem ad Bibliothecam ſuam Latinam p. 24. qui & in ipſa Bibliotheca p. 82. ſqq. eruditis merito ſuſpecta eſſe fragmenta Satyrici, quæ ſub ejus nomine venditantur, tam ea quæ à Paulo Frambotto 1664. Patavii evulgata ſunt; quam ea, quæ tanquam Belgradi An. 1688. reperta Franciſcus *Nodotus* Roterd. 1693. 8vo. publicavit. vide le *Journal des ſavans* 1694. p. 310. *l' Hiſtoire des Ouvrages des ſavans* 1694. p. 147. *Cinelli* Bibliotheca volante Scanzia V. p. 77.

(2085) PETRONIO, Bononienſi Epiſcopo, ſuppoſitum *Satyricon* PETRONII ARBITRI a *Vincentio* Bellovacenſi, notat *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 152.

II. Ei vulgo adſcriptum libellum de *ordinatione Epiſcoporum*, ob ſtyli nitorem ſingularem, alii cuidam ſcriptori, & forte PARENTI PETRONII deberi colligit *Gennadius* Maſſilienſis apud *Miræum* p. 54. vide etiam *Cavei* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſ. p. 246.

II. An & qui de *Vitis Patrum* ejus nomine circumfertur libellus, ipſius ſit necne? non determinant *Miræus*, & *Cave* locc. citt. negativæ tamen uterque propius accedere videtur.

(2086) PETRONIUS, *Jaſon* : *Jean* DAVID. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 584.

(2086. *a*) PETRUS *Aurelius*, Perſona„tus, dedit *Apologiam pro cenſura Sorbonæ*, editam „in 4. Jeſuitæ eum habent pro J. VERGERIO, „Abbate Sancyrano, ideoque eum ad mortem „usque perſecuti ſunt. vid. Moral. des Jeſuit. „tom. III. pag. 132. Ei etiam adſcripſerunt li„brum de *frequenti communione*, qui eſt C. JANSENII. Symbolam hic feram *Maſtrichtianam* inſeruit M. *Viſcherus.*

(2087) *Don Diego* PEUDE *Ser.* Ita fucatum Hiſpanice nomen ſuum *Jacobus* MABBE Anglus præfixit *Vitæ Guzmanni de Alſarache*, quam ex Hiſpanico in latinum ſermonem transtulit, docente *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. l. II. p. 200.

(2088) PFEFFERKORN, *Joannes*: Arnaud de TONGRE. *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez p. 585.

(2089) Chriſtophori PFLUGII *Epiſtola monitoria*, ſive, *Præfatio ad Lectorem, novæ editioni Plauti, quæ modo adornatur, præfigenda, in qua ſtatuit Apologiæ* Joannis Philippi Parei, *contra* Janum Gruterum *detegitur*, Witteb. 1620. 8. Ea ipſi GRUTERO quod ſit adſcribenda, non minus quam ſub Euſtathi Su. P. nomine quod prodiit ſcriptum *contra Pareum*, indicatur ab ipſo *Pareo*, in *Provocatione ad Senatum Criticum*, Francof. 1620. edita p. 5. & 6.

Adde *Bailleti* Catalogum des Auteurs deguiſez p. 585.

(2090) PHÆDRUS: *Jacques* GOUTIERE, où GUTHERIUS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 585.

(2091) PHÆDRUS VOLATERRANUS: *Thomas* INGHIRAMIO. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 585.

(2092) PHALARIDIS nomine quæ extant *Epiſtolæ* LUCIANO tribuuntur à Bartholomæo *Juſtinopolitano*, apud *Friſium*, Biblioth. Geſner. pag. 686. & 687. & à *Gyraldo*, apud *Voſſium* de Poetis Græcis pag. 16. Quod & notat *Eraſmus* de Conſcribendis Epiſtolis pag. m. 30. Genuinas tamen Phalaridis eſſe contendit Eilhardus *Lubinus* dedicat. Epiſtol. Phalar. monente *Symbola Normanniana*. Italice illas vertit Bartholomæus *della Fonte* nitide & eleganter, vide *Cinelli* Bibliotheca Volante Scanziæ II. p. 31 Noviſſimè hæ Phalaridis epiſtolæ recognitæ editæque ſunt a *Boylæo* Juniore 1695. 8vo. qui, utut *Luciani* eſſe neget, *Phalaridis* tamen eſſe non *determinat*, vide l' *Hiſtoire des Ouvrages des ſcavans* May 1696. pag. 428. 429. *Acta Eruditor. Lipſ.* 1696. pag. 102. Politianus tamen lib. I Epiſtola I. *Luciano* adſcribere non dubitat; cujus verba per *Symbolam Sperlingianam* nobis communicata ſub lit. (a) adjecimus.

(a) Symbola Sperlingiana.

*Dicentur aliæ contra nimis breves, objiciam tum ego* Dionem, Brutum Apollonium, Marcum Philoſtratum, Alciphronem, Julianum, Libanium, Symmachum, *ſed &* Lucianum, *quem falſ.* Phalarim *vulgo putant.*

(2093.) *Georgii Erici* PHALETRANI *Exercitatio Hiſtorico-Philologica de Sceptri Judaici ablatione* ex Geneſ. XLIX. Auctorem habet Gunther-Heinricum PLATNERUM Vimarienſ. ut ipſe fatetur in Epiſtol. ad Voſſium X. Calend. Novemb. 1645. quæ eſt inter Epiſtolas Clarorum Viror. num. 412. pag. 305. indicante *Symbola Junckeriana.* Confirmat *Symbola Diecmanniana* ex Grævio in Politico Orientali, lib. c. 3.

(2094)

(2094) PHARAONIS nomine *Epiſtolas ad Joſephum* ſcriptas, hujusq; Reſponſiones, confinxit *Joannes* LEMOVICENSIS, qui & Auctor eſt ſcripti, cui titulus: *Morale Somnium Pharaonis*, aliorumque, quæ vide citata in *Actis Erud. Lipſ.* Anni 1691. menſ. Jan. pag. 39.

PHASIANUS v. *Fagiani.*

(2095) *Varini* PHAVORINI *Camertis Nucerini Epiſcopi Lexicon Græcum Zachariæ* Calbergi eſſe vult *Ravius* in notis MStis ad *Gesnerum*, cujus verba fere repetita in notis ad Thezer, ſunt: Fere totum opus debet iſte Zachariæ Calliergo Græco, qui Romæ typographiam habuit &c. Hæc *Symbola Normanniana.*

(2096) *Eugenii* PHILADELPHI *Romani* nomine ſcriptam eſſe à *Franciſco* ANNATO, Jeſuita Gallo, *Exercitationem Scholaſticam* indicat *Sotw.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 212. col. a. quod *contra Mandoſum*, hunc Philadelphi pro vero auctore habentem, notat Part. 10. des Auteurs deguiſez. c. 4. p. 509.

(2097) *Euſebii* PHILADELPHI *Dialogi duo* [de] *Vita Caroli IX. Regis Galliarum*, *Reginæque Matris.* Edimb. 1574. 8. ſunt *Bernaudi* DELPHINATIS, quem ideo colaphis cecidit. Huc usque *Symbola* [N]*ormanniana*, quæ quidem teſtem hujus rei citat [Pa]*riſium* Append. Biblioth. p. 833. ſed ubi ejusmodi nihil comparet. An ea confirmet *Scherbachl* Cod. Bibl. Oxon. quem alio loco in teſtimonium advocat eadem Symbola, viderint, quibus [i]ſte codex ad manus eſt.

(2097. α) JANUS PHILADELPHUS. [E]ditio hoc nomine de *optima Chriſtianorum Secta*, [&] de vitiis Pontificiorum Prodromus Religionis [Lu]*dici Patavini* in 8. 1688. Conſultationem de[...]toriam editam a Medico quodam, acerbe [...]eritur *Poiretus* in Apologetico ſuo quarto, quod [...]egrum Scripti hujus Auctori oppoſuit. Hunc [M]edicum eſſe celeberrimum Dominum D. *Joan*[*ne*]*m Nicolaum* PECHLINUM, Profeſſorem Academiæ Kilonienſis Publicum, & Archiatrum [Hol]ſvvicenſem, conſtans in his oris fama eſt, non [...]rnendis argumentis corroborata. Libellus [...] in octavo paucarum plagularum, eleganter [ſcr]iptus, & lectus olim mihi, quamvis obiter: [...]censque noſtram reformatæ Pontificiæque [...]ferendam, ſtylo nitido, & rationibus ſo[lidi]s.

(2097. β) *Timotheus* PHILADELPHUS. Eſt *Jacobus* KOELMANN Eccleſiaſtes [...]ſanus in Flandria, ſcripſit ſub hoc nomine per[...]atus, Belgicè, *eenen Brief, vertoonende de ſware* [...]*volgingen der Vrome belyders in Schotland* 1678. 4. [...] indicem ſcriptorum Jacobi Koelmanni poſt [...]rhami Comm. in Canticum. *Symbola* eſt [...]*ſtrichtiana.*

(2098) PHILALETHA, qui edidit *Entre*[*tie*]*ns ſur diverſes Matieres de Theologie*, in *Actis Eruditorum Lipſ.* 1686. p. 439. & 440. detegitur, MINISTER CHARENTONENSIS, (a)

(a) Acta Eruditor. Lipſ. A. 1686. m. Sept. p. 439. & 440.

*Quis ſit noſter Prior Bollevillanus*, (*Auctor Reſponſi ad Judicia de Critica Rich. Simonis*) *non ſcrutabimur, quippe qui Simonis perſonam diſſimulare non voluiſſe videtur; ut potius in anteceſſum ſimus relaturi, quos hic illorum judiciorum auctores exiſtimet. Triumviris nempe Socinianis ea tribuit, quorum duo Amſtelodami degant in Hollandia*, tertius *autem ſit Miniſter* Charentonenſis, *qui diſſertationem de Conciliorum quorumvis definitionibus ad examen revocandis, ſex abhinc annis Pariſiis ediderit, ac in libro recentiore, Entretiens ſur diverſes matieres de Theologie, hoc eſt, Dialogi de diverſis materiis theologicis, inſcripto*, Philaletæ *nomen aſſumſerit.*

(2099) *Germanus* PHILALETHA, qui edidit *Triumphum Thomiſtarum*, eſt *Carolus* de ASSUMTIONE Carmelita, ut indicant *Acta Eruditorum Lipſ.* (a) 1689. p. 231.

(a) Acta Eruditor. Lipſienſ. A. 1689. pag. 231.

*Extollit* (*M.* Gery *Apologie hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Bouay, ſur la Matiere de la Grace*) *eos, qui Lovanienſibus adſtipulantur, laudat que* Carolum de Aſſumtione *Carmelitam, qui & ſuo, & ſub* Germani Philalethæ *nomine, multa ſcripſit, & inter alia edidit* Triumphum Thomiſtarum, *fruſtra a Jeſuitis Inquiſitioni Romanæ denunciatum.*

(2099. α) PHILALETHA, Polytopienſi Cive, auctore prodierunt *Forcianæ Quæſtiones; in quibus varia Italorum ingenia explicantur, multaque alia ſcitu non indigna.* Francof. 1616. in 8. Eæ Quæſtiones lectu ſanè non indignæ, quod LANDO HORTENSIO, neſcio cui, tribuantur, à *Turlero* lib. 1. pag. 54. de peregrinationibus ex ſuis notatis in Itinere Italico, communicavit Dn. *Martinus Fogelius*, Ph. & Med. Dr. amicus mih ſæpius laudatus.

(2100) *Irenæi* PHILALETHÆ nomine prodiit Diſſertatio de *Pace & Concordia Eccleſiæ*, Elevtheropoli typis Godfridi Philadelphi Anno 1628. 12mo, *Simoni* EPISCOPIO malè adſcripta, eſt *Samuelis* ERZIPCOVII DE PRZIPCOVIZE Equitis Poloni, docente *Sandio* Bibliothec. Antitrinitar. p. 123. v. Ireneus.

(2100. α) PILALETHÆ ET SOCIORUM nomine prodiit *Alitophilus* παράδειγματιζόμενος ſive *Vindiciæ Philalethæ & Sociorum, adverſus* Lucam Caprimulgum Rudentem Eſcarbotum, Alitophilum Mexicanum ὑπερτραγιζόμενον (Oraculum de Caprimulgo: ἡ μωρία ἀδελφὴ τῆς πονηρίας.) Mexici, ex officina Muſarum clɔlɔc LXIIX. in 4. Seſqui philyræ. Scazontibus Jambis acutiſſimis proſcindens pag. m. Dn. *Rudolphum Capellum*, de quo ut præſumpto falſè Eſcarboto ſupra egimus, in illo nomine, num. 949. 8. Eum ſic ulciſci volebat Collega ejus *Michaël* KIRSTENIUS

NIUS Ph. & Med. Dr. Utique non æque injuſta vindicta, ſi probari potuiſſet crimen ab ipſo commiſſum, de quo tamen ſeſe purgavit ſatis, & facti pœnituit *Kirſtenium*, virum alias modeſtum, ingenuumque & præſumtionibus graviſſimis, ac alium quemvis etiam modeſtiſſimum atque prudentiſſimum decepturis, falſum.

(2100. β) PHILALETHE ET EMPIRIASTE: *Simon* FOUCHER. *Baillet* liſte de Auteurs degviſez p. 586.

(2101) *Alazonomaſtix* PHILALETHES Perſona eſt *Henrici* MORI Angli, ſub qua edidit.

(I) *Obſervationem in Eugenii Philalethis Anthropoſophiam Theomagicam, & Animam Magicam* 1650.

(II) *Flagellationem Eugenii* alteram, teſtante ipſo in Præfatione generaliſſima tomo Theologicorum ejus Operum præfixa. pag. IX. quæ infra excerpemus in *Philalethe Eugenio*. num. 2102.

(2102) PHILALETHES ELIESER edidit lingva *Belgica* Amſtelod. 1686. in 8vo. Onderſoeck en Wederlegging van dee verkeerde Antwort/ van *Irenæus Philaletheus*, op de Frage/wat iß *Coccejanerie*? Verus ſcripti Auctor ulterius non detegitur, quam quod præcipuæ inter Coccejanos Auctoritatis vir ſit. vide *la Bibliotheque Univerſelle* de l'année 1687. tom. V. p. 481. & 482. (a) curioſioribus per has notas facilè accuratius inveſtigandus.

(a) Bibliotheque Univerſelle & Hiſtorique de l' Année 1687. p. 482.

*Quoi que l' Auteur de ce Livre ait trouvé bon de ſe cacher ſous un nom inconnu; parce que celui qu' il réfute avoit fait la même choſe: cet Ouvrage n' eſt pourtant pas à mépriſer. On ſait de bonne part, que celui, qui l' a composé, tient un rang conſidérable parmi les Diſciples de* Coccejus, *& qu' il peut autant que perſonne inſtruire le public des veritables ſentimens de ce célebre Profeſſor. Ajoutez à cela, que ce Livre a eté imprimè deux fois, & a eu l' approbation de tous ceux qui ſuivent les mêmes hypotheſes.*

(2103) PHILALETHES vide *Eudoxius*. Eo autem nomine, ut HIEROCLES Philoſophus contra religionem Chriſtianam, ut eam redderet ridiculam, ſcripſerit, v. referentem *du Pin* Bibliotheq. Nouv. des Auteurs Eccleſ. Tom. II. p. 6. b.

(2104) *Eugenius* PHILALETHES, vel potius qui ſub eo latet, *Thomas* VAUGHAN, celebris Chymicus, librum ſermone *Anglicano* edidit, cui titulus: *Diſſertatio de Aquis Orientalibus, ſive de Fonte abſcondito, cujus aquæ ex igne prorumpunt, radiosq; Solares & Lunares ſecum vehunt.* Lond. 1655. Vide *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 320. col. b. *Henricus Morus* Præfat. General. Operibus ejus præfix. p. IX. tom. Theolog. addit Anthropoſophiam Theomagicam & Animam Magicam abſconditam, in quas ipſe *Morus* Obſervationes edidit. Quantum etiam ex ſequentibus verbis colligere licet, ſub Eugenii Philalethis nomine ab eodem editum eſt Reſponſum ad has obſervationes. (a) Cæterum an & reliqua ſcripta recenſita *Woodio* loc. cit. ut, Magia Adamica, Lumen de Lumine & Aula lucis, ſub Eugenii Philalethes nomine prodierint, equidem compertum non habeo. (b)

(a) Henricus Morus in Præfatione generaliſſima Operibus ejus præfixa p. IX.

*Anno MDCL. in lucem prodierunt* Obſervationes in Eugenii Philalethis Anthorpoſophiam Theomagicam & Animam Magicam abſconditam, per Alazonomaſtigem Philalethen.

*Anno MDCLI.* Eugenii Philalethis *per eundem* Alazonomaſtigem Flagellatio *altera, quæ erat ad* Eugenii *Reſponſum Replicatio. Opuſcula ſane ludicro-ſeria, & quæ nunquam ſcripſiſſem, niſi næniis nugisq; eorum temporum, Enthuſiaſticis dicam an Phantaſticis, eo provocatus. Morbus enim ille non ſolum in Theologiam tunc inceſſiverat, ſed & Philoſophiam, illam puræ defecatæque Rationis regionem, inficere cæperat a[...] contagium propagare. Ad malum igitur illud averruncandum in tumidum hunc Juvenem Theomagicum exempla edere par eſſe putavi.*

(b) Wood Antiquitat. Oxonienſ. l. II p. 320.

*Librum Sermone anglicano edidit (ſiquidem nomen fictitium eſt* Eugenius Philalethes*) cujus titulus:*

Diſſertatio de aquis orientalibus, ſive de fonte abſcondito, cujus aquæ ex igne prorumpunt, radiosque Solares & Lunares ſecum vehunt. *Lond. 1655. angl. Ejusdem materiæ ſunt libr[i] quos prælo mandare ſuſtinuit, quatuor alii; nimirum* Anthropoſophia Theomagica, Magia Adamica, Lumen de lumine & Aula lucis *(quibus nihil proc[ul] dubio obſcurius) ſed de hiſce ego parum habeo compert[um] utpote quos videre nondum contigit; primo autem con[...] miles comparituros ex ipſis Inſcriptionibus facile coll[i]gendum.*

PHILALETHEUS v. *Eleuthereus.*

(2105) PHILALETHES *Hyperboreus*: *Je[an]* COCHLEE, faux, *Henry Corneille* AGRIPPE, dou[]teux, *Jean Louys* VIVEZ, probable, ſcribit *Ba[il]let* liſte des Auteurs degviſez pag 586. Prodi[it] autem hoc nomine Luneburgi *Anti-Catoptron*, ſcri[]ptum Speculo Veritatis oppoſitum, de quo vide *les Satyres Perſonnelles* tom. II. p. 319. (a) & 321. (b)

(a) Des Satyres Perſonnelles Tom. II pag. 319.

*Le Livre, qui eſtoit attaquè & refuté par cet O[u]vrage, avoit pour titre,* Speculum veritatis, *& avo[it] eſté composè apparemment par quelque Anglois, ou p[ar] quelque Etranger eſclave de la paſſion de Henry VIII. M[ais]* Philalethes, *qui paroiſt n' avoir pas ignoré la Lang[ue] Grecque, faiſant ſcrupule d' employer le mot hybride* Anti-Speculum, *a mieux aimè tourner en cette La[n]gue le titre de ſon Adverſaire, que de rien faire d' irreg[u]li[er]*

*lier. C'eſt en conſequence du titre d'*Anti-Catoptron, *qu'il appelle ordinairement cet Adverſaire* Catoptropœe, *plûtoſt que* Speculator *ou* Speculificus, *comme il a eu ſoin d'en avertir ſon Lecteur.*

*Le deſſein de l'Ouvrage eſtoit de défendre les intereſts de* Catherine *Reine d'Angleterre, & de montrer la validité de ſon Mariage avec Henry VIII. Mais pour mieux preparer les eſprits à la perſvaſion,* Philalethes *fit devancer ſon* Anti-Catoptron *d'une eſpece de Prodrome ou d'Avant-coureur, ſous le titre de* Philalethæ Hyperborei in Anti-Catoptron ſuum, quod propediem in lucem dabit, Paraſceve; *ſive,* Adverſus improborum quorundam temeritatem Illuſtr. Angliæ Reginam ab Arthuro Walliæ Principe priore marito ſuo cognitam fuiſſe impudenter & inconſulte adſtruentium, Suſannis extemporaria. *Cette Piece fut imprimée à* Lunebourg, *ſi l'on s'en rapporte à la premiere feüille, quoy qu'on ſoit tenté de croire, que c'ait eſté à Basle. L'Imprimeur y eſt appellé* Sebaſtien Golſen, *& l'impreſſion eſt de l'an 1533. au mois de Juillet.*

(b) Des Satyres Perſonnelles Tom. II. pag. 321.

L'Auteur paroît fort affectionné à la *Maiſon d'Arragon* & à celle d'*Autriche*: & je ſuis trompé, s'il n'eſtoit pas des Sujets de *Charles Quint*. Mes premieres veuës s'eſtoient tournées d'abord ſur ce Jean *Cochlée de Nuremberg* Auteur Catholique, dont j'ay eu occaſion de vous parler dans noſtre ſecond Entretien, parce que je ſçavois d'ailleurs, qu'il avoit eu part aux conteſtations ſurvenuës dans l'Europe, au ſujet du divorce de Henry VIII., & qu'il avoit même écrit ſur ce ſujet, contre un Anglois nommé *Moriſon*. Mais j'ay crû, que c'eſtoit en vain, aprés avoir remarqué, que le ſtile de *Cochlée* dans ſes Ouvrages n'approchoit pas de la beauté de celuy de noſtre *Philalethes Hyperboréen*. Ce ſeroit une pure viſion, de prendre cet Auteur pour *Eraſme*, ou Eraſme pour luy, ſous pretexte, qu'on y trouve quelque reſſemblance de ſtile. Il eſt vray, qu'Eraſme écrivant à *Damien de Goesle* 25. le Juillet de l'an 1533, luy marque ſon attache & ſon affection pour la Reine Catherine, en ces termes: *Τὴν αὐτοῦ σύνοικον multis de cauſis diligebam ac diligo, idq; ni fallor cum omnibus bonis*, & qu'il a marqué en toutes rencontres beaucoup de zele pour les intereſts de l'Empereur, neveu de cette Princeſſe. Mais il n'a jamais voulu ſe mêler dans la conteſtation du divorce, & loin d'avoir voulu prendre la plume ſur ce ſujet, il proteſte au même endroit, que perſonne ne luy a jamais entendu dire une ſyllabe pour ou contre le divorce. Je ſerois moins éloigné de croire, que ce Philalethes pourroit eſtre *Vives* Auteur Eſpagnol, qui auroit peut-eſtre pris le ſurnom d'*Hyperboréen*, par rapport à la ſituation des Pays-bas, où il faiſoit ſon ſéjour, à l'égard de l'Eſpagne. L'honneur qu'il avoit d'eſtre zelé ſerviteur de la Princeſſe Marie ſa fille, joint à la part qu'il prit à ſa diſgrace, rend cette conjecture aſſez probable, ſur tout lors qu'on conſidere, qu'il prit la plume d'ailleurs pour la defenſe de la Reine, aprés s'eſtre vû obligé de fortir de la Cour d'Angleterre, pour s'en retourner à Bruges, où eſtoit ſa famille.

## PHILALETHES v. *Ignotus.*

(2106) PHILALETHES v. *Irenæus*, ou *Eirenæus* ſupra 1741.

(2107) PHILALETHES, *Irenæus*: alius Jean LAWSON, douteux, *François* WITHE, douteux, *Jean* PRIDEAUX, douteux, *Gilbert* IRONSIDE, douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 586.

(2108) PHILALETHES *Irenæus* iterum alius. *Jean* CROCIUS, douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſ. p. 586.

(2109) *Germani* PHILALETHI ficto nomine edidit *Jacobus* PLATELLUS Belga S. J. *Auctoritatem contra Prædeterminationem Phyſicam, pro Scientia Media, cum brevi Hiſtoria, complectente Ortum, pugnas & palmas ejusdem ſcientiæ mediæ.* Duaci typis Joannis Patte 1669. in 8. Item: (II) *Auctoritatem contra Phyſicam Prædeterminationem novis ex ipſo ſacro ordine fratrum Prædicatorum petitis ſuffragiis ſtabilitam*, n. Duaci, Typis Chriſtophori Serruvier. 1673. vide *Sotwell.* Biblioth. Script. Societ. JEſu p. 382.

## PHILALETHES v. *Candidus.*

(2110) PHILALETHIS, Civis Utopienſis nomine, editum *Dialogum*, neſcio quem, & *orationem ad Chriſtum, pro Julio II. Ligure, Pontifice Romano*, magno illi JCto, *Ulrico* HUTTENO à nonnullis tribui; *Melchior Adami Auctor* eſt, in Vitis JCtorum Germ. p. m. 26.

Dialogum illum memoratum de *Facultatibus Romanenſibus* inſcribit *Gesnerus* Biblioth. Univerſalis fol. 342. *Hutteno* eum probabiliter aſſerens. vide *Freberi* Theatrum virorum eruditione clarorum p. 807.

## PHILALETHIUS v. *Irenæus.*

nemine contradictum fuiſſe. Fatetur inde, minoris nunc Theatrum, illud autoritatis eſſe videri, poſtquam Ildefonſus id a ſe ſcriptum negaſſet. Notat tamen, Jeſuitas ipſos, in nupera Defenſione pro novis in India Chriſtianis, agnoviſſe, quod autorem habeat Dominicanum, ſed talem, qui ob malos mores Ordinem deſeruerit. Veruntamen Arnaldus Dominicanum illum nominat Johannem de Ribas, virum in ſuo Ordine æſtimatiſſimum, in quo etiam Anno 1688. deceſſerit ... ad gio publico a XVI. Presbyteris ... D. Pauli ... cum Anno 1654. Theatrum ederetur, Nº philum Raynaudum Jeſuitam, ex maledicentia non minus quam multa ſcriptione celebrem, in libello vehementiſſimo contra Ordinem Dominicanum ſcripſiſſe, autorem Theatri eſſe Goliathum ſpurium, & ſub verborum illorum contumelia Ildefonſum deſignaſſe, idque Raynaudo a Johanne Caſalio Dominicano objectum eſſe. Poſt annos quatuor Dominicanum quendam Gallum Contenſonum, virum pium & doctum, in libro de Theologia ingenii & cordis, (de l'eſprit & du cœur,) Theatrum illud Ildefonſo palam attribuiſſe, ejusdemque libri Approbatores ex eodem Ordine abunde teſtatos fuiſſe de fama, quod autor Theatri ſit Ildefonſus. Hæc omnia notiſſima, ... ait Jeſuitis, & tamen triginta annis ab edito Theatro, & ſeptendecim a publicata parte Practicæ, minime auſos fuiſſe opponere, quod nunc fecerint, & ... ſſione Epiſcopi probatum eant.

Eadem A. 1690. p. 102. Famigerati autem libri, qui dicitur Theatrum Jeſuiticum, cujus productionem a ... removet Ildefonſus, autorem eſſe ſtatuit (La Religion des Jeſuites) Johannem de Ribas, illuſtris inter Dominicanos famæ.

(d) Hiſtorie des Ouvrages des Scavans Juin 1689. p. 363.

Il inſiſte auſſi ſur la Plainte Catholique de l'Eveque de Malage, qui n'ayant appris qu'en 1686. qu'il ſoit l'auteur du Theatre Jeſuitique, en a fait un deſaveu ſolennel par cette Plainte, addreſſée au Pape Innocent XI. Les preuves, que le Theatre Jeſuitique n'eſt point de l'Eveque de Malaga, ſont convaincantes, que Mr. Arnaud en eſt demeuré d'accord par deux lettres, qu'il luy attribuë. C'eſt pour cela, que l'on fait obſerver ..., que les louanges & la haute opinion des Moraliſtes ſur l'Eveque de Malaga s'affoibliſſent furieuſement dans ſes deux lettres, quoy qu'ils l'ayent canoniſé, tant qu'ils l'ont cru auteur de cette piecé & ennemy des Jeſuites. Notre auteur tache de faire rire ſon amy ſur ce changement ſi bruſque de ſentimens, & ſur le remplacement que fait Mr. Arnaud dans ſa II. Lettre, d'un ſainthomme, pour etre l'auteur du Theatre Jeſuitique, & qu'il a choiſi entre les morts, afin de n'etre plus expoſé a l'inconvenient d'un deſaveu.

(e) Seckendorf Hiſtoriæ Lutheraniſmi Lib. III. p. 326.

Excerpſit vero autor Part. II. Pract. mor. primo ...rum, cui titulus eſt, Theatrum Jeſuiticum, quo quidem hucusque potiri non potui. Prodiiſſe dicitur lingua Hiſpanica anno 1654. Conimbricæ, inſcriptus Innocentio X. Pontifici, ut apologia eſſet monachorum in India Chriſtianiſmum prædicantium.

(f) Symbola Maſtrichtiana.

1.

Dn. Franciſcus de la Piedad eſt Ildephonſus a S. Thoma Dominicanus.

Scripſit Hiſpanicè anno 1652. librum, quem inſcripſit Theatrum Jeſuiticum, cum Eſclapes quidem edidiſſet librum ſub titulo, Publica demonſtratio facta omnibus Chriſtianis, de peſſimis regulis fundamentalibus, quæ docentur, defenduntur & ubique practicantur à Jeſuitis. Huic oppoſuit quidam ſub nomine Dn. Aquilæ ſeu Johannis del Aquila, librum, Latret Canis ſed me non mordeat: Ladreme el perro, y no me muerda, in quo probare nititur cuncta, quæ Eſclapes taxat, item demonſtrare, non Jeſuitas primos iſtarum Maximarum eſſe inventores, ſed compilaſſe ex aliorum, maximè Dominicanorum, ſcriptis. Huic ſe oppoſuit Scriptor Theatri Jeſuitici, defendens male ab Aquila habitos Scriptores. Jeſuitarum induſtria liber inter prohibitos relatus eſt per tribunal inquiſitionis, auctor tamen in locum Johannis de Paloſox nominatus eſt Epiſcopus Oſmenſis, & paulo poſt Placentinus, tandem Malacenſis. Scripſit autem Theatrum, cum eſſet Dominicanæ familiæ aſſecla. Mater fuit pediſſequa Reginæ Hiſpaniarum Iſabellæ ex Gallia, ſoror Marchionis de Mortara, præfecti ducatus Mediolanenſis. Pater fuit Rex Hiſpaniarum Philippus, qui imprægnatam dedit Marchioni de Quintana. Hunc foetum ut enervarent Jeſuitæ, in Belgio credo Hiſpanico vel foederato, ediderunt libellum ſub titulo, Querimonia Catholica, juxta exemplar excuſum Madriti anno 1686. cum ſubſcriptione, iſtud ſignatum eſſe propria manu Epiſcopi Malacenſis, Ildephonſi, in quo imputant Theatrum Jeſuiticum Petro Jurieu, qui Belgicam linguam non callet, qua editum & in quam verſum erat Theatrum Jeſuiticum, ſeu potius ejus pars poſterior hiſtorica. Auctor eſt frigidus, inſurgit contra librum: Practica moralis Jeſuitarum inſcriptum. Vide Cathol. querimoniam pag. 12.

2.

Piedad. Franciſco de Piedad.

Scripſit Hiſpanice Theatrum Jeſuitarum, duabus partibus. In prima parte dogmata quædam examinantur, in ſecunda, quæ verſa eſt Belgice & prodiit Ao. 1681. 8. Amſtelod. ut credo, recenſentur facta Ieſuitarum turpiora. Auctor hoc nomen ſibi adſcivit, alias eſt filius naturalis Philippi quarti Hiſpaniarum Regis, ex virgine, quæ fuit ſoror Vicecomitis de Mortara, Gubernatoris Mediolanenſis, quam poſtea duxit Vicecomes de Quintana. vid. præfationem Belgicæ tranſlationi præmiſſam & quæ appendici eſt præmiſſa inter p. 380 & 381.

(2157) PIGUERRE, Miles où Milon: Lancellot Voiſin de la POPELINIERE, douteux. Baillet des Auteurs deguiſez p. 587.

(2157. a.) Gvilielmi PIKE Chriſtophili Obſervationes in 2. priora capita Leviathanis Thomæ Hobbii, quæ anglice prodierunt in 8vo London. 1655. verum Auctorem habent Guilielmum LUCY, S. S. Th. doctorem & poſtea Epiſcopum Menevenſem, qui etiam edidit obſervationes, Cenſuras & Confutationes, variorum Errorum in Leviathane, anglice ſcriptas Partibus II. Lond. 1662. & 1673. in 4to. Vide Vitæ Hobbeſii Auctarium p. 99.

(2158) PILATI ACTA, quæ ſatis proſtitutæ fidei nominat Clariſſimus Deckherrus in literis ad me datis 4. Id. 8bris 1678 Bernardino OCHINO idem adſcribit. Epiſtolæ autem PILATI, a pleriſque ſuppoſititiæ hodie judicatæ, pro

genuinis agnoſcuntur a *Grynæo*, ut ex Tom. II. ejus Monumentor SS. Patrum Græc. & Latin. obſervat *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

(2159) Eraſmus PILIUS ut habeatur Perſonatus JESUITA a M. *Guery* in Apologia ſua, ſic (a) memoratur in Act. Erud. L. 1689. p. 231. de quo plura curioſorum erit hiſce ſtudiis vacantium inquirere.

(a) Acta Eruditorum Lipſienſia An. 1689. p. 231.

*Reſpondent* (*M.* Gery *en Apologie hiſtorique de deux cenſures de Louvain & de Douay*, *ſur la matiere de la Grace*) *objectioni cujusdam* Eraſmi Pilii, Jeſuitæ, *ut ait*, perſonati, *qui in Lovanienſium contumeliam contendit*, *cenſuram anno 1587. a Sorbona Pariſienſi probatam non fuiſſe.*

(2159. α) PINDARI Thebani falſo nomine à *Torino* Baſil. 1541. 8vo vulgata *epitome Iliadis* Carmine Heröico ad Joſephum DEVONIUM Exceſtrenſem referri videtur *Fabricio* Biblio. Latin p. 8. & 9.

(2160) *Cœlii* PINTI nomine edidit *Dominicus* PONTICELLUS Italicè. I. *Trattato della Peſte Parte* I. & II. apud Phœcum 1631. in 8vo vid. Leo Allat. de Apibus urbanis p. 83.

DA PIPERRO v. *Valle.*

(2161) *Franciſco* PIPINI nomine quæ extat *Verſia latina Italicæ deſcriptionis Orientis Auctore M.* Paulo Veneto, ipſe *textu Originalis* creditur eſſe PAULI *Veneti*, non Italicè ſed latine ſcribentis, ut pluribus ex *Mulleri*, qui Coloniæ hanc Orientis deſcriptionem edidit 1671. præfatione, refert *Sandius*, in notis ad *Voſſium* 178. 179.

(2162) *Johannis* PIPINI Medici *Epiſtolam ad* Antonium *Mizaldum*, *de ænigmate lapilli Indici luminoſi apud* Fortunat. Licetum, à FERNELIO Pipini nomine ſcriptam *Licetus* arbitratus eſt. *Pet. Petit* de Nat. Ignis. p. 47. Hæc *Symbola Normanniana.*

(2163) PIRRO Mozzi *Canſeſceni anagrammatico* nomine imprimi curavit *Gian-Pietro* PINELLI Epigramma in *Programma Veratri Sapricii de Sapriciis* a Luciano Borzono Liguſtico *Apelle* delineatum, quod videri poteſt in *Biblioth. Aproſiana* pag. 98. 99.

PISANUS v. *Bartholomæus.*

PISANO v. *Alcandro.*

PISSENI v. *Agrippino.*

PISIPHILUS v. *Albertus.*

(2164) PISCINA, *Diego Ramirez de la*: *Jean d'* AVALOS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 588. N. *Antonius* in Biblioth. Hiſpanica ſilet.

(2165) *Hermetis* PISTORII nomine edidit *Hermannus* BOSENDORFF (quem ROSENDORFF errore fortè Typographi, nominat Catalogus *Bailleti* des Auteurs degviſez pag. 588.) Jeſuita Germanus Monaſterienſis, docente *Sotwel* Bibliothecæ Scriptorum Societ Jeſu p. 335. & *Wittenio* Diar. Biograph. anno 1623.

(1.) Latine: I. *Stellulam Catholicæ Orthodoxæ Fidei* ad Septentrionem tenebricoſi Jacobi Reneccii Præd[illegible] Hamburgenſis oppoſitam Monaſterii Weſtph. apud [illegible]feld in 4. poſtea Germanice verſam per [illegible] Raeſ-um, ibidem, & Coloniæ 1614. Idem.

(2.) *Theſaurum ſponſarum pro Virginibus Dei devotis*: Germanice. Monaſterii Vvesſtp. apud eundem Tympium 1608, & iterum Colonia 1645. cum iconibus.

(2169) PITOCCO da *Mantoa Limerno Theophile* FOLENGI. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 588.

PIUS v. *Antoninus.*

(2167) PIUS, *Manut. Rom. Aldus*: A[illegible] DI BASSIANO. *Baillet* liſte des Auteurs degui-ſez pag. 588.

(2168) *Job.* PIUS *Carpetanus* eſt *Johannes Euſebius* NERENBERGIUS, qui illam Perſo-nam aſſumſit in opere quodam (quod non expr[imitur]... mitur quale ſit) ut ex Conſtantini Abbatis Cajeta-ni præf. tract. de Religioſa S. *Ignat.* Lojolæ pe[r] Patres Benedictinos inſtitutione pag. 3. refe[rt] *Symbola Rauſchiana.*

PIUS PAPA.

De *quatuor* epiſtolis ei affictis à peccato[re] MERCATORE, ſeu PSEUDO-ISIDORO, præ-ter alios Criticos Scriptorum Eccleſiaſt. *Bell. Baron. Cocum, Rivetum, du Pin*, *Natal. Alexand. Ger.* &c. vid. Clariſſ. *Blondellum* in Pſeudo-Iſidoro [&] Turriano Vapulante ad has & alias ſpurias Prim[o]-rum Epiſcoporum Romanorum Epiſtolas decre-tal. & Gerh. von *Maſtricht in* hiſtor. juris Eccl[e]-ſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu à pag. 232. usq[ue] ad pag. 2682. *Symbola eſt Maſtrichtiana.*

(2169) PII RELIGIOSI nomine vulgav[it] *Vitam Ritæ de Caſſia*, *Hieronymus* de GVETTIS, It[a]-lus, Romanus, Eremita S. Auguſtini ejusdemq[ue] ordinis Superior Generalis, docente *Wittenio* Dia[r.] Biograph. ao. 1635.

(2170) PIUS V. Papa cujus extant

(I.) *Extravagans* de forma creandi cen[ſus] cum commentar. Duardi Genev. 1635.

(II.) *Epiſtolarum libri V.* editi per Fran[c.] *Gobau* Ant. 1640. vero nomine gentilitio dict[us] erat Ant. GHISELERIUS, teſte *Hyde* Bibliot[h.] Bodl. poſt N. p. 62. col. a.

(2171) Thomas PIUS, cujus extant *Co[m]mentarii in primam partem Thomæ Aquinatis*, eſt *Thomas* ITUREN, Jeſuita Hiſpanus, teſte *Alegam[be]* p. 433.

Et *Sotwello* Biblioth. Scriptor. Societat[is] Jeſ[u]

Jeſu, p. 763. Nicolao *Antonio* Biblioth. Hiſpan. poſt L. p. 247. col. a. *Wittenio* Diar. Biogr. d. 19. April 1630. & in præfatione.

## PLACENTINUS v. *Clemens*.

(2172) *Thomas* PLACENTINUS, cui *pro Martino Luthero Oratione Apologetica* reſpondit *Dydimus* FAVENTINUS, *ſive* MELANCHTON, eſt *Hieronymus* EMSERUS. *Bucholcer.* Chronol. 538. Hæc *Symbola Normanniana* v. n. 822. ſupra.

## PLACIDUS v. *Lactantius*.

(2173) *Sexti* PLACITI, ſive PLATONICI, *Jatroſophiſtæ Afri* libelli duo *de Remediis Animalium & Avium*, *editi* a Franciſco *Emerico Oppuriano* & Gabriele *Hummelbergio*, deflorati ex APULEJI deperdito opere *de Animalium partibus, ſitu, cauſa & Remediis* videntur *Fabricio* Bibl. Lat. p. 141.

## PLANUDES v. *Maximus*.

(2174) PLATONIS *Dialogi Nothi* aliquot ſubjiciuntur editionibus ejusdem melioribus; ex quibus *Axiochus* qui inſcribitur, ÆSCHINIS *Socratici* eſſe, ſcribitur a *Suida* in vocibus Ἀξίοχος & Αἰσχίνης. Alios etiam Dialogos ejusdem fine controverſia adulterinos, nec amplius extantes, in vita ejusdem recenſet *Diogenes Laertius*, ex quibus unus, *Alcion* LEONTIS cujusdam eſſe, à *Phavorino* probatur, ibidem.

(I.) Axiochus Æſchini Socratico adſcribitur etiam à Diogene *Laertio* in Æſchine p. 129. & ex eo *Menagio* not ad lib. II. Segm. 61. p. 164. *Schotto* in Vita Demoſthen. Operibus ejus præfixa cap. VII. *Charpenter* in Vita Socratis, verſionis Thomaſianæ cap. XXI. p. 79. *Colomeſio* differtat. de Script. aliquot dubiis num. XXV. *Lambecio* Commentar. de Biblioth. Cæſar. lib. VII. p. 2. & apud eum *Henrico Stephano*. XENOCRATI autem adſcribit eundem dialogum (quem pro nothо habet Marſilius *Ficinus* Oper. Plat. p. 728.) Henricus Stephanus apud Lambec. loc. cit. p. 3. (2) & *Geſnerus* Bibl. Univ. fol. 629. col. b.

(II.) Alcion Leonti tribuitur autoritate *Athenæi* lib. XI. p. 249. *Hoeſchel.* Indice Bibl. Auguſtan. n. XCVI. addens extare dialogum hunc editum inter *Luciani* Opera, ad quæ quidem *Ranius* commentatur; quaſi non *Plato*, *Leon* Academicus & *Lucretius* (leg. *Lucianus*) eodem titulo diverſi & diverſa ſcribere poſſint, indicante Clariſſimo *Normanno*, ſed invito, utpote cui ſemper perſpicioſior hic Lucianeus Dialogus fuit, Luciani divinum ingenium non ſapiens. Hæc ille, LEONI quidem Academico cum *Laertio* adſignat etiam *Lambec.* Commentar. loc. cit. p. 3. 4. (a)

(III.) *Phædonem*, quem *Proclus* ut *Platonis* citat, indicante *Normanno* ex *Ravio*, à *Panætio* apud *Geſnerum* fol. 564. eidem abjudicatur. PANÆTIO autem Stoico adſcribi notat *Menagius* ad Diogen. *Laert.* l. III. Segm. 62. p. 160.

(IV.) *Alcibiades Secundus* XENOPHONTI ex Athen. lib. II. pag. 506. adſcribitur à *Lambecio* Biblioth. Cæſar lib. VII. pag. 2. item a Franc. *Patricii* Obſ. Diſcuſ. Peripat. Tom. I. lib. 3. & ex *Mureto* Orat. VI. a *Menagio* loc. cit.

(V) *Eryxias* & *Eraſiſtratus*, diverſi crediti a *Svida* dialogi, ÆSCHINI tribuuntur; unum tamen eundemque eſſe docet *Lambecius* Commentar. de Biblioth. Cæſar. lib. VII. p. 4. (b) qui & ex *Laertio* affert dialogum de Conſultando, ſive

(VI) *Siſyphum* Platoni ſuppoſitum, quem SIMONIS quidem eſſe ex *Laërtio* collegit *Patritius* loc. cit. qui &.

(VII) *Epimenidem* PHILIPPI OPUNTII Auditoris Platonici eſſe ſuſpicatur. loc. cit.

(VIII) *De Virtute, an doceri* poſſit, Dialogus à *Svida* ÆSCHINI SOCRATICO aſſertus compendium *Menonis* eſſe docetur à *Lambecio* loc. cit. p. 2. (c)

(IX) *Excerpta ex Definitionibus* Platoni in Manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ attributa, & tanquam ejus genuina defenſa à *Caſaubono*, SPEUSIPPO Platonis ex Sorore Potona Nepoli adſeruntur à *Lambecio* Biblioth. Cæſar. lib. VII. pag. 137. (d)

(X) PLATONEM *Myſticæ ſuæ Philoſophiæ partem* ex HERMETIS TRISMEGISTI libris depromſiſſe videbatur *Steucho Eugubino*, erroris propterea convicto à Bartholomæo *Anhorn ab Hartwis in Actis Eruditor. Lipſienſ.* Supplement. tom. II. Sect. VIII. p. 360. (e)

(XI) *Platonem nil ſcripſiſſe*, ſed alios ejus nomine, imò SOCRATI deberi quam plurima, vide controvertentem Leonem *Allatium* Dialogo Epiſtolis Socraticis ſuffixo pag. 92. 99. 103. Adde *Menagii* Obſervat. ad Diog. Laert. p. 185. & ſeqq. de ſuppoſititiis *Platonis* Epiſtolis.

(a) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæs. Lib. VII. p. 3.

*Vide etiam ibidem doctiſſimas* Henrici Stephani *Notas*, *in quibus de* Ariocho *ſic ſcribit: Platoni Dialogum hunc adſcribit* Stobæus, *ubicunque aliquem ejus locum citat*; (1) *Harpocration autem Æſchini Socratico*, *eique hac in re aſſentitur* (2) Diogenes Laertius, *Axiochum recenſens inter Septem Dialogos Æſchinis*, *quos eſſe dicit τὸ Σωκρατικὸν ἦθος ἀπομεμαγμένον niſi fortè aliquis alius fuit eodem nomine*, *ſed non eodem argumento*, *Dialogus.* Marſilius Ficinus *Xenocratis eſſe credidit*, *qui Platonis fuit & ipſe diſcipulus*, *atque id credendi occaſionem illi præbuit fortaſſe non aliud, quam quod apud* (3) Laertium *legitur in Vitâ Xenocratis*, *ſcriptum ab eo eſſe Dialogum de morte. Ego hoc unum affirmare auſim*, à Platone *ſcriptum non eſſe hunc Dialogum, quod ejus ſermonem a Platonico plane diverſum eſſe animadvertam, & aliud genus μεγαλοφωνίας habere, quam quod habet Platonicus; parcius etiam quam ille poeticis vocibus utitur. Hæc Henricus Stephanus.*

(b) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæs. Lib. VII. p. 4.

Locus hic *Diogenis Laertii* in omnibus ha-„ ctenus impreſſis editionibus, ne ultima qui-„ dem illa atque optimâ Menagiana excepta, val-„ dè mendoſus ac mutilus eſt, & revera ſic le-„ gendus atque ſupplendus eſt, uti hic exhibe-„ tur. Cum enim ipſe Laertius expreſſe teſtetur,„ Πλάτωνα διπλαῖς χρῆσθαι ταῖς ἐπιγραφαῖς ἑκάστου τῶν βιβλίων. Τῇ μέν, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, τῇ δὲ ἀπὸ τοῦ πράγματος, hoc eſt, Platonem duabus uti,„ inſcriptionibus

,,inſcriptionibus cujusque Dialogi, altera ,,nempe à nomine *P*erſonæ altera autem ab ,,ipſa re deſumpta, minimè dubium eſt, quin ,,etiam ſuppoſititii Platonis Dialogi ſimiliter ,,duplicem habuerint titulum, nominalem vi- ,,delicet atque realem. Ex his igitur ſuppoſiti- ,,tiis Dialogis ille, qui ſecundum Laertii recen- ,,ſionem eſt ſecundus, & a Suida ſub voce Αἰσχίνης ,,Æſchini Socratico tribuitur, ab ipſa re, quæ ,,in eo tractatur, jam olim fuit inſcriptus, & ,,etiam nunc rectè inſcribitur Περὶ πλούτου ſive ,,De divitiis: de altera autem ejusdem Dialogi ,,ſuppoſititii inſcriptione à nomine perſonæ de- ,,ſumpta, jam olim fuit & etiam nunc eſt con- ,,troverſia, quia is jam Laertii ævo promiſcuè ,,fuit appellatus, & adhuc promiſcuè appella- ,,tur Eryxias & Eraſiſtratus, nempe ab Eryxia ,,Stirienſi & Eraſiſtrato Phæacenſi, qui in uno ,,atque eodem Dialogo cum Socrate colloquen- ,,tes introducuntur. Valdè ergo errat Suidas, ,,qui ſupra citato loco ex uno atque eodem Dia- ,,logo duos facit diverſos. Si quis etiam ipſum ,,Dialogum attentè perlegerit, facilè perſpiciet, ,,eum potius Eryxiam inſcribendum eſſe, quam ,,Eraſiſtratum. (3) Similiter & apud Suidam, qui ,,hunc quoque Dialogum Æſchini Socratico tri- ,,buit, æquè obſcurè legitur οἱ καλούμενοι Ἀκέφα- ,,λοι. Sed qualiſcunque ille fuerit Dialogus, de- ,,eſt certè hic ſecundus ejus titulus. Quod enim ,,Siſyphus peculiaris ſit Dialogus, & ab Acephalis ,,planè diverſus, nulla indiget probatione, cum ,,ipſe adhuc exſtet integer. (4) Vulgo ibi perpe- ,,ram legitur plurali numero Σίσυφοι (5) Deeſt ,,hic ſecundus hujus Dialogi titulus, ab ipſa re ,,deſumptus; qui forſan fuit Περὶ ἀσωτίας, ſive, ,,De luxu. Phæaces enim, incolæ Inſulæ Phæa- ,,cis, quæ alias Corcyra dicitur, luxui adeo fue- ,,runt dediti, ut Horatius Libri primi Epiſt. 15. ad ,,Valam nomen Phæacis uſurpet pro homine be- ,,ne curato, ventrique & gulæ addicto. Ipſi ,,ejus verſus ſunt hi: Tractus uter plures lepores, ,,uter educet apros; Utra magis piſces & echinos ,,æquora celent, pinguis ut inde domum poſſim, ,,Phæaxque reverti; Scribere te nobis, tibi nos ,,accredere par eſt. Vide etiam Eraſmi Rotero- ,,dami explicationem Proverbii, Φαιακικῶς ζῆν ,,ſive Phæacum more vivere.

(c) Ibidem p. 2.

A Suida in voce Αἰσχίνης tribuitur hic Dia- ,,logus Æſchini Socratico. Revera autem is nihil ,,aliud eſt, quam Menonis compendium, poſita ,,videlicet nuda illius argumenti tractatione, abſ- ,,que ullis digreſſionibus.

(d) Ibidem p. 137.

Anonymi cujusdam Excerpta ex Defini- ,,tionibus, quæ vulgo quidem attribuuntur Pla- ,,toni, revera autem ſunt Speuſippi, qui fuit ,,Potonæ ſororis Platonis filius ejusque diſcipu- ,,lus & in Schola ſucceſſor. Inſcribuntur ea Ex- ,cerpta, atque incipiunt hoc modo: Ἐκ τῶν ὅρων Πλά- ,,τωνος. Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὄν, ,,καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς ζῶον ἀθάνατον, &c. ,,Plura de his Speuſippi Definitionibus Platonicis ,,uide ſuprà pag. II. in recenſione Codicis quinti, ,,num. 6. ubi quidem & in ipſo illo Codice ma- nuſcripto expreſſe Platoni attribuuntur, ſimu etiam obiter a me indicatur, quamvis harum Definitionum nulla a Laertio in Vita Platoni fiat mentio, eas tamen ut genuinas defend ab Iſaaco Caſaubono in Annotationibus ad The- ophraſti Ereſii Characteres Ethicos; ſed nunc ingenuè fateor, me Iſaaco Caſaubono, Vir alioqui doctiſſimo, ea in re non poſſe aſſentiri tum quoniam à Diogene Laertio in recenſione Librorum Speuſippi expreſſè memorantur ὅροι ſive Definitiones, tum quia ſupra memo ratæ Definitiones ſub vero Speuſippi nomine in antiquis Codicibus manuſcriptis à Marſilio Fici no repertæ, ab eodem in latinum ſermonem translatæ cum Præfatione ad Joannem Caval cantem Florentinum, in qua Speuſippum ve rum earum autorem eſſe affirmat, publicat ſunt, quemadmodum poſtea etiam factum eſ à Franciſco Tægio & Aldo Manutio, quorum primus ſub Speuſippi nomine ea latinè edidi Ticini ſive Papiæ Anno 1516. menſe Martio i folio; alter autem Venetiis eodem anno 1516 menſe Novembri itidem Latinè tantum in fo lio. Utriusque editionis principium eſt tale Sempiternum eſt, quod per omne tempus, & prius exſtitit, & nunc eſt, nulli corruptior obnoxium. Deus eſt, vivens immortale, pe ſeipſum ad beatitudinem ſufficiens, eſſenti ſempiterna, ipſius boni cauſa. Generatio, &

(e) Actor. Eruditorum Supplemen 1696. Tom. II. Sect VIII. p. 360.

*Non minus errare ſcribit* Steuchum Eugu num, *qui* Platonem *myſticam ſuæ Philoſophiæ parte præſertim qua de bonitate Dei ſcribit, e* Trismeg *libris hauſiſſe exiſtimet, cum a* Caſaubono *aliisqu ſatis monſtratum ſit, ab impoſtore profectos eſſe, q hodie ſub nomine* Trismegiſti *libros habemus, e ſa nimirum Codice ſcriptisq;* Platonicis *compilatos.*

(2175) PLAUTO *Sarſinati* ſuppoſitas à q buſdam *Marci* ACUTICI, Veteris Comici, *Con dias* Ἀγροικον, anum bis compreſſam, Boeotian Commorientes, Condalium, Geminos, & L ones. vide apud Konig. Bibliot. Vet. & Nov. 8. col. a Alii PLAUTII multas arbitrantur. v. J gemens des Auteurs de Baillet. Tom. IV. 2. nu 1134. p. 23. 24.

(2176) Franciſci PLAZZONI Patavi Phil. & Med. D. *De Vulneribus ſclopetorum* libe Venet. 1619. in 4. Ejus auctor verus perhibet *Hieronymus* FABRICIUS AB AQUAPENDE TE, famoſiſſimus alioqui Medicus, & cujus al ſcripta, vero nomine præfixo, publicè extan recenſent *Schockius* Bibl. Jatr. pag. 232. *Lindan* de Script. Med. pag. 253. & ſeq. *Scaven* n. 82.

(2177) PLINIO qui tribuitur liber de *V ris illuſtribus, Cornelii* NEPOTIS eſſe, quomo cenſeatur *Hermolao Barbaro, Parrhaſio,* & alii quamvis aliqui SVETONIO, aliqui TACIT eum tribuant, vide apud *Voſſ.* de Hiſtor. Lat. 1. c. 14. p. 72.

Nos autem AURELIO VICTORI ſup aſſeruimus.

II. *Altercatio cum Hadriano* Imperatore, ſive *reſponſa ad Interrogata Adriani* PLINII *Secundi* nomine Monaſter. 1597. editi non ſunt Ejus, ſed potius SECUNDI EPITHYRI, ſive EPIURI, Sophiſtæ Athenienſis, *Fabricio* Bibliothec. Latin. p. 124. (a) & in Appendice p. 74.

(a) Fabricius Bibliothec. Latin. pag. 124.

*Altercatio cum Hadriano Imp. ſive reſponſa ad Interrogata* Adriani *non ſunt* Plinii ſecundi, *uti in edit. Monaſterienſi* Ao. 1597. *inſcribuntur, ſed* Secundi *Sophiſtæ Athenienſis quem* Epithyrum *vocatum eſſe legitur ap. Philoſtratum lib I. de Vitis Sophiſtarum pag. 543. ubi* ἐπίϑρον *h. e.* Subſcudem *ſive* clavum ligneum *ſcribendum recte ex Suida monuit* Holſtenius *&* Bocharſus. *Apud eundem Suidam perperam legas hunc ipſum Secundum Sophiſtam Plinium cognominatum eſſe. Sed utique ſcripſerat Suidas :* ὃς ἐχρημάτιϛε Πλίνι☉. *De hoc ſecundo plura olim, Deo volente, in Bibl. Græca.*

PLINIO v. *Figna.*

(2178) PLINII VALERIANI, Medici Empirici *de re Medica libri V.* ſive εὐποριςῶν, uti quidam inſcribunt, h. e. *facile parabilium Medicamentorum Opus* ex PLINII SECUNDI Hiſtoria Naturali conflatum videtur *Fabricio* Biblioth. Latin. p. 92. & 93. qui Epiſtolam quæ Plinii nomine his libris præfixa eſt, etiam inveniri in MARCELLI EMPIRICI libro de Medicamentis, obſervat. Et hunc *Marcellum* ex *Plinio* multa deſumſiſſe ex præfatione ejusdem in librum ſuum obſervat *Geſnerus* in voce Marcelli.

(2179.) PLUTARCHI nomine quæ circumferuntur *Apophtegmata* an ſint Plutarchi Chæronenſis opus, an ab alio & fortaſſe FILIO ejus ſcriptis conſarcinatum quæri non abs re poteſt: cenſente *Xylandro* præfat. in Opera Plutarchi.

II. Plutarcho ſuppoſitas *Hannibalis & Scipionis Vitas* a DONATO ACCIAJOLO monet *Symbola Schraderiana*, & de *Scipionis Vita* an Plutarchum Auctorem habeat, dubitat *Freinshemius* not. ad Florum, 2, 6, 39. indicante *Symbola Rauſchiana.* Quæ etiam ex Chriſtoph. Rufi Tom. Theſaur. Critici *Gruteri* p. 599. monet

III. *Vitam* Iſocratis tanquam à *Plutarcho* conſcriptam, & à ſe latine verſam editam *ab Hieronymo* WOLFFIO Oetingenſi, quæ & addit:

IV. *Epiſtola* Plutarchi ad *Trajanum* Politicis ejus præmiſſa, quia in Græco non habetur, ſuſpecta mihi eſt, inquit *Xylander* in præf. in Opera Plutarchi: cui adſtipulatur *Jacobus de la Baune* not. ad Panægyr. Vet. & oſtendit Plutarchum vix quinquennio Majorem fuiſſe Trajano.

V. *Hiſtoria decem Græciæ Rhetorum*, quæ in Opuſculis *Plutarchi* extat eſt PHOTII, docente *Colomeſio* in Paralipom. ad Cavei Chartophylac. Eccleſ. p. 38. (a)

VI. *Parallela minora*, & Scriptum *de Fluminibus* PLUTARCHI JUNIORIS eſſe aſſerit *Colomeſius* Diſſert. de Scriptoribus aliquot dubiis num. XVI.

VII. *Plutarchus*, Auctor creditur libelli *de Vita Homeri* cujus tamen poſteriora poſt octavum capita DIONYSIO HALICARNASSEO fidenter adſcribit Thomas *Gale* in Notis ad Tiberii Rhetoris de Schematibus apud Demoſthenem librum p. 249. & cum eo Caſpar. *Corberus* Diſput. de dictione figurata cap. 1. §. 4. (b)

v. notata *Baylio* dictionaire Tom. I. p. 235. de verſione Gallica Plutarchi.

(a) Colomeſii Paralip. ad Chartophyl. pag. 38.

Photio *adſcribit* Robertus Conſtantinus *in Nomenclatore, Hiſtoriam de Rhetoribus decem*, quæ *inquit*, in Bibliotheca Regia extat. *Verum hoc haud dubie intelligendum de decem Græciæ Oratorum Elogiis, quæ apud Photium occurrunt, quæq;* Plutarchi *nomine in Opuſculis, ut vocant, Moralibus circumferuntur. Quod ut alia multa, minus animadverſum eximiæ eruditionis viro Gerardo Johanni* Voſſio, *in Opere de Hiſtoricis Græcis.*

(b) Caſp. Corberus Diſp. de Dictione figurata, Helmſt. 1594.

Cap. 1. §. 4: *Definit quoq; Schema Auctor libelli* de Vita Homeri, *qui extat in plerisq; editionibus operum Plutarchi, omiſſus vero eſt in Græco-latina Cruſerii & Xylandri, quem quantum ad priora octo capita* Plutarcho; *reliqua vero* Dionyſio Halicarnaſſeo *fidenter attribuit Thom.* Gale *in notis ad Rhet. ſelectos.*

(2180.) *Andrea* POCILI, eſt *Placido* REINA, de quo *la Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXXXVIII. p. 84. adducta jam olim ſupra num. 1417. ſub *Idioplare* Copa.

(2181.) POGGIUS *Florentinus.* Ejus *Verſio Latina Diodori Siculi* librorum Sex Priorum edita eſt Pariſ. An. 1531. 8vo. In meo libro manu veteri annotatum eſt: quamvis ſint, qui & merito dubitant de Interprete horum librorum. Hæc Symbola Rauſchiana.

(2182.) POGOMMEGA, *Robuſto: André* BARBAZZI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 588. ſine dubio ex Villani Viſiera alzata quæ n. XC. p. 85. ſic habet.

XC. ROBUSTO POGOMMEGA. Sotto queſta Maſchera ſi naſcondeua un Soggetto baſtante ad illuſtrare un Mondo intero, non che le Accademie degli *Humoriſti*, de *Fantaſtici*, di *Sauoia*, e di Roma, de *Gelati*, della *Notte*, degl' *Indomiti* in Bologna, degl' *Incogniti* in Venetia ed' altre molte in Italia. Queſti e il Conte Andrea Barbazzi Caualiere di S. Michele, e Senatore di Bologna, che per eſſer ſtato amiciſſimo del Cau. *Marino* per vendicarlo dalle ſciapite oppoſitioni del Cau. Stigliani compoſe ſcherzando

Le *Strigliate* à *Tomaſo Stigliani del Sig. Robuſto Pogommega* Dedicate all' Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Sig. Card. *Pier Maria Borgheſe*. In Spira appreſſo Henrico Staroko M. IↃC. XXIX. 12.

Nome, & Cognome alludenti alli proprii. Sono numero quatro, edi Sonetti dell' ultima ſon dedicati a vari Amici.

( 2183.) *Irenæus* POIMANDER ficto aut mutato nomine (nam *Godofredum* UDEMANNUM vocatum, eundemque Eccleſiæ Zirizianæ Miniſtrum dicit *Voët.* Part. IV. Diſput. 4.) librum anno 1642. Belgico idiomate conſcriptum in lucem emiſit, cui titulus: Abſalon. i.e. de Coma. D. Schelvvig. Diſputat. de Capillamentis pag. 54. hab. Gedani an. 1683. Hæc *Symbola Thurmanniana.*

(2184.) *P*ietro Soave POLANO, cujus extat *Hiſtoria del Concilio Tridentino*, Genevæ & alibi Italicè edita, ac poſtmodum Latinitate donata, eſt *Paulus* SARPIUS; quemadmodum ex vita ipſius conſtat, deſcripta â *Fulgentio*, Monacho. Idem liquet per Metatheſin literarum, unde *P*aolo Sarpio, Veneto. adde Joh. *Hoornbeck.* lib. 4. ſummæ Controverſ. pag. 209. cujus hæc ſunt verba Interpretem etiam Hiſtoriæ illius detegentia. *Hiſtoriæ Concilii Tridentini*, *auctor eſt* Paulus Sarpius Servita, *Venetus, qui eam Italicè ſcripſit, & in Gallicum ſermonem convertit* Joh. Deodatus, *in Latinum* Adamus Neutonus *Scotus.* Extat etiam Germanicè 1621. Francof. in 4.

De latina *Neutonii* verſione vide judicium Archiepiſcopi Spalatenſis in *Acta Eruditorum Lipſ.* 1686. (a) Gallice autem verſa 1683. a Domino *de la Mothe Joſſeval*, qui eſt Mons. *Amelot* ut ſupra innuimus ex *Act. Erudit. Lipſienſ.* 1684. pag. 60. Editio Genevenſis Secunda *Italica* facta 1629. in 4to Hiſtoriam hanc exhibet libris ſeptem diſtinctam paginis omnino 842. non computata Tabula operi præmiſſa ſex foliorum. Singulis libris præmiſſa ſunt Summaria. Elogium ſcripti hujus faciunt ſimul verum ejus Auctorem Fr. *Paulum Sarpium* detegentes præter *Hoornbeck Bartholinus* de legendis libris diſſ. II. pag. 38. Guy *Patin* lettre CLXX. pag. 439. (aa) *Morhof.* Polyhiſt. literar. lib. I. cap. XIX. pag. 222 223. (b) *Boſius* de Comparanda Prudentia Civili §. 67. p. 26. 27. (c) *Rigaltius* in Vita Puteani in Bateſianis p. 663 adde *Witten.* in Appendice ad Diar. Biograph. ad an. 1623. *Hyde* Catalogum Bibliothec. Bodlej. poſt N. p. 41. col. a. Oppoſuit ſe huic Polano *Pallavicinus.* Adde ſcripta alia Hiſtoria Concilii Tridentini, quarum comparatio inſtituitur in Actis Eruditor. Lipſ. 1683 p. 397. (d) & au *Journal des ſavans* de l'année 1665. pag. 153. 154. Interpolatam autem Polani Hiſtoriam a Marco Antonio *de Dominis* creditam vide *Nouvelles des lettres*, fevrier 1687. p. 127. (e) *notam Diecmannianam* (f) ſubjectam.

(a) Acta Eruditorum Menſis Maij A. 1686. pag. 243.

*Non tacendum præterea eſt*, Pauli Sarpii (*vulgo* Petri Suavis *dicti*) *Hiſtoriæ Concilii Tridentini libros duos poſteriores*, *una cum hiſtoria Interdicti & inquiſitionis*, *a* Bedello *in Latinum verſos eſſe; nec approbatione doctorum caruiſſe*, *tametſi de prioribus duobus ab* Adamo Nevvton *translatis judicaſſet Archiepiſcopus Spalatenſis*, *Senſum autoris per inſcitiam Interpretis adeo diſtortum eſſe*, *ut alienum plane opus appareret. Nec mirum ſi in transferendo incomparabili iſto ſcripto Noſter ſingularem adhibuit accurationem*, *cum hoc fere debuiſſe dicendus ſit* Sarpii *honori*, *utpote cujus*, *cum Venetiis ageret*, *intimam nactus fuerat familiaritatem. Certe Sarpius*, *cui una cum aliis Septem Theologis cura rerum ſacrarum in Republ. Veneta tempore Interdicti incumbebat*, *cum noſtro tum conſilia nunquam non communicavit: maluiſſet etiam*, *uti perhibetur*, *poſtquam Papæ Reſpublica reconciliata fuiſſet cum illo in Angliam tranſire*, *dummodo ab hac veniam diſcedendi potuiſſet nanciſci. Narratur inſuper*, *Sarpium*, *cum hac ratione per abitum ejusmodi non licuiſſet conſcientiam errores Papiſmi abhorrentem penitus ſedare*, *tentaſſe ſaltim eam quadantenus demulcere*, *abſtinendo ſemet ab iis*, *qua minime omnium probaret: ſic v.g. dicitur in recitanda Miſſa poſtea duriora canonis miſſatici verba tranſiliiſſe invocationem etiam Sanctorum penitus abdicaſſe: cumque rogaretur*, *cur non in retegendis Romanæ Sedis abominationibus*, *prout cæpiſſet*, *pergeret*, *reſpondiſſe*, *Deum ſibi quidem non dediſſe Spiritum Lutheri. Inter alia Sarpium concernentia id quoque de eo traditur in Epiſtola Henr. Wottoni Legati*, *quæ in hoc libro itidem exſtat*, *quod cum ſolitarius ſtudiis incumberet*, *ſemper ſueverit chartaceo velut caſtello caput ac ſellam circummunire*, *ad arcendum nempe aerem externum*, *utpote quem*, *ex Verulamii doctrina*, *ſemper quidem prædatorium*, *tum tamen quam maxime nocivum reputaret cum Spiritus vitales in opere quodam impenſius eſſent occupati.*

(aa) Lettres de Guy Patin CLXX pag. 439.

*Vive* Tite-Live *&* Corneille Tacite *avec* Suétone, *& pour les modernes l' illuſtre Mr.* de Thou Guichardin & Buchanan. *Faiſons y le ſeptenaire entier & y ajoutons l'* Hiſtoire du Concile de Trent de Fra Paolo, *je ſuis à ſon egard de l' avis des Venitiens*, *quoi qu' en diſſent les Jeſuites & le Cardin* Pallavicin.

(b) Morhof Polyhiſt. Liter. Lib. I. ca XIX. p. 222.

*Quantus Vir P*aulus Sarpius *fuerit*, *non ignotu eſſe poteſt illis*, *qui interiorem rei literariæ notitiam h bent. Fuit ille Sacri ordinis homo*, *monachus*, *Min rita ſed ſummi ingenii. Ejus extat Hiſtoria Concilii Tr dentini*, *magna prudentia & ingenuitate ſcripta*, *ſi nomine Suavis Polani quam inter abſolutiſſima hiſtor ſpecimina numerat* Guido *P*atinus *Epiſt* 170.

(c) Boſius de comparanda *P*rudent Civili §. 67. p. 26 27.

*Denique* Petri Suavis Polani (*id eſt* Paulli Sa pii Veneti) *numquam ſatis laudata hiſtoria Conci Tridentini huc pertinet: in qua velut in ſpecimine art Curiæ Romanæ*, *& conſilia variis in locis Europæ agita ſolita*, *intueri licet. Ejus fidem olim Tarquinius Gall tius Jeſuita*, *poſtea Scipio Henrici*, *Theologus Meſſ nenſis; nuper admodum viginti annorum labore Ron edito Jeſuita Pallavicinus incuſare auſi ſunt; ſed nu effectu apud prudentes & candidos Lectores. De eju*

ſi

ſide & accuratione videndus. Interpres Latinus in præfatione ad Lectorem. Edita eſt primum Italice opera Marci Antonii de Dominis in Anglia, & Geneuæ, poſtea Latinè, Argentinæ & Francofurti & nuperrime Dordraci una cum Vita Auctoris.

(d) Acta Eruditorum Lipſ. 1683. p. 397.

HiſtoriaConciliiTridentini ſub *Petri Suavis* „*Polani* nomine dudum edita, ab omnibus fere „attribuitur Paulo illi Sarpio, quem vulgo Fra „Paulo vocabant,Sereniſſimæ Reipubl. Venetæ „quondam Theologo, & Canoniſtæ, ſcriptis „pro illa adverſusPontificem claro. Non audet „tamen autorem Hiſtoriæ iſtius Paulum profiteri „Fulgentius, ejusdem cum Paulo ordinis, ſervorum B. virginis, monachus, qui vitam ejus „deſcripſit. At Sfortia Pallavicinus e Soc. Jeſ. „novam ſuam, quam veram vocat, Concilii „Tridentini hiſtoriam manifeſte Paulo oppoſuit, „magno molimine id agens, ut illum hæreſis, „atheiſmi, & plurimarum falſitatum reum ſiſtat. „Romæ quidem præmium ſcriptionis ampliſſimum conſecutus eſt Pallavicinus, Purpuram „nempe Cardinalitiam, ſed nec Paulo eruditionis, ſapientiæ & pietatis fama, quæ virum proſequebatur, mortuo plane intercidiſſe videtur, ſed reliqua eſſe, non tantum apud illos, „qui Pontifici obſequium denegarunt, ſed & apud „aliquos Romano-Catholicos. Egregius ſane „Diarii Eruditorum Gallici autor, in actis menſis Mart. 1665. non veretur ſcribere, metuendum eſſe ne legentibus Pallavicini opus, quod Pauli librum ſimul comprehendit, veriſimilius „ſcripſiſſe Paulus videatur, licet verius ſcribere „potuerit Pallavicinus. Debetur igitur refutatori, quod Liber Pauli, qui oblivione fere ſepultus erat, denuo quaſi reſuſcitatus, in multorum manus pervenit. Sed Juriæus præterea, „citatis plurimis Pallavicini locis, oſtendere nititur, ſummo cum detrimento famæ & exiſtimationis Pontificiæ detectas eſſe ab ipſo Pallavicino, dum excuſat, artes vaferrimas, quibus „in Concilii convocatione, directione, & exitu „Pontifices uſi ſunt. Defendit deinde Paulum, „breviter licet, adverſus Pallavicinum, & ſcriptorem alium Gallum, autorem tractatus de „arte Hiſtorica, qui Paulo ſcurrilitatem, nullo, „ut putat, fundamento objecit nec morari ſe „multum dicit &c.

(e) Nouvelles de la Republique des Lettres. Fevrier. 1687. p. 127.

*Comme on accuſe* Antoine de Dominis *d'avoir alterè en quelques endroits l' Hiſtoire du Concile de Trente, que le P. Paul lui avoit donnée manuſcrite afin qu' elle fut imprimée en Angleterre.*

(f) Nota Diecmanniana.

Memoria lapſus *eſt Alexander* Morus, *cum Exerc. Genev. de Script. S. p.156.a. poſtquam Hiſt. Conc. Tr. à Paulo* Sarpio, *Veneto ſcriptam rectè dixeat,* παρενθετικῶς *addit: Nam verum hoc Autori nomen fuit, cum quod vulgo præfert, Pauli Servitæ Polani anagramma fuerit. Hæc* Morus. *Neque enim vel liber, vel Autor unquam conjunctim* Pauli Sarpii Veneti *nomen geſſit, neq; etiam hinc per anagramma verum* Pauli Sarpii Veneti *nomen reſultat. Hallucinatus quoq; eſt Mich.* Havemannus, *qui Helices Hierotact. p. 72. Petrum Soavem ipſum* Marcum Ant. de Dominis *eſſe putat, quem hoc opus ex Italia ſecum in Angliam quidem intuliſſe manuſcriptum, ejusque editionem procuraſſe, non autem illud ſcripſiſſe conſtat. Sed nec ſtudio* Marci Antonii de Dominis *hæc hiſtoria ex Italico in Latinum idioma verſa eſt, ut ſcribit* Höpfnerus *de Juſtific. pag. 422. Planè alium enim, qui hanc ſibi vertendi provinciam impoſuerit,* Adamus *in præf. verſionis ſuæ ſignificat.*

---

(2185) POLIANDINI geſtürtzter Ehren-Preiß des Hochlöbl. Frauenzimmers/ oppoſ. Wilh. Ignatii Schützen / Ehren-Preiß des Hochlöbl. Frauenzimmers. 1666. Auctorem habet *Johannem* GORGIAM Tranſylvanum ex Patria ob Impudicitiam profugum, ut prolixe ediſſerit, cordate de his ſcriptis judicans Clariſſimus *Jacobus Thomaſius* præfat. 71ma indicante *Symb. Flensburgo-Molleriana* quæ ſimul miratur virum hunc doctiſſimum de ſcurrilibus his & laſcivis (*Poliandini & Veriphantoris*, nam & hæc hujus larva eſt, ut *infra* patebit) libellis prolixe adeo agere voluerit, qui vix ullam mereantur, ſuo quidem judicio, mentionem.

---

(2186) Angeli Baſſi, POLITIANI a patria cognominati nomine, quæ habetur *Herodiani verſio*, quomodo *Gregorio* TYPHERNATI ſubtracta morienti ſit, v. apud *Paulum Jovium* in elogiis utriusque. Adde *Thomaſium* de plagio §. 526. Quandoquidem tales plagiarii ſe Pſeudonymos etiam cum furto faciunt improbo.

Angeli *Politiani* nomine edita eſſe ſcripta quædam Theologica a Johanne INGOLSTETTERO, Germano, Norimbergenſi Medico memorant *Witten.* Diar. Biograph. an. 1619. ad d. 15. Februar. & *König*, Biblioth. Vet. & Nov. p. 428. col. a.

Joh. Franciſcus POLELLI. v. *ſupra IRRESOLUTUS Academicus.*

---

(2187) POLEMARCHUS: AMATUS où PERAMATUS. *Eſpagn. Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 588. Nihil tamen de hoc Nicolai *Antonii* Bibliotheca Hiſpanica.

---

(2188) POLEMARQUE: *Jean Pierre* CAMUS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 588.

POLITO v. *Ermanu.*

(2189) POLIPHILUS, eſt *Fr.* COLONNA v. *Rhod.* n. 14.

XIV. Scaven. 52.

POLIPHILI Auctor Frater Franciſcus COLONNA. Poliphili Hypneromachiam Venetiis ab Aldo editam memorat Gesnerus & *Voſſius* de Hiſtor. Latin. l. 3. c. 9. p. 803. in eaque humana omnia non niſi ſomnium oſtendi, atque obitèr plurima ſcitu digna commemorari auctor eſt: verum iſte liber cum figuris editus in fol. impreſ-

ſionis locum præfert Tarviſium, annum vero 1467. Scavenius librum *de Amore* neſcio quem hic intelligi notat. Fuſior hac in parte *Henr. Ernſtius* l.c. Poliphili *autor, ait, inveſtigandus eſt è litteris inſcriptionis libelli. Tum reperies Fratrem* Franciſcum Colonnam *peramaſſe Poliam Virginem nobilis familiæ Polæ Tarviſii. Hæc & multa alia retulit amico meo Laurentius Pignorius.* Eum librum Chimices artis arcana continere ſibi perſuaſiſſe non nullos, ex *Borelli* Bibliotheca Chimica videre eſt, ad nomen Colonna & Poliphili: nec non ex *Sorelli* Bibliotheca Gallica Gallice ſcripta pag. m. 173. ubi Franciſcum Beroaldum illius interpretem imitatione minus felici ſimile quid tentaſſe memorat. *Polyphilum* ſcribit *Beughem.* Incunab. Typograph. p. 49. Auctoremque Franciſcum *Columnam*, cujus *Hypnerotomachiam*, ſeu nihil eſſe niſi ſomnium, addit impreſſam Tarviſ. 1467. ſeu ut alii 1469. Venet. 1499. in fol. *Bailleto* in indiculo des Auteurs deguiſez p. 589. magis placet ſcribere *Poliphilus* & *Colonna*.*

(2190) *Johannes* POLO, nobilis Græcus, ſibi adſcripſit *verſionem Dialogi Gennadii de fidei capitibus*, quæ eſt GREGORII HERMONYMI Spartiani. *Daumius* præfat. *Hieron. Græci* p. 4. qui nullam interpretis in fronte libri aut Auctoris facit mentionem: contentus monuiſſe in præfatione loc. cit. Interpretationem hanc primum in lucem protractam 1556. ab Heroldo.

(2191) POLONUS, *Eques. Jean Lans* REB. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 588.

(2192) *Reſponſio fratrum qui* in POLONIA, & *Lithuania de uno Deo patre unoque Dei filio Conſentiunt* (quos *Volanus* Samoſatenianos vel Ebionitas appellat) *agit de J. Chriſti natura peccatorumq; per ipſum Expiatione* Anno 1588. Fauſti SOCINI eſſe ex Appar. Socin. Hoornbek. 57. me docuit *Normannus. Lipenius* in ſua Biblioth. hujus ſcripti nullam mentionem facit: pariter etiam *Hyde* in Catal. Bibl. Bodlej. ſub nomine *Socinus.*

POLONICAR. ECCLESIAR. FRATERNA ADMONITIO v. *Anonym. n. 738.*

POLONUS v. *Brutus.*

(2194) *Johannes* POLYANDER cujus nomine extant: *Miſcellaneæ tractationes Theologicæ.* Lugdun. Batavor. 1629. in 8vo.

(II) *Syntagma Exercitationum Theologicarum* Lugd. Bat. 1621. 8vo.

(III) Polyandri, Riveti, Walæi & Thyſii *Cenſura in Confeſſionem Remonſtrantium Belgicorum* Lud. Bat. 1626.

(VI) Eorundem *Diſputationum 52. Theologicarum Synopſis* Lugd. Batav. 1625. in 8vo. eſt Johannes KERCKHOVE, docente Thoma *Hyde* Biblioth. Bodlej. poſt N. p. 68. col. a.

(2194. *a.*) *Polyandre* Charles SOREL. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 588. v. ſupra in anonymis cap. XIV. Sect. num. 2594. *a*, Unde conſtat iterum Anonymum pro Pſeudonymo nobis hic dari.

POLYCARPUS v. *Athanaſius* num. XIIX.

POLYPHEMUS v. *Boruſſus.*

(2195) Juliano POMERIO ſuppoſitum eſt opus *contra Judæos*, quod eſſe à JULIANO TOLETANO conſcriptum, conſtat ex eo, quod Autor in fine notat, ſe ſcribere annis â Chriſto ſexcentis octoginta ſex; quam ætatem Julianus Pomerius annis circiter ducentis anteceſſit. Videſis *Baronium* in notis ad 8. Martii in Rom. Martyr: verba ſunt *Theoph. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 146.

II. Circa *Prognoſticon*, quale uterque ſcripſerit, etiam male confundi Julianum Pomerium cum Toletano notat Deckher de ſcriptis Adeſpotis p. 353. 354.

III. *Chronicon* etiam Juliano *Pomerio* tributum a *Voſſio* lib. II. de Hiſtoricis Cap. XXVI. pag. 268. Archiepiſcopi Toletani eſſe afferunt *Routart* Ocul. Hiſt. c. 14. (b) *Sandius* ad Voſſium pag. 33. *Omnia* denique ſcripta quæ Juliani *Pomerii* nomine extant, *ad Toletanum* referre videtur Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. poſt N. pag. adde p. 369.

POMPEJUS v. *Lampugnani.*

POMPEUS v. *Mutus.*

(2196) POMPONIUS DOLABELLA, *Iulius: Iean* SIRMOMD. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 589.

POMPONIUS v. *Emigliani.*

POMPONIUS v. *Lætus.*

*Sextus* POMPONIUS v. *Feſtus.*

(2197) POMPONII *Sabini Commentario in Virgilium Petro* CALABRO, quem & Pomponi Læti nomen aſſumſiſſe ſupra in *Læto* notavimus, dubitanter tamen adſcribit *Voſſius* indic. Dn. *Schradero*, Inſtitution Orator. IV. 12. 2. (a) Filium hunc Naturalem Principis Salernitani facit *Varillas*, vide les *Nouvelles des lettres* 1685. May. p. 76. (b)

(a) Symbola Schraderiana.

*Pomponius Lætus.* Hunc non invenio in „pſeudonymis tuis. De eo ita *Voſſ.* inſtit. Orat „IV. 12. 2. Bernardinus ſive Petrus ille Calaber „qui non tam ut natalium probrum tegeret (nam „e nobili quidem familia Sanſeverinate, ſed hauc „legitimè natus fuit) quam, ut ajunt quod pa„lato ejus nihil præter antiquitatem Romanam „ſaperet, ac Chriſtiani nominis & eccleſiaſtica „antiquitatis contemptor, Junius Pomponiu „Lætus, & fortaſſe, (ſi ejus ſunt illi in Maronem commen

„comentarii) *Pomponius Sabinus* nominari maluit.

(b) Nouvelles de la Republique des Lettres. Maii 1685. p. 476.

*Ce qu' il dit de* Pomponius Letus *batard du Prince de Salerna, qu' il faloit aller dés minuit a ſes lecons, ſi l'on vouloit trouver place dans ſon Auditoire, paroit un peu fabuleux.*

(2197. α.) PONTIANO, Papæ affictæ Epiſt. à PSEUD-ISIDORO, authoritate Gerh. *von Maſtricht* in hiſtor. juris Eccleſiaſtici à n. 220. ad 233. ſeu à p. 232. usque ad p. 268.

(2198) PONTIFICIBUS ROMANIS ſuppoſitas ab ISIDORO Epiſtolas notat *Strauchius*, Amœnitat. Juris Canon. Eclog. I. cap. V. p. 9. vide ſupra quæ in *Iſidoris* diximus, inprimis *Iſidoro Mercatore*.

(2199) PONTIS, le Sieur de: *Pierre Thomas* du FOSSé. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 589.

(2200) PONTIUS VITRUVIUS hat 6. Bücher von Engeland geſchrieben / und dieſelben von Wort zu Wort aus dem GAUFRIDO MONUMETENSI genommen / v. Zieglers Schau-Platz / p. 1066. in f. Columna 1. *Symbola* eſt *Schröteriniana*.

(2200. α) PONZANO *Stopinus* de: *Cæſar* ORSINI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez, p. 589.

(2200. β) POPPIUS EURIPYLUS quem tegat docet *Symbola Maſtrichtiana* hiſce verbis: CLOPPENBURG.

Scripſit contra Poppum ſub titulis POPPIUS EURIPYLUS, & Schriftuerlyck fondament. Laudat cum ſcriptis *Triglandii* contra eundem Poppum *Oomius* in diſſert. de praxi Theol. pag. 12. *Kloppenburgs* Boeker, *ſunt verba Oomii*, moeten geſocht vvorden onder de Titulen van POPPIUS EURYPYLUS, en van SCHRIFTUERLYCK FONDAMENT VAN D'ENGE POORTE, in vvelke die geleerde Mann getoont heeft dat een ruyme poorte d'enge poorte Poppii is. *Symbola Maſtrichtiana*.

(2201) *Leonardus* PORTIUS Vicentinus, cujus nomine primum prodierunt incerto loco anno *de Seſtertio* libri duo poſt Colon. 1551. 8. Aufi transtuliſſe eos incuſatur a *Guilielmo* BUDÆO ex libris ſuis quinque *de Aſſe*: Portio contra 1535. de Aſſe libros ſibi vendicante; de quo litio prolixe vide differentem *Leickerum* in Vita Budæi, quæ eſt inter reliquas JCtorum p. 60. ſeqq. ex quibus pauca ſub lit. (a) excerpſimus.

(a) Leickherus in Vita Budæi p. 60. ſeqq.

*Sed ſi quid malevolentiſſimis obtrectationibus detrahere conati ſunt, id majori illis fraudi fuit, quam* Budæo. *Editis enim lib. V. de Aſſe, & quoquo gentium ipſis, tum longe lateque diffuſa Budæi laude inventus eſt in Italia* Leonardus *Portius, qui ſe offerret in hujus ſocietatem gloriæ, imo vero laudem omnem ejus inventi depecularetur, ſuam eſſe totam & propriam contenderet. Quod cum eſt ad* Budæum *allatum, graviter exarſit, quod nihil tam præter opinionem accidiſſet, quam ut depelleretur de ejus laudis poſſeſſione, quam caducam & vacuam primus bona fide occupaſſet, & ſine cujusquam injuria quaſi uſu cepiſſet. Igitur vehementiſſima animi, ingenii virium, contentione jus ſuum defendit, atq; hoc ipſum palam teſtatus eſt, a nullo ſe unquam homine duntaxat qui viveret, his de rebus quas tradidiſſet, quicquam didiciſſe vel fando vel legendo: tantumque abeſſe ne quid a* Portio *acceperit, ut omnia quæ ſub nomine* Portii *ad eam prodierant, illa uno eodem continuato perpetuoque furto eſſent ex ſuo* Aſſe *translata. Ac æmulo illi ſempiternam notam ac ignominiam inuſſiſſet, niſi interceſſiſſent amici. Hæc enim contentio ne latius ſerperet,* Jani Laſcaris *autoritate perfectum eſt. Qui cum utrique amiciſſimus eſſet, haud æquum putavit, inter honeſtiſſimos homines ſimultatem diutius ingraveſcere. Et cum apud* Budæum *plurimum gratia polleret, impetravit, quanquam ægre, ut digreſſio in* Portium, *contumelioſa quidem illa, ſed certe expreſſa a juſta indignatione, quam removendæ ſuſpicionis, ſuiq; purgandi cauſa* Budæus *libris de Aſſe inſeruerat, eximeretur inde.*

(2202) *Publicus* PORCIUS. C' eſt ainſi, que s'eſt fait appeller le Poete *Petrus* PLACENTINUS, voulant decrire un combat de Porcs, *Baillet* des Auteurs deguiſez liv. III. chap. VIII p. 315. (a) Breve Poema hoc latinum 19. tantum paginarum in 12. impreſſum cum crepundiis Poeticis 1648. ſine loci & Typographi mentione.

(a) Baillet des Auteurs Deguiſez pag. 315.

*Enfin il s' eſt trouvé un Poëte, qui voulant décrire un* combat de Porcs, *s' eſt fait appeller* Publius Porcius. *Son Ouvrage eſtoit un de ces Poemes que nous appellons* Lettriſez ou Tautogrammes, *& tous les mots de la Piece commençant par la Lettre* P, *il n' auroit rien gaſté de ſon œconomie, s' il s' eſtoit appellé* Petrus Placentinus, *qui eſtoit ſon nom, mais il luy prefera celuy de* PORCIUS.

PORCIUS v. *Latro*.

(2203) *Jacobi Philippi* PORCII *Imolenſis* nomine edita *Memorialia uris*, haud ad ejus induſtriam ac nomen pertinent: ſed errore quodam ipſius hæredum; cum ſcriptum illud inter cætera ejus reperiſſent, prælo traditum fuit, ac nomine ejus inſcriptum; cum pertineat ad *Antonium* GABRIELIUM, cujus Scriba hunc librum amoverat, vel exſcripſerat & PORTIO vendiderat. Qua de re vide Marcium *Gabrielium* dedicatione concluſionum juridicarum ſui Parentis. Hæc *Symbola Sperlingiana*.

(2204) *Michel* PORETII, eſt *Pietro* MICHELE, de quo ita commentatur *Villani Viſcera Alzata* Hecatoſtes n. LXXXV. p. 13.

LXXXV. PIETRO MICHELE Nobile. Ven. Havendo *Giuglio Strozzi* ſparlato della Poeſia

 del

del Cau. *Marino* il Michiele, che di quello fù partialiſſimo, ſcriſſe.

STRONZILIO *Illuſtre nelle Fiſchiate di Michel Poreti.* Il libro ſi hà MS. nella Bibliotheca Aproſiana.

PORTIUS v. *Latro.*

---

(2205) PORPHYRII nomine quæ extat: *εἰσαγωγὴ εἰς τὴν ἀποτελεσματικὴν πτολεμαίου*, ANTIOCHI videtur eſſe Thomæ *Gale* notis in Jamblich. p. 304. Adde *Holſten.* de Vita Porphyrii pag. 39.

PORPHYROGENETA v. *Conſtantinus.*

---

(2206) *Meſſieurs* de PORT-ROIAL, qui ont fait beaucoup de Verſions & d'ouvrages de Pieté & de controverſe ſont Antoine LE MAITRE, Robert ARNAUD d'Andilly & quelques autres. Comme nous l'apprend la *Bibliotheque Univerſelle* & Hiſtorique tom. 14. pag. 252. (a) Adde *Jugemens des Scavans* (Bailleti) Tom. III. pag. 565. quæ ſub (b) excerpta damus.

(a) Biblioth. Univ. Tom. 14. p. 252. *Port-Roial des Champs etant demeuré vuide* Antoine *le Maitre celebre Advocat & quelques autres choiſirent cet endroit pour s'y appliquer à l'etude.* Robert Arnaud d'Andilly *s'y retyra auſſi en 1644. cinq ou 6. ans apres, n'y aiant point encore de Religieuſes: car ce ne fut qu'en 1648. que la Maiſon de Paris obtint de l'Archeveque d'envoier une partie de ſes Religieuſes en ce lieu de retraite. C'eſt là que les celebres ſolitaires, que l'on à nommé à cauſe de cela* Meſſieurs de Port-Royal, *ont fait tant de verſions & d'ouvrages de pieté & de Controverſe presque tous anonymes, ce qui fait qu'aujourd'huy peu de gens en connoiſſent autrement les Auteurs que ſous le nom que l'on vient de lire.*

(b) Jugements des Scavans Tom. III. p. 562.
*Le ſoin particulier que Meſſieurs de P.R. ont toûjours eu de ſe derober à la connoiſſance du Public, leur a ſi bien reuſſi, qu'après un trés-petit nombre de ceux qui ont fait le plus de bruit dans le monde, il eſt difficile de reconnoître & de diſtinguer les autres d'avec cette foule d'Ecrivains de ces derniers temps, qui ſe ſont cachez comme eux pour* pouvoir mieux ſe confondre avec *eux.*
*Addit laudes eorum deinceps p. 565.*

---

(2207) POSIDONII *Alexandrini* Hiſtoriarum libros LII. qui ſunt POSIDONII APAMEENSIS, a *Svida* male tributos notat *Quenſted* de Patriis virorum illuſt. p. 511. (a)

(a) Quenſted de Patriis virorum illuſt. p. 511.
*Hinc prodiit* Poſidonius *dictus a patria* Apameenſis, *ut teſtis* Strabo *eſt libro XVI. ubi de* Apamea *hac Syriæ urbe agens ita ſcribit;* Ex hac urbe eſt Poſidonius Stoicus, *ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος*, *i. e.* vir Philoſophorum noſtri temporis eruditiſſimus. *Scripſit hiſtoriam eorum, quæ conſecuta ſunt poſt illa, quæ* Polybius *conſignavit, libris LII.* Suidas *quidem hiſtorias haſce non* Apameenſi *ſed* Alexandrino Poſidonio *tribuit, verum — — — errat* Suidas, *cum ejusdem nominis ſcriptores confundit. Stylus* Poſidonii Apameenſis *erat ornatus atq; elegans, teſte* Strabone *Lib. III. Vide Gerh. Job.* Voſſium *de Hiſtoric. Græc. Lib. II. c. 24.*

---

(2208) POSNANIENSIUM Rhetorum S. J. nomine, ſcripſit ediditque *Ludovicus* ROGERIUS, Jeſuita Italus (1) *Defenſionem pro libris de purgatorio Cardinalis Bellarmini*, & (2) *Miniſtrum Delirantem*, ſeu, *Colloquium Rhetorum Poſnanienſium, de purgatorio.* Poſnaniæ typis Joannis Volrabi 1602. 8. docente *Alegambe* p. 318.

Confirmat hoc *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Soc. J. p. 574. col. a.

---

(2209) POSSEVINUS, Johannes Baptiſta *Bailleto* in Indiculo des Auteurs deguiſez eſt *Bernardus* MIRANDULANUS. Forte *Dialogos de honore* Poſſevini nomine extantes intelligit, quos Italice Venetiis editos a Gabriele *Giolito* 1565 ſcribit *Friſius* Biblioth. *Geſner.* p. 407. col. b.

---

(2210) *Georgii* POSTII *Collectoris* nomin[e] præfixo edita a *Cæſare* ALUCCI Jeſuita Italo re[-] cenſet *Sotwel* pag. 126. col. a. ſequentia Scripta.

I. *Speculum* ſeu *compendium Antiquitatum tum ſacrarum, tum profanarum Urbis Romæ*, Partibu[s] II. Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannett[i] 1625. in 12. idem adſcripto ſuo nomine.

II. *Lignum Vitæ*, ſeu de *fructibus Tribulationis, & Mortificationis* lib. 3. Romæ iisdem typis Eodemque anno in 4. Deinde Brixiæ apud Ludovicum Britannicum 1626. in 8.

III. *Filium prodigum* ſeu *Inſtitutionem Juventutis.* Romæ apud Zannettum 1627. in 12. Latinè vero

IV. *Summarium earum rerum, quas oport[et] ſcire, ut poſſimus adipisci Jubilæum Anni Sancti* in [...] partes diviſum, Romæ apud Zannettum 162[.] in 12. Prodiit vero etiam Italicè typis & ann[is] iisdem.

V. Pſychagogia ſeu de bono Mortis u[bi] agitur de cauſis quibus Juſtorum animæ recrean[-] tur in morte, Romæ apud Maſcardum 162[.] in 12.

Confirmat hæc *Witten.* Diar. Biograp[h.] anno 1634. ad d. 15. Novembr. Cæſari *Aluc[ci]* eadem ſcripta adſcribunt Leo *Allatius* Ap. Urba[n.] pag. 64. & *Toppius* Biblioth. Neapolit. pag. 61. [&] 62. ſed quod illa ſub alieno Piſtii nomine prodie[-] rint, non memorant.

---

(2211) Laurentii Ramirez de PRADO *Pentecontarchus* è 50. capitibus inſolenti titulo d[o-] natus liber, Antvv. 1612. in 4. editus, illi[us] Præceptori, *Francisco* SANCTIO *Brocenſi*, c[u-] jus *Grammatica* & *Minerva*, ſive de cauſis lingua[e] cum *Gasparis Scioppii* animadverſionibus exta[t] adſcribitur â *Scavenio* num. 84. Quod ſi ita ſe h[a-] beat, annon ejusdem nomine pueri adhuc edi[ta] *Commmentaria in Martialem*, â magno Scalige[ro] commendata, ceu videre eſt *ſupra* ad nome[n] *Muſamberti*, Sanctio eadem potius, quam pu[-]

ſ

diſcipulo ſint adſcribenda, ſuſpicio non ina-
; oboriri poſſit.

.Annotat hic Ampliſſimus *Diecmannus* ſe-
entia: Ut pro immaturo *Ramireſii* foetu habe-
, intentatum ei plagii crimen apud Thomaſ.
plag. liter. §. 530. facit, quod ego in Doctiſ-
um *Sanctium* conjicere nolim, cui tam inſignis
tinæ eruditionis apparatus erat, ut aliena vi-
la arare nihil ei neceſſe eſſet.

(2212) PRÆDESTINATI nomine pri-
m editum a Jacobo *Sirmondo* librum, quem
ſtea cum Cenſura ſua emiſit *Auræus*, nobis ſuo
o luſtratus, AUGUSTINO falſo adſcriptum
tat *Sagittarius* introd. ad Hiſtor. Eccleſiaſt. pag.
7. ſqq. quod obiter hic obſervamus, Lecto-
n ad ea quæ ſupra in *Auræo* & *Auguſtino* in fine
m. XXX. tradidimus, remittentes. Niſi quod
erptum (p) ibidem præcipuè huc pertinere
amus: cui nunc addimus *Symbolam* hanc *Ma-
chtianam.*

ARNOBIUS JUNIOR qui in Pſalmos
pſit. Huic conjicit *Sirmondus* eſſe adſcriben-
n libellum anonymi, quem ipſe *prædeſtina-
s* inſcripſit, de quo vide ſupra Anonymi refu-
ionem libri de prædeſtinatorum hæreſi. Hic
nobius ab ipſis omnibus Pontificiis habetur
nipelagianus. vid. *Renati Divirœi* præfat. ad
pi Servati librum de tribus quæſtionibus. a. 4.
Adſcribuntur ei quoque *Annotationes ad
dam loca Euangeliſtarum* Baſil. 1639. *Altercatio,
conflictus cum Serapione Ægyptio* de Deo trino &
o, de duabus in Chriſto ſubſtantiis & una per-
a, de gratiæ & liberi arbitrii concordia lib.
Caſim. Oudin hoc opuſculum Vigilio Tap-
ſi attribuit, contra fidem MSt. *Alcuinus* id
lum ſub nomine *Arnobii* laudavit. Habetur cum
næi operibus primó editum à Fevardentio,
. Cave.

(2213) Elias PRÆTORIUS, qui de *abuſu
ii Prædicatorum* Germanicè ſcripſit, cuique op-
itus eſt à Theologis Hamburgenſibus, Lu-
cenſibus & Luneburgenſibus liber peculiaris,
titulus: Warnung für dem Gotteslåſterlichen /
erlichen Schand⸗Buch / ꝛc. Item, Prüfung des
iſtes Eliæ Prætorii, in 8. Prætorius autem ille
*chriſtianus* HOMBURG: HOHBURG habet
rgo Maſtrichtianus de quo p. m. *Dr. Mullerus,*
tor ad D. Petri ſic ſcribit Atheiſmi devicti pro-
. cap. 2. pag. 30. Chriſtian Hohburg
ſich Eliam Prætorium nennet / hat in ſeinem
che von den Mißbräuchen des Predigampts / und
en *Apologia* ſchröckliche Låſterungen ausgegoſſen ꝛc.
ches alles in der Prüfung des Geiſtes wiederleget
den. Extat etiam *Adolphi Helt*, geweſenen Pa-
ren der Kirchen S. Nicolai in Staade: Prüfung
Sachen eines Evangeliſchen Predigers unter dem
hmen Eliæ Prætorii, mit den Evangeliſchen Luthe⸗
hen Predigern: für den autor gedrückt zu Rotter⸗
n / durch Paulum Rattenbach anno 1646. in 4.
icium ſibi arrogans in hac controverſia plane
olutum, aliorum judicio quod expoſitum re-
quo, meo ſane in perquam multis non poſ-
n non vehementer improbare. Hic *Adolphus*
, notum ſibi *Prætorium* teſtatur, p. 58.

Nec hodie quidem facilè cuipiam erudi-
torum ignotus homo tot ſcriptis impetitus. Ex
quibus D. *Mülleri* Prüfung des Geiſtes Prætorii, &
D. *Pomarii* abgenöhtigte Schutz⸗Schrifft wieder den
Gutmanniſchen Offenbahrungs Patron mores &
ingenium ejus abunde effinxerunt, inſerendo
totam penè vitam ejus: p. 18. & 19. præfat §. 7.
& cap. 4. §. 2. pag. 590. ſeqq. adde pag. 620. &
parte 2. pag. 24. pag. vero 35. & ſeqq. vitam
ejus a filio editam, & fuſe referentem, quomo-
do a ſcriptis *Swencfeldianis* corruptus ad errores ſu-
os & erroneos libros edendos pervenerit p. 498.
D. *Weber* citatus de Jure & Ratione Conſiſtorio-
rum pag. 348. libellum famoſum vocat: adde
pag. 749. §. 95. Adde *Hoornbeck* ſummæ Contro-
troverſiar. lib. VI. pag. 53. & ſeqq. Nihilominus
hujus ſui *Speculi* des Spiegels der Mißbräuche des
Predigamts / ſub hoc enim nomine prodiit 1644.
Apologiam edere ſuſtinuit teſte ipſius filio *Philip-
po Hohburg* & quidem nomine *Chriſtiani Homburg*
propriône an Typographi errore dubium. Certè
Dr. *Mollero* & aliis *Hohburg* audit. Vide indicem
ſcriptorum Parentis ejusque vitam p. 35. ſqq.
Vagus cæteroquin, nec diu uno loco ſubſiſtens,
etiam ſuæ opinionis conſortibus odioſus fuit. Si-
quidem excluſus legitur à famoſa *Antoinette de
Burignon* ab ejusdem conſortio: ut eſt in Vita hujus
Antoniæ cap. 20. §. 11. pag. 437. (a) Edidit &
alio fictitio *Baumanni*, itemque *Franciſci de Mon-
taldo* quædam, ut ſuo loco monuimus. Item-
que vero præfixo nomine, quæ recenſet *Wittenius*
Diar. ſui Biograph. anno 1675. ad d. 29. Octo-
bris qui ipſi fuit emortualis, inter quæ ſunt.

Chriſtfürſtlicher Jugend⸗Spiegel &c. 1645.
12. Luneb. Teutſcher Krieg / deſſen Urſachen
und Mittel &c. Fr. 1644. 12. Hertz⸗Wecker. Braun⸗
ſchweig 1640. 12. Teutſch Evangeliſches Juden⸗
thum. 1644. in 12.

Quæ ſub *Sauberlichii* larva ab eo protruſa
in publicum ſunt *infra* monebimus. Agit de
ſcriptore hoc ejusque ſcriptis Clariſſimus *Mollerus*
Iſagoge in Hiſtor. Cherſones. Cimbr. Part. II.
pag. 147. ſqq. Addo ſub (b) notam *Diecmannia-
nam* ſequentem.

(a) Anonymi: das ausgeführte Le-
ben der Jungfrau Bourignon. cap. XX. §. 11.
pag. 437.
Chriſtian Hohburg / welcher durch ſeine
Schrifften im Hochdeutſch⸗Lande genuch bekand iſt /
kam auch zu ihr / nach dem er ſich vom Herrn Labadie
wegbegeben. Sie nahm ihn etliche Mondenlang in
ihr Hauß / da er etliche ihrer Bücher verhochdeutſche-
te. Aber weil weder ſeine Frau / noch ſeine Weiſe
zu leben / mit ſeinen eignen Worten und Schrifften
über ein kahmen / wolten ſie ihn in ihrer Geſellſchafft
nicht auff nehmen; wie woll er ſich nach ſeiner Frauen
Tode dar zu anboth / mit dem Vorſatze ihre Schrif-
ten über zuſetzen / und ſie an den Tag zugeben.

(b) Nota marginalis Diecmanniana:
Prætorii Miniſterii Lutherani purgatio &c. con-
tra Havemann. 1648. 12.

*Cum hoc ſcriptum* Chriſtophoro Roſelio *tri-
bueretur, hic iſtud peccatum* Epiſtola ad B. Have-
mannum

Anno 1648. *ſcripta declinavit, quam habeo impreſſam.* (*Et infra.*) *Ex libris quæ* Chriſt. Hohburg Eliæ Prætorii *nomine edidit, maxime duo ſunt notiſſimi*, primus: Spiegel der Mißbrauche beym Predigtambt in heutigen Chriſtenthum *Anno 1644. 8. typis Batavis ſine mentione loci & typographi excuſus. Huic libro cum Miniſterium Lubecenſe, Hamburgenſe & Luneb. Anno 1644. 8.* Warnung *&c. oppoſuiſſet* (*quem librum à* B. *D.* Joh. Mullero *nomine communi ſcriptum eſſe*, Varenii Epiſtola *docet, præmiſſa Parti II.* Der abgenöthigten Lehr- und Schutz-Schrifft wieder den Gutmanniſchen Offenbahrungs *Patron, ejusdem Miniſterii Tripolitani, pag. 21. Conf. Pomar. Dedic. in Ep. Judæ §. 38.*) Secundus *hujus Prætorii liber Anno 1653. 8. itidem ſine mentione loci & typographi, typis Batavis emiſſus eſt, hoc titulo:* Apologia Prætoriana, das iſt / Spiegels der Mißbräuche beym heutigen PredigAmbt gründliche Vertheidigung. *Quam Apologiam juſta Refutatio, Miniſterii Tripolitani conſenſu, & approbatione per quosdam Paſtores adornata Anno 1656. 8, excepit. His accedit* tertius *Prætorii liber, paucis cognitus, ad marg. hujus pag. à me notatus:* Miniſterii Lutherani purgatio, das iſt / Lutheriſcher Pfaffen-Putzer / *in B. Mich. Havemannum, tunc apud nos DD. Cosmæ & Damiani Paſtorem, deinde primum Regium Gen. Superint. Ducat. Brem. & Verd. ſteliteuticns, cujus fortè Philippum Hoburgium, filium, ob horrenda ejus convitia puduit, ut eum Catalogo ſcriptorum Parentis, ejus vitæ, Anno 1677. editæ annexo omiſerit. Hujus* Hoburgi *tamen eſſe nullum dubium eſt, & ipſe in eo pag. 18.* ſeinen Spiegel der Mißbräuche *citat.*

---

(2213*a*) MATTHIÆ PRÆTORII nomine quæ prodiit *Tuba Pacis Incentiva* quod potiſſimam partem à *Jodoco* KEDDIO profecta ſit credita, in *Anonymis* num. 848. & 877. innuimus.

---

(2214) PRAGENSIS Collegii S. J. nomine, *Julius* SOLIMANNUS, Italus Jeſuita, edidit:

I. *Conſtantinum Victorem, Hilarem Tragœdiam*, Pragæ, typis Pauli Seſſii 1627. in 8.

II. *Boëmiam exorientem Gentilem, Chriſtianam, piam, bellicoſam, regnantem, Imperantem, Auſtriacam* Ferdinando. III. concinnatam, Typis iisdem eodem anno in fol. uti memorat *Alegambe* pag. 293.

Et cum eo *Sotwell.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 536. col. adde *Witten* Diar. Biograph. a. 1639. ad d. 14. May.

---

(2215) *Guillielmi* de PRATIS S. J. *Epiſtola ad* Becanum *ſuper Privilegiis Calviniſtarum ab eodem evulgatis.* Oppenheim. 1611. in 8vo. *Hainrici* SALCOLBRIGIENSIS ut puto, cujus præmittitur *Becano-Baculus.* Vide an ejusdem ſit *Simoniani Rittingindoni* de Privilegiis Calviniſtarum Judicium. de Ep. Gv. de Pratis Mog. 1612. 8vo. James. 425. aut Becani ipſius? Hæc *Symbola Normanniana.*

PRESBYTER v. *Fauſtinus*,

---

(2216) PRESLES le *Baron de* N-PONCET *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 589.

PRIERIAS v. *Sylveſter.*

---

(2217) PRIMASII nomine quos hab[...] mus *Commentarios in Epiſtolam ad Hebræos*, HA[...] MONIS eſſe, vide num ſatis probet *Cocus* Ce[...] ſur. pag. 404.

Vide & quæ hanc in rem affert *Caveus* H[...] ſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 291. co[...] 6. *Hottingerum* de Script. Suppoſ. citat hic *Symb*[...] *Normanniana.*

II. Primaſio falſo adſcriptum librum c[...] titulus Prædeſtinatus, ſupra in AVVRÆO & Aug[...] ſtino & alibi jam monuimus: vide ſpeciatim [...] Pinii Nouvelle Bibliot. Tom. V. pag. 89. & ex[...] *Acta Erudit. Lipſienſ.* Supplem. Tom. II. Sect. I. pag. 427. Subnotat Ampliſſimus *Diecman*[...] ſequentia: Idem, quod Cocus, hic ſentit Blo[...] dell. pag. 20. ſent. Hieron. de Epiſc. & Pre[...] pag. 72. Conf. Dallæ. lib. 3. de Confirm. Cap. 1[...] pag. 388. & Apolog. contra Spanhem. lib. 4. 908. Guil. Cave tamen in Hiſtor. litter. Sc[...] ptor. Eccl. pag. 291. b. monet Haymone[...] multa ex Primaſii Comm. in ſua Comm. tra[...] ſtuliſſe, unde nonnulli hallucinati, Prima[...] Commentaria Haymoni deberi cenſuerint. N[...] hic idem ille Commentarius ſit, qui etiam R[...] migio cum aliis in Epiſt. Pauli tribuitur de q[...] Dn. Placcius agit infra num. 743. facile judic[...] bunt, qui hunc Primaſio tributum, quem Bi[...] P. P. exhibet, cum altero illo Remigii vel Ha[...] monis nomen gerente, contulerunt.

---

(2218) PRIMUS Epiſcopus Cabilonen[...] quo errore factus ſit *Joannes.* GERMANUS, E[...] ſcopus Cabilonenſis, auctor *Mappæ ſacræ*, vid[...] apud *Th. Raynaud.* de mal. & bon. lib. p. 144. (a)

(a) Raynaudus de malis & bonis [...] bris p. 144.

*Joannes Germanus, Epiſcopus Cabilonenſis, A*[...] *tor verus eſt Mappæ ſacræ quod opus per errorem adſc*[...] *ptum eſt primo Epiſcopo Cabilonenſi, cum nullus unqu*[...] *fuerit illius nominis Cabilone Epiſcopus, ut videre eſt ap*[...] *Robertum. Erroris occaſio ducta eſt ex eo, quod ali*[...] *unica Litera I. expreſſum reperiſſent, nomen hujus J*[...] *annis, quod transformarunt in Primum ſicut alii* [...] *initiale nominis Anſelmus, transformarunt in Augu*[...] *num, vel Ambroſium, ut ſupra admonui.*

*Eſopo* PRIMNELLIO *eſt* POMPE[...] *Sanclelli anagramma ut ſupra ex* Toppio *docu*[...] *mus.*

---

(2219) PRISCIANI Grammatici ſub n[...] mine tralatio *Latina Periegeſis Dionyſii Alexandrin*[...] (de qua *Voſſium* conſule de Hiſt. Græcis p 171. l[...] gitur, quam *Henricus Brucæus* divulgavit, ſed no[...] ejus eſſe laborem, aſt potius *Rhemnii* FANN[...] (non Rhamnii Famii, ut a Brucæo in præf. dic[...] operis vocatur) Grammatici & Poetæ celebri[...] ſententia eſt Viri Clariſſ. paulo ante citati Joa[...] Gerh. *Voſſii.* Verba ſunt *Jo. Hallervordii* Spicileg[...] de Hiſtor. p. 153.

*Rhemnio Fannio* tamen abjudicatum *Priſci*[...] *no* reſtituere nititur *Fabricius* Bibliothecæ Latin[...] p. 19[...]

p.191. ubi eam ſimul ab alia *Avieni Rufi* verſione diſtinguit: de quo etiam videri poteſt *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. II. cap.III. p. 173.

II. An Priſciano debeatur liber de *Præexercitamentis Rhetoricæ* dubitat *Cyprianus* à *Popma* emend. in Salluſt. Catilin. c.2 indicante *Symbola Rauſchiana;* ſed illam Priſciano indubitato aſſerit *Fabricius* Append p. 104. qui & pag.200. obſervat Priſcianum hunc *Favonium* cognominari à *Barthio* ad Claudianum p.87. 128. cujus tamen ſententiæ non accedit. PRISCIANUM verum eſſe nomen hujus Grammatici contendit *Valeſius* in Valeſianis p. 192.

(2220.) THEODORI PRISCIANI nomine edita in Codice *Aldino*, memorat *Mercklin*, Linden. Renovati p. 846. *Octaviani* HORATIANI Medici Africani opera ſequentia. Rerum Medicarum Libri quatuor.

(I) *Logicus*, de curationibus omnium fere morborum corporis humani, ad Euporiſtum.

(II) *De Acutis & Chronicis Paſſionibus* ad Eundem.

(III) *Gynæcia* de Mulierum accidentibus,& curis eorundem, ad Victorium.

(IV) *De Phyſica* ſcientia, Experimentorum liber, ad Euſebium Filium. Per Hermannum Comitem à Neuenare, integro candori nuper reſtitutus Autor. *Abucaſi* Chirurgicorum omnium primarii libri tres.

I, *De Cauterio cum igne*, & medicinis acutis per ſingula corporis humani membra. Cum inſtrumentorum delineatione.

II, *De Sectione* & Perforatione, Phlebotomia, & Ventoſis. De vulneribus, & Extractione Sagittarum, & cæteris ſimilibus. Cum formis inſtrumentorum.

III, *De reſtauratione*, & curatione Diſlocationis Membrorum. Cum typis item Inſtrumentorum. Argentinæ, apud Ioh. Schottum, 1532, in fol.

PROBA v. *Falconia.*

(2221.) *Caji Titi* PROBI nomine *Epitomen in X. libros* Valerii Maximi in *Tabulis Rudolphinis* excuſam quæ ſit *Julii* PARIDIS, ſupra in *Maximo* allegata *Fabricii* Bibliothec. latina p. . docuimus.

PROBUS v. *Æmilius.*

(2222.) PROCHORI *Hiſtoria de Johanne Theologo & Evangeliſta* certe à *Grynæo* in Monument. SS. Patrum Græcorum & Latin. Orthodox. Volum. II. rejecta tanquam ſpuria, docente *Symbola Flensburgo-Molleriana*, eadem cenſetur cum libro qui ſub titulo *Circuitus Johannis* ab *Athanaſio* inter Apocryphos recenſetur, à *Caveo* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 17. Pro Suppoſititio ſcripto habent *Mehlſiir.* Coron. Centr. pag. 4. Deckher. de Scriptis Adeſpotis. p.70. Anonymum extare in Bibliotheca Cæſarea refert *Lambecius* Commentar. lib. IV. p. 129. Prochoro abjudicans, p. 130.

(2223.) PROCLI *Lycii* Sphæra potius GEMINI dicenda: ex cujus Iſagoge exſcripſit Proclus, uti docet *Voſſius* de Scientiis Mathemat. c.33. §. 26. p. 165. 166. ejus editiones & commentatores exponens.

(2223.a) PROCLO ſuppoſitam ASTERII *Homiliam alteram* in laudem S. Stephani Protomartyris, auctoritate *Photii* aſſerit *Cave* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 237. ac proinde à *Combefiſio* in procurata Homiliar. Procli XX. editione Pariſ. 1648. prætermiſſam p. 238.

(2224.) PROCOPII ἀνέκδοτα, ſive ut Nicolaus *Alemannus* ea inſcribit, *Hiſtoria arcana*, genuinane ſit Procopii an vero alterius Auctoris, vide in utramque partem prolixe diſſerentem *Vallemont.* Element de l' Hiſtoire L.II pag. 133. ſeqq. Suppoſititia videtur *Eichelio* in præfat. Editionis ab ipſo procuratæ cap.XI. apud *Hanckium* de Scriptor. Byzant. p.161. ſqq. & Fr. *Gujeto* ap. *Borremans* Var. lect. cap. 2. indicante *Symbola Rauſchiana.* CÆSARIENSEM hunc PROCOPIUM cum PROCOPIO GAZÆO Sophiſta à Gerhardo confuſum notat Olear. Abac. Patrol. p.389.

(2225.) PROECKSHORST, *Hilarius von : Chriſtophle* ROSSELIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 589. v. Hilarius.

(2226.) PROMUS, *Cuſtos Veri: Pierre de* MORSCOW. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 589.

(2227.) PROSPERO Aquitanico ſuppoſiti ſunt libri *de vita contemplativa*, quos eſſe *Juliani* POMERII, habetur ex *Iſidoro* lib. de ſcriptoribus cap. 12. Vide ſis *Jacobum Sirmondum* in notis ad Concilium Aquisgran. tom. 2. Concil. Galliæ p. 683. verba ſunt *Th. Raynaudi*, de mal. & bon. lib. p. 152. cui adde *Joh. Dalæum*, de jejun. l. 2. c. 8. p. 287. 298. 322. & 584.

Validis rationibus confirmat *Miræus* Bibliot. Eccleſiaſt. p. 68. 69. & 74. (a) & Manuſcriptos *du Pin* Nouv. Biblioth. Tom. IV. pag. 274. ut ſuperfluum ſit citare *Quenſted.* de Patriis virorum illuſtr. p.685. adde *Cavei* Hiſtor. Litter. Scriptor. Eccleſ. p. 868. Et Juliani Pomerii hos libros de vita Contempl. eſſe, probat Henr. *de Noris* Hiſtor. Pelag. l. 2. C. 14. pag. 174. 175 175. citante *Nota Diecmanniana.*

II. *Proſperone* an LEONI MAGNO attribuendus ſit liber, *de Vocatione Gentium* quem & AUGUSTINO & AMBROSIO falſo adſcribi *ſupra* notavimus, prolixe diſquirit *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom. IV. à pag. 190. usque 204. expendens rationes tum Abbatis *Anthelmi pro Proſpero* pugnantis; de quo vide etiam *Actor. Erudit. Lipſienſ. Supplem.* Tom. I. Sect. VIII. pag. 432. (b) tum Patris *Queſnellii* aliorumque *pro Leone* militantium. De quibus vide *le Journal des ſavans*

1676. pag. 44. ſqq. (c) ipſe tamen judicium ſuſpendit, niſi quod Proſpero malle abjudicare videatur p.191.192.(d)

III. Liber *de Promiſſionibus & Prædictionibus Dei*, Proſpero attributus à *Caſſiodoro*, AFRICANO CUIDAM Scriptori aſſeritur ab *Anthelm.* vide *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque Tom. IV. pag. 189.(e) *Cave* Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 247. col. b.

IV. *De Providentia divina Carmen Heroicum*, Proſpero inique adſcriptum PELAGIANI CUJUSDAM eſſe, judicat *Cave* loc. cit. pag. 2487. col. a. itemque *Fabricius* Append. Bibliothec. Latin. pag. 40.

V. *Chronicon*, cujus quatuor diverſas editiones affert *Cave* loc. cit. *Proſperine Aquitani* ſit an vero PROSPERI TIRONIS, magnum apud Eruditos litigium. Plerique jam eo ferme inclinant, unum eundemque eſſe Proſperum Tironem cum Aquitano: vide Thomam *Hyde* Catal. Bibliothec. Bodlej. poſt N. p. 80 Quod obſervat ex eo etiam Magnificus D. *Maierus* Diſſert. Epiſt. lit. c. adde *Du Pinii* Bibliotheque Tom. IV. p. 189. (f) *Quatuor* tamen *Proſperos* uno eodemque tempore claruiſſe innuit *Miræus* Biblioth. Eccleſiaſt. pag. 189. 190. de Chronico hoc animi valde dubius.

VI. De Tribus Epiſtolis *ad Demetriadem*, quarum una Proſpero tribuitur vide *Colomeſ.* Diſſertat. de Scriptor. aliquot dubiis num. XXIIX.

(a) Miræus, Bibliothec. Eccleſiaſtic. pag. 68.

*Cæterum libri tres* de Vita Contemplativa, *qui inter* Proſperi *opera edi ſolent, ejusque nomine citantur, revera Proſperi non videntur. -- Denique ut aliis argumentis ſuperſedeam, in antiqua Collectione Canonum codicis Andegavenſis,* Pomerio *ut auctori tribuuntur.*

Pag. 74. *Pomerius ſcripſit Libros tres* de Vita Contemplativa; *quos falſo hactenus* Proſpero *Aquitano attributos fuiſſe ſupra c. 84. p. 68. docuimus.*

(b) Acta Eruditor. Suppl. Sect. VIII. pag. 432.

(Joſephus Antelmius *de veris Operibus Leonis Magni & Proſperi Aquitani*) *Diſſertatione ſeptima perluſtrat reliqua opera* Proſpero *adſcripta, contenditque* opus de Promiſſionibus & Prædictionibus, a Caſſiodoro *falſo adſcribi, &* hominem ex Africa oriundum auctorem habere; *libros* de vita contemplativa, Juliani Pomerii *eſſe, de quo multa notatu digna congeſſit*; Confeſſionem Tyronis *Proſperi a Sirmondo editam vix aliquid exhibere Proſperi noſtri ſtylo famæque ſatis conſentaneum. Octavam Diſſertationem* Chronico *Proſperi impendit, idque, prout vulgo exſtat,* Aquitano *noſtro adverſus Garnerium prolixe vindicat, prout vero a Pithæo editum eſt, interpolatum infartumque probat. Nova denique* Carmina *Proſperi examinat, ita ut illud* de providentia ſuppoſititium *judicet*; Anacreonticum *ad uxorem* dubium *relinquat*; Epitaphium hæreſeos Pelagianæ & Neſtorianæ Aquitano Proſpero contra Garnerium adſerat; *Carmen* de ingratis cum 9.. Epigrammatis, aliiſque duobus in Auguſtini obtrectatorem, genuina *maxime eſſe arbitretur, illumque* obtrectatorem *ex Secretis ſuis Lirinenſibus (libro novo in quo ordinando & illuſtrando pene totus ſit) non alium eſſe prodat, quam* Vincentium Lirinenſem, *qui in Commonitorio ſuo Auguſtini etiam doctrinam perſtringere affectavit.*

(c) Journal des Scavans Fevrier 1676. pag. 43. 44.

On trouve dans le premier trois Opuſcules conſiderables, & celebres dans la matiere de la grace, dont l'auteur avoit eſté inconnu ou incertain jusqu'a preſent, & que le P. Queſnel, pretend & prouve eſtre de S. Leon. Les deux primiers ſont les deux livres de la vocation des Gentils. Quelques un les avoient attribuez à S. Ambroiſe, & le plus grand nombre à S. Proſper, à qui nos Conciles meme de France les avoient donnez il y a plus de huit cens ans: mais comme les plus habiles avoient juſtifié qu'ils ne pouvoient pas eſtre de S. Proſper, ils demeuroient d'accord à même temps qu'on ne pouvoit pas decider poſitivement qui en eſtoit l'auteur. Le troiſiéme ouvrage eſt la lettre a Demetriade qui avoit encore eſté attribuée à S. Proſper. Cet auteur fait encore voir qu'elle eſt de S. Leon auſſi-bien que les Capitules touchant la grace & le libre arbitre, qui ſont au bas de la Lettre du Pape Celeſtin aux Evêques des Gaules en faveur de S. Auguſtin & que l'on cite ordinairement ſous le nom de ce Pape: & il appuye au long ſon ſentiment & ſes conjectures dans la 2. la 3. & la 4. diſſertation.

(d) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. IV. pagina 191. 192.

Ceux qui ſoutiennent au contraire, que ces livres ne ſont point de Saint Proſper, diſent premierement, que le ſtyle en eſt fort different de celui des Oeuvres de ce Pere. C'eſt le jugement qu'en ont porté les plus habiles Critiques de nôtre ſiecle: Latius, Eraſme, Voſſius, Grotius, & pluſieurs autres Critiques excellens, & d'un goût tres-fin, ont eſté de cét avis. Et en effet, le ſtyle des livres de la Vocation des Gentils eſt bien plus éloquent, & bien plus poli & plus travaillé, que celui de Saint Proſper; les periodes en ſont moins longues, les membres plus égaux & mieux proportionnez; il y a plus d'oppoſitions & d'antitheſes, ſoit dans les mots, ſoit dans les penſées; il y a incomparablement plus de rimes: & l'on voit que l'Auteur de ces livres affecte de s'en ſervir, au lieu qu'elles ne ſe rencontrent dans les Ouvrages de Saint Proſper, qu'aux endroits où elles ſemblent venir d'elles-meſmes.

(e) Ibidem pag. 189.

Le livre des Promeſſes & des Predictions divines n'eſt point de Saint Proſper: car l'Auteur eſt Africain, & le ſtyle de l'Ouvrage eſt bien different de celui des Oeuvres de Sain[t]

„Saint Proſper. Il eſt neanmoins attribué par „Caſſiodore à Saint Proſper : mais, ou c'eſt un „autre du meſme nom ; ou dés le temps de Caſ„ſiodore on attribuoit fauſſement cét Ouvrage „à Saint Proſper, ſoit à cauſe de la conformité de „la doctrine, ſoit peut-être à cauſe que Saint „Proſper l'avoit publié en Occident. Quoi„qu'il en ſoit, il ne peut être de nôtre Auteur. „La fin & le but de l'Ouvrage eſt de faire un Re„cueil des Promeſſes & des Predictions conte„nuës dans l'Ecriture Sainte, & de montrer „celles qui ſont accomplies, & celles qui le ſe„ront un jour.

(f) Ibidem pag. 189.

*C'eſt celle-là meſme que le Pere Labbe a donnée en-
iere dans le premier tome de ſa Bibliotheque des Manu-
crits. Elle commence à la creation de monde, & finit à
an 455. Mais Monſieur Pithou en a donné une autre
ui commence & qui finit à la meme année, qui porte
uſſi le nom de Proſper; mais Monſieur Pithou lui a
onné le ſurnom de Tiro, cequi a fait croire qu'elle êtoit
un autre Auteur. Quelques-uns croyent que la pre-
iere eſt de S. Proſper, & que la ſeconde n'en eſt point;
autres penſent que ni l'une ni l'autre n'en ſont; quel-
ues autres, que l'une & l'autre ſont de lui. L'opinion
plûs vraiſemblable, à mon avis, eſt que la Chronique
onnée par le Pere Labbe eſt la pure chronique de Saint
roſper, & que celle de M. Pithou eſt la même Chroni-
ue, à laquelle quelque autre a mis la main. Car de
oire qu'il y ait eu deux Auteurs de même nom, & de
ême temps, qui ayent fait deux Chroniques qui com-
encent & finiſſent à la meme année, c'eſt ce qui ne
e paroit pas vraiſemblable.*

(2228) PROSPER Feſulanus, quod ſit
uilielmus POSTELLUS, ſecundum aliquos, jux-
*Voſſium* vero *Thomas* FOEDRUS, at ex mente
*onis Allatii* probabilius longè, *Curtius* ipſus IN-
HIRAMIUS, in *Rhod.* num. 45. memoravimus.
bi laudatis addi poterunt, quæ habet hac de re
*art. Schookius*, Epiſt. de figmentis L. Regiæ, p.
. & ſeqq. ipſum fragmentum exhibens, &
olixe examinans, & iterum in Fabula Hame-
nſi part. 2. c.4. p.67. & part. 3. c.4. pag.217. (e)
uibus lectis omnino fruſtra ſit futurus *Dikkinſo-
s* in Diatriba de Noæ in Italiam adventu p. 27.
itionis primæ, defendens & laudans novas
ſce *antiquitates*.
Ad *Curtinm Inghiramum* refert Scriptum hoc
o *Allatius*, in obſervationibus ad Antiquitates
s Etruſcas, docente *Morhofio* Polyhiſtor. liter.
. I. cap IX. p.79. (a) & mirante Dickinſonium
ilominus decipi ſe paſſum Auctore der Monatl.
terredungen 1692 p.169.170. *Ad Poſtellum* autem
*ſier* Eloges des hommes ſavans Part. I. p 510.
*omam* autem *Inghiramum*, *Curtii* fratrem,
OEDRUM dictum *Volaterranum* parentem facit
*omeſius* diſſertat. de Scriptoribus aliquot dubiis
m. IX. Addit *Symbola Rauſchiana*, legi in Cata-
o librorum Venalium *Jo. Görlini* Bibliopolæ Ul-
enſ. 1660. ſcriptum quoddam: *Bennonis Durck-
durkhi* Sclavi *in Spenti Academici Sepulti Epiſtolam
Antiquitatibus Etruſcis Inghiramiis. Rhodiana* ſub
. (b) addo cum additamentis maxime notabi-
us *Beckerianis* (c) quas Cl. Joh. *Mollero Flensburga*
acceptas fero. Addit hic notata *Diecmanniana* (d) ſequentia marginalia.

(a) Morhoff. Polyhiſt. Literar. Lib. I. cap. IX. p. 79.

*Antiquitates Etruſcæ, quæ Proſpero cuidam adſcribuntur, & in quas Paganinus Gaudentius obſervationes ſcripſit, ab H. Ernſtio editas, ſuſpectæ etiam eruditis ſunt: de quibus videri poteſt Voſſius de Hiſtoricis Latinis, Lib. 1. c. 9. Scripſit & Leo Allatius doctiſſimas ad has antiquitates annotationes, Pariſ. 1640. & deinde Romæ iterum excuſas quibus de notis falſitatis in adulterata ſcriptura etiam generatim agit, eſtque liber ille utiliſſimus ad Codicum ſcripturam vitiatam deprehendendam. Protulit vero Curtius Inghiramus hæc fragmenta e terra effoſſa primus in lucem, quem hujus ſuppoſiti figmenti parentem eſſe prolixe Leo Allatius probat.*

(b) *PAGANINUS GAUDENTIUS Auctor* Obſervationum ad Antiquitates Etruſcas, quas H. Ernſtius publicavit. ait *Rhodius*:

Henricus Ernſtius *nimirum ſcriptis plurimis eruditus clariſſimus (quorum partim editorum, affectorum etiam partim, ac edendorum Catalogum ſubjectum vides egregiæ diſſertationi ejusdem* de vera Philoſophia *hic Hamburgi 1665. in 8. impreſſæ)* Obſervationes *haſce* ad Antiquitates Etruſcas *auctas edidit Amſtelodami 1639 in 16. & quidem ἀνωνύμως quas neſcio qui* Gaudentio Rhodius *adſcripſit. De ipſo auctore illarum antiquitatum, quod minime ſit antiquiſſimus ille PROSPER, qui jactatur, omnino conſentiunt eruditi. Quos inter vide* Jo. Ger. Voſſium *de Hiſtoricis Latinis lib. 1. cap. 9. ſub finem: ubi ita ſcribit*: Sed omnino fragmenta illius *pſeudo Proſperi* ſunt commentitia, ad majorem gloriam laudatiſſimæ Hetruſcorum genti, ac præcipue Vollaterranis conciliandam. Id ſatis oſtendunt ſermo non ſat latinus, Græcæ Linguæ inſcitia, αὐτογράφε ipſius characteres diſpares vetuſtis temporibus, ut tot alia omittam argumenta, quæ ſuppoſititium eſſe hunc fœtum non dicunt, ſed clamant. Pluribus id comprobarem, niſi factum eſſet ab homine doctiſſimo in obſervationibus de opere iſthoc in hac Amſtelodamenſium urbe editis anno CIↃ IↃCXXXIX. Fuere qui fœtum crederent *Guilielmi Poſtelli.* Sed verus Autor eſt *Thomas Fœdrus*, qui vixit anno CIↃ CCCCXC. cujus Thomæ ulteriorem nullam nec apud ipſum, nec apud Geſnerum, alioſve illius generis auctores invenio mentionem. Verum enim vero non opus eſt ut de eo multum hic ſollicitiſſimus, cum non illum, ſed ipſum *CURTIUM INGHIRAMIUM*, qui fragmenta illa primus acſi Scornelli prope Vulterram ea ſub terra inveniſſet, Florentiæ publicavit, parentem hujuſce ſuppoſititii figmenti fuiſſe prolixe, docuerit *Leo Allatius* in ſuis ad dictas antiquitates annotationibus, Pariſiis *1604.* & biennio poſt Romæ iterum excuſis.

(c) Jacobi Beckeri Dec. XII. n. 4.

*Ad Antiquitates Hetruſcas, quas Volaterræ nuper dederunt, obſervationes, in quibus Diſquiſitionis Aſtronomicæ de Hetruscarum Antiquitatum Fragmentis Autor quoque notatur. Amſtelodam. 1639. 120. Exemplo harum, quod ex Bibliotheca D. Chriſt. Oſtenfeldii Med. PP. Hafn. mihi comparavi, inveni in Pagella vacua addita,*

*manu haud dubie Beati Poſſeſſoris hæc verba: Paganinus Gaudentius verus hujus ſcripti Autor eſt, quod bona fide retulit Rhodius noſter, & in Not. ad Scribonium laudat hoc ſcriptum non nominato Autore, quod Initio fecerat; ſed poſtea conſilium mutavit, & impreſſum jam folium ſuppreſſit, verbaque, quæ Henr. Ernſtium offendere poſſent, expunxit. At in MSto ſuo, cui Titulum fecit Scopuli Latinitatis, expreſſo nomine Gaudentium hujus ſcrpti* Autorem *diſerte laudat, quod ipſum Franciſcus Miria* Cettinus *Profeſſor Piſanus literis ad Rhodium 7. Mart. Anno* 1665. *diserte teſtatus eſt. Alii Autorem voluat Henr. Ernſtium, eo quod hoc ſcripto pag. 20. Wormius & pag. 69. Tycho laudantur, qui Gaudentio ignoti, at cum in hoc opere multa de Rhætis narrentur, ii autem Ernſtio tantum tranſeunti cogniti, Gaudentii autem populares ſint, confirmatur prior opinio. Hæc ille, Henrico tamen Ernſtio eas nominatim adſcribit Pet. Scavenius in Deſignat. lib.* Bibl. *Regiæ. p.273.*

(d) Symbola Diecmanniana Marginalis. *De* Thoma Fædro, *quem* Voſſius *vocat, agit Leandro* Alberti *in Deſcrittioni di tutta Italia, fol. 45. b. ed. Venet. 1551 4. Verba ſunt iſta: Fu anche Cittadi-*
„*no* di Volterra Thomaſo detto Fedra, Canoni-
„co di S. Pietro di Roma, & huomo eloquente,
„coſi nomato Fedra (come ſcrive *Eraſmo* Rote-
„rodamo in una Piſtola à Giodoco Gavero) perche
„repreſentò *Fedra* in quella Tragedia *di Seneca* in-
„titolato Hippolito, fatta avanti il Palagio de'l
„Cardinale S. Giorgio in Roma. Et per tal coſa
„divenne in grand' opinione di dottrina & d' elo-
„quenza, ſi come egli era. Qual io connobbi à
„Roma. Paſſò di queſta vita tanto huomo, Ca-
„nonico di S. Pietro in Roma d'anni cinquanta.
„Hæc Leander *Alberti.* Locus Eraſmi, *quem reſpicit, extat in ejus Epiſtola, Anno* 1524. *ad Jodocum Gaverum ſcripta, Epiſtolar. Baſileæ 1538. fol. editar. lib. 23. pag. 870. ubi* in prænomine errans Petrum Phædrum *vocat*: *Cæterum eadem de eo, quæ* Leander, *refert, illamque cognominis originem ex ipſo* Cardinali *Raphäele Georgiano ſe didiciſſe profitetur. Nihil vel parum hunc Phædrum ſcripſiſſe, eo Eraſmus ſignificat, dum lingva verius quam calamo celebrem fuiſſe apparet.*

*Eadem* Symbola Diecmanniana *hæc addit:*

*De fide ſubleſta horum fragmentorum v. omnino Mericum* Caſaubonum, *of the Credulity and Incredulity in things civil pag. 298. 299 300. ubi inprimis in hac cauſſa L.*Allatii *ſcriptum commendat. Adde Jo. Owen.* θεολογουμένων παντοδαπῶν *lib. 3. cap. 1. pag. 161, 162.* Hornii *Orb. Polit. P. 3. p. m. 134.*

(e) Mart. Schookius in Fabula Hamelenſi part 3. c. 4 p. 217.

*Ex iis antiquitatibus Etruſcis bonus Inghiramius reſtituere non modo, ſed ut integros exhibere voluit ſequentes hiſtoricos,* Lidoum Felſinium, Lampridium Senenſem, Anteum Gredonium, Junium Pandolium, Elbium Vulteranium, Volumnium, Aruncium Voluſium, Alium Filaccum, Polycratem Licinium Arretinum, Aulium Quintilium Mæcenatem Cæcinam, Elbium Maurum, Arcintem *Petronium,* Cranum Maſſum, *Titum* Aulicum, Aulum *Moriconium* Aulum Flaccum. *Lucium* Arclarium, *Lucium Velium, Ancum* Cæcinam, *Ælium Dorium, Inum* Pavium, *Herculeum Maurum* Proſperum *Archium & ante alios* Proſperum *Feſulanum. Quos auctores ſi non ab Inghiramio, ſaltem ab illo, qui latitare voluit ſub nomine Proſperi Feſulani, minus auſpicato confuſos eſſe, qui vis, qui modo aliquanto diligentius eosdem excutere voluerit, mox animadvertere poteſt.*

PROSPER v. *Diſydæus.*

(2229) PROSPER GRATIANUS cujus prodiit Loſci anno 1586. 8vo. *Inſtrumentum Doctrinarum Ariſtotelicum in Uſum Chriſtianarum Scholarum, exemplis Theologis luſtratum,* celare videtur *Calovio* & *Franzio* apud *Sandium* Biblioth. Antitriniar. p. 72. *Fauſtum* SOCINUM. At *Sandius* ipſe, an Socini hic fœtus ſit, jure ſibi dubitandum putat (a)

(a) Sandius Biblioth. Antitrinit pag. 72.

*Item inter opera Franciſci Junii, cum ejusdem refutatione. Opus hoc* Socino *tribuunt* Frantzius & Calovius *contra* Crellium *§. 476. Ipſe tamen Socinus non meminit ejus, in dicta epiſtola ad Morſtinium & non immerito poteſt dubitari an ipſius ſit fœtus.*

PROTOSYNCELLUS v. *Gregorius.*

(2230) PROVINCIALIS SOLITARI nomine *Vitam Franciſci Galaup de Chaſtuel* Aquenſi edidit AUGERIUS. Teiſſier. Catalog. Aucto rum & Bibliothecar. p. 33.

(2231) PRUDENTIO adſcriptum *Enchiridion utriusq; Teſtamenti,* AMOENO ex Mſſ. antiquo Argentoratenſi, *Jo. Schardius* apud *Poſſev.* Tom. 1. appar ſacr. p. 76. tribuere conatur, qua de re judicia doctorum v. in *Amœno.*

Quod ejus Poetæ cognomen fuiſſe ex *Barthio* docuimus; At *Prudentium* hunc Chriſtianum Poetam, non *Aurelium Clementem* Virum conſularem, nec *Tricaſſinum* illum Epiſcopum, ſed *Præceptorem Walafridi Strabi* Abbatis Augienſis fuiſſe ab ipſo *Walefrido* doctus ait *Goldaſtus* Notis in *Columbanum* p. 87. indicante *Symbola Normanniana* quæ Poetam non quinto ſed Nono poſt Chriſtum Seculo ex his colligit floruiſſe. At *Qvenſted* de Patriis virorum illuſtrium circa Valentinianum I & Theodoſii M. tempora illum collocat p. 26.

PSELLUS v. *Michael.*

(2232) *Claudii* PTOLEMÆI Alexandrini *Centiloquium,* ſive ut ab ipſo Ptolemæo inſcribitur ὁ καρπὸς τῶν βιβλίων HERMETI TRISMEGISTO perperam adſcriptum, eidem reſtituitur à *Lambecio* Commentar. de Bibliotheca Cæſarea lib VI. pag. 89. citante ad ſuffragium *Voſſium* de Scientiis Mathematicis cap. 37. §. 9. & 10. cujus verba legenda curioſis.

II. Eidem Ptolomæo, qui *Geographiam* ſcripſit *Almageſtum* quoque a *Barocio* ALII PTOLOMÆO attributum vindicat cum *Ricciolo* indi[...] epiſtola, ſubjuncta Deckher. de ſcriptis Adeſpot pag. 363.

III. *Canonem Ptolemaicum a Ravio* Fundam. Chronol. col. 29. BEROSO aſſignatum à *Cal*[...]

à *Calovio* Diſcuſſ. Chronol. Ravius p. 34. Auctori ſuo reſtituit indicante *Symbola Normanniana.*

PUBLIUS v. *Licinius.*

v. *Statius.*

(2233) PUCCIUS *Franciscus*: F. FILIDINUS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 590.

(2233. a) PUCHESANI, *Chariſii* nomine ſe *Diatriben Anti-Mareſianam* ediđiſſe, ipſe refert Caſpar HEUNISCHIUS Comm. Apocal. in Cant. Cantic. pag. 379. & *anagrammatiſmus* oſtendit. Titulum totum *Baillet* d' Anti Tom. I. pag. 351. ita recitat: *Chariſii, Pucheſani Diatribe Anti-Mareſiana, ſuper quæſtione an Reformati per Inſtrum. Pacis declarati ſint ſocii Auguſt. Confeſſionis?* Anno 1677. Je ſuis perſvadé, addit, que *Chariſius Pucheſanus* n' eſt une maſque, ſous lequel aura voulu ſe cacher l' Auteur, qui a ecrit ce t ouvrage, contre *des Marais.* Larvam recte vidit ſed non detraxit. *Symbola* eſt *Diecmanniana.*

(2234) PUERONI *de Cremone Dominic. Dom* MINUTOLI de Lucques. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 590.

(2235) *Johannis* PURVÆI nomine in Germania anno 1528. editi *Commentarii in Apocalypſin* ſed ſine nomine Auctoris, *Johanni* WICLEFO Anglo adſcribuntur à *Gerhardo* apud *Deckherrum* de ſcriptis Adeſpotis pag. 105. At ſub *Purvæi* nomine tanquam Genuinum Commentarium hunc citat *Balæus* de ſcriptoribus Angliæ fol. 181. qui ceteroquin 155. ſeqq. numeroſiſſimum Scriptorum Wiclefianorum catalogum affert. *Pitſeus* utriusque Scriptoris plane nullam mentionem injicit.

PYRAME v. *Candole.*

(2236) PYRARD DE LAVAL, *Francois*: *Jerome* BIGNON. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 590.

PYTAGORAS v. *Pæon.*

(2237) PYTHAGORAS *Philoſophus Samius*, multorum Scriptorum olim Auctor creditus eſt; eis, qui Sectæ ejus aſſeclæ fuerunt, ſcripta ſua Pythagoræ ſupponentibus, propria ſubtrahentes, ut loquitur *Gale* in notis ad Jamblichum pag. 183. (a) Et

I. Quidem *Aurea Carmina* ſub ejus nomine à Pythagoreis falſo venditata, monet *Lambecius* Commentar. de Bibliotheca Cæſarea, lib. VII. pag. 133. (b) Quorum verum Auctorem Joan. *Picus* in Proœmio Heptapli, indicante *Symbola Raauſchianam Friſiusq;* Biblioth. Geſner. aſſerit eſſe PHILOLAUM, quem PYTHOLAUM ſcribit *Ravius*, in notis ad eum MStis, indicante *Symbola Normanniana, Philolacum* autem Ludovicus *Vives* de cauſis Corruptar. Artium lib. I. Ad LYSIDEM autem Tarentinum referre videtur Diogenes *Laertius* lib. VIII. in Vita Pythagoræ p. 492. (c) & cum eo *Menagius* in notis ad hunc locum Segm. 7. p. 350. (d) inclinat. Qui &

II. MORALIUM PYTHAGORÆ DOGMATUM multa accepta referenda eſſe THEMISTOCLEÆ, quam Alii ſororem Pythagoræ, alii Sacerdotem Apollinis Delphici faciunt, notant: *Laertius* ſc. p. 493. & *Menagius* p. cit. (e) & (f)

III. *Sacri Sermonis nomine* liber, à *Laertio* loc. cit. *Pythagoræ* ab aliis CERCOPÆ Pythagoreæ attribuitur ut notat *Menagius.* Huic diverſus eſt hic liber ab illo, qui ARIGNOTE, diſcipulæ aut filiæ Pythagoræ ejusdem eſſe argumenti fertur: vocato in teſtimonium Diodoro Siculo, ſed maxime invito ut notat *Olearius* junior diſſertatione ad dialogum Leonis Allatii de Scriptis Socratis §. II. qui eo fere inclinat, ut Diverſos hos ſermones alterum, (*Pythagoræ*) *metro*, *alterum* (*Arignotes*) autem proſa conſcriptos afferat (g) utrosque tamen à *Pythagoricis* confictos.

IV. Aliqua Pythagoræ inſcripta eſſe, quæ Auctorem habeant ASTONEM Crotoniatem *Laertius* p. 492. qui &

V. *Myſticum Sermonem* HIPPASI credi aſſerit. (h)

(a) Gale in notis ad Jamblichum pag. 183.
*Imitati ſunt hoc* Pythagoræi. *Omnia ſua inventa* Pythagoræ *nomine inſigniebant, ſua ſubtrahentes. Atque hinc quoque evenit, ut olim multa tanquam à* Pythagora *ſcripta circumferrentur; cum tamen* Hieronymus, Lucianus, *aliique teſtes idonei eum nihil omnino ſcripſiſſe affirment.*

(b) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. Liber VII. p. 133.
*Interim facere non poſſum, quin nunc obiter ſingularem aliquem iſtius Commentarii locum, pagina 230. jam memoratæ editionis Curterianæ, ubi Hierocles expreſſe non Pythagoram, ſed Pythagoreum aliquem Aureorum illorum verſuum autorem eſſe affirmat, inveterato mendo liberem. Legitur ibi vulgò hoc modo:* Παραδέδοται ἡ τούτων γνῶσις τοῖς Πυθαγορείοις αὐτοῦ τοῦ Πυθαγόρου, ὃν καὶ νῦν ΕΠΟΜΕΝΟΣ Ὁ ΤΩΝ ΕΠΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΥΣ, ὅτι τῆς ἀρετῆς ἡ τελείωσις πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἔλλαμψιν ἡμᾶς ἀνάξει. *Ubi recte quidem* Curterius *animadvertit, Sententiam claudicare, ideoque poſt vocem* συγγραφεὺς *exiſtimat deeſſe verbum* φησὶν, *totumque illum locum ſic vertit:* Eſt autem iſtorum tradita Pythagoreis per Pythagoram ipſum cognitio, quem inſecutus, qui verſus iſtos conſcripſit, virtutis perfectionem ad ſplendorem veritatis nos eſſe perducturam ſignificat. *Sed haud opus eſt verbo illo* φησὶν utpote cum ex præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto Cæſareo certo conſtet, pro ὃν καὶ νῦν ΕΠΟΜΕΝΟΣ legendum eſſe ὃν καὶ νῦν ΕΠΟΜΝΥΤΑΙ ita ut verus

*ſit ſenſus:* per quem *(Scilicet Pythagoram)* nunc etiam is qui Verſus hosce conſcripſit, jurat, *(ſive juramento confirmat,)* quod virtutis perfectio ad veritatis ſplendorem nos ſit perductura.

(bb) Symbola Rauſchiana.

Pythagoræ Aurea Carmina quæ circum*feruntur* Pythagoræ *non eſſe*, *ſed* Philolai, *ſtatuit* Jo. Picus Mirandul. *in proœm. Heptapli: Rationem affert*, Quia, *inquit* Pythagoras ſilentii magiſter factus, nec ipſe quicquam literis mandavit, præter — — — — — —

(c) Laertius Lib. VIII. p. 492.

*Quod autem nomine Pythagoræ legitur Lyſidis Tarentini Pythagorici eſt, qui cum Thebas profugiſſet, Epaminondæ Præceptor fuit.*

(d) Menage ad præced. locum pag. 350.

*Aurea Carmina videtur ſignificare. Aliter tamen exiſtimaſſe videtur Suidas, qui, poſtquam hæc Laertii verba* τὸ δὲ φερόμενον *&c. retulit, addit,* τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. *Cujus autem auctoris ſint Aurea illa Carmina, incertum eſt. Certe Pythagoræ non eſſe conſtat: quâ de re legendus Theodorus Marcilius in Commentario ad illa Carmina. Lyſida Thebis vixiſſe, ibique Epaminondæ Magiſtrum fuiſſe, ſcribit etiam Porphyrius:* ὁ Λῦσις ἐν Ἑλλάδι ᾤκησεν, Ἐπαμινώνδα τε συγγέγονεν οὗ διδάσκαλος γέγονε. *Et Jamblichus: qui addit, ab Epaminonda patrem fuiſſe appellatum.*

(e) Diogenes Laertius Lib. VIII. Segm. 8. pag. 492. 493.

*Ait autem & Ariſtoxenus, complura moralium dogmatum accepiſſe Pythagoram à Themiſtoclea Delphis.*

(f) Menage ad præced. locum p. 351.

Malim cum *Aldrobandino*, τῆς ἐν Δελφοῖς: ,,hoc eſt, quæ Sacerdos fuit Apollinis apud Delphos, quem ad modum infra in hac ipſa Vita legitur ὁ δ' αὐτὸς φησιν (Sermo eſt de eodem Ariſtoxeno) ὡς προσείρηται καὶ τὰ δόγματα λαβεῖν αὐτὸν παρὰ τῆς ἐν Δελφοῖς Θεμιστοκλείας: quam quam ibi Caſaubonus, ex hoc loco, τῆς ἀδελφῆς reponit: accuſans incogitantiæ Ambroſium, Diogenis Laertii Interpretem, qui receptam lectionem ſequutus ſit. Etiam *Scaliger* ad Oram libri τῆς ἀδελφῆς legendum adnotaverat: &c. Credibilius igitur eſt Pythagoram Decreta ſua ad Apollinis Sacerdotem, cum id magnam authoritatem faceret, quam ad ſororem ſuam, quod authoritatem nullam feciſſet, retuliſſe. Deinde, ſi tam doctam atque eruditam ſororem habuiſſet Pythagoras ut ad eam dogmata ejus referri veroſimiliter potuiſſent, nemo illius non meminiſſet.

(g) M. Gottefridus Olearius Diſſertat. ad Dialogum Leonis Allatii de Scriptis Socratis §. II.

Sed ut ad ἱερὸν λόγον, de quo ſermonem ,,inſtituere cæpimus, redeamus, fuere alii, qui ,,*Arignotæ*, quam filiam nonnulli alii μαθήτριαν ,,Pythagoræ faciunt, eum tribuerent, ut ex *Suida* diſcimus, ut adeo nulla conſtans de autore hujus operis extet traditio. Sane abſolute & ſine autoris nomine a Veteribus id allegatum fuiſſe, tum ex *Jamblichi* & Clementis Alexandrini, tum Procli quoque ad Euclidem loco & aliis mihi colligere poſſe videor, quem cum Pythagoricæ diſciplinæ myſteriis, ipſius Pythagoræ nomine evulgatis, refertiſſimum poſterioris ævi homines viderent, autorem, vel ipſum Pythagoram eſſe crediderunt, vel aliquem ex Pythagoricis, prout nimirum cujusque ingenium ferret. Mirum autem, doctiſſ. *Menagium* Diodori Siculi quoque ſuffragio ἱερὸν λόγον Pythagoræ vindicare. Audiamus ipſum, ut eo certius de mente ejus judicium feramus. Φασὶ δέ, inquit, Πυθαγόραν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον καὶ τὰ κατὰ γεωμετρίαν θεωρήματα καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμούς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. Quid hæc, quæſo, aliud ſibi volunt, quam, Pythagoram eam doctrinam, quam ἱερὸν λόγον vocabant Pythagorici (namque ἱερὸν λόγον eundem eſſe, quem τὸν περὶ θεῶν λόγον ex Jamblicho diſcimus,) vel quam, ſi mavis, aliquis eorum libro hujus tituli complexus fuerat, [ipſum enim Pythagoram id feciſſe ne fidiculis quidem ex Diodoro extorqueas,] ab Ægyptiis didiciſſe, pariter ac Geometricas doctrinas, & illas, quæ ad numeros & animarum transmigrationem pertinent? Et num quæſo pari jure ex illo loco colligi non poſſet Geometrica theoremata, aliaque ad numeros ſpectantia eum, ſcripſiſſe? quod tamen factum eſſe, nemo, ex illo Diodori loco probare hactenus auſus, fuit. Deſinerem de ἱερῷ λόγῳ verba facere, niſi nova quædam cauſa exoriretur, quæ dubiam, apud me reddit traditionis, de Pythagora autore illius operis, fidem. Si rectè enim inter ſe Laertium & Jamblichum contendo, geminum opus ſub hoc nomine proſtitiſſe ut exiſtimem fere, adducor. Metro namque adſtrictum fuiſſe, ἱερὸν λόγον, quem Laertius allegat, ex initio ejus, quod nobis ipſe Laertius conſervavit, abunde, pateſcit; at alia fuit illius ratio, qui Jamblicho, memoratur, ut ex fragmento inde allegato liquidum evadit. Liceat illud quoque hic adducere, ut ſimul obiter hunc etiam locum emendemus. Περὶ θεῶν Πυθαγόρας

[Sic lego pro πυθαγόρα]

τῷ Μνησάρχῳ τοῦτο ἐξέμαρτον ὀργιασθεὶς

[Arceriana editio habet ὀργιασθεὶς]

ἐν Λιβήθροις, τοῖς Θρακίοις, Αγλαο φάμω πλέτα,

[Sic pro πλέντος, quod editum eſt, legendum putarem]

μεταδόντος.

(h) Diogenes Laertius Lib. VIII. Seg. 8. pag. 492.

*Quintum* Helothalem *Epicharmi Coi patrem. Sextum* Crotonem, *& alios. Porrò myſticum ſermonem ajunt Hippaſi fuiſſe, qui in injuriam* Pythagoræ *ſcripſit.*

(2238) *Theophili* PYTONILLI nomine, quod editum eſt Florent. 1667. in 12mo *Enchiridium Sacrum*, poſtmodum præfixo veri Auctoris *Hyppolithi* TONELLI nomine recuſum eſſe Venetiis

etiis docet nos *Leti* Italia Regnante Part. III. ib. 4to p. 417. cujus integrum Textum ſub lit. a) conſpiciendum damus.

(a) Leti Italia Regnante Part. III. lib. 4to. p. 417.

Ipolito Tonelli. *E Cumto della Chieſa Ca-hedrale, e molto intelligente, ſi di Riti, come di mate-ie Morali. Hà dato fuora.*

*Sacrum Enchiridium ea, quæ ad Sacrificium Miſ-æ ſpectant, ob oculos ponens, Rubricas Miſſæ privatæ lucidans, de Celebratione coram SS. Sacramento, de Ejusdem Expoſitione, & Depoſitione, & de Cultu SS. Cruci exhibendo pertractans. Denique coronat Opus Decretum S. D. N. Alexandri VII. plures opiniones tanquam ſcandaloſas damnantis.* Auctore Theophilo Pytonillo *Congr. Jeſu Saluat. Presbytero. Florentiæ ex typographia ſub ſigno Stellæ 1665. in 12.*

*E ſtato il detto Libretto riſtampato molte volte, in Venezzia, come anche in Milano, ed in altri luoghi, & per lo più col proprio nome del Sig. Tonelli. In principio di eſſo ſi leggono diverſe compoſizzioni in ſua lode.* Francesco Verde, *nel ſuo libro intorno all' opinioni proibite, lo cita più volte, chiamandolo dottiſſimo, benche in qualche coſa ſia di contraria opinione.*

# Q.

(2239.)

QUERBERUS *Coſme* RUGERI où ROGER, dit l' *Abbé* de S. MAHé. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 590.

---

(2240) QVERCETANUS, *Joſephus*: *N.* DE LA VIOLETTE. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 590.

---

(2241) Andreas QVERCETUS, item de QUERCU, idem eſt, qui *Andreas du* CHESNE, ve CHENIUS, Gallico nomine latine tantum eddito. v. *Phil. Labb.* Bibl. Bibliothecar. p. 5.

---

(2242) QVERCU, *Leodegarius* à: *Adrien* TURNEBE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 90. Edidit animadverſiones in Lullianos Petri ami commentarios. Eſt ille *Adrianus Turnebus* nter cujus opera filius poſtea tomo primo edi-it. Sub eodem nomine etiam edidit Reſponſionem ad Audomari Talæi admonitionem quæ uoque a filio ſub nomine patris eodem tomo dita eſt. Eſt aliàs verus non perſonatus auctor eodegarius à Quercu, qui Turnebi operum Tom. 3. patet, ubi exhibetur iſta parentatio.

QUEVEDO v. *Philander* **von Sit-ewald.**

---

(2243) *Benedetto Carlo* QUINTERO, vero omine eſt HYACINTHUS CAROLUS QUINTERO, qui ſub priori nomine publicavit: *El emplo de la Eloquentia Caſtellana*, ut monet *Nicolaus ntonius* Biblioth. Hiſpan. p. 465. col. b. & ex illo *Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. V. p. 99. (a) iſce verbis. V. BENEDETTO CARLO QUINTERO de Chierici Regolari Minori *El emplo de la Eloquenza Caſtellana.* In Salamanca appreſſo Roderico Caluo M. DC. XXIX. 4.

(2378) *Euſtachius* RUDIUS opus edidit, quod *de humani corporis affectibus dignoſcendis, prædicendis, curandis & conſervandis librum primum* inſcripſit: quem cum aliquot docti Medici legiſſent, qui Hieronymi CAPIVACCI Auditores fuerant, ſanctiſſime affirmarunt, *Rudium* omnia ab hoc ſuffuratum &c. ut ex Theod. Angelutii *Bactria.* pag. IV. p. 10. docet *Almeloveen* Syllabo Plagiar. p. 35.

RUDOLPHUS v. *Battermann.*

(2379) RUELLE, *R. de la: Theodore* MAIMBOURG. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez 69.

(2380) RUFFINI *de ſingularitate Clericorum* liber an ſit *Cypriani*, nec ne v. *Cyprianus.*

Adde *Mehlfürer* Corona Patrum p. 124.

II. Ei vulgo adſcribitur *Joſephi Antiquitat. Judaicarum Verſio latina*, quam tamen Editores Joſephi Anglicani EPIPHANIO SCHOLASTICO, tribuere malunt: ut obſervant Monatliche Unterredungen 1691. p. 436. *Ruffino* tamen tribuit *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque tom. III. pag. 140. col. b.

III. Ruffini nomine publicatæ *duæ Confeſſiones* fidei; quarum *alteram breviorem* a *Garnerio* publicatam, ſuſpicatur *Du Pin* ab ANASTASIO Papa compoſitam, & Ruffino miſſam ut ſubſcriberet; *alteram* autem *Prolixiorem* a *Sirmondo* profectam eſſe PELAGII, verſionis autem Originale Græcum JULIANI. Vide *la Nouvelle Bibliotheque* tom. IV. p. 31. (a) & ex ea *Acta Erudit. Lipſ.* Tom. II. Suppl. Sect. IX. p. 418. (b) utramque tamen a *Garnerio* RUFFINO SYRO, ab Aquilejenſi noſtro diverſo, adjudicari, notat *Cave* Hiſt. literar. Script. Eccleſ. p. 166. col. b. quem & vide agentem docte ut alias de reliquis hujus *Ruffini.* (c) JULIANO ECLANENSI tributis quæ partim excerpſimus.

(a) Du Pin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. IV. p. 31. 32.

*L'Auteur des* Profeſſions de Foy *attribuées à* Rufin. *Le pere* Sirmond *nous a donné en 1650. une longue Expoſition de Foi, qui porte le nom de Rufin, & que* Jean Diacre *a attribuée au Pretre d'Aquilée. Mais ce ſcavant Jeſuite nous a en meme temps avertis, qu'elle ne pouvoit eſtre de cét Auteur, parce qu'elle combat expreſſément les ſentimens d'Origene, que Rufin n'a jamais condamnez. Il eſt remarqué dans les Manuſcrits de l'Abbaye de Corbie, que c'eſt Pelage qui eſt* Auteur *de cét Ecrit, & qui l'a publié ſous le nom de Rufin.*

*Le Pere* Garnier *nous a auſſi donné depuis une* autre Profeſſion de Foi *beaucoup plus courte, compoſée de douze Anathematismes, qui ſe trouve à la tete de la compilation des pieces recueillies par* Marius Mercator; *où elle eſt attribuée à Rufin d'*Aquilée. *&c. Auſſi ne veux-je pas aſſurer qu'elle ſoit effectivement de Rufin d'Aquilée; mais je dis que c'eſt à lui qu'elle eſt attribuée. Et je croirois facilement que c'eſt un modele de Profeſſion de Foi que le Pape Anaſtaſe avoit fait pour faire ſigner à Rufin d'Aquilée. A l'égard de la premiere Profeſſion de Foi, c'eſt certainement l'Ouvrage d'un* Pelagien.

(b) Actorum Eruditorum Supplementa 1696. T. II. Sect. IX. p. 418.

*De Profeſſionibus Fidei, quæ Rufino tribui ſolent, agens, neutram a Rufino Aquilejenſi ſcriptam probat, & rationes adducit, quibus Garnerius inductus Rufinum Syrum* Pelagii *Magiſtrum, Mario Mercatori memoratum, a Rufino Aquilejenſi diverſum fuiſſe aſſeruit. Etſi verò ex duabus Fidei* Profeſſionibus, *quæ Rufini nomen gerunt, neutram* Aquilejenſi *tribuendam Noſter cenſeat, breviorem tamen eum in finem, ut a Rufino Aquilejenſi ſubſcriberetur, ab* Anaſtaſio *Romano Epiſcopo ſcriptam conjicit.*

(c) Cave Hiſtor. Litterar. Scriptor. Eccl. p. 166. b.

Libellus fidei *prolixiſſimus, quo contra Arianos, Eunomianos, Macedonianos, Apollinariſtas, Novatianos, Origeniſtas, & præſertim contra peccatum originale acerrime diſputatur; ab eodem* Rufino, *quisquis demum ille fuerit, Græce ſcriptus, & à* Juliano Eclanenſi, *ut videtur, Latine verſus. Hunc incerto auctoris interpretisq; nomine, quadraginta ab hinc ferè annis in lucem protractum edidit Jac.* Sirmondus, *& exinde* Rufino Syro *vindicatum, ac notis & diſſertationibus illuſtratum Jo. Garnerius in Append. ad part. I. Operum Marii Merc. p. 286.*

Joſephi Opera *ab eo verſa ſæpius excuſa extant. De hac verſione audiamus Doctiſ. Cauſaboni cenſuram. Multis, inquit, locis ad inſaniam usque inepta eſt, non aliam perſæpe ob cauſam,*

*ſam, niſi quod corruptiſſimos nactus codices & judicio critico deſtitutus, quidquid invenit, exprimere eſt conatus. Tanta autem fuit Rufini in hoc præclaro incepto infoelicitas; ut libris illi uti contigerit etiam hodiernis noſtris interdum depravatioribus; quod multis exemplis ibidem demonſtrat.*

RUFFUS v. *Aſterius.*

(2381) *Sexti* RUFI nomine vulgatum *Breviarium de Victoriis ac Provinciis Populi Romani* ad Valentinianum II. Auguſtum proſa ſcriptum rectius AVIENO tribui judicat *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 193 adde Append. p. 64.

(2382) Godofredi RUISII Taxandri *Apologiam, adverſus librum Eraſmi de Confeſſione.* Item *contra librum ejusdem de eſu carnium* editam 1525. Antvverp. apud Simonem Cocum, eſſe *Gualteri* GRAVII, Dominicani, & ab eodem quod Eraſmo familiaris eſſet, occultatum fuiſſe nomen *Valerius Andreæ* ſcribit p. m. 300. Idem confirmat Fr. *Sweertius* p. 296.

Rationem immutati nominis addit hæc confirmans *Poſan. Geld.* p. 48. & 25. indicante *Symbola Sperlingiana.* Gravius enim, ab oppido Graviæ, unde oriundus erat, ita dictus, cum familiaris eſſet *Eraſmo*, maluit nomen immutare, quam Amicitiæ obſtacula quærere. Hæc ille, quæ confirmat Clariſſimus Dnus *Cave* epiſtola ad me data Islinghtoni 8. id Xbris 1676.

RUNECLUS v. *Gibronte.*

RUPELLENSIS *Synodi nomine ut ſcripſerit Mons. la Militiere* v. *infra.*

RUPEX v. *Signatorius.*

(2382. a) RURÆMUNDENSIUM Rhetorum nomine, *Ruræmundam illuſtratam* edidit Lovanii 1613. 8. *Otto* ZILIUS, Ultrajectinus Jeſuita, teſtibus *Alegambe* p. 362. & *Valer. Andr.* p. 710. & *Sotvel.* p. 644. col. b.

(2383) *Johannis* RUSBERI nomine qui editus eſt ab Henrico *Stephano* anno 1512. Lutetiæ liber *de Ornatu Nuptiarum Spiritualium* Auctorem habet *Joannem* RUYSBROECKIUM indicante *Valerio Andreæ* Deſſelio Biblioth. Belg. 556.

(2384) RUSBROCHIUS où RUYSBROECHIUS, FULCHERIUS: *François* MACEDO. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 596.

(2385) RUSBROCHIUS, *Fulgentius*: *François* MACEDO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez. p. 597.

RUSTICUS v. *Victorius.*

(2386) *Janus* RUTGERSIUS Batavus, Perſona eſt *Joſeephi* SCALIGERI quam induit, cum *contra Scioppium* Principatum ſuum Veronenſem defenderet. vide *Colomeſ.* Bibliotheque Choiſie pag. 103. & *Teiſſier.* Eloges des hommes Savans Tom. I. p. 150.

(2387) *Hermannides* RUTGERUS J.U.D. perſonatus ſcripſit querelam, de injurioſa prorſus ratione qua ſecum egerunt *Eraſmus Regius* poeta Laureatus, & alter quidam, homo anonymus, ut & ſimul carminis ſui Latini defenſionem. Eſt ille *Janus* BRUCHUSIUS, Amſtelodamenſis. Scriptum eſt Barbarum, ad imitationem Epiſtolarum obſcurorum virorum, in cauſa Petri Francii: in quarto 1696. Hæc Symbola eſt Maſtrichtiana.

(2388.) Franciſci RUYZ nomine, *Michael* TURBAVUS, Jeſuita Hiſpanus, *Certamen Gerundæ habitum in Canonizatione Ignatii Loyolæ & Franciſci Xaverii, Proto Jeſuitarum*, edidiſſe memoratur ab *Alegambe* p. 345.

Adde *Sotvell.* Biblioth. Scriptor. Soc. Jeſu pag. 618. col. a. At Nicolaus *Antonius* de hoc Scripto & Scriptore ſilet in Bibliotheca Hiſpana.

(2389) RUZANTE: *Ange* BEOLQUE *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 597.

RYKEL v. *Dionyſius.*

(2390) RYSSEN, *Leonardus* à: *Gisbert* VOETIUS: *Bailletus* liſte des Auteurs deguiſez p. 597.

(2391) Der Ryſtige / vocatus fuit RISTIUS in Societate frugifera & ſub hoc nomine Colloquia vernacula Menſtrua aliaque Opuſcula edidit. Verba ſunt *Symbolæ Flensburgo-Mollerianæ.*

* * *

# S.

(2392.)

THeophili Rabani SAAVEDRÆ nomine *Deliciæ Biblicæ:* Oder Bibliſche Ergetzlichkeiten über das Neue Teſtament Monatl. herausgegeben. Leipzig bey David Fleiſchern / Januar. 1692. 8. uctorem habent *Andream* BEYERUM, Eccleaſtem Freibergenſem. Sed dudum iſte labor uum habuit finem. Hæc *Symbola Junckeriana.*

SABAUDUS v. *Hiſtoriographus.*

(2393) SABIN: *Paul* HAY DE CHATELET. Douteux. *Baillet* liſte des Auteurs eguiſez p. 597.

(2394) *Eraſmi* SABINI *Hafneri* Lutheraer und Calviniſten. Caſſellis 1607. eſt *Herman.* FABRONII. v. *Gerhard.* de Sacra Cœna p. 88. b.

Ejusdem *Eraſmi Sabini* Geſpräch mit Juſtino alerio, vom alten Glauben der Heſſen. Caſſellis. 606. 4. mox item 1608. 4. ſubſecuta Herman. *Fabronii* Einfältige Warheit / und Verantwortng des Geſprächs vom alten Glauben in Heſſen, etm priorem dialogum ipſi adſtruit. Conf. *aud.* Bibl. Germ. 210.

(2394. α) *Georgii* SABINI ficto nomine itum a *Philippo* MELANCHTONE libellum *Electione Caroli V.* ex *Berneggeri* obſerv. Miſcell. p. 15. lit. g. indicat Symbola *Poſteliana.*

Adde *Chytræi* Sax. lib. IIX. pag. 297. *Buchholz.* indic. Chronic. pag. 538. & 537. i addantur verba Chriſtophori *Schraderi* Progr. oprio nomine editor. CII. Adſcribitur hæc atio Maximiliano I. Imperatori, & alibi, & volumine Conſiliorum bellicorum contra rcam, ſub initium hujus ſeculi Lipſiæ editom. Et p. ſeq. *Auctor, ne neſciatis, eſt ille de ſapien- & eloquentiæ ſtudiis tam optime meritus Philippus elanchthon.* Ejusdem & narratio illa eſt, quæ ationi præmittitur ſubjiciturque, quod e Chroci Melanchthoniani Peuceriana editione, ſatis nſtat. *Philippus* equidem ſub *Georgii Sabini none*, ut genero huic ſuo famam conciliaret, ilm Cæſaris exhortationem prodire paſſus eſt, at *ucerus* ſocero ſuo eandem poſtliminio aſſerit. ſp. *Sagittarius* Introd. in Hiſt. Eccleſiaſt. p. 641. dit ſub Sabini nomine extare apud *Schardium* om. II.

SABINUS ERASMUS v. *Hafnerus.*

SABINUS vide *Pomponius.*

(2395) *Raymundus* DE SABUNDE, cujus mine citatur à Thoma *Hyde* Catalog. Biblioth. dlj. p. 126. col. a poſt N. *Liber Creaturarum* ſive *eologia Naturalis de Homine & Creaturis* Lugd. 1540. 8vo. ei Idem eſt qui Rem. SEBEYDE. loc. cit.

(2396) *Valentini Petri* SACII nomine vulgatam Diſſertationem *De Jure Canonico* — — DORSCHEI eſſe perhibet Symbola *Thurmanniana* Autoritate Garſiæ de Juribus Majeſtatis lib. I. c. 33. n. 44. in f. p. 560.

SACCO vide *Lazaro.*

SACCUS v. *Lazarus:*

(2397) *Antonius* SADEEL, cujus Opera *Theologica* excuſa 1599. citantur à Thoma *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlejanæ poſt N. 126. col. b. ſpeciatim autem recenſentur à Teiſſierio tom. II. des Eloges des hommes ſavans pag. 179. (a) vero nomine eſt *Antonius* DE LA ROCHE-CHANDIEU, ut idem notat loc. cit. & cum eo *Baillet* Auteurs degviſez pag. 328. & 597. nomine nempe gentilitio Hebraicè reddito.

(a) Teiſſier Eloges des Hommes Scavans Tom. II. p. 179.

*Il a donnè à ſon parti un volume de Traitez Theologiques ſous le nom d'* AntoineSadeel. *Dans la Langue Hebraique* Sadeel *ſignifie champ de Dieu. Il traveſtit ainſi ſon nom de* Chandieu, *ne voulant ni tirer de la gloire de ſon Ouvrage ni la perdre.*

*Ses Oeuvres imprimèes ſont*, De verbo Dei „ſcripto, Tractatio. De unico Chriſti Sacer„dotio & Sacrificio. De vera peccatorum re„miſſione. De veritate naturæ humanæ Jeſu „Chriſti. De Spirituali manducatione corporis „chriſti, & ſpirituali potu ſanguinis ipſius in Cæ„na Domini. De Sacramentali manducatione „corporis Chriſti, & Sacramentali potu Sangui„nis ipſius in Coena Domini. Refutatio libelli „quem *Claudius de Xaintes* Monachus edidit cum „hac inſcriptione, Examen doctrinæ Calvinianæ „& Bezanæ de Cœna Domini anno 1567. Index „errorum *Gregorii de Valentia* ex eo libro quem „inſcripſit, *Examen præcipui Myſterii doctrinæ Calvi„niſtarum.* Index Secundus ἐλεγχτικὸς errorum „Greg. de Valentia. Reſponſio ad fidei, quam „vocant, profeſſionem à Monachis Burdegalen„ſibus editam anno 1585. ut eſſet Religionis ab„jurandæ formula. De legitima vocatione Pa„ſtorum Eccleſiæ Reformatæ, Sophiſmatum „Turriani Solutio. Ad omnia repetita Turriani „Sophiſmata Reſponſio. Centum floſculi Tur„rianicæ Diſputationis. Index ἐλεγχτικὸς repe„titionum Turriani, cui acceſſit brevis Refutatio „Libelli, quem Turrianus edidit cum hac inſcri„ptione, ἔλεγχος δυσωπητικὸς adverſus tertias in „librum bipertitum cavillationes *Sadeelis Luthera„ni.* Analyſis, & Refutatio aſſertionum de „Chriſti in terris Eccleſia, propoſitarum in Col„legio Poſnanienſi. Ad tres libros *Laurentini Ar„turi*, quos inſcripſit de Eccleſia Chriſti in terris. „Meditationes in Pſalmum 22. Octonaires de „la vanité des choſes humaines. L'Hiſtoire de

zzz 3 perſe-

„perſecutions. Traité de la diſcipline Eccleſia-
„ſtique. Trois Sonnets ſur la mort de Calvin.

---

(2398) Claudius SADILETUS, qui omnium Facultatum *Studiorum Cynoſuram Tabulis Comprehenſam* Anno 1664. edidit, tranſpoſitis literis fit (*Johannes Henricus*) ALSTEDIUS, ſub cujus nomine & titulo *Conſiliarii Academici*, jam pridem Anno 1610. & 1617. Argentinæ prodierat. vide *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 334. & 335. & *Baillet* Catalogum des Auteurs degviſez p. 597.

---

(2398. a) *Leonardus van* SAENEN. Sub eo nomine editas *contra Everardum Schæfferum* Hæreticum, à *Jona* VAN DER LAEN, Jeſuita Belga *Vindicias Tabulæ fidei*, Jacobi Stratii 1653. Item *Regulam fundamentalem fidei* 1661. memorat *Sotwellus* Bibliot. Script. Soc. Jeſu p. 467. col. a.

---

(2399) Caſparus SAGITTARIUS. Ejus Tractatus, in quo Lutherus, ob diſputationem cum Diabolo de Miſſa, contra Gallicum Abbatem — Cordemoy defenditur, Auctorem habet illuſtrem Dominum *Vitum Ludovicum* à SECKENDORFF, ut ipſe fatetur Hiſtor. Lutheraniſmi lib. I. Sect. XLV. §. 102. p. 266. (a) atque ex eo Monatliche Unterredungen 1691. p. 903. (b)

(a) Seckendorf Hiſtor. Lutheraniſmi Lib. I. Sect. XLV. §. 102. p. 166.

*Rei gravitas & atrocitas contumeliæ per renovationem fabulæ dudum exploſæ, Proteſtantibus & ſpeciatim Lutheranis illatæ, cum ex Theologis pauci eſſent, qui Gallicum libellum intelligerent, movit me ut anno ſuperiori* Diſſertationem hiſtoricam & apologeticam adverſus tractatum Cordemoji, *tertia vice Pariſiis anno 1684. editum conſcriberem: ita ut libellum ipſum cujus titulus:* Recueil de la Conference du Diable avec Luther &c. *Latine verterim, & annotaiones inſeruerim, quibus omnia (ut puto) Abbatis argumenta ſufficienter refutata ſunt. Nolui tamen tunc nomen meum diſſertationi præfigere, ſed a D.* Caſp. Sagittario *Profeſſore Jenenſi impetravi, ut editionem ſuſciperet, quod pro ſuo erga me affectu præſtitit, ut ex præfatione ejus conſtat.*

(b) Monatl. Unterred. Anno 1691. pag. 903.

*Lutherus* hat in dieſem ſeinem *Pathmo* viel Bücher geſchrieben / wovon der Herr von Seckendorff mit mehren handelt / und *pag. 165. 166. (Hiſtoriæ Lutheraniſmi)* ihn von der Aufflage des Arianiſmi befreyet / auch ſich öffentlich bekennet für den *Auctorem* des vor etlichen Jahren vom Herrn D. Sagittario zu Jena in Druck gegebenen Tractats / worinnen Lutherus wegen ſeines *Diſputs* von der Meſſe mit dem Teufel / wider den Frantzöſiſchen Abt *Cordemoy defendiret* wird.

---

(2400) *Antonius* à SALA *Monbellenſis*, Ju-
„riſconſultus inſignis, ſi quis unquam, nulli-
„usque pudoris plagiarius. Is ab anonymo au-
„ctore ſcriptum librum de Vita & moribus Philo-
„ſophorum (quem Gualterum BURLÆUM fuiſ-
„ſe, quidam ſuſpicantur) Caſali in Italia apud
„Bernardum Groſſum, Impreſſorem Ducalem
„anno 1603. in 4. ut vocant, publicavit, tanquam
„ingenii ſui vigiliarumque partum, dicavitque
„Vincentio Guerrerio, Montisbelli Comiti,
„exciſis duntaxat quibusdam in fine libelli, qui &
„exaratus in membranis anno *Chriſti* 1452. repe-
„ritur in Codice Mſſto locupletiſſimæ Bibliothe-
„cæ V. Cl. *Alexandri Petavii*, Senatoris in Pariſi-
„enſi Curia integerrimi, & in primis ferè naſcen-
tis Typographiæ cunabulis, Lutetiæ in monte
„D. Hilarii ad inſigne S. Claudii in ædibus Radul-
„fi *Laliſeau* typis excuſus viſitur, in doctiſſimi viri
*Jac. Mentelii*, Doctoris Medici Pariſienſis uber-„
rimo exquiſitorum in quovis litterarum genere,„
librorum penu, ut docuimus alias pag. 43. *Chro-*„
*nologici Elogii*, quod *Claudio Galeno*, *Medicorum*„
Principi dicavimus. Verba ſunt *Philppi Labbæi* Biblioth. Bibliothecar. pag. 316. append. 2 adde ejusdem *pag.* 322. ubi idem confirmare ſcribit *Lelandum*, Balæum, *Pitſeum* & *Voſſium* quem v. de Hiſt. Lat. lib. 2. cap. 65. pag. 315. ejusque auctoritate ſtantes, *Jonſium* Hiſt. Philoſ. l. 3. c. 20. p. 508. *Zeiler.* de Hiſt. Sect. 3. p. 44.

Eadem ex *Labbeo* affert *Teiſſerius* in Catalogo ſuo Auctorum & Bibliothecarum pag. 26. quibus alia ſuperaddit pag. 113. 114. adde *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 597. qui ad Impoſtores eum referendum potius putat. *Thomaſius* tamen de plagio literario, & *Almeloveen* Syllabo Plagiariorum Antonium hunc de *Sala* intactum prætermiſerunt.

(a) Teiſſerius in Catalogo Auctor. & Bibliothecar. p. 113. 114.

Gualterus Burlæus, Anglus, *Joannis* Duns *Scoti ſedalus cum* Gulielmo Ochamo *auditor, deinde impugnator acerrimus, ac nominalis* Philoſophiæ *aſſectator, priusque Oxonii, tum* Pariſiis *ad Annum 1347. Theologiæ Doctor, à* Lelando, Baleo, Ger. Joanne Voſſio, *& quibusdam aliis, auctor fuiſſe perhibetur libelli de* Vitâ & moribus Philoſophorum, *quem* Antonius à Sala, *anno 1603. Caſali, nomine ſuo publicavit. Vide ſupra, verbo,* Antonius à Sala, *& paginam 40. Elogii Chronologici Labbæi de Galeni ætate editi è Typhographia Claudii Cramoiſi, 1660.* Voſſius *autem libro 2. de Hiſtoricis Latinis annotavit magnam fuiſſe imperitiam* Burlei *in rebus quæ ad Hiſtoriam & temporum rationem pertinent; quod tamen non ingenio, quo plurimum valuit, ſed ſæculi infælicitati, quô literæ diſpretæ ubivis jacebant, tribuit.*

---

(2400. a) Gratianus *Leoſthenes* SALICETUS. Hoc titulo extant. 1.

*Elixir Jeſuiticum ſive quinta eſſentia Jeſuitarum* ex variis imprimis Pontificiis auctoribus, alembico veritatis extractum, mundi theatro exhibitum, Continens

1. Epitheta & Periphraſes Jeſuitarum.
2. *Catalogus vel quaſi teſtium veritatis de Jeſuitis.*
3. SIMILITUDINES & APOPHTEGMATA *de Ieſuitis.*
4. *Theſes & poſitiones ex novantiqua veritate deſumptæ,* Patribus Jeſuitis ad ventilandum proximis diebus Saturnalibus, & qui eos ſequentur usque ad Carnis privium vel præter propter propoſitæ: Collectore *Gratiano Leoſthene Saliceto* Anno primi Jubilæi

bilæi Jeſuitici 1645. in 12. ut habet titulus poſterior; titulus primus addit: Secunda cura, & parte augmentatum, una cum Vaticinio Hildegardis Jeſuitis accommodato, pars prima auctore & Collectore I. L. W. O. P. is eſt. Joh. *Ludovico* WEIDNERO Oppenhemio-Palatino. Prodiit liber in Belgio. Hæc *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

SALASSUS v. *Aſpaſtes*.

(2400 β) *Gottilvanio* SALIEBREGNO eſt *Antonio Giulo* BRIGNOLA-SALÆ, docente *Villani* Viſiera Alzata Hecatoſtes n. XV. quam ſupra in LUSINO pariter citavimus.

(2401.) Stephani SALLAI nomine publicavit *Petrus* PAZMANNUS Jeſuita, Cardinalis Hungarus, *Lene Medicamentum Civitati Varaenſi exhibitum, adverſus morſus Luporum, cum defenſione libri de Scriptura Sacra & Eccleſia, ſcripti ab Archiepiſcopo Strigonienſi:* Poſonii 1630. in 4. teſte *Legambe* p. 393.

Adde *Sotvelli* Bibliothecam Scriptorum Societatis JEſu pag. 690. col. b. *Witten.* autem in Diar. ſuo Biagraph. ad d. 19. Martii 1637. hoc perſonatum ſcriptum inter reliqua *Pazmanni* opera non recenſet.

(2402) C. SALLUSTII *Criſpi* nomine quæ venditantur *Declamationes in Catilinam & Ciceronem* PORCII LATRONIS potius eſſe cenſentur à *Conrado* in Quæſtura, qua vita Ciceronis recenſetur p. 117. (a) qui in hac materia ſatis prolixus eſt. Nec refragatur *Fabricius* Biblioth. Latin. p 18. (b) Idem docet & *Voſſius* de Hiſtoricis Latin. lib. I. cap. XV. pag. 75. in vito *Colomeſio* qui in notis à *Quinctil.* cap. I. Lib. IV. orationem in Ciceronem *Salluſtio* reſtituit. p. m. 227. (c)

(a) Corradus in Quæſtura, qua vita Ciceronis recenſetur p. 117.

*Ego certe ſic a principio putabam; ſed quum poſtea paulo diligentius examinaſſem, &* Ariſtarchus *hac parte fuiſſem, intellexi, quod omnes intelligere poſſint, eas ab aliquo declamatore, ut* Porcio *Latrone* *[ſcri]ptas fuiſſe, & eo magis, quod inter illas ipſius Porcii [La]tronis illa declamatio nobilis erat collocata. Accedebat dicendi genus ita ſimile, ut nemo non poſſet eas ab eodem ex eadem quaſi farina, vel cera factas judicare. [Qua]m propemodum de orationibus hiſce de quibus quæritur, dici poſſe video. Ut enim mihi videntur alicujus [dec]lamatoris & unius & ejusdem fortaſſe Latronis dictione, ita nihil minus, quam* Salluſtii, *vel* Ciceronis *[gen]us dicendi referre, vel etiam redolere. Id etſi quivis per ſe facile videre poteſt, nos tamen, ut errorem, in [quo] tam multos annos homines etiam docti ſunt verſati, penitus tollamus, hac ipſa de re quædam pauca dicemus.*

(b) Fabricius Biblioth. Latin. p. 18.

Declamatio in Catilinam *& alia* in Ciceronem, Porcii Latronis *potius vel alterius non inſulſi [rh]etoris antiqui quam* Salluſtii *eſſe creditur à viris doctis.*

(c) Colomeſius ad Quinctiliani Inſtit. Oratorias Notæ Cap. I. Lib. IV. p. 227.

Salluſtius directo ad Ciceronem.

*Infra lib. 9. cap. 3. Et apud Salluſtium in Ciceronem, &c. Hinc firmiter credimus Orationem in Ciceronem* Salluſtii *eſſe, non vero alicujus declamatoris, forte* Porcii Latronis, *ut putat eximius* Voſſius *in Commentario de Hiſtoricis Latinis.*

SALMANTICENSES *Jeſuitæ* v. Hiberni

(2403) *Pier-Antonio* SALMONE, Perſonatum nomen eſt *Balthaſaris* BONIFACII, ſub quo *invectivam* edidit *in Baptiſtam Guarini*, ut notat *Bibliotheca Aproſiana* p. 504. & la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XVI. ſupra in *Colato D. S. Bellino* excerpta, adde *Bailletum* liſte des Auteurs deguiſez pag. 597.

SALMONICUS v. *Macrinus*.

(2404) SALOMONIS nomine ſcriptus liber, *Sapientiæ* titulo, PHILONI *Judæo*, conſenſu tantum non omnium eruditorum, adſcribuntur, licet alii JESU SYRACIDÆ, alii Salomoni ipſum male adſcribant, v. *Joſeph* l. 18. antiq. cap. 15. *Lutheri* præfationem, & præterea *Sixtum Senenſem* lib. pag. m. 26. 27. *Bellarm.* ad A. M. 2959. *Ludov. Vivem* in Auguſt. de Civ Dei l. 17. c. 20. *Petrum Pallad.* Iſagoges p. 21. *Joh. Gerhard.* Exeg. loc. 1. de n. 209. pag. 215. *Hornei* de S. Script. Diſp. 3. pag. 179. & 279. *Calixt.* Diſp de S. Script. §. 21. *Hotting.* Philoſ. ſacr. l. 2. ſect. 1. pag. 517. Rabbinum *Gedalium* citantem. Ejusdem Salomonis nomine *Eccleſiaſticum* Syracidæ male citari, vide apud *Sixtum Senenſem* & *Hornei* l. c. De *Pſalmo* vero DAVIDIS 72. eidem tributo v. citatos *ſupra* in *Aggæo*.

Pro PHILONE militat *Huetius* Demonſtr. Evangel. Propoſit. IV. p. 360. ſed SENIORE, (a) cui addit *Raynoldi* Cenſur Apocryph. pag. 174. ſqq. *Whitaker* Script. l. XII. 46. itemque *Morhof.* Polyhiſt. lib. I. cap. 6. p. 48. & integro tractatu Johannes *Coſtabadius*, cui titulum fecit Judicii de Sapientia Salomonis, ubi pag 19. *Auguſtini* ſententiam refert eum JEſu *Syracidi* tribuentis, ſed poſtmodum retractantis (b) Philoni etiam tribuit *Lutherus* præfatione in hunc librum, itemque *Scheurlerus* Bibliograph. Moral. §. 148. & præcipui Eruditorum fere omnes. *Capellus* tamen in Commentariis & notis Criticis in V. T. ut *Salomoni* ita & *Philoni* abjudicat, quod notat *la Bibliotheque Univerſelle* Tom. XII. pag. 30. (c) Peculiaris ſententia eſt R. *Azariæ*, librum Sapientiæ eſſe a Salomone *lingua Chaldaica* ſcriptum, ut referunt *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1695. p. 514. Alia autem eſt Sapientia Salomonis, Auctore *R. Salomone Loria*, Judæo Auſtriaco: Quam Amſtelod. 1691. in 4to editam recenſent *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1692. pag. 193. ſeqq. Addit *Margo Maſtrichtianus* Froſſenium in diſquiſit. Biblicis pag. 574. & ſeqq. itemque & hæc: Pro eo quaſi canonico differit Doctiſſ. *Canus* Locor. Comm. cap. 9. lib. 2. & contra eum cap. 10. objectorum diſſolutionem habet cap. 11. Eadem *Symbola Maſtrichtiana* ESAIÆ Prophetæ libros SALOMONIS adſcribi a nonnullis

nullis docet, allegans eundem Melch. *Canum* 2. locor. Theol. c. IX. pag. 75. poſt Med.

II. *Eccleſiaſticus Salomoni* à plerisque Patribus adſcriptus notatur *Huetio* loc. cit. pag. 364. rationem addenti eam, quod liber iſte ex Salomonis Scriptis videatur excerptus; ipſe tamen *Syracidi* aſſerit pag. 365. (d) addit *Margo Normanni* iterum *Whittack.* Script. lib. IV. 16. & *Raynoldum* Cenſuræ Apocryphor. p. 191. qui prolixe rationes deducit *Salomoni* Scriptum hoc abjudicantes p. 192. ſqq.

III. *De Pſalmis Davidis: Pſalmum* CXXVII. addit *Neumannus* diſputat. de Pſalterio Salomonis §. XXII. utrumque tamen Davidi reſtituens §. XXIII. (e) adde *Huet.* loc. cit. p. 341. Utrumque Pſalmum à Davide ad erudiendum *Salomonem* ſcriptum autumat *Polus* Critico Sacr. Synopſ. col. 963. & 1251. Tom. II.

IV. De ipſo *Pſalterio* continente XIIX. Pſalmos Salomoni falſo adſcripto præter *Neumannum* hunc conſule *Huetium* loc. cit. pag. 340. & 341. ubi JUDÆO cuidam HELLENISTÆ illud adſcribit (f) Quæ ſententia placet etiam *Neumanno* §. XIX. (g) itemque *Auctori* der Monatl. Unterredungen 1689. in Appendice pag. 1257. *Lambecius* autem Commentar. de Biblioth. Cæſar. Lib. III. pag. 29. ſuppoſititium hoc Pſalterium eſſe ſuſpicatur, de Auctore vero ulterius non diſquirit.

V. *Eccleſiaſtes Salomoni adſcriptus*, ob Chaldaicas Phraſes inſertas, ſuſpectus *Kipping.* Exercit. ad S. Script. X. p. 59 (h) a ZOROBABELI à *Grotio*, EZECHIÆ à *Thalmudiſtis* tributus, *Salomoni* reſtituitur *ab Huetio* de Demonſtratione Evangel. pag. 348. ut & *Polo* in Synopſ. Critic. Sacr. Script. Tom. II. col. 1681. 1682. *Jeſaiæ* tamen abjudicare malle videtur *Capnio* de verbo Mirif. pag. 44. indicante *Symbola Normanniana.*

VI. *Proverbia* item Salomoni inſcripta, bifariam partiuntur *Lambecius* Commentar. de Bibl. Cæſar. lib. III. p. 17. (i) & *Huetius* loc. cit. p. 344. (k) priorem partem 24. circiter capitum, *Salomoni* relinquentes; *reliquam* autem vel ab EZECHIÆ amicis quod *Lambecio* placet, vel ab ESDRA, quod mavult *Huetius*, collectam afferentes, *Salomoni* tamen acceptam ferendam: cui & Proverbia & Eccleſiaſten deberi ex *Natali Alexandro*, obſervat *le Journal des ſcavans* Tom. XVII. p. 230. (l) adde *Polum* loc. cit. p. 1335.

VII. *Canticum Canticorum*, una cum *Proverbiis* & *Eccleſiaſte* ESAIÆ tribuit *R. Schabbethai* תורה num. 42. at *Schelomoni* verſus Cantici 1. vindicat, maxime in Thargum. Hæc *Symbola Normanniana* habet. Extat etiam Caſimiri *Oudini* Galli aliquando hic mihi domi meæ in ſatis miſera inopia conſpecti Tr. de Vita S. Gregorii Magni cum expoſitione in Cantica Canticor. legitimo ſuo parenti reſtituta & allegata Monatl. Unterredungen 1692 p. 945. mihi necdum viſa, uti nec recenſita in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1694. pag. 406. & ſeqq. editio Librorum Salomonis cum notis *Boſſueti* celebris illius Epiſcopi.

(a) Huetius Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. p. 360.

*Nunc itaque animadvertendum ſupereſt, hanc Scriptorum veterum opinionem, quæ* Philoni Seniori librum Sapientiæ *tribuit, ita proponi ab* Hieronymo. Liber Sapientiæ apud Ebræos nusquam eſt: quin & ipſe ſtilus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli Scriptorum veterum hunc eſſe Judæi Philonis affirmant. *Apud Ebræos nusquam eſſe ait quia ipſius jam ævo Ebraicum exemplar, unde fuerat exceptus, interciderat: Græcam redolere eloquentiam, quia in eo græce repræſentando non caſtigatum ac preſſum ſed liberum ac fuſum ſtilum* Philo *adhibuerat. Certe ex Helleniſtarum grege fuit* Philo *iſte; Helleniſtas autem fere omnes Ebraicæ loquelæ mediocrem conſtat habuiſſe notitiam, ac prope nullam. Hujus gregis fuerunt* Philo Alexandrinus, *Platonis imitator, &* Joſephus, *qui ſuis Scriptionibus Ebraicæ linguæ rudes ſe prodiderunt. Igitur ad aſſequenda verba, & introſpiciendos ſenſus libri Sapientiæ, interprete uſum puto* Philonem Seniorem, *& res ſibi rudius expoſitas fuſius deinde ac ſubtilius retuliſſe.*

(b) Morhoſius Polyhiſt. Liter. Lib. I. cap. VI. p. 48.

Joannes Picus *Comes Mirandulanus teſtatur ſcriptum eſſe à* Salomone *librum, cui titulus* Sapientia *ſit, non qui nunc in manibus ſit* Philonis, *opus, ſed alterum Hieroſolymitana ſacratiore lingua compoſitum, in quo ipſe Salomon naturæ rerum interpres omnem ſe illiusmodi diſciplinam fateatur de Moſaicæ legis penetralibus accepiſſe.*

(c) Bibliothec. Univerſ. Tom. XII. pag. 31.

Ludovicus Capellus *in commentariis & notis Criticis in V. Teſtamentum, montre, que la* Sapience *n'eſt point de Salomon, qu'elle n'a point eté écrite en Hebreu, qu'elle n'eſt pas divinement inſpirée, parce qu'il y a diverſes opinions contraires, ſelon l'auteur à la doctrine du Vieux Teſtament, qu'elle n'eſt pas du celebre* Philon *comme quelques Anciens l'ont dit: que S.* Jerome *ne l'a pas traduite, parce qu'il y a quantité de fautes dans la verſion Latine.*

(d) Huetius Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. p. 364.

*Conjicere quoque licet* Salomonis *opus hoc eſſe, ex eo quod affirmat* Epiphanius *verſibus ſcriptum fuiſſe perinde ut alios libros* Salomonis, Proverbia, Eccleſiaſten, & Canticum. *Inde adeo* ὀπαδὸς τοῦ Σολομῶντος *Salomonis aſſecla, appellatur* Jeſus *Libri hujus ſcriptor ab* Athanaſio *ſeu quisquis eſt auctor Synopſeos; non quod ejus ſolum in condendis Parabolis modum rationemque tenuerit, ſed etiam quod totas ipſius deſcripſerit Parabolas ac ſententias, ſententiarumque compilarit* συλλογάς, *& carminibus conſtrinxerit. Qua ratione contigiſſe opinor, ut veterum Patrum plerique auctorem hujus libri Salomonem prædicent; & nomine Salomonis in eorum ſcriptionibus non raro citetur, & inter Salomonis volumina in Eccleſia latina haberi ſolitus ſit. Cum enim hæc legimus in viceſima ſecunda* Origeni

He

*Homilia in Librum Numerorum.* In Libro, qui apud
nos quidem inter Salomonis volumina haberi
ſolet, & *Eccleſiaſticus* dici; apud Græcos vero, *Sa-*
*pientia Jeſu filii Syrach* appellatur., manifeſtum eſt
*Origenem*, qui inter Græcos Alexandriæ natus fu-
t, de ſe ita locutum non fuiſſe, quaſi Græcus
non eſſet; proindeque id eſſe *Rufini* interpretis
dditamentum, qui per ſummam intemperan-
iam & perfidiam has interpretationes elabora-
it, ut alibi dictum eſt a me. *Vult ergo* Rufinus
*Eccleſiaſticum, quem Græci Sapientiam Jeſu Syrach ap-*
*ellant, apud ſuos, Latinos nimirum inter, Salomonis*
*olumina referri ſolere.*

(e) Neumannus Diſput. de Pſalterio
alom. §. XXIII.

*Quantum ad Pſalmorum illud par attinet, quod*
לשלמה *inſcribitur, non deſunt interpretes, qui in*
*ignendi caſu* Salomonis *velut auctoris opus, reddide-*
*unt, cum* Tò ל *apud Hebræos characterem ejus flexionis*
*ſe intelligerent. Quo obſervato* Grotius *prioris Pſal-*
*i momenta ad Salomonem refert unice, quum luculen-*
*um etiam de Servatore Vaticinium in eo exprimatur. At*
*ctius alii* Tò ל *in dandi caſu, Salomoni verterunt, quod*
*r Grammaticorum leges id licere, adeoq;* Salomoni
*cratum hunc Pſalmum a Davide eſſe animadverterent,*
*ut ſub Salomonis typo Meſſias Servator deſcriberetur.*
*c & Belgæ ſub Salomone dicunt comprehendi Chriſtum*
*cis Regem* Ebr. VII. v. 2. *Omnium vero optime*
*haldæus*: per manus Salomonis dictus eſt in pro-
etia: O Deus judicium da Regi Meſſiæ &c. *Vid.*
*olyglottor.* Tom. III. pag. 196. *Prophetiæ autem*
*ſigne hic ſubminiſtrari ſpecimen atque ad Chriſtum*
*gula accommodari, quinque argumentis probat* Feu-
bornius *de Præſentia Chriſti*, pag. 208. *Unde con-*
*udit B.* Geierus. *Salomoni* ſcilicet traditus hic fuit à
tre Pſalmus, ut inde futuram Meſſiæ majeſta-
m agnoſceret, tantoque filio dignum ſe gere-
t parentem atque Typum: atque ut Pſalmo hoc
eretur ceu precatione pro regni ſui gubernati-
e juſta ac felici. *Comment.* pag. 1662. *Nec poſte-*
*r ille Salomoni auctori debetur Pſalmus, quod cum*
*ſectum dederit Theologus, noſtrumque feriari cala-*
*um hic juſſerit, conſulendum hunc imprimis eſſe cen-*
*mus.*

(f) Huetius Demonſtrat. Evangel.
opoſit. IV. p. 340. 341.

Tutius utique credi poteſt, Helleniſtæ
licujus opus eſſe, hominis in Librorum ſacro-
um lectione detriti, plurimaque cum ex *Davi-*
*icis Pſalmis*, tum ex *Iſaia* & *Ezechiele*, & aliunde
tiam ad id opus mutuati. Ejusmodi enim fig-
entis ſæpe induſtriam ſuam exercuiſſe Helle-
iſtas, eruditi ſciunt. Tempus aſſignare prom-
um non eſt: aliquanto tamen poſt Chriſti tem-
ora ſcriptum reor; alioquin ad notitiam San-
torum Patrum perveniſſet. *Salomonis* autem
erſonam Auctor aſſumſit, quod Pſalmos
omplures a Salomone ſcriptos intercidiſſe ſci-
et: non ut Lectoribus faceret fucum, & ab
ncautis pro genuina Salomonis lucubratione
aberi vellet, ſed ut ſe ad imitationem Salomo-
is componeret & ea ex illius perſona profer-
et, quæ ipſe proferre potuiſſet. Id indicat
mma iſtud, *Ψαλμὸς τῷ σαλωμών*, Non enim is
titulus, ut dixi, *Salomonis* hunc eſſe Pſalmum,,
oſtendit, cui præfixus eſt, ſed Salomoni eſſe,,
adſcriptum, ejusque perſonæ accommodatum.,,
Quod autem a *Judæo* proficiſci hoc opus potuiſſe,,
negat *Cerdanus*, quia quæ de Chriſto vaticina-,,
tur, religionem Chriſtianam adverſus Judæos,,
firmant, de nihilo eſt; nam & ei quem expe-,,
ctant Meſſiæ eadem Judæi tribuunt, & in Pro-,,
phetarum libris ſimilia reperiuntur.

(g) Neuman. Diſput. de Pſalterio
Salom. §. XIX.

Ponam in extremo, quod primo ediſſe-
rendum loco fuit; ac, ſi qua nunc promenda,,
ſententia eſt, cum *Huetio*, doctiſſimo Gallo fa-,,
ciam, qui *Helleniſtæ* alicujus opus eſſe Pſalterium,,
noſtrum ſtatuit, hominis ex Judaiſmo ad Chri-,,
ſtum Converſi, atque ita in LXX. Interpre-,,
tum lectione detriti, ut plurima cum ex Davi-,,
dis Pſalmis tum quoque ex Eſaia, Ezechiele,,
& aliunde mutuatus, ne obſcurum in Eccleſia,,
maneret Salomonis nomine illuſtraverit. Nam,,
figmentis ejusmodi ſæpe induſtriam ſuam exer-,,
cuiſſe Helleniſtas, vel ex libris *Tobiæ* atque *Judith*,,
perſpicitur, quos iisdem auctoribus omnis pro-,,
pemodum ætas adſcripſit. Saltem hoc differt,,
ab illis Pſalterium noſtrum, quod minori inge-,,
nii acumine ac elegantia confectum eſt; cum,,
ex adverſo amoeniſſima illorum ſit lectio & ad,,
pietatem promovendum utilis; adeo ut, cum,,
Chriſti deinceps cætui ſe addicerent Judæi,,
Chriſtianis una cum reliquis libris ſacris iſtos,,
communicarint dignosque cenſuerint, qui Ni-,,
cena Synodo id indulgente in Chriſtiana Eccle-,,
ſia legerentur. Vid. *Præfationes B. Lutheri* &,,
conf. *Frider. Spanhem.* Patrem de auctoritate,,
Apocryph. V. T. p. 26. ſeq. Quamquam igitur,,
non omnem elegantiam decoxerit noſter, ſed,,
verbis quandoque appoſitis & concinnis ſenten-,,
tiis ſe commendet: ſicut Pſal. XV. 1. *ἐκυκλώθη,,*
*ἀπ' ὁδοῦ πονηρᾶς deviavit a via malitiæ*, verbum,,
ejusmodi ponit, quod ſatis vix expri-,,
munt Latini, niſi ad veterem Græcorum ri-,,
tum attendant, quibus conſuetudine receptum,,
fuit ſponſam obtecto capite, quam primum pe-,,
dem ædibus Parentis extuliſſet, *ἐκυκλοῦν conver-,,*
*tere in gyrum*, atque in domum ſponſi abduce-,,
re, ne repetendi ædes paternas viam inveni-,,
ret: Vid. *Clem. Alexandr.* L. 3. Pædag. c 11. atque,,
hoc modo abductum quoque impium a nequi-,,
tiæ latebris innuit. Item Pſ. XVIII. v. 9. cum,,
inquit *κατευθύνειν τὸν ἄνδρα*, i.e. *Deum dirigere ho-,,*
*minem* ſicut nautæ *κατευθύνουσι τὸ σκάφος*, ta-,,
men, quæ occurrunt Phraſes ac modi loquen-,,
di Hebræi, Græcis verbis involuti Auctorem,,
facile produnt Judaicæ fuiſſe originis, ac Helle-,,
niſticæ linguæ ſpecimen reliquiſſe.

(h) Kipping. Exerc. ad S. Script. X.
pag. 59.

*Vulgo* Salomonem *Autorem eſſe creditur, qui*
*ſcripſerit eum velut pænitentiæ ſuæ teſtem: ut affirmant*
Alting. *in Hiſt. loco 2. R.* David Ganz *in Zemach*
*David p. 13. Job.* Piſcator *notatis ad Eccleſ. p. 7. Job.*
Scarpius *in Symphonia Prophet. p. 229. Videtur tamen*
*ſeriori ævo conſcriptus ſub illius Regis nomine velut pæ-*

*tinentia impie actorum impulſi. Argumentum ejus opinionis eſt quod multa vocabula Syriaca & Chaldaica occurrant toto ſcripto* Danieli, Eſdræ, *Targumiſtis equidem Familiaria, ſed non eis autoribus ſacris qui Babylonicam migrationem præverterunt.*

(i) Petri Lambecii Commentar. de Biblioth. Cæſ. Lib. III. p. 19.

*Quarto, & quidem à fol. 50. usque ad fol. 92.* Proverbia Salomonis *cum Commentario marginali, ob nimiam ſcripturæ abbreviationem lectu valde difficili. Notabile autem eſt, Proverbia illa in duas claſſes ibi eſſe diviſa, quarum prior, pertingens usque ad caput 24. complectitur Proverbia ab ipſo Salomone ſcripta & edita, poſterior autem, incipiens à capite 25. continet Proverbia Salomonis, vivâ tantum voce ab ipſo prolata, & per ora poſterorum variè diſperſa, quæ* amici Regis Ezechiæ *collegerunt, & per ſcripturam in unum corpus redacta, jam memorato Regi dono obtulerunt; ut teſtatur ibidem anonymus ille antiquus* Græcus *Scholiaſtes in margine.*

(k) Huetius Demonſtrat. Evangel. Propoſit. IV. p. 344.

Ac priora quidem viginti quatuor capita „crediderim operis totius fuiſſe exordium; qua-„le in ipſo Salomonis exemplari habebatur. Sua-„det id rerum ordo & contextus. Tu modo po-„ſtremos viceſicimi quarti capitis verſus excipias, „qui cum reliquis capitibus ſede ſua moti variis „trajectionibus laborant. Reliqua, ex ſuperſti-„tibus, quæ reperiri ab Esdra potuerunt, com-„pilationibus illuc adjecta ſunt. Igitur totius „Proverbiorum libri *unus Salomon* auctor vere di-„cendus eſt: & priora quidem viginti tria capi-„ta, cum viginti duobus primis verſibus capitis „viceſimi quarti, nulla ſui parte mutata ſunt; ſed „talia extare videntur, qualia à Salomone deſcri-„pta fuerunt. Reliquorum ſeptem capitum com-„pilatio, cum poſtrema viceſimi quarti parte, „multorum συλλογέων, & Parabolis hinc inde „ex toto Salomonis opere excerptis conſtat. Par-„tium illarum collocatio, & in librum hunc quem „habemus inſtructio, *Esdræ* eſt, vel *Synagogæ magnæ* potius, cujus auctoritate Eſdras ſacrorum li-„brorum recenſum egit.

(l) Journal des Scavans XIII. Tom. 17. A. 1617. April. p. 230.

*Dans l' autre Diſſertation* Natal Alexandre *traite des* Ouvrages de Salomon. *Il fait voir qu' il a compoſé le livre des* Proverbes & l' Eccleſiaſte, *contre ce qu' en ont penſé les auteurs du Talmud &* Grotius, *dont les premiers ont attribué à* Ezecchias *& le ſecond a* Zorobabel.

(2405) SALOMONIS EPISCOPI & Abbatis S. Galli nomine, *Carmen ad Dadonem*, à WALDRAMMO Monacho & Decano S. Galli ſcriptum, vero Auctori reſtituit, adverſus *Caniſium*, Melch. *Goldaſtus* Notis ad Columbanum pag. 121. 122. Hæc *Symbola Normanniana.*

SALOMON v. à *Kaiſerſtein.*

SALOMON v. *Pantherus.*

(2406) SALONCINI nomen præfixum libro, cui titulus: *le Tableau de l' Amour dans l' etat du Mariage*, perſonam eſſe *Nicolai* VENETI Medici in Collegio Regio Rochellenſi: detegit editio Colonienſis 1696. chez Claude Joly in monitione ſeu Avis au Lecteur.

(2406. α) SALVATIERRA: *Louis de Auguſtin* VASQVEZ. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 598.

(2407) SALVATOR *Imbroll: Athanaſe* KIRCHER. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 598.

(2408) SALVIANI *Maſſilienſis* nomine qui veniunt *libri tres ἀντικειμένων, Juliano* TOLETANO Epiſcopo adſcribuntur ab *Hottingero* Biblioth. pag. 304. 308. indicante *Symbola Normanniana.*

(2408. α) SAMMONIUS.

La *Cardinal* BELLARMIN, ſur le faux nom de Samonius eſcrivant contra Widrington & *Jurieu* dans l' hiſtoire du papiſme ou dans l' apologie pour la raformat. part. 4. chap. pag. 252. e 12. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.* Cui adde *Baillet* des Auteurs degviſez p. 598.

(2409) SAMMOSTO *Rima, Alpino Thomas* SPINOLA MARINI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 598.

(2410) SAMUELIS nomine quæ inter Canonem Biblicum extant *libri duo*, penitus eidem abjudicantur ab *Auctore Judiciorum Theologorum Quorundam Hollandiæ* de Richardi *Simonis* Hiſtoria Critica, ut in eorum recenſione obſervant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1686. p. 435. (a) *Huetius* etiam in demonſtrat. Evangel. illos à *Grotio* notari adſcribi JEREMIÆ. Ipſe tamen 24. priora capi *Samueli* relinquens, reliqua NATHANI & GADO Prophetis adſignat p. 287. 288. (b) Quod placet *Franzio* de Interpretatione ſcripturarum 238. (c) contra *Wolſeley* p. 284. & *Theologos* Holland quosdam in *Actis Erud. Lipſ.* l. c. pag. 439. Item *Polo* Synopſ. Crit. S. S. Tom. I. pag. 1150. Adden tamen ESDRAM aut alios in ordinem hos libros redegiſſe (d) nec minus *Hottingero* Th Phil. 470. ut habet *Margo Normannianus.* Non ipſius eſſe ſolius Samuelis clarum ſatis facit Ric *Simon* Critique du Vieux Teſtam. c. 8. p. 54. & ſeq

(a) Acta Eruditorum Menſis Se A. 1686. p. 435.

*Neq; viginti quatuor capita libri prioris Samuelis* Samueli, *ut volunt alii, neq; reliqua Prophetis* G & Nathan *poſſe tribui judicant, loco* I. Sam. XXV 6. *permoti maxime qui ſcriptorem non niſi poſt Salomonem facta decem tribuum ſeparatione vivere potuiſſe abunde doceat.*

(b) Huetius Demonſtrat. Evang Propoſit. IV. p. 287. 288.

*Librorum quoque* Samuelis *dubia eſt ætas & controverſus Auctor. Quidam poſt Samuelis tempora lucubrationi*

*brationem eorum rejiciunt, propter hanc clauſulam capitis noni Libri prioris:* Olim in Iſraël ſic loquebantur unusquisque vadens conſulere Deum: Venite,& eamus ad Videntem. *Qui enim* Propheta *dicitur hodie, vocabatur olim* videns. *Scribit* Grotius *Ebræorem eruditiſſimis auctorem credi Jeremiam Prophetam Librorum quatuor Regum: cauſſam affert ipſe non ſatis probabilem, ſimilitudinem ſermonis, quæ vix apparet. At libros duntaxat Regum tertium & quartum* Jeremiæ *adſcribunt Thalmudiſtæ in Babæ bathræ primo capite. Hos, ac primum præterea & ſecundum, eidem acceptos refert* Abrabaniel.

*Librorum vero* Samuelis *viginti quatuor priora capita à* Samuele ipſo *fuiſſe ſcripta; reliqua, quibus res poſt Samuelis Obitum geſtæ narrantur, à* Nathane & Gado *Prophetis, ſentiunt iidem* Thalmudiſtæ; *ſic & R.* Moſes Kimchi; *ſic* Iſidorus; *niſi quod poſteriora ad calcem usque operis à* Davide *vult fuiſſe ſcripta: quo argumento, nullus ſcio. Mihi quidem Ebræorum ſententia reliquis videtur anteferenda, utpote quæ his citatur verbis Paralipomenon:* Geſta autem David regis priora & noviſſima, ſcripta ſunt in Libro Samuelis Videntis; & in Libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad Videntis.

(c) Franzius de Interpretatione S. Scripturarum p. 238.

*De Adulterio enim per Davidem commiſſo tunc publicè non conſtitit, & nonniſi tunc conſtare cœpit publicè, quando poſt mortem Davidis reliqua capita librorum Samuelis à* Samuele *inchoata compleri & abſolvi cœperunt per* Nathan *& per* Gad *Prophetas, ſicut non obſcure colligitur,* I. Paral. *29. v. 29. non aliter, quam ſicut omnia, nunc quidem occultæ præſertim etiam in Spiritum Sanctum, magnatum & aliorum peccata ſuo tempore in divino judicio ſpeciatim revelabuntur, & ordine enumerabuntur.* Deus enim Omniſcius talis nullius obliviſcetur, ſed omnia vindicabit, Matth. 12. v. 32. 33. 34. 35. 36.

(d) Polus Synopſi Critica Script. Sac. Tom. I. p. 1150.

*Quis horum librorum Samuelis ſcriptor?* Reſp. I. Plerique in eo conſentiunt, non ab uno, ſed a pluribus hoc opus contextum eſſe. Ita *Gregor.* & *Athanaſius.* Reſp. 2. Primum librum Samuelis usque ad cap. 25. (ubi ipſius mors recenſetur) à Samuele ſcriptum volunt *Gregor. Theod.* Procop. Obj. At in ea parte Samuelis laudes paſſim recenſentur: quod a Sanctorum humilitate alienum videtur. Vid. c. 2. 3. & 12. Reſp. I. Sordet in ore proprio laus ſi ad oſtentationem proferatur; non item, ſi urgente neceſſitate, ad Dei gloriam & hominum ædificationem. Sic laudavit ſe Job. cap. 29. &c. 2. Non ipſe *Samuel* virtutes ſuas vulgavit; ſed ſpiritus Dei, qui in ipſo loquebatur. Auctor Scripturæ Deus erat; homines tantum ſcriptores, ſeu potius calami ſcribentis. Reſp. 3. Reliqua pars librorum Samuelis à Davide ſcripta eſt; ita Iſidor. & cæteri communiter. Obj. Huic repugnat illa clauſula: usque ad diem hanc, I. *Sam.* 27. 6. & 30. 25. Reſp. Verum hæc particula libro jam compoſito addi ab alio potuit. Reſp. 4. Reliquæ iſtius partis ſcriptores erant Nathan & Gad. Ita *Sixtus Senenſis* & *Bellarm.* ut conſtat ex I. Paral. cap. ult. v. 29. Erant hi Davidi à ſecretis & Commentariis, ut „ ejus acta per ſingulos dies conſcriberent. Reſp. „ 5. Cum a variis libri illi conſcripti fuerint, re- „ dacti ſunt in hunc Ordinem, & digeſti ab alio; „ ſive a *Jeremia*, qui ultimam regum ætatem con- „ ſecutus eſt; ab *Ezechia*, (de quo vide quæ ad „ Prov. 25. 1.) ſive ab *Eſdra*, qui ut alia plurima, „ ſic etiam Regum hiſtoriam [in libris Samuelis, „ Regum, & I. Chronicorum] ab aliis acceptam, „ & conſervavit ipſe, cum pene cum civitate &, „ templo periiſſet; & confuſam in ordinem coegit.

---

(2411) Franciſco SANBENEDICTO collectore prodiit *Orationum Tomus* I. Mediolani 1625. in 8. Illud nomen eſſe fictitium, & auctorem Orationum *Jo. Guilielmum* CALAVERONUM Jeſuitam Italum docet *Alegambe* p. 247.

Adde *Sotvel.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 458. col. b.

---

(2412) *Didaco* SANCHEZ del' *Aquila*, qui edidit *Antidotum Duplicem* (ita ſcriptum) contra duples Venenum, quod ex fonte Theophylino ebibit *Leodegarius Quintinus* Heduus. 1557. in 8. eſt *Thomas* HURTADO Toletanus, ex familia Clericorum Regularium Minimorum, ut docet Nicolaus *Antonius* Biblioth. Hiſpan. Tom. II. p. 245. (a) itemque la *Viſiera Alzata* Pentecoſtes n. IX. & XXVII.

(a) Nicolaus Antonius Biblioth. Hiſp. Tom. II. p. 245.

De Religione Nazaræorum.

De Reſtrictione mentali: *omnia hæc Coloniæ typis Cornelii ab Egmont 1655. folio; ſcilicet adverſum* Theophyli Rainaudi *librum de Matyrio per peſtem qui punctus valide ab hoc adverſario in hoc tractatu, ſimulque in alia Reſolutione morali De communione pro mortuis repoſuit Apologiam duplicem ſatyrico felle mixtam (ut erat vir ille eruditiſſimus acri calamo) ſcilicet ſub nomine Leodegarii Quintini Hædui. Cui ut reſiſteret noſter Hurtadus duplici telo armato provocatus oppoſuit:*

Antidotum duplicem contra duplex venenum, *quod ex fonte Theophylino ebibit* Leodegarius Quintinus Hæduus *propugnante* D. Didaco Sanchez *del* Aquila *Doct. Theologo. Hiſpali apud Ioan. de Ribera 1557. in 8. nempe* Antidotum primam *De Communione pro mortuis: Alteram de vero Martyrio charitatis.*

---

(2413) Joannis SANCHEZ nomine *Ars Grammatica* prodita per *Ioannem* MARTINEZ, Jeſuitam Cordubenſem, memoratur ab eodem pag. 359.

Addatur *Sotwell.* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu. pag. 477. col. b. Nicolaus *Antonius* in Bibliotheca ſua Hiſpan. à Jeſuita hoc Grammaticam editam aſſerit, nulla tamen perſonati Sanchez mentione facta.

---

(2414) *Franciscus a* SANCTA CLARA i.e. DAVENPORT verba ſunt *Hydei* Biblioth. Bodlej. poſt N. pag. 133. col. a. citantis eo nomine:

(II) Librum *de Prædeſtinatione*, Meritis &c. deque Sanctorum Invocatione, Imaginum veneratione &c. Lugd. 1635. in 8vo.

(II) *Apologiam Epiſcoporum*, ſeu Sacri Magiſtratus Propugnationem Col. Agrip. Anno 1640. in 8vo.

---

(2415) *Petrus de* SANCTO AUDOMARO. Extant ſub hoc nomine citanturq; *Hydeo* Biblioth. Bodlejan. poſt N. p. 133. col. b.

(I) *Inſtitutiones Monaſticæ ſecundum decretum Concilii Tridentinis* tribus libris Colon. 1584. 8.

(II) *De Monachorum Hoſpitalitate*, & de eorum *Caſibus reſervatis*, cum S. *Concionibus* ad Monachos. Ibid.

(III) *Declaratio Cauſarum Calamitatum Belgii.* Colon. 1582. 8vo. Addit autem *Hyde* loc. cit. Scriptorem hunc alias appellari *Petrum* DE WALLON CAPPELLE.

A SANCTO FAUSTO vide *Pirrus Siculus.*

---

(2416) SANDALIONIS nomine latere aliquando *Iohannem Chriſtianum* SCHUMANNUM, Conſulem Dresdenſem, indicat *Symbola Iunckeriana*, non addens, quid ſcripti ſub perſonato hoc nomine in publicam lucem emiſerit.

---

(2417) *Edwin* SANDIS, Equitis Angli *Relatio de Statu Religionis toties* Anglice, Gallice, Italice & Germanice edita, & pro γνησίῳ ejus ſcripto habita in Guidonis *Patini* Excerptis MSSC. Naudæanis, *Paulo* SARPIO Veneto adſcribitur. Locum integrum, quia in paucorum manibus eſt, apponam: *Fra* Pol *de Veniſe eſtoit un grand eſprit, ſublime & vrajement metaphyſique, comme l' a nommé Oratius Tubero. Il eſtoit ſcavant en tout. De ſua fide nihil dico, car il eſtoit pluſtot de ces anciens Epicuriens, ou au moins eſtoit il Lutherien, ſaltem n' eſtoit il point Papiſte tout entierement, car il haiſſoit bien Rome & ne faiſoit guere d' eſtat de toutes les fanfaluches qui en venoient. On dit que* Fra Pol *a donné la communion ſous les deux eſpeces à qui la vouloit à Veniſe.* NB. Frà Pol eſt Auteur du livre, qui court ſoubs le nom *Cheval. de Sandis* de l' *eſtat de la Religion.* Hæc πρὸς ἔπος illa Excerpta. Symbola eſt Diecmanniana.

---

(2418) Friedliebs von Sanfftleben Holſteiniſches Klag- und Jammer-Lied an Georg Philip Harsdörffern/ 1645. eſt Celeberrimi Poetæ illius Cimbrici *Johannis* RISTII, qui ſe ejus Auctorem ſeptem annis poſt, im Teutſchen *Parnaſſo* pag. 606. publicè eſt profeſſus. vide Clariſſimi Dni *Molleri* Flensburgenſis Iſagogen ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricæ P. I. p. 147. 148.

---

(2419) SANFORDII, *Sacellani* ſui Magiſtri nomine publicavit *Johannes* DIGBEY, poſtmodum Baro de Schirebourne tractatum Petri *Molinæi de fide Proteſtantium* è Gallico in *Anglicum* Sermonem translatum: ut indicium facit *Wood.* Antiquitat. Oxonienſ. lib. II. p. 201. col. b.

SANGA v. *Liberio.*

SANGA v. *Liberius.*

---

( 2420. ) *Aleſſandro* SANLORINI *da Prunalbeta.* Sub Perſonato hoc nomine edidit *Matteo* PINELLI Italice, 1654: *Polvere Schernita o vero Invettiva contro il Tabacco.* vide *Cinelli* Biblioteca Volante Sanzia I. p. 12. adde *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez p. 598.

---

(2421) *Aleſſandro Michele* SANNITO eſt *Bartolomeo* BILOTTA, ut indicat *Toppius* Bibliothecæ Neapolitanæ pag. 37. col. a. his verbis: „*Bartolomeo Bilotta*, gentilhuomo Beneventa„no, ha dato alla Stampa: *Il Pianto di Theone*, ſot„to nome del Cavalier *Aleſſandro Michaele Sannito* in „Verſi volgari, e Latini, con 350. Deſcrittio„ni dell' Aurora. in Nap. appreſſo Gio: Battiſta „Sottile 1606. in 8s

---

(2422) *Franciſci* SANSOVINI *Hiſtoriæ Turcicæ* lib. I. eſſe *Georgii* GEORGEVIZII colligo ex mentione libri de afflictione 28. b. ex præſagio Muhammedico. 28. 29. ex tractatu de Cerimoniis & ritibus 34. tum quod quæ de *Georgevizio* citata erant heic reperiantur: prout in meo Exemplo fol. 29. 34 36. 38. 39. &c. notavi. Hæc *Symbola Normanniana.*

---

Il Michele, ch' haueua li verſi in numerato, in men che nol diſſi, ſopra vn pezzo di carta, ſcriſſe il componimento: e con deſtrezza, ſenza che l' *Vendramino* ſe n' accorgeſſe, lo porſe al *Settimo*, il quale reſcrittolo, sfacciatamente lo preſentò prima, che eglino haueſſero fatto vn quaternario: Onde il *Vendramino* hebbe a dare del capo nel muro.

---

(2494) SEVERINUS *Calenius tranſpoſitis literis eſt Nicolaus* CISNERUS, quod & *ipſe* indicat in Epiſtola quadam ad Porthium: addens ſe ad Dn. Eraſmum *Neuſtetterum*, quem *Amandum Neapolitanum* vocaverat, cum *Schardii* opus correctum ad ipſum mitteret, epiſtolam ſcripſiſſe, cui ſe hac ratione ſubſcripſerat. pag. 993. Hæc *Symbola Sperlingiana*.

SEVERINUS v. *Boethius*.
*Lælius*.
de *Monzambano*.
*Rhamnuſius*.

(2495) SEVERINUS, *Vincentius*. *François* ANNAT. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 600. v. Vincentius.

---

(2496) *Petri* SEVERINI *Idea Medicinæ Paracelſicæ* judicante *Hartmanno*, verum Auctorem habet collegam Severini PRATENSEM, de quo vide Thom. *Bartholinum* de legendis diſſertat. II. p. 43. 44. qui ibidem Apologiam *Severini* contra *Hartmannum* ſuſcipit, ipſique ſcriptum ſuum prægnantibus rationibus poſt Ambroſium *Rhodium* qui idem in commentariis ſuis egit, vindicat.

SEVERUS v. *Alexander*.
— *Jocoſus*.

---

(2497) SEXTII Pythagorei Sententiæ, XYSTO Epiſcopo Romano falſo adſcriptæ, Quinto SEXTIO *Patri* vindicantur a Thoma *Gale* in Act. Erud. Lipſ. 1688. p. 478. Recuſæ illæ ſunt Amſtelod. 1687. in 8vo. cum *Theologia Chriſtiana* juxta principia Jacobi Bohemi, Teutonici, *Iaea brevi & methodica*, hiſce verbis: *Accedunt Sexti Pythagorei Sententiæ ob argumenti præſtantiam vere divinæ*. Editio ea, niſi me omnia fallunt, eſt *Petri* POIRETI. In quam me ſententiam vel addita precatiuncula *Rusbrochii* ducit, quæ & adjecta erat libro de Educatione infantium, cujus verſio ex Gallico & divulgatio conſtitit exilio & morte immortali meritis in me, imo Eccleſias omnes quibus miniſtravit *Horbio*: cujus nonniſi cum dolore fontico recordor. v. *infra num.* 2529. in *Sixto II. Papa*. Conſtant eæ Sententiæ decuriis XLII.

SEXTUS v. *Africanus*.
- - *Aurelianus*.

---

(2498) *David* SEXTUS Perſona eſt *Franciſci* ZUCCARONI Jeſuitæ Aquilani, qui ſub e[?] edidit ſcriptum Italicum, cui titulus *Il Raggvagli dell' Apparato affiſſo nella Regia Sala della Vicaria, in occaſione di riceverſi al poſſeſſo della di lei Reggenza, a Signor D. Fabricio* CARACCIOLO *Duca di Girifalc &c.* Sotto nome *Di David Seſto* Percettore d[i] Vicaria. In Napoli per Roberto Mollo 1653 in 4to. Vide *Toppii* Biblioth. Neapol. p. 97. co[l.] b. *Sotvel*. autem in Biblioth. Scriptor. Societ. Je[s.] p. 266. 277. ubi *Zuccaroni* ſcripta recenſet, huju[s] non meminit, nec de perſonato *Sexto* quicquam addit.

---

(2499) SFONDRATUS vide *Gregoriu[s]* XIV.

---

(2500) *Romani* SFORTIÆ *Cuſani Anagrammatico* nomine ſcripta eſt a *Johanne* RAMO *del* MANCANO, *Salmantino Tragicomœdia Hiſpanico* idiomate hujus tituli: *Abides*, o *el Paſtor Regi*[o] Quæ tamen an in publicam lucem edita ſit, fort[e] dubitaret merito quiſpiam ex eis quæ affert Nicolaus *Antonius* Biblioth. Hiſpan. p. 587. Franciſc[us] Patr[...]

Patri eam extorſurus. Vide tamen *Bailleti* Auteurs deguiſez p. 438. & in ſubjuncto Catalogo pag. 600.

(2501) *Geliandro* SGAMBATI, cujus extat *comœdia la Zingara* 1664. 12mo. reſoluto prænominis *anagrammate* eſt REGINALDO SGAMBATI: ut docet la *Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. XX. p. p. 112. verbis hic adſcriptis.

XX. GELIANDRO SGAMBATI. Quello che di lui ſi legge è
*La Zingara* Comedia del Sig. GELIANDRO SGAMBATI. All'Illuſtriſſimo Sig. *Giacomo Doria.* In Genoua, per Pietro Giouanni Calenzani M. DC. LXIV. 12.
E' vero il Cognome, ma finto il nome, che ſi ſcuopre con l' anagramma, dal quale riſulta REGINALDO.

SIBALDUS v. *Brandinus.*

(2502) Scripta SIBYLLINA quanquam canonica velit eſſe Iſaacus *Voſſius* libro de Oraculis Sibyllinis, tamen ea propter refutatus à *van Dalen* differt. de Origine & Progreſſu Idololatriæ: vide *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1696. p. 452. Eorumque etiam fidem licet redintegrare nitatur *Poiret* Tom. IV. de l' œconomie divine. pag. 286. 287. pro ſuppoſititiis tamen agnoſcuntur a *Lambecio* Commentar. de Bibliotheca Cæſarea lib. VII. p. 29. & prolixius l. VIII. pag. 44. ſqq *nata Seculo ſecundo*, Auctore vel HERMA, etiam Auctore libri *Paſtoris* inſcripti, credito, quod placet *Blondello*, apud *Gallæum* diſſertatione de Sibyllis earumque Oraculis, quam recenſet *Journal des Scavans* Octob. 1688. pag. 447. aut MONTANO, ut arbitratur *Mareſius* apud *Voigtium* diſſertat. de Oraculis Sibyllinis Poriſmate III. Ab HÆRETICIS CHRISTIANIS profecta eſſe hodie plerique Eruditorum conſentiunt. Vide *les Nouvelles de la Republique des lettres* tom. III. Juillet. 1685. p. 755. ſeqq. *Brochman.* Specimine Scriptor. Eccleſ. Seculi I. Sect. VI. *Journal des Scavans* 1692. p. 58. 76. Centones ex S. Scriptura Chriſtianis Seculi Euſebiani conſarcinatos autumat *Reineſius* diſſertat. Critica de ſcriptis Sibyllinis p. 90. Diſtinguit hic Cl. *Reiskius* & partim ethnicos partim Chriſtianos Auctores facit carminum horum in Exercitat. de vaticiniis Sibyllinis c. XXI. quæ *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1689. p 142. 143. breviter complectuntur. Nihilominus tamen Clariſſimus Dominus *Tenzelius* Oracula Sibyllina JUDÆIS primariam originem traxiſſe aſſerit. Vide 𝔐𝔬𝔫𝔞𝔱𝔩𝔦𝔠𝔥𝔢 𝔘𝔫𝔱𝔢𝔯𝔯𝔢𝔡𝔲𝔫𝔤𝔢𝔫 anno 1690. p. 1140. 1141.

*De numero* autem Sibyllarum difficile eſt quippiam ſtatuere. *Unam* tantum Sibyllam fuiſſe peculiari de Sibylla libro adſtruere conatus eſt Petrus *Petitus* referente *Morhofio* Polyhiſtoris liter. lib. I. cap. X. pag. 92. *Innumeras* contra *Pollux*, inter quas tamen *Decem* ſcriptis ſuis eminuerint. Ibidem. Quæ hodie extant Carmina Sibyllina *libris octo* comprehenduntur, edita ab *Obſopæo* Pariſ. 1599. in 8vo præmiſſa diſſertatione de his ſcriptis, cujus bonam partem inſeruit *Lambecius* Commentariorum ſuorum de Biblioth. Cæſar. libro VIII. pag. 47. ſeqq. Diſtinguit autem hæc quæ hodie exſtant, ſcripta Sibyllina *Colbergius* quæ nova vocat, ab antiquis illis in Capitolio crematis, itemque a mediis poſtmodum iterum conquiſitis & a Stilicone combuſtis, & hodierna illa ab *Herma* vel *Montano* aut aliis *hæreticis* conficta exiſtimat; vide ejus Sapientiam Veterum Hebræorum *Acta Erudit. Lipſ.* Supplem. Tom. II. Sect. X. p. 461. recenſitam; Adde ex profeſſo id ſaxum volventem *du Pin* Bibliotheq. Tom. I. p. 19. & ſequentibus aliquot.

SICULUS v: *Adamus.*

*Moſchus.*

SIDEREUS v. ſupra *Aloiſius.*

SIDONIUS v. *Apollinaris.*

*Moſchus.*

(2503) *Johannes* DE SI ES NO-ES: Sub ridiculo hoc nomine edidit Cæſarauguſtæ, ut ſonat, 1663. 8vo. *Petrus* de ALVA & ASTORGA Hiſpanicè: *Reſpueſta ſin Reſpueſta al Papel Intitulado* Su oro al Ceſar. Defenſio hæc eſt opuſculi, quod præmiſerat hujus tituli: Juicio de Salomon. edit. 1662. in 8vo. Verba ſunt Nicolai *Antonii* Bibliot. Hiſpan. Tom. II. p. 134. col. a.

(2503. *α*) SIFILINUS, *Hugo*: Honorat FABRI. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 600.

SIGÆA v. *Aloyſia.*

SIGISMUNDUS v. à *Bononia.*

*Campeggi.*

(2504) SIGNATORIUS, *Rupex: Pierre* SCRIVERIUS. *Baillet* liſte des Aucteurs Degviſ. pag. 600.

(2504. *α*) *Caroli* SIGONII *judicium de Hiſtoricis qui res Romanas ſcripſerunt ab urbe Condita ad Caroli M. prima tempora*, *Balthaſar* BONIFACIUS, à Voſſio l. 3. de Hiſt. Latin. pag. 815. impenſè laudatus, excerptis ſuis de quadraginta Rom. Hiſt. ſcriptoribus adjecit, quorum novam editionem Helmſtadienſem Anno 1674. 4. Jo. Eberh. Buſmanno debemus. Verum non Sigonii, ſed CONSTATINI PATRITII CHII iſtud judicium eſſe, diſertis verbis *Leo Allatius* in Diſſert. Rhetor. de error. virorum magnor. in dicendo, p. 124. ed. Rom. 1635. 8. *Symbola eſt Marginalis Diecmanniana.*

SILLAC v. *Arbois.*

(2505. SILVERIUS / SILVESTER } Papa ſupponi ſibi à *Peccatore* MERCATORE ſeu Pſeudo-Iſidoro paſſus eſt Epiſtolam unicam: v. Gerh. von *Maſtricht*

in

in hiſtor. juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu p 232. usque, ad p. 268.

(2506) SILVESTER, *Chriſtianus*, *Cyriacus* SPANGENBERG. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 601.

SILVIUS v. *Gaëtanus.*

(2507) SIMEONIS DUNELMENSIS liber de *Eccleſia Dunelmenſi*, à *Seldeno* TURGOTO *Dunelmenſi Priori* aſſertus, à *Rigerio Twysdem Simeoni* iterum vendicatur apud *Sandeum* in notis ad *Voſſium* de Hiſtor. Latinis p. 127.

(2508) SIMEONI METAPHRASTÆ adſcriptæ à *Gretſero Orationes de fide & moribus Chriſtianis atque Monaſticis*, SIMEONI THEOLOGO, JUNIORI aſſeruntur ab *Oleario* Abaci Patrolog. pag. 434 Decerptas autem eſſe eas ex S. BASILII Scriptis obſervat *Cave* Hiſtor. liter. Script. Eccleſiaſt. Pag. 404.

II. Ejus nomine multas *Sanctorum Vitas* circumferri, quæ ejus non ſint, notat *Hanckius* de Scriptoribus Byzantinis Part. I. cap. 24. De Vita S. Joannis Calybetæ ſpeciatim illud animadvertit *Lambecius* Comment. de Biblioth. Cæſ. lib. VIII. pag. 228. 229. MONACHOS LATINOS hujus ſuppoſitionis reos perhibet *Spanhemius* in Elench. Controverſ. cum Græcis p. 403. At vero Leo *Allatius* de Symeonum ſcriptis a pagina 80. usque 116. ordine Alphabetico, Vitas, Elogia, & Martyria S. Metaphraſti tributa plurima, genuinis ſuis auctoribus ope MStorum vindicat, initio cujusque Græco allato.

(2509) SIMEONI STYLITÆ SENIORI, quæ in Bibliotheca patrum, & à *Bellarmino* de Scriptoribus Eccleſiaſticis tribuitur *Oratio de Continua meditatione mortis*, rectius SIMEONI ABBATI MESOPOTAMIÆ adſcribitur à *Friſio* Bibliothe. Geſner. pag. 770. & *Poſſevino*, ita judicante Clariſſimo *Lambecio* Auctoritate Manuſcripti Codicis in Biblioth. Cæſar. Vindobonenſi: vide Commentar. de ea lib. V. p. 93. & 94.

SIMLERUS v. *Mixtatus.*

(2510) SIMMIÆ RHODIO aut THEOCRITO adſcriptum hactenus Poëmatium Βωμὸς Auctori ſuo Doſiadæ ex Scholiis Veteribus & Luciano in Lexiphane extremo reſtituit *Meurſius* Attic. Lect. III. XVII. p. 141. quomodo deinceps appellarunt Eruditi, *Salmaſius* editione Doſiadæ Anno 1619. &c. *Voſſius* Obſerv. ad Melam p. 213. ad 216. ubi *Aram* eandem emendatius editam explicat: aliique. Hucusque *Symbola Normanniana.*

SIMON v. *Chaludre.*

(2511) *Franciſci* SIMONIS S. T. L. nomine prodiit 1677. in 8vo *de Fraudibus Hæreticorum ad Orthodoxos* Tractatus hoc tempore perutilis Pars prima, indicante *Cinelli* nella Biblioteca Volante Scanzia II. pag. 94. ubi verum hujus tractatus Auctorem aſſerit eſſe P. *Ægidium* ESTRIX: adde *Bailleti* indiculum des Auteurs Deguiſez pag. 601. & *Bailleti* Diction. T. 2. p. 933.

(2512) SIMON TORNACENSIS, cujus ſuperſunt *Sententiæ*, *Quæſtiones* item & *Expoſitiones in Symbolum Athanaſii*, citante Henrico *Gandavenſi* idem eſt *Miræo* in Auctar. de Scriptor. Eccleſiaſt. Part. I. p. 166. cum Simone THURNAJO, cujus meminit Polydorus *Virgilius* ibid.

(2513) SIMONIUS, Theologiæ D. & Protonotarius Apoſtolicus, qui anno 1613. *de Colloquio inter Marchionem Badenſem*, Georgium Fridericum, & Franciſcum, *Ducem Lotharingiæ*, de controverſis fidei Articulis inſtituto ſcripſit, quod ſit Jeſuita Italus J GONDIER, aut *Johannes* GONTERIUS, ex Thomæ *Wegelini* Relatione de eodem Colloquio indicat *Deckher.* de Scriptis Adeſpotis p. 129. Adde *Bailleti* catalogum des Auteurs deguiſez p. 601. *Sotvellus* tamen in Bibliotheca ſua Scriptorum Societatis Jeſu de hac *Gonterii* perſona, & ſcripto ſub ea edito ſilet; alii tamen aliquot ejusdem generis ſcripta ab eodem edita memorat pag. 455. Plura de hoc ſcriptore vide ſupra in *Philotheo*, utpote quæ etiam hujus Auctoris larva eſt.

(2514) Domino de SIMONVILLE interprete prodiit Pariſ. 1681. & Hagæ Comit. 168 in 12mo liber *Leonis Mutinenſis* inſcriptus: *Ceremoniæ & ritus qui obſervantur hodie inter Judæos*, e Italico ſermone Gallice verſus, vide *Acta Erudi. Lipſ.* Anni 1683. p. 136. ubi interpretem hun neminem alium eſſe aſſerunt, quam ex Hiſtoria ſua Critica famoſiſſimum *Richardum* SIMONEM. Adde *Nouvelles de la Republique des lettres* Ma 1685. pag. 531. & ex illis *Bæli* Epiſtolam de Scriptis Adeſpotis Deckherro ſubjunctam pag. 4c *Imbonati* pag. 267. Biblioth. Latino-Hebraicæ vocat eum *ſcriptorem heterodoxum*, ſine dubio neſciens verum auctorem. His adde *Symbolam Maſtrichtianam*, quæ *Richardum Simonem* confirma auctorem ex *Ittigii* Differt. Pſeud. cap. 13. p. 22

(2515) SIMPLICIUS Chriſtianus. De hoc libello ita ad me perſcripſit Conſultiſſimu Dominus *Gerhard von Maſtricht*, J. U. Dr. & Profeſſor P. Teutoburgi. *Meo Exemplari, quod ex auctione cujusdam* Verlani *habeo, qui fuit ejus notæ homo, adſcriptum eſt titulo, ejus credo manu, Auctor eſt* GESEL *Doctor Medicinæ Ultrajectinus: Eodem Exemplari annexum ſcriptum anonymum, cui titulus:* Veritas Pacifica, *ſeu* Articulorum fidei Chriſtianæ delineatio, hauſtam de verbo Dei veritatem ſalutiferam, ſolidæ pacis coagulum, complexa, cui præmiſſa eſt Diſſertatio de ſacrorum diſſidiorum cauſis, effectibus & remediis, *Amſterd. apud Ludov. Elzevir.* 1651. Ho licet *Samuel Mareſius*, in refutatione examinis Curcellejan. pag. 296. Stephanum Curcellejum ed curaſſe cum ſuis additamentis, ſcribat, eidem tamen GESSELIO auctori adjudicandum cenſe Dn. *von Maſtricht.*

Addit hic *Margo Diecmannianus*: Timannu

*Geſſelius*

Geſſelius, Med. D. in Præf. Part. I. Hiſtoriæ Sacræ & Eccl. Ultraj. A. 1659. 4. editæ fol. penult. *Videatur*, inquit, *noſtra Synopſis, quam publici juris fecimus A. 1650. ſub nomine* Simplicii Chriſtiano-Catholici: *Ubi per plurima Scripturæ S. loca, & plures Patrum primitivæ Eccleſiæ, & recentiorum Theologorum ſententias demonſtratur, quam pauca ad ſalutem reditu ſint abſolute neceſſaria.* Hæc ibi *Geſſelius*, qui deinde P. 2. p. 209. ad hanc ſuam Synopſin etiam provocat. Addit & *Margo Maſtrichtianus. Sub vero ſuo nomine edidit idem auctor Hiſtoriam* Prof. & *Eccleſiaſticam Ultrajecti* 1659. 4.

(2516) *Joannis* SIMPLICII nomine edidit *Jonas* SCHLICHTINGIUS à Bucovvic Eques Polonus, Socinianus *Notas* in doctiſſimi cujusdam Viri (videlicet Hugonis *Grotii*) *Commentationem ad Secundum caput poſterioris ad Theſſalonicenſes* epiſtolæ. An. 1643. in 8vo, ut habet *Sandius* in Bibliotheca Antitrinitariorum p. 128. & *Wittenius* in Diario ſuo Biographico ad an. 1661. ad d. 1. Novemb.

(2517) *Irenæi* SIMPLICII nomine extat: *Popularis ad Popularem*, ſive Irenæi Simplicii *Philadelphi partim increpatoria partim Apologetica*, ad D. *Petrum Becca Szatthamdri* Ungarum, ſuper libello, quem nuper emiſit Franekeræ ſub hoc titulo: *Defenſio Simplicitatis Eccleſiæ.* 1649 in 4to. eſt *Samuelis* MARESII: ut ex ejusdem Elencho Scriptorum p. 76. indicat *Symbola Normanniana.* Addit *Diecmanniana* eum Catalogum adjectum eſſe Syſtemati Theologiæ Groningæ 1659. 4. Quod vero etiam *Ittigius* Diſſert. de Hæreſiarch. ævi Apoſt. Sect. I. Cap. 2. p. 29. 30. Mareſium contra Grotium ſub Jo. Simplicii nomine ſcripſiſſe refert, & ex eo *Acta Erudit.* A. 1690. pag. 313. excerpunt, ejus nullum veſtigium in dicto Mareſii Elencho invenias & aliter ſe habere oſtendit *Bayl.* Diction. Hiſt. & Crit. Tom. II. p. 556.

(2518) SIMPLICII PEREGRINI nomen quomodo tegat *Leonardum* PAPPUM docet *Symbola Maſtrichtiana* hoc modo:

„*Leonhardus Pappus.* Canonicus Conſtantienſis. Auctor eſt *Epitomes rerum Germanicarum. Forſt-„nerus* in Epiſt. inedita ad Conringium: Perlegen-„te me opus tuum de Civili prudentia adverti „Epitomes rerum Germanicarum auctorem tibi „*Anonymum* eſſe. Eum eſſe tibi adfirmo *Leonar-„dum* PAPPUM Canonicum Conſtantienſem, „quo diſcipulo Caſpar. *Scioppius* gloriari ſolebat. „Idem ille Pappus ſub PEREGRINI SIMPLICII „nomine publico dedit *belli, quo Helvetii ante „Octennium colliſi fuerant, hiſtoriam.* Velim viciſſim „ex te ſcire quisnam ille ſit Rapſodiæ ſub *Germaniæ „perturbatæ & reſtauratæ titulo*, auctor. Vale Vir „ſumme: Mompelgardi Idib. Nov. anno 1664. „Idem & in alia ejus Epiſt. obſervavi.

(2518 α) SIMPLICII Verini *Epiſtola ad Julium Pacium, de libro Poſthumo Hugonis Grotii* Lugd. Batavor. Ao. 1646. aliudque ſub eadem perſona *contra Hugonem Grotium de Transſubſtantiatione*, ibidem eodem anno editum, & Ao. 1660. in 8vo reculum apud Hakium ſcriptum, *Claudio* SALMASIO deberi, in Catalogo operum, ipſius Vitæ ac Epiſtolis juncto *Antonius Clementius Zirizæus* orbi litterario aperuit: & poſtea quoque *Lorenzo Graſſi* in Elogiis Italicis Litteratorum, Venetiis 1666. in 4. editis part. 2. p. m. 209. confirmavit. Addit hic *Margo Normanni* Joh. *Waesberg.* Cat. in Simpl. Idem confirmant quoque expresſis verbis Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothec. Bodlej. poſt N. p. 228. *Bartholinus* de legendis libris Diſſert. II p. 39. *Spanhemius* Elench. Controv. cum Græcis p. 117. *Arnoldus* ad Georgium Richterum quæ extat in Epiſtolis hujus Selectioribus p. 472. & 476. *Freherus* in Theatro virorum Eruditione clarorum p. 1126. Aliud tamen velle *Sarravianas* epiſtolas pag. 208. notat Joh. *Diecmannus*, Diſſertatione inaugurali de Naturaliſmo p. 10. num. 29. Adde *Symbolam Maſtrichtianam* hanc:

*Simplicius Verinus eſt Salmaſius. Jac. Lydius* in Cœna Dominica Sapientum p. 108. Cl. *Salmaſius*, qui modo dicti *Simplicii Verini* vultum, nomenque induit in epiſtola ad Juſtum *Pacium*, & p. 96. *Simplicius Verinus* ſive CC. *Salmaſius*, in epiſtola ad Juſtum *Pacium.*

(2518 β) SIMSONIS *Philadelphi Spirenſis* Metamorphoſis mundi Lugd. Bat. Nomen iſtud myſticum eſſe & verum Auctorem fuiſſe *Simonem* PARTUUM, Medicum Moravum, notat *Voët.* Diſp. Select. Tom. II. p. 1080. *Symb. Diecmanniana.*

(2519) SIMUS HARMONICUS ARIMMNESTI *Canonem Muſicum* pro ſuo venditavit, ut ex *Porphyrio de* Vita Pythagoræ pag. 182. memorat *Almeloveen* in Syllabo Plagiariorum p. 18.

SINAITA v. *Johannes.*

SINCERUS v. *Actius.*

v. *Chriſtianus.*

(2520) *Conradi* SINCERI, *Civis Germani, de Germanicarum Legum veterum ac Romani juris in Republica noſtra origine, auctoritateque præſenti* Diſſertatio Epiſtolica. Proſtat apud Maurit. Georg. Weidmannum A. 1682. in 12. liber recenſetur in *Actis Erudit. Lipſienſ.* 1682. pag. 366. 367. cum communicata Scriptoribus eorum Actorum Auctoris, uti vocatur doctiſſimi ſententia penitiore. Eum auctorem, quod eſſet revera doctiſſimus, & jam orbi toti publice notus etiam *Joannes Georgius* CULPISIUS vel KULPISIUS, de quo alias & in Pſeudonymo *Sulpicio* memoratum, tum hæc tum alia multa me docuere nunc non enarranda: tum confirmat *Baillet* liſte des Auteurs deguiſ. p. 601.

(2521) *Jodoci* SINCERI nomine ſcriptum à *Juſto* ZINZERLINGIO *Itinerarium Galliæ* memorat *Hanckius* de Scriptoribus rerum Romanarum part. I. c. 46. num. 1. pag. 235. Idem ex *Beſoldi* de Educ. Stud. literar. Peregrinat. n. c. VII. num. ult. docet *Symbola Rauſchiana.* v. & *Jodocus.*

(2522) THEOPHILI SINCERI wolgemeinter Vorſchlag wie etwa die Sache anzugreiffen ſtünde / da man dem in denen Evangeliſchen Kirchen bißher eingeriſſenen ärgerlichen Leben und Wandel vermittelſt Göttlicher Verleihung abzuhelffen mit

Ernſt reſolviren wolte. Franckfurt 1676. in 12mo libellus 78. paginarum, paragraphis aut numeris 26, quorum contenta in fine loco indicis ſubjecta ſunt diſtinctus Auctorum agnoſcit Celeberrimum quondam Theologũ Kilonienſem D. *Chriſtianum* KORTHOLTIUM, ut teſtantur Excellentiſſimus Dominus D. *Mayerus* Muſei Part. 4. p. 4. D. *Spenerus* in der allgemeinen Gottsgelehrtheit part II. p. 4. nec non in der Erzehlung vom Pietiſmo p. 51. Hartmannus in den Uhrſachen der Verkehrung Cap. 1. §. 8. p. 16. Nec ipſe *Kortholt* illud diffeſſus eſt in Syllabo Scriptorum à ſe editorum, ubi hoc ſcriptum occurrit num. XXIX vid. & *Korthold* Theologiſche zur Beförderung der Gottſeeligkeit angeſehene Tractätlein 1679. 8. Kilonii. Ubi, ſub ejus nomine nunc continetur primo loco, propterea, ne alterius ſub eodem nomine editus von Schwediſcher ——— Tr. ipſi quoque a conſciis imputaretur. Nam cum aliquibus ſub hoc nomine per D. *Spenerum* litteras commutarat. v. *Speneri* Beantwort. des Unfugs der Pietiſten c. I. §. 14. pag. 23. & 34. p. 48.

SINCERUS v. *Wahrenbergius.*

(2523) Guilielmi SINGLETONI nomine, ſcripſiſſe *Leonardum* LESSIUM, Jeſuitam Belgam, *Alegambe* pag. 451. teſtatur: quid autem operis illud ſit, pag. 304. & ſeqq. ubi ſcripta ejus enumerat, non explicat, niſi quod *Diſcuſſionem Decreti Magni Concilii Lateranenſis*, Moguntiæ 1613. in 8. ſub alieno nomine, ipſo auctore, prodiiſſe ſcribit, nomen autem illud alienum non exprimit. Eundem ſimili tenore deſcripſit *Valer. Andr.* Biblioth. Belg. pag. 625. *Fr. Sweertius* p. 515. ne tractatus quidem, nedum nominis fictitii meminit.

At ſub Singletono *Leſſium* agnoſcit Petrus *Aurelius* in Indice Jeſuitarum qui in certamen larvati prodierunt, præfixo Tom. III. Operum ejus num. VI. & VII. At contra de larva hac tacens neque *Singletonum* exprimens, cæteroqui eadem cum *Alegambe* habet *Sotwel* Biblioth. Scriptorum Societatis JEſu p. 553. col. b. Directum autem fuiſſe ſcriptum hoc *Leſſii* quod ſub *Singletoni* perſonato nomine edidit, contra *Vaddingtonum* Britannum docet me *Maimburg* in Actis Eruditor. Lipſienſ. 1683. pag. 395. vide *Colomeſ.* Melanges Hiſtoriques p. 51. & *Bailleti* Indiculum des Auteurs deguiſez p. 602.

(2524) SINIBALDI Ubaldi ICti nomine, *de Nobilitate Axiomata* 1589. edidit *Hippolythus* à COLLIBUS, quæ deinde Principi ipſius, Baſil. 1593. in 8. editi p. 129. & ſeqq. ſunt ſubjuncta. v. *Thomaſ.* de plagio litterar. §. 117. *Melchior Adami* in vita ejus p. 454. ſcripti quidem hujus, at non fictitii, nominis facit mentionem.

Extant Axiomata hæc in Tomo IV. *Diſputationum* Hiſtorico-Politico Juridicarum *Baſileenſium* edit. Baſil. 1619. numero XI. Sub *Sinibaldi Ubaldi* nomine, ſine veri Auctoris mentione. Axiomata in univerſum ſunt LXI. pag. octo in 4. comprehenſa.

(2525) *Eliæ* SIONIS nomine edita quædam ab *Ezechiele* METH famoſo Enthuſiaſta, ex Tom. I. Syntagmatis Operum D. *Affelmanni* à D. *Moebio* Lipſ. Profeſſore Theol. nuper editi p. 51 memorat Clariſſimus D. *Olearius* in epiſtola ad me ſcripta D. IV. Auguſti 1676. Qui eundem diligenti ope Dr. Andreæ *Merckii* Superintendentis Halæ Saxonum meritiſſimi, Patrum memoria ad meliorem mentem redactum ſcribit.

(2526) *Reinerus* SIONATUS, per *anagramma Antonius* REISERUS *Ophtalmopolita* i. e. Auguſtanus, edidit kurtze und einfältige Erwegung der XII. Schluß Reden Jodoci *Kedden* Jeſuiten, über die Lutheriſche Religion Augſpurg 1652. in 4to. *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

SIONITA v. *Anaſtaſius.*

(2527) SIRICIO PAPÆ quomodo attributa dolo malo *Sex Reſponſa*, STEPHANI II. *Papæ* Reſponſis quoque inſerta, docet Johannes *Harduinus* de Baptiſmo quæſtione triplici in *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1687. p. 304. De ſuppoſita vero ei *epiſtola* quarta à *Pſeudo-Iſidoro* v. Gerh. von *Maſtricht.* in Hiſtor. Jur. Eccl. à p. 232. ad 268.

Von SITTENBACH vide *Euphroſyne.*

(2528) Philander von Sittwald / cujus habemus *Viſiones de Don Quevedo*, das iſt / wunderliche Satyriſche und wahrhaffte Geſichte / in welchen Weltweſen aller Menſchen Handel mit ihren natürlichen Farben ꝛc. dargeſtellt werden. Francofurt. 1644. in 12. & alias recuſæ, quæ non ſunt ipſius Hiſpani auctoris translatæ in noſtrum ſermonem, ſed novæ ad imitationem ipſius compoſitæ, prout ipſe teſtatur auctor in præfatione, qui eſt *Johann Michael* MOSCHEROSCH, cujus & alia ſub genuino nomine tenemus. Teſtem exhibere poſſum *Oldeburgerum* ad Inſtr. Pacis part. 1. diſc. 1. §. 71. p. 80. & diſc. 7. §. 6. pag 223. & ſub nomine *Franciſci Irenici*, in ſuffixo Indiculo auctorum Collegio ad Burgoldenſem pag 104. quæ per errorem typographi ſignata eſt n. 80. Extat editio Strasburgenſis 1650. in 8. nomen ipſius verum una cum fictitio præferens.

De Auctore hæc confirmantes vide *Fratrum* in Theatro Virorum eruditione clarorum p. 188. a. *Witten.* Diar. Biograph. an. 1660. ad d. 4. Aprilis. *Schottel.* lib. V. von der teutſchen Sprache p. 1177. & 1178. ubi ſimul brevem libri epicriſin addit. *Symbola Rauſchiana* monet, Auctori patrium nomen fuiſſe KALBSKOPFF / quod deinde ex Græco μόσχος & Hebræo *Roſch* in *Moſcheroſch* mutatum fuerit; cui tamen ipſius *Philandri* Satyra, hanc nominum mutationem Tom. I. Viſ. I. Weltweſens p. 53. edit. 1650. falſe ſatis notavit, dum ait: Es wil keiner mehr Roßkopff heiſſen / ſondern Hippocephalus.

(2529) SIXTO II. Papæ & Martyri librum SEXTI *Pythagoræi* pagani, infartis ſententiis Chriſtianis, ad occultandum dolum, ſuppoſitum fuiſſe à *Ruffino*, teſtatur *S. Hieronymus* in

in Epiſtola ad Cteſiph. nec non in cap. 22. Jeremiæ & in cap. 18. Ezechielis. vid *Rivet.* lib. 2. cap. 19. pag. 243. & citatos *Oleario* pag. 435. adde *Poſſev.* appar ſacr. præfat.

A *Ruffino* has Sexti Pythagoræi ſententias latinè verſas & Sexto II. ſuppoſitas docet *Miræus* Biblioth. Eccleſ. pag. 48. pag. 102. & pag. 181. Cave Hiſtoriæ liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 167. col. a. *Gerhardus* Patrolog. pag. 161. 162. ex HIERONYMO, & AUGUSTINO, qui tamen antea Genuinas agnoverat *Sixti* Pontificis. Adde *Prideaux* Oration. IX. §. 84. *König.* Biblioth. V. & N. 751. & 759. citantem *Voſſ.* lib. I. Hiſtor. Pelag. c. 31. vide & Gaddium de Scriptoribus tom. II. p. 305. du *Pin* Biblioth. Tom. I. p. 183.

(2530) SIXTO III. PAPÆ Romano ſuppoſitos eſſe à PELAGIO aut ſaltem PELAGIANO libros.

(I) *De Divitiis.*

(II) *De Caſtitate.*

(III) *Epiſtolam* de malis Doctoribus, Operibus fidei & futuro judicio, aſſerit *Miræus* Biblio. Eccleſiaſt. pag. 191. & 192. Contra nitente *Garnerio*, Sixtoque ipſi hæc opera vindicante apud *Caveum* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 237.

(2531) SIXTI V. juſſu recognita *Verſio Bibliorum Vulgata* Latina rectius CLEMENTI VIII. inſcribitur: ut aliquoties in eadem pagina notat Thomas *Hyde* in Cat. Bibl. Bodl. pag. 88. col. b. Fuit hic Papa antea vocatus FELIX PERETTUS: docente Hydeo poſt N. pag. 167. col. a. De illis Bibliis multum habet Richardus *Simon*, *Kortholt* & alii ejus argumenti Scriptores.

(2532) SMARAGDO, Abbati S. Michaelis, ſuppoſuit *Trithemius Commentarium in Regulam S. Benedicti*, Smaragdo autore. Sed falſus eſt ob vocabuli communitatem. Nam Smaragdus, auctor prædicti Commentarii, non eſt Smaragdus Abbas S. Michaelis, ſed alius SMARAGDUS, Monachus Monaſterii Anianenſis, qui Beati titulo honeſtatur in eo Monaſterio, & feſto peculiari colitur; nec dicitur Abbas in lectionibus officii, ſed tantum Prebyter Monachus. Cum ergo vetuſti Codices Commentarii prædicti eum tribuant Smaragdo Monacho, abjudicandus eſt Smaragdo Abbati: verba ſunt *Th. Raynaudi*, de mal & bon. lib. p. 155. adde citatos *Oleario* p. 435.

Univerſa ejus opera JUNIORI cuidam SMARAGDO *Abbati S. Michaelis in Saxonia* tributa notat *Caveus* Chartophyl. Eccleſiaſt. pag. 155. qui tamen ea *Smaragdo* noſtro reſtituit Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 357. 358.

SMARUGISIUS v. *Sebaldus.*

(2533) *Jacobus* SMIDELINUS eſt *Jacobus* ANDREÆ Theologus Tubingenſis, cui nomen illud adhæſit ob exercitam artem fabrilem, & *Smidlin* ab æqualibus dictus eſt, docente Melchiore *Adami* in vita ejus, quæ extat in Vitis Theologorum Germanorum pag. 636. confirmant hoc les *Satyres Perſonnelles* tom. II. pag. 344. paulo aliter hæc exprimentes: pour avoir travaillé dans la forge d'un Marechal de ſa jeuneſſe.

(2533. *a*) M. SMITH, PREIST, alias NORRICE. *Somme of a Diſputation* betvv. M. Smith & Mr. Walker a London-Miniſter. 1624. 4to. Ita Thomas *Hyde* Biblioth. Bodlej. poſt N. pag. 168. col. b.

(2534) Nicolai SMITHEI nomine libellum doctiſſimum ſcripſit *Eduardus* KNOTTVS, vero nomine *Matthias* WILSONUS, Anglus Jeſuita, qui eſt editus hac Epigraphe: *Modeſta & brevis Diſcuſſio aliquarum aſſertionum D. Doctoris Kelliſoni, quas in ſuo de Eccleſiaſtica Hierarchia Tractatu probare conatur; ex Anglico in Latinum à* Georgio Wrigto *converſa, & plurimis Doctorum atque adeo Catholicarum Vniverſitatum ſuffragiis approbata.* Impreſſa eſt Antvverpiæ in officina Plantiniana Balthaſaris Moreti, 1631. in 12. Verba ſunt *Alegambes* pag. 99. Scripta ejuſdem alia quoque recenſentis.

Addit *Margo Normannianus Montalt.* Theol. Moral. pag. 125. 126. 134. Eadem quoque confirmant *Kempis* Biblioth. Theol. Anglicæ. pag. 373. & Thomas *Hyde* in Cat. Blioth Bodl. poſt N. pag. 168. col. b. *Sotvellus* autem in Biblioth. ſua Scriptor. S. J. hæc ex Catalogo reliquorum Wilſoni Scriptorum ab *Alegambe* recenſitorum expunxit, prudenter quidem, ut judicat *Bailletus* jugemens des ſavans tom. II. Part. II. Cap. 3. num. 112. pag. 137. Manet tamen in Catalogo Petri *Aurelii* ſive *Sancyrani* Tomo III. operum præfixo n. XX. ubi & Provincialem Jeſuitarum Anglorum, & quatuor ante hanc editionem menſibus demortuum teſtatur. Adde *Baile* dictionaire Tom. II. pag. 237. 238.

SMYRNÆUS v. *Corinthus.*

SOAVE v. *Polano.*

(2535) *Andreas* de SOREA, cujus extat *de incrementis metallorum* liber, reſoluto *anagrammate* eſt *Johannes* THOLDENUS, ut docet *Morhofius* Polyhiſt. liter. lib. I. cap. IX. p. 85. & 86. Cujus verba vide ſupra excerpta in *Baſilio Valentino.*

(2536) SOLANGUES, *François*: *Gaſpar* SCIOPPIUS douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 601.

(2537) *Anshelmi* SOLERII nomine editum Amſtelod. 1671. in 12. librum *de Pileo ceteriſq; capitis tegminibus &c.* *Theophilo* RAYNAUDO Jeſuitæ ex *Labbeo* aſſeruimus ſupra in *Anonymus* num. 1551. Dubitat tamen de *Raynaudo* *Bailletus* in indiculo des Auteurs deguiſez pag. 601. quem erudit & confirmat *Baylius.*

SOLFRIDUS v. *Duncarena.*

(2538) SOLITAIRE, *le Comte de* CRAMAIL. *Baillet* ibid.

(2539) SOLITARIUS: *Jacques* GOHORRY. ibid.

(2540) SOLITARIUS: *Jean François: André* USTARROZ. *Baillet* ibid. p. 602.

SOLITARIUS v. *Honorius.*

- - - *Provincialis.*

(2541) *Julius* SOLON *Valeſio* idem eſt qui C. *Julius* SOLINUS, cujus extant *Collectanea Rerum Memorabilium*, pleraque ſi credimus *Voſſio* de Hiſtoricis Latinis lib. III. p. 720. 721. *Thomaſio* de Plagio §. 543. & *Fabricio* Bibliot. Latin. p. 90. 91. ex *Pliniano* opere decerpta, vide le *Journal des ſavans* 1692. p. 110.

(2542) *Lycurgi* SOLONI *de alendis domi Pauperibus, & in ordinem redigendis validis mendicantibus:* Brugis 1562. vide *Villavicent.* Oecon. Paup. 175. eſt WISTII p. 176. WITSII p. 577. 259. 278. 279. Hæc *Symbola Normanniana.*

(2543) *Martini* SOMMERI nomine editum eſſe Venetiis *Gazophylacium artis memoriæ*, quod illuſtratum per Lambertum *Schenkelium Duſilvium* cum aliis variorum tractatibus ejusdem argumenti prodiit an 1678. in 8. Lipſiæ & Francofurti, notat *Morhofius* Polyhiſtoris literar. lib. II. c. VI. p 370. ſemper *Methodum* hanc appellans *Schenckelianam*, tanquam SCHENCKELIUM hujus Gazophylacii genuinum Auctorem credi fas foret; quod auctum Gallica lingua propoſuit *Adrian* le CUIROT ſub titulo: Magazin des ſciences.

(2544) Jacobi SOMMERFELD *de ſtudiis inſtituendis commonefactio pro iis, qui in ſchola illuſtri primam claſſem obtinent.* 1600. edita, *Georgii* ROLLENHAGEN quod ſit, (quem autorem poematis Froſchmäuſeler/ diximus in anon. n. 344.) docet *Cl. Thomaſius* de plag. litter. §. 546. unde & hunc fuiſſe parentem *Gabrielis* didicimus, quod ad numerum illum anonymorum notandum.

Adde *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 602. item *Symbolam Maſtrichtianam*, quæ allegat etiam filii Gabr. Rollenhagen warhafftige Lügen lib. 4. p. 295.

(2545) SONTA v. *Pagnalmino.*

(2546) *Chriſtiano* SOPHODRO *Vinerio*, quod per *anagramma eſt*, *Chriſtophoro* SANDIO JUNIORE, Auctore extat liber *de reſtauranda religione* ſeu *de Monarchia Dei.* MS. vide *Sandii* Bibliothecam Antitrinitar. p. 170. 171.

(2547) SOPHRONIUS Abbas, cui tribuitur *Pratum Spirituale* à multis, non eſt illius auctor. Occaſio verò erroris nata inde, quod inſcriptum ipſi hoc opus à diſcipulo *Joanne* MOSCHO alias Evirato. v. *Bellarm.* ad A. C. 630. *Poſſev.* in Appar. ſacr. ad nomen utrumque Tom. 1, pag. 222. 242. 243. Extat etiam ſub vero nomine in *Biblioth. Patrum* Tom. 7. edit. 2. Bignianæ, & Italice cum additionibus *Aloyſii Lippomani* editum. v. *Roderici* Exercitium perfectionis part. 1. Tract. 1. c. f. p. 56. *Meier*, Bibliot. Theolog. pag. 69. *Cocum* Cenſuræ pag. 424. Rivet. Crit. ſacr. lib. 4. cap. 9. pag. 412. imprimis *Voſſ.* de Hiſt. Gr. l. 2. c. 23. p. 278. *Geſner.* p. 633. edit. Simler.

Dubitat tamen *Bailletus* in Catalogo des Auteurs degviſez pag. 602. an non contrarium potius ſtatuendum, h. e. à *Moſcho* editum hoc *Pratum Sophronio* vindicandum? Et à *Friſio*, quidem Biblioth. *Geſner* pag. 761. col. b. ſub *Sophronii* nomine citatur, *Moſchi* plane nulla facta mentione.

II. Hunc *Sophronium* cum SOPHRONIO, SOPHISTA DAMASCENO poſtmodum Patriarcha Hieroſolymitano confuſum notat *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. II. c. 23. p. 278.

III. Eidem *Interpretationem Græcam* libri S. Hieronymi *de Scriptoribus Eccleſiaſticis* ab ERASMO ROTERODAMO ſuppoſitam credebat Iſaac. *Voſſius* not. ad Epiſt. Ignat. pag. 287. Quod tamen ab eo, & aliis, præter rationem fieri, evidenter monſtrat *Huetius* de claris Interpretibus lib. II. p. 214. 215. Adde *les jugemens des ſavans.* Tom. II. n. 80. & *Symbolam Maſtrichtianam* hanc.

*S*ophronius vere Johannes Moſchus.

Scriptor *prati Spiritualis* floruit aut ſcripſit juxta *Bellarminum* ante Concilii Nicæni ſecundi tempora. Vere auctor hic vocatur *Joannes Moſchus.* Ita eum *Photius* nominat. Græci Patres & *Damascenus* eum *Sophronium* appellant. Monachus fuit. Vixit *Moſchus* poſt Gregorii I. Papæ & Mauritii Auguſti tempora, id eſt ſeculo Sexto finito ſeu ſeptimo incipiente. vid. *Dalæum* de cultib. lat. relig. lib. lib. 8. c. 5. pag. 1036. pag. 1039. vocat eum *Dalæus Legendarium*: adde pag. 104. poſt pr. ubi Bellarminus non Simpliciter *utilem*, ſed *magna ex parte utilem* dicit. *Dalæus*, plurima eſſe inania atque inutilia ad p. 1041.

(2548) SOPHRONIO CONSTANTINOPOLITANO Patriarchæ falſo inſcriptus in prima Bibliothecæ PP. editione liber *de laboribus certaminibus & Peregrinationibus* BB. *Petri & Pauli*, quem tamen altera editio vero Auctori ſcripti ejus SOPHRONIO PATRIARCHÆ HIEROSOLYMITANO reſtituit, ut obſervat *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. II. cap. XXIII pag. 278. & Huic eundem tribuit *Cave* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. p. 318.

(2549) SORSI, *Noſaſte: Etienne* ROSSI. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 602.

(2550) SORSI v. *Iripeo.*

(2551) SOTWELLUS où SOUTHWELS; eſt *Thomas* BACON, ut docet Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 59. col. a. ubi hujus nomine citat *Regulam vivam*, ſeu *Analyſin Fidei.* Adde *Bailleti* liſte des Auteurs degviſez p. 602.

(2552) *Ludovici* SOTELI, *Minoritæ*, Regni Oxenſis Apoſtoli ac deſignati Martyris nomine quæ prodiit an. 1634. ex officina San-Georgiana ad Urbanum VIII. *de Eccleſiæ Japonicæ Statu* Relatio, *Deckherro* p. 95: de Scriptis Adeſpotis videtur ex ſimilitudine Styli referenda ad *Caſparem*

*rem* SCIOPPIUM , cujus *Aſtrum inextinctum* ex eadem officina & eodem anno in publicam lucem exiit.

(2552. *a* ) SOTER, Papa, ſupponi ſibi paſſus epiſtolam a Peccatore MERCATORE, ſeu Pſeudo-Iſidoro, vide Gerh. von *Maſtricht* in hiſt. Juris Eccleſiaſtici a num. 220. ad 233. ſeu a pag. 232. usque ad pag. 168.

(2553) SOVERO, *Bartholomæo*: Fortunio LICETI: faux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 602.

(2554) VICTORINUS. Ein kurtzes/ rundes/ und einfältiges Bedencken / was von den Viſionibus, Geſichtern/ und Engliſchen Offenbarungen: Item von den vielfältigen Wunderwercken und Zeichen zu halten &c. durch *Victorinum* (errore typographi ſine dubio pro Victorinum) SPAHRMAN Miſnicum in 8. duobus octernionibus, ſine anno & loco impreſſionis, conjunctim venditur, & foliorum numeris atque ſignaturis inferioribus ():()( )( )( )( cohæret, cum *Henrici* AMERSBACH P.P.P. Halberſtad. 1677. edita Apologia, oder Ehren-Rettung Stephani Prætorii 1. Mart. Statii: ex ſtyloque & genio ſcribendi plane illius ipſius eſſe videtur.

(2555) *Johannis* SPANGENBERGII *Conciones ad dictum Evangelicum* Matth. XIII. 30. Northuſiæ habitarum potius ad *Matthiam* CALENUM & *Andream* ERNESTUM Eccleſiæ ejus Diaconos pertinere monet illuſtris Dominus *Seckendorff*, Supplementi ad primum Indicem Hiſtoricum Lutheraniſmi, n. LXXII.

(2556) Der Spahte. Nomen hoc adjectum eſt in Societate Carpophororum *Caſpari* STILERO, quo & ſubinde in editione ſcriptorum ſuorum uſus eſt, v. gr.

(I.) Advocatus editus Germanice in fol. 1678.

(II.) Teutſcher Sprach-Schatz.

(III.) Secretariat-Kunſt.

(IV.) Schatten-Riß der Welt. 1884. in 12mo.

De quo encomium Domini *Morhofii* vide in den Monatlichen Unterredungen/ Anno 1693. p. 683.

(2557) SPECULARII titulo edidit *Franciſcus* JUNIUS *Dialogum pro Defenſione* Tremellii contra Genebrardum, qui extat inter opera *Junii* Theol. tom. II. fol. 1798. ſqq. ut indicat Cl. Jacobus *Thomaſius* de Plagio literar. §. 567. ad lit. i. adde *Höttingeri* Biblioth. p. 167.

(2558) SPECULATOR dictus eſt *Gulielmus* DURANDUS vel DURANTUS: ut notat Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 19. ex edito *Speculo Juris Quadripartito*, excuſo Baſ. 1574. cum additionibus *Baldi* aliorumque, quod ibidem citatur. Itemque Francof. 1592. Auctore Alexandro *de Nevo*. Ubi poſt Epiſtolam Dedicatoriam ex Commentario verborum Juris hæc verba leguntur: *Speculator JCtus Nomen habuit Gulielmi Durandi; ſed cum anno 1271. Volumen illud de Jure ſcripſiſſet, quod ſpeculum Juris inſcripſit Speculator vocitatus eſt.* vide ſupra *Durandum*.

(2559) *Henrici* SPELMANNI nomine extat *Conciliorum Britannicorum tomus Secundus* Lond. 1664. fol. de quo ita *Symbola Normanniana: A viris fide digniſſimis audivi, quod ex toto hoc volumine ducentas paginas continente, omnes à quinquageſima ſeptima Gulielmo* DUGDALE *acceptas referre debemus.* J. A. Præfat. Novæ Edit. Gloſſ. p. 10.

(2560) SPENSERUS, *Johannes: Vincent.* HAECLIFFE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 602.

(2561) SPICA *Anocopata*: *Ambroiſe* GRANELLO, ou *Ambr.* SPIGHETTO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 602.

(2562. *a* ) *Nicetæ* SPILII JCti, & Philoſophi Chriſtiani, *Epiſtola curioſa ſuper Quæſtionibus eruditis variis de Tempore*: videlicet, de Corpore Juris reconcinnando, vel renovando, inque vernaculam convertendo. De Juris naturalis ſcientia conſtituenda. De Reſ. irregulari. De ſcientia interpretandi Jura, & ſacras litteras, harumque Criticis emendationibus, &c. Veronæ Apud Publicum Liberium Pacatum e Latio; ad ſignum ingenuæ Veritatis. M.DC.LXXXI. 12. paginis 106. conſtans libellus cujus eſſet, forte non detegerem, niſi jam ante publice detexiſſet me *Vincentium* PLACCIUM Dn. *Ehrenfridus Klozius*, Reichenbachio Variſcus, Differentiarum Juris Civilis, & Reformationis Francofurtenſis editarum Francofurti 1682. 4. præfationis medio (a) excerpto; addita non modo laudatione invidenda, & vix, certe non ſine exquiſita gratiarum actione agnoſcenda, ſed ratione notitiæ quoque & hic legi digna. Huic opellæ cum repoſuiſſe Dn. Chriſtfriedus Wæchtlerus Διάσπασμα, ei replicavi anonymως iterum hoc ſcripto: *In Chriſtfriedi Wæchtleri, J. Utr. Lic. de Vetere Jure Enucleando, ad Nicetam* Spilium *Διασπασμα Ἀντισπάσματα*, ſive *Notæ Reſpondentes, auctore* NICANORE AUTODIDACTO *Diſcipulo Spiliano* Veronæ, Apud Publicum Liberium Pacatum e Latio, ad ſignum ingenuæ veritatis, unius philyræ in 12. quo, quantum ſcio, hæc diſceptatio fuit finita.

(a) Ehrenfridus Klozius Differentiar. Jur. Civ. & Reformat. Francof. præf. pag. 2. & 3.

*Hinc &* Vincentius Placcius, *illud Hamburgi incomparabile decus, Vir omnibus ſcientiis quibus perficiendis natus, exſplendeſcens, ſcientiæ nomen: (diſſentiente licet D. Melch.* Zeidlero, *Theolog. Regiomontano, illo perpetuo & feliciſſimo Ariſtotelis ſectatore; Anal. poſt. in præfat. quo & pertinet ejus diſputatio l. 1. cap. 16) noſtræ diſciplinæ abjudicat, & eam methodo ſcientifica tradi poſſe negat, de perfecto JCto cap. 6. §. 4. & C. II. §. 3. Quo & collimat* Nicetas Spilius *in Epiſtola*

*Epiſtola* Curioſa *ſuperquæſtionibus variis de tempore p.38. & ſeqq. Sub quo tamen Spilii nomine, ipſum laudatiſſimum* Placcium *latere, tum alia argumenta indicant, tum præcipue id, quod jam ad Verulam, de aug. Eth. C. I. text. 3. §. 8. pag. 94. de* Pufendorffio, *diſſimulato licet ibi ejus nomine, prodiderat; quod inter cænam aliquando ſibi faſſus ſit, ſe, quæ methodus analytica & Synthetica ſit, noviſſe, quæ vero ſit ſcientia peculiaris analytica, prorſus ignorare. Id quod in Epiſt. cit. pag. 92. repetit, expreſſo jam Pufendorffii nomine.*

(2163.) Bartholomæus SPINA *Fortalitium fidei*, ab *Alphonſo* SPINA elaboratum, ſuo nomine præfixo divulgavit, teſte *Raynudo* de bon. & mal. libr. part. 1. Erot. 10. §. 3. num. 272. pag. 166 quem citat etiam *Thomaſ.* de plag. litter. §. 548.

(1163. a) *Joannes Ambroſius* SPINOLA non eſt Auctor *Summæ Quadripartitæ Quæſtionum Philoſophicarum*, quas pro laurea diſputandas propoſuit in Collegio Romano S. J. ſed *Odo* de COMITIBUS Jeſuita Romanus, cui illam in Anonymis *ſupra* num. 201. ex *Alegambe* pag. 360. aſſeruimus, cui ſuperadde *Sotvel* Biblioth. Scriptor. Societ. Juſu pag. 641. col. a. & *Bailleti* Catalogum des Auteurs deguiſez pag. 602. qui verum Auctorem ſcribit Odon. de i Conti.

(2564) *Petri Franciſci* SPINOLÆ Operibus Poëticis inſerta quædam *Epigrammata* aliaque *Carmina Joannis Baptiſtæ* CASTILIONIS, cujus habemus nobiliſſimum Poema inſcriptum *Prata Adonidis* aſſerit Filippo *Picinelli* Milaneſe nel' Ateneo de i letterati Milanaſi p. 276.

(2565) SPIRENSIS ROTÆ *Deciſiones*, quas *Caſpar Gvilielmut Scipio* edidit, opus eſſe cujusdam *Aſſesſoris Cameræ* Anonymi, ipſe qui edidit non diffitetur. Hæc *Symbola Ankelmanniana.*

(2566) SPIRITUS *Belga*: *Rodolphus* MARTINI. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez p. 602.

SPIRONCINI v. *Ginifaccio.*

SPITZNASE v. *Mulhuſini.*

(2567) SPONTONE, *Ciro*: Jean *Antoine* MANGINI. *Baillet* liſte des Auteuts Degviſez pag. 602.

(2568) SPRENGHER *Ubicium Conſul*: *Antoine le* BRUN. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez pag. 602.

SPRINGERUS v. *Syricius.*

(2569) R. *Iſaaco* SPROT adſcribitur à *Buxtorfio* Biblioth. Rab. pag. 303. AVEN BOCHAN ſ. *Lapis Probationis*, libellus contra Chriſtianos aditus. Idem autem à *Plantavitio* R. KOLONGMUM tribuitur, ut indicabat olim Clariſſ. Dominus *Caveus* epiſtola ad me ſcripta Islngthon. 8. id. Decemb.

(2570) *Petri* SQENTII nomine inſignitum *Drama*, quod *in Gryphii operibus* poeticis legitur, *Danielem* SWENTERUM Autorem habere dicitur in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1682. p. 363. adde *Bailleti* Catalogum des Auteurs p. 602.

SPERANDIO v. *Fedele.*

(2571) SQVILLAS *Septimontanus*: *Tobias* ADAMI. *Bailleti* liſte des Auteurs degviſez p. 602. ſcribit. At Thomas *Campanella* Diſſert. de recta ratione ſtudendi, quæ eſt in Diſſertationibus de ſtudiis inſtituendis præfixa hedera *Grotiani* nominis art. 3. p. m. 375. (Pariſinæ namque editionis 1642. in 8. datæ p. 15. allegatur) ſibi vendicat illo nomine edita *Cantica* & Tobiam *Adami* eorum ſelecta quædam, juxta genium ſuum, additis annotationibus, ſub hoc nomine fictitio edidiſſe ſcribit.

STANGA v. *Liberio.*

(2572) STASINO tributa à *Proclo carmina* *Cypria* ſeu *Cypriaca* aut *Cyclica*, ab aliis HEGESIÆ *Halicarnaſſeo*, a nonnullis ipſi HOMERO, a *Gyraldo* autem EVECLO CYPRIO adſcribi notat Andreas *Schottus* in notis ad Procli Chreſtomathiam p. 20. 27. ipſe de certo Auctore nihil ſtatuens.

(2573) Marini STATILEI J. U. D. nomine quæ prodiit *Apologia pro genuitate Fragmenti* *Satyrici Petronii*, a *Leti* in Italia regnante GRADI adſcripta, v. Part. III. l. 3. pag. 225. *Petro* Abbati PETITO aſſeritur a *Fabricio* Biblioth. Latinæ p. 83. Quod confirmant les Nouvelles de la Republique des Lettres de l'année 1685. p. 831. & *les Jugemens des ſavans* tom. IV. part. I. n. 1161. p. 358.

(2574) *Publius* STATIUS *Papinius*, cujus extant *Sylvarum libri* V. & *Thebaidos* lib. XII. itemque *Achilleïdis libri duo* editi cum variorum Commentariis Pariſ. 1618. in 4to aliàs quoque vocatur *Lucius Papinius* SURCULUS *Statius*, memorante Thoma *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej. poſt N. p. 177. Verum hos pro diverſis habent *Voſſius* de Poetis Latinis p. 45. 46. & *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 99. qui pro SURCULO utrique URSULUM ſcribere malunt.

**Von Steinfelden** v. **Lercheimer.**

STENONIO Gorago, v. *Apolo.*

(2575) *Guilelmus* STEPHANIDES, quem *Poſſevinus*, & cum eo *Teiſſier* in Catalogo Auctorum & Bibliothecarum a GVILIELMO ANGLO, itemque a GUILIELMO CANTUARIENSI diſtinguit, & ſingulis horum libros *de vita paſſione & miraculis* S. THOMÆ CANTUARIENSIS Archiepiſcopi adſcribit: vide p. 115. 116 120. unusque idemque cum eis eſſe docetur a *Voſſio* de Hiſtoricis Latinis lib. II. cap. 52. pag. 425 426. præter rationem a *Poſſevino* Tergeminus creditus. *Guilielmum Cantuarienſem, Anglum*, librorum horum Auctorem facit *Balæus* de Scriptor. Britan.

Britan. Illuſt. fol. 95. neque præterea de Stephanide quicquam addit: contra *Pitſeus* Guilhelmo *Stephanidi*, Cantuarienſi, Anglo idem opus tribuit de illuſtribus Angliæ Scriptoribus pag. 256. 257. Uterque Scriptorem librorum horum ad annum Chriſti 1190. refert.

(2576) Henrici STEPHANI nomine editam *verſionem Latinam Anacreontis*, non eſſe ipſius, ſed *Joannis* DORATII, *Joſephi Scaligeri* teſtimonio probatum iit, hunc in modum ſcribens *Paulus Colomeſius* pag. 209. recueil des particularitez: *Le meſme* (Iſaacus Voſſius) *m' a dit qu' il avoit poſſedé un* Anacreon, *ou* Scaliger *avoit marqué de ſa main*, *qu'* Henry Eſtienne *n' eſtoit pas l' Autheur de la verſion Latine des Odes de ce Poete*, *mais* Jean Dorat.

Confirmat hæc *Almeloveen* in Syllabo Plagiariorum pag. 39. verum auctorem *Johannis*, AURATI nomine appellans.

(2577) *Nicolai* STEPHANI nomine impreſſa eſt Hafniæ & Amſtelod. 1661. *Oratio Thomæ* Bartholini in *Bilſium* Invectiva, de ejusdem artibus & Profeſſoria Dignitate, habita d. VII. May 1661. uti in fine hujus Orationis, quæ cum reliquis Bartholinianis num. XLVII. extat à pag. 311. usque ad pag. 351. indicatur, nec id in Catalogo librorum ſuorum Diſſertationi de incendio Bibliothecæ adjecto, non diffitetur indicante Flensburgo Molleriana Symbola. Albertus tamen *Bartholinus* de Scriptis Danorum pag. 110. Hujus Nicolai Stephani tanquam veri cujusd. Scriptoris meminit, qui pro Thoma Bartholino in Bilſum inſurrexerit.

(2578) STEPHANI II. PAPÆ *Reſponſionibus ſcripta capitula decem*, ex quibus ſex SIRICIO Pontifici dolo itidem malo ſuppoſita ſint *ſupra* *in Siricio* & *Actis Eruditor. Lipſienſ.* Anno 1687. p. 304. docuimus.

(2568. *a.*) STEPHANUS, Papa & ipſe paſſus eſt ſupponi ſibi *Epiſtolas* à peccatore MERCATORE. ſeu Pſeudo Iſidoro, teſte & Gerh. *von Maſtricht* in hiſtor. juris Eccleſiaſtici à n. 220. ad. 233. ſeu à p. 232. usque ad p. 268.

(2579) *Robertus* STEPHANUS *Caſtigationes in Dionis Caſſii Hiſtoriam Romanam* edens in præfatione præmiſſa ſibi illas adſcribit, notante *Symbola Normanniana*: quas tamen FILIO ejus HENRICO STEPHANO aſſerit *Friſſius* Biblioth. Gesn. pag. 199. & 333. Patre tantummodo eas imprimente. An vere (pergit Clariſſimus *Normannus*,) anceps exiſtimatio eſt, quando & in notis ſuis p. 483. de Dionyſio Halicarnaſſeo dicit, qui e noſtra officina exiit quomodo de libris à Parente editis nusquam, quantum meminimus, loquitur *Henricus Stephanus*. Hæc ille.

(2580) STOCKHOLMENSIUM MINISTRORUM *Reſponſio contra Scriptum AntiLiturgicum*, eſt *Jeſuitæ* CLOSTERLASSII Abrah. Andr. Hiſtor-Liturg. P. 16. Hæc *Symbola Normanniana.* Hujus Cloſterlaſſii plane non meminit Sotvellus in Bibliotheca Script. Societ. Jeſu.

(2581) *Conſiſtorii* STOCKHOLMENSIS, *Refutatio Johannis Matthiæ* Epiſcopi Strengnenſis, nobilitati cognomine *Olicquiſt* (quo alludit ipſe ſcribens Ramos Olivæ Septentrionalis de pace ineunda inter Lutheranos & Reformatos) Holmiæ 1662. 8. *Oppoſita poſitionibus* ejusdem, quibus Jurisdictionem Epiſcopatus ſui contra Metropolin Stockholmenſem ſuper Parochia Wellingenſi defenderat: indicatur mihi ſcripta Symbola & voce viva iterum nuperrime d. 24. Nov. 1696. quod ſit *Erici* EMPORAGRII Præſidis Conſiſtorii, ac dein ſucceſſoris in Epiſcopatu remoto ab eodem Antagoniſtæ ſuo etiam vivo, hanc ipſam ob controverſiam nimis pertinaciter defenſam, a Dn. *Normanno.*

(2582) *Magiſtri* STOPINI Poetæ *Poncanenſis Capricia Maccaronica.* Venetiis apud Sarzinam 1639. 12mo, ſunt *Cæſaris* ORSINI, docente *Villani* Viſiera Alzata Pentecoſtes num. XLV. pag. 132.

STOPINUS v. de *Ponzano.*

(2583) Le STORDITO *Academico*, ut ſit *Alexander* PICCOLOMINI dictum in Anonymis n. 2680. *β.*

(2583. *a.*) *Walafridus* STRABO citatur in *gloſſa ordinaria* I. Corinth. XIV. *ab Uſſerio* de Scripturis & Sacris Vernaculis p. 116. ubi n. 14. addit, quæ ANSHELMO (LAUDENSI puto) tribuitur.

A STRASWICK v. *Kednadon.*

(2584) *Jonas* STREIN. N. P. & P. C. Quæ ſignatura occurrit in edito libello Diſputatorio in Controverſiis *Weigelianis*, formata etiam aliquando in alio tractatu per J. S. N. P. & C. in editione autem Philoſophiæ *Paracelſi de Limbo* &c. expreſſa legitur per *Joannem* STARITIUM, Notarium Publicum & Poetam Coronatum; verone an alio ficto nomine dubium: de qua re vide Nicolaum *Hunnium* in der Chriſtlichen Betrachtung der neuen Paracelſiſchen und Weigelianiſchen Theologie p. 48.

(2585) STORZZI Cicogna eſt *Thomaſo* GARZONI. v. *Rhod.* n. XXIII. Scav. II. 58. hoc modo:

STROZZI CIGOGNA *Degl' Incanti* ſive *Incantamentis* Tomaſo GARZONI.

Hujus Auctoris vitam & ſcripta enarrat *Girolamo Ghilini* Theatri d' huomini letterati part. I. pag. m. 216. neque tamen hujusce ſcripti verbulo meminit. Extat tamen impreſſus liber Venetiis 1605. in 4to ſic inſcriptus. *Palagio Degl' Incanti & delle gran maraviglie degli Spiriti, & di tutta la Natura, diviſo in libri 45. & in 3. Proſpettive: Spirituale, Celeſte, & Elementare, di* STOZZI CIGOGNA *Gentilhuomo Vicentino Theologo, Filoſopho & Dottor di leggi, & Nuncio della citta di Vicenza appreſſo la Ser. Rep. di Vinegia.* ſive *Palatium Incantamentorum & de magnis miraculis Spiritualium, totiusq; natu-*

ræ,

*ræ, diviſum in libros 45. inque tres Scenographias Spiritualem, Cæleſtem & Elementarem*, STROZZI CICONIÆ *Nobilis Vicentini, Theologi.* In quo multa ſunt Exempla rara, & alia collectanea de Spiritibus. De plagio circa hoc ſcriptum commiſſo ſequentibus verbis teſtatur *Henr. Ernſtius* Obſ. variar. lib. 2. cap. 36. *Strozzi degli incanti: liber ſurreptus eſt* Thomæ Garzoni, *cujus frater poſt obitum ejus* Strozzi *Ciconiæ litem Venetiis novit.* v. Morhof. Polyhiſtor. lib. I. c. 13. p. 122.

(2586) STRUMPFIUS (legendum puto *Stumpfius*, uti *Scharffium* per Ironiam ordinarie appellabat ejus adverſarius p. m. Præceptor meus Joachimus *Jungius* Logices in hoc Gymnaſio P. P.) *Oswaldus: Jean* SCHARFFIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 603.

(2587) STUBROCKII larva latens Jeſuita Gallus, *Honoratus* FABER Perſonati *Montaltii* Provinciales Epiſtolas a *Wendrockio*, itidem larvato, latine verſas Notisque illuſtratas, refutavit: uti docent *Acta Erudit. Lipſ.* 1691. p. 105. 106. & Monatl. Unterredungen A. 1693. p. 804. & ſeqq. *Nota Marginalis Diecmanniana* etiam hic addit, quod deinde Jeſuita hunc librum integrum inſeruerit operi ſuo, cui tit. *Honorati Fabri* S. J. Theologi Apologeticus doctrinæ moralis ejusdem ſocietatis. v. *Bayle* Dict. Hiſt. & Crit. Tom II. p. 660. *Stubrockii* ſcriptum in indicem librorum prohib. relatum eſſe, non item Wendrockii, addit. v. Samuelis *Rachelii* Epiſtolam ad Marq. Gudium Ao. 1673. 2. Febr. ſcriptam, quam in Gudianis Ao. 1697. Ultraj. excuſis p. 62. legas.

(2588) STUMELIUS *Fredericus*: François MACEDO. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 603.

STURMENECK v. *Antiſturmius*.

(2589) Hermanni STURMIANI nomine edita *Invectiva contra Lucam Oſiandrum* 1579. eſt *Johannis* STURMII, ſcriptis aliis Rhetoricis ac Anti-Pappo ſuo notiſſimi, teſtante *Conr. Schlüſſelburgio*, ex cujus Theologia Calviniſtica citat hoc ipſum *Draudius* Bibl. Claſſ. Theolog. p. 142.

(2590) *Wilhelmi* de STUTGARDIA nomine prodiit liber inſcriptus: *Mus Exenteratus in Euchariſtia*, recuſus Lipſiæ 1677. cujus Auctorem diu ante *Lutherum* vixiſſe conjecerat Cl. *Tenzelius* in denen Monatl. Unterredungen An. 1691. p. 584. at poſtmodum certiora edoctus An. 1692. p. 1000. fœtum hunc genuinum eſſe *Wilhelmi* HOLDERI Diaconi Tubingenſis, editum primo 1593. indicat (a) Adde *Maſtrichtiana* ſub lit. (b) repræſentata.

(a) Monatliche Unterredungen Ao. 1692. p. 1000.

Herr *Prof.* Saalbach zu Gryphswalde / ſchickte bey neulicher Leipziger Michaelis-Meſſe ein *Monitum* von dem *Wilhelmo* de Stutgardia, den wir im *Julio* 1691. *p.* 584. lange vor *Luthero* gelebt zu haben geſetzt; Da es doch ein *Nomen fictum* ſey / und der *Auctor M. Wilhelmus* Holderus, erſt vor 100. Jahren *an.* 1593. das Buch zu Tübingen / woſelbſt er *Diaconus* geweſen / drucken laſſen. Eben dieſen Fehler / ſo nirgends anders herkommen / als weil wir das Buch nicht beyhanden gehabt und recht nachſchlagen können / *notirte* auch Herr *Johannes Mollerus* zu Flensburg in ſeinem Briefe / den er in neulicher Oſter-Meſſe beneben dem andern Theile ſeiner *Iſagoges ad Hiſtoriam Ducatus Slesvicenſis & Holſatici* mir zuſchickte.

(b) Symbola Maſtrichtiana.

*Fr. Wilhelmi de Stutgardia, petitorium exhortatorium pro reſolutorio ſuper dubietatibus circa Sacramentum initiativum, quod vocant Baptiſmi Tubing.* 1594. *eſt* Lucæ Oſiandri. *Ita in Catalogo Bibliothecæ Bremenſis, quæ fuit* Goldaſti, *inveni notatum.*

STYLITA v. *Simeon.*

(2591) *Leonis* SVAVII nomine editum *Compendium ex optimis Theophraſti libris*, Auctorem habere *Johannem* GORCZIUM Pariſienſem, indicio illuſtriſſimi Principis *Chabanei* ſupra in *Anonymis* olim CXLI. cap IV. nunc 1010. γ. aſſeruimus. *Bailletus* tamen verum Auctorem ſcribi *Jacobum* GOHORRY. vide Catalogum ejus des Auteurs deguiſez p. 603.

(2592) SUBASIANI nomine ſcripſiſſe *Joſephum* AROMATARIUM *Diſcurſus de Barbariſmo*, & alia quædam, innuit *la Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LX. p. 64. 65.

(2593) SUBDITUS, *Fidelis: Jerome* MOSCOROVIUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 603.

SVEMENSIS v. *Janus.*

(2594) SVETONIO *Tranquillo* ſuppoſitum librum *de Viris illuſtribus*, quem alii PLINIO juniori falſo adſcripſerunt, vero Auctori AURELIO VICTORI *ſupra* reſtituimus.

II. *Vitam Virgilii Maronis* Ælio DONATO etiam malè adſcriptam ASINIO POLLIONI plurimis tribui, *in Donato* obſervavimus.

III. *Vitam* autem *Svetonio* ab *Eraſmo Voſſio* aliisque adjudicatam, DONATO tamen à multis aſſeri notat *Teiſſier* in Catalogo Auctorum & Bibliothecarum pag. 296. à *Donato* excerptam ſaltem eſſe aſſerit *Fabricius* Biblioth. Latina pag. 128.

IV. Svetonio noſtro malè tribui *Vitam Plinii Majoris* conſignatam a Scriptore quodam multo Juniore affirmat *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. I. cap. XXXI. pag. 166. adde *Fabricium* loc. cit.

(2595) SYNGRAMMA SUEVICUM. Hoc nomine inſignitur ſcriptum, quod Johannis *Oecolampadii* Theologi Baſileenſis Libello *de Genuina verborum Domini (Hoc eſt corpus meum) juxta vetuſtiſſimos Autores expoſitione* Anno 1525 edito

edito & Reformatorum de S. Cœna Sententiæ patrocinanti XIV. Doctores SVEVICI, (quibus eum inſcripſerat) Halæ Svevorum congregati eodem anno oppoſuerunt, cujus Autor *Johann.* BRENTIUS Th. D. & Prof. Tubing. fuiſſe creditur. *Verſionem* illius *Germanicam* (præfatione Lutheri commendatam) dedit *Jo. Agricola Islebius.* Reſpondit autem illi *Oecolampadius* in libello quem *Antiſyngramma* inſcripſit. Joh. *Moller.* Flensb. ex Ludov. *Lavath* Hiſt. de Orig. & progr. Controv. Sacr. ab. A. C. 1523. ad Anno 1563. Ed. Tig. 1672. 8. pag. 11. 13. 14. 15. De Johanne *Brentio* Auctore Syngrammatis credito teſtem advocat *Symbola Normanniana Calixt.* Judic. de Controverſiis Luth. & reform. n. LII. LIII.

(2596) D. *Pelagio* SUGAPENE, cujus extat Italice *Epiſtola ad Brunonem Cibaldi*, reducto anagrammate, eſt *Gueſeppe* GALEANO, quod obſervat la *Viſiera Alzata* pentecoſtes num. XXXIII. pag. 126.

(2597) SVIDAM Lexicographum a *Svida* altero, quem laudat *Strabo* lib. VII. bene diſtinguendum monet *Colomeſius* Diſſertat. de Scriptoribus aliquot dubiis num. I. Fuiſſe autem Svidæ iſti morem priores ad verbum exſcribendi nec iſtos tamen vel verbulo memorandi ex *Stephano* in voce Svidas & *Caſaubono* ibidem allegato obſervat Symbola *Schroteringiana.*

(2598) SVIVII nomine editam eſſe a JESUITIS Scriptum *de periculoſa S. Scripturæ Lectione*, invenio in *Nouvelles de la Republique des lettres* Avril 1686. pag. 476. hunc in modum. 3. *que les Jeſuites enſeignent qu' il eſt pernicieux au moins pour les gens du monde de lire la Parole de Dieu, comme ils l' ont écrit & debité encore depuis peu en Flandres ſous le nom de Suivius.*

(2599) SULACA, cujus extat *Profeſſio Fidei ab ipſo facta* Romæ 1553. ex Syriaco in latinum ſermonem traducta, per Andream *Maſium* Pariſ. 1610. alio nomine eſt SIFUD vel SIUD, Patriarcha Neſtorianorum. vide Thomam *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej. poſt. N. p. 186. col. b.

SULPICE v. de *Mandrini.*

(2600) SULPICII JC. præfixo nomine impreſſa eſt 1688. in 8vo. ſine typographi & loci mentione, Diſſertatio *de Studio Juris Publici* recte inſtituendo & Scriptoribus eo pertinentibus: una cum ejusdem epiſtola *de Studiis Academicis Juvenis Nobilis* recte inſtituendis Epiſtola paginas omnino 107. complectens. Scriptum autem hoc acceptum eſſe referendum Illuſtri Domino *Johanni Georgio* KULPISIO & ipſa literarum metatheſis faciſe perſvadebit *Symbolæ Flensburgo Mollerianæ* teſtimonio roborata; cui & accedit Bailletus in Catalogo Auctorum Perſonatorum p. 603. Item Excellmus Syndicus a *Maſtricht:* qui hoc ſibi relatum Viennæ a D. Legato & Secretario Ducis Wurtenburgici teſtatur.

SULPICIUS v. *Munscrod.*

(2601) SUSPICIÆ Satyram ANTONIO quoque adſcriptam ex *Barthio* aliisque ſupra Pſeudon. n. 301. monuimus, hic nunc non repetenda.

SULPIZIO v. *Tanaglia.*

(2602) *Baocius* SULTACETERUS, qui in Thomæ *Eraſti* Scripto poſthumo, quod de *Excommunicatione* editum eſt anno 1589. in 4to Typographum ſe ſimulavit, eſt *Jacobus* CASTELVETRUS, cui vidua Eraſti nupſerat, quod didici è Theodori *Bezæ* tractatu de eodem argumento, qui quanquam prænomen *Caſtelvetri* non prodit, dubitare tamen, quin *Baocius* ille ſit *Jacobus* me non ſinit Anagramma, cum & *Sultaceterus* literis permutatis ſit *Caſtelvetrus*, verba ſunt Clariſſimi viri pag. Jacobi *Thomaſii* in epiſtola ad me ſcripta Lipſ. d. 5. Octob. 1675.

(2602 a) *Janus Hercules* de SUNDE. Scripſit *Steganographiam* perſonatus. Auctor eſt *Daniel* SWENTER ut refert Stanislaus Minck von Wincheim in der dreyfachen Kunſt-Schnur p. 41. in fin. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

SUPERANTIUS v. *Vaſco.*

(2603) Joannis Simonis SURDI nomine prius 1606. vulgatum, revera *Joannis Baptiſtæ* LEONIS, Veneti, Ducis Urbinatum apud Sereniſ. Remp. Venetam Oratoris, *Diſcurſum de Poteſtate Eccleſiaſtica, & Romanæ Curiæ Monarchia*, exhibet ſub genuino ſuo nomine *Melchior Goldaſtus* Monarchiæ Imperii Tom. 3. pag. 396. & ſeqq. & Mon. Politica in 4. p. 775.

Adde *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 605.

(2604) SURIEN. Sub hoc nomine latere voluiſſe *Petrum* JURIEU colligo ex edita Madriti, in 12mo 1686. *Ildefonſi* Epiſcopi Malacenſis *Querimonia* Catholica adverſus Surien, citata in Supplem. Catalogi Doudotiri p. 18. & 26.

(2605) *Matthæus* SUTLIFIUS idem eſt qui SUTCLIF, quo nomine citatur a *Brerelejo* in Apologia Catholicorum per Proteſtantes ipſos facta pag. 636. vide le *Projet d' un dictionaire Critiq.* p. 105. ſub finem.

(2605. a.) De jure *Emphyteutico* GUIDO DE SUZARIA, vel potius *Martinus* de FANO, ut ex *Jaſone* patet in Rubrica & lib. I. num. 18. & 61. de jure emphyteutico & Lib. 2. num. 48. 62. 124. eod. tit. poſt Alberic. Speculator. de Locat. §. nunc aliqua Verſ. 69. in fin. & ubique per totum illum §. Citatur à Joh. *Andrea* in addit. & à Franc. *Curtio* Seniore in Conſil. 47. num. 8. & 9. Hæc *Ziletus* & ex eo *Draudius* in Catalogo officinali in libris Juridicis. pag. 721. ſub rubrica Emphyteutica. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

(2606) SWAPHAMI titulo inſignitus Codex

dddd dex

dex *Hiſtoriæ Petroburgenſis* ab HUGONE CANDIDO conſcriptus, ex eo quod *Swapham* Monachus Septem Abbatum geſta ei adjeciſſet, ut memorant *Acta Eruditorum Lipſienſ. Supplem.* Sect. VI. p. 290.

(2606. *a*) *Eccleſiaſticus* SWARTIUS puer. Scripſit perſonatus contra Joh. Phil. *Paræi electa Plautina*, eſt *Janus* GRUTERUS, ut eum detexit ipſe *Pareus* in Epiſtola apologetica ad Petrum Puteanum edita Neapol. Nemetum 1614. 4. Hæc *Symbola Maſtrichtiana* eſt.

(2607) *Euſtathii* SWARTII *Analecta* ſunt maximam partem Caſparis Barthii, ſi non tota, quod clare vel ex Adverſariis liquet. Verba ſunt Clariſſimi *Domini* in epiſtola ad me data d. 10. Octob. 1677. nec quicquam præterea de loco Barthiano addit.

(2608) Jacobi SYLVANI (quem *Draudius* pag. m. 329. librorum Theologicorum, male *Sylvianum* vocat) *Philippica in Anonymum quendam Prædicantem, qui Societatem Jeſu mendaciis oneravit*, Jngolſtad. 1607. in 4. prodiit, oppoſita libello Germanico, cui titulus: Wolmeinende Warnung an alle Chriſtliche Potentaten und Oberkeiten / wieder des Pabſtes und ſeiner Jeſuiten hochgefährliche Lehr / und Practiken, aus Päbſtlichen und Jeſuitiſchen Büchern gezogen: quæ conſtat centone locorum excerptorum ex ſcriptis ſeditioſis Jeſuitarum. Ejus auctor verus eſt *Jacob* KELLER, Jeſuita Germanus, ſub nomine Sylvani latere ſperans, ſed fruſtra. Nam ſequente mox anno 1608. apparuit Antiphilippica, oder Rettung und fernere Beweiſung der Anno 1606. beſchehener wolmeinender Warnung ꝛc. wider des Regenſpurgiſchen Jeſuitiſchen Theologi *Jacobi Sylvani*, alias *Jacob Kellers* ausgangene Philippicam in 4. in quo plenè abſolvitur quicquid adhuc ex illius ferè temporis ſcriptoribus Jeſuiticis ſeditioſarum vocum excerpendum reſtabat. v. *Limn.* Jur. publ. lib. 1. cap. 11. §. 72. *Ludov. Lucium* Hiſtor. Jeſuit. lib. 2. cap. 2. pag. 203. Ejusdem ſub nomine fictitio non hoc, ſed aliud etiam ſcriptum memorat *Alegambe* pag. 201. nimirum *Faſciculum olidum* 50. *Floſculorum*, id eſt, *abſurditatum Prædicantium in Colloquio Ratisbonenſi* 1604. in 4.

Hunc poſteriorem tractatum ſub Sylvani perſonato nomine a *Kellero* editum memorat quoque *Sotwellus* Bibliothec. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 374. col. a. de priore cum Alegambe ſilens, quem tamen Kellero tribuit Index Jeſuitarum larvatorum initio Tom. III. operum Petri *Aurelii* præfixus num. XV. v. *Baile* Dictionaire Tom. II. pag. 229. Adde *Maſtrichtiana marginalia* ſequentia: Meminit quoque hujus Sylvani, & verum ei *Kelleri* nomen adſcribit, anonymus in reſponſionibus ad Becani Jeſuitæ Aphoriſmos, quos vocat, Calvinianos ſtatim in principio pag. 3. in margine. Prodiit ille Anonymus Ambergæ 1609. 8.

SYLVESTER v. *Candidus.*

*Silveſter.*

(2609) SYLVESTER PRIERIAS, cenſente Thoma *Hyde* in Catalogo Bibliothec. Bodlej. pag. 444. & poſt N. pag. 188. vero nomine eſt Sylveſter MAZOLINUS de Prierio, cujus extat inter alia ibidem citata ſcripta, *Modus Inquirendi in Lutheranos, eosque Convincendi* in Curia Romana. Romæ 1553. in 8vo.

(2610) *Æneas* SYLVIUS *Piccolomineus*, à quo deſcriptum habemus *Concilium Baſileenſe* edit. Colon. 1535. itemque libellum *de ortu & Auctoritate Imperii Romani* aliosque plures recenſitos *Friſio* Bibliothec. Geſner. pag. 13. & partim etiam Thomæ *Hydeo* Catalogo Bibliothec. Bodlej. poſt N. pag. 188. 189. idem eſt qui PIUS II. Pontifex Romanus, indicantibus ipſis locis citatis.

SYMBOLUM v. *Apoſtolicum.*

(2610. *a*) SYMMACHUS, Papa, ſupponi ſibi paſſus eſt Epiſtolas à *Peccatore* MERCATORE ſeu *Pſeudo-Iſidoro*, teſte Gerh. von *Maſtricht* in hiſtor. juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu p. 232. usque ad p. 268.

(2611) GEORGIUS SYNCELLUS, cujus extat *Chronographia* ed. Pariſ. 1625. Gr. lat. per Jac. *Goar.* Thomæ *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. poſt N. pag. 189. alio nomine vocatur GREGORIUS MONACHUS, Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani quondam Syncellus. Exſcripſiſſe autem hunc Georgium fere univerſum EUSEBII CHRONICON aſſerit *Sluterus*, Propylæi Hiſtor. Chriſt. Sect. I. pag. 47. & 48. §. XIII. n. 2.

(2612) Petrus SYRINGIUS per Metatheſin *Juſtus* SPRINGERUS quod ſit, obſervavit etiam, & *Limnæi* modo citato loco confirmavit Dr. *Geisler*, dec. 4. n. 5.

Imo potius invertendum hoc erit, ut dicamus ſub Juſti Springeri nomine editum à PETRO SYRINGO Tractatum de *Pace religionis*, ut obſervavit Clariſſimus Dominus *Teuberus* in Epiſtola ad me data anno 1690. Idem docent *Deckherrus* de ſcriptis adeſpotis pag. 228. & *Wittenius* Par. II. diarii ſui Biographici ad diem 15. April. Anni 1653. adde *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez pag. 602. & 603. ubi utrum genuinum Auctoris nomen ſit, addubitat. Adde *Symbolam Maſtrichtianam* hanc

Sub nomine Petri SYRINGII ſcripſit diſſertat. de *pace religionis*. Ita *Boeclerus* in ani mad. ad Hippolytum à lapide part. I. cap. 4. Sect. 3. n. 26. pag. mihi 55. Cæterum Petrus Syringius ſive Juſtus Springerus in diſſertatione de pace religioſa in Nucleo juris pub. theſ. 37. non vult definire quæſtionem de auctoritate legati des geiſtlichen Vorbehalts. Addatur ejusdem tractatus de pace religionis cap. 8.

* * *

T.

# T.

(2613.)

TABA, *Paolo Licinio : Tobie* PALLAVICINO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p.604.

(2614) TABRA, *Joannes de:* J. CAGNATUS in CAGNASSO. Ibid.

(2615) TACERA, Rinaldo: Raphael BADII. *Ibid.*

(2616) TACITI *de claris Oratoribus Dialogus* cujus ſit; varie diſputatur. *Ejusdem Fabii* (QUINTILIANI) Dialogum *eſſe puto, qui de* Claris Oratoribus *inſcribitur potius, quam* Corn. Taciti, *cum ob ſtyli genium, tum quia* Fabius *in Inſtitutionibus hoc titulo librum edidiſſe affirmat proœm.* lib. 6. *Extant* Juſti Lipſii *in eum notæ cum* Corn. Tacito *&* Petri Pythæi *in ſupradictis declamationibus. Hic in* Tacitum, *ille* in Fabium *magis inclinat.* Verba ſunt *Valer. Andreæ* de ſcript. Hiſpan. p.83. *Quintiliani* non eſſe hunc Dialogum multis contendit *Barthius* adverſarior. l. 44. cap.8. Dubie citant plerique, & inter eos etiam nuperrime *Jo. Scheffer* de ſtylo c.5. §.3. in com. p.49. & cap.9. §. 4. & *Vogler.* introd. in notit. auct. c.12.p.63. *Job. Freinsheimius* eum Dialogum *Taciti* operibus à ſe editis annectens inſcribit hoc titulo: *Fabii Quintiliani, ut videtur &c.* in eo ſecutus *Lipſium* &c. Et ſane pro *Fabio* ſteterim ego, quidquid alii cenſeant.

Sed vel hoc arguit *Quintiliani* non eſſe, quod is privatus, eloquentiæ Profeſſor tantum vixerit: cum hic ſe Quæſturam alioſque honores geſſiſſe teſtetur.

Utrique abjudicat *Labbeus* p. 218. Et ut habet margo *Normanni* etiam *Ferrar.* de re veſtiaria lib. I. pag. 99. Utri autem debeatur dubitat *Pithœus* in notis ad Collat. &c. Incertus Auctor eſt etiam *Acidalio, & Fulvio* Urſino. Utrique in notis ad Dialogum, itemque *Lipſio* apud *Voſſium* de Hiſtoricis Latinis lib.I. c.30. p.159. qui ei ſententia ſua ibidem accedit, at in libro de Natura & conſtitutione Rhetorices p. 10. *Fabio* illum ab eruditis merito vindicatum ſcribit; Cui eundem tribuunt *Sagittarius*, Comment. de imitat. Ciceroniana §.153. itemque *Schottus* Prolegom. Victor. ut habet *Margo Normannianus*, & nihil dubitat propemodum *Buchnerus* de commutata ratione dicendi lib. I. cap. XIII. p.224. *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 98. Bibliographia Curioſa §.15. C.5. Vide ſupra *Quinctilianum.* Et ſane ſi Dialogus recte de Cauſis corruptæ Eloquentiæ inſcribitur, eſt Quintiliani, proœmio lib. VI. de ſe ipſo id teſtantis.

Vid. Notas variorum in Gronoviana editione. Ubi *Rhenanus* vix credit eſſe *Taciti*, *Pithœus* cum antea Quintiliano aſſeruiſſet, Tacito ademſiſſet, poſtliminio eidem reſtituit. *Lipſius* poſt multa docte pro utrovis dicta, non liquere concludit. *Pichena* & *Tacito* & *Quintiliano abjudicat.* Eum tamen l.8. cap. ult. in f. dicit ſe libro peculiari cauſſarum corruptæ eloquentiæ expoſuiſſe. v. Moller. diſp. de *Tacito* §.XII. p.14.

TACITO v. *Erminio.*

(2617) TALANDER. Sub fictitio hoc nomine proſtant Scripta aliquot, præcipue *Hiſtoriarum Fabuloſarum*, (des Romans) quorum verus Auctor eſt *Auguſtus* BOSE, qui nomen præfationibus & dedicationibus quibusdam horum librorum, ſub *Talandri* nomine editorum ſubjecit. Accuſatus autem ille nuper enormis eſt plagii ab Auctore des allgemeinen Titular-Buchs/ impreſſ. Lipſ. & Francof. 1694. cui ſe ſufficienter reſponſurum in Præfatione Part. III. des Brieffſtellers minatus eſt Talander p. 512. des Epiſtoliſchen Hand-Buchs/ docente *Symbola Schröteringiana.* Quod an ab eodem præſtitum ſit, equidem nobis non adeo liquet.

(2618) *Glemogilio* TALPI, ſub quo nomine prodierunt

(I.) *Il Mondo Smaſcherato.* Paduæ, 1645. in 12mo.

(II.) *Il Guerriero.* Venet. 1645. 12mo. quod ſit, reſoluto nempe anagrammate, *Guglielmo* PLATI, docet la *Viſiera* Alzata Hecatoſtes num. LXIV. p.68.

(2619) *Coſtantio* TALPITEO *da Contilmano*, cujus extant *diſcorſi Predicabili*, Venet. 1642. in 4to anagramma eſt d'*Agoſtino* PAOLETTI DA MONTALCINO, indicante *la Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXII. p.67. & fuſius *Bibliotheca Aproſiana* p.157. 158.

TALPITEO v. *Coſtantino.*

(2620) *Didaci* TAMIÆ nomine perſonato ſcriptum aliquid à *Iacobo* KELLERO Jeſuita quem ſub *Fabri Herciniani*, & *Aurimontii* larvis quoque latentem ſupra vidimus, innuit *Symbola Normanniana;* non addens quid generis ſcripti ſub *Tamiæ* nomine prodierit. *Sotvel* certe de perſonato Tamia nihil addit, ubi de Jacobo *Kellero* ipſi ſermo eſt, Biblioth. Script. Societ. Jeſu pag. 373. 374.

(2621) *Sulpizio* TANAGLIA, Perſona eſt *Sebaſtiani* FORTEGUERRI Piſtojeſe; uti aſſerunt *Villani* nella Viſiera Alzata, num. XXXVI. & *Cinelli* nella Bibliotheca volante, Scanzia V. p.85. & 86.

(2622) TANQUEREL: *BERTRIX.* *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p.602.

TANTO v. *Magnalpina.*

TARQVINIUS v. *Carpinetti.*

*Catulus.*

(2623) TARRÆUS Hebius Nobilis à Sperga Germanus, auctor Satyræ *Cave Canem* & reliquarum in Rhodianis num. 54. memoratarum, (ubi *culpa Typographi* nomen hocce fictum poſt verba Apoſtatæ Satyram omiſſum inſeri debet) eſt *Gaſpar* BARTHIUS. Adde præter ſuperius citatos teſtem novum *Theoph. Spizelium* in Elogio ipſius Templo honoris inſerto p. 382.

De eo cum Anonymum, non Pſeudonymum putaremus hæc dedimus *Rhodianorum* num. LIV. ſub. lit. (a) Adde nunc *Freherum* in Theatro virorum eruditione clarorum pag. 1547. col. a. & *Villani* nella Viſiera Alzata n. XCI.

(a) Notata olim ad Rhodium.

Satyræ Cave Canem *auctor* GASPAR,,
BARTHIUS. Hoc etiam reſoluto anagram-,,
mate Gaſparis Barthii Berolinœi confirmat Ex-,,
celmus *Geislerus de mutatione nominum*, exemplo-,,
rum decad. I. num. 5. Titulus Satyræ talis eſt:,,
*Cave Canem. De Vita, Moribus, Rebus geſtis, divi-*,,
*nitate* Gaſparis Scioppii *Apoſtatæ Satyricon:* Hanov.,,
1612. in 12. Extat ibidem ſimul editus ejuſdem,,
auctoris ſub eodem fictitio nomine *Scioppius ex-*,,
*cellens; in laudem ejus & Sociorum, pro* Joſepho Sca-,,
ligero *& omnibus probis-Epigrammatum libri* III. *ex*,,
*triginta totis hinc inde collecti.* Denique anno ſeq.,,
ibidem in 8. excuſum *Amphitheatrum ſapientiæ* ſub,,
eodem fictitio nomine habetur. Alios quo-,,
que contra mordacem hunc Scioppium, cujus,,
ſcopticus Stylus tantum non in proverbium,,
abire meruit, ſcribentes ſi quis cupit, ecce.

*Munſterus Hypobolimæus* de quo in Anony-,,
mis noſtris *Alberti de Albertis Lydius lapis ingenii, Spi-*,,
*ritus ac morum Gaſparis Scioppii.* Ejuſdem *Vindiciæ*,,
*generales adverſus famoſos Scioppii libellos in Jeſuitas.*,,
Monach. 1649. in 12. *Henrici Wottoni Epiſtola de* G.,,
Scioppio cui propter argumenti ſimilitudinem,,
etiam *alia* adjecta ſunt. Ambergæ. 1637. & 10,,
ut taceam nunc ea quæ Jeſuitæ illi oppoſuere,,,
quæ vide in Catalogo quem Philippus *Alegambe*,,
ſuæ Bibliothecæ ſubjecit peculiarem Scriptorum,,
Societatem Jeſu defendentium.

TATIANUS v. *Achylles.*

(2623.α) TATIANI *Alexandrini* Harmonia, quomodo cum AMMONII ALEXANDRINI ejuſdem argumenti Diateſſero confuſa ſit *ſupra* in *Ammonio* explicuimus: at illuſtre hujus confuſionis exemplum legendum apud *Miræi* Bibliot. Eccleſiaſt. p. 134. confirmatum du *Pin* Bibliothe. T. I. p. 120. 121.

(2624) *Matthæi* TATII nomine publicatus eſt libellus brevis inſcriptus: Kurtze Verantwortung auf die ſogenandte Zugabe zum Anhang der Monathlichen Unterredungen des Septembris 1689. Cujus Autorem tam Dominus *Junckherrus* de Ephemeridibus Eruditor. pag. 268. quam Monathliche Unterredungen Anno 1691. pag. 615. faciunt Cl. Dominum M. *Johannem* REISKIUM Scholæ Gvelpherbytanæ Rectorem, hujus quidem ingratiis, ut ex poſteriori loco allegato patet. Vide, quæ diximus in Anonymis n. 1904.

(2625) TAVERNIER, *Jean Baptiſte*: N. - - - CHAPUZEAU. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 604.

TAXANDER v. *Ruiſius.*

(2626) Valerius *Andreas* TAXANDER, cujus extat Catalogus Clarorum Hiſpaniæ Scriptorum, judicio Nicolai *Antonii* in præfatione ad Bibliothecam ſuam Hiſpanicam fol. 3. col. poſteriori idem eſt qui *Valerius* ANDREAS *Deſſelius*, à quo editam habemus Bibliothecam Belgicam. Ipſa Nicolai *Antonii* verba jam excerpta ſupra ſunt.

TEIXERA v. *Texeira.*

(2627) TELESPHORO Sancto Pontifici Romano falſo tribuitur in Paradiſo Carmelitici Decoris liber Prophetiarum ſcriptus à TELESPHORO EREMITA, docente Ludovico à S. *Carolo* in Bibliotheca ſua Pontificia.

(2628.) *Monſieur* de TEMPLE, cujus nomine extat Tractatus *de l' Etat de Hollande*, Sciagraphiam ejuſdem emiſſe fertur a Domino de WICQUEFORT, qui eum in privatos uſus conſcripſerat. Cum autem deinde Mr. de Temple eum Anglice ſub ſuo nomine imprimi curaſſet Dominus de Wicquefort eundem Belgica quoque lingua edidit: Illud tamen dans honori Illuſtris Domini de Temple, ut traductionem eam ad Exemplar Londinenſe quadrantem diceret.

Hæc *Symbola Friſiana.* Eſt appendix cohærens illius quam de Teutonici ſcriptis dedimus ita Germanice ſonans A. 1696. d. 6. Octobris, ad Dn. L. Georgium Schrötering.

Allein weiß man, wer verus Autor ſey de l'Eſtat de Hollande p. Mr. de Temple? Als dieſer Königl. Engl. Ambaſſd. in den Haag kam / ungern den innerlichen Holländſ. Eſtat wiſſen mochte addreſſirte ſelbiger ſich an Wiquefort, der ihn mündlich unterrichtete / und ſein MSC. davon zu leſen gab geſiele auch jenem ſo wol / daß ers ihm um ein anſehnl abkauffte / um daraus ſeinem Könige in Engelſ. Sprache bey Heimkunft Relation zu machen / und wie ſolche ſo gut gefunden ward / daß ſie in Engelſ. Sprach zu Londen gedruckt ward / wiſchete bald darauf Wicqfort mit ſeiner Copie oder Concept auch heran / gab aber Hr. Temple die Ehre / daß es eine Uberſetzung aus dem Engl. Concept wäre. Dieſes habe ich ex ore deſſen / der es Wicf. als ſeinem Vertrauten damahls erzehlet. Diß hab ich anderwerts auch geleſen / und nimmt mich daher nicht Wunder / daß Wicquefort in ſeinen Memoires ein ſchlecht Judicium von Chevallier Temple fället.

(2629) TENEBRIO: *Schottus. Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 604.

TEOFILO v. il *Minore.*

TER

TERBINTE v. *Buddas.*

(2630) P. TERENTII nomine, quæ ſuperſunt Comœdiæ ſex, ſuo tempore à LÆLIO & SCIPIONE profectæ creditæ dicuntur à *Cicerone* Epiſt. 3. lib. VII. ad Atticum. Et de *Scipione* Africano hoc affirmat Dominus de *Lohenſtein* in der Lob-Rede des Hr. von Hofmannswaldau pag. 17. quod tamen *Santiæ* apud *Svetonium* in Vita Terentii non videtur veriſimile, qui potius SULPICIUM GALLUM, POPILIUM & FABIUM LABEONEM ei adjutores conſtituere mavult, referente *Bailleto* aux jugemens des ſavans Tom. IV. Part. I. num 1135. pag. 47. 58. & brevius Part IV. des Auteurs degvilez pag. 518. Deſumtæ autem Comœdiæ hæ maximam partem ex Apollodoro & *Menandro*, unde Dimidiatus Menander dictus *Julio Cæſari*, apud *Donatum* in Vita Terentii, obſervante *Fabricio* Biblioth. Latinæ p. 4.

(2631) *Elias* de TERESIA Antvverpienſis, Carmelita Excalceatus ſub quo nomine prodierunt anno 1615. in 4to *Epigrammata, de Viris vitæ Sanctimonia Illuſtribus ex ordine Præmonſtratenſi.* Lovanii Typis Johannis Maſii, ante religionis ingreſſum nuncupatus erat *Iohannes Baptiſta* WILL: docente *Teiſſerio* in Catalogo Auctorum & Bibliothecarum p. 76.

(2632) *Meſſer Filippo* de TERRA-NERA. Nomen hoc præfixum in Italia *Locis Communibus Philippi Melanchtonis*, & ſub illa larva avide lectos memorat ex *Scaligeranis*, *Wagenſeilius* in Telis ſuis Igneis Satanæ pag. 18. & ex eo *Heupelius* iisdem verbis in Sylloge Amoenitatum Hiſtorico-Criticarum §. XI. Vide & *Bailletum* Part. IV. des Auteurs degviſez pag. 490. 491. & jugemens des ſcavans Tom. I. Cap. XII. 473. pag. 81. Memorabilia de libro hoc ejusque ſcopo habet *Seckendorff.* in Supplementis ad Indicem I. Hiſtor. Lutheraniſmi ſui num. XLIX.

(2633) *Joannis de* TERRA RUBEA, *de Jure legitimi Succeſſoris in hæreditate Regni Galliæ* Tractatus duo, quorum prior in quatuor, alter autem in tres Articulos ſubdiviſus eſt, editi ſunt 1585. in 8vo apud Nicolaum Paningerum ſine loci mentione una cum Franciſci *Hotomanni* JCti diſputatione de Controverſia Succeſſionis Regiæ inter Patruum & Fratris Præmortui filium, paginis in univerſum 219. eundem forte HOTOMANNUM Auctorem habent, quæ conjectura etiam Cl. Dn. *Normanni.*

(2634) TERTRE, le *Sieur du:* N—— TORRENTIER. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 1604.

(2635) TERTULLIANO abjudicantur, ejus nomine publicata ſcripta ſequentia:

I. *Epiſtola de Cibis Judaicis*, quam & *Bellarm.* ad A. C. 230. p. m. 52. illi demit, NOVATIANO vero *Pamelius* tribuit, apud *Rivet.* Crit. ſacr. l. 2, c. 9. p. 209.

II. *De definitionibus fidei*, quem eundem eſſe cum illo *de Eccleſiæ dogmatibus* AUGUSTINI patet, de quo ſupra quod Gennadio adſcribatur, diximus. v. *Coc.* p. 131. *Rivet.* l. c. p. 210. & l. 4. c. 15.

III. *De Trinitate* NOVATIANI eſſe, jam ab *Hieronymo* docetur, v. *Bellarm.* l. c. pag. 51. *Rivet.* l. c. p. 208. 209. *Coc.* p. 130.

Addit hic *Hotting.* de Script. Suppoſit. p. 73. *Margo Normannianus.* Idem de tribus memoratis Scriptis paulo prolixius inculcat *Jo. Arnd.* Lexic. Antiquit. Eccleſiaſtic. p. 883. *Sculteтus* autem in Medulla Theolog. Patrum pag. 156. librum de Trinitate ex genio & ingenio Tertulliani profectum aſſerit, & ex eo *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis p. 60. ſqq. Librum etiam *de cibis Judaicis Caveus* Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 66. col. b. eundem ſuſpicatur cum NOVATIANI, *de Animalibus mundis & immundis* Quæſtiunculis. Vid. & *Oudinum* in *Actis Erudit. Lipſienſ.* An. 1686. pag. 397. & in Cyrillo dicta *ex Pinio* Bibliothec. T. I. pag. 182.

IV. Liber *de Judicio Domini*, verſibus Epicis ab *Alixio* VERECUNDO Epiſcopo Africano adſcribitur apud *Fabric.* Biblioth. Latinæ Appendicis p. 34. (c)

V. *Carmina inſcripta Geneſis*, & *Sodoma* CYPRIANO quoque tributa *Salviano Maſſilienſi* ex eodem *Alixio* vindicavimus ſupra in *Cypriano.* num. 3.

VI. *De Jona & Ninive* Poemata, quæ *Voſſius* de Poetis Latinis cap. IV. p. 52. *Tertulliani* eſſe aſſerit & cum eo *Eſchenbachius* Exercitationis de Poetis Chriſtianis Sacris Græcis & Latinis Sect. II. §. 1. p. 11. 12. (d) VENANTIO HONORIO *Clementiano Fortunato* tribuit *Cave* Hiſtor. Literar. Script. Eccleſiaſt. p. 295. col. b.

Plura v. prolixe apud *du Pin.* Biblioth. T. I. p. 90. & ſeqq. & p. 182. a. ubi &

VII. *De cibis Judaicis* liber NOVATIANI probabiliter eſſe docetur.

(2636) TERZON Y MUELA *Sancho: Laurent* MATHIEU & SANZ. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 604.

(2637) *Emanuele* TESAURO. Hoc nomen præfert *l' Hiſtoria del Regno d' Italia ſotto Barbari*, edita Auguſtæ Taurin. 1653. Opus tamen hoc ad Comitem D. Filippo SAN MARTINO D' AGLIE referre mavult *Villani* nella Viſiera Alzata Pentecoſt. num. X. p. 102. 103. & ex eo *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1690. p. 363. 364.

(2638) *Johannes* TETZELIUS Dominicanus, famoſus ille Indulgentiarum Nundinator oppoſuiſſe Theſibus Lutheri XCV. alias Contrarias CVI. fertur Francofurti ad Oderam apud *Sleidanum* Commentar. de ſtatu Religionis & Reipubl. lib. 1. pag. 2. easdem autem D. *Conrado* WIMPFINÆ acceptas fert *Höttinger.* Hiſtor. Eccleſiaſt. Tom. IV. pag. 191. indicante *Symbola Normanniana.* Nec diſſentit M. Bernhardus *Wehremberg*

*remberg* in Euchariſtico hab. Hamburgi 1617. VIII. idu. Novemb. p. 15.

TEUPOLUS v. *Theupolus*.

(2639) TEUTONICI Philoſophi nomine prodiere ſcripta varia Germanica v. gr. Troſt-Schrifft von 4. Complexionen, das iſt/Unterweiſung in der Zeit der Anfechtung/ für ein ſtets trauriges angefochtenes Hertze/ ꝛc. Anno 1621. durch Teutonicum Philoſophum, ſonſt Jacob Böhmen, absque loco, typographo & anno impresſionis. Item *Aurora*, Das iſt / Morgenröthe im Auffgang / und Mutter der Philoſophiæ, oder Beſchreibung der Natur: (1) Wie alles geweſen / und im Anfang worden. (2) Wie die Natur und Elementa Creatürlich worden ſind. (3) Auch von beyden Qualitäten Guten und Böſen: (4) Woher all Ding ſeinen Uhrſpung hat. (5) Und wie es anjetzo ſtehet und würcket. (6) Wie es am Ende dieſer Zeit werden wird. (7) Auch wie GOttes und der Höllen-Reich beſchaffen iſt. (8) Und wie die Menſchen in jedes Creatürlich würcken. Alles aus rechtem Grunde / in Erkäntnüs des Geiſtes / im Willen GOttes / mit Fleiß geſtellet / durch Teutonicum Philoſophum. Sonſt Jacob Bohmen. Gedruckt im Jahr 1634. in 12. ſine loco & typographo &c. De eo ſic ad me Conſultiſſimus JCtus *Gerhard von Maſtricht* perſcripſit. Refero, inquit, verba *Guilielmi Saldeni*, Eccleſiaſtæ Delphenſis, ex libello vel Epiſtola belgica, quam inſcripſit: *Sedig verſoek aen Juffrou Anna Maria Schurmans*, quam perſonatus edidit ſub nomine *Deſiderii Pacii*, refero autem ex Belgico Latine à me reddita. *Jacobus Bohme* (vide *Guilberti* Chriſtianam adhortationem contra libros *Jacobi* Bohme cap. 2. §. 1.) famoſus ille in Germania Enthuſiaſta, nil fere erat, quam ruſticus, ſed in ſcriptionibus ejus peſſima fraus latebat. Non enim, ut quidam bene judicarunt: ſcribebat ille, quæ publicabat, ſed ſubtiles quidam ex Pontificiis per eum loquebantur, ut novitatibus hiſce revelationum cœptum reformationis opus confuſum redderent, & ſiquidem poſſent, ſchiſmata inter *Lutheri* ſequaces excitarent. De eo *auctor annotationum in Religionem Medici*, detectus *anonym.* num. 103. ſic ſcribit: ſec. 12. p. m. 75. *Quanquam ille homo ſutor fuerit, nec animum litteris applicuerit, mira tamen, ſed pleraque adeo obſcura & involuta, ut ſatis ego ea capere non poſſim*, *ſcribit.*

Idem ferme judicium de Scriptore hoc Clariſſimi *Morhofii* Polyhiſtor. Liter. lib. I. cap. X. p. 94. qui & ibidem mitem de eodem ſententiam Henrici *Mori*, (quæ extat ſub titulo Cenſuræ Philoſophiæ Teutonicæ in Oper. ejus Tom. I. p. 536. cui præmiſſa præfatio:) approbat; ſimulque omnia unius ejuſdemque Auctoris tradit eſſe, illiusque veri Jacobi Bohemi. Quo & collimat Scopus Auctoris, qui *vitam* hujus *Bohemi* concinnavit, & Editioni Operum Bohemianorum Batavæ præfigi curavit.

Nam Ao. 1682. Amſtelodami Opera hujus Jac. Böhmen omnia junctim editione nitidiſſima in 12. majori prodiere Tomis XII. addita peculiari Tomo *vita* ejus, & alio indices Alphabeticum alterum, & locorum Scripturæ expoſitorum complectente. Et quidem vita illa per Abrahamum *von Franckenberg* ſcripta, §. 40. *refutat* eorum opinionem, qui *aliena nomine hujus auctoris* ſcripta edita putant. Idemque operoſius adhuc facit neſcio quis E H. *Patritius* & Senator Gorlicenſis in Epiſtola vitæ civis ſui ſubjuncta. Ibidem de *Jo. Gerhardi* & Meiſneri teſtimoniis huic ſutori tam arguta, & erudita, & recondita ſcribenti perhibitis, lectu digna inprimis exſtant. In eodem libro narratur ipſe libros ſuos ſine litura ulla, vel mutatione verbuli adeo ullius conſcripſiſſe. Quod idem de *Bourignonia* in ipſis vita *Poiretus* anonymus detectus etiam prædicat. *Mirum* autem, cum hic J. *Böhme* Lutheranæ Eccleſiæ membrum ſe conſtanter ore ac uſu Sacramentorum ſit omnique vita profeſſus: nihilominus ejus ſectatorem ſe perhibentem Quirinum *Kuhlman* im Neubegeiſterten Böhmen/ begreiffend 150. Weiſſagungen / mit der fünfften Monarchie, oder dem Jeſus Reiche des Holländiſchen Propheten Johan Rothens übereinſtimmend/ &c. darin der ſo lang verborgene Lutheriſche Antichriſt abgebildet wird/ Lutheraniſmum Babylonicum ſcortum, a quo egrediendum ſit, tam manifeſte profiteri, edito ſcripto Leyden in Holland 12. Ao. 1674. Sed hunc quidem non tam delirare, quam furere, ſcriptum idipſum indicat ſatis, in quo 1000. quæſtiones ineptiſſimas & inutiliſſimas proponit. Quaſi non cujusvis ſtulti ſit, plures excogitare ſimilis farinæ. Sed utut hactenus Bohmius ipſe Scriptorum ſub ejus nomine editorum omnium auctor creditus ſit; nobis nihilominus ab hac communi ſententia nunc recedendum eſt. Utpote quibus obvenit, præter excerpta (a) *Franckenbergiana* vitæ Bohmii, etiam Domini *Friſii* ad cl. Georgium *Schröteringium* Epiſtola, qua verus operum eorum, quæ *Bohemi* nomine hactenus venerunt ex ore Comitis *Niemeritii* & D. *Abrahami Hinckelmanni* auctor detegitur fuiſſe M. *Balthaſar* WALTHER Paſtor illius, vir pius & orientalium maxime linguarum peritus, atque Philoſophiæ gnarus. Qui ſub Böhmiano nomine, ipſo non renitente, edidit illa: ac propterea ingentem ſibi perſecutionem accerſens, profugus inde, nomen *Waltheri* in HINCKELMANNI mutavit, ut excerpta ex memoratis litteris Friſianis prolixius docebunt (b) Et faſſum ſibi idem hujus Waltheri *Nepotem* laudatiſſimum, eximium Theologum, atque Paſtorem ad D. Catharinæ noſtrum, & incomparabilem in multis p. m. Dr. Abrahamum *Hinckelmannum*, fidem mihi fecit nuper Plurimum Reverendus Dominus M. *Dornemann* mihi à confesſionibus, diſertis verbis teſtatus, adhuc in Bibliotheca ſua extare MSta illa operum, vulgo dictorum *Bohemianorum* quæ dictorum horum veritatem facile arguant. Quod teſtimonium, 1696. d. 7. Novembris vir omni fide digniſſimus datum permiſit hic publice memorare: cum mortuo nocere amplius non posſint, nec interſit *publice* tantam rem una non ſepeliri cum ſepulto. Norabilis etiam eſt mentio Henkelmanni (qui Hinkelmannus exponitur à Scriptorum Bohmianorum peritis) quæ in Epiſtola ejusdem ſit num. 61. p. 245. & ſeqq. editionis Amſte-

Amſtelodamenſis 1682. cujus excerptum vide
ſub lit. (c) Illius etiam ibidem memorati Henkel-
manni *Benedicti*, prænomen fuiſſe, ipſumque
Medicum profeſſione, ex Clariſſimo J. U. Candi-
dato fori noſtri Procuratore & Advocato celeber-
rimo amico meo ſingulari & viro optimæ fidei; ac
viduæ Dni Doctoris & Paſtoris *Hinckelmanni*, hic
demortui, ſuperſtitis, Curatore legitime con-
firmato, m. Auguſti 1698. coram addidici, &
confirmatum aliquoties audivi.

(a) Abraham von Franckenberg von
Jacob Böhmens Lebens-Lauff/ ſo zu finden/ für
Jacob Böhmen *Teutonici Philoſophi* alle Theoſophi-
ſche Schriften / gedruckt zu Amſterdam im Jahr
1682. am 6. und 7. Blat/ §. 17. & 18. Wobey zu
erinnern / daß die 40. Fragen von der Seelen durch
den in *Europa*, *Africa* und *Aſia* ſehr wohl gereiſeten
und erfahrnen *Medicum*, *Chymicum Doct.* Balthaſar
Waltern von Groß-Glogaw aus Schleſien (als er
ſich drey Monath lang bey Jacob Böhmen in ſeinem
Häußlein vor der Neyßbrücken zu Görlitz aufgehal-
ten/und viel geheime und vertraute Geſpräche mit ihme
gepflogen) mit ſonderbarem hohem Bedacht geſtellet:
von dem Edlen und Hochgelahrten Herrn Johanne
Angelico Werdenhagen / Rechts-Gelahrten und
Fürſtl. Lüneburgiſchen Rahte/in die Lateiniſche Spra-
che überſetzt/und *Anno* 1632. zu Amſterdam/unter dem
Titul Pſychologia vera, zehen vornehmen *Politicis*
zugeſchrieben/ in 8. Folgends *Anno* 1650. eben daſelbſt
in *12mo* Deutſch gedruckt worden.

§. 18. Wol-Ehren-gedachter *Doct.* Bal-
thaſar Walter (welcher nachmahls zu Pariß geſtor-
ben/ und des *Teutonici* Schriften bey vornehmen Leu-
ten daſelbſt und anderswo bekandt gemacht und hinter-
laſſen) hat unterſchiedlich/ und zum öftern betheuret/
daß er auf ſeinen vielen und weiten Reiſen / inſonder-
heit als er gantzer ſechs Jahr lang in Arabia/ Syrien
und Egypten geweſen/ und nach der wahren verborge-
nen Weißheit (welche man ſonſt *Kabbalam*, *Magiam*,
*Chymiam*, oder auch in ihrem rechten Verſtande *Theo-
ſophiam* nennet ) mit groſſem embſigen Fleiße gefor-
ſchet/ ſelbige auch hin und wieder zwar ſtück-weiſe und
vermiſchet/ nirgends aber ſo vollkommen/hoch und tieff
gegründet/ als bey dieſem einfältigen Manne und
verworffenen Eckſtein (nicht ohne groſſen Anſtoß/und
Aergerniß/ der *Dialecti*ſchen Schul-gelehrten/ und
*Metaphyſi*ſchen Kirchen-Lichter ) gefunden. Und hat
ihn *D. B. W.* bey unſerm *Theodidacto*, dem er (vielleicht
nach dem alten *Canonico Joh. Teutonico*, oder zum Un-
terſcheid der *Nationen*/ und wegen der fürtreflichen
Gabe/ ſolcher hochdeutſch geſtellten Schriften) *Teu-
tonicum Philoſophum* genennet: ſonſten in ſeiner *Diæt*
und allem Thun ſehr ſtrenge / und wie *J. B.* meldete/
der Moſaiſch / und hartmänniſch gehalten/ auch nicht
viel vermercket / daß Jacob Böhm hingegen mehr frey
und ſanftmühtig / oder *indifferent* und ohne eigenwäh-
len Auffſatz geweſen.

(b) Ex Litteris Dn. M. Detlevi Friſen
L. Schrötering communicatis 1696. d. 26. Oct.

Was man wegen des bißhero bekandten Ja-
cob Böhmen Schriften wahren *Autore* verlanget/habe
ich ja mündlich/ bey meiner damahligen Anweſenheit/
umſtändlich erzählet/ und dahero gemeinet / daß man
mehrer Nachricht davon zu erlangen / nicht begehren
würde; Dennoch / um meinen günſtigen Herrn auch
in dieſen wenigen zu willfahren: will ſolches anhero
wiederholen/und zu eigener weiteren Erwegung laſſen;
Ob es rahtſam ſey / auch dem brafen *Theologo* i. e.
*Hinkelmanno*, und einem biß an ſein Ende / auch noch
nach ſeinem Tode/ liebwehrteſten Freunde unnachthei-
lig / es ſo deutlich der Welt vorzuſtellen? Dieſer / wie
er einige Wochen vorhero ſeine Schrift wieder die
Böhmiſche Schriften dort ausgegeben / und von ſol-
chem mir ein Exemplar verehrete / Ich dabey Gelegen-
heit nahm / von beſagtem *Autore* zu reden / ſagte er in
Umſtändlichkeit von ſelbigem / wie daß mehr-beſagter
Böhme keine Zeile von allen ſolchen Schriften ge-
macht; Der ein guter einfältiger Bürger und Hand-
wercker geweſt/ dabey aber die Biebel und andere
geiſtliche Bücher viel geleſen / bey ſeinem ſehr Chriſtli-
chen und exemplariſchen Leben / männiglich daraus
und zur Lebens-Beſſerung vorgeſchwätzet/ und dahero
ſich bey ſeines Gleichen in Verwunderung/ bey andern
in Ruff beſonderer Wiſſenſchaft gebracht. Als in-
zwiſchen der *Paſtor* ſelbigen Orts/ Walter / ein ſehr ge-
lahrter/und in *Philoſophis* verſchlagener Mann/welcher
ſonderlich hierbey die Arabiſchen Schriften wol gele-
ſen/ und ſich zu nutzen gemachet/ in beſondere *Specu-
lationes* verfallen/und davon zu Papier / folgends zum
Druck gebracht/ hätte ſelbiger (um nicht erkannt / ge-
feindet und verfolget zu werden ) jenes Namen ge-
braucht / doch mit deſſen Bewilligung / welcher da-
durch ein Enthuſiaſt und ſonderliche Offenbarungen zu
haben/ geglaubet worden. Als aber der *Paſtor* fortge-
fahren mehres zu ſchreiben / und er darüber in Ver-
dacht und ſtarcke Verfolgung gekommen / hätte er gar
von dort weichen/ ja ſeinen Namen aus *Walter* in *Hin-
kelmann* ändern müſſen/ wäre weiter in ſolche Drang-
ſal gerahten / daß er ſeine Kinder müſſen ein Hand-
werck / und *referentis h. e. Hinckelmanni* Vater die
Apothecker-Kunſt lernen laſſen. Bey / oder nach Er-
zehlung dieſes bath er mich / ſolche vertrauliche Nach-
richt unter uns beyde bleiben zu laſſen / denn es ihme
bey damaliger Zeit groſſen Verdruß machen würde/
wie ich denn auch ſeythero nicht daran gedacht/ biß daß
vorigen Sommer allhier / in gewiſſen Verrichtungen/
der Polniſche Graf *Niemerits*, aus dem Brandenbur-
giſchen über 8. Tage war / und mir täglich die Ehre
ſeiner Beſuchung in meiner Studier-Stube gönnete.
Dieſer ſehr beleſener und gelahrter Photinianer / wie
er ſich mir bekandte/ doch / daß er ſich dabey zur Refor-
mirten Kirche und Altar hielte / inzwiſchen verſchiedene
Bücher in Polniſcher auch Frantzöſiſcher Sprache
bißhero (ſeine Religion betreffend) geſchrieben/wovon
er mir bald hernach aus Berlin geſandt: *La verité &
la Religion en viſite chez les Theologiens en y cherchant
leur fille la charité, & la tolerance. Anno 1695. in 8.
9.* Bogen/ kam unter andern auch von Jacob Böh-
men Schriften / die er Himmel-hoch rühmete/und eine
davon vor allen und nur erſt zu leſen riehte/ zu reden

von der Menſchwerdung Chriſti/
von dreyfachen Leben/
40. Fragen von der Seelen Zuſtand.

Wobey er folgends eben gleiches den obigen von P.
Walter erzehlete / und daß ja nicht Johann Böhm
möchte *Autor* geglaubt werden. Denn in ſothanen
Schriften die *accurateſte Philoſophie*, und ſubtileſte *Me-
taphyſica* erwieſen wäre: mehr in ſich hätten/ als nicht
der tauſendſte/ ſo ſich gelährt dünckten/ begriffe. Ich
hab

hab aber / wie vorhin alſo ſeyther noch kein Blat davon gekaufft/ weniger geleſen.

(c) Jacob Böhme Theoſophiſcher Send-Brieffe pag. 245. ſeqq.

Der 61ſte Send-Brief an Herrn Tobias Köbern/ Medicinæ D. zu Görlitz/ vom 15. Maji, 1624. Jch bin auch Gott Lob! in guter Gelegenheit nebſt Herrn Melchior Berent allhie angelanget beym Herrn Benedict Henckelmann / allda mir alle Chriſtliche Liebe und Freundſchaft anerboten wird/und ſind zugleich in guter *Converſation* beyeinander/ auch iſt meine Ankunft faſt bey allen Chur-Fürſtlichen Rähten vom Herrn Henckelmann erſchollen / welche faſt alle mein gedrucktes Büchlein leſen und lieben/ und für eine Göttliche Gabe erkennen/ und ſich deſſen täglich gebrauchen/ und haben mir auch nun oftermahl ihren Gruß und geneigten Willen durch Herrn H. welcher faſt täglich zu ihnen kommen muß/ weil er *practiciret*/ und ſie ihn ſelber brauchen/entbieten laſſen / und begehret/ ich wolte allhie verziehen / ſie woltens alſo beſtellen und richten/ daß ſie möchten mit mir in eine *Converſation* kommen; Wie ſie dann mehr meine Schriften haben empfangen / und bin deſſen täglich gewärtig. 2. Wie mir dann Herr Joachim von Loß/ ein gar weiſer Herr/ Käyſerlicher und Chur-Fürſtlicher Raht/ welcher der Fürnehmſten einer iſt / laſſen andeuten/ daß er ſeine Sache alſo angeſtellet/ daß er im Ausgange der Feyer-Tage wolte auf ſein Schloß eine Meil von Dreßden fahren/ allda wolte er mich und Herrn Henckelmann mit-nehmen/ und etliche Tage bey ſich behalten/zu guter Unterredung.

(2639) TEUTOPULUS olim, THEUPOLUS rectius, ut nunc edoceor ex ipſum habentibus librum in 8 1590. editum libris X. diviſum. Ejus THEUPOLI *Contemplationes Academicæ*, neſcio quæ, *Franciſco* PICCOLOMINI Senenſi, in Patavina Academia Profeſſori inclyto, cujus *Philoſophia de moribus*, aliaq; publicè leguntur aſcribitur à *Scaven.* n. 83. adde *Gaddium* hæc Confirmantem de Scriptoribus tom. II. pag. 158. loco exhibito ad *Duoaum* ſupra. Perſonatum hunc Teutopulum, TEUPOLUM etiam & TIEPOLI ſcribit *Bailletus* in Catalogo Scriptorum Perſonatorum pag. 604. ſub ea larva confirmans latere Franciſcum *Piccolomini.*

(2640) Fratris Joſephi TEXEIRÆ libellus *de Regum Portugalliæ Origine, ſive de ortu & initiis Regum Portugalliæ, & rebus à Regibus totoque regno præclarè geſtis* 1582. editus Lutet. Pariſ. quod non ſit ipſius, ſed aliorum, quorum princeps fuerit *Stephanus* LUSIGNANUS, ex ipſo auctore ſe cognoviſſe *Duardus Nonius* JCtus in præfatione Cenſuræ ſuæ ad hoc ſcriptum, quæ Tom. 2. Hiſpaniæ illuſtratæ pag. 1222. legitur, hiſce verbis notat: *Sacramento adactus affirmavit coram eodem ſuo Antiſtite, ſe, ut prorſus ignarum, ea non ſcripſiſſe ſolum, ſed multarum manuum illud fuiſſe opus: Arboris enim fabricæ culpam ad* Fratrem Stephanum *quendam* Luſignanum, *natione Cyprium, inſtituti Dominicani, transferebat, qui hujusmodi arboribus Stemmatum componendis Lutetiæ operam dabat. Alios etiam omnino ſocios nominabat, à quibus ſe ſubornatum dicebat, ut nomen ſuum libello inſereret &c.* Extat ejusdem auctoris *Explication de la Genealogie de Henry* IV. & III. Roy de France &c. traduite du latin en françois pas C. de Herris a Pariſ. 1595. in 4.

Confirmat hæc Nicolaus *Antonius* in Bibliotheca Hiſpanica pag. 626. Dubitat tamen de *Luſignano Bailletus* in Indiculo des Auteurs degviſez pag. 605. Et vero diſertè ſcribit, Girolamo *Ghilini* Teatro d'huomini letterati part I. pag. 211. in vita ejus & ſcriptis quæ multa enumerat, etiam Arborem Regum Luſitanorum latine ſcriptam ſub alieno nomine haberi ab illo.

(2641) THALASSIUS v. *Baſilides.*

(2642) THALASSUS v. *Hyginus.*

(2643) THALETI *Mileſio* adſcriptam *Aſtrologiam Nauticam* PHOCO cuidam Samio tribuit Diogenes *Laertius* de Vitis Philoſophorum l. I. Segm. 23. p. 15. Qvis autem ille Phocus fuerit, non determinat *Menagius* in notis ad hunc locum pag. 13. De Phoco tamen idem ex *Suida* refert *Friſius* Bibliothec. Geſner. pag. 774. col. b. & ex *Buchanani* Hiſtoriæ Scoticæ lib. 15. pag. 518. *Symbola Normanniana.*

(2644) *Jonæ* THAMONIS nomine edidit *Joannes* WARNERUS, *Jeſuita* Anglus, ante ingreſſum in Societatem, latinè: *Vindicias Cenſuræ Duacenæ* ſeu *Confutationem Scripti cujusdam Thomæ Albi* Contra latam à S. Facultate Theologica Duacena in 22. Propoſitiones ejus Cenſuram, cui præfigitur *Albianæ Doctrinæ Scopus*, & alia quædam ejus dogmata referuntur. Duaci 1661. in 4to. vide *Sotvelli* Bibliothecam Scriptorum Societatis Jeſu p. 513. col. b.

(2645) Chriſtiani THANASOPHRASTI *artem artium*, ſeu *de bono Mortis*, ſcripſit *Jacobus* CANISIUS, Jeſuita Belga, teſtibus *Alegambe* pag. 194. & *Valer. Andr.* pag. 405. alia quoque ſub genuino nomine publicata illius ſcripta recenſentibus, quæ cum auctore una *Fr. Sweertius* omiſit.

Adde *Sotwelli* Bibliothec. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 360. 361. & *Bailleti* Auteurs degviſez Part. III. Cap. IX. p. 311. 312.

THASIUS v. *Hecatæus.*

THAUMATURGUS v. *Gregorius.*

(2645. a) THELESPHORUS. Papa, accepit & ipſe *ſuppoſititiam Epiſtolam* docente Ger. von *Maſtricht* in hiſtor. Juris Eccleſiaſtici à num. 220. ad 233. ſeu. à. p. 232. usque ad p. 268.

(2646) *Martinius* THEMIS. Sub perſonato hoc nomine editæ ſunt *Exercitationes Variæ* de diverſis materiis olim ſub vero *Mart.* SCHOOKII nomine editæ; cujus rei rationem explicant irrationabilem *Acta Erudit. Lipſienſ.* A. 1688. pag. 395. (a).

(a

(a) Acta Eruditor. Lipſienſ. Anno 1688. pag. 395.

*Obiter inſpexeramus librum hunc, quando inter novos illum ſub finem menſis præcedentis retulimus. Poſtquam vero licuit pervolvere eum curatius, deprehendimus facile*, librum *eſſe* veterem, *typis ante 25. jam annos excuſum. Nimirum exhibentur eo non aliæ, quam Martini* Schoockii *Exercitationes variæ de diverſis materiis, Trajecti ad Rhenum ex officina Gisberti a Zyll. Anno 1663. editæ: quarum cum ſupereſſent forte exempla complu*ſ*cula, nec divendi poſſent, is adhibitus dolus eſt, ut pro novis non Martini quidem Schoockii, ſed Martinii* Themidis *Exercitationibus venditarentur;* dempta *inſuper, ne* fraus *detegi ſtatim poſſet, utraque* Schoockii præfatione.

---

(2647) THEOCRENUS où *Theocreno:* *Benoiſt* TAGLIACARNE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 605.

---

(2648) THEOCRITI nomine inſignita diu fuiſſe Idyllia BIONIS & MOSCHI, ſuis Auctoribus reſtituta ab Auctore Gallo, qui ea in Gallicos verſus tranſtulit, ex eo obſervat l'*Hiſtoire des Ouvrages des Savans* de l' anneé 1687. p. 254. 255. itemque Acta Eruditorum Lipſienſ. Supple. Sect. II. p. 100. Quod & de illis quæ inſcribuntur εἰς ἄδωνιν, & εἰς βίωνα ex *Camerario* in fine Schol. Theocr. pag. 194. notat *Symbola Normanniana*, quæ & ex *Ravii* notis Mſtis ad Theocritum addit quod carmina ea quæ extant ſub titulo: πέλεκυς πτερύγιον, βωμὸς ſint Simmiæ RHODII, judicio nempe *Raviano*.

---

( 2649 ) THEODECTI DISCIPULO edenda *Rhetorica* ſua dederat ARISTOTELES, quæ tamen poſtea pro ſuis laudanda repetiiſſe viſus eſt *Valerio Maximo* Dictorum Factorumque memorabilium lib. VIII. cap. XIV. pag. m. 287. quod & ex eo notat Andreas *Schottus* in notis ſuis in Procli Chreſtomathiam p. 27.

---

(2649. *a.*) THEODEMARI Caſinenſis Abbatis nomine PAULI DIACONI Epiſtola ad Carolum M. impugnata eſt à Carolo *Cointio* in Annalibus, quaſi ſuppoſititia: Sed à nobis vindicata in præfatione prima ad Seculum IV. Benedictum. Hæc autem non ſolum refertur à Leone Marſicano in lib. I. Hiſtoriæ Caſinenſis, ſed & reperitur in membranis Gallenſibus ante annos „octingentos exaratis ſub hoc titulo & exordio: „EPISTOLA AD REGEM KAROLUM de Mo„naſteriis Sancti Benedicti directa, & à Paulo „dictata. Propagatori ac defenſori Chriſtianæ „religionis Domino Carolo, Theodomarus exiguus &c. Verba ſunt *Mabillonii* Analector. Tom. 4. p. 637.

---

(2650) THEODORETI nomine in *Cyrillum Alexandrinum*, jam fato functum, *Epiſtolam* confinxiſſe EUTYCHIANOS, monet *Baron.* in Annal. ad A.C. 553. *Bellarm.* de Script. Eccleſ. ad A.C. 430. pag. m. 145. eam, ad Joannem Antiochenum ſcriptam, memorat agere de obitu Cyrilli, qui tamen illi ſupervixerit.

Adde *Mehlfur.* Coron. pag. 161. & *Miræi* Biblioth. Eccleſ. p. 71.

II. *Theodoreto*, aut ut ſcribere mavult Caveus Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſt. p. 223. THEODORITO tributam *Epitomen Commentarii in Eſaiam* eſſe potius THEODORI MOPSUESTENI, monet idem *Caveus* loc. cit. pag. 225. col. b.

III. *Commentarius in Cantica Canticorum*, a nonnullis ob non contemnendas rationes abjudicatus *Theodoreto*, ob alias tamen eidem reſtituitur a *Caveo* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſ. p. 225. & prolixius à *Du Pinio* Nouvelle Biblioth. Tom. IV. p. 90. ſqq. quæ breviter complectuntur Actor. Erud. Lipſienſ. Supplem. tom. II. Sect. IX. p. 418. 419.

IV. *Hæreticarum Fabularum* libri IV. cap. XII. a *Garnerio* Theodorito abjudicatum, a *Dupinio* loco citato eidem iterum vindicatur p. 105. ſqq. itemque *Supplem. Act. Erud.* l. c. p. 419. Secus tamen *Caveus* l. c.

V. *Septem Dialogi de Trinitate* ATHANASIO & MAXIMO MONACHO quoque adſcripti THEODORITI ſunt, judicante *Garnerio* in *Actis Erud. Lipſ.* Anni 1685. p. 50. adde *Caveum* l. c. vide ATHANASIUM ſupra.

VI. *Sermones XXVII.* & THEODORITO & ATHANASIO falſo adſcripti, ex ejusdem Garnerii ſententia ſunt ELEUTHERII THYANENSIS; vide Acta Erud. Lipſ. l. c.

---

(2651) THEODORETI CYRI Epiſcopi nomine malè inſignitam fuiſſe in Mcto Regio *Collectionem Canonum* à JOHANNE SCHOLASTICO factam ex *Juſtello* memorat *Gerhard von Maſtricht* Hiſtor. Juris Eccleſiaſtici num. 169. pag. 175. 176. paulo aliter autem rem hanc explicat ex eodem Juſtello *Strauchius* Amoenitat: Juris Canon. Eclog. I. C. III. p. 6.

---

( 2652. ) THEODORICI Regis nomine, â CASSIODORO, qui eidem â ſecretis erat, annotata perſtringit *Raynaudus* de bon. & mal. libris. part. I. Erotem. 10. §. 1. ſub finem p. 1.0.

---

(2653) THEODORICUS VIRDUNENSIS: *Vennericus Vercellenſis.* *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 605.

---

(2654) THEODORUS ABUCARA. Inter hujus Opuſcula habentur *Duputationes aliquot*; quas nonnulli THEODORO HAGIOPOLITANO (videlicet Antiocheno) tribuunt. Verba ſunt *Cavei* Hiſtor. literar. Scriptor. Eccleſiaſtic. pag. 212. 213.

THEODORUS v. *Althuſius.*

---

( 2655 ) THEODORUS *Cantuarienſis.* Quod ſub hoc nomine à *Petito* editum eſt *Pœnitentiale*, CENTONEM eſſe ex aliorum Pœnitentialibus collectum probat *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques tom. VI. pag. 40. & ex eo *Journal des Savans de l'* anneé 1692. to. XX. pag. 68.

(2656) THEODORUS ELÆUS : *Elie* DIODATI. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez pag. 605.

(2657) THEODORI Magiſtri varia ἀπανθίσματα Homiliarum Johannis Chryſoſtomi, & ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον Παῦλον, συντεθὲν παρὰ θεοδώρου μαγίστρου ἀπὸ διαφόρων λόγων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ χρυσοστόμου. apud Hœſchelium indice MSS. Bibliothec. Auguſt. XXXII. XXXIII. ſunt ut arbitror THEODULI ſive THOMÆ MAGISTRI, cujus auream omnium operum Chryſoſtomi Epitomen in Biblioth. Joh. *Sambuci* fuiſſe, *Gesnerus* docet.

Hucusque *Symbola Normanniana.*

THEODORUS v. ſupra *Metochita.*

(2658) THEODORI *Monachi* nomine extare in codice 800. Biblioth. Regiæ Pariſienſis *Encomium in Annunciationem B. Virginis* notat ex Labbei nov. Biblioth. MSS. pag.74. & 282. Clariſſimus *Normannus* in transmiſſa Symbola, addens ſibi potius videri fœtum THEODULI ſive THOMÆ MAGISTRI de quo ejusque Scriptis ſe aliquando pluribus acturum promittit ut excerpta ſub lit. (a) clarius docebunt.

(a) Symbola Normanniana.

*Sed de his aliisq;* Thomæ noſtri *ſcriptis, brevi, Deo bene juvante, pluribus agam, ſive ad illius* Eclogas Atticæ Dialecti, *cum Notis noſtris & indicatione citatorum auctorum, ubi commoda occaſio ſeſe obtulerit, edendas; ſive ad ejusdem* λόγον εἰς Γρηγόριον τὸν θεολόγον *jam ſub prælo ſudantem, cujus aliquot plagularum Specimen his adjeci. Simul oſtendam hominem non ſub Conſt.* Porphyrogenito *& Rom.* Lacapeno *floruiſſe ut* ὁ πάνυ Carolus du Fresne *indice auctorum ad Gloſſarium mediæ Græcitatis ſuum, nomine* Patriarchæ Tryphonis, *qui* Niphon *omnino eſt, deceptus exiſtimabat, ſed ipſis quadringentis annis poſtea, ſub* Andronico Palæologo *Seniore, circa annum Chriſti cIↄ cccxx.*

(2659) THEODORI VERACIS nomine propalatam Londin. 1648. & Auctiorem 1651. *Independentium Hiſtoriam* à *Clemente* WALKERO, Armigero, propterea à Cromvvello in Carcerem, ipſi letiferum, detruſo, notat *Wood* Antiquitat. Oxonienſ. lib.II. p.276.

THEODOSIUS v. *Berenici.*

v. *Gibellinus.*

(2660) THEODOSII Imperatoris nomine præfixam Auſonianis operibus *Epiſtolam* præter Commentatores alios explodit C. *Barthius* non uno loco. Ex quibus notare nunc ſufficiat eum, qui eſt Adverſar. l.12. c.12. auctorem ejus ASCENSIUM ſuſpicari faciens hiſce verbis: *Epiſtolam Auſonianis operibus præfixam nomine Imperatoris* Theodoſii, *qui ſpuriam eſſe non videt, ille ſane in literis iſtis omnia, quæ debebat, non vidit. Taceo quod in nullo Codice Mſſto apparuerit, nec norit natales ſuos probare, quis unquam Imperatorum autographum ſermonem ad virum Conſularem cum præfatione ſequeſtrati moris ſuiper alium videlicet ſcribendi, miſit. Nugæ nugaciſſimæ ſunt, & vel* Aſcenſio *vel alteri paulo antiquiori hoc Epiſtolare facinus adſcribendum eſt.* adde l. 20. c. 18. *Epiſtolam quæ ſub nomine* Magni Theodoſii Auſonii Burdegalenſis *Poëmati præponitur, ſupra exploſimus. Et quis, cui vel mica boni judicii, perſuaderi poſſit, iſta non eſſe Monachi auctoris.* Plura in libro de ſcriptis dubiis multoties laudato nobisque jam in anonymis n.233. deſiderato hac de re pollicetur.

THEODOSIUS v. *Irenæus.*

(2661) THEODOSII *Trebellii Lexicon* idem eſſe quod à Cœlio CURIONE, Fori Romani titulo, ex *Theſauro Linguæ* Latinæ Henrici *Stephani* prodiit Nomine auctoris ſuppreſſo magnifice oblatum teſtatur Olaus *Borrichius* p.4. de Lexicis Latinis & Græcis.

(2662) *Salomonis* THEODOTI, apud Ubios SS. Theol. Studioſi nomine prodiit Urſellis 1618. in 8vo. Ἑνωτικὸν diſſecti Belgii, i. e. *Hiſtorica Relatio Originis & progreſſus Diſſidiorum quæ in fœderatis* Belgii Provinciis *Remonſtrantes & Contra-Remonſtrantes annis ſuperioribus inter ſe exagitarunt.* Scriptum hoc *Ægidio* AFHACKERIO, Theologo Colonienſi tribuit *Valerius Andreæ*, Biblioth. Belgicæ p.22. & ex *Sweertio König.* Biblioth. Vet. & Nov. p. 14. col. b. Addit *Diecmanuns*: Val. *Andreæ* provocat ad editionem hujus libri Urſell. 1618. quam habeo. Titulus eam ab ipſo Auctore auctam & emendatam profitetur atque hoc ipſo aliam anteceſſiſſe indicat, unde & in præmiſſa Approbatione Henr. *Francken* Secunda dicitur.

1.

(2662 *a*) THEODULPHUS Aurelianens. Epiſcopus.

Ei ſuppoſitum *Carmen quod in Ramis Palmarum* in Eccleſia concinitur. Neque RENALDUM, Epiſcopum Lingonenſem eſſe auctorem patet quia apud ALCUINUM utrique Anteriorem legitur lib. de Divin. Off. cap. 14.

2.

*Theodulphus. Aurelianus Epiſcopus.* Hæc verba uſurpavit Eccleſia in hymno cujus auctor eſt AMBROSIUS, vel ut plures dicunt THEODULPHUS, quamquam inter opera hujus Aurelianenſis Epiſcopi nuper edita R. P. Jacobi *Sirmondi* cura & ſtudio, hic hymnus non reperitur. *Impleta ſunt quæ cecinit* &c. *Niquetus* in titulo S. Crucis Chriſti lib. 2. cap. 5. num. 1. pag.197 *Symbola* eſt *Maſtrichtiana.*

THEOGNOSTE v. *Beree.*

(2663) THEOLOGI ROMANI nomine præfixo edidit *Fridericus* SPEE Jeſuita Germanus, *Cautionem Criminalem* Rinthel. ad Viſurgim 1631. recuſam Francofurti & Coloniæ 1632. quæ mirifice multis modis placuit. Verba ſunt

*Sotvelli*

otvelli Biblioth. Societatis JEſu p. 268. col. a. Ad-
e *Anonymos* cap. III. n. 980.

THEOLOGUS v. *Venetus.*

(2664) THEOLOGISTORICOPHI-
LOSOPHOPHILOLOGUS, cujus *Exercitationem*
*XIX.* in ſe ſcriptam, ex MSto promit & *ἀντιζηγήσει*
*de Centeſimis Uſuris & fœnore Unciario* edita Lugd. Ba-
av. in 8. excerptam foliis quinque ex illius Ex-
rcitationibus Sacris & in numeros diſtinctam,
ræmiſit *Johannes* Fredericus *Gronovius*, eam in-
imul confutans Lugduni 1661. 8vo, eſt *Martinus*
SCHOOKIUS, ut ex literis ad ſe datis *Cl. Schef-*
*eri* indicat *Symbola Normanniana.* Hic, etſi non
iſi paſſive ſit Pſeudonymus, vel potius cogno-
mine irriſorio inſignitus, adeoque alienus ab
oc inſtituto, tamen amici *Symbolam* eam inter
ot alias ſuppeditantis gratæ recordationi hic in-
erimus.

(2665) THEONIS SOPHISTÆ *Pro-*
*ymnaſmatum Rhetoricorum* Exempla Gr. lat. Ba-
leæ 1541. 8vo per *Joachimum Camerarium* edita,
ero Auctori reſtituta ex Codice Regio, *à Federi-*
*o Morello*, innuit Cl. *Normannus.* Is eſt LIBA-
NIUS, ut ipſe *Morellus* docet in Notis ad Liba-
ium: quod & ad Calcem Theonis Editionis
*leinſianæ* monetur. Hæc ille.

(2666) THEOPHANES *Cerameus*, Tau-
omeniæ in Sicilia Epiſcopus. Ei adſcriptum
*ymnum in Annunciationem* Deiparæ, à *Poſſevino*
THEOPHANI *Niceno* attribui monet *Olearius*
baci Patrologici p. 450. Et omnino Diverſum
unc *Theophanem* Cerameum a *Theophane Hymno-*
*um Scriptore* aſſerit *Leo Allatius* de tribus Georgiis
pud *Lambecium* Comment. de Biblioth. Cæſar.
b. IV. p. 20.

II. *Homiliæ* LVI *in Evangelia* Dominicalia,
*Feſta* anniverſaria, quæ ſub *Theophanis* Ceramei
omine extant in Bibliothec. Cæſarea docente
*ambecio*, loc. cit. p. 17. eidemque etiam adſcri-
untur ab *Oleario* loc cit. etiam ſub PHILIPPI &
ICEPHORI, GEORGII item & GREGORII
ominibus innotuerunt, affirmante Leone *Alla-*
*o* apud *Lambec.* loc. cit. qui unum eundemque
b tot nominibus Auctorem agnoſcit; *Lambecio*
e eo judicium ſuum ſuſpendente pagina
9. 20. 21.

THEOPHILUS v. *Aletheus.*

(2667) THEOPHILE. Opera ejus edi-
a ſunt Pariſ. 1633. in 8vo. Quæ cum ante ali-
uot annos à me legerentur, Theophili nomen
dſcititium fuiſſe ſuſpicabar. Verum tanto ma-
is inquirere libuit, quod *Grammondus* Hiſtor.
all. lib. III. p. 212. & Samuel *Parkerus* Diſput.
de Deo, Sect. 26. p. 86. Theophilum iſtum
inime virum ſui nominis, in Carcerem ob ſcri-
ta omni impietate & Venere deturpata Anno
618. conjectum placitoque Lutetiani Parla-
nenti finibus Galliæ exactum tradat: poſterior
um quoque *Vanini* Diſcipulis accenſeat Cum tan-
dem in ſcriptum Gallicum *ἀνώνυμον* (*Sorelli?*) de
la Connoiſſance des bons livres inciderem c. 1.
p. 27. huic Poetæ Gallo verum cognomen VIAU
fuiſſe legi, pro quo ille, quod vile nimis & ab-
jectum videretur, ſplendidum iſtud *Theophili*
adoptaverit. Hucusque *Symbola Diecmanniana.*
Ceterum qui extat turpiſſimus liber inſcriptus:
*Parnaſſe Satyrique* de Theophile, fama conſtanti
Theophilo abjudicatur a *Menagio* Anti Baillet
Tom. I. num. LXXX. pag. 366. qui & Theophi-
lum hunc cognomento *Viaud* dici notat p. 359. ut
nomen (Theophilus) prænominis loco fuiſſe vi-
deatur huic Poetæ Gallico; Quod ex allegatis p.
360 ſqq. *Renaudi* verbis clarius pateſcit; *Theophi-*
*lus Viaud* inquit, *Libertinorum ævi noſtri & Atheorum*
*clancularioriorum Signifer &c.*

(2668) THEOPHILI nomine imprimi
curavit *Sebaſtianus* CASTALION Traductionem
Latinam *Theologiæ Germanicæ* de qua in Anonymis
Germanicis actum fuſe: vide *Teiſſerii* Eloges des
hommes ſçavans T. I. pag. 225. Sub JOHANNIS
THEOPHILI nomine verſionem hanc a Caſta-
lione editam affirmat *Friſius* Biblioth. Geſner.
pag. 745. col. b. An vero verſiones aliquot ope-
rum Chryſoſtomi & Cyrilli, quæ ſub *Johannis*
*Theophili* nomine citantur à *Geſnero* Biblioth. Uni-
verſal. fol. 458. eundem Caſtalionem Aucto-
rem habeant non determino. v. Theologia Ger-
manica in Anonymis Cap. II. num. 875. Addit
*Margo Diecmannianus:* Latine verſa impreſſa eſt"
Baſil. 1557. 8. Sub quo nomine latet *Sebaſtianus*"
*Caſtellio*, ut pluribus docet *Thomaſius* Schediaſm"
Hiſtor. pag. 75. cui jungas inſignem locum ex"
*Beza* Volum. Tract. Theol. pag. 451. Unde"
non neminem apud *Ottium* Annal. Anabapt. pag."
85. pro Caſtellione *Gull. Gratarolum* fruſtra ſub-"
ſtituiſſe apparet.

(2669) THEOPHILUS *Antiochenus Epi-*
*ſcopus.* Huic abjudicantur a *D. Hieronymo*, de
Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 25. *Commentarii in*
*Evangelium & Proverbia Salomonis*, eidem reſtituti
à *Miræo* Bibliothecæ Eccleſiaſt p. 11. At *Caveo* H.
L. S. E. pag. 31. videntur illi à JUNIORE AUCTO-
RE probabiliter ex THEOPHILI *Commentariis*
conſcripti. Cum *Hieronymo* facit etiam *Du Pin*
Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccle-
ſiaſtiques Tom. I. pag. 67.

II. Quomodo hic *Theophilus Antiochenus*
cum THEOPHILO CHRONOGRAPHO ſive
Hiſtorico male confundatur, docet *Hodius* in denen
Monatlichen Unterredungen 1693. p. 868.

(2670) *Chriſtianus* THEOPHILUS. Quæ
ſub hoc nomine prodiit *Gallico Idiomate Epiſtola*
ad Auctorem de l'Hiſtoire des Ouvrages des
ſçavans Lugdun. Batav. 1688. in 12. Domino JU-
RIÆO non obſcure tribuitur in denen Monatlichen
Unterredungen 1689. pag. 364. ut jam obſerva-
vit *Junckherrus*, in *Ephemeridibus Eruditorum* p. 211.
v. ſupra Chriſtianus.

THEOPHILUS v. *Churchman.*

THEOPHILUS v. *Elychnius.*

v. *Euſebius.*

v. *Francus.*

v. *Orthologus.*

v. *Sincerus.*

(2672) *Johannes* THEOPHILUS. *Francopolita* Bailleto in Catalogo des Auteurs Degviſez pag. 605. *Jean de la* RENAUDIE. Eidem tribuuntur ſub hoc perſonato nomine â Thoma *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlejanæ p. 202. col. a. *Divina Incentiva Piorum affectuum* Auguſtoriti Pictonum 1610. in 8vo. additurque ibidem hunc *Joa. Theophilum*, eſſe *Johannem Renaudianum.*

(2673) THEOPHILO IL MINORE quod ſit *Archangelo* ROCCA ôſia di S GIUSEPPE, aſſerit *Villani* nella Viſiera Alzata Pentecoſtes XLVI. p. 132. 133.

(2674.) THEOPHILI ORTHOLOGI ſub velamine edidit *Melethius* SMOTRISIUS, Archiepiſcopus Polocenſis, Epiſcopus Vitepſcienſis & Msciſlavienſis, Græcorum ſacris addictus, Vilnæ Ao. 1616. θρῆνον ſeu Lamentum Orientalis Eccleſiæ ſuper defectione quorundam ab Antiqua Religione Græca, & Obſequio Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Relig. Pontificiam, cum Explicatione Fidei Dogmatum; librum Græcum & Slavonicum, accurata verſione Polonica ornatum. Ipſe autem poſtea itidem à Græcis non-Unitis ad Eccleſiæ Romanæ Unitos Ao. 1628. transgreſſus Lamentum hoc deteſtatus eſt, & alios pro contraria Sententia libros edidit, de quibus, uti & Antagoniſtis ejus, V. And. Wengerſcii Lib. 4tum Sclavoniæ Reform. c. 2. p. 472. 473. Hucusque Symbola *Flensburgo Molleriana.*

(2675) THEOPHILUS & TRANQUILLUS: Godefroy WANDELMANN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 605.

(2676) THEOPHILE & TIMOLEON: Louys de COURCILLON de DANGEAU & *Timoleon* de CHOISY. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag 605. & 606.

(2677) THEOPHORUS: *Jean* GERSON. *Baillet* liſte p. 606.

(2678) THEOPHRASTI nomine περὶ ἡδονῆς *De Voluptate*, librum CHAMÆLEONTIS *Pontici* jam olim venditatum fuiſſe, *Athenæus* lib. 6. ſcriptum reliquit, ex eoque *Janus Wowerius* Polymathiæ cap. 16. p. m. 125.

II. Theophraſto libellus, quo deſcribuntur *Naturæ Hominum ac Mores*, falſo attribuitur. *Budæus* Commentar. Græc. ling. p. m. 1012. 47. Petrus *Victor.* 17. variar. lect. 7. & lib. 37. c. 5. *Henr. Stephani* de Lipſii Latinitate p. 155.

III. Theophraſto adſcriptus *liber de Regno*, an ejus ſit, incertum eſt ATHENÆO apud eundem *Victor.* 27. Variar. Lection. 6. Hæc addit *Symbola Rauſchiana.*

(2679) THEOPHYLACTI nomine quæ *in Pauli Epiſtolas* edita ſunt, non ejus eſſe ſed ATHANASII cujusdam *Byzantini Monachi*, recte *Maſius* agnoſcit probante Lat. *Latinio* Tom. II. Lucubrat. Epiſt. ad eundem Maſium pag. 58. Hæc *Symbola Rauſchiana.*

II. Quin imo Pleraque *Theophylacti* Commentaria ex CHRYSOSTOMI Operibus deflorata audacter aſſerit *Cave* Hiſtor. Literar. Scriptorum Eccleſ. p. 434. col. a.

THEOPOLITANUS v. *de Euſebiis.*

(2680) THEOPOMPI nomen *Hiſtoriæ* ſuæ *de Athenienſibus & Lacædemoniis* ſubdole inſcripſiſſe ANAXIMENEM Lampſacenum, ut ipſi invidiam faceret, ex *Pauſaniæ* libro VI. docet *Friſius* Biblioth. *Geſn.* p 40. & ex eodem & *Suida Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. I. cap. X. p. 59.

(2681) THEORESTE v. *Epimelio.*

THEOSDATUS v. *Sarcmaſius.*

(2682) THESSALUS: *Omer* TALON. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 606.

THEUPOLUS v. *Teupolus.*

(2682. α) THEWRDANCK: *Maximilien* I. où Michel PFINZING. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 606. Ubi Anonymum in Pſeudonymum commutatum rurſus v. anonym. cap. XI. num. 1914. β.

(2683) THIACUS *Scotus Agricola*: George THOMSON. *Baillet* liſte des Aucteurs degvi[ſez] pag. 606.

TIMOTHEUS v. *Friedlieben.*

(2684. α) *Joannes* THOLDENUS vide ſu[-]pra in BASILIO *Valentino.*

(2684) THOMA *Anglo* Auctore edit[us] anno 1672. in 12mo liber Elevtheropoli, Apu[d] Petrum Pacificum, inſcriptus *Dux Vitæ* ſive *St[a]tera Morum Ethico-Politico-Theologica*, *admirabili [&] Nova Methodo tradita & in Tres Tomos diviſa.*

I. Mores circa *A*mabilia Homini.

II. Fortitudinem & Juſtitiam.

III. Virtutes Supernaturales cum prudentia complectens. Univerſum Op[us] diſtinctum in Examina Tredecim ſingula in Trutinationes numeris ſuis diſtinctas ſubd[i]viſa, paginis in univerſum 818, præmiſſ[a] duplici ad Lectorem Epiſtola, itemque dedic[a]tione ad *A*ntiſtites Catholicos Belgii ſatis proli[xa]

& Judice Examinum. Verum Auctori nomen eſt *Thomas* WHITE, quod vel ex eo patet quod in titulo tomi I. addatur, ex Albiis| Eaſt-Saxonum, indicatque etiam Clariſſimus Dominus *Cave* in Epiſtola ad me ſcripta Islingthonio IV. Id. Octobr. 1677. confirmatque etiam Thomas *Hyde* in Catalogo Bibl. Bodlej. p. 31. ubi de hac quidem Statera ſilet, alia tamen Thomæ Angli, vero nomine White, ſcripta, recenſet, quæ & videri poterunt citata nobis *Pſeudonym. num.* 82.

(2685) THOMAS Aquinas, cognominatus Doctor *Angelicus* malè perhibetur auctor variorum librorum, quos THOMAS ANGLICUS aut alii fecêre. Tales ſunt:

I. *Commentarius in Epiſtolas Canonicas omnes*, genuinus viſus *Bellarmino*: THOMÆ ANGLICO vindicatur per *Th. Raynaud.* de mal. & bon. libris, pag. 157.

II. *De Euchariſtia* opuſculum, quod eſt ALBERTI MAGNI, ibid.

III. *In Ieremiam breviſſima Poſtilla*; quæ tamen magis refert ANGLICUM THOMAM, docente *Michaele Ghislerio* Romano, præfat. Com. in Jeremiam, cap. 6. §. 11. *Thomæ Anglico* deberi obſervat etiam Richard *Simon* dans ſon Hiſtoire Critique du Nouveau Teſtament cap. XXXIII. p. 476. 477. & ex eo Monathliche Unterredungen 1693. „pag. 321. Referre videtur potius Stylum Alterius „THOMÆ, cognomento ANGLICI, cujus & „alia pleraq; noſtro Beat. Thomæ comperiuntur „adſcripta, propter confinitatem cognominum „Angelici & Anglici. Quidquid tamen ſit, ut D. „Thomæ eam uſurpavi, cujus titulo inter ejus in„ſcripta eſt opera. Michael *Ghislerius* Romanus in præfatione comm. in Jeremiam c. 6. §. II. citante Excellentiſſimo Syndico von *Maſtricht* qui & inferius allatis marginalibus hæc addit: Poſtilla in Geneſin adſcribitur quoque THOMÆ ANGLICO Doctori Eboracenſi per Antonium & Sixtum Senenſ. lib. 4. Bibl. Sanct. Item Doctiſſ. Gerh. Joh. *Voſſ.* in diſſert. hiſt. & Theol. de invoc. ſanctor. 2. alias in ordine octava theſi I. p. 120.

IV. *Logices Summa* eidem debita v. *Geſner.* Biblioth. pag. 658. edit. Simler. & præfat. *Poſſev.* in appar. ſacrum.

At idem *Geſnerus* ad Pandectas 45. b. mavult adſcribere HERVEO BRITONI, cui attribui a nonnullis notat etiam *Friſius* Bibliot. Geſner. pag. 342. 343.

V. *In Matthæum Expoſitio*, â *Vielmio* lib. 2, de ſcriptis & doctrina D. Thomæ, tribuitur Petro SCALIGERO, ordinis Prædicatorum, Epiſcopo Veronenſi; teſte *Raynaudo*, lib. c.

VI. *Theologiæ Compendium Ulrico de* ARGENTINA adſcribitur ab eodem *Raynaudo* l. c.

VII. *Summa totius Theologiæ adjectæ citationes marginales* in pleriſq; omnibus, certè in omnibus quotque ego vidi editionibus, ita nude nobis exhibentur quaſi pars operis, & labor ipſius Thomæ forent. Eas tamen trium & dimidii annorum tempore ſibi confectas, ac deinde ſimli cura circa diſputationes ejusdem Thomæ de Veritate, ac alias elaboratas editasque fuiſſe, prolixe memorat, & omiſſam ſui commemorationem indignatur, ſeque apud Superiores de illa conqueſtum, & mandata conſecutum memorat Fr. ANTONIUS SENENSIS cujus ipſa verba hic damus de ſe ipſo ſic teſtantia. (a) Aliaque etiam de hujus *Angelici* cognominati, cum alterius *Anglici* dicti, & hinc operum alterius cum alteri adſcribendis confuſione. Qui poſterior Jorgius cognomine fuerit vocatus litt (b)(c) adde hic *Prideaux* Orat. IX. §. 4. p. 84. verbis hiſce:

IIX. S. THOMAS d' AQUIN de *Regimine Principum.* Ce livre n'eſt point de S. *Thomas*, „ comme le prouve le Cardinal *Bellarmin* dans ſon, „ livre de poteſtate Papæ. Car l' Auteur d' cet ou-„ vrag. l. 3. c. 20. fait mention de la ſucceſſion de l', „ Empereur *Adolfe* a Raoul ou Rudolfe en l'a. 1292., „ & de la Succeſſion d' Albret apres *Adolfe*, en l', „ anno 1299 Et S. Thomas etoit mort des l'anno, „ 1274. Traitté de l'Interdit de Paul V. pag. 221., „ *Symbola* eſt *Schröteringiana.*

(a) Frater *Antonius de Conceptione* antea „dictus, cum per religionis ſacræ ingreſſum „ſe Deo dicavit, & religionis ſacræ D. Dominici „habitum in Conventu S. Mariæ de Miſericor„dia de *Aueiro* ſuſcepit, poſtmodum vero ob ſpe„cialem devotionis affectum, quam erga D. *Ca„tharinam Senenſem* gerebat, *Senenſis* cognomina„tus, natione Luſitanus, patria Vimanarenſis, in „Diœceſi Bracaranenſi, poſtquam liberalium ar„tium ſtudium Oliſibonæ, & Theologicum Co„nimbricæ in collegio D. Thomæ abſolvit, & „*Oliſibonam* revocatus curſum artium prælegit, de „ſuperiorum Licentia Lovanii hæſit per unde„cim, aut circiter annos, & in illa Univerſitate „fuit ad omnes Theologiæ gradus usque ad Ma„giſterium incluſive promotus, & in generali „capitulo Barchinonæ celebrato, illius ſtudii „factus eſt Regens primarius. Lovanii agens, „ſuis privatis ſtudiis ſemper curavit & *D. Thomæ* „*opera* illuſtriora reddere, & rempublicam „Chriſtianam pro poſſe juvare. Nam *teſtimonia* „*Patrum, prophanorum Auctorum*, & demum *quæ„cunq; alia citat* S. Thom. ſolum in confuſo in to„ta ſua ſumma Theologiæ (vocant communiter „Partes D. Thomæ) indefeſſo labore perquiſivit, „& in margine quonam libro & capite unum„quodque illorum haberetur, adnotavit, *trium* „*annorum cum medio tempus eo in ſtudio conterens.* „Quando etiam D. Thomas in eadem ſumma „ſuam doctrinam connectendo, inquit, ut ſu„pra dictum eſt, vel infra dicetur. In margine „etiam deſignavit *Loca ad quæ ſeipſum remittit.* Et „quidem in hujusmodi *concordantiis* hoc ſecundo „loco dictis (ut ipſemet fatetur in Epiſtola ad Le„ctorem quam operi præfixit) jam *olim laborave„rat* quidam eruditus *pater Bruxelenſis* pro magna „parte, ſed plurimas citationes *ab eo prætermiſſas ſup„plevit*, alias auxit de novo, plurimasque corre„xit. Hos primarios ſuorum ſtudiorum fructus „*dicavit* Excellentiſſimo principi, ac Domino, „D. Antonio, Maximo Priori Cratenſi, Sere„niſſimi olim Regis Portugalliæ Joannis 13. ne„poti ex fratre. Eidem ſummæ aliam *epiſtolam*, „*ad Lectorem* ſcilicet, præfixit, qua eum admo„nitum reddidit de aliquibus obſervandis circa „illas citationes marginales. Eædem margina-

„les indicationes appoſitæ fuerunt partibus D. „Thomæ Romæ excuſis. Hoc opus impreſſit Ant-„vverpiæ Plantinus, anno D. 1559. 1575. eandem „ſummam Theologicam D. Thomæ recuſit „idem Plantinus eum eisdem præfatis lucu-„brationibus & cum ſimilibus indicationibus „marginalibus tunc recens appoſitis ſupple-„mento D. Thomæ ad tertiam partem, per „eundem fratrem Antonium paratis ſimiliter. „Iſtud autem ſupplementum ſic illuſtratum, di-„cavit illuſtri admodum Domino Commendato-„ri majori Caſtelliæ, qui tunc temporis illius „Belgici Commendatorem agebat. Hæc ſecun-„da *Summæ impreſſio* fuit evulgata *absque prædictis* „*duabus epiſtolis*, dedicatoria ſcilicet & ad Lectorem „ſicut *etiam prioris impreſſionis Exemplaria complura* „fuerunt etiam *absque illis* diſtracta, *quorundam* „*malitia.* Sed *nec etiam debita mentio auctoris*, *quæ* „*fuerat in ſingulis partibus præfigenda*, *uti in priori im-*„*preſſione*, *fuit facta*, quinimo & *epiſtola ſupplemento* „*quod tum recens prodibat illuſtratum*, *appoſita.* Poſt-„quam vero hæc ſecunda impreſſio jam fuerat „vulgata, & illius aliquot Exemplaria diſtracta, „in prædictorum notitiam devenit præfatus au-„ctor frater Antonius, & expoſtulavit his de re-„bus cum Plantino, & de illo apud eos, quorum „intererat ſuum unicuique jus dicere, & fuit ab „illis mandatum, ut ſuppleret quæ fuerant inju-„ſtè prætermiſſa ab illo. Porrò ſi tales defectus „injuſti non ſint imputandi Plantino, propter ad-„verſam Valetudinem, qua tunc laboraverat ad-„modum graviter, cum fuit manus ultima ope-„ri impoſita, cuinam imputari poſſit, aut debe-„at, id hujus Bibliothecæ ratio non poſtulat per-„tractare. Id tamen ſubticendum non eſt, quod „omnes rei litterariæ ſtudioſos qui tunc fuerunt „prædictorum conſcii, male habuit, nec deerant „inter eos forſan qui prædicta quorundam ſtudio „& induſtria fuiſſe facta, palam affirmarent. Sed „harum omnium rerum judicium Chriſto Domi-„no reſervetur potius, cui in omnibus & per „omnia, ut noſtra placeant, curandum eſt. Præ-„dicta Epiſtola ad Lectorem, qua de nonnullis „obſervandis in lectione illius ſummæ admone-„tur Lector, *appoſita fuit ſummæ D. Thomæ cum com-*„*mentariis* Domini Cajetani impreſſa Lugduni an-„no Domini 1575. & cum prædictis Lucubratio-„nibus omnibus, *auctoris illius nulla mentione facta*, „& hoc propter pœnas, quæ ponuntur in privi-„legio dato Plantino in priori impreſſione, ut „nullus infra decennium talem poſſet ſummam „recudere &c. Id ipſum quod in partibus D. „Thomæ, *in quæſtionibus disputatis*, *& de Veritate*, „*& in aliis*, *quæ his annexæ ſunt*, etiam præſtitit, „impreſſitque eas Antvverpiæ Petrus Bellerus, „anno 1571. & eas dicavit Reverendiſſimo patri „generali, & patribus Romæ in Capitulo gene-„rali congregatis, & tam hujusmodi lucubratio-„nes omnes, quam etiam quas in omnes quatuor „partes D. Thomæ paravit, Romam miſit, (id „illi mandante tunc totius ord. prædic. modera-„tore Vigilantiſſimo fratre Vincentio Juſtiniano, „poſtea vero Cardinali illuſtriſſimo) ut ibi & par-„tibus divi Thomæ & quæſtionibus eisdem di-„ſputatis inſererentur, prout etiam factum eſt.

(b) Idem pag. 238. usque ad 241.

Frater *Thomas de Aquino*, Angelicus doctor „dictus, quod Angelico donatus ingenio & in-„tellectu, uti ſuperiorum ordinum Angeli infe-„riores illuminant, & illis aperta faciunt, quæ alioqui erant occulta & ignota: & ſpeciebus, etiam paucioribus intellectivis contenti, ſed, univerſalioribus plura compræhendunt, quam, inferiores, ſic & ille denudat & detegit & paucis, multa compræhendit, divinisque viribus ma-gis, quam humanis partam habuit rerum, omnium cognitionem, & ideo excelſus fuit in, omnibus, & in ſcripturis ſacris evolvendis vo-luminibus & interpretandis adeo fidus & ſedu-lus, ut admirationi ſit penitus cunctis; & hac, ratione etiam doctor Angelicus nuncupatur, & in ejusdem laudem tanquam inſuffi-ciens lingua omnis ſilere debeat, potius, quam fari. Nam in philoſophia naturali &, morali, ſi quid D. Thomam non conſecutum, arbitrere, illud Ariſtotelem ignoraſſe non ve-rearis aſſerere. v. Ant. *Senenſ.* Chron. fratr. ord, prædicat. in Bibliotheca p. 234. 235. *Ubi porro, Theologicam ipſius eruditionem operoſa prolixitate com-mendans, & ſcripta edita partite recenſens aliquot pa-ginis integris deinde ſubjungit ea quæ ſequuntur huc ma-xime pertinentia.*

Extant & *ſermones* illius complures, tam, *de tempore*, quam *de Sanctis*, qui *inventi* fuere *in Bibliotheca Vaticana* & multis eisque *efficacibus argu-mentis*, *illius eſſe*, *oſtenſum* fuiſſe *a Viris Doctis* aſſe-ritur. Impreſſi fuerunt Romæ in 8. anno Do-mini n. 1571. In Flandria quoque in Abbatia quadam quæ eſt non procul ab Audenardo, *Volumen* unum habetur *ſermonum manuſcriptum*, & *characteribus ſatis antiquis*, ſub *titulo fratris Tho-mæ*, & creduntur à Viris gravibus ad D. Tho-mam Aquinatem pertinere, mihi autem, cum, in illos incidi, jam jam fere profectionem pa-ranti Italiam verſus, non licuit illos perlegere, & evolvere. Extat & *Commentarius ejus in Gene-ſin*, quem ipſe in Medialburgenſi civitate, quin, potius arbitror in oppido Uulexion apud Patres Minoritas inveni manuſcriptum characteribus admodum vetuſtis, ſub titulo fratris Thomæ de, Aquino, & è tenebris vindicatum prælo dari, curavi Antvverpiæ per Bellerum, & paulo poſt, Lugduni recuſus fuit, & poſtea Pariſiis.

Si quis vero objiciat D. Antonium loco, prænominato (NB. citaverat hujus ArchiEpiſco-pi Florentini 3. p. hiſt. tit. 18. c. X. 55.) negan-tem D. Thomæ eſſe commentarium, qui ha-betur in Geneſin, &c. Is conſideret, quod, ille non omnem in Geneſin commentarium D., Thomæ eſſe negat, ſed quendam, quem ipſe, viderat, qui ab officina *Thomæ Anglici* prodiiſſe, creditur, & incipit, Non recedet &c. ut etiam, *Sixtus Senenſ.* in ſua Bibliotheca rejicit. Sicut eti-am ibidem rejicit D. Antonius quoque *compendi-um* quoddam *Theologiæ*, quod S. Thomæ adſcri-bitur falſo, non tamen illud, quod illius eſſe pro, conſtante habetur. Quem autem commenta-rium in Geneſin *emiſi*, *ſub titulo D. Thomæ*, etſi, forſan eſſe poſſint rationes aliquot, quibus non, illius eſſe ſuadere quis velit; tamen cum parum, efficaces ſint, & *ſub titulo fratris Thomæ de Aquino*, illum

illum loco prænominato invenerim *antiquiſſimis characteribus* conſcriptum in *membranis*: non vidi, nec video rationem efficacem, quo Doctori ſancto poſſimus ſubtrahere fœtum, qui & *titulo illius eſſe clamat, & in multis paternam repræſentat effigiem*, etiamſi introſpectus quidpiam contineat, quod undequaque non quadret cum illis, quæ jam maturioris ætatis effectus ſenſit, & ſcripſit. Nec hinc ſatis convincitur illius non eſſe, niſi etiam ſcripta ejus in ſentent. & multa alia ejus opuſcula illi velimus ſubtrahere, & multis aliis auctoribus multa quoque, quæ tamen illorum eſſe omni dubio procul habentur. Magis autem admiro, (l. admiror,) quod præfatus *Sixtus Senenſ.* in ſua Bibliotheca, etiam *commentaria in Eſaiam & Hieremiam* D. Thomæ ſuffurari conetur, cum eodem loco D. Antonium habent renitentem, & D. Thomæ eſſe conſtanter credatur à Viris doctis & gravibus: qui opera Thomæ Anglici recenſent, ut Tritem. Abbreviator Geneſ. Leander, Albertus Venetus, & monimenta noſtri ordinis, illi nusquam commentarium tale in Geneſin adſcribunt, neque talia commentaria in Eſaiam, Hieremiam & in Threnos D. Thomæ Aquinati ſubtrahunt. Neque idem Sixtus ad illud affirmandum movetur, quam conjecturis admodum levibus, quas qui ſollicite obſervare voluerit, neceſſum eſt ſæpius falli, & accidere, quod dum in litterariis fœtibus nimii eſſe volunt in exigendo, quod in illis omnino & ſemper paternæ conditiones & qualitates effulgant, & reſpondeant, etiam usque ad eorum ſimilitudinem, quæ ſunt velut individuantia principia, & ut ſint auctorum ingenio valde conformes, ut legitimis ac Veris ſubtrahantur auctoribus, & aliis Supponantur, qui in illis nihil pertulere laboris. Sed hæc ſatis.

(c) Idem p. 242. usque ad 244.

„Frater *Thomas Anglicus*, Vir moribus gravis, religione conſpicuus, tam in humanis, quam in divinis ſcientiis præclarus, (cui etiam loco poteſt eſſe encomii non vulgaris, quod ſex fratres eisdem parentibus progenitos in noſtro ordine habuit, qui omnes etiam evaſere viri animi dotibus, religionisque præſtantia & doctrina ornati) qui etiam poſtmodum fuit Cardinalis creatus ſub titulo S. Sabinæ, & nomen ſuum apud poſteros fecit notiſſimum, ſcribendo &c. — — — —

Præfatum Thomam aliqui ſcribunt cognominatum fuiſſe *Jorgium*, & illi nonnulli ſcriptores *ſupponunt opera aliqua, quæ alios Thomas etiam noſtri ordinis habuere auctores.* Fuerunt namque olim in Anglia *plures Viri doctrina celebres hoc nuncupati nomine*, qui multa ſuæ eruditionis teſtimonia transmiſerunt ad poſteros: & qui illos minime norunt diſcernere ingeniorum quasdam fœcundas ſegetes in quorundam horrea recondunt, quas tamen non ſeminaverunt. Ex hac etiam radice ortum habuit, quod *Sixtus* Senenſ. in ſua Bibliotheca, hunc Thomam in *plures Bibliorum* ſcripſiſſe *libros* aſſerat, quam alii Sciptores Scripturæ proditum reliquere, & quod illius ſint nonnulla quæ D. *Thomæ Aquinati* tribuuntur paſſim. Et ad id adſtruendum illa ſua minus efficaci ratione, aut potius conjectura utitur, quod quia D. Thomas Anglicus Doctor vocari meruit, (cum ſcilicet Theologiam profiteretur Pariſiis, ſuper quatuor libros ſent. comment. ſcripſit) vicinitate Vocum, quam habent Anglicus & Angelicus, factum fuit, ut Angelico Doctori ſcilicet D. Thomæ ſuppoſita fuerint multa, quæ erant Anglici Doctoris, ſcilicet Thomæ Anglici &c. Sed in hoc fallitur: & in eo etiam quod illum anno 1400. claruiſſe ſcribit. Si autem *poſtilla* quam ſcripſit Venetiis in conventu noſtro D. Joannis & Pauli, ſuper 25. Pſalmos, & *lectura ſuper Geneſin* incipiens, *Non recedat &c.* Sub hujus Thomæ Jorgii Anglici extent, hac noſtra Bibliotheca ord. nullatenus excludi cupio.

## THOMAS v. *Auguſtinus.*

(2686.) THOROMACHUS. Hujus nominis Chronographum Græcum recenſet *Voſſius* de Hiſtoricis Græcis lib. III. p. m. 420. eique *Chronicon* adſcribit, ex quo exſcripti ſint à Gallo quodam tempore Caroli M: *Collectionis Chronologicæ* libri duo, At *Sandio* in notis ad Voſſium pag. 288. hic idem eſt cum THORONACHO aut potius GREGORIO TORONICO vel TURONENSI.

## THORMARIUS *Spado* v. *Chariſius.*

(2687) *Chriſtophorus* THRASIBULUS eſt *Baſilius* MONNERUS: vide ſupra *Alemannus.*

## THRASIBULUS v. *Lepta.*

(2688) *Riceni* THRASIBULI Treuhertzige Warnungs-Vermahnung an alle Liebhaber der Natur-gemäſſen Alchymie Transmutatorio. Auctorem eſſe *Henricum* KUNRATH innuit Goldaſt. tr. von Confiscation der Hexen-Güther n. 18. lit. d. & in proclivi eſt animadvertere, vera nomina, prius quidem anagrammate, alterius vero Significationem Germanicam Græca voce occultari. Hæc *Symbola Rauſchiana.*

## THRASIMACHUS v. *Cyriacus.*

(2689) *Caſſandro* THUCELIO Editore & Collectore prodiere Francofurti 1694. 4to *Electa Juris Publici Curioſa* von dem *Novemviratu.* Caſſander Hic *Thucelius* reſoluto anagrammate eſt *Chriſtianus* Leonhardus LEUCHTIUS J. U. D. & Reip. Norimb. Conſulens: quod ex amicorum ſuorum Relatione confirmat *Symbola Junckeriana.*

(2690) THUCYDIDIS, Athenienſis Hiſtoriographi, *de bello Peloponenſium & Athenienſium* libri 8. impreſſi Florentiæ apud Bernardum Juntam anno 1506. *cum Commentariis Græcis anonymis*, ubique juxta Textum adjectis: & latine Wittebergiæ interprete Vito *Winshemio* 1569. in fol. & 1580. in 8vo. Ex his librum Octavum Auctori

ctori abjudicatum, alii FILIÆ ejus, XENOPHONTI, aut THEOPOMPO, alii, vitio adſcribebant Quos confutat, hujusque libri χαρακτῆρα ἀκαλλώπιστον fatali Thucydidis morbo imputat *Marcellinus* in vita Thucydidis poſt medium. Hæc verba ſunt *Symbolæ Normannianæ.*

(2690 a) *Wilibaldi* THUMBACH, *diſcipuli Serveſtani*, nomine *contra Jacobi Martini Colegium* de principio fidei ſcripſiſſe *Chriſtophorum* BECMANNUM, refert D. *Seldius* in der Entdeckung des Syncret. Abgotts. pag. 292. *Symbola* hæc eſt *Diecmanniana.*

(2691) THURECENSIS Phyſici, viri Eruditiſſimi, *de Cometis* Tractatus ante annos plus minus 70. editus nunc denuo in lucem datus: Baſileæ per Michal. Martin. Stellam 1556. in 8vo. Queſto opuſcolo credo che ſia di *Thomaſo* ERASTO. Hæc *Cinelli* nella Bibliotheca Volante Scanzia I. p. 79.

(2692) *Antonius* THYSIUS quomodo ediderit *Joannis* THUILLII *Breviarium Operum Lipſii* vid. Rhod. n. 7. Scav. 35.

(2692 a) *Daillan* TIBERE eſt Anagramma *Adriani* BAILLET. De quo vide *Symbolam Maſtrichtianam* ſequentem:

So hat auch der gelehrte Frantzoſe und des Ober-Præſidenten im Parlament zu Paris / Herrn Camoignon Bibliothecarius Adriaen Baillet in ſeinem Tractat des Satyres perſonnelles *ou des Anti* den er 1689. in Octavo heraus gegeben im erſten Tomo pag. 279. 280. ein groſſes in 366. Theilen zu theilendes Werck unter dem Titul un Calendrier hiſtorique in Vorſchlag gebracht / darinnen unter jedem Tage des Jahrs deren 366. auffs höchſte ſind was an ſelbigen merckwürdiges geſchehen / wer geſtorben wer gebohren. &c. worden gemeldet werden ſollen. Ich will denen zugefallen / die / Frantzöſiſch verſtehen / die Worte des Baillets ſelbſt hieher ſchreiben / weil das Buch in Teutſchland ſehr rar iſt Un Calendrier hiſtorique, diviſé en 366. parties, par Monſ. Tibere Daillan (das iſt per anagramma, Adriaen Baillet) du pais de forets. &c. Mag Chriſtian Juncker im Geſchichts-Calender Kayſers Leopoldi in præfat.

TIBBON v. *Aben.*

(2693) TIBERIUS *Belga, Philip. Ph.* BRIET. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 606.

(2694) TIBULLI *Epiſtolia* in lib. 4. carminum ejus vulgo extantia SULPITIÆ tribuit *Barthius* adverſar. lib. 59. c. 16. p. 281. hiſce verbis: *Ea ego Epiſtolia, cum magnopere à ſtylo & indole* Tibulli *abſcedere viderem, & ſeculum ſane in plurimis aliud ſapere, aliquando eo conjectura delapſus ſum, ut in illis latere* Sulpitiam, *Poëtriam Domitiani temporum fuerim ſuſpicatus, cum marito illam quidem ſuo, Caleno illo celebratiſſimo. Nihil vero mirum, ſi, uti apud Juvenalem & Anſonium reperta ejus eſt Satyra, amatoriæ quædam Epiſtolæ inveniantur ejusdem in Codicibus* Tibulli; *cum alioquin non futilis ſit ſuſpicio, tres tantum libros edidiſſe eum Poëtam*, &c. ubi multa porro alia argumenta ad fidem huic ſuæ conjecturæ faciendam ſubjicit.

(2695) TIGURINÆ Eccleſiæ Miniſtrorum *Apologiam ad confutationem Jacobi Andreæ pro defenſione Teſtamenti Brentiani à Joſia* SIMLERO conſcriptam, *Melchior Adami* auctor eſt in vita ipſius p. 514. Theologor. Germanor.

Confirmat hæc *Friſius* Biblioth. Geſner. pag. 518. At *Hottinger.* Schol. Tigur. Carol. pag. 8 ex *Bullingero* loquitur de Apologia hac tanquam ſolummodo à Joſua *Simlero* latine verſa eſſet opere ipſo Henrico *Bullingero* transſcripto.

(2696) TIGURINÆ ECCLESIÆ MINISTRORUM nomine edidit *Henricus* BULLINGERUS Germanice Reſponſionem über die ſieben Klag-Articul contra Jacobum Andreæ aliosque, verſam a SIMLERO latine, ut docet *Hottinger.* loc. cit. p. 87. (a)

(a) Hotting. App. I. Schol. Tigur. Carol. p. 87.

*Illis ipſis annis edidit Jacobus Andreas* Schmidelinus *contra Zwinglianos Sermonem poſteriorem, habitum apud Memmingenſes. Ediderunt & alii contra nos libellos, convitiis & calumniis redundantes: quibus breviſſime reſpondi Germanice:* über die ſieben Klag-Articul *nomine* Miniſtrorum *Eccleſiæ* Tigurinæ *reſponſio hæc* Germanice *prodiit poſtea à Joſia* Simlero Latine translata 1574. *Sunt verba Bullingeri in autographo ejusdem pag. 75. ap. Hotting. facto.*

(2697) *Eccleſiæ* TIGURINÆ MINISTRORUM *Confesſio* edita 1545. Germanice Auctorem habet eundem *Henricum* BULLINGERUM, latine autem verſa eſt à Rudolpho GVALTERO. vide *Hottinger.* loc. cit. p. 85. (a) & Scholæ Tigurinæ (b) p. 75.

(a) Hotting. App. I. Schol. Tigur. Carol. pag. 85.

Confeſſio Miniſtrorum Eccleſiæ Tigurinæ *in qua exponitur eorum fides & Doctrina, Veteri Orthodoxæ Eccleſiæ Conſentiens, de præcipuis Capitibus Religionis noſtræ, & præcipue de Cœna Domini, ac reſpondetur (ita habet editio cum tamen legendum videatur:* reſpondetur*) Conviciis Lutheri, quæ effudit in ſua brevi confeſſione, edita 1545. Germanice: ſcriptum librum tranſtulit latine* Rudolphus Gualtherus. *Edita eſt hæc Confeſſio ſub* nomine omnium Miniſtrorum Tigurinorum: *quam tamen* ipſe compoſui; *inde vero cum fratribus contuli; præſentibus etiam Senatoribus ad hoc deputatis qui in eam unanimiter conſenſerunt. Sunt verba* Bullingeri *ex autographo & ejus conſignatis p. 75. memoratis.*

(b) Hotting. Schol. Tig. p. 75.

Bullingerus Henricus, Bremogartenſis Helvetius, Capellæ primum Præceptor, poſtea 1531. Zuinglii Succeſſor tam in Antiſtitio, quam Scholarchatu, illius ad an. Chr. 1575. 17. Septemb. æt. 71. hujus 1534. Scripta edidit plurima, cum notis nonnullis Chronicis & Criticis ipſe tandem in decem digeſſit Tomos, quem ordinem & nos, autographum ſecuturi, pro

„proponemus, additis tamen occaſionibus ab „ipſo authore diligenter conſignatis, & minori „charactere à nobis obſervatis, aliorum etiam „hinc inde judiciis. Primis octo Tomis Dida„ctica exhibet, nono & decimo Polemica. Tomo. „I. catechiſmus pro adultioribus ſcriptus de his „potiſſimum capitibus: De Principiis religionis „Chriſtianæ; Sacra Scriptura, de Deo vivo, „vero & æterno, de fœdere Dei, & vero Dei cul„tu, de lege Dei & Decalogo mandatorum Domi„ni, de fide Chriſtiana & ſymbolo Apoſtolico: de „invocatione Dei & Oratione Domini, de Sacra„mentis Eccleſiæ Chriſti. 1559. (ita etiam corrigi „debet in Edit. Geſner. ult.) ad Ludi Literarii Ti„gurini Magiſtros. Juſſus ab Eccleſiæ Tigurinæ „Miniſtris in publica conſolatione, ſcripſi, hanc „Catecheſin ad uſum Scholarium 2. compendi„um religionis Chriſtianæ X. libris comprehen„ſum, quo continetur ſimplex & brevis ſumma „fidei noſtræ ex verbo Dei petita, in qua perſpi„cuè traditur, quid omnibus ac ſingulis Chriſti „fidelibus cognitu neceſſarium ſit, quid ab illis „credendum, faciendum &c. 1556. ad Wilhel„mum Landgraphium Haſſiæ. Author edidit „Germanice: Simlerus Latine tranſtulit, & illius „- - Gallice. Hac ſumma volui totum religionis „negotium commendare & inculcare fidelibus „abſque diſputatione & contentione Simpliciter, „adeoque Epitomen quinque Decadum mearum „contexere. 3. Sermonum Decades quinque, „de potiſſimis religionis Chriſtianæ Capitibus, „in tres Tomos digeſtæ, variis dicatæ, & diver„ſis editæ temporibus. Sunt autem in Gallicam „quoq; Linguam converſæ & impreſſæ; translatæ „item Germanice per Johannem Hallerum Ber„næ. Quo conſilio Decades ſermonum ſcri„pſerim, expono in Dedicatoria Epiſtola primis „duabus Decadibus præfixa. Decanis Fratribus „in agro Tigurino eas dedicavi 1549. Deca„dem 3. & 4. dedicavi Eduardo IV. Regi An„gliæ 1550. Quintam vero Henrico Grayo „Marchioni Dorceſtriæ 1551.

---

(2697) *Modello* TIENTIBENE. Quæ ſub hoc nomine proſtat *Comœdia* Italica ſub titulo: *La Conſtanza delle Donne*, impreſſa Romæ 1647. 8. Benedicto MELLINI adſcribitur in Bibliotheca Aproſiana p. 545. & 546. quod confirmat la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes n LXXIX.

---

(2698) Jo. Caji TILEBOMENI *Conjecturæ ſuper Petronii Arbitri Fragmento, Tragurii, in Dalmatia nuper invento*, prodiere Lutetiæ Pariſiorum in 8. 1606. & recuſæ fuerunt etiam Norimbergæ 1667. 8 cum Hadriani *Valeſii*, & *Jo. Chriſtophori Wagenſeils* diſſertationibus Epiſtolicis, circa eundem fragmentum verſantibus, & antea pariter etiam Pariſiis excuſis. Eo nomine *Jo. Caj. Tilebomeni* per anagramma verum auctoris nomen occultari, lego in Diario eruditorum Gallico, *Journal des ſçavans del* An. 1666. 12. Auril: quod *Jacobi* MENTELII, Medici Pariſienſis, cujus alialis ſupra facta mentio, eſſe, detexit mihi Dr. *Martinus Fogelius*, hoc nomine iterum laudandus. Porro de Petroniano hoc fragmento fortaſſe non diſſimulaſſe expedit, impreſſum videlicet illud eſſe Patavii apud Frambottum, cum ipſe non modo ibidem me tenerem, ſed etiam quotidie ferme ipſius officinam frequentare, certas ob cauſas neceſſum haberem. Inibi multa de hoc manuſcripto ab ipſis operis Typographicis aliud agendo expiſcatus ſum, quæ ſummam mihi ſuſpicionem ſuppoſitionis, etiam antequam ipſum examinaſſem, injecerunt. Neque enim ipſum illud αὐτόγραφον antiquum aut Typographus unquam viderat, aut ubinam hæreret, ego vel ex ipſo vel ex alio quoquam certo ſcire potui. Illud tamen exemplar, quod Typographus exprimebat, & ex vero ductum eſſe dicebat, in margine variis & obviis mendis plurimis, quaſi deſcribentis culpa irrepſiſſent, emendatum, modico argento redemi, ac biennio poſt Civi meo clariſſimo, nunc magno cum Reipublicæ litterariæ detrimento fatis functo, *Jo. Friderico Gronovio* dono dedi, qui ut antea mecum una ſemper de veritate hujusce manuſcripti dubitaverat, ita eo perſpecto multo certiorem de falſitate illius ſe factum eſſe profitebatur. Illius ad me, datas humanitatis & amoris æque ac elegantiarum pleniſſimas literas in memoriam tanti Viri lubens huc adſcriberem, niſi congeſtas in me nimias laudes premere modeſtius arbitrarer.

De hoc Petronii fragmento vide pluribus *le Journal des Savans* Tom. IV. Part. II. n. 1161. p. 385. 386. Quibus adde ea quæ *ſupra in Petronio* diſſeruimus. Nihilominus Fragmentum hoc pro genuino defendit *Schefferus*; ut habet *Margo Normannianus*, diſſ. Fragm. 62. Præfat. Lect. Academ. ſub finem: itemque *Bartholinus* de legendis libris diſſertat. II. p. 114. de *Mentelio* autem ſub Tilebomeni perſona latente videſis *Fabricium* Biblioth. Latin. p. 83. *Colomeſii* Melanges Hiſtoriques p. 51. *Baillet* liſte des Aut. deguiſez p. 607.

---

(2699) *Friderici* TILIOBROGÆ nomine aſſumſit *Fridericus* LINDEBROGIUS in editione *Poematum Papirii* Statii Anno 1600. Pariſ. in 4to. publicata & Corollario ejus ibidem biennio poſt excuſo. Hucusque *Symbola Flensburgo Molleriana*.

---

(2700) *Gulielmus de* TILIO NEMORE, cujus extant *in Conſtitutiones Provinciales* Commentarii edit. Anno 1430. recuſ. Londin. 1557. 8vo. vero nomine eſt *Gulielmus* LYNDEWODE, docente Th. *Hydeo* Cat. Bibl. Bodl. p. 416. col. b.

TIMAURUS v. ſupra *Antiates*.

---

(2701) TIMANDRE: *Jean* SIRMOND. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 607.

---

(2702) TIMOCRATE: N - - LARROQUE le Jeune, Douteux. *Ballet* liſte des Auteurs degviſez p. 607.

---

(2703) TIMOPHILE, *Thierry* de: *François* d'AMBOISE. *Baillet* liſte des Auteurs deg. p. 607.

---

(2704) TIMOTHEI *adverſus Avaritiam*, ſive, *Quis dives ſalvus, Commentarii in Salviani libros IV.*

*IV. de Eccleſia*, *Joanni* THEODORICO *Macherentino* Jeſuitæ vindicantur, in Catalogo ſcriptorum Societatis Jeſu, *Alegambes* pag. 176. cujus teſtimonio nititur *Valer. Andreæ* Biblioth. Belg. p. 571. adde *Fr. Sweertium* p. 477.

Aut potius hoc ita intelligi volunt Auctores citati ut libri IV. *illi* quos ſub *Timothei* nomine a *Salviano Maſſilienſi* ad Eccleſiam Catholicam ſcripti ſunt, Commentariis Illuſtrati ſint a JOANNE THEODORICO *Macherentino*, cum ſub *Timothei* perſona Salvinianum agnoſcant *Miræus* Biblioth Eccleſiaſt. pag. 64. *Olearius* Abac. Patrolog. pag. 422. *Prideaux* Oratione IX. §. II. pag. 82. *Du Pin* Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtique tom. IV. pag. 217. cujus Pſeudonymiæ rationes ex ipſius *Salviani* ad Salonium epiſtola, explicat *Bailletus* Parte II. des Auteurs degviſez c. IX. p. 188. 189. hac Occaſione ſimul notans libros hos Salviani à non nullis TIMOTHEO Epiſcopo Epheſino, S. Pauli Diſcipulo malè adſcriptos: adde etiam Antonium *Reiſerum* in der Vorerinerung von den Uhrſachen ohne Uhrſachen an Pater Otto & *Acta Erudit. Lipſ.* Supplem. tom. II. pag. 422. Ipſa verba Salviani nobis à Domino *Reiskio* ex *Gretſeri* de Jure prohib. libr. cap. IV. communicata hæc ſunt: cur in titulo libellorum non ſit nomen Auctoris licet una ſit cauſa maxima, multæ tamen, ut reor, eſſe potuerunt. Ac prima illa veniens à mandato Dei, quo præcipimur vitare omnibus modis terreſtris gloriæ vanitatem ne dum humanæ laudis aurulam quærimus, præmium coeleſte perdamus.

TIMOTHEUS v. *Chriſtianus*.

(2705) TIREL *Darinel de*: *Gilles* BOILEAU. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 607.

( 2706 ) TIRELLI, *Alberto*: *Pierre Paul* CARAVAGGIO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 607.

(2797) TIRONI *Liberto Ciceronis* adſcritum *de Memoria* librum, particulam potius decerptam ex IV. *Rhetor.* Ciceronis ſibi videri asſerit *Fabricius* Biblioth. Latin. p. 15.

(2708) TIRONIS Literarii *Multa Mulctra*, Apologeticon edit. Florent. 1638. 4to Auctorem habet Gio: NARDI Florentinum Medicum, docente *la Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. XLVII. p. 133.

Placidus de TITIS v. *Didacus Prittus*.

( 2709 ) TITO BOSTRENSI Epiſcopo Seculo IV. celebri tributos *Commentarios in Lucam & Matthæum* eidem abjudicat *Bellarminus* apud *Miræum* Biblioth. Eccleſ. p. 30. *Gerbardum* Patrolog. p 242. 243. & cum eo *du Pin* Nouvelle Bibliotheque tom. II p. 129. (b) itemque *Cave* Hiſtor. Literar. Scriptorum Eccleſiaſt. p. 128. Adde *Acta Erud. Lipſienſ.* 1693. p. 460. JUNIORI autem TITO BOSTRENSI illos vindicat ex *Dorſchæo Olearius* Abaci Patrolog. p. 459.

(2710) TITUS de MOLDAVIE : MAMOUT. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 607.

TOASCIO v. *Modero*.

(2711) TOBIÆ liber duos, ſi non tres, ſcriptores forte habuit: Patrem Tobiam ad cap. XII. filium, ad capitis XV. partem. Poſtremi duo ejusdem verſiculi, ab alia manu, forte nepotis, ſunt adjecti. videatur late *Froſſen.* in Disquiſition. Biblicis pag. 522. add. *Hotting.* in Theſaur. lib. I. Sect. 3. quæſt. 7. pag. 250. verba ſunt Excellmi Syndici von *Maſtricht*.

(2711. α) TOBIAS Hebraicus à *Paulo* FAGIO ex Judæo Proteſtantium religioni addicto, confictus eſſe ſcribitur, a *Th. Raynaud* p. m. 163. & *Cornel. à Lapide* in præludiis Epiſtolæ ad Hebræos n. 8. alii a *Sebaſt.* MUNSTERO volunt translationem factam. Qua de re locus eſt *Hottinger Philol.* ſacr. lib. 2. cap. 2. ſect. 1. ex Zemach. Dav Par. 2. pag. 10. ita ſe habens. *Scito etiam Tobiam qui in manibus noſtris lingua reperitur Hebræa, tranſlatum eſſe ex lingua latina in linguam Hebræam per* Sebaſtianum Münſterum ( falſum hoc eſt, nam editus primo Conſtantinopoli, deinde demum a Münſtero cum verſione: interim, quod tamen ante fieri debuit, ex Latino in Hebræum à Chriſtiano aliquo eſſe translatum non inficiamur, vi de Humf. contr. Jeſ. t. 3. pag. 234. nam & ego omnes habeo libros Apocryphos Mſſ. ex vulgat Latina traductos) *Baſileæ ante annos circiter centum id quod facile intelliges ex ſtylo libri, in balbutie labiorum ejus, ita ut quilibet ſapiens primo ſtatim intuitu obſervare poſſit, authorem ejus non fuiſſe ex Iſraelitis. Sc & rei geſta narratio, quantum ego judico, corrupta eſt propterea quod plena ſit ludificationum & rerum inſolentium.* Vide etiam *Schalſch. bakk.* pag. 99. 6. & *G. latinum* arc. pag. 11. R. D. *Ganſ.* & auctor. lib. *Juc* pag. 136. tempore Ezechiæ Regis Judæ vixiſſe eum tradit: Alii tempore capitvitatis Babylonicæ, *Schalcſh.* loc. cit. adde *Jo. Gerhard.* Exegeſ. S Script. l. 1. n. 180. p. 181.

In Salmanaſaris tempora eum rejicit Auctor *du Journal des ſavans* de l'année 1688. Hiſtoriamque de eo extantem ab ipſo inchoatam, à fili autem continuatam conjectat pag. 411. 412. Qu tamen ſententia parum veriſimilis eſt *Valemon* Elem. de l' Hiſtoire tom. II. pag. 53. titulo XVI Adde Deckher. de Adeſp. pag. 35. Ampliſſimi Præſul Dr. Diecmannus hic annotat ad prælud Epiſt. ad Hebr. ſubſtituendo Comm. in Epiſtc Paul. pag. 832. b. ſequentia, quæ ſub (a) exhibemus.

(a) Notæ Marginales Diecmanniana

*Unius folii tantum iſta Corn. à* Lapide *in Epiſ ad Hebr. prolegomena ſunt, quæ præludii potius, qua præludiorum nomen merentur, etſi ne eo quidem, qu* Raynaudus *adhibuit, Cornelius utatur. Ad alleg. tum ex* Zemach *ita ſcribit: ex R. Dav. Gantz. zema &c. addens: Extat hic locus etiam in Latina editione hujus libri, quam Gvil. Henr.* Vorſtius *Lugd. Bat. 1644. 4. cum obſervationibus emiſit. pag. 170. Quem locu*

*locum ſine Cenſura à* Voroſtio *prætermiſſum miror. Caſtigavit tamen ineptientis Rabbini vanum judicium ex merito* Huetius *Demonſtr. Evang. pag. 362. &* Munſterum *vindicavit. Adde ex noſtris Joh.* Saubertum *Oper. Poſtumor. pag. 102. Quo ipſo quoque* Fagius, *à Raynaudi & Corn. à Lapide calumnia ſatis liberatur. (Tum ad finem hæc addit:)* Librum Tobiæ, *quem cum verſione Latina ex Notis Seb.* Munſterus *edidit, & operi ſuo Grammatico Baſileæ Anno 1563. excuſo adjecit, Hebraicum à Judæis Conſtantinopolitanis ſuppeditatum eſſe, vel ipſe titulus indicat, & ejus exemplar, ſe Memminga ab Oſualdo* Schreckenfuchſio *accepiſſe,* Munſterus *in præf. Operis Gramm. & Tobiæ profitetur. Hebraicum Judæorum Conſtantinopolitanorum textum pro indubitato* Tobiæ *& Originali, ut dicimus, habet doctiſſimus Joh.* Gregorius *Operum Anglicorum Lond 1671. 4. ed. præf. fol. 4: a. & P. 1. 3. C. pag. 12. qui etiam ad Judæorum Conſtantinopolitanorum à Paulo Fagio translatum & editum exemplar provocat.* Quem textum Fagianum, mihi nondum viſum, *alium eſſe à Munſteriano, & utrumque immane quantum tum ab invicem, tum à verſione Latina* Hieronymi, *tum maxime à verſione Græca & Syriaca in* Bibliis *Polyglottis diſtare, nuper Anton.* van Dale *de Orig. & progr. Idolol. & Superſtit. p. 157. 158. annotavit. Hebræum Tobiæ MS. exemplar ſe ab* Huetio *aliquando habuiſſe,* Bochartus *Hierozoic. P. 2. l. 5. C. 14. p. 749. refert, quod tertium eſſe, & ad Munſteri propius, quam Fagii exemplar accedere, ipſe* Huetius *Demoſtr. Evangel. Prop. IV. pag. 362. edit. nov. Lipſ. refert, nec tantam inter Munſterianum & Fagianum diſſenſionem, quantam citatus van Dale jactat, quin potius è contrario maximam affinitatem agnoſcit.*

TOLDARO v. *Conchetta.*

TOLETANUS v. *Julianus.*

(2712) Jacobi Philippi TOMASINI Patavini *Illuſtrium Virorum Elogia*, Patavii 1630. in 4. De eo libro *Colomeſius* dans ſon Recueil de Particularitez pag. 109. ita ſentit. *M.* Voſſius *m'a dit que* Jean RHODIUS, *autor du Traité* de Acia, *diſoit hautement à Padoüe, qu'il avoit fait les Eloges des hommes illuſtres, que* Tomaſinus a publiez *ſous ſon nom: Et queſi ce tuy-ci eſtoit devenu Eveſque, il luy en avoit toute l'obligation:* id eſt, *Dominus Voſſius* (Iſaacus) *mihi dixit,* Johannem Rhodium *auctorem Tractatus* de Acia *palam dicere Patavii, ſe feciſſe* Elogia hominum Illuſtrium, *quæ* Tomaſinus *ſub nomine ſuo publicavit. Et eundem, quod Epiſcopus ſit factus, hoc totum ipſi debere.*

Idem docet *Wittenius* in Diario ſuo Biographico ad d. 14. Februarii Anni 1659. & *Almeloveen* in Syllabo Plagiariorum p. 41. quod ad omnia *Tomaſini* Scripta ex *Hofmanni* Epiſtola ad Reineſium p. 57. & 377. ac ex alia ad Richterum pag. 254. extendunt in transmiſſis Symbolis Clariſſimi Viri Dominus *Rauſchius*, Dominus M. *Junckherus* & Dnus M. *Tenzelius*. Quamquam, ut addit poſterior, *Tomaſinus* ipſe in Epiſtola ad Hofmannum, quæ inter Epiſtolas Richterianas pag. 566. extat, ſibi tribuit librum *de Bibliothecis Patavinis*, pro more Graculorum Æſopicorum. Idem occaſione recenſitæ *Fabri* Decadis Decadum in denen Monatlichen Unterredungen 1689. p. 1233. incultat *Tenzelius* (a) moderatius tamen hoc *Bartholinus* diſſertat. II de legendis libris p. 44. judicat de *Tomaſino*, Scripta eidem ſua relinquens, ſed limam eis à *Rhodio* adhibitam ſubinde ſuſtinens. (b) Extant autem penes me ſub Jacobi *Tomaſini* Patavini nomine

(I) *Petrarcha Redivivus*, integram Poëtæ celeberrimi Vitam exhibens Patav. 1601. Typis Pauli Frambotti Bibliopolæ in 4to Continens capita XXVI. adjecta in fine eadem Vita ex aliis auctoribus pag. 270. ſuperaddito Syllabo nominum & rerum Indice.

(II) *Illuſtrium Virorum Elogia* Iconibus exornata, Patavii apud Donatum Paſquardum & Socium 1630. in 4to pag. 373. præmiſſo non tantum Illuſtrium Virorum, laudatorum in Opere, Indice, ſed & in fine addito Nominum Propriorum, itemque Locorum Syllabo.

(III) *Parnaſſus Euganeus* ſive de Scriptoribus ac Literatis hujus ævi Claris. Patavii Typis Sebaſtiani Sardi 1647. in 4to Accedit Index eorum qui Elogia condidere. Paginæ in univerſum ſunt 46.

(IV) *Livius Patavinus*, Patavii apud Variſum de Variſiis 1630. 4to paginis conſtans 88. cum Duplici indice Auctorum & Rerum.

(V) *De Donariis* ac Tabellis Votivis, Patavii 1654. in 4to capitibus XLIV. quorum index operi præmiſſus eſt. Diſtinctus eſt liber pagg. 250. cum Syllabis copioſiſſimis.

(VI) Manus Æneæ Cecropii Votum referentis Dilucidatio, Patavii Typis Sebaſtiani Sandi 1649. 4to. Capita habens Sex, paginas autem 34.

(VII) *Marci Antonii Peregrini* J Cti D. Marci Equitis, Sereniſſimæ Reip. Venetæ à Conſiliis, & in celeberrimo Gymnaſio Patavino Juris Canonici Profeſſoris Primarii *vita*, Patavii apud Paulum Frambottum 1636. 4to conſtans paginis 80.

IIX. De *Teſſeris Hoſpitalitatis* Liber Singularis Utini ex Typographia Nicolai Schiratti 1647. diſtinctus Capitibus XXXII. quorum Index cum duplici alio, Scriptorum nempe & Rerum ac Verborum præmiſſus eſt. Paginæ omnino ſunt 151. additis in fine erratis. *Annotata Diecmanniana* (c) ſequentia exhibemus.

(a) Monatliche Unterredungen Ao: 1689. p. 1233. 1234.

Aber *Num. XXI.* hat der *Auctor* drey *notable exempel* von Büchern / die unter fremdden Nahmen heraus kommen. Den deß *Funccii Chronologie* ſoll *Andreas Oſiander* gemacht haben / *Nicolai Cragii* Buch *de Republica Lacedæmoniorum Cujacius*, wiewol es *Ernſtius* wiederſtreitet und des *Thomaſini Elogia Joannes Rhodius*. Das letzte von *Rhodio* iſt mehr als zu wahr / redete Herr *Antoni* dazu / nicht nur von denen *Elogiis*, ſondern auch von andern unter *Thomaſini* Nahmen ans Licht gekommenen Schriften / und hat es der berühmte

rühmte *Medicus* zu Altdorff / *Caſpar Hofmannus*, nicht nur an *Reineſium* überſchrieben / wie aus denen unter ihnen gewechſelten Schreiben *pag. 57. & 377.* zu ſehen / ſondern auch an *Georgium Richterum*, wie aus den *Epiſtolis Richterianis pag. 254.* erſcheinet. Vielleicht hat es dem *Rhodio* etwas eingetragen / begegnete Herr *Leonhard*, ſonſt würde er woll unter ſeinem eigenen Nahmen geſchrieben haben. Im übrigen hat unſer *Auctor* viel *remarquable* Dinge von *Caſtellione num. 25.* vom *Trajano Boccalino* und *Eberto num. 26. cum Scioppio num. 28.* von *Thuano num. 30.* auffgezeichnet / da er denn *num. 31.* aus *Hofmanni* Epiſteln gleichfalls anführet / was der Herr von *Rhodio* jetzo geſaget.

(b) Th. Bartholini Diſſert. II. de Legendis libris p. 44.

*Reverendi Tomaſini manes lædunt, qui operum variorum famam eum Rhodio noſtro partiuntur. Limam ſubinde illis à Rhodio adhibitam non ignoramus, & ſi forſan loca Auctorum deſiderarentur, pro amicitia, quæ utrique interceſſit maxima, ſicut inter doctos fieri ſolet, communicata, utriusque amicus teſtari bona fide debeo. Nec aliud hujus modeſtia & ſueta longo ſcribendi uſu penna ſuadet.*

(c) Notæ Diecmanniæ Marginales.

*Non hujus modo, ſed & aliorum,* Thomaſini *nomine editorum librorum auctorem doctiſſ.* Rhodium *eſſe habitum, ex B. Jo. Andrea* Boſio *ante 30. annos me accepiſſe probe memini, qui etiam Thomaſinum coram alloquentes, eruditionem, libris ejus editis reſpondentem in eo reperire non potuiſſe referebat. Adde, quæ ex* Hofmanni *ad Reineſium Epiſtolis Jo. Alb.* Faber *in Dec. Decad. n. 31. attulit. Leo* Allatius *tamen de Eccleſiaſt. Occid. atque Orient. perpet. Conſenſu l. 3. C. 7. pag. 992. Tomaſinum monumentis editis celeberrimum, ſcientiarum, pietatis & virtutis præſidio munitiſſimum prædicat.*

TONANTIUS v. *Madianus.*

(2713) TONSO DA *Burden*: *Jules Ceſar* SCALIGER. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 607.

TORBIZIUS *Cleon* vide ſupra.

(2714) *Pietro* Paulo TORELLI da *Urbino* quod ſit Il P. M. F. SANTI MARIALES docet me la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. LXXXVII. hunc in modum:

LXXXVII. PIETRO PAULO TORELLI da Urbino.

Strauaganze nouamente ſeguite nel Chriſtianiſſimo Regno di Francia ouero Ecceſſi del Policismo, Colla Regolatione di Lodouico IX. Rè di Francia, e d'Errico II. d' Ingilterra. Modernamente impugnate dall'Aſſerto Parlamento di Parigi nel Libro intitolato Della *Sourana Giuriſditione* del Rè ſopra la Politia della Chieſa: colle Contrariſpoſte del Cau. *Pietro Paolo Torelli* da Urbino. Alla ſincera pietà di chi gouerna. In Colonia per Gio Tinchio M. DC. XLVI. in 4.

Il Nome, e Cognome ſono hipobolimei, e ſotto d' eſſi ſta Maſcherato il P. M. F. *Santi Mariales* per cagione del quale fù coſtretto a fuggirſi da Venetia, ed a ricourarſi a Milano, non ſenza ſuo ſcommodo, per non incontrare nella diſgratia ſucceduta al P. *Macedo* d' eſſer rinſerrato ſotto li Piombi ò in più infelice camerotto.

(2715.) TOMER, *Joſeph*: Raimond DALMAU DE ROCCABERTI. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 607.

(2716) *Joannes* TORASIUS *Aquilovicanus*, vel TOSARIUS inverſo nomine eſt *Joannes* SARTORIUS. Verba ſunt indicis librorum Prohibitorum Romani Anni 1667. p. 71. adde pag. 128. nec ulterius, quid ſub hoc nomine perſonato ſcripti prodierit, quicquam occurrit. At *Flensburgo Molleriana Symbola* ſub eo editas *Paraphraſes in omnes Prophetas Majores & minores* Baſil. apud Oporin. in fol. quas ſub *Sartorii* nomine quidem citant *Simlerus* p. 413. col. a. & *Friſius* pag. 494. col. a. nulla tamen Toraſii aut *Toſarii* mentione facta. Contra ſub *Toſani* nomine allegantur ab *Hyde* Biblioth. Bodlej. poſt. N. p. 208. qui Sartorii non meminit.

TORQUATUS v. *Boëthius.*

TORRUS v. *Aſcanius.*

(2717) Matthæi TORTI, Theologi Papienſis *Reſponſio ad Librum, inſcriptum Triplici nodo Triplex Cuneus* Colon. ſumptibus Bernh. Gualth. 1608. in 8. *Cardinalis* BELLARMINI eſt. De hoc libro *Iſ. Caſaubonus* Appendicis Epiſtola 106. pag. m. 833. ita ſcribit: *Vidimus hic nuper librum à* Torto *quodam ſcriptum, adverſus Libellum graviſſimum & ſummæ pietatis de* Triplici nodo &c. *Nunc omnes boni reſponſum ex eadem officina expectant.* Vide plura in *Anonymis ſupra* num. 116. 117. Extat ſub eodem nomine *Admonitio pia & ſincera ad ſubditos Dominii Veneti*, qua reſpondetur Epiſtolæ Joannis *Baptiſtæ Palmerii*, *Pſeudo-Eremitæ*, Italica, & ex Italico etiam Latina deinde facta Colon. 1607. in 8.

Confirmant hæc *Lancellott. Tortura Torti* I. p. 204. *Hyde* catal. Biblioth. Bodlej. poſt N. p. 208. col. a. *Sagittarius* Introduct. in Hiſtor. Eccleſiaſt. p. 724. & *Deckherr.* de Scriptis Adeſpotis pag. 92. v. *Anonymos* Tit. *Triplici* nodo *triplex Cuneus*, & addita *Diecmanniana*, quæ hic adnotata ſub (a) exhibemus. & Maſtrichtiana ſub (b)

(a) Margo Diecmannianus.

* *Sub* Matthæi Torti, *ſui familiaris nomine* Bellarminum *iſtum librum ſcripſiſſe, refert* Antitortor Bellarminatus, *Ingolſtad. 1611. 4. impreſſus, in Præf. ad Lect. Extat in Raccolta (titulum notavi ſupra p. 14.) Tom. II. p. 111. ſeqq. hæc Epiſtola* Palmerii *Italica & p. 121. ſeqq. Aviſo alli Sudditi del Dominico Venetiano, al* Matthæo Torti, *Sacerdote & Theologo da Pavia, ſopra d' una lettera di Frate Gio. Battiſta Palmieri finto Romito.*

(b)

(b) Marginalia Maſtrichtiana.
*De hoc* Torto, *quem pro* Bellarmino *habet, vide præfationem Regis Angliæ Jacobi præmiſſa Apologiæ pro Juramento fidelit. mihi pag. 19. 20. & ſeqq. item pag. 175.* Oomius *in Diſſert. præmiſſa praxi Theologiæ; ubi facinus Clementis parricidæ eum hoc in tractatu laudaſſe refert. Adde &* Hartnaccium *in Deduct. adverſ. Jeſuit. p. 182.*

(2718) *Philippi* TOSÆ nomine ſcripſit *Antonius* POSSEVINUS, Jeſuita Italus, *Epiſtolam ad Genevenſes de Actis Apoſtolorum*, monente *Sotvello* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 82. col. a. adde *Witten.* Diar. Biograph. anno 1611. ad d. 26. Februar.

TOSCO v. *Partenio.*

(2719) TOUR, *le Sieur de la: Guillaume* le ROY. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 608.

(2720) TOURELLE, *le Sieur de la:* TOUSSAINS des MARES douteux. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 608.

(2721) Qui *Zarabellæ* de TOURNES nomine extat in Hiſpania liber *de ratione Vivendi*, *Iſaaci* MENDOZÆ eſſe videtur Hermanno *Conringio* proœmii tractatus de Rebusp. totius Orbis. n. XXI. qui extat Tom. I. Theſauri Rerump. *Oldenburgeri* p. 59.

(2722) TRAJANUS v. BOCCALINUS.

(2723) TRANQUILLUS, *Hortenſius*: *Jeremie* LAUDO. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 608.

TRANSALPINUS v. *Franalpinus.*

TRANSYLVANIÆ MINISTRI v. *Sarmatiæ.*

(2724) *Imaochi* TRAWKNADI *Speculum Regnorum Suediæ.* Sued. Scriptum Morale 1645. conſignatum neſcio an editum, eſt *Joachimi* DANKWARTI tranſpoſitis Elementis. *Hucusq; Symbola Normanniana.*

TREBELLIUS v. *Theodoſius.*

(2725) TREBONIANUS *Laſſius de Seſtertiis* Pſeudojubilæum contra D. *Hunnium* A. 1603. edidit. Sed 1603. primo folio mutato ſub nomine JUSTI BARONII eundem libellum produxit. Conſilior. Wittenberg. Part. IV. 20. Hæc *Symbola Sperlingiana.*

(2726) *Emanuel* TREMELLIUS an ſit aut *Guido* FABER potius Auctor N. T. VerſionisSyriaco-Latinæ diu diſquiſitum eſt? diverſas tamen eorum Verſiones & adeo non confundendas perhibet *Teiſſier* Tom. I. des Eloges des hommes ſavans p. 499. adde *Hottingeri* Biblioth. p. 167 vide & quæ *ſupra* in *Speculario* monuimus huc pertinentia.

(2727) TREMBECIUS, *Joannes: Jacques* RINIEWICKY. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 608.

TREVUS v. *Perſius.*

(2728) *Hyppolyti* a TREYSBACH Quæſtiones von der Reichs-Städte Privilegien Seſſion und Præcedenz. Tubingæ 1644. in Quarto *Caſparo* LERCH a DURMSTEIN a multis adſcriptæ, inter quos eſt Cl. *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis p. 169. ab aliis *Johanni Conrado* KREIDENMANNO tributæ: ut idem notat loc. cit. & cum *Baillet* in Catalogo des Auteurs degviſez pag. 608. *Knipſchildio* ex *Mauritii* diſſertat. de Nobilit. §. 29. & *Schwedero* de J. Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 18. §. 13. p. 989. docent *Symbolæ* & literæ Eruditiſſimorum Virorum Domini D. *Thurmanni*, D. L. *Schröteringii* & Domini L. *Poſtelii.*

(2729) TRIACARO, *Anello, Troile* LANCETTA. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 608.

(2730) TRIBANDER, *Laurentius: Laurentius* STEGMANNUS *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 608.

(2731) *Hadriani* TRIBUDENII, Ottenſteinenſis, Poëtæ Laureati nomine editum Poëma *Thavmaſticum*, Poëtarum Energiam & miſeriam delineans, in quo ſingulæ voces à litera P. incipiunt. Hamburgi Anno 1609. in 4to. Fœtum hunc eſſe *Hadriani* à MYNSICHT Medic. D. Com. Palatini Cæs. Brunſvic. & Luneb. Saxon. item inferioris Archiatri, qui & Poeta L. C. fuit, conjectat Symbola *Mollero-Flensburgenſis.* Et omnino hunc Hadrianum de *Mynſicht* alias quoque nominatum *Tribudenium*, obſervat quoque Thomas *Hyde* in Catalogo Biblioth. Bodlej. pag. 477. col. b. de memorato tamen Poemate plane ſilens. *Mercklin* autem in Lindenio Renovato & Scriptum hoc & fictum nomen reticuit.

(2732) *Demetri* TRICLINII *Scholia Pindarica* THOMÆ MAGISTRO ex MSto reſtituit *Gulielmus Canterus* Novarum Lectionum Lib. III. c. XVII. p. 181.

(2733) TRIGNY, le *Sieur de: Antoine* ARNAUD, & *Claude* LANCELOT. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 608.

(2734) TRIPEO *Sorſi.* Quæ ſub hoc nomine perſonato prodierunt Mediol. 1652. in 4to *Obſervationes, Pietro* ROSSI, DI SARZANA, aſſeruntur nella *Viſiera Alzata* Pentecoſtes n. XLIX. pag. 133. & 134.
V. & *Baillet* l. c. pag. 602.

(2735) *Georgii* TRISAROLI *Diſcuſſio Calumniæ*

*lumniæ* quam adverſus Sigismundum III. Poloniæ Regem, pro Caroli, Sudermanniæ Ducis, Perduellione Legatus ejus Joh. Strytte ad M. Britanniæ Regem habuit 1610. 4to. quæ ex indicio *Symbolæ Junckerianæ* ita extat in *Catalogo Bibliothecæ Thuaneæ à Qvesnellio* concinnato Part. I. pag. 438. eſt *Petri* BORASTI, ut in Anonymis num. 1173. *a.* jam innuimus.

(2736) *Franciſci Ferdinandi* à TROILO Equitis Hieroſolymitani, fictum nomen præfert *Itinerarium Palæſtinæ*, vernaculo ſermone editum, cujus Compilatorem M. J. *Valentinum* MERBIZIUM, (Scholæ, ni fallar Dresdenſis Præceptorem, facit *Hartnaccius* im Bedencken von Einrichtung der Deutſchen Hiſtorie pag. 26. 27. memorante Symbola *Flensburgo Molleriana*.

(2737) TROTULA, cujus extat liber *curnaarum Ægritudinum Muliebrium*, quomodo ex EROTE Juliæ liberto factus ſit, docet *Friſius* Bibliothecæ Geſner. pag. 220. itemque *Fabricius* Append. ad Biblioth. Latin. 155. adde *Merclin.* Linden. Renovati p. 1030. col. b. & *Hyde* Catal. Bibl. Bodlej. p. 232. col. a.

TUBAL v. *Holophernes.*

(2738) TUBERO, *Oraſius*: *François* de la MOTTE LE VAYER. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 608. & *Bayle* dictionaire Tom. 2. p. 1194.

TUBERTUS v. *Holophernes.*

TURCIUS RUFIUS v. ſupra *Aſterius.*

(2739) *Nicodemi* TURLUPINI de TURLUPINIS *Anti-Choppinus* fœtus eſt *Johannis* HOTMANNI *Domini de Villiers*, ut fusè docent les *Satyres Perſonnelles* Tom. II. pag. 118. 119. ſqq. quæ debentur *Bailleto*, quem & vide id firmantem, in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 608. & *Baile* Dictionaire Tom. 2. p. 139.

(2740) *Joannes* TUROCIUS ſive TUROCENSIS falſo creditur Auctor Partis Primæ & Secundæ Operis iſtius, quod ſub titulo *Chronicæ Hungarorum* ab ipſo editum eſt; cum omnia quæ in eo continentur mutuata ſint ex ANONYMI CODICE, qui MStus extat in Biblioth. Cæſarea Vindobonenſi, memorante *Lambecio* Diar. Sacri Cellens. Itineris p. 61. (a)

(a) Petri Lambecii Diarium Sacri itin. Cellenſ. pag. 61.

*Perſuaſiſſimum etiam habeo, Hiſtoriam vitæ Regis* Ludovici, a Johanne Archidiacono de Kykullen *compoſitam*, *quam* Joannes Turocenſis *edidit*, *non eſſe integram*, *ſed abbreviatam tantùm & æque interpolatam*, *quàm ſunt prima & ſecunda pars ejusdem Syntagmatis* Turociani, *quæ res geſtas Hungarorum ab origine gentis usq; ad ad annum Chriſti milleſimum trecenteſimum quadrageſimum ſecundum*, *ſeu mortem Regis Caroli*, *Patris Regis Ludovici complectuntur*. *Falſo quippe hactenus à quibusdam creditum eſt*, Joannem Turocium *ſive* Turocenſem, *qui ſub Rege* Matthia Corvino *potiſſimum floruit*, *Operis iſtius*, *quod ſub titulo* Chronicæ Hungarorum *edidit*, *partem* primam & ſecundam *ſuo marte & ſuopte ingenio conſcripſiſſe. Contrarium enim demonſtrat* Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſis, *utpote in qua etiam nunc adſervatur antiquus Anonymi cujusdam Autoris Codex membranaceus MStus in folio*, *inter Hiſtoricos Latinos MStos quadringenteſimus quinquageſimus ſextus*, *ſcriptus Anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo octavo*, *& ſpectatu digniſſimis inauratis picturis exornatus*, *ex quo Joannes Turocenſis omnia*, *quæ duabus illis prioribus partibus continentur*, *partim ſimpliciter*, *partim interpolate mutuatus eſt*.

TRISMEGISTUS v. *Hermes.*

(2741) *Joh.* TURPINI vel TULPINI & TILPINI, Archiepiſcopi Rhemenſis nomine qui proſtat liber *quomodo Carolus M. Rex Francorum acquiſivit Hiſpaniam*, ut ut à *Calixto* Papa declaratus ſit authenticus apud *Voſſium* de Hiſtoricis Latinis l. II. cap. XXXII. pag. 299. Huic tamen itemque *Miræi* Biblioth. Eccleſ. pag. 226. ob ineptitudinem ſtyli aliasque cauſas videtur ſuppoſititius, ROBERTO Monacho Rhemenſi potius adſcribendus, Judicio *Deckherri* de Scriptis Adeſpotis pag. 236. 237. quod tamen dubium videtur *Bailleto* in Indiculo des Auteurs degviſez p. 608.

TURPIO Urbevetanus v. *Felix.*

(2742) *Gratiani* TURPIONIS Gerapolenſis nomine quæ prodiit primum in lucem Gerapoli an. 1561. 4to *Juſtificationis noſtræ per Chriſtum Synopſis*, eadem Racoviæ an. 1611. ſub veri Auctoris *Fauſti* SOCINI nomine recuſa eſt: docente *Sandio* Bibliothecæ Antitrinitariorum p. 72. & 73. ubi contenta libri addit hunc in modum:

Invenitur autem in hoc libro.

1. *Synopſis prima juſtificationis noſtræ per Chriſtum & Altera Synopſis Juſtificationis noſtræ coram Deo.*
2. *Theſes de Juſtificatione.*
3. *De Juſtificatione Dialogus NN. cum F. Socini notis.*
4. *Fragmenta de Juſtificatione.*
5. *De Fide & operibus, quod attinet ad Juſtificationem noſtram: ex Italicis literis ad Clariſſimum Virum.*
6. *Theſes de cauſa & fundamento in ipſo homine, ejus fidei in DEum, qua homines juſtificari, ſacræ literæ teſtantur.*

TURQUET v. *Mayerne.*

(2743) TURRIANUS Veketi, cujus extat *compendium Meditationum Ludovici de Ponte* Antvverp. 1628. quod ſit *Theodorus* KIEVIT, Jeſuita Antvverpienſis, teſtem exhibeo *Alegambe* p. 430 hoc ſolo nomine ſcriptoribus Jeſuitis ad-
cenſer-

cenſentem eum, quem *Valerius Andreæ* & *Fr Sweertius* tacent.

Alegamben repetit *Sotvel* Biblioth. Script. Societ. Jeſu p. 755. col. a. ſub finem. Addit vero *Diecmannianus Margo*: Lepide in hanc *Kievit* in *Viketi* mutationem jocatur Dav. *Guilbertus* Theol. Pract. l. I. c. 3. p. 29. his verbis: *Het Catholyck Memory-boeck by een vergadert dor Turano Vekiti, Doctor,* in beyde Rechten (die andes te Rotterdam bekent is met den nam van *Arnout Kievit*, dat hy, alſo vreemdeluck als ſiins naems beſchaemt ſynde, van vreeſe ſo ſommighe meenen, dat men ſyne argumenten ſo redelyck ſoude ſchatten, als het dier dar hy de naam van draeght) ghedruckt tot Loven in 't Jaer 1634. &c. Hæc *Gailbertus*. Hinc apparet I. hujus hominis verum nomen Belgice ſonare *Arnout* (non ut Alegambe exprimit Theodorus) *Kievit*, aſcititium autem, quod ex priori per purum *anagramma* naſcitur, *Turano* (quod *Alegambe* in Turrianum mutavit) *VeKiti*. 2. illum non Jeſuitam, ſed utriusque Juris Doctorem fuiſſe, 3. Præter laudatum ab Alegambio librum, adhuc alium, *Het Catholyck Memory-boeck* ab hoc homine, ſub ficto *Vekiti* nomine ſcriptum eſſe.

(2743. α) TURSELINUS quomodo per plagium ſibi adſcripſerit STEWECHII opus de particulis, docet *Symbola Maſtrichtiana* ex *Oomii* Diſſert. de praxi Theol. p. 465. a.

TUSCUS v. *Gratianus*.

(2744) TYBURCE, *Maiſtre*: *Jean* d'ABONDANCE. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 608.

(2745) *Petri* TYPOGRAPHI ſub perſona ſcripſiſſe ſe de *Henrici Valeſii* libris pauca, aſſerit ipſe *Hadrianus* VALESIUS ſtatim initio libri de Vita Henrici Valeſii, quæ extat in *Bateſianis* p. 719.

(2746) Ad TYRRHENUM inſcriptæ Epiſtolæ *Nicii*, vere ad FABIUM CHIGIUM ſcriptæ ſunt, indicante *Ferrario* Proluſione 20. Hæc *Symbola Schraderiana*.

TYRSUS v. *Molina*.

(2747) *Joannis* TZETZÆ nomine quæ extant *Antiqua Græca in Heſiodi Theogoniam Scholia*, non ejus ſolius ſed DIVERSORUM VETUSTISSIMORUM AUCTORUM eſſe docentur à *Lambecio* Bibl. Cæſar l. VII. pag. 233. Conſtanter tamen Johanni *Tzezæ* adſcribuntur a *Miræo* Bibl. Eccleſ. pag. 244. & *Friſio* Biblioth. *Geſner.* pag. 506. docente ea impreſſa Baſil. apud Joh. Oporinum 1543. una cum Textu Heſiodi Græco & interpretatione Latina ab Verbum &c. adde *Hydei* Catalog. Bibli. Bodlej. poſt. N. p. 216. col. b.

* * * * * * * * *

# V.

VACALERIO v. *Gavardo*.

(2748) *Notoniano* VADIN, quod reducto *Anagrammate* ſit *Antonio* NAUDINO docet la Viſiera Alzata Hecatoſtes num. XIV.

(2749) VADISCUS: *Huldric* HUTTEN. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 609.

VAILLANT v. *Benoiſt*.

De VALENTIA v. *Luiſius*.

(2750) Ventura de VALENTIIS auctor *Parthenii Litigioſi*, quod ſit *Georgius*, ſive *Jurgen* WINTHER, Editio Argentoratenſis 1624. 4. teſtatur, ubi hæredes ejus dedicationi ſubſcripſerunt, v. *Burgold.* ad Inſtr. Pacis, part. 1. p. 309. & part. 2. p. 208. qui *Prudentiſſimum & Graviſſimum Scriptorem eum* ex merito vocat. Adde Dn. *Geisler.* ſec. 3. n. 4.

Jureconſultum hunc, S. Palatii Comitem, Equitem Auratum & Illuſtriſſimorum Pomeraniæ Ducum Conſiliarium *Georgium Valentinum* WINTHERUM vocant *Witten.* Diar. Biograph. anno 1623. & *Deckh.* de Scriptis Adeſpotis pag. 226. cujus judicium de ipſo ſcripto à *Burgoldenſis* ſententia plane diſcrepat. In editione 1628. addita ſunt Opuſculo huic Gratulatoria Carmina Eberhardi a *Weihe*, Chriſtoph. *Beſoldi*, Georgii *Remi*, Thomæ *Lindemanni*, Jac. *Treteri* &c.

VALENTINUS v. *Baſilius*.

(2751) *Cypriani* de VALERIA nomen quæ præfert *Verſio Novi Teſtamenti Hiſpanica*, *Caſſiodoro* REYNA accepta referenda potius videtur *Richardo Simoni* Hiſtor. Criticæ ſur les Verſiones du Nouveau teſtament c. XLI. p. 505. quod & ex eo annotant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1690. p. 133. Hunc *Cyprianum* de *Valeria* alias quoque VALERIOLAM dici monet *Hyde* Catal. Biblioth. Bodl. poſt N. p. 219. col. a. ubi alia ejus ſcripta recenſentur. Nicolaus *Antonius* in Bibliotheca ſua Hiſpania utrumque Scriptorem ſilentio præteriit.

VALERIANUS v. *Caſtilionæus*.

(2752) VALERIANO Epiſcopo Nemburgenſi, *ad quem extat S. Anshelmi ſcriptio de azymo, & de Sacramentorum diverſitate, Opus de divinis officiis, cujus initium eſt*, Ea quæ per anni circulum, *ſupponit* Thomas Waldenſis, *in cujus ſententiam plane concedit*

*concedit* Gabriel Vaſquez 3. p. d. 180. c. 1. *ſed eſt aperta hallucinatio. Nam opus illud de officiis, habere* RUPERTUM *autorem, recte alii ſtatuunt, quibus ſubſcripſimus in Syntaxi operum S. Anſelmi, parte prima, cum de libro de ſacr. Altaris - - Quin etiam ipſe Rupertus opus illud agnoſcit ſuum*, lib. 1. *in regulam S. Benedicti, ſub finem, & in ſua ad Pontificem Romanum inſcriptione, operis de Glorificatione Trinitatis, & proceſſione Spiritus Sancti.* Verba ſunt *Th. Raynaudi* de mal. & bon. lib. pag. 157.

## VALERIANUS v. *Plinius.*

(2753) VALERII *Accincti* perſonato nomine editam à *Jacobe* PERIZONIO Profeſſore Leidenſe *Epiſtolam ad* P. Franciſcum Barbarum *de noviſſimo ejus Carmine in Scurram literarium* in IV. memorat *Cinelli* nella Biblioteca Volante Scanzia XII. pag. 69. & iterum 113. Ei *oppoſuit tres Epiſtolas Petrus Francius*, citatus *Cinellio* loc. cit. pag. 102. 103. Ad primam reſpondit Perſonatus *Valerius Accinctus* 1696. in 4to. nec cunctabitur ad cæteras neceſſaria regerere, ut fidem facit idem *Cinellius* pag. 113.

## VALERIUS v. *Andreas Taxander.*

(2754) VALERIUS Fulvius eſt *Giacomo* CASTELLANO v. Rhod. num. 28. cujus opera ſunt Italica, *Aviſo di Parnaſſo, nel quale ſi racconta la povertà e miſeria, dove è gjunta la Republica di Venetia, & il Duca di Savoja, ſcritta da un curioſo Novelliſta Spagnuolo, con alcune annotationi molto importanti, ſopra le coſe che in eſſo ſi contengono per* Valerio Fulvio Savojano, *il tutto tradotto della lingua Spagnuola in queſta noſtra Italiana*, in Antopoli (id eſt Florentiæ) 1621 4 Item *Caſtigo Eſſemplare de Calonniatori, Aviſo di Parnaſſo di* Valerio Fulvio Savojano, *al Sereniſſimo Duca di Savoya Carolo Emanuele* in Antopoli 1621 in 4.

## (2755) VALESIUS v. *Solon.*

(2756) Laurentii VALLÆ nomine *Vitam Franciſci Xaverii* è diverſis auctoribus collectam, Meſſanæ 1605. in 4to publicavit *Bartholomæus* PETRUCCIUS, Jeſuita Siculus, ſcribente *Alegambe* pag. 58.

Et *Sotvello* Bibliothec. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 107.

(2757) *Laurentii* VALLÆ de Elegantiis Latinis liber ex OPTIMIS AUCTORIBUS defloratus dicitur *Alexandro ab Alexandro* Genial. dier. lib. VI. cap. IX. ut notant *Jugemens des Savans* to. III. num. 1457. pag. 76. ubi & ſimul ex Voſſio monentur, quæ de Elegantiis pro Pediani labore venditatis ſupra in ASCONIO allegavimus: cui falſa in *Vallam* calumnia eos tribuebant.

(2758) Renati a VALLE *Hyparchus*, ſive *Diſceptatio de religioſo negotiatore*, Francof. 1624. in 8. edita *Theophili* RAYNAUDI ſcriptis annumeratur a *Petro Scavenio* in Deſignatione librorum Bibliothe. Regiæ Danicæ à ſemet additorum, p. 67. *Alegambe* & *Sotvel* hic ſilent.

(2759) *Theodoro* VALLE *da Piperna.* Quod ſub perſonato hoc nomine extat *Chronicon Ordinis Prædicantium Regni Neapolitani*, F. DIONYSIO DA OCCILLIS aſſeritur a *Toppio* Bibliothecæ Neapolit. pag. 71. adde pag. 25. & 131. & *Teiſſerii* Catalogum Auctorum & Bibliothecarum p. 72.

(2759 *a*) Petri a VALLE CLAUSA nomine ſcripſiſſe *Theophilum* RAYNAUDUM, Jeſuitam, *de Immunitate Cyriacorum a Cenſura*, teſtatur *Reiſerus* de Atheiſmo p. 280.

Et *Wagenſeilius* in Telis ſuis Igneis Satanæ Tract. I. pag. 19. Confirmat hoc Magnificus Dominus. D. *Maierus* in Logica Pontificiorum Alogo n. XI. p. 78. & *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 609. *Sotvello* cum *Alegambe* iterum tacente.

(2760) Anaſtaſius a VALLE QUIETIS eſt *Joh.* THUILLIUS v. *Rhod.* num. 7. nempe in Thuillio.

(2761) Equitis Germani de VALLE QUIETIS nomine, *Poemata* quoque *Joannem Joachimum* a RUSDORF, Nobilem Conſiliarium Archi-Palatinum, edidiſſe, habeo ex Ampliſſimo Dn. *Gottfried Mellem*, v. *ſupra Hippol. a Lapide.*

(2761. *a*) *Chriſtoph.* a VALLO. *Bailletus* indice auctorum toties citato p. 609. *Leonhardum* HUTTERUM indicat, quod exponit *Diecmann.* hic nota *Marginalis* hoc modo: *Chriſtophori a Valle* S. Th. *Candidati* larva aſſumpta Leonardum Hutterum adverſus ea, quæ Hoſpinianus in Annal. ſacramentar. ad an. M.DC.XI. geſta prodidit, vernacula ſcriptione ingenii ſui libidinem procaciter ſatis exercuiſſe, immodeſtiſſimo calamo ſcribit Jo. Henr. *Heidegger* in *Hoſpiniano* Redivivo p. 34. editionis, quæ A. 1697. Tomo IV. Diſſ. ſelect. ejus annexa eſt, ubi & p. 39. *Hutterum* à *Chriſtophoro à Valle* ſolo nomine diſcretum eſſe dicit. Quam hæc fidem mereantur, dicere nequeo. In Catalogo certe librorum *Hutteri*, quem Paul. *Freherus* Thear. virorum erud. clar. pag. 386. 387. texuit, librum iſtum non invenio.

(2762) *Chriſtophorus Wilhelmus* a VALLO Theologiæ Studioſus, qui edidit lingua vernacula, hiſtoriſche Conſignation aller Acten des Sacrament-Streits, eſt *Chriſtophorus Wilhelmus* WALPURGERUS, monente *Cl. Mollero* Iſagoges ad Hiſtor. Cherſoneſi Cimbricæ Part. II. p. 133.

## VALMISOTO v. *Ajora.*

(2763) VANDONI, *Lucca: Charles* BASGAPé. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 609.

(2764) *Adriani* VAN-LOO fictitio nomine editum *Excitatorium Catholicum ad Hæreticos* Lovanii, typis Flavii 1612. in 8vo. & *Anatomiam ſive Apologiam pro eodem adverſus* Abrah. Coſterum, Miniſtrum

niſtrum hæreticum, Ibid. typis Hoſtenii 1619. 4to ſcribit Valerius *Andreæ* Deſſelius Biblioth. Bel. pag. 840. itemque *Alegambe* Biblioth. Script. Societat. JEſu pag. 436. col. a. & *Witten.* Diar. Biograph. an. 1623. ad d. 8. Martii conſtituentes Scriptorum horum Verum Auctorem *Thomam* SAILLIUM, Belgam, Bruxellenſem Jeſuitam, quem & agnoſcit *Sotvel* Biblioth. Script. Societ. Jeſu p. 766. col. b.

(2765) VANNERUS: *Coſme* RUGER, dit *l'Abbé de S.* MAHE. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 609.

VAREMUNDUS v. *Luitholdus.*

(2766) Alphonſus VARGAS, cujus extat *Relatio ad Principes Chriſtianos de Stratagematis & Sophismatis Politicis Jeſuitarum, ad Monarchiam orbis terrarum ſibi confirmandam*, 1636. in 4. ſine typographo locoque; iterumque 1673. cum Monarchia Solipſorum, in 4. eſt *Gaſpar* SCIOPPIUS, v. num. 42. in *Rhodianis*, ad quæ hoc olim commentabar.

„Sub hoc nomine Alphonſi extat *Relatio ad* „*Principes Chriſtianos de Stratagematis Jeſuitarum* Ann. „1641. in 12. excuſa. Diverſus ab hoc Alphon„ſus VARGAS *verus* Toleto-Hiſpanus, ordinis „Eremitarum S. Auguſtini, Archiepiſcopus „Hiſpalenſis, qui teſte *Valerio Andrea* in Biblio„theca ſua Hiſpanica pag. 19. Claruit A. Chriſti „1359. ediditque *Commentarium in primum Senten*„*tiarum* (credo Petri Lombardi) & *Quæſtiones in* „*Ariſtotelis de Anima* libros Venetiis partim & Flo„rentiæ 1477. excuſa, de quo vid. claſſe V. pag. „262. Tom. 2. Bibliothecæ Hiſpan. *Peregrini ſive* „*Schotti.*

*Bartholinus* Diſſertat. II. de legendis libris p. 58. Adde Excellmum Syndicum *von Maſtricht* idem confirmantem, & in margine hic ſcribentem, hanc eſſe communem ſententiam, quam variis elogiis probare poſſet.

VARINUS v. *Phavorinus.*

(2767) D. *Emanuelis* DE VARGAS nomine excuſus fuit Matriti in folio liber *Gabrielis* DE ADARZO & SANTANDER, Matritenſis, *Pro iis qui expelluntur à Religione Societatis Jeſu*, aut ab a dimittuntur, non comprehendere eos pænas Urbani Papæ VIII. contra expulſos. Vide Nicolai *Antonii* Bibliothec. Hiſpanicam pag. 385. col. a.

DE VARNA v. *Barna.*

(2768) VARUS *Tragœdiam à* VIGILIO confectam pro ſua recitavit: ut ex *Servio ad* Virgil. Eclog. 3. p. 86. & 88. innuit *Almeloveen* Syllab. Plagiar. p. 42.

(2769) *Conon Superantius* VASCO qui *præfationem quatuor foliorum* præmiſit *Vindiciis Stephani Junii Bruti contra Tyrannos*, ab Auctore du *Projet d'un dictionaire Critique* pag. 101. perhibetur Dominus du PLESSIS-MORNAI editor nempe libri hujus, cujus Manuſcriptum poſt mortem Auctoris, Huberti *Langueti* ille occupaverat. Plura hunc librum concernentia vide ſupra in *Brutus.*

VASCUS DIAZ v. *de Frexenal.*

(2770) Franciſcus VATABLUS ex *Rudolpho* GUALTERO quomodo ſit factus, refert *Gerhardus Meier* Bibliothec. Theol. contractæ l. 1. c. 1. §. 12. p. 13. & totidem verbis iterum l. 2. c. 2. §. 4. p. 193. quæ ita ſonant: *Novas plane totius Scripturæ translationes dederunt, &c. &* Rudolphus Galtherus: *quamplurimi per errorem* Vatabli, *Profeſſoris Hebraicæ linguæ Pariſienſis eſſe putarunt, eo quod Henricus Stephanus eam Pariſiis edidiſſet hac inſcriptione: Cum verſione & notis* Vatabli. *Decepit inſcriptio ipſos Hiſpanos, quibus ea verſio adeo placuit, ut Salmanticæ typis recuſa fuerit, quam tamen, ſi sciviſſent Reformatorum eſſe, ad orcum potius damnaſſent.*

De verſione Leonis *Judæ* hoc interpretatur *Spanhemius* in Epiſtola ſua ſuper Hiſtor. Criticam Richardis *Simonii*, pag. 622. alias 210. 211. editionis prioris qui eam à Pariſinis Theologis condemnatam aſſeruerat. Corrigit hic *Meierum Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis pag. 55. & 56. magis hoc ad Verſionem *Leonis Judæ* pertinere perſuadens ſicuti & gloriam hanc Tigurinæ Verſioni vendicat *Hottingerus* Bibl. pag. 166. 167. an & univerſa Biblia à *Gualthero* verſa dubitare quis poſſet propter illa, quæ affert *Friſius* Bibliothec. Geſner. pag. 734. ubi ſolius Pentateuchi verſionis Germanicæ mentio fit. Vide & *Olear.* Abaci Patrolog. pag. 167. Notas etiam *Vatablo* abjudicatas refert *Teiſſier* Tom. I. des Eloges des hommes ſavans pag. 3. & 4. imo nihil omnino a *Vatablo* ſcriptum aſſeverat *Colomeſius* Gall. Orient. pag. 8. Notis ejus aliqua inſerta eſſe quæ ſunt CALVINI, vult *Richard Simon* Hiſtoire Critique du Vieux Teſtament. lib. III. cap. XV. pag. 442. 443. quod & ex eo notat *Spanheim* dans ſa lettre p. m. 607. alias p. 155. Cœterum & Verſionem memoratam & Notas integras ſoli ROBERTO STEPHANO aſſeri in *Boot.* indice Auctorum v. *Stephan.* & *Tigurin.* Itemque à *Ravio* in notis ad *Geſner.* MStis, & ad Calcem præfationis *Willetti* in Hexapta I. Samuelis memorat *Symbola Normanniana.* De ipſa verſione vide Citatos ſupra in Anonymis ad *Biblia Tigurina & Kortholt.* cap. XXV. §. 24. 25. Rem omnem breviter complectitur *Huetius* de Claris Interpretibus num. 17. pag. 186. ſeqq. Vatabli notas Roberto *Stephano* aperte tribuens. v. excerpt. (c) in Anonym. num. 1694. Addit *Margo Diecmannianus*, quæ ſub lit. (a) exhibemus. Et *Maſtrichtianus* Rudolpho Gualthero hæc ſubjungit: non ſolo ſed *Leone Jehuda*, Theod. *Bibliandro*, Petro *Cholino* & And. Gualthero. Hi enim ſunt auctores verſionis, quæ dicitur *Leonis Jehudæ*, quod & ipſe *Meierus* expreſſit, & in fine addit: *Res ſe aliter habet.* Totam hiſtoriam recenſuit accuratiſſime & longiſſime Clariſſ. Arn. *Bootius*, in indice auctorum obſervationibus ſacris præmiſſo in voce *Stephanus*, & *Tigurinus.* Addit *Symbola Maſtrichtiana* ultima *Calov.*

Prolog. General. Biblioth. Illuſtrat. §.14. pag. 4. princ. Ubi ad Chronologiam quædam ipſi ſuſpecta notat, *Caloviumque* fortaſſe aut typos minus accuratos fuiſſe. Addit item præfat. quam credit Jurieanam præmiſſam ſecundæ Edit. Critices Simonis V. T. Roterod. Junge & repete hic omnino Anonym. num. 1694. cum excerptis, ea propter hic omiſſis.

(a) Margo Diecmannianus.

*Cum iſta* verſio Bibliorum Latina Tiguri *primum Ao. 1644. impreſſa, Leonem Judæ, Theod. Bibliandrum, Petrum* Cholinum, *& Rod.* Gualtherum *auctores habeat, ut ex Henr.* Bullingeri *in eam præfatione conſtat, hinc ſane non Gualtheri modo, ſed & reliquorum labor* Vatablo *ſuppoſitus eſt. Qua de re v. omnino* Riveti *Iſag. ad Script. S.* c.12. *Tom. II. Oper. p.916. 917.* Hackſpan. *Prolegom. Notar. Philolog. in Scr. P. I. pag. 11.* Kortholt *de var. edit. Scripturæ* c. 15. *pag. 262. ſſ.* Gretſer. *Tom. 2. de novis Translationibus, qui inſertus eſt ejus* Bellarmino *defenſo Tom. I. p. 940. Imo ne adjectas quidem Notas* Vatabli, *ſed* Stephani, *qui eas collegerit, eſſe contendit Arnold* Bootius *in Indice Auctorum, præfixo Animadv. Sacris Lond. 1644. 4to editis, v. Stephanus & Tigurina, ubi Vatablo tributas notas ipſius ſolius Rab. Stephani opus eſſe in ſolidum ait.*

---

(2771) *Conſtantino* VATELMO, ſub quo nomine edita eſt *Comœdia Italica* inſcripta: *la Roſaura, overo l'Innamorata ſcaltra* in Napoli preſſo Antonio Bulifon 1677. in 12. quod ſit *Antonio* MUSCETTOLA docet *Toppius* in Biblioth. Neapolitana pag. 364. col. a. *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 610. *Villani* nella Viſiera Alzata Hecatoſtes num. XIII.

---

(2772) VATICANUS: *Lælio* SOCIN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſ. p. 610. forte intelligit hic *Dialogos inter Calvinum & Vaticanum*, qui editi an. 1554. & CASTALIONI vulgo adſcripti: à *Cloppenburgio* tamen *Lælio Socino* vindicantur apud *Sandium* Biblioth. Antitrinitariorum p. 20 his verbis: Scriptum id vulgo *Caſtalioni* tribuitur prout etiam in præfatione hujus poſterioris editionis fit; *Cloppenburgius* tamen aſſerit *Lælium Socinum* eſſe auctorem, in Compendioli Socinianiſmi confutati præfatione, in qua de origine & progreſſu Socinianiſmi (ut vocatur,) agit: ubi poſtquam de *Serveti* nece egit, hæc ſubjungit; Quod adeo Lælium Socinum male habuit ut ab ipſo prodierit, (poſt editam anno 1554, à Caſtellione farraginem illam, quæ præ ſe fert Martini *Bellii* præfationem de Hæreticis an ſint perſequendi,) eodem anno excuſum, & Libro Calvini (poſt Serveti mortem de Servetano negotio edito) oppoſitum, acerbiſſimum ſcriptum, forma Dialogi inter Vaticanum & Calvinum: quod (in Hollandia Latine recuſum, nec non vernacule editum, anno 1612.) vulgo tributur Caſtellioni. *Hornbeeckius* etiam *Lælium Socinum* auctorem hujus opuſculi eſſe arbitratur: in ſumma Controv.

VAUDIUS v. *Bonglarus.*

(2773) Mr. de VAUMORIERE Orationes edidit, cum arte illas componendi, quam EX ANTIQUA quadam RHETORICA exſcriptam judicat Clariſſ. *Weiſius* gelehrten Redner pag. 47. his verbis. Der Frantzöſiſche Vaumoriere hat in ſeinen Harangues ſur toutes ſortes de ſujets avec l'art de les compoſer die anno 1688. zu Pariß heraus kommen iſt / nichts mehr gethan als daß er eine alte Rhetoricam ausgeſchrieben hat / dergleichen mancher bey ſich unter dem Tiſche liegen läſſet. Hæc *Symbola Schröteringiana.*

---

(2774) VAUX. Ces deux livres, ſcavoir, *les Penſées du ſolitaire*, & les *Jeux de l'inconnu*, qui portent le nom du Sieur de VAUX, ſe diſent être du *Conte de* CRAMAIL, & que de Vaux en a eu ſeulement le ſoin de l'impreſſion. *Sorell.* Bibl. Franc. chap. 6. p. 189.

Adde *Bailleti* liſte des Auteurs degviſez p. 610. & *Anonym.* c. XIV. Sect. ult. n. 2565. β

UBALDUS v. *Sinibaldus.*

---

(2775) *Franciſco* UBEDÆ *Toletano* typi adjudicant librum *la Picara Juſtina* nuncupatum, cujus Auctor apud ſuos fertur eſſe *Andreas* PEREZ Legionenſis, Dominicanus Ordinis ſui Generalis, ſcriptusque ab eo cum adhuc per ætatem liceret ſic inſanire. Verba ſunt Nicolai *Antonii* Bibl. Hiſpan. p. 64. col. b.

UBERTUS v. *de Bonacurſo.*

---

(2776) UBERVETANI ſub nomine Valentini SMALCII editus ut ſit 1603. commentarius in 1 Epiſt. S. Johannis ſcriptus per Fauſtum *Socinum* docet *Sandius* Biblioth. Antitrinitarior. p. 73.

---

(2777) *Rainero* UBINETI: de eo ita commentatur *Villani* nella Viſiera Alzata Pentecoſte num. XXXVIII. p. 128.

*Aplicationi* Aſtrologiche ſopra l' Ann[o] M. DC. XLVII. di RAINERO UBINETI. In Bologna per il Ferroni 4.

IL nome è hipobolimeo, e ſotto di eſſo, ſt[a] celato un Frate Conuentuale Bologneſe d[i] cui non mi ſouuiene il nome.

---

(2778) UDALRICI *Epiſcopi Auguſtan[i] Epiſtola ad Nicolaum Papam, adverſus cœlibatum Sacerdotum*, magis redolet *Udalricum* HUTTENUM novum Evangelicum, quam S. Udalricum, Auguſtanum Epiſcopum Piſan. Continens cap. XIV. ap. *Hottinger.* Script. Suppoſit. 47. fruſtra utque in hujuſcemodi ſcriptis amoliendis ſolen[t] οἱ παππομανεῖς. Hucusque *Symbola Normannian[a]*

UDALRICUS v. *WEGWEISER.*

---

(2779.) UDENIO DE NULLY *Utopienſi* excipiente prodiit *Altercatio Harpagi & Hurſ[c]bii in hortis Gorgiæ Interamn.* Autolian. habita qu[i]

quæ annis aliquot poſt Iterum edita ſub titulo *Diſceptationis inter Anaſtaſium ac Cyriacum de rebus ad Remp. Chriſtianam pertinentibus* Autore *Alberto* SERVIO ANDILIANO. Veri autem nominis auctor perhibetur *Servatius* BELLARIUS Audinus, quem alii credunt Maitre SERVAIS de BEL-AIR, alii *Servazzio* BELLARI Mantuanum: vide les Satyres Perſonnelles Tom. I. p. 290.

---

(2780) UDENO NISIELII eſt *Benedetto* FIORENTI v. *Rhod.* n. 47.

XLVII. Scav. 22.

UDENO NISIELII. Benedetto FIORENTI Fiorentino.

Extant ſub hoc nomine libri Italice ſcripti ſequentes: *Proginnaſmi Poetici con aggiunta di varie rime* à Fiorenza 1620. Tomis IV. in 4.

*Eſercitii Morali.* ibid. 1633. in 4.

*Oſſervazioni di Creanza.* ibid. 1633. in 12.

(i.e. *Progymnaſmata Poetica cum additamento Rythmorum variorum, Florentiæ. Exercitia Moralia. Obſervationes de Civilitate morum.*)

uod ultimum ſcriptum diverſum eſt ab alio talico Anonymo *Paulo V.* Pontifici (Falſo uti doebimus) adſcripto, *delle belle Creanze delle donne,* e quo vide in Anonymis noſtris Italis.

Nunc addo *Rimario* vel *Syllabario* Venet. 641. quod habemus hic in Cathedrali Bibliotheca. Vide & *Cinelli* Bibliotheca Volante Scania VI. p. 74. Cui Udeno Niſieli eſt *Benedetto Fiotti da Vernio,* fondatore dell' Academia degli *patiſti*: nec diſſentit *Raphael Badius* in transmiſſa Symbola. Alia ſcripta ab eodem Fioretti ſub *deni* larva edita recenſet ſuperiora confirmans *illani* nella Viſiera Alzata, Hecatoſtes n. XXI. . 38. 39. Addatur Biblioth. Aproſiana p. 87. noro ſovrano Apatiſta eam vocans, & p. 101. ſole uminoſiſſimo degli accademici degl' Apatiſti p. 456. Il gran Criticone, &c.

---

( 2781 ) UDENIUS, UTES; George Volffgang WEDELIUS. *Baillet* liſte des Aueursdeguiſez pag. 610. vide in *Anonymis* Cap. IV. um. 1002.

UDO v. *Ado.*

---

(2782) Heraclii VECHII nomine translit ex Hiſpanico, atque edidit *Franciſcus* RAYALDUS, Italus Jeſuita, *Memoriale eorum, quæ æſtare debet Chriſtianus in extrema infirmitate, ſeu in mpore morti proximo,* compoſitum à Stephano Palerio, Jeſuita, Romæ 1632. in 4to. *Alegambe* g. 131.

Et *Sotvello* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu 246.

VEGETIO v. *Agrippino.*

*Iurrianus* VEKITI v. *ſupra.*

---

(2783) *Antonii* VELASQUEZ nomine pernato edidit Antonius VASQUEZ Luſitanus, ſpanice: *La Conjuration del Conde Juan Luis Fieſco Auguſtino Maſcardo,* Madriti 1640. in 4to. vide icolai *Antonii* BibliothecamHiſpanicam p. 129.

(2784) *Didacus* VELASQUEZ. Quæ ſub hoc titulo excuſa eſt Antvverpiæ 1575. in 12mo *Defenſio ſtatuti Toletani, quod ex Hebræis, Mauriſque deſcendentes arcet a Beneficio, & quibuscunque aliis muneribus iſtius Eccleſiæ,* a Nicolao *Antonio* Biblioth. Hiſpan. p. 244. col. b. adſcribitur *Didaco* de SIMANCAS Cordubenſi, Juris Profeſſori in Academia Salmantina.

---

(2785) Hieronymi VELAZQUEZ nomine, *Ludovicus* GUERRERO, Jeſuita Hiſpanus vulgavit Hiſpanicè *Informationem Theologicam & Juridicam, directam ad Illuſtriſſimum Dominum D. Franciſcum de Contreras, ut jubeat toto regno tolli publica malarum Mulierum proſtibula.* Fuit hoc ſcriptum tam efficax, ut publico fuerint decreto proſcriptæ. Verba ſunt *Alegambes* p. 312.

Quæ repetunt & *Sotvellus* Bibliothe. Script. Societ. Jeſu pag. 565. col. *a.* & Nicolaus *Antonius* Bibliothec. Hiſpan. P. II. 34. col. b.

---

(2786) *Johannes* VELDKIRCH, cujus extat *Confutatio inepti & Impii libelli* F. Auguſtini *Alfeldenſis* quod ſit *Johannes* DOLTSCHIUS vel TOLTZ à patria ita ſe nominans, innuit Illuſtris *Seckendorf.* Supplem. ad Indicem I. Hiſtor. Lutheraniſmi num. XXI. Scripti breve adumbrationem ſimul addens his verbis: *Doltſchius Johannes.* Extat ejus tractatus pro Luthero anno,,
1520. Auguſtino Alfeldenſi, Franciſcano Lipſi-,,
enſi oppoſitus & Wittenbergæ excuſus, duorum,,
quaternionum, in quo ſe nominat *Johannem,,*
*Veldkirch,* a patria nempe, omiſſo cognomine,,
ut moris fere tunc erat. Titulus eſt, *Confutatio,,*
*inepti & impii libelli Fr. Aug. Alfeldenſis* &c. Stylus,,
latinus minime vulgaris eſt exornatus etiam,,
Græcis ſententiis, multisque humanioris lite-,,
raturæ floſculis, nec ſalibus carens. *Lutherum,,*
virum optimum & doctiſſ. felicius ſcribit occu-,,
pari, quam ut vel *Eccius,* vel *Emſeris,* vel *Ochſe-,,*
*fardis,* vel *Alfeldenſi* reſpondere debeat. Diſpu-,,
tat autem de primatu Papæ quem Lutherum,,
tunc cum diſtinctione agnoſcebat, jure ſcilicet,,
Eccleſiaſtico & legitimos intra terminos, in-,,
eptiſſime vero defendi ab Alfeldenſi dicit *Dolt-,,*
*ſchius* impari plane & non magis ſacrarum lite-,,
rarum perito, quam Marſyas fuerit Muſicæ.,,
Plura referri, quamvis elegantia libelli merere-,,
tur hic non poſſunt. De Alfeldenſis ſcripto di-,,
ctum eſt I. LXX. Add. II. a & ſeqq. Supereſt eti-,,
am Concio Joh. *Doltſchii* (in titulo legitur *Toltz,,*
frequenti tunc literarum ejusmodi permutatio-,
ne) ad Evangel. in feſto Adſcenſ. Mariæ expli-,,
cari ſolitum, Luc. X. 38. ſeqq. in qua de Virtu-,,
te verbi divini & fidei, ſive uno neceſſario haud,,
male diſſerit. Exemplo tamen Chriſti, qui,,
Martham, labores ſuos jactantem, non reje-,,
cerit ſed correxerit, monet etiam illo tempore,,
eos, qui opera ſua jactent, Die Gleißner und,,
Werck-Heiligen/ præſertim ſi non pertinaces ſed,,
infirmi ſint, placide tractandos, non vero ut,,
Papiſtas & Anti-Chriſtianos convitiis proſcin-,,
dendos eſſe, quod fieri queritur ab hominibus,,
præcipitis & turbidi ingenii. Hæc concio, quæ,,
Lutherum, aliosque ſeveriores Papiſmi cenſo-,,
res pungere videbatur, Lipſiæ anno 1525. excu-,,

ſa eſt. Doltſchius ſcilicet inter Erasmi & ſimi-„ lium diſcipulos erat, qui Lutheri primos cona-„ tus non improbabant, ſed progreſſui reformati-„ onis ſeveriori adverſabantur. Vid. quæ I. CXXX.„ Add. I. d. de Doltſchii ſententia in articulo de „ Miſſa annotavimus.

(2787) VELLAY, *Francois de*: *Jean* SIRMOND. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 610.

(2788) *Georgius* VELLEJUS, quod ſit *Georgius* REVEAU indicant *Colomeſius* dans ſes Melanges Hiſtoriques pag. 51. & *Bailletus* in Indiculo des Auteurs degviſez pag. 610. neuter tamen addit, quid ſub hac larva in publicam lucem prodierit.

(2789) *Franceſco* VELLI, eſt *Franceſco Maria* MAGGI, ut docet la *Viſiera Alzata* Hecatoſtes num. XLVI. p. 54. 55.

VENANTIUS v. *Fortunatus*.

VENERICUS. v. *Vercellenſis*.

(2789. *a*) Chriſtianorum *Reipublicæ* VENETÆ CIVIUM & amicorum *ad Antichriſtianam Cardinalis* Baronii *Parænesin reſponſio* prodiit in 8. 1607. Hanc cogor ut adſcribam Clariſſimo Genevenſi Juris Conſulto *Jacobo* LECTIO. Non enim poteſt eſſe Catholici Romani aut Veneti. Ita enim in Pontificem, Cardinales totumque Clerum inſurgit. Monſtrat quoque auctor quod ſit prophanæ & Eccleſiaſticæ eruditionis peritiſſimus. Contuli quoque eum cum ejusdem *Lectii* lectiſſimis duobus libris præſcriptionum Theologicarum adverſus Codicis Fabriani τὰ πρῶτα κακόδοξα, inveni conſonum Stylum, meminitque anathematis Pauli V. Papæ in Venetos lib. I. pag. 16. Concinit tempus, nempe annus 1607. quo uterque tractatus eſt editus. Quæ omnia me non vanum conjectorem fuiſſe arguunt. *Symbola* eſt *Maſtrichtiana*.

(2790) VENETUS THEOLOGUS contra *Pium V. Pontificem* eſt *Paulus* SERVITA vel *Pelias*, de quo multa alibi in anonymis, vide Ludovici *Jac. à S. Carolo* Biblioth. Pontif. Prolegomena II. pag. 260.

VENTIDIO v. *Gangapano*.

VENTURA v. de *Valentiis*.

(2791) VERA *Luis de*: *Gaſpar* GERZERAN DE PINOS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 610. In Nicolai *Antonii* Bibliotheca Hiſpanica P. II. pag. 56. col. a. citatur ſub *Ludovici de Vera nomine Commentar. ſuper libros Regum*: at de Gaſpare Gerzeran *de Pinos* altum ſilentium.

VERANIUS Modeſtus v. *Pacimontanus*.

VERANTE v. *Palmerio*.

(2792) *Labronem* VERASIUM SARCMASIO imputant, temperandæ aut delendæ potius Judiciorum Libertati aut ſi mavis, mitigandæ quorundam acerbitati comparatum. Verba ſunt Perſonati *Galeotti Galeacii* Karelsbergii in continuatione judiciorum à Sarcmaſio cæptorum ſub finem: Ut adeo hic Perſonata nomina in uno illo Conradi Samuelis SCHURZFLEISCHII, quem ſub Galeotto & *Sarcmaſio* latere ſupra docuimus, reſideant. At hoc *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis p. 258. dubium videtur.

(2793) VERATI nomine *duo ſcripta* contra Jaſonem Denores Cyprium edidiſſe Joh. Baptiſtam GVARINI Poetam Italum, Comoedia, cui titulus *Paſtor fidus*, notiſſimum, ex Anton. *Riccoboni* lib. IV. de Gymnaſ. Patavino docet *König* Biblioth. Vet. & Nov. pag. 243. Idem ex *Thuan.* l. 99. Hiſtor. tom. V. pag. 102. (216.) confirmat *Deckherrus* in epiſtola ad me data 6. Febr. 1677. & ex *Magini* Eponymolog. Critico pag. 270. edition. novæ: & anonymus *Bailletus Jugemens des Scavans* Tom. IV. part. 4. p. 127. 1281. 1384.

VERAX v. *Theodorus*.

VERCELLENSIS v. *Euſebius*.

(2794) VENERICUS VERCELLENSIS, Ejus extat tractatus *de unitate Eccleſiæ conſervanda, & de Schiſmate inter Henricum IV & Gregorium* VII. Baſil. 1557. Argent. 1609. & 1618. Citatus ſub hoc quoque nomine à *Thoma* Hyde in Catalogo Biblio. Bodlej. poſt N. pag. 226. col. a. qui tamen addit ibidem, eſſe qui putent hunc foetum eſſe WALTHRAMI Naumburgenſis.

(2795) *Renati* VERDÆI nomine citatur in Bibliotheca *Hydei* Bodlejana poſt N. pag. 227. col. a. *Statera*, *qua ponderatur Mantiſſa* Laur. Forerì Sectio I. *quam emiſit contra* librum cui titulus *Myſteria Patrum Jeſuitarum* Lugd. 1637. 8vo ſed verumne hoc an fictum nomen Auctoris ſit ibidem non addit *Hyde*: At vero *Colomeſii* Melanges hiſtoriques notant, ſub *Renato* VERDÆO latere *Andream* RIVETUM pag. 53. Idem obſervat quoque *Bailletus* Indiculo des Auteurs degviſez p. 611 dubius tamen, *Verdæum* an VERDAJUM potius ſcribat. Videtur autem hoc eſſe Larva veri Auctoris *Anagrammatica*. Expedit nos Symbola Rapheliana ſic habens ex αὐτοψίᾳ: *Myſteria Patrum Jeſuitarum*, ex eorum ſcriptis fideliter expreſſa, & pro iisdem *Statera* adverſus Montiſſam Jeſuitæ *Forerii*, antea edita ſub nomine *Renati Verdæi*, in quo continetur Anagrammatismus Authoris. Ita titulus habet libelli cujusdam in operibus Andreæ *Riveti*, in fol. Nempe Tomo III. a. pag. 1228. usque ad 1264. Myſteria, & inde usque ad 1281. Statera.

VERIDICUS v. *Conſtant*.

VERIDICUS v. *Dictuinus*.

(2796) *Didymi* VERIDICI *Againſt the Lor*[illegible]

*of Leiceſter*. tit. Leiceſter Commonvvealth. eſt *Roberti* PARSONII. *Sutcliff* Bleſſings 223. 231. 242. Dedic. repl. 5. Hæc *Symbola Normanniana*. At *Bailletus* in Catalogo des Auteurs degviſez, ſub Didymi Perſona latere *Thomam* STAPLETONUM cenſet, pag. 611. didymumque hunc Veridicum eundem cum DICTIUNO aut DICTUINO habet pag. 548. de quo nos *ſupra* egimus. *Pſeudon.* n. 817. Et conjectura quidem etiam Clariſſimi *Normanni* eſt, Dictuinum iſtum non tam in *Stapletoni* quam *Parſonii* perſona latere. Aliud plane ſcriptum citat Thomas *Hyde* in Catalogo Bibliothec. Bodlej. poſt N. pag. 227. col. b. ſub nomine *Didymi Veridici Neufildani*, cum Inſcriptione, *Apologiæ pro Philippo* II. Hiſpaniæ Rege contra accuſationes Eliſabethæ Angliæ. edit. Conſtant. 8. Non addens, hoc Didymi Veridici nomen fictitium eſſe.

VERIDICUS v. *Gratianus.*

VERIMONTANUS Fidelis v. *Annoſus.*

(2796. *a*) VERIDICUS à JUSTINIANO quod ſit Dnus à ROSENFELD, qui & per Metatheſin RELFENDSO nobis eſt memoratus, indicat inclytus Dn. *Leibnitzius* in literis allegatis (c) ad CCXXIII. nunc 972. *β*. Anonymorum. Prodiit autem per Veridicum de Juſtiniano *Ratio Corporis Juris Reconcinnandi* ſubrogata æternitatis ope, ſereno Aſtrææ Sacerdotum inſuitu. *Juſti amore ad Obruſam exacta*. A. O. R. 1669. 12. num. XXX. diſtincta, paginis non numeratis.

VERINUS v. *Simplicius.*

(2797) VERIPHANTOR. Sub monſtroſo hoc nomine proſtant libelli duo: Jungferlicher Zeitvertreiber 1678. 12mo (2) die buhlende Jungfrau 1678. 12mo quorum Auctor eſt *Johannes* GORGIAS Tranſylvanus patria ex qua profugus dum paſſim terrarum vagatur etiam in oras non procul à Lipſia diſſitas delatus eſt. Cauſam fugæ fuiſſe ajunt quod ancillæ patris vitium obtulerit. Hæc ex Thomaſii Præfationibus A. 1681. edit. pag. 451. 452. memorat *Symbola Diecmanniana*. Eundem & alio ficto nomine *Polandinum* vocatum ſupra notavimus, quæ vide. 2185.

(2798) *Latino* VERITA, cujus extat *Il Politico Soldato Monferrino*, eſt *Vittorio* SIRI; docente la *Viſiera* Alzata Hecatoſtes num. LXIX. pag. 68. 69. verbis ob prolixitatem omiſſis at recenſitu dignis.

(2799) VERITé, l'*Abbé*: *Jean* le NOIR. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 611.

(2800) *Jacobus* de VERNANT. Prodierunt ſub hoc nomine libri nonnulli *Gallici*, in iis: *La defenſe de l'autorité de N. S. P. le Pape, de Noſſeigneurs les Cardinaux, les Archiveſques & Eveſques & de l'employ des religieux Mendiants, contre les erreurs de ce temps, à Mets.* 1658. 4. Sed iſtud nomen ſuppoſititium eſſe, docet oppoſita huic libro Gallice & Latine Cenſura Facult. Theol. Pariſ. confirmata ex Scripturis ſacris, Conciliorum geſtis & Canonibus Summorum Pontificum decretis, Sanctorum Patrum auctoritatibus, veterum Theologorum Sententiis, ac probatorum Hiſtoricorum monumentis, Pariſ. A. 1665. 4. ubi ſtatim pag. 2. hic Jac. de Vernant larvatus & Perſonatus homo (deguiſé ſous le maſque & ſous le faux nom de *Jacques de Vernant*) appellatur. Qui perſonam homini exuerit, nondum inveni. Hucusque *Symbola Diecmanniana*, Ulterius inquirat, cui lubet ac vacat hiſce auxiliis inſtructus. Nos prætermittere hæc initia noluimus a tam honorata manu ſuppeditata, ut facultas inquirendi alterius ſuppeditaretur.

Da VERNIO v. *Fioretti.*

(2801) *Franciſcus* VERONA, cujus extat *Apologeticus pro Patribus & Scholaſticis Societatis Jeſu*, *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis p. 92. detegitur *Robertus* BELLARMINUS S. R. E. Cardinalis Eminentiſſimus, ejus Societatis non ignobile membrum. *Alegambe* tamen & *Sotvellus* in Bibliothecis ſuis Scriptor. Societatis Jeſu ubi de *Bellarmini* ſcriptis agunt, de Perſonato hoc Apologetico tacent. Et falſam de *Bellarmino* hanc ſententiam judicat *Bailletus* in Indiculo des Auteurs degviſ. pag. 611. *Joannem* BOUCHERIUM, dubium tamen & hunc, ſubſtituens. Expedit nos, ni fallor, Ampliſſimus *Diecmannus* hac annotatione: Sub nomine *Francois de Veron* Conſtantin prodiit Apologie pour *Jean Chaſtel*, Pariſien, executé a la mort &c. Vide integrum exe-crandi libri titulum ap. *Bayle* Dict. Hiſt. & Crit. T. I. pag. 642. ubi & recte ad Guil. *Barclaji* lib. 5. contra Monarchom. pag. 590. & 795. ed. Hannov. 1617. provocat, qui ſub *Franciſci* Veronenſis Conſtantini larva Joh. *Bucerium* latere ſcribit, qui Pariſinus Doctor Sorbon. & Pariſiis ad S. Bened. Paſtor fuit, de quo pluribus ib. *Bayle* agit.

VERONENSIS v. *Zeno.*

VERTONIUS v. *Lamerius.*

(2802) VERTUMNIUS Academicus, qui Prælectionibus *Jo. Baptiſtæ Corteſii* Medicis adjecit *Poëma in laudem Medicinæ, & contra malos Medicos*, detegitur eſſe *Melchior* INCHOFER, Jeſuita Viennenſis, *Alegambe* p. 341.

Eadem repetit *Sotvellus* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu pag. 608. col. b. addens prælo parata ab eo eſſe Opera ſequentia, inſcripta:

(I.) *Examen Thematum cœleſtium variorum Aſtronomorum* Veterum & Recentiorum usque ad Tychonem: & facillima ratio ſupputandarum Eccliplium.

(II.) *Theorica Planetarum.* Quæ itidem ſub Academici Vertumnii nomine citantur *Ricciolo* Chron. Aſtron. indicante *Symbola Normanniana.*

VERUS v. *Amandus.*

(2803) Lucius VERUS, qui *de Mutuo* ſcripſit *adverſus Claudium Salmaſium* quod ſit *Wilhelmus* GOESIUS, ex elogiis, ejusdem *Animadverſionibus in quædam capitis primi & ſecundi Specimina Salmaſiana*, quas eidem vindicavimus in *anon.* c.3. præmisſis patet. Ubi p.98. de *L.Vero* dicta hujus elogiis accenſentur.

Citat hic Biblioth. Hydanæ Catalog. num. 842. *Margo Normannianus.* Addit hæc confirmans *Wittenius* Diarii ſui Biograph. an. 1686. d. 13. Octobris *Pilatum Judicem* & *Notas in Scriptores rei agrariæ.*

---

(2804) *Joannes Baptiſta* VERUS eſt *Johannes* RHODIUS, docente *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez pag. 611.

VETER v. *Comicus.*

---

(2805) VEZELET, *Glaumalis* du: *Guillaume* DES AUTELS. *Baillet* liſte des Auteurs Degviſez p. 611.

---

(2806) VEZZALMI, *Grivilio*: *Virgile* MALVEZZI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 611.

---

(2807) *Ferdinandi* UGHELLI perſonato nomine prodiit Romæ apud Hæredes Manelfi 1655. 8. *Vindex Neapolitanæ* Nobilitatis, ſ. *Animadverſio in Franciſci Ælii* Marcheſii *librum de Neapolitanis familiis* Neap. apud Ægidium Longum 1655. in 4to. Verum Auctoris docetur eſſe à *Toppio* Biblioth. Neapol. pag. 56. col. b. *Carlo* BORELLO Neapolitano, de Chierici Regolari Minori.

---

(2808.) *Carolum* VIANELLUM falſo creditum Auctorem *Conſolationis Ciceronis ſuper Tulliæ filiæ obitu* hodie communi Eruditorum judicio Carolo SIGONIO Auctori reſtitutæ vide ſupra in Cicerone.

VICENTINUS v. *Liberius.*

---

(2809) VICTOR, *Ambroſius*, *André* MARTIN. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 612.

---

(2810) VICTOR ANTIOCHENUS. Qui ſub ejus nomine vulgo cenſetur *Commentarius in Evangelium S. Marci* ORIGENI etiam & CYRILLO ALEXANDRINO tribuitur, ut notat Richard *Simon* Hiſtoire Critique des Principaux Commentateurs du N.T. cap. XXX. p.427. ipſe tamen Collectionem hanc eſſe potius ſuſpicatur ex horum & Chryſoſtomi Commentariis aliisque Scriptis factam pag. 428. quod & ex eo notant Monatl. Unterred. 1693. p. 319.

VICTOR v. *Aurelius.*

VICTOR CARTENENSIS v. *Ambroſius*, *Baſilius.*

(2811) Hugoni de S. VICTORE ſuppoſitus eſt *Tractatus de clauſtro animæ*, *Hugonis de* FOLIETO; cujus nomine & ſeorſim editus habetur, & ſæpe allegatur à Joanne *Nider* in opere *de Reformat. Religioſ.* verba ſunt *Th. Raynaudi* de mal. & bon. lib. p. 142. Idem confirmat *Bellarm.* ad A. C. 1130. p. m. 228. & alii.

Confirmat hoc *Olear.* Abaci Patrologici pag. 221. & Cave Hiſtor. Literar. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 457. qui &

(II) *De Nuptiis Carnalibus & Spiritualibus* lib. II. eidem HUGONI DE FOLIETO Monacho Corbejenſi reſtituit, cui &

(III) *Libros duos priores Beſtiarii*, ſive *de proprietatibus Animalium* & aliarum rerum aſſerit.

(IV.) *Annotationes literales & Quæſtiones in Epiſtolas S. Pauli* Hugoni abjudicatas, SCHOLASTICO cuidam Scriptori attribuit *Oudinus* apud *Cave* loc. cit.

(V) *Excerptionum Priorum* libri Decem (ex XXIV.) in aliis Manuſcriptis RICHARDO VICTORINO, in aliis HUGONI, noſtro adſcripti, neutrum Auctorem habere videntur *Caveo* loc. cit.

(VI) Ex quatuor libris *de anima Primus* & *Tertius* inter BERNHARDI, Secundus inter AUGUSTINI OPERA habentur. Verba ſunt ejusdem *Cavei* p. 457.

(VII) *Miſcellaneorum Priorum* liber *Unicus*, poſteriorum libri *Quinque* à nonnullis cenſentur non tam HUGONI, quam ex Diſcipulis ejus cuidam adſcribendi: notante eodem loc. cit.

(IIX) *De Ceremoniis*, *Sacramentis & officiis Eccleſiaſticis* libri tres &

(IX) *De Canone Myſtici Libaminis*, *ejusq; Ordinibus* libellus *Hugoni* noſtro ſuppoſiti videntur Caveo loc. cit. referendi ad ROBERTUM PAULULUM Presbyterum Ambianenſem, qui claruit circa annum 1170.

Reliqua ejus Scripta vide apud *Freherum* Theat. Viror. Eruditione clarorum p. 74. qui & ſimul annotat in Editione Operum *Hugonis* Veneta ſedulo genuina a dubiis & ſuppoſitis diſcerni.

Quis autem & ex qua Regione oriundus fuerit *Hugo*, diverſæ ſunt Eruditorum Opiniones. Clericum ordinis Regularis volunt *Henricus Gandavenſis* & *Miræus*, qui Saxonem fuiſſe addit pag. 166. Abbatem autem S. Victoris & patria Iprenſem *Caveus* loc. cit. Comitem autem Blanckenburgenſem fuiſſe evicit *Meibomius*, peculiari Diſſertatiooe ut notant Monatliche Unterredungen 1695. p. 275.

---

(2811 *a*) VICTOREM, Papam acceſe ſuperioribus quibus ſuppoſitæ Epiſtolæ a *Peccatore* MERCATORE, ſeu Pſeudo-Iſidoro.

---

(2812.) RICHARDO à S. VICTORE adſcripti *Excerptionum libri* an genuini ejus fœtus ſint

int dubitat *Gerhardus* Patrolog. pag. 571. & cum
o *Freherus* in Theatro Virorum Erudit. Claror.
ag. 74. col. a. Abjudicat autem eos *Richardo Bel-*
*larminus* apud *Miræum* Biblioth. Eccleſiaſt. p. 167.
SCRIPTORI cuidam ætate illi POSTERIORI aſ-
ignans. Quod & facit Clariſſimus Cave Hiſtor.
iterar. Scriptorum Eccleſiaſt. pag. 457. eosdem
alſo quoque HUGONI DE S. VICTORE tri-
utos notans. v. Richardus.

(2813) VICTORINI *Carmen* HILA-
IO ARELATENSI vindicat hiſce verbis *Caſp.*
*arthius* adverſar. lib. 3. c. 23. *Inter Chriſtianorum*
*oetarum opera pervenit ad nos carmen ſic ſatis bonum,*
*iſi quod ſyllabarum interdum eſt negligentia, de Mac-*
*abæis fratribus, mendis nævisq; fere innumeris conſpur-*
*atum & obrutum, cui operam aliquando feremus hoc*
*acto exordio. Auctor non eſt alius* Hilario Arela-
enſi, *cujus nomen in vetuſtiſſimis membranis invenit*
*ditor Bibliothecæ Floriacenſis, de* Victorino *enim*
*ugæ ſunt.* Ipſum Carmen v. l. 28. c. 3. illius alia
ide aliis locis l. 31. c. 12.

Idem autem VICTORINO PICTAVIENSI
ut NICTARIO aſſerit *Rivinus* apud *Olear.* Abac.
atrolog. p. 464. & 465. & apud Fabric. in Ap-
end. ad Biblioth. Latin. pag. 37. VICTORINO
FRO tamen reſtituit *Du Pin* Nouvelle Bibliothe-
ue des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. II. ſub
ujus nomine illud citatur pag. 101. & in *Actis*
*rudit. Lipſienſ.* 1693. quem utrumque locum ſu-
ra in *Hilario* ſub lit. B. C. excerpſimus.

II. *Victorini de JEſu Chriſto DEo & homine*
*armen*, quod PICTAVIENSI vulgo inſcribi-
ur AFRO tribuere mavult Fabricius Biblioth.
atin. Append. p. 43.

VICTORIUS v. à *Campis*.

(2814) VICTORIUS Ruſticus *edidit*
*d Nicolaum Ludoviſium, Venuſii Principem, Iſabellæ*
*eſualdæ ſponſæ Epiſtolam, qua reſpondetur alteri quam*
*ub nomine* Principis Ludoviſii *ad dictam Iſabellam*
*diderat* Virginius Cæſarinus, *Romæ apud Alexan-*
*rum Zannettum* 1622. in 4. *Quia tamen ſub* Victo-
ii Ruſtici *nomine circumferebatur, quod ejusdem cum*
Nicolao Villanio *ſignificatus videbatur eſſe, omnes*
*rgumentabantur Epiſtolam eſſe* Villani, *& à* Cæſa-
ino *conſultus* Scioppius *de Autore, reſpondit, reco-*
*noſco ſtylum* Villanicum, *nec falſus fuit:* verba
unt *Leonis Allatii* in Apibus urbanis p. 204.

(2815) VIDAL ou VITALIS, FRU-
OS où FRUCTUOSUS: *Jean* FERRER.
*aillet* liſte des Aut. deguiſ. p. 612.

(2816) VETERIS VIGELLI nomine
uomodo editum ſit Guelverbyti 1662. *Speculum*
*ultorum* NIGELLI WIREKERI, explicat, &
imul ſub *Vigelli* nomine citari à *Thoma* Hyde in
atal. Bibliothecæ Bodlejanæ nulla addita Wire-
eri mentione miratur *Thomaſius* Diſſert. de
Nigello Wirekero §. 12. 29. ſeqq.

(2817) *Chriſtiani* VIGILIS Diſſertatio
*ontra Polygamium* edita Germanopoli Anno
1674. Auctorem habet Superintendentem Lu-
theranum: ut innuit la *Bibliotheque Univerſelle* & Hi-
ſtorique de l'année 1686. p. 488. Is eſt Plurimum
Reverendus Dominus *Fridericus* GESENIUS, ut
teſtatur *Pufendorffius* in Epiſtola ad D. *Scherzerum*
pag. 2. quod & ex *Kulpiſii* Collegio Grotiano,
Exercitat. V. §. 6. lit. p. in not. confirmat *Sym-*
*bola Dorniana*, & ſuo etiam calculo roborat *Sym-*
*bola Diecmanniana.* Et denique ipſius confeſſio &
libelli donatio mihi certiſſimum fecit.

(2818) VIGIL FABIUS: *Fabianus* VE-
TULÆ. *Baillet* liſte des Aut. deguiſ. p. 612.

(2819) VIGILIO Martyri & Triden-
dentino Epiſcopo ſuppoſitos eſſe *libros contra Eu-*
*tychen*, jam ante notaverat Cocus pag. 401. ex
Bellarmino, ad A. C. 495. aliisque, verum aucto-
rem GELASIUM Romanum eſſe vult *Hubertinus*
apud *Rivet.* Crit. ſacr. l. 4. c. 26. pag. 474. VIGI-
LIUM vero alium Africanum mavult hic ſubſti-
tuere *Theoph. Raynaudus* de mal. & bon. libris pag.
157. 158. cui adde *Rivetum* l. 4. c. 28. p. m. 490.
De hocce *Vigilio* ſic ſcribit *Jo. Dalæus* demonſtr.
fidei ex ſcriptur. part. I. c. 2. pag. 40. *Extat vetus*
*Dialogus*, Vigilii *quidem nomine publicatus, ſed qui*
*revera* Gelaſii *eſt, & quidem, non, quod multi puta-*
*runt*, Romani, *ſed quod nos diſertè docet* Aurelia-
nenſis Theodolphus lib. de ſpiritu S. Africani:
*velut eruditorum ex notitia Epiſcoporum Afrorum* Sir-
mondiana *conjectura eſt*, Tharſenſis Epiſcopi, &c.
Addit *Nota Diecmanniana* verbis Tharſenſis Epi-
ſcopi apud Dallæ l. c. vitioſe legitur: *Tharſenſis*,
ſed legendum eſt *Tapſenſis*, ex mente *Sirmondi.*

VIGILIO TRIDENTINO eos adimentes
*Du Pin* Nouvelle Bibliotheque, Tom. IV. pag.
256. & *Cave* Hiſtoriæ liter. Script Eccleſiaſt. pag.
262. Auctorem VIGILIUM TAPSENSEM no-
minant: itemque *Olearius* Abac. Patrol. pag. 465.
& *Sandius* in Notis ad Voſſium de Hiſtor. Latin.
p. 7. GELASIO etiam & PAPÆ & CYZIZENO
abjudicat prolixe *Gerhardus* Patrolog. p. 454. ſqq.
pro *Gelaſio* tamen militat *Hottinger* Script. ſuppo-
ſit. 90. Contra *Ravius* notis MStis ad Geſne-
rum *Vigilio Tapſenſi* adſcribit libros hos, notante
*Symbola Normanniana.* Huc ſine dubio etiam per-
tinent, quæ habet *Symbola Maſtrichtiana* ſub (a)
adjacens.

(a) Symbola Maſtrichtiana.
*Extat enim vetus dialogus* Vigilii *quidem nomine*
*publicatus, ſed qui revera* Gelaſii *eſt & quidem non,*
*quod nos diſerte docet* Aurelianenſis Theodulphus,
*lib. de Spiritu Sancto,* Africani *ac ut eruditorum ex*
*notitia Epiſcoporum Abrorum Sirmondina conjectura eſt*
Tharſenſis *Epiſcopi &c. Joh.* Dalæus *in demonſtratio-*
*ne fidei ex ſcripturis part. 1. cap. 7. pag. 40. & cap. 8. p. 52.*
*hanc Gregorii atque Theodoreti mentem & Sententiam*
*accurate ſequitur is Athanaſius, quem Vigilius, vel potius*
*Gelaſius, quod diximus Africanus adverſus Arrianos*
*diſputantem induxit.*

(2820) VIGILIUS TAPSENSIS Epi-
ſcopus, tot Scriptis falſo Antiquiſſimorum Pa-
trum nomine in publicum emiſſis famoſus, &
nemini

nemini Eruditorum facile ignotus in cenſum noſtrum hic etiam venit ob *Symbolum* Athanaſianum cujus Auctorem illum aſſerit Clariſſimus *Tenzelius* de Symbolo Athanaſiano, vide *Acta Erudit. Lipſienſ.* 1687. pag. 543. ab *Antelmo* VINCENTIO LIRINENSI reſtitutum vide le *Journal des Savans* Fev. 1693. pag. 74. adde ea quæ ſupra in *Athanaſio* Diximus.

II. Inter *Vigilii Tapſenſis* opera à *Chifletio* editum *de fide Orthodoxa librum à Benedictinis* GREGORIO ELIBERITANO vindicatum monuimus ſupra in *Ambroſio*, quæ hic repetere merito ſuperſedemus.

---

(2821. *α*) VIGILIO PAPÆ, ſuppoſita *Profeſſio fidei*, qua Acephalorum Errores ſtabiliuntur, judicante cum *Baronio Binio*; & genuinus fœtus hic ipſi reſtituitur a *Du Pinio* Tom. V. *de la Nouvelle Bibliotheque* p. 70. vide Act. Erud. Suppl. Tom. II. p. 427.

---

(2821. *β*) VILBONII nomine *Grammaticam Latinam* edidiſſe *Philibertus* MONETUS, Jeſuita Allobrox, refertur ab *Alegambe* p. 404.

Adde *Sotvellum* Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu p. 706. col. b. *Witten.* Diar. Biograph. ann. 1643.

---

(2822) *Nicolaus* VILLAGAGNO, ſeu VILLAGAGNONUS, eſt *Nicolaus* DURANDUS, docente *Thoma Hyde* in Catalogo Bibliothecæ Bodlejanæ poſt N. p. 233. col. b. ubi ſub priori nomine ab eo citantur

(1.) *De Expeditione* ad Argieram lib. I. p. 595. Baſ. 1556. Et pag. 1419. Baſ. 1574.

(2.) Themata quæ Villagagno in ſuis contra Calvinum libris propugnanda ſuſcepit. Par. 1561.

(3.) *De Eccleſiæ Sacrificio* Par. 1562.

(4.) De Phil. *Melanchthonis judicio* de Sacra *Cœna.* Pariſiis 1561.

(5.) *Contra Richeri & Calvini Doctrinam*, libri 2. Pariſiis 1562.

(6.) *De Conſecratione*, Myſtico Sacrificio, & Duplici Chriſti Oblatione, contra Vannium Lutheranum; de Judaici Paſchatis implemento, contra Calvinianos; & de Poculo Sanguinis Chriſti & Introitu in Sancta Sanctorum, contra Bezam. Par. 1569. 8.

Idem ex *Catal. Biblioth. Oxon.* lib. II. p. 233. confirmat Symbol. Potzerniana.

---

(2823) *Giovanni* VILLANO. Quod ſub hujus nomine extat *Chronicon Neapolitanum* ab aliquibus adſcribitur *Bartolomeo* CARACCIOLO, ut eſt apud *Toppium* Biblioth. Neapolit. p. 123.

---

(2824) *Giovanni Pietro Giacomo* VILLANI nomine prodiit *La Viſiera Alzata, Hecatoſte di Scrittori che vaghi d'andare in Maſchera fuor del tempo di Carnavale ſono ſcoperti da* Gio. Pretro Giac: VILLANI *Seneſe Academico Humoriſta, Infecondo & Geniale* &c. Paſſatempo Caniculare inviato all' Illuſtriſſimo e Sapientiſſimo Signor Antonio *Magliabechi*, Muſæo Spirante, e Bibliothecario del Sereniſſimo Coſmo III. G. D. di Toſcana: item Penteco-ſte d' altri Scrittori, che andando in Machera fuor del tempo di Carnevale ſono ſcoperti da Gio: Pietro Giacomo *Villani* &c. in 12. In Parma 1689. in 12. pagg. 134. judicio autem illuſtris Domini *Magliabechi*, quod affert la *Bibliotheque Univerſelle* Tom. 15. p. 96. hoc opuſculum *P. Angelium* APROSIUM habet Auctorem Conſentit *Giornali di* Parma 1690. II. p. 31.

---

(2825) *Arnoldi* VILLANOVANI ſive de VILLA nomine qui vulgo venit *de viribus ſimplicium* liber *Jacobo* de DONIS aſſeritur a *Friſio* Bibl. *Geſner.* p. 373. col. b. Eum de DONDIS appellat *Merklin* Linden. Renov. pag. 480. col. b. ſub ejus nomine librum hunc titulo *Promptuarii Medicinæ* citans. De hoc quidem libro ſpeciatim non agit *Colomeſius* Gall. Orient. p. 2. generatim tamen multa ſcripta *Arnoldi* nomine circumferri, quæ ejus non ſint, innuit ad *Geſneri* Bibliothecam Univerſalem Lectorem ablegans.

(II.) Villanovani *Compendium de Lapide Philoſophorum* idem eſſe cum manuductione TOLLII docent Monatliche Unterredungen 1691. p. 378. v. Olaum *Borrichium* in conſpectu Chemicorum §. XXII.

---

(2826) *Michaelis* VILLANOVANI ſub nomine *Michael* SERVETUS ſparſit blaſphemias ſuas. *Beza* in Vita Calvini: docente *Symbola Diecmanniana* & allegante vitam Calvini Epiſtolis præfixam ad A. 1552. Addit *Symbola Maſtrichtiana*, *Cloppenburg.* Præf. de Origine Socinianiſmi præmiſſam Compendiolo Socinianiſmi confutati.

---

(2827) Laurentii VILLAVINCENTII, Monachi Auguſtiniani nomine *Methodum Theologiæ Andreæ* HYPERII, Theologi reformati apud Hiſpanos publicatam & approbatam eſſe, multi ſciunt. Id conſignaſſe litteris *Simonem Oomium* præfatione ſecunda Tractatus Belgici, de Cogitationibus dirigendis, mihi necdum viſi, confirmat Dominus *Gerhard von Maſtricht* in ſuis ad me miſſis hujus argumenti collectaneis ſæpe laudatis.

Confirmant hæc *Prideaux* Orat. IX. §. 3. & Crenius in Animadverſionibus ſuis Philologicis & Hiſtoricis cap. I. p. 3. ut referunt *Acta Erud. Lipſienſ.* 1695 p. 420. itemque *Whitack.* Script. p. 465. ut habet *Margo Normannianus.* Cæterum an hic *Villavincentius Franciſcanus* fuerit an Auguſtinianus, diſquirit *Villani* nella Viſiera Alzata Pentecoſtes num. XXIIX. aliud ejus ſcriptum ibi ſubjiciens. Addit *Dn. Diecmannus* hæc: Plagiariis hic *Laurentius à Villavincentio*, Xerezanus, ut nuper fecit Jo. *Alb. Faber* in Decade Decadum de „ Plagiar. Pſeudon. n. 36. *potius quam Pſeudonymis* annumerandus eſt. Nam ſi expuncta, quæ „ Romanæ Eccleſiæ ingrata, & inſerta, quæ ei „ accepta eſſe poterant, demas, duo Andreæ „ *Hyperii* ſcripta, quorum *alterum de Theologo*, ſeu de „ ratione Studii Theologici 4. libris abſolutum, „ Argent. A. 1562. 8. excuſum, *alterum de formandis* „ *concionibus*, ſeu de interpretatione ſcripturarum, „ populari libris duobus conſtans Baſileæ A. 1563. „ 8. excuſum, titulum gerit, *tam immani furto Vil-* „

*lavin-*

„centius iſte expilavit, ut plagiarios, quotquot un-„quam fuere, vincere, aut ſaltem palmam illis „dubiam facere voluiſſe videatur. Quod ego „fidem et *ex αὐτοψίᾳ* edoctus, qui iſta Hyperii & „Villavincentii opera poſſideo, affirmo. Vil-„lavincentii liber nunc frontem præfert: *De* „*recte formando Studio Theologico libri quatuor, ac de* „*formandis ſacris concionibus libri tres*, omnes colle-„cti & reſtituti per Fratrem Laur. à Villavincen-„tio, Xerezanum Doctorem Theologum Au-„guſtinianum (ita enim legi debet, non ut ty-„pi errant, Auguſtanum) Eremitam, nunc de-„nuo diligentiſſime correcti & emendati.Colon. „*A*. 1575.8. Furtum iſtud dudum Villavincen-„tio ex Reformatis objecerunt *Rainoldus* l. 1. de „Rom. Eccl. Idololatria c. 4. p.119.120.*Prideaux* „Oper. Theol. p.396.fin. *Rivetus* oper. Tom.II. „p. 948. b. & 1065. fin. *Hottingerus* Theſaur. „Philol.l. 1.C.2.q.4. p.133. *Notkerus* de integr. „Script. p. 86. Valerius *Andreæ* Biblioth. Belg „p.49. iſtud *μολγάκιζει*, dum, quicquid boni di-„cti libri Hyperii habent, id in ſuos ſimiles ar-„gumenti libros Laurentium a Villavincentio, „quem Doctorem Theol. Lovanienſem vocat, „tranſtuliſſe ſcribit.

(2828) UTOPICUS v. *Anonymus*.

(2829) VILLE *Louis de la*: N- - de VALOIS. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 612.

(2830) Franciſci VILLERII nomine pro-diiſſe *de Religione populi Romani ex inſtitutis Numæ* li-ber impreſſus Genevæ 1553. in 8. & Argentinæ in fol. cum *Cardinalis Poli* libro *de Eccleſia*, cujus verus ſit autor *Franciſcus* HOTTOMANNUS, le-gitur apud *Geſner*. Biblioth. pag 202. edit. Simler. Eadem repetit *Friſius* Biblioth. Geſner. pag. 239. col. a. itemque eo allegato *Teiſſier* Tom. II. des Eloges des Hommes Scavans pag. 141. At *mar-go Diecmannianus* initio addit: Non videtur hoc nomen fictum eſſe, quia filius Franc. *Hotomanni*, Johannes, dictus eſt *Sieur de Villiers*, v. *Baillet* d'Anti Tom. II. pag. 120. & in fine: *Voët*. Biblioth. Stud. Theol. pag. 614. citat Franciſci *Vilerii* (h.e. Hotomanni) de Statu primitivæ Eccleſiæ, ejus ſacerdotis librum. Ex Append. Biblioth. Geſ-neri, Tiguri 1555. fol. edita fol. 36. col. 3. pleni-or libri, à Franc. Villerio Genevæ 1553. vulgati titulus extat, qui non illa tantum *Voetii* verba continet, ſed & in quo *Placciana*, de relig. populi Rom. &c. ultimum locum occupant. *Stuck*. in Periplum Ponti Euxini. pag. 59. m. hic allegat *margo Normannianus*.

VILLIOMARUS v. *Ivo*.

(2831) VINDICIANO à quibusdam, ſed male, MARCELLI *Carmen de Medicina* adſcribi, teſtatur doctiſſimus *Henr. Meibomius*, th. 7. diſpu-tationis de Incubatione in fanis Deorum ſub Am-pliſſ. Dn. Conringio habitæ. Adde *Voſſ.* de Poet. Lat. p. 56.

(2832) VINCENTIA où VICENTIA, *Petrus* à: Antonin REGINALDI aut REGNAUD. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 612.

VINCENTIUS v. *Athanaſius*.

VINCENTIUS v. *Liberius*.

(2833) VINCENTII Bellovacenſis *ſpecu-lum Morale*, alteri, neſcio cui, *cognomini aucto-ri* adſcribere mavult *Bellarm*. ad A. C. 1265. in ſcri-ptis *Thomæ Aquinatis* p. m. 255.

Idem ex *Bellarmino* quoque obſervat *Miræus* Auctor de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag 170. Itemque illo licet non nominato *Deckherri* de Scriptis Adeſpotis opuſculo ſubjuncta Epiſtola Pauli *Vindingii* pag. 354. addens Morale hoc ſpe-culum ex THOMÆ AQUINATIS Secunda ferme conſarcinatum. Vide illuſtrem locum *Rau-naudi* de libris bonis & malis Erotem. 9. part. 1. p. 168. 169. ob prolixitatem omiſſum.

(2834) VINCENTII LENIS nomine DOCTOREM quendam LOVANIENSEM *con-tra* Stephanum des CHAMPS Jeſuitam (is eſt Antonius RICHARDUS) Janſenium defendiſſe ex *Receuil de Diverſes pieces*, publiées pour la tra-duction du N. T. P.I. pag. 47. indicat *Symbola Diec-manniana*. Liberium autem FROMONDUM no-minat Excellentiſſimus Dominus D. *Mayerus* diſ-ſertatione ſua Epiſtolica lit. c. non procul à fine. adde *Bailleti* Catalogum des Auteurs degviſez pag. 569.

(2835) VINCENTIUS LIRINENSIS cum VINCENTIO GALLIARUM PRÆFE-CTO tempore S. Martini à *Baronio Confuſum* no-tat *Deckherro* de Scriptis Adeſpotis ſubjuncta *Vin-dingii* Epiſtola pag. 355. *At Miræus* in Biblioth. Ec-cleſ. pag 66. Vincentii Lirinenſis nomine vulgo inſignitas Objectiones contra dogmata S. Augu-ſtini VINCENTIO cuidam ALTERI Ipſi fere COÆVO adſcribit. Quas tamen *Lirinenſi* reſtitu-ere laborant *Caveus* Hiſtor. liter. Scriptor. Eccleſ. pag. 239. col. b. & *Du Pin* Nouvel. Bibliothe des Auteurs Eccleſiaſtiques Tom. IV. pag. 172. Vide ſupra *Peregrinus*.

VINCENTIUS v. *Martialis*.

(2836) *Nicolai* VINCENTII, Chirurgi Pi-ctavienſis nomine ſcripſiſſe *Joſephum* SCALIGE-RUM contra celebrem quendam Medicum, di-ctum Martinum, docet *Colomeſius* dans ſa Biblio-theque choiſie pag. 102. 103. & ex eo *Teiſſier* Tom. I. des Eloges des hommes Scavans p. 150. adde *Bailleti* liſte des Auteurs degviſez p. 612.

(2837) VINCENTIUS SEVERINUS eſt *Franciſcus* ANNATUS, ut ex *Bibliot. Anti-Janſen.* pag. 9. 35. 13. & 63. indicium facit Excellentiſſi-mus D. *Mayerus* in Diſſertat. Epiſtolica ſub fol. C. fere in fine. *Sotvellus* autem, quanquam multa ab *Annato* contra Janſeniſtas ſcripta referat, de per-

ſo nato Vincentio tamen altum ſilet: vide pag. 212. v. Severinus.

VINERIO v. *Sophadro.*

VIOLENTA v. *Paſſum.*

VION v. de *Herouval.*

VIRDUNENSIS v. *Theodoricus.*

(2838) VIRGILII habitum à plerisque *Moretum* A. SEPTIMIO SEVERO tribuit *Caſp. Barthius* adverſar. lib. 35. cap. 8. hiſce verbis: *Multis apud Latinos Poëtis, quorum alioqui natales in obſcuro ſunt, de conjectura adſcripſerunt familias eruditiſſimi Viri. Paucis æque bona ratione, ut ego mihi perſuaſum habeo, atque ſcriptori Carminis ſanè ea fortuna digni, quod* Moretum *inſcribitur, & in appendices* Marianos *jam olim relatum eſt. Ejus enim auctor, nullum argumentum vetat, quin ſit* A Septimius Severus. *Stylus fragmenti ipſius, utcunque pauca ſuperſint, mire convenit, nec ætatis ratio abeſt. Nam qui judicandis Poetis aures non habet infrequentes, Auguſti ætatem ſtatim Poemati iſti abnunciabit, ubi tres verſus modo legi audierit. Ineſt præterea aliquid magis curam olens, quam fœlicitas puriſſimi ſeculi ferre poſſit, in quo ſemper ingenium & naturæ vigor eminuit. Cætera plus lævigationis quam nitoris habent, quæ quidem diſcernere non eſt cujusvis. Per nos quidem non ſtabit, quo minus* Aulus Septimius Severus *hujus auctor poëmatis, &c.* Eidem tributum à *Scaligero* doctiſſimum aliud Poëma, cui *Ciris* eſt Titulus, CATULLO adſeri per *Raphaëlem Eglinum* Tigurinum, Epiſtolâ ad Melchiorem Goldaſtum ſcripta, cognovi ex *Dn. Gerhardo v. Maſtricht*, à cujus liberalitate cum alia multa mihi indulta ſœpius ſum profeſſus, tum ipſam hanc Epiſtolam adhuc exſpecto. Sed de *Virgilio*, eique adſcriptis, alii commentatores ejus plura, quos nunc conſulere feſtinantes operæ prohibent.

*Moretum Virgilio* ſed ex SVEVII Idyllio ejusdem argumenti deſumtum aſſerit *Colomeſius* Diſſertat. de Scriptor. aliquot dubiis num. IV. Contra de Moreto eodem Caſpari *Barthio* aſſentiens *Fabricius* in Bibliotheca ſua Latina pag. 26. & Append. pag. 16. Cirim & CATULLO & CORNELIO GALLO male tribui aſſerit, Virgilioque eum non indignum adeoque rectè ad eum referri autumat. loc. cit. pag. 26 Editus in Moretum eſt *Taubmanni* Commentariolus poſthumus, in cujus principio Moretum hoc Septimio Severo aſſeritur.

III. *Carmen* autem *Panægyricum ad* Calpurnium *Piſonem* & MARONI noſtro & OVIDIO pariter perperam adſcribi, ſed LUCANO tribuendum notat idem *Fabricius* Bibliot. Latin. p. 79.

IV. P. Virgilio Maroni adſcriptum Poema, ÆTNAM, eſſe CORNELLII SEVERI, Poetæ itidem Auguſti temporibus clari, ex *Senecæ* LXXIX. colligit *Borrichius* cogitat. de Linguæ latinæ ætatibus X. pag. 11. quod & *Lipſio* ad illum Senecæ locum placet, & Antonio *Auguſtino* Dialogo II. p 15. Lat. pag. 20. verſionis Italicæ Octaviani Stradæ, memorante *Symbola Normanniana*. Conſentit *Voſſius* de Poetis Latinis pag. 33. Et ſub *Cornelii Severi nomine* carmen hoc citatum video à *Friſio* Bibliot. Geſner. pag. 176. col. a.

V. Carmina de *Viro bono* & de *ætatibus animalium* AUSONIO reſtituit *Taubmannus* in Commentariolo modo citato.

(2839) VIR PROBUS quomodo deſignari tantum voluerit auctor *Orationis & Panegyrici in Obitum Regis Auguſti ad Gallos & Sarmatas*, quæ annexa eſt Annalibus *Cromeri*: *refert Freherus* Theatro Viror: Illuſtrium pag. 96. ex *Starovolſckii* elogiis, quod ſit *Demetrii* SOLICOVII.

(2839 a) *Nicolai* VITALIS nomine edidit HIERONYMUS VITALIS, Capuanus, Ordin. Cleric. Regul. Venet. apud Bertanos 1651. *Diſcuſſiones Canonicas tres de Speciali Voto*, quod emitteret Regularis exequendi Conſilia ſuorum Prælatorum, etiam ſi ab Eorum Juris Dictione eximeretur: docente *Toppio* Bibliothe. Neapol. pag. 162. col. a. itemque ex *Silos.* T. III. Hiſtor. Regul Cleric. pag. 576. Clariſſimus D. *Olearius* in Epiſtola ad me data Halis Saxonum d. 26. Junii Anno 1676.

VITUS Joachimus v. *Wigandus.*

(2840) *Joannes* VITHLINGIUS. Eo nomine notatur *Joh.* BRENTIUS in *Indice Prohibitorum Romano An.* 1667. p. 71. col. b. Quid ſub eo nomine prodierit mihi equidem non conſtat Nec in *Memoria Brentiana* nec *Brentio Orthodoxo* utrisque ſcriptis, loco Academicæ Diſputationis, à M. Joh. Balthaſ. *Beyſchlagio*, altero reſpondendo altero præſidendo, defenſis Witebergæ 1694. id indicatur.

(2841) Thomæ TITI nomine *Laqueos Lutheranos* Dilingæ 1622. Latinè & Germanicè publicavit *Laurentius* FORERUS, Jeſuita Germanus prodente *Alegambe* p. 269.

Quæ repetit *Sotvellus* Biblioth. Scriptor Societ. Jeſu pag. 541. col. b adde *Witten.* Diar. Biograph. ad d. 7. Januarii Anno 1659. qui & alios complures tractatus quaſi ficto nomine à *Forer* editos ibidem recenſer. vide & *Baillet* Cat. des Auteurs deguiſez pag. 612. & *Hydei* Cat. Bibl. Bod. pag. 258. col. a. De alio cognomine v. *Baile* Tom I. pag. 374. B.

VITO v. *Canaldo.*

VITRUVIUS v. *Pontius.*

(2842) *A.* VLACCI *Epiſtola* præfixa libr cui titulus: *Clamor Regii Sanguinis* eſt Cl. SALMASII, ut ex Milton. Defenſ. Secund. 3. 37. 295. indicat *Symbola Normanniana.* Continet autem illa epiſtola Dedicatoria ad Carolum II. Britanniæ Regem in edit. Hagenſi 1652. 4. pagg. decem. De ipſo libro ſupra egimus *Anon.* cap. III. n. 922.

(2843) ULEFELD, *Cornificius* ab: *Jacobi* HENRICUS PAULI. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 612.

(2844.

(2844) *Georgii* ULICOVII Lithuani nomine ſcripſit *Georgius Guilielmus* LEIBNITIUS hortatu Boineburgii in Polonia tunc Legationem pro Neoburgico obeuntis. Ubi *Autor*, poſitis certis definitionibus, pene ad demonſtrationis formam oſtendere conatus eſt, quod tunc esſet conſultum ei Reip. Bœclerus, qui editum libellum a Boineburgio acceperat, eo valde delectabatur, & in libello quodam poſthumo ejus meminit, tanquam ſine exemplo exquiſiti.

ULRICUS v. *Encauſtius*.

(2845) Eines Ungariſchen Evangeliſchen Predigers Unbibliſches Pabſtthum / und wolgegründetes Lutherthum / wieder Matthiam Fabrum, den Jeſuiten. edit. Francofurti Anno 1679. in 8vo. *Auctorem* habet p. m. *Antonium* REISERUM S.S. *Theol. Licentiatum*: ut fidem facit Symbola *Flensburgo-Molleriana*.

(2846) Chriſtophorus ab Ungersdorff / cujus nomine extat die Erinnerung von der Calviniſten Art und Feindſeligkeit gegen den Römiſchen Reich / &c. quomodo a plurimis creditus ſit Generoſus Dominus *Wilhelmus* ab EFFEREN, Conſiliarius Moguntinus; vide apud *Deckher*. de Scriptis Adespotis p. 151. ipſo tamen invito, ut patet ex ejus edita Apologia, adducta ſupra in *Friedberg*. Nihilominus *Bailletus* in Catalogo des Auteurs p. 612. 613. ſub *Ungersdorffii* perſona latere Dominum ab *Efferen* confidenter ſtatuit.

(2847) VOGE où VAUGE, *Solon de*: *Jean* LE BON. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 613.

VOGELINUS v. *Curæus*.

VOGELIUS vide ſupra *Ewaldus*.

VOLATERRANUS v. *Phædrus*.

(2848) VOLUPIUS Decorus Muſageles, *Architectonicam Muſices Univerſalis*, qui ſcripſit; eſt *Wolffgang* SCHONSLEDERUS, Jeſuita Monacenſis, *Alegambe* p. 445.

Repetens hæc *Sotvellus* Bibliothec. Scriptor. Societat. Jeſu p. 787. a. cum eodem *Alegambe* addit ſub alieno nomine ab eodem Schonsledero editum quoque de modo Muſice componendi librum. vide & *Witten*. Diar. Biograph. an. 1651. ad d. 17. Xbris qui utrumque librum ſub alieno nomine prodiiſſe ſcribit, Volupii nullam, ne verbo quidem injiciens mentionem.

(2849) VOLVIC, *Amable* de: *Am. de* BOURZEIS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pag. 613.

VOMENTIS FILIUS v. *Congregans*.

(2850) M. VORTFICHER, cujus extat octo paginarum, vel unius chartæ in 4. ſcriptum Gallicum, hoc titulo: *Le courier de Travere, ou le Tricomete, obſervè à Oxfort en Angleterre depuis le 22. Novembre jusqu' au 28. Janvier mil ſix cens ſoixante un: traduit de l' Anglois, à Paris 1665.* de quo Journal des Sçavans 1665. du 30. Mars. pag. m. 148. *Bien que ce diſcours ſoit fort court, il eſt ſi remply d' erudition, que quelques habiles qui ſoient ceux qui le liront, on eſt aſſeurè qu'ils y rencontreront des ſuiets de meditation capables de les exercer pendant pluſieurs jours. Car il y eſt parlé d' un Tricomete obſervé avec un inſtrument parallactique de nouuelle invention, & dreſſé ſuiuant la doctrine des anciens Chaldeens & des Arabes. A quoy on mesle tant de Cabale, d' Algebre, & d' autres choſes ſemblabes, que les pedans auront contentement, mais les honneſtes gens ne liront cette piece que comme une galanterie ingenieuſe, faite pour ſe moquer des faux Sçavans, & de ceux qui s' amuſent aux obſervations celeſtes, & aux vaines curioſitez de l' Aſtrologie. On ne croit pas que cette piece ait eſté traduite de l' Anglois, & il y a apparence qu' elle a eſté Françoiſe dans ſon origine.* Id quod etiam confirmavit mihi *D. Martinus Fogelius*, cui auctor ejus Nobilis Normannus, *Nicolaus* LASSON ſemetipſum detexit Lutetiis Pariſiorum agenti.

WORTFISHER ſcribit *Bailletus* in Catalogo des Auteurs degviſez pag. 613. Nicolaum *Laſſonium* ſub hac larva latentem mecum agnoſcens.

(2851.) *Johannes* DE VOSS Poemata cum egregia conderet, profeſſione autem ſua tantum Vitriarius eſſet, in ſuſpicionem apud plerosque incurrit ac ſi BARLÆUS (Caſpar) ea ſub illius nomine ſcripſerit, ut notat *Morhofius* in dem Unterricht von der teutſchen Sprache und Poeſie Part. II. cap. V. p. 265. 266. & ex eo *Acta Eruditor.* 1682. p. 274.

URANOPHILUS v. *Cyriander*.

URBANUS v. *Aſterius*.

- - - - - v. *Horitius*.

(2852) URBANUS VIII. Papa, cujus extant *de Apoſtatis & Ejectis*, Venet. 1625. itemque *Conſtitutio de Reſidentia Epiſcoporum* Romæ 1634. & 1635. gentilitio nomine dictus *Maph.* BARBERINUS. vide Thom. *Hyde* Catalog. Bibl. Bodlej. poſt. N. p. 242. col a.

(2852 a) URBANUS, Papa. Ei pariter Epiſtola affiĉta à *peccatore* MERCATORE, ſeu Pſeudo-Iſidoro. Deducente Dr. *Maſtrichto* H. J. E. p. 232.

(2853) URBICII *Tactica* in Lexico Græco TUSANI olim edita poſtmodum auctiora ab eruditiſſimo *Rigaltio* emiſſa, ex *Ambroſiano Bibliotheca Pinelliana Codice* meliora reddenda, quod ſint HADRIANI Imperatoris, ex *Salmaſio* docet prolixe *Naudæus* Bibliograph. Militar. pag. 84. 85. 86.

(2854) *Theophili* URBINI Türckiſches Stádt-Büchlein darin hündert und etliche der fürnehmſten Städte Feſtungen/und Schlöſſer Ottomaniſcher Herrſchafft beſchrieben werden. Bey Johan Hoffmann: ſuum agnoſcit fœtum ſub *Erasmi Franciſci* nomine celebris Dominus *Chriſtianus* MYNSICHT in dem Verzeichniß ſeiner gedruckten Schrifften num. XI. p. 9.

(2855) URBINO: *Jean Baptiſte* LIVIZANI. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez pagina 613.

(2856) URCIANUS, à quo habemus Diſputationem de Prædeſtinationis Cauſa, cujus Analyſin edidit Joa. *Hackerus* Frib. Briſg. 1614. alio nomine eſt *Joannes* NEIDINGERUS, monente Thoma *Hyde* Bibliothec. Bodlej. pag. 317. col. b. & poſt N. p. 8. col. b.

(2857) *Monſieur de* VRIGNY. Sub hoc nomine extat *Epiſtola contra Antitrinitarios, Tolerantes & Moraliſtas, cum Animadverſionibus ad librum, cujus* Titulus: Religio Naturalis &c. edita 1693. in 8v. recenſita in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1694. p. 412. ſeqq. Verum non illum Dominum de *Vrigny*, ſed alium quendam, cujus ut lateat interſit, Auctorem epiſtolæ ejus eſſe aſſerit *Chauvin*, dans ſes Eclarciſſemens ſur un livre de la Religion Naturelle, vid. pag. 424. nec amplius detegitur Verus ſcripti Auctor.

(2858) *Fulvius* URSINUS *Notis* ſuis in Hiſtoricos Latinos admiſcuit *Scholia* Petri CIACCONII aut CHACONII *in Commentarios Julii Cæſaris & Criſpum Salluſtium* tacito hujus nomine; cui tamen illa reſtituit ſeparatis Urſini Animadverſionibus, Joannes *Brantius*; de qua re vide Nicolaum *Antonium* Biblioth. Hiſpan. P. II. p. 144. col. b. *Thomaſium* de Plagio Literario §. 583. & ex hoc *Teiſſier* Eloges des hommes ſçavans T. II. pag. 304.

(2859) Joachimi URSINI Anti-Jeſuitæ nomine, prodiere ſcripta mihi viſa ſequentia.

I. *Concilii Tridentini Hiſtorica relatio, & nullitas ſolide & ex fundamentis demonſtrata.* Ambergæ 1615. in 8.

II. *Apologia pro Chriſtianis Gallis Religionis Reformatæ.* Genev. 1598. in 8.

III. *Stupenda Templi Jeſuitici (1.) De Idololatrica Invocatione & Salutatione Angelica, una cum horrendis blaſphemæ adorationis, ſuperſtitioſæ conſecrationis creaturarum exemplis. (2.) De Patrociniis ſanctorum, quos Monachi quibus rebus Deos atq; Deas tutelares aſſignarint. (3.) De Sanctorum Reliquiis* in 8. Francof. & Ambergæ 1610. in 8.

IV. *Floſculi Blaſphemiarum Jeſuiticarum, & ex tribus concionibus ſuper beatificatione Ignatii Loyolæ habitis decerpti, una cum Sorbonæ Pariſienſis cenſura* 1612. in 4. ſine loco & Typographo.

V. *Hiſpanicæ Inquiſitionis & Carnificinæ Secretiora, ubi præter illius originem, Proceſſus Tyrannicus in fidelium Religionis reformatæ Profeſſorum, Comprehenſione, Bonorum ſequeſtratione, Audientiis variigeneris, Teſtium publicatione & confutatione; Artibus inquirendi aliis etiam ſecretioribus: Captivorum victu, & reliquis vitæ ſubſidiis: Carcerum viſitatione: Sententiarum denique publicatione & interpretatione deſcribitur: Exemplis illuſtrioribus tum Martyrum, tum Articulorum, & Regularum Inquiſitoriarum, in fine adjectis*, per Joachimum Urſinum, Anti-Jeſuitam, *De Jeſuitis, qui Inquiſitionem Hiſpanicam in Germaniam & Bohemiam vicinam introducere moliuntur, præfantem* Ambergæ 1611. in 8. Ex his primo proavus meus p. m. Conſul Hamburgenſis *Vincentius Mollerus* ſua manu nomen *Innocentii* GENTILETI præſcripſit: quo nomine aliis etiam citatum hunc librum legiſſe memini, neque Stylus aut genius ſcriptoris repugnat. Adde quod hanc manum in aliis multis vera mihi ſignificaſſe expertus ſum, ut adeo cauſſæ nil habeam cur in hoc ſolo eidem fidem denegem.

Conferre hic jubet *Jameſium Margo Normannianus*. At vero Clariſſimus *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis aliam illuſtris *Goldaſti* ex lib. III. de Regn. Bohem. Cap. 13. p. 363. conjecturam de *Chriſtiano* BECMANNO proponit, ab eoque *Speculum Jeſuitarum* ſub præſcriptione Joachimi *Urſini* editum ſuſpicatur, quod ex *Goldaſti* tractatu von Confiſcation der Hexen-Güter num. 6. p 12. & 13. confirmant *Symbolæ Sperlingiana & Flensburgo-Molleriana*: Johannem *Salmuthum Becmanno* ex eadem *Goldaſti* ſuſpicione jungentes. Quorum utri verius adſcribi poſſit, aut an ad *Gentiletum* recurrendum nobis ſit, non determinarem, *niſi nunc in fine* præfationis demum perlectæ Urſinianæ extantia ſub lit. (a) diſerta verba eum teſtantia jam olim editum nominarent. Liber ipſe conſtat paginis 480. Continet autem *Speculum Jeſuiticum* hoc, præter præfationem ad Lectorem Sex foliorum in 8vo una cum Appendice pagg 288. Integer libri titulus hic eſt: *Speculum Jeſuiticum Pontificum Romanorum erga Imperatores Germanicos perfidiam inſolentiam ac tyrannidem repræſentans: & Romam: Babylonem; Papam autem Rom. ipſum eſſe Antichriſtum, demonſtrans:* Una cum appendice, qua præter ſuperiora, *Scelera Romanorum Pontificum vita: & tragicus eorum interitus*: Denique *blaſphemæ Canoniſtarum, de Papæ autoritate, majoritate, & primatu, aſſertiones recenſentur. Sectæ leſuiticæ, inter omnes Monachorum familias peſtilentiſſimæ, oppoſita; a qua orthodoxia hoſtiliter impetitur; tenera* juventus inſidioſe *corrumpitur; pax publica nefarie perturbatur*, &, *ruptis Societatis humanæ vinculis, ſeditionum incendia ſceleratiſſime excitantur, & late per Chriſtianum orbem univerſum ſparguntur.* Edente hæc Joachimo *Urſino* Anti-Jeſuita Ambergæ 1609. *Floſculi* vero *Jeſuitarum ſupra memorati* pagg. conſtantes in 4. ſolis XI. ipſis ſeparatis titulis pag. 6. Adhæret *Miracle du Patriarche Ignace Loyola faict à Thoulouſe.* Anno 1611. *Fraus Jeſuitica Tholoſæ detecta & punita.* Ex Gallico in Latinum verſa, ut bonis omnibus impoſturæ Jeſuiticæ magis magiſque innoteſcant. Ao. 1612. de quibus operæ pre-

pretium videre etiam quæ habent Satyres Perſonnelles pag. 197. quæ ſic ſcribit.

*Le troiſieme Anti-Jeſuite eſt un Calviniſt des plus animez contre les Catholiques. Comme il eſtoit fort* connu ſous ſon nom, & par ſes emportemens, il eut la diſcretion de ſe cacher ſous le maſque de *Joachimus Urſinus* ; mais il fut aſſez hardi pour ſe donner le ſurnom d' *Anti-Jeſuite*, au lieu de ſe laiſſer porter au titre de ſon livre. C'eſt donc ſous le nom de *Joach. Urſin. Anti-Jeſuita* que cet ennemi de l'Egliſe Romaine fit paroiſtre une groſſe & ſanglante Satyre en Latin non pas contre les Jeſuites en particulier quoy que c'euſt eſté ſon intention, mais contre les Religieux & le Clergé, & generalement contre tous les Chreſtiens qui font profeſſion de la Foy Catholique ſous la direction du Pape & des autres ſucceſſeurs des Apoſtres. L' Ouvrage de cet Anti-Jeſuite a pour titre, *Jeſuitici Templi ſtupenda*, I. De Idololatrica invocatione & ſalutatione Angelica, una cum horrendis blaſphemæ adorationis & ſuperſtitioſæ conſecrationis creaturarum exemplis. II. De Patrociniis Sanctorum, quos Monachi quibus rebus Deos atque Deas tutelares aſſignarint. III. De Sanctorum reliquiis &c. & il fut imprimé à Francford in VIII. puis à Amberg en la même forme l'an. 1610.

(a) Joach. Urſinus præfat. in Concil. Trid. Hiſtor. Relat. fol. ult.
*Deniq; quam ubique Concilium Tridentinum a ſacris litteris diſtet, norunt etiam apud nos qui equitant in arundine longa, & qui nondum ære lavantur. Quot ibi paginæ, aut quur non lineas dico, tot ibi ἀντιφωνίαι, erroresq; inveniuntur. Omnes in aprica veluti turre ſpectandos exhibuerunt, ac ſigillatim percenſuerunt Viri pietatis & eruditionis laude noſtro ævo conſpicui. Atq; inter eos ſi non primum, at ſaltem ſecundum facilè locum obtinet Clariſſimus JCtus INNOCENTIUS GENTILLETUS Delphinenſis, qui jam olim anno 1586. Examen Concilii Tridentini publicavit & Heinrico II. Regi Navarræ tum inſcripſit. Dignum opus, quod & inimici & amici legant ac relegant: illi ut confutentur magis, hi ut confirmentur magis in mera veritate, quam habent cognitam. Opus, ſi argumentum ſpectes; perutile: ſi formam pertractationis, nervoſum: ſi orationem, elegans & perſpicuum. Quorum illud allicere, iſtud perficere, hoc afficere ſuaviter animos eruditorum ſolet. Quia autem ex tanto temporis intervallo nulla in his oris exemplaria amplius ſuppetebant, & erant, qui ſubinde expetebant; inde factum, ut denuo apud nos typis excuderetur, & cum pluribus Theologiæ ſtudioſis ita communicaretur. Quisquis es, lege; non pœnitebit: & ita feliciter VALE. 1615. Cal. Auguſti.*

(2860.) *Edmondus* URSULANUS quomodo ſit vero nomine MACMAHONE Prior Conventus Franciſcanorum Lovanii v. *Baile* Dictionaire Tom. 2. p. 237. in margine.

URSUS v. *Dithmarſus*.

(2861) USSERIO tributa a Richardo *Simone* in Hiſtoria Critica *Verſio Novi Teſtamenti Hibernica, Guilielmo* DANIELIDI (O DONNEL) aſſeritur a *Colomeſio* in epiſtola Iſaaci *Voſſii Appendici* Obſervationum ad *Melam* ſubjuncta, ut obſervant *Acta Eruditor. Lipſienſ.* 1687. p. 224.

II. Jacobi Uſſerii nomine editus *Catechiſmus* ex CARTWRIGTHO, CROOKIO aliisque collectus ab *Uſſerio* nunquam agnitus ſcribitur a Bateſio in Vita Uſſerii, quæ extat inter reliquas ejus ſelectas p. 738.

UTOPICUS v. *Anonymus*.

UTOPIENSIS v. **Wegweiſer.**

(2862) VULCATIO *Gallicano* adſcripta *Vita Avidii Caſſii*, *Ælio Fabricio* Biblioth. Latin. p. 153.

VULTURIUS v. *Baſſarius*.

(2863) VULTURIUS *Geldenhaurius: Gerard de* NIMEGUE. *Baillet* p. 613.

UZALENSIS v. *Evodius*.

* * *

# W

(2864.)

SInceri WAHRENBERGII Dialogum de *Polygamia, Eſaiæ & Samueli*, Fratribus PUFENDORFIANIS imputatum, notat & acerbè qveritur *Deckherrus* de S. A. pag. 341. 342. Suſpicionemque hanc à ſe & fratre amovere nititur Illuſtris Dominus *Samuel Pufendorffius* in Epiſtola ad Amicos pag. 50. & ad Scherzerum pag. 30. & *Polyparpo* LYSERO etiam tribui monet Illuſtris *Kulpis*, Colleg. Grotian. Exercitat. IV. th. 6. lit. P. in notis, quem forte innuit *Pufendorffius* ad Amicos loco citato, dum Auctorem Dialogi in Svecia notiſſimum aſſerit.

(2865) *Petri* WAHRENFELS, *Reſponſio ad Epiſtolam Andreæ* Wunderlichs/ Civis WURZBURGENSIS quæ adjecta eſt libro P. *Marci Schonemanni ab ipſo inſcripto:* Das unüberwindliche Catholiſche Zeughauß, quæque recuſa eſt Gothæ apud Chriſtophorum Reihern 1678. 8. cum Marthæ Eliſabethæ Zitterin gründlicher Ablehnung &c. cui inſerta eſt a pag. 4. ad pag. 15. ibidem Patri huic *Marco* SCHONEMANNO non obſcurê tribuitur pag. 16. 17. nec Diſſentire nobis videtur *Sagittarius* in der treuhertzigen Vermahnung an P. Schönemann pag. 48. 49. ubi Epiſtolam hanc ſatis Satyrice perſtringit, & Jeſuitas ad ſcripta ſua cautius edenda ea occaſione hortatur p. 50.

(2866) WAHRMUND *Godlieb* vom Geld=

Mangel in Teutſchland. HOSMANNUS, Conſiliarius Bareuthi quod ſit, Dr. *Thurmanni* Epiſtola d. Jun. 1677. ex faſſo ſibi id ipſum typographo.m. Septembr. indicavit, *Beſoldum* Phil. Pr. pag. 115. etiam allegans, ubi nihil huc faciens in editione mea lego. Nomen typographi etiam additur Sueſeri.

## Wahrmund v. Ehrenberg.

(2867) Gottlieb Wahrmunds gewißenhafte Gedancken vom Eheſtande / Scriptum *pro Polygamia* aſſerenda editum, à Johanne LYSERO, quod autem, Auctore inſpectante, flammis piatricibus in Foro maximo Stocholmienſi per Carnificem combuſtum eſt d. XV. July 1679. ex Epiſtola Joh. *Heyſigii* poſtridie ejus Diei ad ſe data indicat *Symbola Normanniana*, addens in Bibliotheca *Voëtii* Part. II. num. 264. in 4to occurrere verba hæc: *Johannes Lyſerus* von der *Polygamia* oder Viel-Weiberey.

## WALA v. *Arſenius.*

(2868) WALAFRIDUM *Abbatem* Augiæ Divitis male à *Trithemio* aliisque diſtinctum à WALAFRIDO STRABONE Monacho Fuldenſi, qui cum illo unus idemque fuerit, docet *Voſſius* de Hiſtoricis Latinis lib. II. cap. XXXIII. pag. 303. Extat ſub ejus nomine *Vita S. Galli*, & proſaice & metrice, citata *Friſio* Bibliot. Geſner. pag. 821. quæ tamen eidem abjudicatur à *Mezlero*, reſtituitur autem à *Mabillonio* T. II. Anal. p. 640.

## WALAFRIDUS v. *Strabo.*

(2868. *a*) WALDENSIUM CONFESSIONIS An. 1568. Baſileæ a FLACIO editæ Auctorem Balth. *Lydius* Waldenſium Tomo II. Prolegom. in Diſp. *Tabor.* fol. 2. a. *Iohannem* à LUNAWITZ eſſe conjicit. Hæc ex *margine Diecmanniano.*

## WALERUS v. *Darenus.*

(2869) WALLONIS Meſſalini *Diſſertatio de Epiſcopis & Presbyteris, contra Dionyſium Petavium*, Lugd. Batav: apud Jo. Le Maire 1641. 8. Quod ſit *Claudii* SALMASII, notorium eſt jamdudum orbi litterato, neque Catalogus operum ipſius Epiſtolis præfixus â *Clemente Ziriʒæo* id diſſimulat. Adde *Strauchii* diſſert: de Statu Eccleſiaſtico ſuper. ſeculi cap. 1. num. 1. ubi *Jurisdictionem* inquit *Epiſcoporum ex Principum Chriſtianorum indulgentia natam vult* Walo Meſſalinus, *ſive Cl.* Salmaſius *contra* Petavium de Epiſcopis & Presbyteris.

Et ſub *Walone Salmaſium* agnoſcunt *Hyde* Catal. Bibliot. Bodlej pag. 453. col. b. *Freherus* The. viror. Eruditione claror. pag. 1126. col. b. Dodvvel in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1687. pag. 445. Adde Bibliotheque Univerſelle Tom. I. pag. 18. & To. IV. pag. 99. nec diffitentur hoc *Bartholinus* de legendis libris Diſſert. II. pag. 39. *Arnoldus in* Epiſtola ad Georgium Richterum quæ eſt inter hujus & Familiarium ſelectiores pag. 476. quibus *Symbola Normanniana* jungit *Milton* de fin. Angl. 101. Perſonatum hunc *Walonem* poſtliminio aggreſſus eſt Samuel *Parker* in Relatione de Regimine Chriſtianæ Eccleſiæ Seculis ſex Prioribus, ut in hujus ſcripti recenſione notant Acta Erudit. Lipſienſ. 1684. pag. 280. Addit *Symbola Maſtrichtiana Mareſium* in quæſtion. aliquot. Theolog. deciſis quſt. I. pag. 4.

(2870) Sub WALLYI nomine ſcripſiſſe, neſcio quid Henricum GARNETTUM, S. J. in Anglia Provincialem, indicat *Burhil* contra Becanum pro Tortura Torti cap. 2. p. 21.

(2871) *Wilhelmi* WANDERI ficto ſub nomine editas a DISCIPULO quodam MALBRANCHII Meditationes ſuas ſuſpicatur Auctor Collectionis ſive du *Recueil de quelques Pieces Curieuſes* concernant la Philoſophie de Monſ. des Cartes in *Actis Eruditor. Lipſienſ.* 1684. p. 309.

(2872) *Johannis* WARÆMUNDI nomine edita *communis Proteſtatio, & Lamentatio omnium piorum Chriſtianorum contra* Interim *& Conſilia Interimiſtica*, Auctorem habet *Matthiam* FLACIUM; judicante *Rechenbergio* diſſert. Hiſtor. de Interim §. XXXVII. cujus verba ſupra in Anonymis nu. 1729. *β.* ſub lit. (a) excerpſimus.

(2873) WARENDORP, le *Sieur* de: *François* LISOLA où d' ISOLA. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 631.

## WARNEMUNDUS v. *Freyburgerus.*

(2874) *Gottſchalk* WAREMUND nomine qui extat liber Gerichtliche Zeugen-Verhör in Sachen der Römiſchen Kirchen das Fege-Feuer nach dieſem Leben betreffend / auctorem habet Jo. Henr. URSINUM Superintendentem Ratisbonenſem; referente D. *Rangone* Annot. ad Orat. de dolis & fraudibus Pſeudo-Theol. p. 73. *Symbola* eſt *Diecmanniana.*

(2875) *Chriſtian* WARNERS, Teuffels Carnüffel-Spiel / quod ſit M. Hinrichs AMERSPACH, Paſtoris ad D. Petri Pauli Halberſtadienſis confeſſione propria detecti, docetur in abgenöhtigter Lehr-und Schutz-Schrift wieder den Guttmanniſchen Offenbahrungs Patron: Herausgegeben durch das ordentliche Predigamt zu Lübeck / Hamburg / und Lüneburg. 8. 1677. 1. §. 5. p. 52.

(2876) *Johannis* WARSENII nomine editam Lovanii 1534. *deſcriptionum temporum & Rerum Romanarum*, *Johanni Ludovico* VIVI Valentino Hiſpano aſſerunt *Friſius* Biblioth. Geſneri pag. 467. col. b. & ex Valerii *Andreæ* Biblioth. Belgica Nicolaus *Antonius* Bibl. Hiſp. p. 555. col. b. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 613.

(2877) *Jacobi Danielis* WECHSLERI Kurtze Einführung des Gemühts in ſeinen verdorbenen Grund zu erforſchen und zu erkennen / was die arme Seele auſſer dem Göttlichen Licht in ihrer Selbheit /

heit/ in welche ſie die alte Schlange durch ihre falſche Liſt geſtürtzet hat / ſeye nach ihrem inwendigen und auswendigen Leben. Geſchrieben zur Aufmunterung / daß man die Zeit der Heimſuchung in dieſer höchſt-betrübten Zeit nicht verſäumen / ſondern den HErren mit rechtem Ernſt ſuchen möge / weil er zu finden iſt. Auch zur Prüfung / was wahre und Heuchel-Buſſe / wahrer und falſcher Glaube ſey? und zu erkennen / daß die arme Seel in ihrer Selbheit/ oder eigenen Natur auſſer GOTT / ein Kind des Zorns/und untüchtig zum Reich Gottes ſeye: und deswegen von innen durch den Glauben an Jeſum Chriſtum/ aus GOtt müſſe neu gebohren werden in das Göttliche Ebenbild / und alſo wiederum ein Kind der Liebe werden. Durch Jacob Daniel Wechslern gedruckt im Jahr 1680. in 8vo. paginarum 216. liber cujus auctor Jacob Daniel RHEDER, propter metatheſin prænominum, Wechsler ſe cognominavit, Windsheimenſis, ob infame crimen inde relegatus ac poſtea in Batavis ſe tenentis, ſatis certis teſtimoniis amici NN. mihi eſt indicatus, una cum libello ignoto, —— cui adhærebat etiam Ernſtl. Buß-Lied foliorum 6. quo ſeriam pœnitentiam teſtabatur.

(2877. α) WECKERUS, *Joan: Jacob:* *Pierre André* MATTHIOLUS. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 613.

(2878) *Chriſtiani* WEGHOLD perſonato ſub nomine quod latere voluerit Clariſsimus *Daniel Guilielmus* MOLLERUS, ipſe aperit in programmate: De *Præparatione Abiturientium* in Italiam p. 16. hunc in modum: Quem cæteroquin utilitatis fructum, Theologiæ inprimis ſtudioſo „peregrinatio Italica præbeat, vitio, credo mihi „hautquaquam dabitur, ſi exemplo proprio di„diciſſe, atque ſimul publico Scripto Germani„co. cui titulus: Chriſtian Wegholds treuhertzi„ge Erinnerung an alle ſtudirende Teutſche / abſon„derlich die/ ſo der H. Schrift ergeben ſind / daß ſie „die Italiäniſche Reiſe / mit gebührender Vorberei„tung / im Namen GOttes/ antreten / ſelbige mit „beſtändiger Gottesfurcht und geziemender Vorſich„tigkeit fortſetzen / und endlich mit gewünſchten Nu„tzen und jedermanns Frolocken glücklich vollenden „mögen. A. 1668. in 4. perſonatum licet me hoc edocuiſſe, non verear profiteri.

(2879) N. von Wehrd Voces ſubjectæ præfationi des hertzerquickenden Hertzen-Spiegels notant *Nicolaum* HÆUBLIN, Wehrda Noricum ut indicat Symbola *Flensburgo-Molleriana* relegenda hic ex Anonym. n. 1735. ſqq.

(2880) *Uldarici* Wegweiſers Utopienſis Scripta *Valentino* WEIGELIO aſſeruntur *a Rothio* von Prepetiſchen Weiſſagungen §. 24. & a Nicolao *Hunnio* in den Chriſtlichen Betrachtungen von der neuen Paracelſiſchen und Weigelianiſchen Theologie p. 106.

(2881) *Erhardi* WEIGELII Profeſſoris Jenenſis nomine Propoſitio Collegii Jmperialis Hiſtorici ſignata in Catalogo Nund. Lipſienſi & Francofurtano ei abjudicatur in denen Monatliche Unterredungen 1689. pag. 86. 87. compoſita ab Ampliſſ. quodam Viro, correcta autem & edita à D. Franciſco PAULLINI qui Delineationem ejusdem Collegii conſignavit. vide Monatliche Unterredungen 1689. p. 80. & 81.

(2882) *Roberti* WEISII rechtliches Bedencken quod ſit *Philippi* PFLAUMERI JCti Ulmenſis ſupra in Anonymis num. 988. *Deckherri* verbis ex p. 225. 226. de Scriptis Adeſpotis, excerptis docuimus, hic nunc non repetendis.

(2883) *Wilhelmus* WENDROCKIUS, qui Perſonati *Montaltii literas Provinciales* ex Gallico Idiomate in latinum vertit notisque illuſtravit quod ſit P. *Pierre* NICOLE indicat l'Hiſtoire des Ouvrages des ſcavans Novemb. 1694. pag. 131. & *Bailletus* in Indiculo des Auteurs degviſez pag. 612. *Faber* tamen, quem ſub *Stubrockii* nomine has notas confutaſſe ſupra innuimus, in præfatione Apologetici, eundem Blaſium *Paſchalem*, qui ſub *Montaltii* perſona latuit, & ſub *Wendrockii* larva ſe occultare ſuſpicatur. vide Monatlichen Unterredungen/ Anno 1693. pag. 806. 807. Quinimo *Hermannum* CONRINGIUM, decus illud olim Germaniæ noſtræ, *Wendrockii* perſonam induiſſe à nonnullis credi refert *Symb. Normanniana. Combuſtæ* autem *Wendrockii* & *Irenæi* notæ una cum *Montaltii* Literis Provincialibus traduntur à *Saraſa* Part. II. Artis ſemper Gaudendi Tract. IV. num. 19. pag. 102. decreto Senatus Regii Sanctioris de die 23. Septemb. 1660. quod Ibidem & Gallicè & latine exhibet *Saraſa.* Adde quod hic *margo Diecmannianus* ſuppeditat excerptum ſub lit. (a) additum & *Symbolam Maſtrichtianam* ſub (a)

(a) Margo Diecmannianus h. l.

*Wilhelmi* Wendrockii *Salisburienſis Theologi nomen præſcribitur Latinæ ex Gall. lingua verſioni Literarum Provincialium Lud.* Montaltii, *de quo ſupra pag. 227. & Notis Theologicis, quibus illuſtratæ ſunt, cujus operis novam editionem Sam.* Rachelius *Helmſt. 1664. 4. procuravit. Sed ſub eo tot elegantibus ſcriptis maximam partem Gallicè & ἀνωνύμως editis, & ad Theologiam tum moralem, tum polemicam pertinentibus, celebrem, eundemque genuinum Antonii Arnaldi diſcipulum & intimum amicum Petrum* Nicolle *vel* Nicole *(utroque enim modo ſcribi vides) Anno 1695. mortuum latere certiſſimum eſt. v. Hiſt. des Ouvr. des Sçav. Novemb. 1694. pag. 131.* Bayle *Diction. Hiſt. & Crit. Tom. 2. pag. 660. 740. qui eum p. 659. l'une des plus belles plumes de l'Europe eſſe judicat.*

(b) Symbola Maſtrichtiana. n. 1. 2.

1.

Wendrockius *die op de brieven van* Montaltius *heeft ſeer uytneemende en geleerde anteikeningen gemackt. Oomius in diſſ. de praxi Theol. in de inleiding pag. 88. a.*

2.

Wendrokius *perſonatus qui ſcripſit notas ad literas provinciales. Eſt Monſ. Nicole.*

*Contra hunc ſcripſit Stubrockius notas in notas, quas ſecunda editione, uti & ſub hoc nomine confutationem Epiſtolarum Montalti, item tertii & quarti prælo-quii ejusdem operis, genuinæ etiam appendicis, Conringianæ Epiſtolæ Racheliani opuſculi & novi indicis Wendro-*

*kiani*

*kiani edidit Tom. I. Apologetici Doctrinæ Moralis Honoratus* Faber *cujus ſunt pleraque ſi non omnia iſtiuus tomi.*

## WERNERUS *Johannes* v. *Gebhardus.*

(2883 *α*) Jo. Sigismundi WERNERI, Paſtoris Lignicenſis, nomine excuſam *Poſtillam*, eſſe *Caſparis* SCHWENCKFELDI, *hæretici* illius famoſi, teſtatur *Conrad Schlüſſelburg.* libr. 10. de Schvvenckfeldianis p. m. 37.

(2884) M. WESSELIUS idem eſt Thomæ *Hydeo* in Cat. Bibliothec. Bodl. p. 277. col. b. qui BASILIUS GANSFORTIUS ſive GOESVORT, Gröningenſis, cujus ibidem citantur *Opera Theologica* edita Amſtelod. 1617. Dubitanter hoc aſſerit *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis p. 96. 97. utpote qui magnam nominis & materiæ congruentiam reperit in M. JOHANNE DE VESALIA. Monendum autem hic nobis eſt, quod tractatus *de Poteſtate Papæ & Prælatorum Eccleſiæ* quem hic Gansfortio adſcribendum cenſet *Deckher*, à Thoma *Hyde* citetur ſub BASILII PHRYSII Groningenſis nomine Bibliotec. Bodl. poſt N. pag. 252. col. a. de quo *nos* in *Baſilio egimus.* Diſtinguit autem hos aperte *Hydeus*, ne verbulo quidem oſtendens *Baſilium Phryſium* Gröningenſem eundem eſſe cum *Baſilio Gansfortio* Gröningenſi, utpote de quibus ſeparatim agit locis citatis.

(2885) WESTPHALIÆ *Jurisconſulti* Graviſſimi nomine, extat in S. Romani Imperii *Jure Publico* edito Hanov. 1614. in 4to erudita *Diſſertatio Juridico-Politica de Jure Principatus* diſtincta theſibus 95. pagg. continens 86. cui adſcriptum manu p. m. proavi mei Vincentii *Molleri*, meritiſſimi quondam Civitatis noſtræ Conſulis nomen D. *Johannis* NORDERMANNI. Ulterius Ergo inquirens eandem Diſſertationem de Jure Principatus ſub vero Auctoris Johannis *Nordermanni* Weſtphali nomine inſertam Tom. IV. Diſputationum Hiſtorico-Politico-Juridicarum Baſileenſium num. II. interſtinctam Concluſionibus ut hic vocantur, XCV. pagg. non numeratis, plagulis autem 12.

(2885 *α*) *Erneſtus Candidus* WESTPHALUS quomodo ſit *Erneſtus* CASIMIRUS: vide diſſerentem *Symbolam Maſtrichtianam* his verbis: Erneſti Candidi Weſtphali bis Suſpenſi, *Parentatio*: quam ſibi ipſi, ante fatalem caſum dixit, ex Schedulis in Marſupio illius inventis furtivis horis, accurate emendata & recognita, ab Erneſto Candido *Weſtphalo* Leodii 1694. auctorem habet Erneſtum CASIMIRUM Waſſerbach, id quod oſtendunt initiales literæ, ipſeque auctor olim diſcipulus meus qui mihi exemplar miſit, & ſub meo præſidio de Irminſula Saxonica diſputationem nunc ſecundo editam propoſuit. Eſtque nunc præfectus Comitis Lippienſis lineæ Bracenſis Barendorffii Milliario ab acidulis Pyrmontenſibus diſtantis.

(2886) *Johanni* WICLEFO, celeberrimo Theologo Anglo adſcribit *Balæus* Illuſtr. Britan. Scriptor. fol. 157. col. b. Verſionem Univerſi Codicis Biblici Anglicanam, quod ſuſpectum videtur *Wharton.* Auctar. Hiſtoriæ dogmaticæ Joh. *Uſſerii* de Scripturis & Sacris Vernaculis p. 426. 427. rejectoque tandem eo, verum Verſionis hujus Auctorem JOHANNEM TREVISA ſubſtituit quem Biblia Sacra anglice tranſtuliſſe, Auctor eſt p. 567. *Pitſeus*, de Wiclefo, ejusque ſcriptis, quæ vix 200. Voluminibus comprehenſa extitiſſe ſcribit, *Balæus* loc. cit. plane ſilens. WICLEPHUM ſeu WICLIFFE ſcribit Thomas *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej. poſt N. p 254 col. b. de Verſione Bibliorum Anglicana ſub hoc nomine nihil memorans.

(2887) *Rogerius* WIDRINGTONUS. Sub hoc nomine ab illuſtri Anglo *Thoma* PRESTONO, Pontificio, *Diſcuſſionem Diſcuſſionis Concilii Lateranenſis* editam diſco ex Actis Erudit. Lipſienſ. An. 1687. p. 136. Dubitat tamen de *Preſtono Bailletus* in Indiculo Scriptorum Perſonatorum p. 614. *Simonem* VIGOT, ſed æque dubium ſubſtituens.

(2888) *Joachimi Viti* WIGANDI Windecenſis, Philiatri, *de Medicorum Germanorum itineribus Diſſertationes Poſthumæ tres* Friburgi Anno 1678. 12mo editæ Eruditæ ſane & Curioſæ, debentur *Johanni Valentino* WILLIO Colmarienſi, Medicinæ Doctori, & Practico aliquamdiu Caſtrenſi in Exercitu Danico. Hæc *Symbola Flensburgo-Molleriana*; adde *Baillet* liſte des Auteurs degviſez p. 612.

(2889) *Severinus* WILDSCHüZ, Malmogienſis Scandus, Slesvvigæ anno 1687. in 4. edidit *Diſcuſſionem Calumniarum* Samuelis Pufendorffii, Eride Scandica Indicis Errorum ſuorum cauſa D. Joſuæ *Schwartzio* (Ducatus Slesvicenſis h. t. Superintendenti) *indigniſſime Impoſitarum*. Verus Auctor illius eſt Joſua SCHWARZIUS ipſe, qui ſub Privigni ſui Wildſchutzii nomine latere voluit, indicante *Symbola Flensburgo-Molleriana.*

## WILHELMUS v. *Stutgardia.*

## WILHELMUS *Moerbecanus* vide ſupra Cantipratenſis.

(2890) Hans Wilmſons Schertz Gedichte in Neddérdüytſch geriemet. De Scripto hoc ita commentatur Clariſſimus Mollerus Flensburgenſis: Satyræ hæ Elegantes admodum, & genium antiquorum in iſto ſcribendi genere exprimentes Lingua Saxonica multoties cuſæ ac recuſæ, Auctorem agnoſcunt *Johannem* LAURENBERGIUM, Profeſſorem Soranum, qui, quod Patre Wilhelmo, Profeſſore Roſtochienſi, eſſet natus, Joannem Wilmſon ſe vocavit. Hæc ille.

(2891) *Johannis* WINEI nomine extat Tra-

Tractatus *de Succeſſione ab Inteſtato*, qui non eſt ipſius ſed *Wilhelmi* RANCHINI, adeo inepte deſcriptus, ut & plagiarius oblitus fuerit loci, in quo Ranchinus, Stephanum Ranchinum, parentem ſuum laudaverat, eradendi: ut ex *Bitſchio* de Caſib. pro Amico quæſt. 1. p. 15. in princ. docet *Deckher* de Scriptis Adeſpotis p. 345. qui & eadem iisdem fere verbis mihi in peculiari *epiſtola* de die IV. Decemb. 1676. affirmavit.

(2892) *Nigello* WIRECKERO adſcribunt *Pitſeus* de Illuſtribus Angliæ Scriptoribus ad an. 1200. pag. 270. & *Friſius* Biblioth. Gesner. pag. 636. col. b. *Contra Barbariem* librum unum, quem tamen non ejus ſed JOHANNIS SARISBURIENSIS aut SALESBERIENSIS eſſe evincit Clariſſimus Jacobus *Thomaſius*, Diſſert. de Nigello Wireckero §. 52. ad §. 56. V. *Anon.* n. 1606.

(2893) *Joannis* WITHLINGI nomine ſcriptam à *Johanne* BRENTIO in Exilio ſuo *explicationem Pſalmorum Davidis* 94. & 130. impreſſam Baſileæ 1550. cum præfatione *Gamalielis* GRATII, id eſt, *Gaſparis* GRETERI, refert *Simlerus* Bibliothec. Gesner. pag. 217. & 427. II. Johannis Withlingi nomine a *Brentio* editum Halæ Svevorum in 8vo *de pœna Anabaptiſtarum* recenſet *Friſius* Bibliothec. Gesner. pagina 413. col. a.

(2894) *Joannem* WITHUM Anglum Wintonienſem Epiſcopum præferre Auctorem dicitur *Miræo* Biblioth. Eccleſiaſt. lib. II. pag. 51. liber editus Lond. 1553. in 4to inſcriptus: *Diacoſiomartyrium*, hoc eſt, Teſtimonium Ducentorum de veritate corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia, adverſus Petrum *Martyrem* hæreticum: quem an non *Stephano* GARDINERO adſcribat idem *Miræus*, judicet Lector. Certe *Bailletus* in Catalogo des Auteurs deguiſez p. 614. verba *Miræi* ita interpretatur, quæ a nobis exhibentur ſupra ſub M. Anton. *Conſtantio* lit. a. Alium cognominem v. in voce *Albius*.

(2895) WITTEBERGENSIUM Scholaſticorum nomine *Reſponſionem ad Narrationem Centuriatorum Magdeburgenſium &c.* editam Witebergæ 1558. ſcriptam a *Philippo* MELANCHTHONE ſuſpicatur, & conjecturam ſuam roborat Summe Reverendus Dominus Doct. Joh. Fridericus *Maierus* noſtras, in Diſſertatione Epiſtolica n. 27. quod & ſupra in anonymis num. 50. jam innuimus.

(2896) WITTEBERGENSIUM Theologorum nomine extat

(I) *Catechiſmus Latine* An. 1571.

(II) Grund-Feſte / ſeu *Fundamentum firmum de perſona & incarnatione Jeſu Chriſti.* Horum Scriptorum Auctor habitus *Caſpar* PEUCERUS, Gener Philippi Melanchtonis, ut ex *Hornbeck.* Summa Controverſ. 528. & 531. indicat *Symbola Normanniana.*

(2897) *Chriſtophoro* WOLFFGANGO Auctore prodiit anno 1674. Guilielmi Principis *Furſtenbergii Detentio juſta, utilis & neceſſaria;* quam a plurimis *Franciſco Illuſtriſſimo Baroni* DE ISOLA adſcribi notat Cl. *Deckherrus* de Scriptis Adeſpotis pagina 160. 161. qui ipſe potius Scriptum hoc Præilluſtri Domino, *Johanni Alberto* PORTNERO tribuere mavult. Contra *Bailletus* veriſimiliorem *de Iſola* conjecturam eſſe ſibi perſvadet Indiculo des Auteurs degviſez p. 614.

(2898) Ambroſii WOLFFII nomine prodiiſſe oppoſita Formulæ Concordiæ A. C. 1570. & 1580. duo ſcripta dira, auctorem verum habentia *Chriſtopherum* HERDESIANUM, Syndicum Noribergenſem probatur teſte *Conrado Schlüſſelburgio*, & eum citante *Draudio*, hunc vero denuo *Geislero* dec. 5. n. 8. Imprimis vide *Leonardi Hutteri* Concordiam concordem, ſcriptum operoſum ac doctum, in defenſionem formulæ Concordiæ adornatum cap. 30. ubi *Rabulam Noribergenſem* vocat hunc *Chriſtophorum Herdeſianum*. Ipſa Scripta ſic inſcripta vidiſſe memini. M *Ambroſii Wolffii fundamenta Lutheranæ doctrinæ de Ubiquitate, atque adeo de corporali præſentia corporis Chriſti in Euchariſtia, ad Orthodoxæ fidei normam expenſa, & ſub veritatis cenſuram revocata, ex Orthodoxo conſenſu* (De quo *anon.* n. 32.) *contra Patres Bergenſes* Genev. 1529. in 4. Eodem ſub nomine fictitio proſtat *Victoria de Triumphata communicatione Idiomatum reali* Serveti 1584. in 8. Sub vero autem ipſius nomine præter expreſſa n. 33. anonymor. extare deprehendi *Refutationem Dogmatum de fictitia Chriſti carnis omnipræſentia*, Neapoli Nemetum 1583. Quod ſolum ſcriptum ſuperiora eidem deberi probat, non *Cyriaco* Profeſſori Hiſtoriarum P. Francofurti ad Viadrum, cujus etiam habetur, *Icon animorum, de differentiis ingeniorum diſſertatio*, Francof. 1619. impreſſa in 4.

*Cyriacum* nihilominus nominat D. *Rechenberg*, Append. Libb. Symbb. pag. 35. *Chriſtophorum* autem recte Johannes Gerhardus diſput. Theolog. p. 170. indicante *Symbola Normanniana.* Sub *Chriſtophori Herdeſiani* nomine citat ſcripta *Ambroſium Wolffium* mentientia, *fundamenta, nempe doctrinæ Lutheranæ &c.* Et *Hiſtoriam Confeſſionis Auguſtanæ* Germanice ſcriptam in 4to *Freherus* in Theat. Viror erudit. Claror. pag. 899. col. a. adde Bailleti Catalogum des Auteurs degviſes p. 614. At *Deckherrus* in Epiſtola ad me ſcripta 4. Decemb. 1676. ubi de Ambroſio *Wolffio*, cogitata ſua exponit, benevole adjicit: contigiſſe ſibi magnam ejus Bibliothecæ partem, & præcipua Bibliothecæ Reformatæ opera & inter hæc nominatum quoque opus (quodnam autem intelligat, non hariolor) ex quo ſi confero (pergit) literas ab ipſo ſua manu ſcriptas cum hocce libello, tarde alii tribuere poſſum: Nam in aliis operibus hunc librum ſuum ſibi adſcribit & allegat: itaque ſubſiſto. Hæc *Deckherrus.* Perſonatum nihilominus *Wolffium* hunc & *Mendaciorum Cretenſium* Mulciberem vocat *Rango* Hiſtor. Syncretiſmi part. II. Sect. XX. p. 813. Addit hic *nota Diecmanniana marginalis:* Conf. Epiſt. Theol. ſuper. Seculi à *Fechtio* edit. p. 618. *Chytræ.* Epiſt p. 389. In Ind. lib. proh. & expurgand. Hiſp. A. 1662. fol. recuſo Opera Ben. Turretini, p. 13. hæc ſatis inſulſa legas: Ambro-

 ſius

ſius *Wolphius* ſeu Wolfius Theol. Luth. Aug. Conf. & item Zvvinglianus ſeu Calvinianus ſcribebat Genevæ 1579. Adde *Gerhardi Diſp.* Theol. Part. 2. p. 849. Addit Margo *Maſtrichtianus* de Wolffii hujus libris agentem Hoſpiniani formulam concord. cap. 34. v. ſupra Ambroſius.

(2898 α) WOLFGANGUS THEODORUS, Cæſar-Auguſtanus.

Scripſit *Chronicon Auguſtanum*, eſt autem *Achilles Pyrminius* GASSARUS. Auctor der beſtändigen und wohlgegründeten Wiederlegung / eines über die beyden Reichs-Städten / von Alters herkommene Reichs-Vogteyen ꝛc. getruckt 1643. in præfat. discurſus beziehet ſich auff einen in dem Reichgeſeſſenen nemlich berühmter Stadt Augsburg geweſenen Chronographum, ſo er zwar *Wolfgangum Theodoricum* Cæſarem nennet / aber der ihm nomine religione, Patriatenus wolbekandte Achilles Pyrminius Gaſſarus iſt. Hæc *Symbola Maſtrichtiana*. vide ſupra in *Achille* plura, & in Anonymis num. 1096.

(2899) *Gaſparus* WOLPHIUS, Tigurinus, medicus & Phyſicus profeſſor, in publicum edidit: *Viaticum novum, de omnium fere particularium morborum curatione, auctoris incerti* Id tamen poſtea quidam HOLLERII eſſe docuit, ſimul falſo & inhumaniter *Wolphium* accuſans, quaſi ejus rei conſcius, ſibi alienum laborem vendicare voluiſſet: verum hic viciſſim *apologia* publicata calumnias haſce refutavit. Tiguri excudit Froſchoverus in octavo. Verba ſunt ipſiſſima Joſiæ *Simleri* addita Gesnerianæ Bibliothecæ pag. 219. a. repetita Friſio pag. 260. b. *Aureum* à *Wolphio* editum, incerti Auctoris *Viaticum* & Incomparabilem librum nominat *Mercklin* Linden. Renov. p. 165. col. a. At *Hollerio* hoc opus deberi neque hic, neque p. 484. ubi de Jacobi *Hollerii* ſcriptis agit, indicat.

(2900) Joannis â WOWEREN *de Polymathia* Tractationem ex Frobeniano Bibliopolio 1603. in 4. poſtmodumque in 8 recuſam habemus longe doctiſſimam: Eam *Iſaaco* CASAUBONO vindicare nititur *Mauſſacus*, in prolegom. ad Plutarchi lib. de Fluminibus tanquam à quo ipſe omne quod edidit hujus operis imperfecti habuerit *Wowerius* & pro ſuo ediderit, quem tamen hac in re fidem invenire nullam videas apud *Voſſium* artis Grammat. l. 1. c. 6. & *Mart. Schoockium* Fabulæ Hamelenſ. part. 2. c. 4. p. 61.

Quæ repetunt fere *Thomaſius* de plagio litterario §. 593. 594. & *Morhof.* Polyhiſtor. Liter. lib. I. cap. 1. pag. 7. *Wowerum* hunc ab alio cognomine diſtinguens contra *Scaligerana* CASAUBONO vindicant Polymathiam hanc p. 363. quod & ex eis notant *Jugemens des Savans* Part. II. T. II. pag 341. imo ipſi SCALIGERO a nonnullis aſſeri innuit *Bartholinus* Diſſert. 2. de legendis libris p. 43. Wovverium abſolvunt Caſaubonus in pietat. pag. 135. & Baudius Centur. I. Epiſt. 87. Adde Wovver in pietat. 135. citatos a Symbola Schraderiana. Adde *Barthium* Adverſariorum lib. XI. c. 3. p. 2847.

II. Wovveri Tractatum de Umbra JANO GVILIELMO aſſerere nititur Lindenbrogius apud *Morhofium* Polyhiſt. Literar. lib. I. c XXIV. p. 304. aſt hujus tamen ingratiis

III. Libros *de Bibliorum Interpretibus* CASAUBONI & GELASINI eſſe audacter aſſerit *Lindenbrogius* apud *Morhofium* l. cit. p. 314. 315. librum etiam *de Cognitione Novi orbis Wowerio* abjudicanti.

(2901) *Jacobo* WIECO, aut WUJEKO, Jeſuitæ Polono adſcriptum à *Sotvello* in Biblioth. Scriptor. Societ. Jeſu librum *de Divinitate Chriſti* Domini noſtri, *& Spiritus S.* contra ejus temporis Arrianos, p. 391. col. b. cui *Anti-Wujekum* Duplicem Polonice & latine oppoſuit *Fauſtus Socinus*, hujus Auctoritate Roberto BELLARMINO aſſignant les Satyres Perſonnelles Tom. I. p. 271. 272. 273. vide quæ *Anti Wujeko* appoſuimus Anonymor. n. 632.

(2902) *Fridericus Achilles* Dux WURTEMBERGICUS. Ejus nomen præfert prima Editio Tubingenſis, Conſultationis *Thomæ* LANSII de Principatu Regnorum Europæ. Rationem addit Symbola *Flensburgo-Molleriana* iſtam, quod Principi huic in Declamationibus iſtis primæ fuerint aſſignatæ partes.

(2903) *Theologorum* WURTENBERGENSIUM *Refutatio Compilationis Cinglianæ & Calvinianæ*, *quam illi* CONSENSUM ORTHODOXUM *S. Scripturæ & Vet. Eccleſiæ De Controverſia Sacramentaria appellarunt* Tubing 1595. *Lipen.* Bibliothec. Theol. Tom. I. p. 413. col. a. memorata.

Quod *Jacobi* ANDREÆ ſit, Academiæ Tubingenſis Theologi & Cancellarii teſtes haud dubiæ fidei ſunt Jacobus *Heerbrand.* Th. D. & Profeſſor Tubing. Orat. funeb. de Vita & obitu ipſius F. I. b. Melchior *Adami*, huic ſua debens, in ejus Vita (a) ubi ſimul plura de contentis ejusce ſcripti leguntur.

*Contra* refutationem hanc ſcripſit Marcus *Beumlerus* Tigurinus, v. *König* Biblioth. p. 108. col. b. & infra tit. *Neoſtadianorum defenſio.*

(a) Adam. in Vit. p. 652.

*Hoc tempore cum Adverſarii Orthodoxum ſuum Conſenſum edidiſſent nec prolixum librum quisquam refutandum ſuſciperet, refutatio illius* D. Andreæ publica auctoritate eſt mandata.

(2904) Der Würtenbergiſchen Theologen Wiederlegung / der von den Predigern zu Bremen Anno 1581. im Monaht Julio herausgegebenen Verantwortung: palam ſoli *Jacobo* ANDREÆ adſcribitur in alio libro Bremenſium 1683. in 4 edito, ſub titulo Antwort der Diener Göttliches Wortes in der Kirchen und Gemeinen Chriſti zu Bremen auff Jacobi Andreæ, unter dem Nahmen der Würtenbergiſchen Theologen &c: Libri tractantes præcipue de Natura Chriſti utraque, & præſentia corporis in S. Cœna: Bremenſibus Calvinum, Jac. Andreæ Lutherum, defendentibus. Vide oppoſitum ſcriptum, cui titulus: Gründlicher Bericht von zweyen Schrifften der Calviniſchen Prædicanten zu Bremen unter den Titulen: Abfertigung

der berühmten Widerlegung Jacobi Andreæ &c: Item Antwort auff Jacobi Andreæ unter dem Nahmen der Würtenbergiſchen Theologen ausgeſprengte/ vermeinte Wiederlegung. Anno 583. ausgangen &c: durch die Würtenbergiſchen Theologen verfertiget. Tübing 585. 4. quo imprimis hoc pernegant Theologi illi quod falſ ſuo mnium nomine inſcriptum ſit opus à *Jacobo Andrea*, ſed illud ſibi conjunctim vindicant.

* * * * * * * * *

# X.

(2905)

XANTHUS Lydus *Lydiaca* ſcripſiſſe dicitur, quorum plures libri à Veteribus memorantur. Verum tamen eorum Auctorem fuiſſe DIONYSIUM SCYTHOBRACHIONA ex *Artemonis* Caſſandrei libro περὶ ἀναγωγῆς βιβλίων innuit *Athenæus* lib. 12.

(2906) D. *Franciſci* XARQUE, fratris ſui nomine edidit *Joannes Antonius* XARQUE Jeſuita Hiſpanus

(I) *Vitas Patris Antonii Ruiz, de Montoya*, & P. *Joſephi Cantalbini* ex Societate Inſignium Operariorum in Paraquaria Cæſaraugustæ, typis Michaëlis de Luna 1662. in 4to.

(II) *Sacrum Solamen hujus temporis bellis, & Calamitatibus publicis Domus Auſtriacæ & Catholicæ Monarchiæ afflictæ.* Valentiæ per Bernardum Nogues 1641. in 8. vide *Sotvellum* Biblioth. Script. Societ. Jeſu p. 402. col. a. Nicolaus *Antonius* vero Bibliotheca ſua Hiſpanica inter reliqua Joannis Antonii Xarque ſcripta horum non meminit. p. 482.

(2907) XAVERIUS: *Conrad Samuel* SCHURZFLEISCH. *Baillet* liſte des Auteurs degviſez pag. 614.

(2908) XENOPHONTEM quomodo ſe fecerit ANNIUS *Viterbienſis* v. Rhod. n. 18. ubi citatis adde *Voſſ.* Ariſtarchi ſive de Arte Gramm. lib. 2. c. 26. p. 86. editionis ſecundæ. Et in genere de Annio inſuper citatos *Schookio* Fab. Hamelenſ. part. 2. c. 4. p. 66. & ſeq.

(2909) *Franciſci* XIMENEZ notæ in diverſa loca Scripturæ Sacræ cum Animadverſionibus *Nicolai* DE LYRA confuſæ dicuntur in Hiſtoria Cardinalis Ximenez pag. 792. Editioni etiam Bibliorum ab ipſo procuratæ præfationes ejus nomine præmiſſæ ſuſpectæ videntur *Auctori du Journal des Sçavans* 1693. pag 427. 428. adde pag. 506.

(2910) *Joanni* XIPHILINO, Patriarchæ Conſtantinopolitano inſcriptam vulgo *Epitomen Hiſtoriæ Dionis* de XXV. Imperatoribus Romanis Pariſ. 1551. & Franc. cum verſione Blanci 1590. XIPHILINO ejus Nepoti tribui etiam notat *Hyde* Catal. Biblioth. Bodlej. poſt N. pag. 264. col. b. ſub finem & huic etiam pluribus eandem aſſerit Clariſſimus *Caveus* in Epiſtola ad me dat. Islington. 8. idu. Decemb. 1676.

XISTUS vel XYSTUS vide *Sixtus II.*

* * * * * * * * *

# Y.

YVO CARNUTENSIS v. *Ivo.*

Scav.34.

(2911) YVO VILLIOMARUS, SCALIGER. Et quidem *Joſephus Julii Cæſaris Scaligeri filius*, cujus extant ſub hoc fictitio nomine:

*Epiſtola in Fabium Paulinum Utinenſem* Pariſ. 1587. in 4to.

*Animadverſiones in locos controverſos* Roberti (*editos Florent.* 1584. *in* 4.) apud Commelin. 1597. in 8. Vide confirmantem hoc *Georgium Erhardum* in Symbolis Petronianis pag. m. 626. inibique exagitantem hunc Robertum Titium. Adde *Frider. Geisler.* de Mutat: Nom. Exempl. Dec.2. num. 4. Vide præterea *Henricum Ernſtium* Obſervat. variar. lib. 2. cap.36. Ipſe tamen de ſe in Scaligerianis nuper editis ita loquitur pag. 87. *Monſieur* Cujas n'*euſt ſceu eſcrire comme Yvo de Villiomarus*;& pag. 358. Yvo Villiomarus, *Monſieur Cujas n' euſt ſceu eſcrire comme luy; c' eſt Monſieur du Puy qui l' a fait imprimer, il reprend en Titius l' interpretation de Capreola dans Juvenal. Sed novum haud erat ipſi περιαυτολογεῖν* imo laudes ſuas canere, id que cum contemptu aliorum. Sane intolerabilia ſunt modeſtis auribus ſequentia ipſius quæ in eodem libro leguntur p. 90. *Delrio au prix de moy ne ſcait rien, voila pourquoy il me sdit de moy* & pag. 190. *On dict que je ſuis Grammairien, Ouy vraiement, je le ſuis, & bon avec, il n' y auroit Grammairien qui ſceut deviner cela,* tum pag. 192. *Ego nihil ſcio, ſed vellem plus præſtare, quam illi omnes ſimul* (Jeſuitas intelligit): porro 214. *Manilium nullus fuit qui poſſet intelligere ſicut Ego* pag. 236. *En ce meſtier* (il parle de la Critique. *Ego optime poſſum diſtinguere quid hic vel ille poſſit.* pag. 299. *Si bis hominem alloquar ſtatim ſcio qualis ſit*) *Ego ſcribo Syriace ut Syri ipſi, & à nemine didici*, pag. 312. *Il n' y a perſonne qui puiſſe ſi bien refúter Baronius que moy.* pag. 313. *Auratus dicebat Julium Cæſarem Scaligerum Regi alicui facie ſimi lem. Ouy à un Empereur qui eut ſi belle façon que luy. Regardez moy je luy reſemble en tout & par tout, le nez aquilin* &c. & alia ejuſcemodi plura. Nam quod alibi dixit pag. 91. *Les Diables ne s' adreſſent qu' aux foibles, ils n' auroient garde de s' addreſſer a moy, je les tuerois tous:* hoc equidem joco dictum arbitror. Alias utinam ei apparuiſſent! habuiſſemus quem Perſarum Alii opponeremus, qui Diabolum fertur medium enſe diſſectum dediſſe uno ictu, de quo vide *Olearii Perſicum Itinerarium.* Ut verbo dicam, ejusmodi inconſiderati ſermones etiam joculares arguunt internum faſtum aliquem: Et ego de me peſſime meritum cenſerem, qui ejusmodi colloquia mea ad familiares habita divulgaret, nedum typis mandaret. Notandum etiam exſtare *Roberti Titii Aſſertiones pro ſuis locis* Florent. 1589. en 4. excuſas.

Animadverſiones autem *Yvonis in Titium* eſſe *Joſephi Scaligeri* confirmant præter modo citatos etiam *Colomeſius* in Gallia Orientali pag. 115. *Witte* in Memoria Scaligeri quæ extat inter Philoſophorum pag.43. & fuſe *Villani* nella Viſiera Alzata Hecatoſtes num. LXI. pag. 65. 66. *Sciopp. Scal.* Hypobol. 226. b.231.235. *Lipſius Cent.* 2. Epiſt. Miſc. 17. & 31. Oper. Tom. II. pag. 59. quibus adde *Teiſſieri* Eloges des hommes ſçavans Tom. I. pag. 149. *Hyde* Catalogum Biblioth. Bodlej. poſt N. pag. 234. & *Colomeſii* Bibliotheque choiſie pag. 103. Pertinent & huc quæ *Morhofius* Polyhiſt. lib. I. cap. XVI. pag. 186. dicit, quod male profecto de virorum illuſtrium fama mereantur, qui omnia illorum dicta factaque ſine ullo delectu in publicum protrudunt; ut fecit Colomeſius in Opuſculis ſuis literariis, ubi habentur quædam relationes Gallicæ de variis doctorum rebus & inſtitutis Secretioribus, minime propalandæ. Hæc ille. Etiam hoc hac occaſione notari poteſt, aliquando & carnali modo (ut loquuntur talium ſcriptores) fuſtibus contuſos (diabolos,) ſi qua fides conditoribus pleriſque Monachis. Videſis *Sangallenſem* in Vita Caroli M. l. 1. cap. 24. qui Spectrum ita ſauciavit gladio, ut balneas integras tabe & cruore fœdaret. *Everhardum* in vita Notkeri, qui ita ſæviit, ut baculum ſanctum confringeret, malo Spiritu miſerrime ejulante, cap. 26. *Paulinus* autem ipſe, nullo Sanctorum, qui unquam fuerunt, inferior, utpote qui & venundari ſe captivo liberando paſſus eſt, fidem faciente *Gregorio Magno* Dialogor. l. 3. c. 1. verba ſunt *Barthii* Adverſariorum lib. VI. cap. 18. fol. 288. Adde *Thomaſium* de plagio literario §. 531. lit. b. de armis Pſelli ex libro ejus de Dæmonibus ſub finem. N. LXI. p. 65 66.

*** *** ***

Z.

# Z.

ZABARELLA v. de *Tournes da Monza*

(2912) ZABOI, & JACOMETTO: *Charles François* FOPPA. *Baillet* liſte des Auteurs deguiſez p. 614.

(2913) ZACHARIAS Propheta, quod aliquos DAVIDIS *Pſalmos* feciſſe credatur minus bene v. apud citatos *ſupra* in *Aggæo*.

Sunt autem ei & *Aggæo* inſcripti Pſalmi CXXXIIX. CXXXIX. CXLVI. CXLVIII. CXLIX. vid. *Sixtum* Senenſem Biblioth Sanctæ pag 14. quod de tribus prioribus notat etiam *Polus* Tom. II. Crit. Sacr. col. 1280. 1283 & 1323. nullum *Zachariæ* relinquens, ſed illos vero Auctori ſuo *Davidi* ibidem reſtituens.

ZADEEL v. *Sadeel*.

(2914) Martini Michalovviczi ZAGIELI nomine, Polonice ſcripſit Jeſuita Polonus, *Hieronymus* STEPHANOWSKI ſequentia, teſte *Alegambe* p. 187.

I. *Terminum contra proteſtationem Miniſtri cujusdam Evangelici, ſeu Reſponſionem ad quadruplicem tractatum contra Primatum S. Petri, & ejus Succeſſoris Pontificis Maximi* Vilnæ 1599.

II. *Cenſuram diſputationis Vilnenſis, per Danielem Mikolaiewcki Miniſtrum Radzioiewienſem editæ, ſeu, Defenſionem veritatis ac integritatis ejus editionis, quam Catholici de Diſputatione illa vulgarunt*.

III. *Reſponſionem præcipuarum narrationum Evangelicarum, ſeu à Miniſtris, qui ſe Evangelicos nominant propoſitarum*.

Totidem verbis hæc lego apud *Sotwellum* Biblioth. Scriptor. Societatis JEſu pag. 187. At *Wittenius* primi tantum Scripti ſub Zagieli perſona ab Hieronymo *Stephanowsky* emiſſi meminit Diar. Biograph. an. 1606. m. Auguſto. De reliquis Scriptis plane mutus.

(2915) Melchior ZAMBRANUS, Clericus Hiſpalenſis, cujus nomine extat *deciſio caſuum occurrentium in articulo mortis circa ſacramenta*, *Hiſpali* 1604: eſt *Didacus* ALVAREZ, Jeſuita Granadenſis, docente *Alegambe* p. 89.

Repetit hæc *Sotvellus* B. S. S. J. pag. 167. col. a. adde Thomæ *Hydei* Catal. Biblioth. Bodl. p. 23. & poſt N p. 267 col a. & *Bailleti* liſte des Auteurs deguiſez p. 614. At vero Nicolaus *Antonius* peculiarem Scriptorem Zambranum conſtituit, eique opus hoc aſſignat, miratus, unde in Bibliotheca Scriptorum Societat. JEſu illud asſignetur *Didaco* D' ALVAREZ. pagina II. pag. 103.

(2916) ZAMARIEL aſſumpta perſona eſt *Antonii* DE CHANDIEU, ſive de ROCHECHANDIEU, ex Hebræo ejusdem ſignificationis. ZAMARIEL enim æquat latine *Cantum DEi*, i. e. *Chant-Dieu* ut notant *Colomeſius* in Clave Epiſtolarum Joſephi de *Scala* p. m. 192. & *Bailleti* liſte des Auteurs degviſez pag. 328. vide ſupra *Sadeel*.

(2917) ZAMBECCARI nomen aſſumtum in ſcripto quodam ab *Johanne Antonio* DE VERA ET ZUNIGA, *Comite de la Rocca*, excuſat *Varillas*, Hiſtoire de la Revolution dans l' Europe, en matiere de Religion, quam recenſent *Acta Erudit. Lipſienſ.* An. 1687. p. 492. De perſonato hoc *Zambeccari* nomine ſilet *Nicolaus Antonius* in Biblioth. Hiſpan. pag. 482. De Comite tamen de Rocca confirmant hoc l' *Hiſtoire de l' Academie Françoiſe* pag. 306. & la *Politique de la maiſon d' Autriche* par Mr. de *Bonair* pag. 51. qui *Zambeccari* tanquam libri titulum citat, *Le Comte*, inquiens, *de la Roque dans ſon Zambeccari*.

(2918) *Joannes* ZAMOSCHIUS, ſub quo nomine editus eſt in 8. liber *de Magiſtratu Romano* ſine Die & Conſule, eſt Carolus SIGONIUS, ut jam olim in *Rhodianis* num. XIX. indicavimus, Teſtes nunc advocantes *Bertholinum* de legendis libris diſſertat. II. p. 43. *Teiſſier*. in Catalogo Auctorum & Bibliothecarum pag. 3. & Eloges des hommes Sçavans Tom. II. pag. 47. qui amatoribus Antiquitatis libellum hunc maxime commendatum vult. *Deckher*. de Scriptis Adeſpotis pag. 335. Itemque *Bibliographiam Curioſam* §. 27. ſub lit. k. 6. b. & *Bailleti* liſte des Auteurs degviſez pag. 615. *Zamoſcio* tamen vindicat *Colomes*. in ſuis Remarques ad Scaligerum pag. 257. monente Symbola Normanniana. Ceterum de veris *Zamoſcii* ſcriptis vide in *Anonym*. n. 974. *Thuanus* familiaritati arctæ ipſius cum Sigonio id tribuit lib. 134.

(2919) *Jascerus* ZAMOSCIUS, qui edidit Coloniæ apud Anton. Hierat. 1604. in fol. *Jus Saxonicum & Municipale*, quod ſit *Nicolaus* JASKIERUS, Secretarius Cracovienſis, qui

gloſſis ſuis Speculum Saxonicum ornavit, ex Schedis B. Theodori *Buſſii*, Cancellarii Provincialis Holſatici didiciſſe ſe refert illuſtris Dominus *Schraderus* in tranſmiſſa Symbola.

(2920) *Antonino* ZANCUME quod ſit *Vincentius* MONTANA docent *Villani nella* V. A. Hecatoſtes num. X. & *Bailletus* in Indic. pagina 615.

(2921) ZANGMAISTRE, *Jean Paul: Laurent* JOUBERT. *Baillet* ibid.

ZANINUS v. *Petolottus*.

(2922) ZEGERS Jacobus: Libert FROMOND, douteux. *Baillet* ibid.

(2923) *Nicolai de Pio* ZELO wolgemeinte Abfertigung eines ſo genandten Chriſtian Friederich Palmen. Scriptum hoc Excellentiſſimo Domino D. Johanni Friderico MAIERO videtur tribui velle à Clariſſ. Thomaſio in dedicatione ſeiner weitern Erläuterung der Wiſſenſchafft andere Menſchen zu erkennen p. 8. 9. 10. &c. monente *Symbola Schröteringiana*.

(2924) ZENOBIO adſcripta *Epitome Proverbiorum Tarrhæi & Didymi* ſæpius impreſſa, primum autem ſecundum ordinem Alphabeti cum excuſa. Florentiæ 1497. ZENODOTO aſſeritur ab *Eraſmo* in Prolegomenis ad Adagia, quæ extant inter opera Tom. II. col. 4. Cum quo facere etiam videtur *Schottus*, Notis in Procli Chreſtomathiam pag. 31. *Friſius* autem in Bibliotheca Gesner. ſub utroque nomine adagia citat. p. 831. col. a.

(2925) ZENONIS Veronenſis nomine, *Guarinus*, *Veronenſis* Orator, diverſi generis *ſermones* quod emiſerit *Bellarm.* ad A. C. 260. pag. m. 66. *Poſſevinus* aliique Pontificii vel ipſi agnoſcunt. Ex iis *Sermo in illud: Attende Tibi*, eſt BASILII MAGNI, v. *Theoph. Raynaud.* de mal. & bon. lib pag. 158 *Bellarm.* l. c. *Cocum* pag. 155. *Rivetum* l. 2. cap 19. pag. 244 Ita & *Sermo in Evangelium Lucæ*, & *de jejunio*, & alius *de Livore*, Item alius *de Invidia*, ſunt ejusdem BASILII, teſtibus iisdem. *Sermones* vero *in Pſalmos* magna ex parte ſunt HILARII, teſtibus iisdem, & oculari inſpectione; adde Citatos *Oleario* pag. 472. Abaci Patrologici.

Pene eadem eſt ſententia *Du Pinii* Tom. I. de la Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques pag. 202. dubitantis an unquam *Zeno hic Veronenſis* fuerit, quod tamen teſtimonio *Ratbreii* Veronenſis Scriptoris X. Seculi ſatis evidens eſſe perſvadet *Caveus* Hiſtor. Liter. Scriptor. Eccleſiaſt. pag. 124. 125. de ſuppoſitis ei a *Guarino* ſcriptis nihilominus conſentiens. De *Baſilii* etiam *Sermone Zenoni* ſuppoſito teſtem citat *Margo Normannianus* Höttinger. Script. ſuppoſ 76.

(2925 *a*) ZEPHYRINUS, Papa: Et ipſi Duas epiſtolas affictas à *peccatore* MERCATORE, ſeu Pſeudo-Iſidoro, Gerh. von *Maſtricht* in H. S. C. à p. 232. ad 268. docet.

(2926) Joannes ZERCOWSKI *Lauream Academicam Sereniſſimo Uladislao, Poloniæ Regi obtulit Lyrico carmine*, Vilnæ 1 33. eſtque detracta Perſona, *Andreas* ROSEWALD, Jeſuita Prutenus. *Alegambe* p. 29.

Itemque *Sotvel* Bibliothec. Scriptor. Societ. JEſu p. 56. col. a.

(2927) *Mutius* ZICATTA tacito veri Auctoris nomine edidit Italice verſum librum *Johannis Antonii* DE VERA ET ZUNIGA Venet. 1646. in 4to quem hic Hiſpanice emiſerat Hiſpali 16 1. in 4to. ſub titulo: *El Embaxador, ſive, de Legati munere*: teſte Nicolao *Antonio* Biblioth. Hiſpan. p. 482. col. b. Verum an hic ita ſe habeat, dubium movet la *Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. XXX. pag. 125. ubi ſub *Mutii Zicattæ* perſona à *Matteo* ZUCCATI Italice editum librum de Mr. *de Silbon* inſcriptum Gallice le *Miniſtre d' Etat* ait.

(2927 *a*) *Perlone* ZIPOLI, ſub quo nomine extat Italice *Il Malmantile racquiſtato* edit. Florent. 1674. in 12mo reducto *anagrammate* fit *Lorenzo* LIPPI. Teſte la *Viſiera Alzata* Pentecoſtes num. XXXIV. p. 126. 127.

ZOILUS v. *Ardelio*.

(2928) ZOROASTRIS nomine quæ citantur à *Friſio* Biblioth. Gesner. pag 831. col. b. *Oracula* Græca *Magica* verſibus Hexametris excuſa cum Scholiis Græcis Pariſiis 1538. à *Lambecio* Hiſtor. Literar. Prod. lib. 1. c. 7. pag. 93. vindicantur JULIANO CHALDÆO Scriptori Juniori cognomento THEURGO, vide & Commentar. de Biblioth. Cæſar. lib. VII. p. 29. & judicio clariſſimi quidem Cavei ſatis ſolide & non contemnendis argumentis, quæ verba ejus ſunt in Epiſtola ad me data Islingtonio 8. Idu. Decembris 1676. Pleraque etiam Chaldæorum Scripta a *Porphyrio* in vita Plotini νοθείας damnata refert *Gale* notis ad Jamblichum de Myſteriis pag. 184. 185. cui *Zoroaſter* idem eſt qui ZARADUST, ZARATA vel ZABRATA, a quo Pythagoram ſua hauſiſſe ibidem docet.

(2929) *Matteo* ZUCCATA eſt *Mutio* ZIC-

ZICCATA docente *Villani* Viziera Alzata Pentecoſtes num. XXX. p. 130. hisce verbis:

XXX. MUTIO ZICCATA. Capitò di Francia il *Miniſtro di ſtato del Sig. di Syllon* in Idioma Franceſe, e *Matteo Zuccati* con nome ſuppoſito come ſopra, lo fece fauellare in Italiano. Mi ritrouai piu volte à ſentirlo à leggere à parte, mentre lo traduceua; Egli è Cittadino Venetiano, ma appena vſcito da torchi il Libro fù arruolato alle inſegne de libri proſcritti.

---

(1930) ZYTHANDER à *Bude*. Sub hoc nomine prodiit liber de Braxatione, ejusque Privilegiis & Juribus; cujus ſe Auctorem profeſſus eſt Anno 1674. *Theodoſius* SCHÖPFFER, Advocatus Quedlinburgenſis, qui & eundem tractatum Anno 1677. in 4to Jenæ correctum & Auctiorem edidit nomine ſuo præfixo hoc titulo: *Tractatum* ſuccinctum *de Braxandi eidemque annexis juribus*, pluribus in foro frequentibus, & in vita communi toties quoties obvenientibus quæſtionibus, novis præjudiciis, ſententiis, & ſtatutis Municipalibus allegatis auctum, reviſum, & correctum revelato & detecto ſipario, cum indice rerum & verborum locupletiſſimo exhibet *Theodoſius* SCHÔPFFER Sanderslebia-Anhaltinus & Advocatus Ordinarius Quedlinburgenſis, Franckofurti & Lipſiæ Sumtibus Theodori Philippi Calviſii Bibliopolæ Quedlinburg. Anno M.DC.LXXVII. in 4to paginis 304. non computato indice Alphabetico.

*** *** ***

# FINIS.

# B. JOHANNIS DECKHERRI,

*Doctoris & imperialis Cameræ Judicii Spirenſis, Advocati & Procuratoris*

DE

# SCRIPTIS ADESPOTIS, PSEUDEPIGRAPHIS, ET SUPPOSITITIIS CONJECTURÆ,

CUM

ADDITIONIBUS VARIORUM,

*Ad Editionem ultimam*

AMSTELÆDAMENSEM.

*Nobiliſſimo & Experientiſſimo*

# DOMINO THEODORO JANSONIO *AB* ALMELOVEEN

*Illuſtri Medico*

S. D.

## JOH. DECKHERR. D.

SI mihi unquam in animum eſcendiſſet, DOMINE, de Scriptis Adeſpotis &c. aliquid ex profeſſo, ut loquuntur, litteris conſignare, vel, conſignata quæ erant, adaucta, in publicum dare, majori apparatui conquirendo operam dediſſem: Et quicquid vel domeſticæ diligenitæ labor, vel florentius, quod mihi cum Eruditis eſt, commercium, vel felicioris ſeculi ſcripta, omni amœniore vi in ſocietatem, & grata legentibus avocamenta arceſſenda fuiſſent: Verum ab hiſce ſevocant me negotia ſupremi, cui ſervio, Judicii; unde litibus, his componendis, his jure dirimendis, illis recipiendis repellendisve, ut fortuna forenſis, ſæpius omni prudentia major, ſortes clientum diſpenſare imperat, incubare cogimur. Fortuita erat hora, quæ tenue hoc excluſit, nec forte Academiis videndum; quæ ſolitudinem non ſemel invidenda adſociatione ſolata eſt; quæ ingratiſſimas curas animo ſæpius excuſſit, liberaliori ſtudiorum diſciplina conſecranda; ut Dialogi de jactura temporis illi rei fidem facturi ſunt. Sevocaverunt me etiam, quod ex neceſſitate adſcribo, ab omni ferme augmento parando, non ganeonum, vulturum, hirundinumque moleſtæ, aſt bonis auribus blande ferundæ, vociferationes; ſed calumnioſa ſcripta & epiſtolæ, quæ refutando *Illuſtri* PLACCIO hac conjecturas deſtinatas, qui tamen mihi ſolus in hanc materiam manuductor fuit, & ſumme æſtimandus, impudentiſſime vulgaverant; unde amœnioris cum eo commercii declinatio & mox, cui non inique indoleo, caſus; quem ita excidiſſe nollem: Hiſce viſis, cur nihil prolixius ſubnotatum ſit, ut ſingulari confidentia & humanitate deſideraveras, facile, qui amicus eſt, conjiciet: addidi tamen de Patribus nonnulla ingens ubique diſputandi argumentum; fori quoque negotiorum ſubinde memini; nec novos ſcil. Philoſophos tranſire permiſi; junctis non, ut puto, injucundis digreſſionibus, innocuis cenſuris, & carminibus; vel delectationi ſervituris, vel puſilla temporis jactura redimendis. Hanc itaque degenerem filiolam meam, quæ inter breve tempus omnem ſuum mundum, omnia veſtimenta, neglexerat, ruperat, tertium veſtitam Nobiliſſ. Dignationi Tuæ neſcirem, an ſub tectum, & in longe meis feliciores lares, ac ſacra familiæ alienæ adſciſcendam? niſi de adoptatoris in me meamque fide & affectu certus eſſem, honorifice commendo; ubi aſſenſu Tuo firmabitur, lætam; ſi eo deſtituetur, correctionem inter baſia ſuſcepturam; parituram ubique. Et his Te optime valere, & rei litterariæ promovendæ natum ſero mori deſinere, & poſt Stephanorum vitas Plantinianam etiam edi, ut promiſiſti, omni animo opto. Vale. Scrib. Spiræ Kal. Jan. cIↄ Iↄc LXXXVI.

# CONSPECTUS
# EPISTOLÆ.

De Anonymorum & Pſeudonymorum inſtituto laudabili, vel ſecus: in Theologicis, Jure, Medicina, & Philoſophia: de Polemicis, Hiſtoricis, Satyricis, & liberali Apologia, brevis diſſertatio.

NB. *Poſitæ ſunt ad marginem prioris Editionis paginæ.*

## SECTIO I.


I. *De Authoribus Biblicis Veteris fœderis; & non nullis ex Novo; cum digreſſionibus.* 20

II. *De Verſionibus Bibliorum, Latina, Græca, Syriaca, Dalmatica, Gothica, &c.* 48

III. *De Scriptis Patrum Eccleſiæ ex ævo antiquisſimo.* 59

IV. *De Scriptis ad Statum Religionis & Eccleſiæ, junctis huic vicinis, & variis, pertinentibus, ex ævo recentiori.* 82

V. *De Scriptis ad Statum publicum Germanici Imperii, cum annexis, vicinis ſimiliter, & variis, ſpectantibus.* 130

VI. De *Scriptis Juris-Conſultorum; & publicatis Actis nonnullis; pars prior.* 191

VII. *De iisdem pars altera: Ubi & de Scriptoribus Cameralibus, & Affinibus.* 205

VIII. *De Hiſtoricis; pars prior.* 229

IX. *De Scriptoribus Fabularum, quas Romanas vocant, & de Proceſſu contra maleficos.* 238

X. *De Relatoribus ex Parnaſſo; felicibus, & infelicibus.* 253

XI. *De Hiſtoricis; Pars altera.* 260

XII *De Poëtis; ubi Pan (IMP. CÆS. AUG.) Filio auctus in Bucolico exhibitus.* 269

XIII. *De Annii Viterbienſis Beroſo, & Catone, vel genuinis, vel ſuppoſitis.* 299

XIV. *De Scriptis Miſcellaneis.* 305

XV. *Epiſtolæ obſignatio: ubi de Wineo, Vettero; cum Paræneſi de fatis proprii laboris.* 345

*PAULI VINDINGII Epiſtola.* 349

*PETRI BALII Epiſtola.* 367


CON.

# CONJECTURARUM
DE
SCRIPTIS
ADESPOTIS
PSEUDEPIGRAPHIS,
ET
SUPPOSITITIIS,
EPISTOLA.

*De Anonymorum & Pſeudonymorum inſtituto; laudabili vel ſecus: in Theologicis, Jure, Medicina & Philoſophia: de Polemicis, Hiſtoricis, Satyricis, & liberali Apologia, brevis diſſertatio.*

CONJECTURAS ſe appellat hoc, quicquid eſt, Epiſtolaris *ad Conſultiſſ. Dom.* VINCENTIUM PLACCIUM IC. *Hamburgenſem*, ſcriptionis; Neque ita, niſi cum juſta ratione! Notitia Scriptorum Adeſpotorum & Pſeudepigraphorum Argumenta duo eminent; *Conjectura*, *Authoritas*; nam, qui ſe ipſos prodidiſſent, ſcriptores, rari inventi ſunt. Hæc duplex, *propria* & *aliena*; utraque, ſi origines intuearis, conjectaſſe videtur, firmioribus alia, reliqua tenuioribus firmamentis, levioribusque præſumtionibus inducta. Primus itaque *Conjecturis* locus ex merito aſſignatus, & æſtimatio; ut, ſi forte peccatum eſſet, vel à Bibliothecæ ſuæ incola, vel advena extero (quod ulla ratione penitus evitari poſſe, genius materiei non patitur) involuntarium errorem ſpetioſi refugii titulus occuleret; Illiſque ſolis, ſi de Scriptoribus ante propiora ſecula natis oratio inſtituitur; ſive Biblici illi ſint, ſive Patres Eccleſiæ Chriſtianæ, ut vocamus, conſiderentur: aut juxta Hiſtorias Germaniæ priſcæ quis hæc metiri velit: aut Juriſconſultos, Medicos, Philoſophos quis in exemplum ex veteribus ſeculis repetat. Eorum autem, qui proximis temporibus, vel Patrum ævo ſe prodidere ex hoc ſcriptorum ordine facilior certiorque ratio iniri poteſt; & hactenus aliis nobiſque inita; geniis ſeculi auctorumque promptius ſeſe oſtentantibus, & concurrente cum conjectura probatiſſima alius authoritate. Inter *Conjecturas* vero magni æſtimant ex temporibus editi ſcripti, eorumque temporum genio, ſtatu fatoque collectas: inde ex convenientia ſtyli, adſertionumque alibi ejusmodi Scriptori probatarum, & quæ ſunt in his dignoſcendis Criticorum curioſa judicia, ingenii, judicii, orationis, quæ à multis diſſimulari non poſſe, ajunt, 4
Emblematibus, veritatem eruere intendunt: nec dedignantur porro Officiorum, Conſiliorum, Profeſſionis & Vocationis fortunas in conſilium & ſubſidium adhibuiſſe. Fictionis & detectionis eventus ſortemque, quæ ſequuntur, pauca, apertura.

AUTHORITAS autem laudatur ejus, cui cum Anonymo Pſeudonymove coæva ætate vivere datum; porro, quem Officii, Voti, Conſiliique ratio cum Scriptore conjunxit: reliqua in teſtimoniis probatæ integritatis Virorum conſiſtunt: quæ ſequiora ſunt, ut dictum, ad Conjecturas ſpontanea revolutione relabuntur: Unde vel approbatio, vel neglectus, ſæpe & dedignatio ex neceſſitate ſequitur; Indignatio autem juſtiſſima, ubi in detegendis authoribus librorum 5
minus probæ notæ aut caſtigatæ lectionis temeritati ſuæ nonnullos indulſiſſe deprehenſum. Exempla peſſime nominatorum Balduini, Caſtalionis, Caſſandri, Puffendorffii in promptu; detectores male dimiſſi; ut inferius conſignatum.

ANONYMUS ſcriptor ſua, ſine omni prorſus nominis deſignatione, vel ſub litteris ſolis initialibus, hiſque iterum vel

perverſis, vel ſecus, publicat: PSEUDONYMUS, ficta præſcribit nomina; idque duplici ratione facere adſolent noſtri: Aliena Eruditis jam nota nomina uſurpando; vel nova fingendo: Illud ſæpius accidit; hoc plerumque in uſu eſſe videmus. Prius non poteſt non averſari, qui Confuſiones, in Scriptis Patrum maxime conſpicuas, aut, in
6 Bibliotheca Orbis Eruditi quacunque, metuendas altius perpenderit. Poſterius feliciſſime adſecuti, qui ingenioſo Anagrammatiſmo uſi; qui adſumptis ex aliena lingua appellationibus ſe ferme non nominant; qui Officiorum nomina retinuere; unde cognoſci poſſent, qui ſerio latere vel omnino noluerunt, vel ſe detectum iri detectosve jam ſua ingenuitate freti, non erubeſcunt. In qua multifaria omnium uſurpatione multorum ingeniorum felicitas, ambitio, metus, fiducia, temeritas, ut ſummatim enunciem, deprehenſa: prout ſcriptionis argumentum auctorem, vel commodo, vel diſpendio, vel famæ vel infamiæ eſſe potuit. Et erat profecto, de quo conquereretur in ejusmodi Scriptis, ingenuum, honeſtum, generoſum boni ſeculi Monumentum & Theſaurus;
7 apertæ frontis Bibliotheca: quod averſaretur temporum integritas; ſcripta ſæpe, aut non ingenua, aut ſervilia, quin & ſpuria; adeſpota omnia vel infide tecta publice proſtitui, ſub libertatis, & quidvis non audendi temeraria præſcriptione publicari arripique: quod denique culparet ſaltem cordatior. Unde pro animorum vario habitu multa per averſionem damnata; pauca rude donata & dimiſſa; ſiniſtra contra omnes præſumptio omnia retenta. Ob id (a) maxime in Rempublicam Venetam, fatale & decretorium Pontificis fulmen ſæviit, quod contra Tridentini Concilii Decreta, ab ipſa ſolemni deliberatione ſine exceptione probata Fratris Pauli Servitæ & Joh. Gerſonis Opuſcula cum præfatione Anonymi qui idem Paulus agnitus fuerat, adeoque de rebus ſacris, libros
8 ſine Authoris nomine typis mandari paſſa fuerit; contrariæ cauſæ Patrono Roberto Bel-,,larmino (b) perorante; Et hiſce calami-,,toſis temporibus infit ſæpius cum elogio di-,,cendus Covarruvias, tot hæreſibus Reli-,,gionem Chriſtianam oppugnantibus, tot-,,que libris ab hæreticis ſine auctoris nomi-,,ne, ut minime repudientur in publicum ,,editis Tridentina Synodus, ut tot malis ob-,,viaret, eos imprimi, vendi & penes ſe reti-,,neri prohibuit, (c) ſanctiſſime! ita Vir ſumme Catholicus: vel juſte, vel injuſte, vel abſurde! ita Sarpius, Servita: vel vage: ita Pallavicinus. Noſtra tenuitas ita cenſet; cum concurrant cum hac latitatione *Suppoſitio, & Plagium*, &, ut Ærodius vult, (d) *furtum*: quorum illa temeraria vel ambitioſa manus ſua ſub alius Scriptoris nomine, fide & emendicata authoritate Rei litterariæ imponit: 9
Hoc improbus furtivus calamus alienis laboribus indigniſſimum nomen præfigit: Illam ſine diſcrimine improbandam fore; ſive id ſceleris in Sacris, quod nefandum! commiſſum, ſive profanis: ratio ſententiæ jam reddita! Hunc temeratorem protinus, in flagranti crimine deprehenſum: Illa ſuppoſiti partus rea eſt; Hunc Fabia de plagiariis, aut de furto XII Tabularum Lex, Prætorisve Edictum punitura erunt, ex notis hinc & inde peti ſolitis infligendarum pœnarum argumentis. Ab his diſpar Noſtrorum, ita appellare liceat Anonymos & Pſeudonymos, cenſus, quis enim eorum, quorum nomina vel incuria ſeculûm vel injuria, aut ſenectute labentis in peiora temporis intercidêre, ſcriptorum fidem, niſi illos malitia hûc raperet, 10
in judicium malæ fidei inſontes probosque accuſandos vocaverit? Abſit id.

Hoc etiam penitus; ut probentur latebræ ejus, qui in THEOLOGICIS, emendicato nominis occulti vel transformati velo ſe tuetur, niſi hoc honeſtiſſime utatur! (e) Neque enim, ſi pro Gloria Dei & Sacroſancta Eccleſiæ fide ſcribitur, habet vel Deus hac umbra opus, vel Evangelium. Neque ſecreti Commentatorum metus, ſi modo vocatio juſta præceſſit, juſtus; quia in adjutorium Deus, pro innocentia teſtis legitima & inculpabilis vocatio; Si extra oleas agunt, ſapiuntve, vituperium non evadent. Si neglecta (f) in libris Dei & Eccleſiæ cura, amorque proximi; & nomen, ſicubi adeſt & velum improba ſunt: & eo ſceleſtior eſt ſcriptor, quod pietatis & Religionis ſpecie fallit; ſub Theologi pallio graſſatur hoſtis Dei & 11
Imperii. Nomen occultat pantherina fraude; abſcondit odioſiſſimum caput, ſimulatæ pietatis odore allicit incautos: cœca manu &c.

De JURISCONSULTIS, MEDICIS & *reliquarum* honeſtiſſimarum Diſciplinarum Doctoribus largius ſentire licet. His plura indulgere poterit, qui tanti periculi, quale in prioribns vertitur, rem non eſſe crediderit; de his itaque breviter in ſequentem formam cenſeo: Si de permiſſione, juſta vel ſecus, quæſtio ſuboritur, liberam his adſeruero ſcribendi rationem: nam nonnullos intimarum ſcientiarum ſcrutatores decora & amœna ratione, quidquid novum arduumque ab ipſis inventum, a principio ſine nomine edidiſſe, ut, ſi probaretur eruditio, confidentiora ſint ſequentia; &, ut poſt tabulam 12
Apelles, judicia, publico, vel confirmando vel reformando quæ edita, profutura, exciperentur, periculumque ſuæ intentionis facerent, palam eſt. Si de juſtitia conſilii; ipſi in publicis judiciis viderint! Si de authoritate, vel pro ſe, vel adverſus tertium; modicam, vel ſi rei ſtatus id ita fieri exigit, nullam. Inutilem erronem, fugitivumve ſervum,

(a) Jac. Aug. Thuan. *lib. cxxxvii Hiſt. pag.* 1258.
(b) *Lib. IV. Reſol.* 17. *ag.* 63.
(c) *Lib. vj. Hiſt. Conc. Trid. pag.* 428. & 429. *Lib. xv. Hiſt Conc. Trid. cap.* 18. 19.
(d) *Lib. vj. Rer. jud. cap.* 2.

(e) Balth. Schupp. *in Oper. paſſ.*
(f) Nicol. Rigalt. *in Apolog. pro Ludov.* XIII. *Gall. & Nav. Rege cap.* 1. *princ.*

vum, filiumve, qui vel à Domino Parenteve projectus vel protruſus foràs non poteſt, vel, qui malæ fidei, Domino invito ſui furtum commiſit, vel Patrios Lares deſeruit, non vult, niſi cum crimine, nominare! Inepte prætendit quondam in miſeriam expoſitus infans ſpendidos natales, rariſſime fidem de his facturus, niſi ſe S. P. eſſe, cum dedecore confeſſus.

POLEMICA autem omnium cujuſcunq; fidei ſortisq; ſint, hominũ, monumenta; in Publicis Imperiorum fatis, ciendis ſeditionibus, evertendis nocentibus æque ac innocentibus, armandis in Magiſtratus Regeſque ſubditis (quod Henrico III. Gallorum Regi necem attulit:) in ſubditos Magiſtratibus Regibuſque, committendis diverſarum Religionum civibus, inſtruendiſque lanienis Sathanica media; ſeditioſas chartas ex abdito infami orco, obvelatis authoribus in vulgus ſpargere: Ita & in privatis privatorum in re litteraria litibus, niſi modeſtiſſima pro ſalvando temerato honore meditatione erecta; non tantum contemno, quod vile eſſet, ſed abominor. Ita fieri jubent ſalus publica, quæ eſt lex ſuprema, malorum immanitas, & bonorum religioſa deteſtatio & ejuratio. Cui enim ignota ſunt mala peſſima rei principia: invehi in quoſcunque dira exprobratione, ex occulto abditoque proximi ſui perſonam, famam, eruditionem, honores improbo auſu diſcerpere, & venenato telo publica impietate lædere: Calumniari audacter: ſemper enim aliquid hæret, libris, ut Thuanus ait (g) Carnificis manu puniendis: Exempla ſuus inferius deſignatus locus deteſtabitur. His malis hoſpitio eſt ſecurus ſub Anonymiæ & Pſeudonymiæ ferali antro receptus; hos ultore igne ſcrutetur Majeſtas, (h) conquiſitos lectitatoſque, vel minus, libellos corrumpi, exuri jubeat, juxta vetus Neronianum (i) contra Fabritium Vejentonem præjudi-„cium. Sed & hi plerumque occultantur & „eduntur, donec habendi licentia oblivio-„nem afferat, (k) nimirum nulli ſunt Roma-„ni, qui Orbi dominentur; (l) & Typo-„graphiæ luxu in plures ſparguntur libri, nec „prohibitio ultra prohibentis territorium „extenditur. Ergo quod in Italia ſcribi non „poterit, in Germania poterit; & quod ibi „non licebit, Galli edent, &c.

HISTORICO quoque, hic enim memoria excidere non debuit, occultandi nomina ſua artes neglectas ſpretaſque velim. Si vera loquitur, ut Hiſtoriarum lex exigit; ſi virtutes & vitia hominum, ſi bene geſta cum male factis non injurioſa animoſitate poſteritati traditurus eſt, nunquam diſſimulandum nomen; tum, ne unius ſimulationis culpa reliquis, etiam veriſſimis, fidem vel affligat vel abroget; ut prioris ævi Francorum Hiſtoria de Statu Regni & Religionis in Regno Galliæ; Vita Catharinæ Mediceæ Regi- 16
næ Matris; Caſparis Colinii Ammiralii, Principis Condæi, aliorumque, Proteſtantibus acceptæ & pro veris agnitæ; ab Adverſariis pro libellis famoſis jactatæ, non ſecus ac nova Gallorum aliarumque Gentium exempla hæc ignorantem inſtituent (m) tum, ne metuas, præſenti potentia extingui poſſe ſequentis ævi memoriam, aut juſte quæſitam famam & nomen: *Neque mors neque venenum!* ut Thuanea ſibi in Inſcriptionibus gratulantur.

SATYRAS quoque, vel omnino removeri, vel præſcriptis non fucatæ integritatis titulis in publico verſari terique ex re publica eſt. Corrigendis mali ſeculi improbitatibus non improbandum remedium & cenſura; ſi modus ſervatus; ſi id fieri neceſſitas vel vocatio jubeant; ſi perſonis tangen- 17
dis, materiis irridendis, honeſtati ſtyli, &, ut paucis dicam, Reipublicæ optima maximaque fide cautum; tunc enim, qui probus eſt, honeſtiſſimis auſibus ſe quoque præſcripturus erit: Si illis minus rite cautum; & ubi virtutem commendant, omnia opinio continuæ atrocitatis corrumpet: (n) Quod ſi è latebris quem quis imitari vel æquare deſperat, ignobili invidia conatur opprimere, & ſine nomine laborem & cum opere nomen, ſicubi invenietur, melius execrabitur ſeculum. Hæc ſigillatim, & diſſertatorie!

Hodie ferme aliter, ita noſtrûm plerique, neque enim APOLOGISTÆ deſunt, obſervatur. Non adimi poſſe, generaliter præfati, Domino rei ſuæ arbitrium; formam Authori liberam, lege non ademptam: hanc 18
poteſtatem & licentiam ipſi relinquendam inviolabilem! Ita; ſi id fieri ſine diſpendio probitatis poteſt. Dein, excuſabilem eſſe timorem ejus, qui ineptiſſimi vulgi procellis innocenti refugio ſe ſubducit; (o) Victimam ejus quoque ſacram, qui averſa fronte invidiæ litat; qui modeſtiam, ſi non ambitioſam! prætendit; qui gloriam, quam vulgo adfectant, deſerit, qui virtutem ſibi per vindictam adſerit in abdito, (p) publicam hujus vel alterius æſtimationem procul habiturus; qui innocentem ſuam conſcientiam à proximi ſui læſione, publica rei fraude, impoſtura & deceptione alienam; ſuam bonam fidem, procuratæ aliorum utilitatis induſtriam, religioſa adſeveratione teſtatur. Ita eſt! & cum in libera litteraria Republica, luxuque ſcriptorum his adeo delicate, ut res 19
exigebat, præviderinon potuiſſet; ἐπ' αὐτοφώρῳ etiam deprehenderentur qui nomina ſua, cum eos ineptæ, proletariæ & triobolaris evulgatæ ſchedæ liquido puduiſſet, ſolicite ſuppreſſerant, repetita fideli Paræneſi, ad cujuſque conſcientiam animi ſtudiorumque decora

(g) J. A. Thuan. *lib. ij. de vita ſua pag.* 10.
(h) Tacit. *xiv. Ann.* 50 *verſ.* 1. 3.
(i) Ulpian *in l. cætera* 4. §. *Mala.* 1. *P. fam. erciſc.*
(k) Tacit. *iv. Ann* 35. 4. *& d. c.* 50. *in fin.*
(l) Forſtner. *add. lib. iv. Tac. pag.* 613.

(m) Tacit. *a. l. iv. cap.* 35. 5.
(n) Barcl. *p.* 3. *Euphorm. in princ.*
(o) Dan. Heyder. *in Reichs Vogt. Apolog. à princ.*
(p) Henr. Oldenburg *in Epiſt. x. ad S.*

cora, æſtimationem famæ, curamque publicæ ſalutis obſervandam facta, diſceſſum.

Tu vero LECTOR ſiſte gradum, hujuſque Epiſtolæ, inter negotia forenſia & ſeria alia domeſtica ſtudia, divertendi animi cauſa fortuito, & quaſi ab aliud agente, ſcriptæ CONJECTURAS, ſi legeris, ſi perpenderis, boni conſule!

20

# SECTIO I.

*De Authoribus Biblicis veteris fœderis; & nonnullis ex novo; cum digresſionibus.*

IN SCRIPTORIBUS BIBLICIS, à quibus & in Deum pietas, & in Scriptores reverentia ordiri nobis jubent, detegendis ſtudia ſua abſolverunt litteratiſſimi ex omni Religione Theologi; tractavere dubiam rem Juris-Conſulti, & invaſerunt ſcenam Philoſophi.

Principio autem nihil rei Epiſtolæ erit cum *Iſaaci* PEYRERII *Syſtemate Theologico de Præ-Adamitis*, aut *Leviathane* HOBBESII, ferme non omnibus ſacris monumentis fidem detracturis; aut cum illis, qui tempore captivitatis
21 Babylonicæ omnes Antiquitates Judaicas vetuſque fœdus intercidiſſe putant (quem ambiguum caſum ſe non ſperare profitetur Chriſt. Beſold. *ad Dig. coroll. 16.*) ab ESDRA vero divini Numinis afflatu denuo conſcriptas, editumque adſerunt: quod cum Antiquitate plus facere, exiſtimaverim; Aut cum recentiore Philoſopho, qui PENTATEUCHUM integrum à Moſe non profectum, ,,ſed ab Eſdra compoſitum; ſequentibus ,,temporibus, reſtitutum univerſum priſci ,,fœderis Opus à ſola Phariſæorum ſecta, ex- ,,cluſa Saducæorum, probatum; & denique ,,ætatum ſucceſſu, & traditionum invale- ,,ſcentia vim divini operis ſortitum. Id præfiſcine addendum, SUPPLEMENTUM DEUTERONOMII, Cap. XXXV. Hiſtoriam
22 mortis & ſepulturæ Moyſis Prophetæ conſignans, ipſi ſervo Dei Moyſi (quod penes ſe conſtituerat Joh Henr. Urſinus *in Nov. Prometh. Præ-Adamit. Plaſte, Exerc. II. cap. 2. §. 1.* ubi de MoſeNumine afflato & vaticinante, ſine omni legitimo ſubſidio agitur: tribui non poſſe, cum præterita, non futura, memoret; (vid. Th. Brownei *Relig. Med. ſect. xxiix. in fin. & ibid.* Molck *pag. 182. & ad ſect. xxij. pag. 150.*) & miracula non ſint multiplicanda præter neceſſitatem: Placuit itaque nonnullis, qui non negant id à Prophetis (quibus in memoratione præteritorum nulla opera,) aliisve viris ſanctis eodem, cum Moſaico Spiritu, eademque cum fide Eccleſiæ Judaicæ retentum JOSUÆ filio Nun debendum. Moyſen etenim ab illo capite conjectura notata; ab omni-
23 bus novi Philoſophi removent. DEUM immediate ſcripſiſſe Iſraelitiſque tradidiſſe, probabile non eſt. Reliqui more ſolito, imo invaleſcente, ad Eſdram referunt.

At cur à Moſe dicendi primordia ſumpta? Nihil itaque ante ipſum Divinæ ſapientiæ & Canonicæ authoritatis ſcriptum editumque? Sane JOBUM de quo ilicò res erit, librum Canonicum Moſeque ſeniorem eſſe, fere omnes fatentur: Et tamen Urſinus *d. l. §. 4. ita:* quæ de Libris Henochi, *inquit*, Juſtorum, Bellorum Domini, Jobi, Chriſtiani quidam Doctores in ſpeciem contraria huic effato; & quæ à Sabæis, à Magis, ab Hæreticis, aliiſque nugatoribus afferuntur de libris SETHI, NOHÆ, ABRAHAMI & ſimilibus, partim non difficilem (neque tamen adjectam, quod convincendis 1
impoſturis ſumme neceſſarium:) habent explicationem, partim Diabolicæ præſtigiæ & quiſquiliæ ſunt &c. An ad irritandum Peirerium? an alio fine? neſcio. Antequam illos libros ad Diabolicus præſtigias referamus? an ſine ſelectu? an ſine judicio in illos reddito? prolixius informandi ſumus; quia in illo libello affectus ſæpius non ſerviunt, ſed imperant: cum & Judas Apoſtolus *in Epiſt. vers 14. 15.* librum *Enoch* allegat ejuſque teſtimonio, licet *hodie* Apocrypho, utatur: ex Auguſtino & Hieronymo; juncta præfatione Beati Rhenani *ad Tertull. de Cult. fœm. p. m. 501.* & ſplendido elogio ipſius Tertull. *d. l. pag. 506. n. 3.* ſcio, *inquit*, in ſcripturam, Henoch non recipi à quibusdam quia nec in armarium Judacium admittitur. Opinor, non putaverunt illam ante 2
cataclyſmum editam, poſt eum caſum Orbis omnium rerum abolitorem, ſalvam eſſe potuiſſe; (dein, interjecta de ſucceſſibus Traditionum Hiſtoria, pergit:) ſed cum Enoch eadem Scriptura etiam de Domino prædicârit, à nobis quidem nihil omnino rejiciendum eſt, quod pertinet ad nos &c. nec utique mirum hoc, ſi Scripturas aliquas Judæi non receperunt de Chriſto locutas, quem & ipſum coram loquentem non erant recepturi &c. & *in libr. de Idololatr. p. m. 737.* Selden. *de Jur. Nat. & Gent. lib. V. cap. 9. pag. 609.* Peirer. *Syſt. Theol. lib. IV. cap. 2.* Sed quorſum, inquis, hæc inania de libro, qui aut non extitit, aut inter rudera tot millium annorum ſatis quiete compoſitus & ſepultus eſt litigia! aut de quo Europa informari neſcia 2(
eſt? Imo vero, & viſus eſt, & extat, & reddi Orbi terrarum poterit! En locum plane inſignem & memorabilem apud Gaſſendum *in Vitâ Peireſcii lib. V. pag. 395. ad annum 1633* ,,Sub ipſum tempus ex Ægypto rediit Vir omnino bonus Ægidius Lochienſis, è Capuccinorum familia, ubi toto ſeptennio linguis Orientalibus operam navarat. Memorabile ,,eſt

„eſt eum inter cœtera animadvertiſſe, MA-
„ZHAPHA EINOK, ſeu PROPHETIAM
„ENOCHI, declarantem ea quæ ad finem
„uſque ſeculi eventura ſunt, Librum Euro-
„pæ pridem inviſum, illeic autem charactere
„ac Idiomate Æthiopico, ſeu Abyſſinorum,
„apud quos is fuerat ſervatus, conſcriptum:
27 „ideo Peireskius ſic fuit accenſus ejus quoque
„pretio comparandi ſtudio, ut nullis parcens
„ſumptibus ipſum denique ſui fecerit ju-
„ris &c. Eruntne & hæ præſtigiæ? adde de
ejuſdem generis libro in Hiſpania invento
Hiſtoriam apud Gobelin. Perſon. *Coſmodrum.*
*ætat. VI. cap. 65. pag. 236.*

Hiſtoriam JUDICUM Iſraelis, Hiſtori-
am RUTH, & LIBRI I. SAMUELIS *capita prio-*
*ra XXIV.* in Auguſtiſſ. Bibliothecæ Vindobo-
nenſis deſcriptione, non ita pridem ſuis fatis
defunctus Illuſtris Petrus Lambecius, ex anti-
quiſſimis documentis ipſi Prophetæ Dei SA-
MUELI filio Elkanæ & Hannæ adſerit.

Inter ſcripta Hagiographa ESTHERIS
libellus Eccleſiæ Dei ſemper agnitus; itidem
de ſupplemento, nimirum cap. X. XI. XII. XIII.
XIV. XV. & XVI. horumque authore lis eſt.
28 Lyran. *in fin. Commt. Eſth. Joſepho* tribuit, qui, ut
„homo litteratus & eloquens, ideo excogita-
„vit, ut oſtenderet, qualiter Aman potuit de-
„center deſcribere machinationem ſuam co-
„lorando apparenti bonitate, & quomodo
„Mardochæus revocatorias litteras potuit de-
„center dictare, honore Regis ſervato &c.
„(quæ cenſura nimis frigida eſt nec ſeria!) eò
probabilius tamen *Joſephus* dicitur, quo magis
evidenter cap. XIII. & XVI. de verbo ad verbũ
ex Joſeph. *lib. XI. Antiq. cap.* 6. deſumpta ſunt.
Sixtus Senenſis *lib. I. Bibl. 2. p. 20. incertum* Græ-
cum ſcriptorem ex diverſis Hiſtoriis, & par-
tim ex *Ioſepho* hæc compilaſſe putat. Ipſe au-
tem Eſtheris libellus *Canonici* monumenti fi-
dem dudum adſecutus fuit, exploſa Euſebii
opinione; authorem Eſdra recentiorem;
29 ut & Philonis Judæi, JOACHIMUM, Jeſu Sa-
cerdotis magni filium, Hebræorum Pontifi-
cem: & denique Latinorum, MARDOCHÆ-
UM ipſum nominantium; ex Hebræorum
Chriſtianorumque conſentiente ſententia
ESDRÆ Librorum Veteris Teſtamenti Ca-
nonicorum compilatori vindicandus videba-
tur Joh. Gerhard. *Confeſſ. Cathol. lib. 2. ſpec. p. 1.*
*art. 1. cap. 1. pag. 38. 39* add. Covarruv. *lib. IV.*
*Var. Reſol. 14. n. 5. pag.* 34. cum ſingularibus
ibidem notatis.

JOBI quoque liber non unius labor
eſt: caſſata quippe appendice, quæ præmiſſa
erant, noſtris Canonica habentur. Porro,
duo priora capita & ultimum Idiomate He-
braico, reliqua Arabico ſcripta ſunt. Deni-
que, illa orationem ſolutam, liber ligatam,
verſuque, ut videtur, menſuram enim & nu-
30 meros perdifficile fuerit oſtendere Hexame-
tro, carmineque Heroico præ ſe fert: proœ-
mium & libri finis Hiſtoricæ ſunt narratio-
nes; reliqua meri, nec ſibi conformes, dialo-
giſmi. Alii, fruſtra quæri, ajunt, de ejus libri
ſcriptore, quem Spiritum ſanctum fuiſſe non
dubitetur: ita, ſi probarent! Alii Jobum
ejuſque Amicos conjunctis inter ipſos operis
perſcripſiſſe. Sed quis conſilio adſedit? Re-
liqui Moyſen apud Midianitas peregrinan-
tem; vid. Theod. Bezæ *Jobum. Ann.* 1589. *Ge-*
*nevæ editum, pag.* 2. Accuratius conjectat, quis
enim rei teſtis fuit? Hieron. Drexel. *in Job.*
*Divin. Prov. theatr. c. 2. pag. 21. 22. & cap. 3. pag. 35.*
Moyſen, cum in Arabia, paſtorem ageret li-“
bello Jobi capita 1, 2. & ult. quæ ad hiſtori-“
am pertinent addidiſſe, eumque Hebraicæ“
linguæ reddidiſſe, qui Jobo ipſi juſte non ab-“ 31
judicandus. Quibus hactenus conſentire“
poſſumus; add. Schupp. *tom.* 1. *Oper. pag. 293.*
*& ibi citatum* Torniellum: omnia pene negan-
te Hobbeſ. *d. c. 33. pag. 178. 179.* argute ſubſcri-
bente: Verſus neque illis, qui in magnis“
doloribus conſtituti ſunt, ut Job nec illis,“
qui miſeros conſolaturi veniunt, ut Amici“
ejus, ſtylus uſitatus eſt, ſed Philoſophis Mora-“
libus priſcis frequentiſſimus. Nec diſſentit“
alter ex Novat. *cap. X. pag. 130.* quæ in eo con-“
tinentur, ut etiam ſtylus, non viri inter cine-“
res miſere ægrotantis, ſed otioſe in Muſæo“
meditantis, viſa, viſuſque. Verum opinioni
noſtræ cum adjunctis patrocinatur Did. Co-
varruv. *lib. IV. Var. Reſ. cap. 14. pag. 33.* &, ab uno
ſcriptum, una methodo, uno ſenſu, nemo, ut
puto, ſive contradictione adfirmaverit; &“ 32
ſpecies ipſa Carminum docet, non impetu“
& inſtinctu, nec uno ore fluens. Tacit. *XIV.*“
*Annal. 16.* 2. Eruditiſſime tamen, qui celſus illi
in his genius eſt, oſtendente *Frederico* SPAN-
HEMIO in particulari opere, librum ætate
Salomonis ſcriptum; nominante & ſubmi-
niſtrante exemplar Illuſtr. Dn. Dn. MAURI-
TIO, *ſupremi noſtri judicii eminentiſſimo Adſeſſo-*
*re.* In quo poſt infinitæ eruditionis docu-
menta præcipue miramur, Hiſtorias Origineſ-
que Dearum à Gentilibus in Africanis & con-
finibus Regionibus adoratione quondam cul-
tarum ad tres Jobi filias JEMIMAM, KEZI-
AM & KERENHAPUCH ſumma diligentia
& acumine revocatas: manifeſto indicio;
Jobum, cum in acerba & dubia, de peranti-
qua, Gentilium ſapientiſſimis, & præ aliis Se- 33
necæ trutinata quæſtione, Cur malis & im-
probis hominibus proſperi ſucceſſus contin-
gant? bonorum virorum ſortes vel malæ vel
neglectæ conſpiciantur, cum unus ſit Deus.
Cum Deo & Amicis depugnata lucta victor
abiiſſet, in poſteritate non ſolam admiratio-
nem meruiſſe, ſed & adorationem.

SUPPLEMENTA LIBRI DANIELIS;
quæ ſunt, *Oratio Hazariæ*, *Hymnus trium puero-*
*rum*, *Hiſtoria Suſannæ* & *Belis* narratio; prorſus
non eſſe Prophetæ Danielis de tribu Juda;
ſed partem alicujus hiſtoriæ, quam de alio
quodam Daniele Sacerdote filio Abdæ ſcri-
pſit HABACUC filius Judæ, de tribu Levi,
vel, ex Julii Africani ſententia, Græci ali-
cujus Scriptoris commentum; probat Sixt.
Senenſ. *lib.* 1. *Bibl. ſect. 2. p.* 22. Gerhard. *Con-* 34
*feſſ. Cathol. d. l. pag.* 44. 45. Et ſic tamen, præ
aliis cœleſtis ſpiritus ſcriptis, procul ablega-
tis, ut dictum, hi errones in jus civitatis Bi-
blio-

bliothecæ Biblicæ, vel intruſerunt ſe, vel intruſi fuere, magno incommodo & nullo merito.

*Liber* quoque SAPIENTIÆ, nullius minus, quam Salomonis eſt magis autem PHILONIS Judæi Alexandrini, Athenis nutriti, & in Lingua Græca & Chaldaica peritiſſimi, qui dicta Salomonis undique diſperſa, & in lingua Græca ſcripta, prout diverſi Sapientes ab ipſo exceperant redolente eloquentia (ſed itidem Græce:) ſub adſcito Salomonis titulo (non movente libri cap. 9. verſ. 7. 8.) compilata publicavit. Jac. de Valent. *in Præf. Cantici.* SYRACIDI, uti ſunt,
35 qui contendunt, minime adſcribi poteſt. Quæ vero de duplici Philone diſputantur, evolvit Gerhard. *Confeſſ. Cathol. d. l. pag.* 57. 58. 59. & inter JC. Covarruv. *d. l. IV. cap.* 14. *pag.* 32. ſed omnia, quæ de illo libro, ab Hebræis ſolis confecto, homines mentiuntur, falſa eſſe & abſurda, qui vel ſolum Neandrum Soravienſem legerit, cognoſcet.

Librum TOBIÆ, ſuo Authori cognomine affini, alii reſtituunt: Torniell. *in Ann.* 3329. *n.* 4. alii malunt, authorem ejus libri incertum eſſe, decernere: adnotante Gerh. *d. l. pag.* 49. & ceſpitante Covarr. *d. l. pag.* 33. qui in his nimius, & ferme pro oſtentanda horum Scriptorum Patrumque notitia, & reverentia Concilii ultimi ambitioſior! Sed, quid porro fatigaret Tobiana Fabula? hæc enim,
36 & ſatis incongrua eſt, ad ſtudia adlegatorum Virorum.

Idem prorſus accidit SYRACIDIS monumentis; Quæ nonnulli certiſſime JESU *filio Syrach.* Hieroſolomitæ, Jeſu Sacerdotis magni nepoti adſignant: ſecundus prorſus abjudicat, ſubſtituto ex Patrum ſententia Salomone (quæ cum imaginationibus lepidus luſus fuiſſe videtur!) Qui ſuperſunt, ſolam translationem Syracidi relinquunt: ut videre eſt apud Gerhard. *d. l. pag. 61. citatos.* Dixe-„rim, & hæc falſa eſſe! Arrepta ſunt à Judæis „elegantiora, quæ ex diſciplina Gentium ter-„ræ, haberi poterant; adoptata in jus Hebræ-„orum: impoſita nomina eorum, qui apud „eos maxima authoritate valebant, vel fama „prudentiæ quondam valuêre; indigeſti ope-
37 ris moles! add. Covarruv. *cit. loc. p.* 32. & allg. Philoſophos; à quibus omnibus bona cum gratia nec divertendum, nec cum ſingulis coaleſcendum, ne ex amoribus, vel odiis, vel mediis prehenſis opinionibus, intricatiſſimæ diſputationi maximi Juris Conſultorum Covarruviæ *d. L. IV.* & Hobbeſii *d. Cap.* 33. aut cujuſcunque Novatoris ulla ratione immergi videamur.

De NOVI FOEDERIS, ſeu Teſtamenti ſcriptis, ſcriptorumque principiis noviſſimus Philoſophorum pericuꝉoſa pleraque, & tacenda, *in Cap. XI.* prodidit. MATTHÆI *Evangelium* Hebraice ſcriptum, conſtat; ejus in Græcam linguam translatio, an Matthæi ſit? an Jacobi? Pauli? an Johannis? Salmaſius docebit; Hunc enim cum Grotio, Riveto, Spanhemio in his ſingulari in eorum eruditionem obſervantia commendamus: ex 38
Juris-conſultis Noſter Covarruvias:

MARCUM, qui Chriſtum non vidit, Evangelium ſuum ſcripſiſſe, dictante Petro, ex Origene & aliis:

LUCAM, adjutum colloquio, convictu & familiari conſuetudine Pauli cæterorumque Apoſtolorum:

JoHANNEM vero ſui authorem fuiſſe, quod ſub temporib⁹ Juliani in quodam lapide ſub Templi Hieroſolymitani fundamentis inventum dicitur; qui & de cap. VIII. ejuſd. Evang. vel genuino vel ſuppoſito, *d. l. pag.* 39. non temnenda producit.

*Epiſtolam* AD HEBRÆOS, de quo Calixtus *Epit. Theol. pag.* 49. vulgo quidem in Authore ſuo incognitam, teſtimonio tamen Eccleſiæ & Patrum à *Paulo* ſcriptam; à *Luca* in 39
Græcam linguam translatam; vel à *Clemente I.* Pontifice, vel à Luca ex Pauli Apoſtoli dictis transſcriptam & editam, ibidem adſerens; quæ omnia ſuo loco & dignationi pie relinquenda; ſi quis enim vagas, vanaſque, nulla probabili ſyllaba jutas, divinatorias Conjecturas in rigoroſius judicium vocare vellet, magnam earum rerum converteret opum & authoritatis vim.

DE SALVATORE NOSTRO vulgata ſunt etiam, ſed ſub ſeculo minus erudito & civili, quædam, quæ exhibebimus: *Epiſtola Jeſu ad Abagarum* Regem (ita Covarruv. *d. l. IV. pag.* 72.) ſive ad Agbarum Edeſſæ Civitatis ultra Euphratem Regem, (ita Pontifex *in. c. ſancta Romana Eccleſia. 3. diſt. xv.*) & reſponſio Jeſu ad eandem; quarum hic ſenſus formaque apud Euſeb. *lib. I. Hiſt. Eccleſ. cap* 14. 40
*pag.* 14. convincendæ ſimplicitati hominum ſerviliter credentium, transſcribenda:

AGBARUS *Toparches Edeſſenus* JESU „ *Servatori* bono in regione Hieroſolymita-„ na comparenti χαίρειν! Relatum eſt ad me, „ quomodo una cum tuis ſanitatem abſque, „ pharmacis, & herbis mortalibus conferas., „ Etenim, ſicut fama refert, cœcis ut reſpici-„ ant, claudis ut ambulent, præſtas, leproſos, etiam mundas, ſpiritus impuros ac Dæmo-„ nas ejicis, eos qui diutinis ac prolixi tempo-„ ris morbis torquentur, curas, ac mortuos, „ excitas. Et ubi hæc omnia de te audivi, al-„ terum ex his duobus eſſe cogitavi, nimirum, „ quod, aut Deus ſis, cœlituſque delapſus iſta, „ facias, aut Filius Dei exiſtens hæc opereris., „ 41
Quapropter his ad te litteris ſcriptis precor, “ ut moleſtiam hanc ad me veniendi ſuſcipi-“ as, paſſionemque, qua premor, cures. Nam “ & hoc percepi, quod Judæi adverſum te “ murmurent, teque affligere conentur. Eſt “ autem mihi civitas admodum exigua & ho-“ neſta; quæ tamen utrique ſufficiet.

Reſpondit Salvator Agbaro:

Agbare, beatus es quod in me credi-“ diſti, cum non videris me. Scriptum enim “ eſt de me, non credituros in me qui viderint “ me, ut qui non viderint credant & vivant. “ De quo vero ad me ſcripſiſti, ut ad te veni-“ am, ſcias, mihi cuncta, quorum gratia miſſus “ ſum,

„ſum, hoc loco eſſe adimplenda: & poſtquam „ea complevero, mox ad eum redeundum,
42 „qui me miſit. Ubi autem aſſumptus fuero, „mittam tibi aliquem ex Diſcipulis meis, qui „paſſioni tuæ medeatur, vitamque tibi, & iis „qui tecum ſunt, præſtet.

Quibus quædam Syriaca adjecta de rei eventibus, & expeditione Judæ Thaddæi; quæ ſi non ab Euſebio, Nicephoro & Euagrio, nimium tamen & ſuperſtitioſe credulis, traderentur, inter aniles fabulas, & rem barbaro ſeculo dignam numerarentur. Stolida enim ſunt, Jeſum petiiſſe textum linteum, in eoque prius loto faciem ſuam expreſſiſſe, & ad Abgarum miſiſſe; deinde, Choſroe obſidente Edeſſam impreſſæ imaginis divina virtute, quicquid in obſidione apparatus ignem „capientis erat, conſumptum. Covarrv. „*cit. loc.* legi poſſe, & Chriſtiana ſinceritate
43 „obſervari, ut exiſtimemus, vere potuiſſe contingere, tametſi non cogamur illis omnino „credere. Quæ omnia falſura ſunt, & inania. Nec quæ Anno noſtri ævi XXIII. à Parentibus viſa Jeſu Chriſti manu ſcripta id commercium litterarium digna ſinceritate adfirmare auſa ſunt.

DE EODEM GLORIOSISSIMO SALVATORE locus eſt, non quidem divinus, Chriſto tamen non prorſus indignus, neque per averſionem repudiandus apud Joſeph. „*lib. XVIII. Antiq. Jud. cap.* 4. quod fuerit Vir „nominandus; mirabilis in Operibus ſuis; Doctor veritatis, &c. maximis Theoſophis probatus; nonnullis neglectus; aliis ſpretus; quem diligenti commentatione ſua exequitur D. Joh. Chriſt. Rumetſch. *in Conject. ultimi*
44 *temporis ſect. 3. n. 7. & ſeq.* Nam, ſicut obfirmandæ fidei Chriſtianæ in Flavio Joſepho mihi ſemper inſufficiens habitus, (enunciando enim hiſtoriam frigidius fatur, quam ut Chriſtianus cenſeri poſſet) ita nondum me hercle id neceſſitatis deprehenſum, ut teſtimonium Viri alias cordati, falſitatis nec ab adverſa parte rite damnatum, protinus foras proturbemus; Chriſtianos, interpolati operis, admiſſi falſi, uſurpatarumque piarum fraudum veloci præjudicio incuſantes. Rita ergo & firma ſit loci ſingularis authoritas; non ſemel in ſalutem, in ſolatium, in authoritatem advocanda!

Sed obſignanda eſt tractatio, quæ prolixos Commentarios, non Epiſtolam, ſibi poſtulat, paucis, aliena & peregrina fide reddendis:

*Ex* GASSENDO: Pluris nihil fecit 45
Peireſkius, inquit *lib. V. pag. 438.* quam Volumen quatuor Evangeliſtarum Eleuphtice ſeu Coptice ſcriptum, Arabiceque declaratum; & maxime propter appoſitos annos, quibus ſinguli Evangeliſtæ ſcripſerunt. Quippe tametſi initio defuit præfatio in Matthæum, qua annus contineri debuit, & præfatio in Johannem mendoſe viſa eſt ſe habere, ſcriptam hiſtoriam anno ſexto Imperii, TARSOS, & Dominicæ Aſcenſionis trigeſimo; quod tamen ſpectat ad duas alias, altera in Lucam, planum fecit, ſcriptam ab eo Antiochiæ, anno Claudii duodecimo, & Adſcenſionis vigeſimo: altera vero, quæ in Marcum, ſcriptum ab ipſo Evangelium anno quarto ejuſdem Claudii & XII Adſcen-
ſionis, &c. quam animadverſionem nollem 46
neglectam!

*Ex Philoſophorum ultimo*, & ejus *pag. 131.* An ſcriptura eatenus tantum ſacra ſit, quatenus per ipſam intelligimus res in eadem ſignificatas, at non quatenus verba, ſive linguam & orationes, quibus res ſignificantur, intelligimus: & præterea libri, qui res optimas docent, & narrant, quacunque demum lingua, & à quacunque natione ſcripti fuerint, æque ſacri ſint?

Ex hujus ANTECESSORE, *cap. XXXIII. pag. 180.* An Libri Teſtamenti Novi ab altiore tempore derivari non poſſint, quam ab eo, quo Rectores Eccleſiarum illos collegerunt, probaverunt, &, ut ſcriptos ab Apoſto-
lis & Diſcipulis Chriſti, quorum nominibus 47
inſcribuntur, nobis commendaverunt?

Ex COVARRUV. *d. l. pag.* 30. An aliunde quis ſcire non poſſit, ſcripturas eſſe Divinas aut Canonicas, quam ex Eccleſia, quæ traditionibus Apoſtolicis, magiſterio Spiritus Sancti ejuſque lumine edocta decrevit & profeſſa eſt? cum Canonicum ſit Evangelium Marci, qui Chriſtum non vidit nec tamen admiſſum Evangelium Nicodemi, qui Chriſtum vidit & audivit? &c.

Sed hæc omnia, ut & ex veteri novoque Fœdere hic non recenſita; ab allegatis Scriptoribus in dubiam ancipitemque cenſuram truſa; & generalia jam propoſita Philoſophorum attentata exequantur Theologi.

48

## SECTIO II.

### *De Verſionibus Bibliorum; Latina, Græca, Syriaca, Dalmatica, Gothica &c.*

DE VERSIONIBUS BIBLIORUM in Linguas cuique Genti vernaculas Theologi, ut ſolent, prolixe commentantur; conferente rei abſolvendæ lectu digniſſima Gerhardo, *Confeſſ. Cathol. d. l. cap. 20.* Hic ex noſtris privatis lectionibus, adſequendo Epiſtolari ſcopo, ſalvis quorumcunque opinionibus noſtræ meditationi intentis, ſermo faciendus eſt. Celebriores ſunt Latinæ, Græca, Syriaca, Dalmatica, Gothica, &c. de quibus ſtricte:

Inter LATINAS eminet vulgata, HIERONYMO tributa, ſed male, ut oſtendit Gerhard.

49 hard. *d. loc. pag. 130. & ſeq.* quam acriter per ſatyram perſtringit Joh. Himmel. *in Apolog, Diſp. quæſt. 4. pag. 69.* Et,contra, ſplendide defendit Albericus Gentilis, in Epiſtola ad filium de Latinitate verſionis veteris Bibliorum, Hanoviæ Anno 1606. edita; quamque emendare auſa eſt, quæ

Sequitur, à SEBASTIANO CASTALIONE, præfixo nomine Baſileæ Anno ſuperioris ſeculi LXXIII. publicata: de qua ita cenſet Illuſtriſſ. Thuanus *tom. II. Hiſt. libr. 35. „pag. 212.* Sebaſtianus Caſtalio Allobrox, cum „puriorem linguarum cognitionem ad The„ologicam ſcientiam adjunxiſſe ſe putaret, „impuras manus, multorum iudicio, ad ſacra „tractanda attulit, cum à rebus ad tantum „opus neceſſariis, homo imparatiſſimus, no-
50 „vam Bibliorum interpretationem inſolenti „temeritate molitus eſt, à Gallicis & Helveti„cis Eccleſiis, quarum alioqui doctrinam am„plectebatur, in quibusdam diſſidens &c. Verſio certe, quam habeo, quam vidi ego, legique non indecora eſt; Omnia Hebrææ linguæ ænigmata ſolvere, non eſt hujus neque futuri ſeculi; nec magis hominis Latini, & non Prophetias aut myſteria, ſcribere volentis. Hæc ut neceſſaria ſcitu monituque per tranſitum!

GRÆCA verſio publicis manibus expoſita, & Anno MDXXVI. Argentinæ excuſa (hoc enim unum exemplar poſt Roberti mihi contigit) quod ab imperitioribus male LXXII Interpretum labor credatur, eleganter vulgus convicit Gerhard. *d. l. & Theolog. paſſ.*

51 Ob verſionem SYRIACAM Emanueli Tremellio ſubtractam, juſtene, an injuſte plagii à quibuſdam poſtulatus fuerit *Guido Fabritius* Boderianus, Peregrinarum Linguarum Interpres, Autographum Pariſiis Anno M D LXXXIV. editum docebit; nec ſane ſine ſucceſſu! Si enim ille Verſionis, vel ſolus, vel cum aliis Author, ut certe ex Hiſtoria Editionum *in præf. pag.* 16. 17. probabile eſt, quid in Clariſſ. Viro culpæ, vel reatus? Si non eſt, neque hunc Fabritium ſe venditaſſe, probari poteſt; in fronte etenim libri nulla penitus Fabritii mentio: in laudata autem ad Henricum III. Galliæ & Poloniæ Regem præfatione ipſe ſibi ſoli (ſocius enim laborum erat Nicolaus Fabritius frater, & alii:) nihil adſcripſit meriti, quamvis iteratam ſuam editionem
52 commendet; in utrumque caſum criminali judicio eximendus. Quis enim crederet Profeſſorem Regium, non ſolum in præſentia tot illuſtrium cenſorum furari, ſed & rem furtivam in ſinu tanti Principis abſcondere auſum? quid ni reſtem vel petiiſſet, vel metuiſſet?

Inde & de Interprete Bibliorum *Paraphraſeos*, Sahadia Gaone: & *Perſicæ*, Jacobo Tavaſio, vel Pavone: itemque Chaldaicis, Arabis, Æthiopicis, Armenicis verſionibus nobiliſſima notitia, publico profutura uſui, comparanda.

GOTHICA Lingua Novum Teſtamentum donaſſe ULPHILam; quem alii *Gulfilam*; alii *Wulfilam*, Gothorum Epiſcopum, vocant, author eſt Herm. Conring. *de. Conſt. Epiſc. Germ. th. 5. circ. fin.* Verum ſcriptores alii de gente Gothica, Iſidorus etiam & Jor- 53
nandes univerſæ ſcripturæ verſæ meminere. Franciſcus Junius pure Gothicam verſionem eſſe putat: Johannes Loccenius ex veteri Gothica & Teutonica Lingua mixtam: ipſum autem Ulphilam, qui poſt Chriſtum Anno 370, vel 380, vel 415 docuit Gothicarum litterarum inventorem; Ulphilæ litteras cum veteribus Runis, vel quoad characterem, vel quoad ipſum idioma & linguæ genium convenire, prorſus negat. *Antiq. Sueco-Gothic. lib. II. cap. XIV. pag. 70.*

DALMATICA, ſive Sclavonica, Verſio auctorem ex conjectura Petri Galedini, *in tr. de. Interpr. Bibl.* nacta eſt B. HIERONYMUM: ex Cromeri ſententia *lib. 1. Rer. Polon. cap. 15.* CYRILLUM, vel METHODIUM,
ex quibus hic Prophetico Spiritu claruiſſe 54
Bohemicis Scriptoribus narratur, vel creditur; ita docente Melch. Goldaſto *lib. V. de Regno. Bohem. cap. 2. pag. 556 & 560.*

Qua occaſione pauca notanda ad Gerh. Meyeri *Bibl. Theol. contr. lib. 1. cap. 1. §. 12.* &c. cujus hæc ſunt verba: Novas plane totius“ ſcripturæ translationes dederunt &c. Ru-“ dolphus Gualterus: (de quo nulla, quod ſciam, ſive apud Hiſtoricos, ſive ejus temporis Theologos, Editoreſve ejus ſcriptorum fuit conjectura: nam præter Homilias, unde Homiliaſta dicitur Thuano, *rom. IV. Hiſt. l. LXXXV. p. 114.* quarum aliquot tomi Tiguri prodiêre, pauca ſu-“ perſunt) quam plurimi per errorem VATA-“ BLI Profeſſoris Hebraicæ Linguæ Pariſienſis“
eſſe putarunt: (ſane de Vatablo jam tum“ 55
conſtabat, ipſum, ſive naturali pigritia, quod ipſi exprobatum eſt, ſive morte præventum, nihil omnino ſcripſiſſe, ſatiſque habuiſſe ſacræ linguæ arcana diſcipulis diligentioribus aperire, illuſtri nominis ſui fama & alieno præconio contentum. Thuan. *lib. III. Hiſtor. pag. 98.*) eò, quod Henricus Ste-“ phanus (imò verò Robertus Stephanus,“ Pater, ut ex ejus reſponſione ad cenſuras Theologorum Pariſienſium Anno MDLII. edita liquido conſtat) eam Pariſiis edidiſſet,“ hac inſcriptione: cum verſione & Notis Va-“ tabli (Interpres horum Robertus, *d. l. pag. 14.*“ ſolas Notationes Vatabli à diſcipulis exceptas; verſionem alius eſſe, palam conſeſſus) Dece-“ pit inſcriptio ejus Hiſpanos, quibus ea ver-“
ſio adeo placuit, ut Salmanticæ typis recuſa“ 56
fuerit, quam tamen, ſi ſciviſſent Reformato-“ rum eſſe, ad orcum potius damnaſſent. (Fal-“ lor, ſi id omnino latuit Hiſpanos, ut ait, deceptos; namque Inquiſitores Hiſpani publicarunt equidem, ſed, ut ex Indice expurgatorio liquet, multis mutatis.)

VERITATEM ex his habemus: *Theo-“ dorus* BIBLIANDER, novæ Bibliorum Edi-“ tioni Anno CIↃIↃXLIII Tiguri publicata,“ quam Leo Judæ inchoaverat, & moriens,“ ut opus perſequerentur, Collegis, in fidem“ religioſe adactis, tranſcripſerat, ultimam“ „manum

,,manum impoſuit *Conradi Pelicani*, & *Petri* ,,*Chollini*, Tugienſis, Græcæ linguæ peritiſſi-,,mi opera adjutus: quam translationem in ,,ſua editione biennio poſt ad veterem adje-
57 ,,cit *Robertus Stephanus*, ſuppreſſa eorum qui ,,in illa laborarunt, mentione: & Hiſpani ,,Theologi diu poſt recognitam per Guiliel-,,mum Rovillium denuo Lugduni excuden-,,dam curaverunt. Quod eò commemo-,,randum duxi, ut Verſionis tanti apud nos ,,& Hiſpanos ipſos factæ origo cognoſceretur, ,,& inſigne documentum extaret, quid utili-,,tatis ex adverſariorum libris & induſtria, ,,ſi ſemotis odiis charitatem & æquitatem induamus, ad Dei gloriam capi poſſit. Tan-" tum; exceptione major Thuan. *tom. II. Hiſtor. lib. 36. pag. 287.* Quæ autem de Roberto Stephano & Vatablo ulterius dicenda, ea conſignata ſunt ab illuſtri Medico D. Theodoro Janſonio ab Almeloveen, *in Diſſert. de Vitis Stephanorum pag. 16. 17. 18.* & Did. Covarruv. *IV. var. reſol. pag. 68.* Extant, *inquit*, Euſebii de" 58
Eccleſiaſtica Hiſtoria libri decem ab ipſo" Græcè ſcripti, & nuper typis traditi, opera" Roberti Stephani, inſignis apud Gallos Ty-" pographi; ſi a Lutheranis quibuſdam hære-" ſibus typo cudendis abſtinuiſſet &c. ſcilicet" in crimen vocandus erat!

Laudabili etiam, & digno, quod ad poſteritatem tranſmittatur, pietatis exemplo, verſionem Bibliorum CROATICAM & TURCICAM procuravit *Johannes Ungenadius*, de *Sonneck*. Thuan. *lib. XXXIIX. Hiſtor. pag. 351.*

59

# SECTIO III.

## *De Scriptis Patrum Eccleſiæ ex ævo antiquiſſimo.*

DE puriore Chriſtianiſmo, (hic eſt VERITAS EUANGELICA,) & vera Θεοσεβία præcipue meriti videntur, qui, in THEOLOGIA PATRUM, horum ſcripta germana à nothis & Pſeudepigraphis, ut & erronee cuidam tributis, accurata diligentia diſcrevere. Horum Catalogum aliquem hic adnecti publica monet utilitas, ut, vel ſaltem tranſeundo, demonſtretur, quam multa ex illis ſuppoſititia ſint, vel incerta: vel bono vel malo fine ſubjecta; quam infelix ille ſit, qui multis patribus, unus ſuffeciſſet! nimiam fidem defert. Tu, quisquis es, ex Exemplis cognoſce, & decerne!

60 S. JUSTINO *Martyri* falſo adſcripti libri ſequentes: Expoſitio rectæ fidei. Solutio Quæſtionum 146. ad Chriſtianos orthodoxos. Quæſtiones ad Græcos, cum Græcorum reſponſione, & hujus confutatione. Quæſtiones Græcanicæ ad Chriſtianos, cum reſponſione. Ariſtotelicorum quorundam dogmatum everſio, & appendix ad Græcos. Rationes reddit Abrah. Scultetus *tom. 1. Medull. Theolog. Patr. ſub Juſtin. cap. X. & ſeqq.*

ORIGENEM authorem non eſſe Commentariorum in Jobum: tres Pſalmos: & Homiliarum quarundam in diverſos Pſalmos, dudum judicavit Eraſmus oſtendente eod. *in vita Origen. cap. 2. pag. 157.*

CYRILLI *Homiliæ in Liviticum*, non
61 ipſum, ſed *Origenem*, vel neſcio aliquem alium ,,genitorem habent; non magnæ authorita-,,tis fœtus, litteram Biblicam deſtruens & my-,,ſticos ſenſus ex capite ſuo ſtatuens. Gerhard. *Conf. Cathol. d. c. 1. pag. 43.*

Inter ſcripta Q. SEPTIMII FLORENTIS TERTULLIANI, *Carthaginenſis Presbyteri* duo tantum notha videntur; liber de Pœnitentia quidem, quia phraſin judicio Eraſmi habet à Tertullianea diſcrepantem; & alter, de Trinitate, quia mentionem fecit Sabellianæ hæreſeos (*in Edit. Baſil. pag. m. 608.*) cum Sabellii nomen ſub ætatem ejus nondum in Eccleſia auditum fuerit; hominis forſitan tum nondum nati. Extat ille in Editione Rhenani Anno MDL curata, *pag. 477.* hic *ibid. pag. 596.* De illo nihil dixerim, cum" ſemper varius fuerit in phraſi; in Diſputa-" 62
tionibus dilucidior ac ſimplicior; in Locis" Communibus durior & affectatior. Beatus" Rhenan. *in vita ejus.* Dedit libellus tamen anſam evulgandæ magni præjudicii Hiſtoriæ de Pœnitentia in Eccleſia, ab omni ferè hujus ævo; de Johannis Geyleri, gravis ac ſancti Theologi, libello von dem Beichtweh/ ſive *de morbo Confeſſionis*, quo negabant eſſe triſtiorem, qui eo tenebantur; de miſeriis & afflictionibus acerbius ad Confeſſiones adactorum &c. conſcriptæ ab eodem *pag. 468. cum ſeqq.* quod argumentum ſolicitius commendamus, quo ſolicitius hæc ipſa in Hiſtoria Concilii Tridentini P. Sarpii, *lib. IV. pag. 312. & 323.* à Curioſis tractata & trutinata viſuntur. De hoc, Scultetum *in lib. VII. Med. Patr. Eccl. cap. 1. pag. 172.* ita fantem audimus: 63
Hieronymus Novato adſcribit. Ego ſic" ſtatuo, quisquis libri de Trinitate author eſt," ſcriptum eſſe illum ex genio & ingenio Ter-" tullianico, & idcirco merito illius nomine" allegari, quando tam pulchra eſt libri hujus" cum nobili illo adverſus Praxeam ſcripto" conſenſio. His addendus Joh. Gerhardus *in Patrologia*; Andreas Rivetus, *in Critica Sacra*; & Diſſertat. de vita & ſcriptis Tertulliani. Libros ejus, de Spectaculis (cujus Epitome à Scultet. *d. l. cap. 32. pag. 268.*) de teſtimonio animæ (ab eod. *cap. 30. pag. 263.*) & de anima (*ibid. cap. 31. pag eod. & ſeqq.* exhibita:) non reperiri, juxta ſuæ ætatis notitias, modernæ enim prolixiores, dixerat Rhenanus; quæ opinio jam eviluit! add. Jac. Gothofred. *de velandis mulieribus, deque Exuvia capitis Diſſertat. ad* 64
*locum Pauli I. Corinth. XI.* & Covarruv. *d. l. IV. Var.*

*Reſ. cap. XVII. n. 8. pag.* 70. floruit autem Anno Domini ferme CC. ſub Severo & Antonino Caracalla, Principibus.

Inter CYPRIANI Opera dubia ſunt: Libri duo adverſus Judæos, & tertius ad Quirinum; Epiſtola contra Novatianum: Oratio pro Martyribus; & alia quæ ſub die paſſionis ſuæ dixit: & Libellus de diſciplina & bono pudicitiæ. Scultet. *in Vit. Cypr. cap.* 21. *pag.* 355. Suppoſititia vero omnium conſenſu præter adnotata: Tractatus de montibus Sina & Sion: de revelatione capitis Johannis Baptiſtæ, *d. c.* 22. *pag.* 356. de qua laudatus Covarruv. *d cap. XVI. pag.* 60. *& ſeq.* prolixior eſt: „Feſtum, *præmittens*, quod Eccleſia IV. Cal. „Sept. celebrat, non dicendum decollationis
65 „Johannis Baptiſtæ, ſed collectionis capitis „Joh. nominandum; poſtea authoritatem „libro abrogat, tum, quod mentio ibi facta „Pipini Aquitanorum Regis qui fere quin„gentis poſt Cyprianum annis vixit; tum & „Theodoſii Principis, qui annis plus centum „poſt eundem Imperium tenuit; quem & de „libro, de Inventione capitis, ducentis poſt „Gelaſium annis ab obſcuris Monachis ſcri„pto, conſulere licebit. Exhortationem vero ad Martyrium, ut & Epiſtolam ad Jubajanum ſuo Cypriano vindicat idem Scult. *pag.* 312. *&* 313 Expoſitionem Symboli Apoſtolici, RUFFINO; *pag.* 357. Librum de duplici Martyrio, ſed dubitanter, ERASMO. *pag.* 359.

ARNOBIO AFRO, quod male ad-
66 ſcribantur, Explicationes Pſalmorum, & fragmenta Notationum in Johannem & Lucam, confirmat idem, in ejus vita ſive *lib. IX. cap.* 1. *pag* 374. Dialogus vero, OCTAVIUS inſcriptus (quem alii, ſed minus vere, ſub Arnobii octavo adverſus Gentes venditarunt) MINUCII FELICIS Cauſidici Romani, aſſerit Lactantius *lib V. de Juſtit. pag. m. Edit. Ven.* 153. *b. in med. & lib. I. de falſ. Relig. pag.* 19. *b. in princip.* Scult. *d. l. IX. cap* 9. *pag.* 391.

In LACTANTII FIRMIANI ſuppoſitiis removendis omnium ferme unus eſt „ſenſus. Scult. *lib. X. cap. I. in fin. pag.* 396: His „libris adiiciuntur, *inquit*, hodie Elegiæ quæ„dam: quas Lactantii non eſſe, vel ex eo per„ſpicitur, quod Phœnicem nominant Solis „Sacerdotem & Phœbum loco Dei habent (in Operibus *Venet. excuſ. pag.* 324 incipit:

67 *Eſt locus in primo felix oriente remotus,*
*Qua patet æterni janua celſa poli &c.*)

Et ſcribit Thomaſius, inter Opuſcula Venantii Fortunati ſe Elegiam de Reſurrectione in Bibliotheca Vaticana inveniſſe, (incipit *d. l. pag.* 327.

*Salve feſta dies toto venerabilis ævo;*
*Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet, &c.*)

de quo Joh. Baptiſta Egnatius Venetus ad „Anton. Trivultium: Quin etiam Carmen de „Reſurrectione, quod Lactantio adſcriptum „inveni non modo dignum ejus viri eloquentiæ mihi viſum eſt, ſed ne cum Phœnice qui-“ dem, quem cecinit, comparandum: cum“ ad alia in ſyllaba etiam claudicet &c. Co-“ varruv. *IV. Var. Reſ. XVII. n. 8. pag.* 70.

IGNATII & POYCARPI Epiſtolæ, an 68
ſint genuinæ? nothæ, vel interpolatæ? diſputat in utramque, & denique etiam tertiam, partem: eas non omnino ſuppoſititias, ab aliis tamen interpolatas eſſe, concludens Idem *lib. XI. cap.* 1. *pag.* 439. 440. cui jungendi Iſaacus Voſſius, & Stephanus le Moyne, qui rei indagandæ accuratiores incubuere.

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM, à Carolo Capellio Veneto ex inſula Creta adportatæ, & libris VIII. de Vita fidelium & Regimine Eccleſiaſtico diſponentes, ſuppoſititiæ ſunt; neque vel APOSTOLIS, vel CLEMENTI *Pont. Rom.* juſte tribuendæ: conſiderante Eod. *d. l. cap. V. pag.* 455.

Nec majoris fidei authoritatiſque ſunt 69
CANONES APOSTOLORUM, CLEMenTI Petri Succeſſori, ab his, ab aliis *Iſidoro* cuidam, ab aliis *Severino*; ab ultimis, ipſis *Apoſtolis*, ſed interpolati, adſcripti. Vid. Bellarm. *lib.* 1. *de Verb. Dei. cap.* 20. Gerhard. *Confeſſ. Cathol. cit. cap.* 1. *pag.* 68. Rittershuſ. *in Nov. pag.* 1. *cap.* 1. *n.* 11. Scultet. *cit. loc. pag.* 463. & inter præcipuos Covarruv. *d. l. n. 6. pag.* 68. à CLEMENTE I. difficulter ſe dimoveri paſſus; authoritatemque eorum, vel omnium, vel ſaltem verſionem; illos quidem Apocryphos male judicatos; hanc Clementis eſſe, vindicans qui cum prolixis allegatis videndus; ut & Fratres Puteani, *in Perronian. lit.* C. *pag.* 42.

CAROLI MAGNI, & aliorum incer-
torum Authorum de vetuſtis Eccleſiæ ritibus 70
& cæremoniis libellus, quis, & qualis ſit? &, quod præter Epiſtolam quatuor paulo amplius pagellis comprehenſam, nihil ejuſdem ſit, probat, & cum connexis deducit Caſſander *in Præf. ad Ord. Rom. de Off. Miſſæ in Ejus Oper pag.* 91. *&* 92.

Omnia quoque SUPPOSITITIA ſunt, ipſius Bellarmini judicio, quæ proſtant: Prot-Evangelium & Liturgia *Jacobi*: Evangelium *Nicodemi*; (de quo ſuperius dicta nondum deſero:) Hiſtoria *Prochori* de Johanne Evangeliſta; Epiſtolæ *Martialis*: *Abdias*, de Vitis Apoſtolorum. Scultet. d. l cap. VI. pag. 464. *Clementis* Epiſtolæ in tom I. Concil. Libri decem *Recognitionum*: *Hermæ* (de quo Paulus *ad Rom. XVI. verſ.* 14.) quatuor viſiones, Covarruv. *d. cap. XVII. pag.* 66. quem intenſa oratio-
ne ut in omnibus ab ipſo tentatis Antiquitatis 71
& Juriſprudentiæ diſceptationibus, ita & in his materiis, & ad Can. Sancta Romana Eccleſia 3. Diſt XV. de Libris Apocryphis, ſive in Eccleſia prorſus non, vel cuſtodite à piis legendis, ferme ultra exemplum ſcribentem commendamus.

Nonnulla, quæ ad inſtitutum ſunt, excitando, ſi quis contigerit, Lectori, ſubnectamus! dictum Canonem, ut res feret, in veſtigiis lecturi.

EVANGELIA, quæ falſavit *Lucianus*; quis ille? an nepos ex ſorore Eunomii hæretici

tici & Epiſcopi Conſtantinopolitani, qui ſub Arcadio & Honorio in Epiſcopatu Eudoxio ſucceſſit?

8 Liber PASTORIS; cujus Author HERMES, Diſcipulus Paulinus, ex teſtimonio Origenis, Hieronymi & Nicephori; de quo ſupra.

PENTAMETRUM, rectius, *Centimetrum* de CHRISTO, Virgilianis compaginatum Verſibus; quod, neceſſariis & notandis præmiſſis, ad PROBAM FALCONIAM, Matronam Romanam, Adolphi Viri Pro-Conſularis Conjugem; & *Centonem ex Homeri Carminibus de* CHRISTO ad EUDOCIAM, Theodoſii junioris Conjugem; Carminum ERYTHROEÆ SIBYLLÆ de Chriſto Græci idiomatis, verſionem in linguam Latinam ad Ciceronem refert: *pag.* 67. quod ante ipſum à nemine obſervatum fuiſſe, ait.

9 *Auctor Contradictionis*, ſive POENITENTIÆ SALOMONIS, quod falſo venditatus ſit. *Ambroſius*, demonſtratur ab eodem, *pag.* 73. Quo omnes Commentarios ad ſingula Gelaſiani Canonis, in emendanda lectione, examinibusque ſcriptorum, remittimus; rivum demonſtraſſe contenti, quo quisque ad amnem pervenire poſſit; & denique ad mare!

Sub celebri DIONYSII AREOPAGITÆ nomine libri in Bibliotheca Patrum *quatuor* exhibentur: de Hierarchia Cœleſti, de Hierarchia Eccleſiaſtica, de Divinis nominibus, &, de Theologia myſtica; an ſint *Dionyſii*, à S. Paulo, Actor. XVII. converſi, primi Epiſcopi Athenienſis? ut adſerunt Romanæ Fidei defenſores; negant Proteſtantes, & inter illos nonnulli ſingulariores: An *alius* nondum cogniti? An, ut doctiſſimi Viri apud Laurentium Vallam judicaverunt, *Apollinarii*? diſputat cit. Scultet. *d. l. cap. IX. pag.* 483. & inter Juriſconſultos, Anton. Mornac.
4 *ad l. 1. §. ſed neque verſ. omnia* C. *de Vet. Jur. enucl. pag.* 114. Librum de Divinis Nominibus, & alterum de Cœleſti Hierarchia S. Dionyſio „Areopagitæ tribuendum non eſſe inter litte„ratos omnes, qui ſtudio non ſcribunt, ſed „judicio, conſtare; neque fore, qui dixerit, „ſuppreſſum fuiſſe nomen tanti cœleſtium in„terpretis, ab iis, qui Græce olim & Latine de „Chriſtiana fide ſcripſerunt? ex ſententia Ni„colai Fabri, Præceptoris Ludovici XIII. Gall. & Nav. Regis, contendens; non obſcure ſubſtituto *Dionyſio Corinthio*, quia Doctore ſuo *Hierotheo* inchoata perfecerat, &c quem ſequimur.

ATHANASIO dubitanter adſcribenda, vel manifeſto ſuppoſita, enarrantur ejuſ-
5 dem Scult. *tom. II. lib. I. cap.* 40. & 41. Inter quæ, libros *adverſus Sabellium, Photinum* & *Arrium* ſub ejus nomine bona mente, ſed intentione non uſquequaque inculpabili, publicavit VIGILIUS MARTYR, ut ipſe lib. V. contra Eutychen fatetur: & accurate docet Caſſander. *in Præfat. ad opera Vigilii, in Edit. Pariſ pag.* 451. 452. juncto ſequenti judicio: Illud certum eſt, *inquit*, hunc auctorem, quam-“ vis dictione, ſi ſuperiora vel præſentia“ tempora inſpicias, aſperiorem paulò, & im-“ politiorem eſſe, tamen Eloquentiæ genus,“ quod tunc in uſu erat, verbis illud quidem“ nonnunquam ſordidius & putidius, com-“ poſitionis tamen elegantia, & numerorum“ venuſtate non penitus aſpernandum, felici-“ ter adſecutum fuiſſe: Eruditione certè re-“ rum ſacrarum & Eccleſiaſticorum dogma-“ 76
tum, argumentorum ſoliditate, rationum“ firmitate, ſententiarum gravitate, & ora-“ tionis vehementia nulli in hoc genere ſcri-“ ptorum inferior extitit; quamvis id cum re-“ liquis quoque Eccleſiaſticis Scriptoribus“ commune habeat, quod in diſputatione ad-“ verſus hæreſes magis laborarint, ut multa“ teſtimonia congererent, quam ut aptiſſima“ quæque deligerent, & ut adverſarium etiam“ pondere & multitudine argumentorum ob-“ ruerent, non tantum acumine & firmitate“ configerent &c. *Dialogos quinque contra di*-“ *verſas hæreſes* ſcripſit MAXIMUS, vir doctiſſimus, ut ex vetuſta membrana conjectat Scult. *d. cap.* 41. *pag.* 74. COMMENTARII in omnes Epiſtolas Pauli, VULGARIO alicui, ei- 77
dem *pag.* 90. dubito an recte? adſcribuntur; conſentio itaque eruditiori conjecturæ in Pſeud. *Pl. n.* 93. conſignatæ. Inquiſiviſſem etiam altius in genuinos *Athanaſii* fœtus, examinatis ingenii ejus & orationis emblematibus: Sed unica lis, *de Symbolo Athanaſii ſuppoſititio*, abrogandoque illi, quod per tot ſecula Chriſtianæ Fidei norma exiſtimatum, titulo, animum calamumque fere excuſſit. Adde Covarruv. *d. cap. XVI. pag.* 51. & 52. quod ſcriptis Patrum ſpeciatim ab eo deſtinatum, prolixa commendatione non eget: Vitam Sancti ANTONII, conſcripſiſſe ATHANASIUM: *Actus beati Sylveſtri*, furciferum & nebulonem; vel, quod ægre ſibi perſuaderi patitur, EUSEBIUM Cæſarienſem, vel DAMASUM Pontificem, pag. 57. inter cætera referens.

GREGORII NYSSENI falſo appellatâ 78
ſcripta, eadem ratione dijudicat Scultet. *in tom.* 3. *pag.* 238. & *ſeqq.* nimirum libros octo *de Philoſophia*, quos Bellarminus huic authori tribuit, non ejus, ſed NEMESII eſſe, teſte Ellebodio Nemeſii Interprete, Edit. Antverp. 1565. *Librum de Vita perfecta*, in vita Moyſis myſtice expreſſa ORIGENEM potius, quam hunc Gregorium ſapere. *Epiſtola de iis, qui adeunt Hieroſolymas*, judicio Morelli & Molinæi, ut & Baronii, genuina dicta, dubitante tamen Bellarmino. Alterâ, de *Sancta Trinitate*, BASILIO magis, quam Gregorio, tribuenda eſt: quod etiam de tractatu, de differentia Eſſentiæ & Hypoſtaſeos, dici poteſt. Neque author eſt libri de *Trinitate* adverſus Judæos, quia Chryſoſtomum, tanquam patrem, citat, qui Gregorio poſterior fuit? Suppoſitus etiam 79
ei *Catecheticus Major*, Anno 1568. à Morello Pariſiis editus. Et in hunc cenſum referenda videntur ſcripta de *Virginitate*, & *Oratio in eos, qui differunt Baptiſma. Epiſtolam* vero *ad Euſtathiam* &c. Caſaubonus, ex quibusdam argumentis, eidem in Editione Pariſienſi adſeruit.

OPTA-

OPTATO MILEVITANO ſuppoſitus eſt liber ſeptimus adverſus Parmenianum. *Vid. eund. Scult. pag. 436.*

De BASILIO MAGNO ferme eadem, quæ ex prioris ſeculi eruditione habere poterat, cenſet cum enarratis in PL. Pſeud. *n. 131. & ſeqq.* idem in Vita Baſil. *tom. IV. cap,* 2. qui eodem tom. *pag.* 321. Hilario ſuppoſitam *Epiſtolam ad Abram*, ſive *Apram*, filiam ad ejus
80 confictorem FORTUNATUM remittit.

De AMBROSII *Commentariis* in Epiſtolas Paulinas HILARIO adſcribendis, teſtatur Conring. *de Conſt. Epiſc. Germ. th. XI.*

Hæc ex alienis, partim & noſtris laboribus colligere opus duxi; non quaſi Sculteti à noſtra Confeſſione alieni, vel alius cujuſdam, authoritatem, teſtimonia, conjecturas, ſine exceptione probare voluiſſem; ſed ut de cujuſque ſcripti fide aliquantiſper conſtaret, firmandis reliquis; tum vel maxime, ut ſerio agnoſcerent, quam temerario, ſaltem lubrico, fundamento inſiſtant, qui juxta Biblica ſcripta Θεόπνευστα, quicquid ſub Patrum nomine venditur, in argumentum fidei Evangelicæ ſalvificæ arripiunt promiſcue, 8
& exponunt ſimplicioribus! Homines enim, non Dii, erant; Fidei, credulitati, erroribus æque, ac mortalium quisquam, obnoxii; ſæpè & ſuæ cauſæ impigre ſervientes: Neophyti multi, multi malis Magiſtris, alii Philoſophiæ Gentium ineptiſſimæ dediti. „Quis etenim diffitebitur, multos, & enormes errores ab integris hominum cœtibus pro vera diſciplina fuiſſe receptos ultro, patienter admiſſos, &, veluti ſarcinas, poſteritati impoſitos, quoties ipſa rei, circa quam verſantur, origine in longinquo ac retro nimis poſita, hominum ſeculorumque, à quibus primo, & per quæ dein in poſteros id, quod recipitur, manavit, indoles, verborum ſenſus, ratio, interpretationes, & veluti Mediorum diſcrimina, Veterumque, quibus hæc omnia docentur, teſtimonia, inſuper omnino citra examen ſunt habita. Ita honos" Britanniæ Selden. *lib. I. J. N. & G. cap. pag.* 1. 10.

82

# SECTIO IV.

## *De ſcriptis ad Statum Religionis & Eccleſiæ, junctis huic vicinis, & variis, pertinentibus ex ævo recentiore.*

PROVINCIALE ROMANÆ ECCLESIÆ compoſuit TANCREDUS, Juris-conſultus; quod per Epiſcopum Civitatis (ſed quem? vel cujus?) ſub nomine Provincialis omnium Eccleſiarum, ponentis Stylum Cancellariæ Romanæ Curiæ, canoneſ-
83 que pœnitentiales, editum: ſcripſit Joh. Bapt. Zilettus *in Indic. omn. libr. Jur. pag. 47,*

EXPOSITOR ROMANI-ORDINIS, „qui Vir diligentiſſimus, &, ut ea ætas ferebat, integritatis & puritatis in obeundis divinis miniſteriis obſervantiſſimus; adeo, ut inoleſcentes jam abuſus, nondumque univerſali conſuetudine & Romanæ ſedis authoritate, cui plurima, imò omnia deferebat, confirmatos, liberè notarit & reprehenderit, ſe ſub annum 1089. ſcripſiſſe teſtatus, videtur eſſe BERNOLDUS *Presbyter Conſtantienſis.* Nam & libelli argumentum, & ætas à Trithemio commemorata ſatis conveniunt. Georgius Caſſand. *in Præf. ad Liturg. pag.* 4. in Catal. Script. *pag.* 7.

BRUTI FULMINIS SIXTI V.
84 PONTIF. *adverſus Henricos, Navarræum & Borbonium,* author indubius eſt *Franciſcus* HOTTOMANNUS; „in quo joculari ſtylo veteres Sanctorum Hiſtoriæ, obſolete devotis viris ſcriptæ, ridicule diſcutiuntur. Thuan. *tom. IV. Hiſtor. lib.* 82. *pag.* 48. quam ſcriptionem ſub turbato Gallorum Regno ſuſceptam, concurrente fidei ſuæ periculo, voluntario receſſu ex Patria luit: quo in puncto recte ſenſit Goldaſt. *tom. 3. Monarch. Imp.* in eo autem minus: dum Anno 1586. librum editum putavit, cum publicatio in Annum 1585. inciderit: nec bene in eo, quando fronti voluminis præſcripſit, ſe exhibiturum Scriptores Catholicos (Pontificios) cum notorium ſit, Hottomannum talem non, ſed Reformatæ Religioni addictum, fuiſſe; cum Argentinæ, Baſileæ, 85
& apud Genevenſes, jura doceret, qua in Religione etiam. Baſileæ mortuus eſt, teſtibus Thuan. *tom. V. Hiſtor. lib.* 99. *pag.* 100. Melch. Sebizio *in Vit. Profeſſ. IC. Argent.* quem errorem quoque admiſiſſe dici poſſet, in inſerta *Joh.* BARCLAII *Pietate contra Bellarminum* Anno 1612. edita: quo tempore ille adhuc Proteſtantes ſecutus fuit; mutata longe poſt Romæ Anno XVII, cum Pontificia, ſua Religione; niſi hoc negaret Barclajus *in Præfat. Parænefeos ad Sectarios,* ſe inter Britannos Catholicæ Religioni ſemper addictum fuiſſe, in ea ſe vixiſſe, & moriturum, fervide, ut ſolet, adſerens: de quo illi, quibus rationes vitæ ejus oculatius perſpectæ judicare poterunt; & judicavit etiam, ut legimus, ingenio meritisque æſtimandus PETRUS GASSENDUS, *Philoſophus* 86
*& Medicinæ Profeſſor Pariſienſis,* in *vita Peireskii lib.* 3. *pag.* 222. „Johannem Barclajum, poſt editum de Summo Pontifice Opus (poſthumum ſcil. Parentis Guilielmi Barclaii, quod eſt apud Goldaſt. *tom. 3, Monarch. Imp. pag.* 261.) nec jam ſolita apud Regem ſuosque pollentem gratia (en cataſtrophen!) baſiatum à Britannis, Gallis & Proteſtantibus virum, & librum tam Parentis, quam proprium, eſt apud Goldaſt. *d. tom. 3. pag.* 847. in cujus favorem Bellarmini liber adverſarius ſolemni Parlamenti Lutetiani placito damnatus; vid. Ludv. Servin.

vin. *in Commenefact. adv. Bellarm. ibid. pag.* 773. Gramond. *lib.* 1. *Hiſt. pag.* 10. Scilicet,

*Ipſa dies quandoque parens, quandoquo noverca eſt.*

87 Aulæ favore excuſſum!) ſubduxiſſe ſe ex Anglia (ſunt formalia ipſi Barclaio *in Præf. Paræn.* uſurpata) & in Amici ſinum ſe, cum" omni charitate ſua effudiſſe, gratitudinis" monumentum etiam Conjuge celſo Peires" kio, *ibid. pag.* 254. in carmine ad Viaſſium reddente: dignum, quod in amœniſſimè de ſua Poëſi mentientis illuſtris fœminæ ſpecioſiſſimam memoriam recudatur:

*Vera loquor, multum, divine Viaſſe, juvit,*
*Quo fugerem luctus tunc meminiſſe tui,*
*Ingentiſque viri, ſervent quem Numina Gallis,*
*Peireſii; nihil hoc hoſpite triſte dabunt.*
*Ingenium ſpectes & credas de Pallade natum:*
*Virginis hæc quam ſic ponere nomen amet!*
*Quicquid erant Muſæ, quicquid prudentia quondam;*
*Hunc unum Gallis ſcilicet eſſe putes.*
*Vivat, ametque meum, rata ſint ea pacta, Maritum;*
*Vivat & in laudes creſcat ubique tuas!*

88 Atque ita transactum eſt, arbitro magno Viro, negotium de *Religione*; iiſdem fere, quibus cum Julio Pacio à Beriga; Luca Holſtenio & aliis actum erat, rationibus & conditionibus ſuaſoriis, & abſolutum; cum aliis nullo ſucceſſu tentatum. Barclajus, non ſibi ſoli, ſed omni ævo, victurus erit, qui, præter ſe ſolum, in dicendi facultate, & formandi fortunarum ingeniorumque ideas arte vix quenquam parem, ſuperiorem neminem, invenit.

Idem, de quo dictum, HOTTOMANNUS, Anno MDLXXIV ſuppreſſo ſuo nomine (ut allegat Thuan. *tom. II. Hiſt. lib.* 51 *pag.* 969) Franco-Galliam, celebre opus, publicavit; quod velum hodie remotum eſt, in id quod ita Boecler. *ad Grot. lib. I. cap.* 4. §. 6. *pag.* „275. ſcribit: Utinam in his (ſcil. quæſtioni-
89 bus, & hiſtoriis tricarum Langueti, vel Junii Bruti vindiciis contra Tyrannos, aliorum- „que,) non tam pertinaciter nominari vo- „luiſſet Hottomannus, mali utique Exempli „author in Franco Gallia ſua: ubi εἰς τὸ δυλοῦν „τῇ ὑποθέσει etiam hiſtoriam non ſemel cor- „rumpit, &c. Quorum Virorum authori- „tas, etiam Viris cætera innoxiis & modera- „tis, illicio amicitiæ primo impoſuit, ac ho- „rum opera deinceps aliis &c. quibus junga- „tur idem *ad lib. II. cap.* 6. §. 8. *pag.* 215. 216. Stephano (ita habet editio Hanoviana de Anno MDVC. cum rectius, & ad hiſtoriam Livianam aptius, L. Junius Brutus, ut & Bœclerus *add. lib. I. Grot. pag.* 271. ſcripſerat, lege- „retur.) Junio Bruto ſubjungi Tractatum de „Magiſtratuum Jure in ſubditos, & Officio „Subditorum erga Magiſtratus, ut manſuetio- „ris ingenii fœtum meretur? An Brutus ille Mornæus fuerit. An Hubertus Langue-" tus? cujus Schedas quasdam Lauſannæ inventas, (memini Anno LXVII. integri libri ibidem inventi mentionem injectam) notavit ex Bœcl. *Dn. Placcius*: An Hottomannus cum Lauſannæ jura doceret, quod ob temporum diſtantias difficilius conſtituitur, materiam igni, qui illis & quæ ſecuta ſunt; temporibus univerſam pene Galliam lachrymabili furore depaſtus eſt, ſubdiderit? An non Ibericæ fraudes & ſuggeſtiones aliquid contulerint? Vid. Alphonſ-Meneſius Benavides, Tarraconenſis *ad Galliam: apud Brut. pag.* 200.) non adſeruerim; certe nondum

*Inſcriptum domitis*, Brute, *Magiſter eras*!

Contra eandem Cenſuram Sixti V. nomine 91
Condæi Principis, affixum eſt Romæ *Programma*; quod ſubſecuta eſt Nobilis cujusdam Galli *Declaratio* ad pulchram Italiam, Italice conſcripta, cujus Author *Franciſcus* PERROTTUS, *Gallus*. Thuan. *d. l.* 28. *pag.* 48.

GLOSSA ORDINARIA BIBLIORUM tres habere Authores Noſtratibus dicitur: *Alcuinum*, *Strabum Fuldenſem*; illum, ex allegatione Antonini (ita enim legendum) *p.* 3. *t.* 4. *c.* 15. Ganguini &c. Hunc ex Trithemii, Sixtique Senenſis fide me hercle! hic conjecturis locus, & eas fingere licet! tertius *Britonem* nominat: & quid ſi labores conjuncti eſſent? Vide autem uberiora apud Robertum Stephanum in Epiſtola Gloſſæ illi præmiſſa; & Dn. Th. Janſon. ab Almeloveen 92
*de Vit. Stephan. pag.* 46.

Inter Jeſuitica & Anti-Jeſuitica, memorandus FRANCISCUS VERONA, cujus extat Apologeticus pro Patribus & Scholaſticis Societatis Jeſu; qui mutato nomine ſiſtit Illuſtr. Cardinalem, *Robertum* BELLARMINUM ejus Societatis non ignobile membrum. Idem, occaſione litigii cum utriſque Barclaiis author confictus *Franciſcus* ROMULUS. Joh. Barcl. *Vindic. cap. VI.* §. 1. &, ſub nomine *Matthæi* TORTI latitaturus, ab eodem *in princ. præf.* detectus: quod ſuo adſenſu firmat Meteran. *lib. XXIX. Hiſtor. pag.* 126. Scripſit autem in controverſia Britannorum cum Pontifice Maximo, de juramento fidelitatis ſubditis præſcripto adverſus Apologiam (de qua luculenter agit PL. Anon. n. 177.) 93
ſub titulo *triplici nodo triplex cuneus*, evulgatum, cujus author vere deſignatus JACOBUS, *Magnæ Britanniæ Rex*, Defenſor Fidei. Jeſuitæ Romano, qui eandem Idiomate Anglico adgreſſus fuit, reſpondit *D. Baclo*, Epiſcopus Lincolnienſis: *Torto* vero *D. Andros*, Epiſcopus Chicheſtrienſis; quorum Tortus Regem, & defunctam Reginam Eliſabetham atrociter traduxit: Magna vero & blanda civilitate Regium animum diſtrahere auſus eſt Anti-Apologetico ſuo Gallice edito M. CHOFFETAN. Ordin. Prædicat. Concion. Aul. Regis Galliarum. Vid. Meteran. *d. l. pag.* 127. Epiſcopus Elienſis, pro quo Thomſonius ſcripſit,

pſit, eſt nominatus ANDROSIUS: plura inferius dicturi!

ASTROLOGIA ECCLESIASTICA, & ASTRUM INEXTINCTUM, ex quibus illa de Claritate Ordinum Monaſticorum; hoc de Veterum Ordinum honore ac patrimoniis ſalvandis? ſolicita ſunt, in Editione, quæ mihi, ex officina San-Georgiana Anno 1634. curata, contigit, non in titulo ſolo, ſed & omnibus paginis GASPARIS SCIOPPII, *Cæſarei & Regii Conſiliarii* nomen præ ſe ferunt. Ejusdem eſt *Infamia Famiani Stradæ*, ſive de Erroribus falſisque ab eo in lib. XX. Hiſtoriarum de Bello Belgico. Et quis, quæſo, magnorum ejus & antecedentis ætatis Virorum, cujus ſcripta & famam ipſe non majori cum infamia polluiſſet?

Eidem Officinæ, eidemque anno debentur *Fratris* LUDOVICI SOTELI, *Minoritæ*, Regni Oxenſis Apoſtoli ac deſignati Mar-
95 tyris ad Urbanum VIII. *de Eccleſiæ Japonicæ ſtatu Relatio*: & *Fr.* JUNIPERI DE ANCONA Conſultatio *de cauſis & modis religioſæ diſciplinæ in Societate Jeſu inſtaurandæ*: quem & non utramque, certe poſteriorem, ob ſimilitudinem ſtyli, connexitatem argumenti, Editionis & anni denique facillime Scioppio adſcribo.

Nec omittenda de L. CORNELII EUROPÆI *Monarchia Solipſorum* Conjectura, ubi nec Pelleri opinionem, quamvis in Societatem duram & aſperam, adeoque non probabilem, ſperno: nec Taboriana de SCIOPPIO (ex Vatiniano in Jeſuitas odio omnium ejus generis ſcriptorum (nam & *Actio Perduellionis in Jeſuitas* publico ſcripto inſtituta, EJUSDEM eſt. Conring. *ad Bull. Innocent. pag.* 295.) reo præſumpto) contemno. Id ſuccurrit:
96 an non magis libri origo petenda à GABRIELIS BARIACI LERMÆI, *Nobilis Volcæ* laboribus: argumenta ſunt utriusque libri tam præfatæ Monarchiæ, quam introductionis in Artem Jeſuiticam, eadem; methodus, ſtylusque conſimiles; & promiſſio tum de ulterioribus præſtandis facta: unde Conjecturas in hujusmodi diſceptationibus derivari ſolere in principio oſtendimus.

M. WESSELII *Tractatus, de Poteſtate Papæ & Prælatorum Eccleſiæ*, ſub hoc ficto nomine, quod tamen rigide hic non adſeruerim, tegit *Baſilium* GANSFORDIUM *Gröningenſem*, licet magna ſit nominum & doctrinæ cum *M. Johanne de Veſalia* (hunc autem Goldaſtus diverſum ab illo ex Catalog. Teſt. Verit. facit)
67 non in nominibus ſolis, ſed & materiis conſpicua in Monarchia Imperii Goldaſti: ex cujus præfixo tomo I. Catalogo Scriptorum & proœm. Replic. pro Imperio contra Gretſerum inſignis antiquorum Scriptorum notitia comparari poteſt. Hic, quia liber non in cujusvis manibus eſt, quæ ad inſtitutum erunt, ſuccincte enotabimus:

Tractatus *de Juribus & Privilegiis Imperatorum in Imperio Romano*, qui indicante Matthæo Flaccio Illyrico *in Catalog. Teſt. Ver. ἀνωνύμως* prodiit, & in manuſcriptis nullum nomen Authoris præ ſe fert. EUTROPII, *Presbyteri Longebardi* eſt, ut Vadiani, Bullingeri, Lavateri & recentiorum teſtimoniis evincunt; exſtat apud Goldaſt. *d. tom. I. Mon. Imp. pag.* 8. ſub Anno DCCCC. ubi & de ſcriptore *Hiſtoriæ* vetuſtæ à quodam non adeò litterato 98
deſcriptæ, ſcil. *Qua ratione! quibusve fraudibus quidam Pontifices Cæſarum potentiam imminuerint?* ipſi EUTROPIO, ob nominis ſimilitudinem, nam & ipſe ita adpellabatur, ſubjectæ, plura in deliberationem arceſſi poſſent.

Diſputatio *ſuper Poteſtate Prælatis Eccleſiæ atque Principibus terrarum commiſſâ*, temporibus Bonifacii VIII Pont. Rom. ſub forma dialogi inter clericum & militem conſcripta, (quæ habetur *ibid. pag.* 12.) *M. Wilhelmi* DE OCKAM, *ſive* DE CAMPO, natione Angli, Profeſſoris Regii Pariſienſis, & poſt ſeceſſum ex Gallia, Ludovici Bavari Imp. adverſus Johannem XXII Pont. rigidi defenſoris merito habetur; cujus memoria prolixe re- 99
colenda fuit Joh. Georg. Herwarto, *in Ludov. Bav. defenſo.*

De Informatione *de Nullitate Proceſſuum Papæ Johannis XXII. contra Ludovicum Bav. Imperatorem* pro ſuperioritate Imperatoris in temporalibus, *M. Joh. de* GAUDUNO, de GANDAVO, vel JANDUNO, adferenda, quæ eſt *in d. tom. I. pag.* 18. ad ann. MCCCXXXIIX relata, ipſe Goldaſtus, ſed, ut videtur, citra neceſſitatem, monitu Canonici amici ſui dubitat; & Conjecturam de Authore, actis quoque gratiis, revocat; ſed libellus, ligitioſi elogium, aut non, aut vix meretur, quippe inter ejus ſeculi monumenta minimus; poſtmodum tamen *M. Henrico* DE CHALHEM, Monacho Franciſcano, & Ludovici IV. Imp. Cancellario, ex veteris libri teſtimonio, &, quod ad oram editionis Freherianæ hoc no- 100
men adſcriptum eſſet, adjudicatus.

Authorem libri *de Ætatibus Eccleſiæ* (eſt *ibid. pag.* 25) quem ſe inveſtigare non poſſe, Flaccius profeſſus fuit, *ad* FR. BONAGRATIAM, *Bergomenſem*, ſed dubitanter, refert" Goldaſtus, & putaverim, his Conjecturis," ferme omnibus, excipiendis ſinum pandiſſe" Bullam d. Johannis XXII. Ao. MCCCXXX," editam, in fatos authores fulminantem. "

De WALLTHRAMI, *Epiſcopi Naumburgenſis*, Epiſtola ad Ludovicum Thuringiæ Landgravium, ſive *de Apologia pro Henrico IV. Imp.* fuſe Goldaſt. diſſerit in *Differt. Replic. pag.* 22. in omnibus dubitans, in ſingulis hærens. Libri omnino tres ſunt; quorum ſub præſcri- 101
ptione, de Unitate Eccleſiæ ab Hutteno editorum, ſcriptor, vel VENERICUS *Vercellenſis* (ſed hunc repudiat Diſſertator, quia Apologetes A. D. MXCIII, adeoque poſt exitum Hildebrandi, ſcribendo ſe accinxerat, cum Venericus, vivente etiamnum eodem Pontifice, Anno MLXXVII. exceſſiſſet) vel CONRADUS *Trajectenſis*, (ſed nec hic placuit, qui Monachus Herſfeldenſis nunquam, qualem tamen author ſe venditat, *lib. II. cap.* 28. 31. & 33. fuerat, vel SIGEBERTUS *Monachus* (qui quidem abſurde in ſcenam tractus) vel denique WALLTHRAMUS; ut prolixe, ſuæ intentioni, totique

que Hiſtoriæ ſerviturus, probat & confirmat idem, qui in limine laudatus, Goldaſt. *cit. loc.* Sunt & alia apud eundem, de *Authore Geſtorum*
102 *Trevirenſium* Monacho S. Matthiæ Trevirenſi, quem GOLSCHERUM fuiſſe putare noluit. De *Epiſtola ad Concilium Wormatienſe*, quæ eſt ENGELBERTI, ſive Engilberti Archi-Epiſcopi Trevirenſis; ut & in Rationali Conſtit. Imp.: quæ huc deferre & illuſtrare mihi non propoſitum.

PHILOTHEUS ACHILLINUS, ex ſomnio Viridarii celebris, potuiſſet verè deſignari *Philippus* MÆSERIUS, cum Goldaſto, ejusque conjecturis, niſi ipſe in eruditiſſimo *de Regno Bohem. lib. III. cap.* 13. *pag.* 355. qui & priorum mentionem & ſequentium injecit, relicta, ut videtur, prima opinione *Alanum* CHARTARIUM, Auctorem ſubſtituiſſet; & ubique nimium fluctuaſſet; *ex Prælleo, Oreſmio, Fabro, Dormantio*, aliquem certum eligere ne-
103 ſcius; à *Dormantio* non videri abludere; num is dormiens hoc ſibi ſomnium finxerit? Verum, ſi quid Conjecturis fidendum eſſet, non alienum eſſe hoc ſomnium à Philippo Mæſerio, conſideratis in calce libri verbis, de *Vetulo Peregrino*, ſive de ſe, jam decrepito ſene ſcribente, compoſitum; proinde non abſurdum eſſe credere ipſum in Viridario Cœleſtinorum hæc meditatum fuiſſe. Qui per me, vel ſit, vel non ſit: Elegia libri apud Molinæum, Flaccium, Proteſtantes, Maſſonum, Verderium, & alios eminentia leguntur. Sed authorem VIRIDARIUM dictum fuiſſe, ut crediderant Compilatores Indicis Librorum prohibendorum Anno M D LXIV. 24. Mart. Pio IV. Pont. oblati & ab ipſo poſtmodum confirmati, id equidem riſum excutit.

104 Anonymi cujuſdam Græci *Diſceptatio cum Cardinalibus Romanis de Primatu Papæ*, exhibita in Mon. Imp. *d. l. pag.* 242. NILI, Archi-Epiſcopi Theſſalonicenſis opus eſſe, fertur; non adeò veriſimiliter! cum Nilus nomen ſuum nunquam ſupprimere ſolitus fuerit. „Sunt tamen, *inquit Editor*, qui putent *Nico-* „*laum* CABASILAM ſcripti authorem exti- „tiſſe, qui tempore Concilii Conſtantienſis, „ut putat, vixerit, eamque diſceptationem „Conſtantinopoli cum Legatis Romani Pon- „tificis habuerit: ex Conjectura!

De MARSILII PATAVINI *Defenſore Pacis* nulla diſſenſio eſt; præfixit autem Editor Præfationem, ſub perſona LICENTII EVANGELI, Sacerdotis, qui à Goldaſt. *cit.*
105 *loc. in fin. Diſſert.* ex Ludovici Lavateri, Tigurini teſtimonio BEATUS RHENANUS, Seleſtadienſis, dicitur; quod non inficias iverim, licet ejus vitæ diligentiſſimus ſcriptor Johannes Sturmius, nihil de hac, generatim tamen de Præfationibus ab ipſo editis mentione facta, adnotaverit; ut videndum in Edit. Anni MDLI.

*Johannis* PURVÆI (qui circa Annum 1390, vel 1421. vixit) *Commentarii in Apocalypſin* in Germania Anno 1528, ſed ſine nomine authoris *Johannis* WICLEFI, Angli, ſunt, à Purvæo ex prælectionibus ejus collecti. Gerhard. *Confeſſ. Cathol. p.* 2. *l.* 2. *art.* 4. *cap.* 6. *pag.* 723. Dogmata Wiclefi videat Lector ad admirationem apud Goldaſt. *Diſſert. de Auth. Mon. Imp. ſub quatuor.* †. De *Squaloribus Romanæ Curiæ*, emiſit in publicum tractatum P. LURZIUS, quod ſcriptum non magis genui- 106 num, quam ullum priorum; igitur veritas detegenda in perſona *Matthæi* DE GRACOIO, *Epiſcopi Wormatienſis*: ea de cauſa maximè latitantis, quod adverſus ſedem, tunc omnibus agnitam adeo cordata cum ſinceritate ſcribere, magni diſcriminis res viſa; majoris, ab Epiſcopo talia ſine velo publicari.

HILDEBERTO, porro, *Cenomanenſi Epiſcopo*, perperam adſcriptum librum, *de Corrupto Eccleſiæ Statu*, idem Gold teſtis eſt; cum ſit genuinus *Nicolai de* CLEMANGIS, *Archi-Diaconi Bajocenſis* fœtus, ſub illo nomine latitantis, add. GERHARD. *cit. loc. pag.* 724.

De Libello, *de Officio Viri Pii in hoc Religionis diſſidio*, tanta non eſt ſicut olim, contentio; cum Editio Operum Authoris, Anno hujus ſeculi XVI. Pariſiis procurata, cultu & inge- 107 nio eximia & illuſtria ſcripta publicans, *pag.* 780. & ea, quæ poſſideo, fidelia manuſcripta, hunc quoque non diſſimulato nomine CASSANDRI, volumini inſeruerint. VERANIUM etiam MODESTUM, ſe ipſum eſſe, profitetur, idem Caſſander. *Oper. pag.* 798. Rationes vero judiciorum, de magno, & Concordiæ Eccleſiæ nato viro, ferendorum, remitto ad lectu digniſſima Thuanea *in Præf. Hiſtor. ad Henr. Gall. Reg. & tom. II. Hiſtor. lib.* 36. *pag.* 46. *ut &*, 286. *&* 363. Actaque ipſa in ejus Operib. *pag.* 896. *& ſeqq.* Ego Symbolum boni Viri, & neceſſaria plura addo:

Quando *erit, ut* Tandem *diſcordia noxia ceſſet,*
*Concordi, ut celebrent omnia, mente, Deum!*

Ceſſabit enim cum Chriſtiani, glorioſiſſimi, 108 quem præferunt, nominis JESU CHRISTI, ejusque præceptorum, memores, juſtitiam & charitatem ſincere induent. Cujus Chriſtianæ, ſcilicet! Charitatis monumentum, erga librum Caſſandri innocentiſſimum, Anonymum, uſurpatæ, ex neceſſitate, ſine cujusvis præiudicio, adferendum; nam, quicquid actum fuit *Hiſtoriam* DE DETECTIONE NOMINUM, nimis quam propinque, tangit, & in exemplum futurum! Attulerat ad Colloquium“ Poſſiacenum, permiſſu Caroli IX. Galliarum“ Regis CIƆ IƆ LXI. habitum *Franciſcus* BAL-“ DUINUS, *Juriſconſultus Atrebas*, Conſultationem“ Theologorum Wittebergenſium de S. cœna;“ poſt in Aulam veniens, librum de Officio Pii“ Viri in Religionis diſſidio; Verum, cum liber“ ſine Authoris nomine venditaretur, præ-“ 109 iudicio perſonæ, quæ librum extrudebat,“ ſtatim à Proteſtantibus damnatur, & in eum,“ tanquam à Balduino, quem illi *deſertorem*;“ & alterum *Ecebolium* vocabant, factum, ſum-“ ma petulantia debacchati ſunt; & quidem“ virulento admodum ſcripto, *Johannes* CAL-“ VINUS, contra eum ſcripſit; qui poſtmo-“ dum aculeate reſpondit &c. (Thuan. *lib.*

*XXIIX. Hiſt. tom. II. pag.* 16. ) (Calvini Crimi-
nationum formula eſt in Operib. Caſſandri,
*pag.* 799. Reſponſionum Balduini, *in huj
Oper.)* Monitus interim de iacienda dubia
alea *Calvinus*: ne ſe immergeret tam vaſto gur-
giti; damnatum hominem ex præiudicio,
qui forſan eius adverſarius non eſſet; ſi inve-
heretur in innocentem convitiis, prœlium
cum umbra male ceſſurum; eius quoque ani-
110 mi habitus, cum ſociorum periculo, pericu-
loſius expoſitum iri cenſuræ prætereuntium;
acquieſceret; donec de Pio illo Viro eviden-
tiorem lucem dies attuliſſet; &c. hæc Amici.
*Balduinus*, non temere ceſſurus, virulenta
repoſuit; & interim detectum, Pium Offici-
um pientiſſimum *Caſſandrum*, diffidentibus
in Germania Galliiſque Religionibus pio
Zelo exhibere voluiſſe. Unde *Calvinus*, (nam
rem uti ſe habet integram, ſine calumnia
memorabimus:) Balduino infenſior, errori
ſuo indignatus, neque tamen eum confiteri,
ſed hoſtis cervicibus, quicquid ſedatiores ob-
loquerentur, atrocius imminere certiſſimus,
„( uti erat vir acri, & vehementi ingenio,
„& admirabili facundia præditus, Thuan. *lib.
XXXVI. Hiſtor. tom. II. pag.* 287.) tenta tunica
111 obtortoque collo, iam ipſo iure liberatum, in
ius ſcenamque retrahit, & ſcandaloſe obiur-
„gatur: (Acta ſunt in Oper. Caſſandr. *pag.* 807.
„*&* 808.) & tunc innocentiſſimus optimus,
„doctiſſimus, ac puriſſimus ſua ætate Tholo-
„gus (ita Thuan. *d. l. XXIIX*:) qui tot dotibus
„inſtructus nunquam faſtu intumuit, contu-
„meliis petitus nunquam paria reddidit, nul-
„lumque ullius arrogantiæ ferocis veſtigi-“
„um, vel in moribus, vel ſcriptis deprehendi
„ſivit, (Thuan. *libr. XXIIX. pag.* 363:) qui
Calvinum nulla per omne ductæ vitæ tempus
Syllaba læſerat, ab ipſo, homo ab hominum
„conſuetudine remotus, nec noſcendus; qui
„ex ſolitudine αὐθαδείαν ita contraxiſſet ut
„omnes fere ejus ſenſus obſtupefecerit mo-
„roſitas; lamia & larva ex ſuo antro, ubi la-
112 „tuit, extracta; iacens in ſterquilinio ſuo Co-
„lonienſi; cum aliis &c. appellatus. Re-
pondit miraculoſa modeſtia *Caſſander* in De-
fenſione inſontis libelli, de Officio Pii Viri,
adverſus iniquum & importunum caſtigato-
rem; (exſtat in Ej. Oper. *pag.* 809:) denique
contractum velum, tragœdialique luſui finis
poſitus. Nimirum hoc erat peregrinos li-
bros nominibus ex præiudicio inſignire; hoc
erat proſcindere convitiis pium & talia non
meritum, Anonymum! (vid. iudicia Imperat.
& Regis Roman. *in Oper. ejus*; & Thuan. *lib.
XXXVI. Hiſtor. pag.* 286:) non explorata cauſa,
„nec magis decentiore charitate! Addam de
„concordia, & hoc unum: Ut breviter di-
„cam, quod ſentio, ita arbitror, ſi *Melanchtho-*
113 „*nis* animum *Lutherus*, *Caſſander* autem mentem
„habuiſſet Patriarchæ Occidentis, melius
„actum iri cum rebus Europæ, quæ nunc mi-
„ſera, ſub titulo Evangelii, pene totum jam
„per ſeculum bellis funeſtiſſimis concutitur.
„Nunc cum ipſi illi qui Romanam partem
„deſeruere, paucas ob controverſias adeo
implacabiliter diffideant; quid de concor-“
dia totius operis ſperandum eſt? & tamen“
laudandi in re præclara infauſti quoque co-“
natus. Quod ſi præſens ætas hoc ſupplicii“
debet, ut ſana conſilia reſpuat, imminet for-“
te felicior poſteritas, quam tandem capiat,“
aut Pacis ſtudium, aut pugnandi tædium.“
Hug. Grot. *in Epiſt. XIV. ad Gall. pag.* 22. *&
XXXIIX pag.* 92.

Sub ficto GABRIELIS BARLIETI no-
mine, *Suſpiciones de quatuor Monarchiis, & de An-* 114
*ti-chriſto*, ſcripſit *Bartholomæus* GERICKIUS,
Jctus Magdeburgenſis: & *Speculum Jeſuiticum*,
ſub præſcriptione *Joachimi* URSINI, *Chriſtia-
nus* BECKMANNUS: ita conjecturandi oc-
caſionem præbente Goldaſto. *lib. III. de Regn.
Boh. cap.* 13. *pag.* 363.

ELIÆ PRÆTORII Spiegel der Miß-
bräuch bey dem heutigen Chriſtenthum / teſti-
monio filii Typographi Hamburgenſis, in
Addit. ad Parentis Commentationem in Can-
ticum: HErr Chriſt der einig GOttes Sohn
p. eſt *Chriſtianus* HOHBURG. De quo brevi-
ter: videri Virum fuiſſe profundi in Theo-
logicis ſenſus, & ſinceræ devotionis: caſti-
gatæ, ſed infelicis, vitæ: tranquilli ſuperatis
ærumnarum fluctibus, ex hac vita diſceſſus: 115
ſed quia, fallor, an non malo, ſydere! omnia
ejus pro Hæreticis habita; rara ſunt ejus ab
amicis privato ære ſibi ſuiſque edita monu-
menta, & ab ipſo mutatis nominibus, ne in
perſonam odium doctrinam elegantiorem
ſuffocaret, vulgata. Sicut ejuſdem eſt *Bern-
hardi* BAUMANN. Aergerliches Chriſten-
thum: Et *Andreæ* SEUBERLICH, Heimiſcher
Prüffungs Vortrab: & *Chriſtiani de* MON-
TALDO, Meditation, in Canticum: Nun
komm der Heyden Heyland. Sepultus eſt in
Cœmiterio Reformatorum Altenavienſi,
prope Hamburgum; ita ſuis excidit fatis!

De *diverſis Gentium Religionibus*, ſive, ut
Brouneus Britannus, in verſione Merrywea-
ther, locutus, Religionum Geographia, ante
XXX & plures annos libellus Amſtelodamo 116
prodiit; author, qui tum tectus, *Bernhardus*
VARENIUS. Molck. *ad Relig. Med. pag.* 4. *&* 5.

Anno MDCXLV, ſub infelici Pſeudo-
nymia HILARII *von* PROEKSHORST edi-
dit *Scholam Cathegeticam* Weigelianiſmi virus
tegentem, ut ex tranſpoſitione litterarum
adparet, *Chriſtophorus* ROSSELIUS; Anno
MDCLX ab inſigni Spirenſium Theologo,
Doctore Joh. Chriſtophoro Schragmullero,
in libello, cui titulus: Weigelius redivivus,
eſt detectus & enectus, erroris ſui convictus
& dimiſſus.

Epiſtola *de interdicta Chriſtianorum cum
Gentilibus communione, deque Pontificatu Maximo,
num Chriſtiani Imperatores eum aliquando geſſerint?*
mihi ſub JACOBI PACIDII nomine nondum vi- 117
ſa, à Scavenio *Jacobo* GOTHOFREDO tribuitur.
Nec eſt, qui dubitaverit, an recte? Viro de
Codice Theodoſiano, maxima & magnificen-
tiſſima Juris Civilis parte, de Antiquitatibus
Eccleſiæ, & curioſis diſputationibus præcla-
riſſime merito; & ferme Dionyſium genito-
rem

rem ſuum, ſi opera ſpectes, notitia rerum, & inſtruendi facultate ſupergreſſo. Notitiæ ratio una hæc & ſimplex; quod Joh. Anton. & Samuel de Tournes Anno LIV, hanc etiam Epiſtolam, præfixo fronti Gothofrediano nomine publicaverint: quod hucuſqe noſtrates in allegando retinuiſſe, facile demonſtatu eſt. Tabor. *in Element. Partit. concl. pag.* 287. Defenſum autem ibidem eruditiſſime, nunquam ad noſtros usque, Chriſtianos Imperatores Pontificatum Maximum geſſiſſe; fundamenta his adſtruendis admota, erronea partim; partim falſa eſſe & ſuppoſititia monumenta. A qua tamen ſententia noviſſime conſulendo diſceſſit *Wilh. Chriſt.* KRIEGSMANN, in *Diſſert. de Pontif. Max. ab Imperat. Eccleſiæ & Reipubl. capeſſendo*, occaſione Epiſtolæ Goldaſtianis inſertæ ante decennium edita: tenui, aut ludicro, aut nullo merito; unde exploſa.
118

*Conſtantini Magni Donatio, cum Donatione Otthonis III. Sylveſtro Papæ, facta*, cum Commentariis ad Inſtrumentum Donationis, typis Gothardi Vögelini edita, cum adhuc ea de re dubium ſupereſſet, *Iſaaco* CASAUBONO manifeſto noluit adſcrbere Ampliſſ. Dn. PLACC. *Pſeud.* N. 255. recte & ſolicite! Unus enim & verus Commentario-
119 rum evulgator eſt, ſæpius cum elogio dicendus, *Marquardus* FREHERUS, *JC. & Conſil. Palat.* teſtantibus Actis Heydelbergenſibus, nec negante Gerhardo *in Confeſſ. Cathol. part. ſpec. lib.* 2. *art.* 9. *c.* 9. *pag.* 941, 942. quibus addenda, quæ noſter Covarruv. *IV. Reſol. cap.* 16. *n.* 6. *à pag.* 57. *uſque* 60. Carolum Molinæum (de quo ſingularia habet Thuan. *tom. II. Hiſtor. pag.* 293.) virum ſane nimis audacem, parumque modeſtum erga SS. Sedem Apoſtolicam, quod eam fabulam dixerit, increpans, fuſe commentatus eſt.

Sceleſti *de tribus Impoſtoribus*, in Gallia, ut referunt, paſſim venalis libri, authorem *Bernhardinum* OCHINUM fecit uſque huc fama publica, ſcripti & ſcriptoris ætas, authoritas in Placc. Rhod. N. 50. adducta; & denique peſſima viri illius apud bonos æſtimatio.
120 (Thuan. *d. tom. II. Hiſt. lib.* 35. *pag.* 272. Goldaſt. *lib. IV. de Regn. Boh. cap.* 9. *pag.* 488.) Ut eruditi, viſis ejus ſceleratis de *Polygamia* Dialogis, & *Actis Pilati*, in quibus turpiter Hiſtoriæ ſacræ, & Chriſto Jeſu, (quod & in dicto de trib. impoſtor. libro patraverat) illuſum, exiſtimaverint, quod, cum alii ſervis ſervorum ſerviendo ab ipſa etiam ſervitute degeneraverint; hic ſceleribus ſcelera addendo ipſum etiam ſcelerum nomen ſuperaverit. Quibus equidem cunas dedit Itala ſordida tellus! de iiſque teſtatus eſt mihi, qui & ACTA PILATI nominaverat, *Conſiliarius Elect. Palat. Dn.* GEYER, nuper bono, ſed prææmaturo, fato cœlo adſertus. Neque tamen reticeo, non defuiſſe, qui pro Ochino, læſæ Divinæ Majeſtatis accuſato,
121 ſobrie intercederent: Quicquid inſtruendæ liti lapſo ſeculo adverſus ipſum in forum prolatum erat teſtimoniorum, dicentes, nimiis affectibus eorum qui abjectum ab eo cucullum, derelictam Italiam, Proteſtantium Confeſſionem adgnitam, acerbius indignati, condonandum: Eloquentiam Viri cæteraſque virtutes nec ipſis ejus adverſariis incognitas, & illaudatas: Nec, quas pro concione dixerat, Orationes, Auguſtæ impreſſas, id monſtri alere: nec toleraturum fuiſſe hominem in ſuo convictu, non improſperæ æſtimationis Petrum Martyrem: & alia. Quid itaque, ſi, ut Sereniſſima Perſona cenſuit, alius quis? quid ſi Gallus? *Franciſcus* enim RABELÆSIUS, qui litteris Græcis Latiniſque inſtructiſſimus, & Medicinæ, quam profitebatur peritiſſimus (verba erant J. A. Thuan. *lib.* 122
*VI. de vit. ſua pag.* 95.) poſtremo omni ſtudio ſerio omiſſo ſe toties vitæ ſolutæ ac gulæ mancipavit, & ridendi artem hominis propriam amplexus, excelſiſſimo teſtimonio author appellatus, cum jam tum democritica libertate, & ſcurrili interdum dicacitate, ſcripto ingenioſiſſimo Vitæ, Regnique Gallici cunctos Ordines, quaſi in ſcenam ſub fictis nominibus produxiſſet & populo deridendos propinaſſet. Unde perſpectis vivendi rationibus ejus, forſitan non inſolens dictu erit, eum, qui famam temporum, Regni, propriamque profligaverat, etiam in Superos injurium fuiſſe. Id teſtamur, *Thomam* CAMPANELLAM, ex Italia profugum execrandi illius monſtri deliria, in *Atheiſmo Triumphato*, Pariſiis adlato, ita diligenter, ita accurate, 123
ita ambitioſe ad Orcum relegaſſe, & convicïſſe, eloquentia & *vi Intellectus Humani*, quam oſtentat, ut victoriam ſincere, at ſubtriſtes, ipſi gratulentur illi, quibus datum eſt hæc profundius diſcernere. Namque ignoraſſet forſitan Carcinomatis humani generis tam librum, quam infandas ratiocinationes, niſi ipſe refutando protuliſſet: & neſciviſſet atrocitates ſcelerum, humanæ nequitiæ, ſi non Juvenalis, eas per Satyras exagitando, caſtitati innocentium revelaſſet. *Rabelæſii* hominis ridiculi, qui tota vita ac ſcriptis ridendi aliis materiam præbuit, memoria id meruit, ut, cum domus ejus publico diverſorio, in quo perpetuæ comeſſationes erant, hortus adjacens ad ludum Chinonenſibus Oppidanis per feſtos dies ſe exercentibus, projectum in hor- 124
tum deſpiciens vinariæ cellæ ſerviret, maximus Thuanus ille Carmen elegantiſſimum, invitante Calignono ſcriberet: quod lepori & ingenio ejus debitum tale eſt:

Ipſe Rabelæſius γελωτοποιὸς ita loquitur:

Sic vixi, ut vixiſſe mihi jocus, atque legenti "
Quos vivus ſcripſi ſit jocus usque jocos; "
Per riſum atque jocos homini data vita fruenda, "
Inter amareſcit ſeria felle magis. "
Et nunc, ne placidos lædant quoque ſeria manes, "
Cavit Echionii provida cura Dei. "

 „Nam

,, Nam quæ à Patre domus fuerat Chinone relicta,
,, Qua vitreo Lemovix amne Vigenna fluit.
,, Poſtquam abii communis in uſum verſa tabernæ
,, Lætifico ſtrepitu nocte dieque ſonat.
125 ,, Ridet in hac hoſpes pernox, ridetur in horto,
,, Cum populus feſto ceſſat in urbe die,
,, Tibiaque inflato ſaltanteis incitat utre,
,, Tibia Pictonicos docta ciere nodos;
,, Et quæ Muſæum Domino, quæ cella libellis,
,, Nectareo ſpumat nunc Apotheca mero:
,, Sic mihi poſt minimum vitæ tam ſuaviter actum
,, Dent hodie ad priſcos fata redire jocos,
,, Non alia patrias ædeis mercede locare,
,, Vendere non alia conditione velim.

Dicta ſunto hæc de deriſore! Scribamus de feriis:

Hieronymi Savonarolæ, *Florentini*, Monachi Dominicani, Prophetæ, ut ſua æta-
126 te eſſe & æſtimari voluit, vel fuit! *Proceſſum inquiſitionis, & examinationis, cum reputatione errorum ejus*, Anno MCCCCXCIX editum à *Franciſco* APULO, Ordinis Minorum, ſive Franciſcanorum, ſcripſiſſe dicitur *Simon* RUCELLANUS, *Canonicus Florentinus*, de Juſtitia ſtupendi Proceſſus, vid. Sixt. Senenſ. *lib. IV.* Bibl. *Sanct. pag. 849.* & Luther. *in Meditat. Savon. & Hiſtoria vitæ ejus:* Si quid à Minoritis profectum, ſive ipſe Apulus, ſive Rucellanus ediderit, authores ferme præſtigiatores facit; dum utraque factio, veſana captandæ vulgi benevolentiæ libidine incenſa; altera quidem, pro hominis integritate; altera, pro impoſtura; unum ex ordine ſuo per medios ardentes ignes, ſpectante populo ire voluit; ut, cujus factionis myſta ſalvus pertranſiiſſet,
127 eius ſententiæ adhæreretur. Infami tentandi Divini Numinis auſu. Pro innocentia eius, videndi elegantiſſimi ſcriptores: Johann. Franciſc. Picus, *in Apolog. pro Viri prophetæ innocentia*, ap. Goldaſt. *tom. III. Monarch. Imp. pag. 1635.* Phil. Cominæus *lib. III. Hiſt. de Bell. Neopol. Edit. Sleid. pag. 582. & lib. V. pag. 655.* Non mihi, *ait*, ſumo partes, illum, aut accuſandi, aut purgandi; neque iudicare poſſum, recte? anperperam ſit damnatus? hoc unum tamen affirmare poſſum, multa illum verè prædixiſſe, de quibus nemo mortalium ipſum potuiſſet admonere &c. Damnatus autem fuit, & exuſtus; & norunt omnes, quid ſceleris faſtidium præſentium, & rerum novandarum cupiditas; quid præceps ira; quid contemta paupertas frequenter hominibus ſuadeant. Abiit itaque in fumum *divina authoritas* longius uſurpata ( Vid. 128
Franciſc. Guicciard. *lib. II. Hiſtor. pag. 153. & ſeqq. & lib. III. pag. 344. & ſeqq.* diligentiſſimus hujus hiſtoriæ ſcriptor; addito:) à multis fallax, ab aliis verus & pius fuit judicatus: quiConfeſſionem editam & invulgatam, aut falſo conſcriptam & commentitiam; aut in ejus conſtitutione corporis admodum molli ac delicata, plus tormentorum vim, quam veritatem potuiſſe: eamque imbecillitatem Principis Apoſtolorum exemplo excuſabant, qui nec cuſtodiæ traditus, nec acerbitate quæſtionis aut alia externa vi compulſus, ſed ad ancillarum & ſervorum ſimplicem ſermonem, ejus ſe Magiſtri diſcipulum eſſe, à quo tot ſalutaria præcepta audierat, divinaque viderat patrari miracula, non ſemel negavit.

Simonis, *Theolog. Doct. & Protonot. Apo-* 129
*ſtol.* qui Anno MDCXIII de Colloquio inter Marchionem Badenſem, Georgium Fridericum, & Franciſcum, Ducem Lotharingiæ, de controverſis fidei articulis inſtituto ſcripſit, quod ſit Jeſuita, GONDIER, oſtendit Thom. Wegelin. *in Ej. Colloq. relat.* & id fideliter Carolo IX inculcatum, qui ejus generis Colloquia, inſtituunt, vel admittunt eos, irritare magis vitia, quam corrigere; deſtruere magis, quam ædificare.

Anno MDCLXXII Argentinæ *Sebaſtianus* SCHMIDIUS Theol. Doct. Prof. & Conv. Eccleſ. Præſes, libellos edidit duos; *alterum*, das überzeugte Pabſtum / wegen des an der Lehr der Augsburgiſchen Confeſſion verübten Unrechts / ſub litteris *S. S. D. P. C. E. A.*: *alterum*, den kurtzen Beweiß &c. ſive de ratione Concordiæ cum Reformatis ſanciendæ; ſive pro mitigandis diſſidentium animis & opinionibus; ſucceſſu, ut in hiſce fieri ſolet, nullo!

130 
# SECTIO V.

## *De Scriptis ad Statum Publicum Germanici Imperii, cum annexis, vicinis ſimiliter, & variis, ſpectantibus.*

Jubet fortuitus ordo *Bibliothecæ profanæ* libros hic ſubjici. Quorum alii ſtatum noſtræ Reipublicæ, vel inter ſe, vel cum exteris conſtituendum reſpiciunt; alii ſecus; inter hos Juris-Conſulti, Hiſtorici & reliqui politioris litteraturæ; de quibus, ut res feret, dicemus.

Statum autem Imperii tangunt labo- 131
res ingenii, judiciique eminentiſſimi *Domini* JOHANNIS FRISCHMANNI, *Chriſtianiſſimi Galliarum Regis in Trebocis Legati-Reſidentis:* qui ne

ſine nominis adjectione, in graviſſimis Imperii negotiis dijudicandis operas impendit: edito *Collegio Electorali*, de quo in Placc. *Anon. N.* 121. Deinde, Anno M D CLXIX, *Conſilio de eligendo Polonorum Rege*; & Anno LXXVII, *Pace Thereſiana*, ſive, Conſultatione de ſancienda Pace perpetua inter Invictiſſ. Imperatorem & Galliarum Regem. Ejusdem eſt *monumentum in laudem Gentis Burrhorum*, Calend. Jan. M D CLX. Franciſco Joſepho Burrho, Medico Italo, litteris publicis ſtructum, ſubſignatis litteris F. R. C. R. quæ Friſchmannum, Regis Chriſtianiſſimi Reſidentem, denotant: in
32 quo potens Artifex plantas in cineres, earundem cineres ad eandem priſtinam ſpeciem, ignis beneficio rite ſuppoſiti balneo Mariæ, deducens Romæ ut fama, ſed incerta, eſt, ſimilem ſuam παλιγγενεσίαν, quæ eſt combuſtorum e cineribus reſurrectio, expectans, laudatus eſt. Vid. Dn. Franck. *in Virid. Heydelb. pag.* 6. §. 10. & ad cognoſcendas impoſturas ejus, Narratio Proceſſus & Inquiſitionis S. R. E. cum ſententia M. Decembr. Anno eod. LX. Romæ lata, apud Editor. Politic. *Hiſt. Thuld. part. IV. pag.* 303.

*Ominoſam Rerum in præſentibus Ratisbonenſibus Comitiis geſtarum ſeriem*, ſeptem partibus conſcriptam, morte interruptam, arguto ſtylo, & inſigni libertate pandit BECHTIUS Sereniſſimi S. Principis in memoratis Comitiis
33 Secretarius; Hiſtoria ad usque Annum LXXIII. abſoluta. Sed, an ille ſolus Germanici ſtatus deriſor? Volebant, ſupplementa, ſextam, ſeptimamque partes, ejus eſſe; reliquas priores alienas. Neque deeſt, ex declinante, ut videre eſt, ſtylo & animo conjectatio. Id prorſus autem conceſſum, rem, vel fabulam univerſam, quanta illa vel ſatyra, vel conſilio, vel dicendi facultate, in publico eſt, ad Sereniſſimi tum regentis Electoris Palatini Secretarium BALTHASARUM VENATOREM pertinere. Confeſſus id mihi Magni Principis inter primarios Miniſter *Dn. Geyer.* Et prodere, addunt, id deriſoriam Epiſtolam ex Purgatorio exhortatoriam *in part. V. pag.* 5. quam in Dn. Legatum de Mauderoda, cum ipſius rem familiarem ſubito,
34 neſcio quid, turbaſſet, ſe affectusque ſuos vindicaturus, rubicundo igneoque, qui illi, quem non credebat, loco proprius dicitur, colore expreſſit, ſi reliquas partes quis eidem reſervare vellet, non impediam; quamvis unum ſcripſiſſe, ex animo ſtyloque, diſcretis, credi tu impoſſibile ſit! Exceſſit autem vivis, quo fato? Author.

Eodem tempore prodiit *Conſilium ſtatus Secretius Regis Galliarum*, Gallice & Germanice manifeſtatum: die Frantzöſiſche Raht-Stube; non ſine veri conjectura, ſuæque rei, inde ſpe, hinc metu, à Germanis arreptum, à Gallis cum indignatione rejectum: ut ex libello nuper in contrarium edito, *Dominum Franciſcum Baronem de* ISOLA authorem incuſante, curioſo noſtræ Reipublicæ Vindici pateſcit.
35 Idem forſitan *Conſilii Secretioris Suecici* editor, ex Conjectura non infideli, cenſendus eſt.

Talia equidem agitabant Galli & Sueci: Germaniam funeſto, nec adeo inevitabili bello immixtam, rebus jam corruptis, tranſitoque Rubicone, ubi de faſtigio res proſperæ ad Rhenum cadere, non deſcendere amplius poterant, fideli, & ELECTORI BAVARICO quoque probato, Conſilio, eines des Heyligen Reichs Fürſten / Reichsrrey-hoch-wolgemeyntes Bedencken über den jetzigen Reichs-Krieg ꝛc. ab interitu evocare voluit viribus veri nixus, uti vera, ita graviſſima, & non, niſi ſub Principe, ſecura libertate Sereniſſimus *Dn.* ERNESTUS, *Landtgravius Haſſiaco-Reinfelſius.*

*Bibliothecam Gallo-Suecicam*, in qua ERAS- 136
MUS IRENICUS Gallorum Suecorumque iſta tempeſtate; Belli proferendi, Pacis evertendæ ſtudia publico exhibuit, ſine die & Conſule ediderunt *Jeſuitæ Moguntini*, vel ex eorum Collegio Sodalis, cenſente *Berneggero*, Anno MDCXLV. liber, cum paucis, tam memorabili ſalium acumine, & publicorum malorum ſatyrica deteſtatione comparandus.

*Monarchia Gallica*, Anno MDCXLIX ab Anonymo contra calumnias, in libello, cui titulus, Bibliotheca Gallo-Suecica, intentatas, adſerta, & Europæ ſalutaris futura oſtenſa, in utramque Gentem injurium, malignum, & ultra Satyræ legem mordacem ac maledicum, increpat; meritone viderint illi & judicaverint, quibus occultæ abditæque Re- 137
gum & Principum artes, tum uſurpatæ, accuratius perſpectæ; & hodie ſatis palam integris voluminibus evulgantur. Sed quis, ais, hujus Monarchiæ Gallicæ ſcriptor. Is eſt *Dominus Johannes* STELLA, *Galliarum Regis apud Argentinenſes*: eâ ætate *Legatus Reſidens*; ut ex coævorum fida relatione cuivis erudito pridem conſtitit. De Viri fama & meritis ſequentia docebunt. Inde Ecaſtor! ut verentur Germani, ſperant Galli, metuit Hiſpania, repenſum ituri erunt illi, penes quos arbitrium Europæ cerni videtur, ea, quæ Theodoricus Pieſpordius, Archi-Ducibus ſeu Principibus Belgii à Secretis, imitatus Jacobum Valdeſium, Conſiliarium Hiſpanum, conatus eſt, Auſtriacam Familiam maſcula ſerie à Pharamundo Francorum Rege deducere; atque 138
idcirco Franciæ Regnum Catholico ſeu Hiſpano Regi ipſo ſucceſſionis jure vindicare (breviter & eleganter confutatus à Peireskio apud Gaſſend. *lib. III. pag.* 234. *& ſeqq.*) eadem ratione, iiſdemque & prolixioribus retorſionibus ſibi aliquando Auſtriaca, & quid non? Romani Imperii ſceptra deberi, ſtylo piloque firmaturi. Gramond. *in Dedic. Hiſt. ad Ludov XIV.* & famoſus Auberius.

*Anonymi Authoris Epiſtola de Comitiis Electoribus Ratisbonæ celebratis* Anno M DCXXXI *à Theoſio* BERENICO, *Norico*, publicata, & Forſtnerianis Epiſtolis, *pag.* 145. *& ſeq.* inſerta, debetur ſine dubio, CHRISTOPHORO FORSTNERO, Sereniſſ. Würtenbergici, lineæ Montis-beligardenſis, Ducis Cancellario, editio vero,

139 vero, ſub Berenico ſæpius honeſtiſſime latere ſolito, *Matthiæ* BERNEGGERO, *Profeſſ. Eloq. & Hiſtor. Argent.* ut teſtatur honorandus noſter Fautor & Amicus Dn. Joh. Chriſtoph. Stirnius, *de Conſtit. Princ. tit. XII. §. 12. pag. 362.*

Contra Bullam Pontificis Innocentii X, qua Pax Germaniæ Monaſteria Oſnabrugenſis convellenda, intentabatur, Juris-Conſultus *de* MONTE SPERATO, ſcripſit; qui vere, niſi fallor, erat celeberrimus *Hermannus* CONRINGIUS: prout & iſte liber poſtmodum libello de Pace perpetua inter Imperii Germanici Ordines religione diſſidentes ferenda, adjectus.

Adverſus eandem nocentem Innocentianam AMANDUS FLAVIANUS ſtylum ſtrinxit; qui indicio Conringii *in Præf. ad libr.*
140 *de Pace civili Proteſtant. danda*; Celeberrimus *David* BLONDELLUS eſt. O malum tum Germaniæ omen! ut cui nocivum ſex luſtrorum diſſidium noxam & perniciem intentaverat, ejus jugulum nunc etiam innocentia peteret.

Neque tacenda JUSTI ASTERII *Deploratio Pacis Germanicæ Pragenſis* (cum privilegio Ludovici XIII. Galliarum Regis typis excuſa) &, *Examen Comitiorum Ratisbonenſium.* Quorum ſcriptorum prius *Hugoni* GROTIO tribuit Hornius: Utrumque eidem alii. Et Hornii quidem rationes & conjecturæ mihi incognitæ: Id autem ſatis notum, requiſitum in hoc negotio Virum rebus Germanicis, Auſtriacis, & Saxonicis altiſſime innutritum; Ejusmodi Grotiani neque muneris neque vocationis fe-
141 re fuiſſe. Id autem porro notiſſimum; authorem utriusque ſcriptionis certiſſimum eſſe ſupra nominatum *Dn. Johannem* STELLAM *Bipontinum*, ut omnibus, qui in acutiſſimi Viri conſuetudinem admiſſi fuere, vel quos Argentina tum fovit, conſtat. Adverſarii *Aſterio* multi ex Germanis fuere; *Saxones* omnes; Tranſactionem Pragenſem acriter, pellendis ex finibus Imperii Suecis, ut iniquis mediis, ita luctuoſo fine, firmaturi. Et reminiſcimur, Juris Communis regulam eſſe: ADVOCATO (& advocato Sueco) ſalarium deberi, etiam quando inter partes transactum eſt, licet ipſe concordiam ſua ope non juviſſet. Alter ad Rhenum adverſarius *Petrus* OSTERMANNUS, *Moguntinus*, in tentata refutatione, diſſimulato in ſpeciem nomine, Stellam erra-
142 ticam vocat: Galli contra:

> Stella *Bipontina eſt Gallorum provida* Stella;
> *Qua præeunte lucent omnia in Imperio.*

Magis nunc ſecura, poſt conceſſam togatis quoque Miniſtris belligerantium Pacem & Amniſtiam de HIPPOLYTO à LAPIDE diſceptatio eſt; communi prorſus Germanicæ iracundiæ, maximè autem eorum, qui, ut ſolent, omnia, quæ optant, metuunt; & quæ metuunt, laudant, objecto. Equidem in *Bogiſlaum Philippum* CHEMNITIUM (hic enim Conjecturis locus) difficulter conſentire volunt, exiſtimantes, eum ſcribendis voluminibus duobus Germanicis, & uni Latino, de
Bello Sueco-Germanico intentum, hic facile 143
ceſſaſſe. In *Joh. Joachimum* à RUSDORFF vix proclivior eſſe poteſt; qui ſtyli *Ruſdorffii* & *Lapidis* inæqualitatem; rationem ſcribendi illius ubique juridicam, eruditam & Theoricam; hujus ubique Practicam & Politicam; diligentiori judicio diſcreverit. Non diſſimulaſſet, creditur, Ruſdorffius tam delicate omne, in ipſo æſtimabile alias privati juris ſtudium: (ſed huic apperiendo forſitan materia & occaſio defuit!) non inſtituiſſet moroſum contra Domum Auſtriacam diſcurſum (ita declinandæ invidiæ, pace ſancita ſcribere jubemur) cujus & non alius humanitate Dominus ejus reſtitui volebat; eoque tempore, quo, aut ſane prorſus nullo, quicquid innocentiæ Domino obeſſe, vel magnitudine indignum videri poterat, Miniſtro
evitandum erat. Conferri poſſent cum Ra- 144
tione Status *Vindiciæ Cauſæ Palatinæ* pro Sereniſſ. *Dn. Dn.* CAROLO LUDOVICO, *Electore Palatino*, ex liberalitate Magnæ Britanniæ Regis in Germania Legati-Reſidentis, Domini Willhelmi Curtii, noſtræ Bibliothecæ inſertæ: hinc in dubia re conjectandum: An Ruſdorffius non ſolum ſtylo, ſed & pilo Auſtriacam Domum oppugnaverit? hæreo: ſanè id certum ferme eum, ab initio rerum à ſe paulo poſt ſplendide gerendarum, ſoli litterariæ Reipublicæ nomen, & quidem, ut ipſe ſperaverat, habita Relatione in cauſa Quaad de Landſcron, contra Archi-Epiſcopum Electorem Colonienſem Cameræ Imperiali Spirenſi, gerendo Aſſeſſorio muneri, dediſſe. Poſt, ubi Sereniſſimorum Palatinorum fortu-
nam atrior & atrocior caſus afflixerat, & quic- 145
quid altiſſime eluxerat, umbris tentaretur fatalibus, indefeſſis publicis & privatis operibus, quorum magna in Actis Publicis veſtigia ſunt, ingentem molem ſuſtinuiſſe. Qui ultimi labores, eos, qui Rusdorffium elegerant, ad verum Authorem vel duxerunt, vel, niſi diſpicet id dici, ſeduxerunt. Amoliendo ergo probabili reatui ego *Joachimum* DRANSEUM, Bogiſlai illius Chemnitii in cujus notiſſimo nomine prorſus nihil fictionis eſt, affinem, eligerem authorem; nam ita à maximis Viris habeo: & hunc quidem eo liberius, quo magis officii in Aulis Germanorum, plerisque Auſtriacis infenſis, geſti conjectura juvat. Cæterum inſigni noſtræ Reipublicæ diſpendio & ruina conſtat, Conſilia Hippolyti *in part.*
*3. cap. 2. & paſſ.* ſub aliena larva Germaniæ 146
bruto conſilio, rebus jam pridem pacati, quamvis, ut videtur, non ſatis ſanatis, & mox iterum ægrotaturis, ut nova pharmaca propinare, magnorum, & ſibi vel Aulæ placere ambitioſiorum ingeniorum lepidiſſimos & generoſiſſimos æſtimari partus! imo vero abortus-

SCIPIONIS ARETINI gründliche Deduction, wie es mit dem Käyſerlichen Religions-Edict, und der geiſtlichen vermeynten Vorbehalt eigentlich bewant / Anno M D CXXXIII, magno ſtatus Proteſtantium publici compendio

dio Francofurti edita, vi & virtute ſua, alibi graphice offenſa, *Jacobum* LAMPADIUM, JC. & poſtea Conſiliarium intimum ac Pro-Cancellarium Brunſvico Lunæburgicum lineæ
147 Calenbergenſis, genitorem negare non poteſt.

Confuſâ autem novis motibus cum Galliarum Rege Germaniâ, ſatis in oſtentandis viribus ſuis, nunquam ſane antea ita adverſus unum hoſtem junctis ambitioſâ, eminuit, quantum eminentiorum Principum, unius & alterius Familia, bello poſt etiam paci, momenti adferre poſſit? quanta inde juxta Coronas eminentia? docuit CÆSARINI FÜRSTENERII, *de Jure Suprematus, ac Legationis Principum Germaniæ* (quid? Commentarius; Diſſertatio; aut cujus nominis generiſque ſcriptum? neſcio. Nec enim nominativus adeſt: nec cujus, maſculini, an fœminini generis? an utriuſque, vel nullius? vel ſi forſan plurales Cæſarini? quod probabile; quæſitis ſatisfactum) CIↃIↃCLXXVII. ſubiratos libro
148 Electores; invidentis æmulos Principes; & majora timentes inferiores Status; ſervitutem, Reſpublicas. Magnum illi præſidium, potentia & veritas; decora, ex erecto liberoque, id eſt, Germano ſtylo, ſolidiſſima doctrina, & argumentis magna meditantibus, ſunt. Unus illi, ſi Diis placet, nævus: Rem tam ingentem novamque, non minus ingenti novaque prudentia; &, ut ajunt, plusquam civilia agitante felicitate, tractaſſe. Qui uſurpatum illi diſſerendi modum formamque; terminos ad novitatem fictos; diſputationes cum Hobbio; Linguarum Exoticarum notitiam; in obitis Legationibus experientiam reſpiciunt, *Eſaiæ* PUFFENDORFFIO, Samuelis fratri, tribuunt. Qui aliorum authoritatem, Dno ALEXANDRI adſerunt: Reliqui
149 Dn. *Ludolphum* HUGONEM JC. &, qualis etiam prior eſt, Conſiliarium Ducis Brunovico-Lunæburgici, prioribus nominibus præferunt. Et ita, vel eſt, vel videtur. Securus certe eſt Jovis telorum, nec refutantium inſectationibus, ut Severini, Pacifici, Waremundi, & qui ex hoc cenſu alii ſunt, obnoxius. Laceſſitus eſt; ſed univerſi ſenſus ejus ænigmata à quibusdam culpandis magis, quam ſtrenuis, argumentis ſolvi neſcia. Sibique, quod ingens arrogat, habiturus eſt, ſi eſt, quem moderni allegantes præferre cœperunt, *D. Bernhardus* KÖHNE!

In Imperii quoque rebus, non infelici pſeudonymia, occupatus fuit ÆMILIUS CHREGGRENE, *Saxo*; ſcripta velitatione de ſeptem ſacri Romani Imperii Officialibus; qui diſſolutis litterarum connexitatibus, &
150 evidentius expreſſa patria, invenitur *Michaël* GERINGERUS, *Hijanus*, JC.

*Vaticinium de futuro S. Rom. Imp. ſtatu*, ſub ficto SIBALDI BRANDINI titulo, publici juris fieri voluit Concionator Aulicus Electoralis Palatinus, *Bartholomæus* PITISCUS: detegente Goldaſt. *de Regn. Boh. lib. IV. cap. 14. pag.* 541. Des heiligen Römiſchen Reichs Nativität / allen deſſelben Gliedmaſſen zu beſtändiger Information/ Warnung/ und reſpectivè Troſt bey jetzigen gefährlichen Läufften vorgeſtellt/ von einem Chriſtlichen Politico: Anno M D CLXX. teſtimonio eorum, qui ſua ope edendam juvere, repræſentata eſt, ab eo, quem in aliis mox laudabimus, Senatore Ratisbonenſe D. *Joh. Ludovico* PRASCHIO.

*Chriſtianus Gottlieb* VON FRIDBERG, & *Chriſtophorus* 151 *ab* UNGERSDORFF; quorum ille den neuen Calviniſchen Modell des H. Römiſchen Reichs &c. Hic, die Erinnerung von der Calviniſten Arth und Feindſeeligkeit gegen dem Röm. Reich &c. apud Londorp. *tom. I. Act. Publ. lib. I. cap.* 67. edidere: an utriuſque author ſit *Willhelmus Ferdinandus* AB EFFEREN, Conſiliarius Moguntinus, & Archi-Epiſcopatus vice-Dominus &c. cujus extat Manuale Politicum, de Ratione Status, diſputavit Wernerus Albertus ab Obrinca (ſed & hoc fictum nomen:) in der kurtzen Erinnerung und Vermahnung auff die zwo unterſchiedliche Anno 1616 wider die Calviniſten ausgeſprengte Laſter-Schrifften. Verum id perſancte negat (verba ſunt Goldaſti *d. l. lib. II. cap.* 16. *pag.* 238.) Nobiliſſ. Dominus ab Efferen, in " 152 der nothwendigen abgetrungenen Ehrenrettung/ wider den boßhafftigen Calumnianten" &c. Conjectura itaque in contradictorio judicio accuratius ſtabilienda.

In eadem jurgia exarſêre Authores duo; adverſus Reformatos *Guilielmus* REGINALDUS, Anglus, in Calvino-Turciſmo: adverſus Pontificios, Turco-Papiſmus, authore *I. M. S.* alter alterum Turcicæ in alterius partibus exſtirpandis atrocitatis accuſantes. Quorum prior, iudicio Londorp. *tom. I. Actor. publ. lib. IV. cap.* 175. ex Gold. eſt *Guilielmus* GIFFORDUS, *Anglus*, poſteriorem ſcripſit Theologus, *Matthias* SULTLIVIUS, prioris conterraneus.

De *Jacobi* SYLVANI *Philippica* in inco- 153 gnitum Prædicantem Societ. Jeſu mendaciis onerantem, & authore Jacobo Kellero, Jeſuita, certiſſima enarrata in D. PL. Pſeud. N. 817. Sed Anti Philippicæ, ut & der Rettung und fernerer beweiſung der Anno 1606 beſchehener wohlmeynender Warnung wider Jacobi Sylvani &c. ausgangene Philippicam ſcriptor omiſſus, qui eſt ſæpius dicendus *Michaël* LOEFENIUS, *Conſil. Palatinus*. Vid. Goldaſt. *Diſſert. de Jeſuit. Pract. & an ſint belli Bohemici præſentiumque motuum ac turbarum authores. cap.* 9.

Nobilis & præclari Scripti, des kurtzen und gegründeten Berichts/ über die Frag: Ob die Römiſche Kayſerl. Majeſt. in Sachen Fürſtenthum 2c. belangend / allein / und zwar durch dero Reichs-Hoffraht; oder mit Zuzie- 154 hung der Chur- und Fürſten zu erkennen und zu ſprechen? Cujus Author ſæpius ſolicite indagatus, feliciter detectus eſt Goldaſto, & poſt eum Londorpio *tom. I. Act. Publ. lib.* 1. *cap.* 5. incomparabilis lectionis & judicii in Re Germanica ſcriptor *Dn. Marquardus* FREHERUS Conſiliarius Electoralis Palatinus.

Ejusdem, vel qui equidem poſſet præferri,

ferri, alius, nimirum *Michaëlis* LOEFENII, Conſil. Palat. eſt accuratus labor, in dem gründlichen Unterricht; Ob der Käyſerliche Hoffraht mit und neben dem Käyſerlichen Kammer-Gericht zu Speyer concurrentem jurisdictionem in allen und jeden Sachen habe? Ambergæ, Anno 1613. impreſſus. Non
155 eſt dubium, labores ſaltem utrique in officio conjuncto coniunctos fuiſſe. Anſam ita ſentiendi præbente Hiſtoria & gravaminibus Comitialibus eius anni; Palatinorum Miniſtrorum tum oſtenſa vulgataque inſtructione, & eius temporis Actis.

Prout & eiusdem LOEFENII eſt, tum temporis exhibitus diſcurſus: In quibus caſibus majora vota valere non poſſint, nec debeant? Et ex eo Extractus: Begriff etlicher durch die Proteſtirende auff dem Reichs-Tag Anno 1613. übergebener Fällen / in welchen ſie nicht geſtatten können / daß die maiora vota den Vorzug haben ſollen / arguente Goldaſt. *d. l. pag.* 237.

„ Hoſce Libellos, ingruente fatali ne-
156 „ceſſitate bellandi, cum Germani ſoli ſuper„eſſent, qui nec ſervitutem ferre, nec tueri „libertatem poterant, ſecutum tricennale bellum; Cuius rationes, ortus, progreſſus deſignant, publicata ARCHIVA & CANCELLARIÆ; Quibus inquantum fidere debeas, erudite Cenſor, iudica: temerarium appello, qui omnia; ſimplicem, qui nihil eorum crediderit; fiat prudens ſelectus.

*Cancellariam* itaque HISPANICAM in qua occultis, mox manifeſtandis, artibus quæſitus Hiſpanorum in Germania Dominatus perſtringitur, ex documentis authenticis publicare voluit Ludovicus CAMERARIUS, *D. Conſil. Palat.* Goldaſt. *de R. B. lib. III. cap.* 365.

Præceſſit Diſcurſus Germanicus, &,
157 ſi quisquam, bonæ fidei: Warum die Römiſchen Catholiſchen in Teutſchlandt ſich billich von Spaniern ꝛc. ſondern ſollen. Anno 1616. quem Londorp. *tom. I. Act. Publ. lib. 1. cap.* 65. ad *Vincentium* MULLERUM *Hamburgenſium Conſulem* refert.

Hunc aliquot poſt annis excepit Cancellaria Secreta ANHALTINA, die Anhaltiſche Geheime Cantzley / Bohemorum Confœderatorumque conſilia detectura. Goldaſtus Authorem facit ex teſtimonio Pleſſei Palatini, *Willhelmum* JOCHERUM ICtum, & Conſiliarium Bavaricum, vel Doctorem LEICKARDUM, vel, quod probabilius ECKARDUM; arbitrium Lectoribus permittit. *Jochero* vindicat argumentum ſatis firmum, nimirum, perpetuæ eius, iuſſu Principis ſui, in hic deſignatis mate-
158 riis, occupationis, à negotio usque Donawerthenſi inhærentis: Librum exploſis diplomatibus & ſcripturis acri cum reſponſo dimiſerunt, qui ab adverſo erant ſtatus.

Idem labor ſumptus incognito Authori *archivi* UNITO-PROTESTANTIUM; in quo præcipua Unito-Proteſtantium facta, attentata, & conſilia ex ipſis eorum originalibus in publicum exhibita prætenduntur, ANNO CIƆ IƆ CXXVIII. quod LEICKARDO, vel ECKARDO, ſuccenturiatori Jocheriano tribui potuiſſet.

DEDUCTIO BOHEMICA, das iſt / nothwendige Ausführung ꝛc. deren Urſachen und motiven, warum Käyſer Ferdinandus II. nach tödtlichem Abgang weyland Käyſers Matthiæ des 159
Regiments im Königreich Böhmen ꝛc. ſich verluſtigt. Anno MDCXX. recuſa; pro fundamento totius litis hactenus allegari ſolita; merito adſcribitur *Johanni Baptiſtæ* ETSENIO, *Adſeſſori Curiæ Appellationum Bohemicæ*; peſſima morte ob eam mulctato; teſte Goldaſt. rer. in Bohem. geſtar. peritiſſimo *lib. II. de R. B. cap.* 11. *pag.* 209.

Den gründlichen Bericht wegen der zwiſchen dero Römiſ. Käyſerl. Majeſt. Herrn Rudolph dem andern / und der Königl. Würde zu Hungarn Herrn Matthia getroffener Vergleichung und Abdanckung des Paſſauiſchen Kriegs-Volcks quem Sereniſſ. Henricus Julius Dux Brunsvicenſis, Princeps litteratiſſimus, ſuo ſub nomine publicari voluit, Principis ſui iuſſu & nomine ſcripſit *Wernerus* KÖ- 160
NIG, *JCtus, & Cancellarius ejus.*

GULIELMI PRINCIPIS FÜRSTENBERGII DETENTIO, ad Cæſaris authoritatem, tranquillitatem Imperii, Pacis promotionem, iuſta, perutilis, neceſſaria: authore *Chriſtophoro* WOLTFANGO, Anno M D CLXXIV, publicata, illuſtri ſtylo, experientia profunda, conſummata eruditione prorſus excellens, ab orbe erudito abſcribi meruit Præ-Illuſtri *Anthonio* PERIANDRO, *Rhæto*; qui ſuſceptam modeſtam nominis detectionem gratioſe interpretari non dedignabitur: Cauſa enim ibi pro honore Imperatoris & Salute Imperii magnifice defenſa; neque ſtyli Mars Venusque PORTNERUM ſerio diſſimulare viſi; quamvis hodie Illuſtrem Dom. *Franciſcum Ba-* 161
*ronum* DE ISOLA, negotiatoribus irritæ pacis immixtum, authorem videre & eligere maluerint.

Eadem, & neſcio, an non atrociora? in Regem Regnumque Daniæ noſtra memoria molitus eſt, Vir, in quem coniectum erat, quicquid Dii hominesque in Aulicum conferre poterant, ut Seneca de Seiano ait, *Corficius*, (quem inſectatores poſt luctuoſum caſum, qui in Aula motus eſt, mortuo leoni inſultare, *Cornificium* dixere) *Ulefeldt*, in quem præter temporum eorum Annales, ſcriptæ *Machinationes*, ſive ſuccincta narratio variarum eius machinationum, in 12. quas ex diverſis & certis rationibus, *Dno. Jacobo Henrico* PAULI *Secretario Danorum Regio*, confidenter & iuſte hic ad ſcribo: O ſpectaculum,“ 162
cui, (ſi Ulefeldii fortuna non igno-“ rabitur) vix ſit habitura fidem poſteritas!“ fluxam Aulæ fortunam! triſte humanæ vitæ“ ſpectaculum, (ut cum Gramondo *lib. XI. Hiſtor. Gall. pag.* 521. dicam) cui ſi attentus in-“ troſpicient Aulici, ſpernent, quæ tanti faciunt, honorem inſtabilem, familiarum“ decora, divicias & luxum. Hic finis viro,“ quem in ſumma rerum evexerat fortuna“ parum conſtans: adeo mediocribus mo-“

„men-

„mentis transacta, eſt felicitas, quam adeo „ingentibus operata fortuna. Quam aſperum, quam arduum reſiſtere Principi in ſumma vadenti; fortunam & vota ſubditorum in numerato habenti; & fata amica! Sed præivit is alii ſub Chriſtiano V. Rege Daniæ, Friderici III. filio, ſucceſſuro, ſimili & funeſto
162 caſui ſuas fortunas alliſuro; magno Daniæ Cancellario, *Petro de Greiffenfeldt*, perpetuis, ut metus eſt, vinculis addicto. Cujus fata ſpecioſis adeſpotis ſcriptis ſolicitata; & ut animi judicantium ſe habuerant, accuſata, vel excuſata; Quorum Authores diligenter quæſitos „non datum eſt comperire. Certe dubitare „cogor, fato & ſorte naſcendi, ut cætera, ita „Principum inclinatio in hos, offenſio in il„los: an ſit aliquid in noſtris conſiliis, lice„atque inter abruptam contumaciam, & de„forme obſequium, pergere iter ambitione „& periculis vacuum! (Tacit. *IV. Annal.* 20. 4.)

Adjicienda etiam eſt SEVERINI DE MONZAMBANO curioſior mentio. Operis, quod Aulæ magis quàm ſcholæ ſtatum Impe-
163 rii Publicum (nimirum, ita ſpectaculum facti ſumus mundo! ut ſecuri proximus Libellorum Supplicum in Regia Pariſienſi Magiſter Franciſcus Auguſtus Thuanus, inclamavit) argute, ſpecioſe & per Satyram cognoſcendum præbuit. Author dubio procul PUFFENDORFFIUS: ſuaſores celſiſſima ingenia: Præmia mercesque, qualia Sp. Tarpeii filiæ ſub Romulo contigerunt, cui, ſicut ex congeſtis in ipſam aureis Sabinorum armillis magni ponderis brachio lævo gemmatisque magna ſpecie habitis annulis, ſuperingeſtis poſt & armis clypeisque, loco præmii mors contigit; ita lepidiſſimo libello ex nimis ſuperinjectis Commentariis, Notis, Animadverſionibus, ſtricturis, (quædam ex his ex auro erant, pleraque ex ferro lutoque) ſub oneribus gementi ferme non mors
164 imminuit. Honeſte tamen diſſimulat Puffendorffius, *in Apolog. pro ſe & ſuo libro de Jur. Nat. & Gent.* Mordaci vero, & viro bono protinus indigna ſceleſtaque ratione exprobat, dignus cujus nomen ferali ſub umbra lateat, „*Veridicus Conſtans*: Huic, inquit, ſuavis, ſi „Diis placet, accuratus, imò ineptus, Sarck„maſius, proximus *Pacificus à Lapide* eſt, multis „notatus, paucis intellectus: Miror, utrum„que à multis carpi, & fideliter tamen à car„pentibus deſcribi. Alii equidem etiam mirantur, ſed quid? En! Viro tam fervide laudari ſcriptum, (Pacif. à Lapide) quo Reſpublica Eruditorum poſt pleraque ἀναπλογήτως ex Conringianis deſcripta, ex jocularibus Academicis diſcurſibus hauſta, & in Adver-
166 ſaria conjecta, plura jam pridem edita, non „ſine lucro carere potuiſſet. Nimirum id „hodie ſolenne eſt, pergit Sarckmaſius, ut „Scriptor Scriptori tenacius inſiſtat, & dum „ipſe non habet, unde ſe ornet, aliis plumis „veniat ornatus, veritati & omnibus bonis „fucum facturus: Sed hoc alio pertinet. Imo vero vel maxime huc! Scripſit autem Pacificum à Lapide inter ſtudiorum publicandorum primordia *Philippus Andreas* OLDENBURGERUS, ex fictis *Burgoldenſis, Franciſci Irenici, Waremundi von Friedberg* &c. nominibus ad ſufficientiam, & nauſeam usque manifeſtatus. Nobilis & fœcundus ſcriptor, ſi Inſtrumento Pacis Germanicæ locupletius expedito, à ſcribendo *Itinerario Germaniæ*, ſub nomine *Conſtantini* GERMANICI, in quo Principum Imperii exiſtimatio ſane incolis exterisque, ſtylo, nec 167
vero, nec bono, nec Satyrico, nec plebeio, & valde ſimplici, ne dicam pio ſcil. turpiter proſtituta, abſtinere ſuſtinuiſſet: unde indignitate rei & diffamationis motus vir bonus libro rigide præſcripſit:

*Hic proſtituta eſt Principum Germaniæ famæ, & mores,*
*Riſu maligno, luſibuſque turpibus;*
*Et Incolis, & exteris;*
*O proſtitutam tam malignis auſibus veſaniam.*
*Dignam cachinno, aut corrigendam fuſtibus,*
*Ab incolis, & exteris.*

*Syntagma de Vicariatu Palatino*, certis de cauſis, ſub PHILOECI nomine ſcripſiſſe *Dn. Johannem* FREINSHEMIUM, Cognatum noſtrum, (Conringium enim authorem eſſe, ut Burgold. *II. part. Inſtr. Pac. pag.* 281; auguratus 168
eſt, vix cuidam probabile viſum:) teſtatus eſt Bœclerus *in Not. ad Dan. Otton. Jus Publ. cap.* 16. *in fin.* Nos de hoc; de admiſſione Electorali Saxonica; de Jure diſponendi de Sigillo Camerali; de Sigilli formis & rerum mutationibus, ex ſinceris Cameræ Documentis, multo ſtudio denique comparatis, in Vindiciis ad Blumium!

De *eodem*, nomine omni prorſus tacito, Idiomate Gallico commentatus Illuſtris, Sereniſſ. Electori Palatino Carolo Ludov. à Conſiliis Status, & in Tractu inferioris Reſidens *Dn. Ezechiel* SPANHEMIUS.

In vindicandis juribus & præeminentiis S. Rom. Imp. liberi & immediati Equeſtris Ordinis feliciſſime verſatus eſt AUTHOR, der politiſchen Frage; Ob des Heil. Reichs Ritterſchafft ein Standt des Heil. Reichs ſeye? qui 169
fuit Eques, apud Rhenanos, ſine exemplo eruditus *Caſparus* LERCH, *von Dürmſtein*, vigore confeſſionis *Ord. Eq Germ. Caeſ. p.* 2. *§.* 57. *pag.* 138. *ZZ. facta*: Et *Hippolytus à* TREISBACH, in materia de præcedendita Ordinis Equeſtris immediati præ Civitatibus liberis Imperialibus (ſpecioſiſſimo Evrimate pro illo adverſus has Monaſterii eluſa:) dudum jam in illuſtri memorati *Lerchii* nomine quibuſdam agnitus; eidemque hucuſque jure meritoque vindicatus. Neque tamen negaverim ab aliis *Joh. Conradum* KREIDENMANNUM Ordinis Equeſtris Suevici, & Reip. Eslingenſis Syndicum, Authorem venditari; quod in illiquido. Si quidem, ut refertur, Kreidenmanni gener, *Philippus* KNIPSCHILDT, cum non ſemel eum ſuſcepti operoſi oneris, ob contractas ſibi ſuisque Imperialium Civitatum, ſub quarum tu- 170
tela ipſi dubiis & ferme conclamatis in Ger-

mania rebus vivendum erat, inimicitias & ſi-
multates, pœnituiſſet, honeſtiſſimi, ſed ipſi
damnoſi, facinoris reum ſponte ſeſe falſus eſt,
poſtquam ejusdem Ordinis Equeſtris Suevici
Syndicatus munere cohoneſtatus eſſet, ita,
inquam, referunt!

Eandem operam, in honorem Ordinis
Equeſtris Alſatiæ Inferioris, præſtitit, ſubdu-
cto nomine ſuo *Johannes Henricus* WIELANDT,
JC. ejuſdemque Ordinis Syndicus, edendo,
des Heil. Römiſ. Reichs Freyer / ohnmittelba-
rer Ritterſchafft im untern Elſaſſ Adeliche
171 Ritter-Ordnungen / Privilegia und Kayſerli-
che Reſcripta; anno MDCLII.

In cauſa WILDFANGIATUS Palatina,
cum aliis Böckelmannianis, duo, Vicinis non
negligenda, ſcripta Adeſpota, pro Juſtitia cau-
ſæ Palatinæ, edita: quorum alterum proxi-
mè nominatus *Samuel* PUFFENDORFFIUS; alte-
rum *Johannes* LINDENMANNUS; ille Londini
Scanorum poſtea; hic Upſaliæ, utrique in
Regno Suecorum Profeſſores, confecerunt.
Faſciculus Actorum hæc exhibiturus eſt.

In ejuſdem præliminari defenſione
edito, preſſo nomine ſuo, *Prodromo Juſtitiæ Pa-
latinæ*, occupatus eſſe voluit Clariſſ. *Dn. Samuel*
PUFFENDORFFIUS, tum temporis in Cathedra
Archi-Palatina Academica Profeſſor; cujus
in rem bonarum litterarum merita non ſine
laudis encomio in publico verſantur.

172 *Orationem* pro Jure Adminiſtrationis &
tutelæ Electoralis Palatinatus, acerbo tum
litigio, Anno 1611. ſine nomine editam ſcri-
pſit, & in Laugingenſi Gymnaſio habuit con-
ſtitutus Profeſſor *Georgius* CLEMINIUS, *J.U.D.*
prout ipſe titulo, ſua manu, præſcripſerat.

*Candidus* EBLANUS, de Prœlio Pra-
genſi Pragæque deditione Anni MDCXX Scri-
ptor Palæo-Pragenſis, eſſe memoratur Jeſui-
ta, *Johannus* LABENUS.

Et quia in Obſidiones, victis æque ac
victoribus luctuoſa certamina incidiſſe vide-
mur: ſe ipſam ab oblivione vindicavit, re-
rum in ea geſtarum amplitudine, defenſorum
heroica animi magnitudine, oppugnantium
contumaci virtute, *Hafnienſis*, ab VIII. Auguſti
LVIII. usque ad Calend. Jun. *LX.* ſuſtentata;
173 enarrata ab H. M. W. in Diario Polemico-
Metrico, Anno 1660. edito, qui eſt *Henricus*,
Matthæi Filius, WALENSPECKIUS, *Eccleſiæ
Holmenſis Diaconus.*

Sed hæc præteritique (de Anno 1643.)
inter Septentrionales belli diſcrimina jam
pridem præviderat *Cornicen Danicus*, ſeu, de au-
reo Cornu Principis Chriſtiani Danici, Anno
*XXXIX.* in Cimbria invento, Regum Danica-
rum ejus temporis ſtatum, inexſpectatam Sue-
corum irruptionem, certiſſimam Danorum
liberationem, adumbrans, in receptaculo
Mogimalano (Malmogiano;) conſcriptum
Carmen, ab eo, qui ad cœleſte πολίτευμα ten-
dit, per Portam Vitæ; Anno *MDCXLIV*: qui
eſt *Petrus*, Petri filius, WINSTRUPIUS, *Eccleſia-
174 ſtes Aulicus, & Epiſcopus Scanienſis*; cujus vitam
meritaque in Academia Regia Hafnienſi, ab
Ill. Eraſmo, Pauli filio, Vindingio, repræſen-
tata, videre eſt, *pag.* 328. *cum ſeqq.* Cornu am-
pliſſimis Obſervationibus laudavit, & dignum
erat, *Thomas* BARTHOLINUS, *Pater*: quas in
tribus de Tibiis Veterum, earumque uſu an-
tiquo, Amſtelodami apud Wetſtenium, annis
*LXXIIX.* & *IX.* editis libris filius *Caſparus* BAR-
THOLINUS publicavit.

Eosdem Danicos motus, Arctoaque Re-
gna, vicinaque, quorum inimicitiæ fatales ali-
quibus creditæ concernit *Diſſertatio de Bello Da-
no-Anglico, deque diſſenſionum inter geminos populos
& contentionum cauſis Oroſii* ANILONIS, in 4 edi-
ta: quæ Hiſtoriographi Regii *Viti* BERIN-
GII; cui præter alia hiſtorica & Panegyrica 175
à laudatiſſ. Vindingio *d. l. pag.* 396. & 397. nu-
merata, Obſidio Hafniæ, & quæ ea durante il-
luſtria per Septentrionem contigere, Regi
oblata; tum nondum typis prodita, paucis
autem, antequam mori deſiiſſet, annis, publi-
co concredita dicta.

Cum autem de Danicis Rebus agimus,
neceſſe viſum adpellari *Epiſtolas tres Amici ao
Amicum: primam, ſecundamque* Lubecâ Hagam
Comitum 25. Jan. LXXIX & ſeq. Kalend. Febr.
tranſmiſſam; *tertia* Lubeca Noviomagum,
Idibus Martii, perſcriptas. In quarum *hac*,
de naufragio Suecorum militum Anno *LXXIIX*
Menſ. Decembri ad Bornholmiam inſulam
facto, pro & contra diſſeritur: & Regem Da-
niæ jus detinendi eoſdem habuiſſe, probatur.
In *altera* Memoriale Anhaltinum Servesta-
num contra Danos, Mediatoribus Pacis No- 176
viomagenſis exhibitum oppugnatur & con-
vellitur. *Prima*, Memoriale Ablegatorum
Gottorpienſium contra Danos, Cæſareæ Le-
gationi, in iiſdem Tractatibus extraditum,
refutat, ſtatumque controverſiæ eadem ope-
ra examinat. Miniſtrum Danicum fuiſſe, in-
tereſſe Regis, ejuſque manifeſtant; Stylus &
ſcribendi decora ratio: *Jacobum Henricum*, ce-
leberrimi Simonis Medici filium, PAULLI,
Regium Hiſtoriographum, & Legationis Lu-
tetiæ Pariſiorum ſubſiſtentis illo tempore Se-
cretarium Litteræ ex Hollandia, & Agrippi-
nenſi Colonia datæ: de quo videndus Dn.
Vinding. *in Acad. Hafnienſi pag.* 440. & Albert.
Barthol. *de Script. Dan. pag.* 60.

Denique inter Danica, quæ irruptio- 177
nem Suecicam attinent, de qua ſuperius per-
ſcripſimus, & Hiſtoria loquitur (Joh. Loc-
cen. *lib. IX. Hiſt. Suec. pag.* 720.) refero *Daniam
ad exteros*, de perfidia Suecorum, Anno
(MDCXLIII) quo:

*DanICapaCta trVCIs frangVnt perfIDIa SVeCi.*
*RagVzI & TVrCI perfIDa paCta petVnt.*

tenue, ſed famæ Suecorum grave & mole-
ſtum ſcriptum: palam vulgant, authorem eſſe
*Theodorum* REINKINGIUM, operoſis & piis ſcri-
ptis præſtantiſſimum habitum, tum Archi-
Epiſcopi Bremenſis Cancellarium; addito,
vel præſumpto, hanc iniquiſſimæ captivitatis
& detentionis non relaxatæ cauſam fuiſſe, ni-
ſi vel cervicem ferro præberet, vel in pul-
mento, quod ediderat, deglutiret: quod fa- 175
ctum

ctum eſſe Sueci propalant. Sed ſtylus non eſt Reinkingianus; nec id, quod affingitur puſillanime magno Viro dignum.

*Juſtitiam exſtructionis Idumeæ*, memorabilis Germaniæ fortalitii, crediſſent ſuperioris Rheni accolæ, ipſis fatalis, pro Jure Epiſcopi Spirenſis (de quo Carol. Caraffa, *in Germ. Sacr. reſtaur. pag.* 57, 60.) edidit *Auguſtus* FISCHER, *Dreſdenſis, D. & Profeſſor.* Vid. Act. Spir. *pag.* 59. & Londorp. *tom. I. Act. Publ. lib.* 2. *cap.* 18. Cenſuram in Perſonam Celſiſſimi ædificatoris, in metuendos temporum ſucceſſus prædictiones, in Viciniæ colliſiones, præliminarem invectivam ſubſcripſere, quæ ſequuntur, dubito, an alibi inventa, vel invenienda, verba: Quor-
179 „ſum, quæſo tam ſolicitus eſt Spirenſis Epi-
„ſcopus Udenheimio ſuo, Philippoburgum
„poſtea inſignito, Iduméæ nomen imponere?
„quam ut univerſo Orbi manifeſtum faciat,
„ſe Idumæis, de quibus Pſalm 137. loquitur,
„ſimilem eſſe, omneſque juxta ſe vicinos Im-
„perii ſtatus ſubſannnare & naſo ſuſpendere
„adunco velle. Impii ſiquidem ab Eſau de-
„ſcendentes Idumæi, cum Babyloniis carmi-
„nibus maledicentibus, irriſionibus invidis &
„inimicis in Vicinos ſuos Iſraëlitas ita inſul-
„tarunt, ut illorum exinanitioni, devaſtatio-
„ni, direptionique ſategerint. Verum enim
„vero, ſicuti iſti Idumæi ob caſum fratrum
„generis Jacobi lætati, paulo poſt per Nabu-
„chodonoſor Babyloniæ Regem abducti
180 „ſunt, & non longe à captivitate Jeruſalem
„devaſtata Babylon per Medos & Perſas, ita
„ut Parvuli allidérentur ad lapides. Eſai. *XIII.*
„*XIV.* Jerem. *LI.* ita captum Philippoburgum
„à Schmidtbergio, in Gallorum manns deve-
„nit; Epiſcopus cuſtodiæ ab Imperatore
„mancipatus delirii ſui pœnas luit promeri-
„tas: Interim vero C. S. plectuntur Achivi.
Quæ an à recentiſſimis doloribus accenſa? an ſenſis temporum iniquitatibus ſubirata? an utilitates domeſticas, viciniæve, aut ejus, cui vivebatur, Principis promotura; ſe in vulgus effuderint? non judicabo, nec errabo: ſaltem publicam cauſam privatam facere, non viſum eſt conſilio!

In demonſtrandis originibus præcipuarum Germaniæ Familiarum, non inuti-
181 lem operam, Anonymus *Author quatuor decim Tabularum Genealogicarum* locavit Tubingæ *Rauſchius*, Profeſſ. Eloq. ex Oldenburgeri ſenſu. Author autem *Martinus* RAUSCHERUS, & ex aliorum relatione MOLITOR additionator ditionator dicendus eſt.

De REPUBLICA VENETA, ejuſque Libertate ab Auſtriacis Italiſque attentata, vulgatum eſt rariſſimæ eruditionis *Scrutinium*, anno noſtri ſeculi XII, cujus Author, uti fama cum incomparabilem, & ex Hiſtoria Boica, Auguſtana, aliiſque omni laude ſuperiorem *Marcum* VELSERUM, *Auguſtanum*, fecit: ita ex certiore prolixioreque notitia, ſcriptiſque in Italia (quæ *Antonium* ALBIZIUM, Nobilem Florentinum laudaſſe feruntur:) Galliæque (quæ *Nicolaum Claudium* PEIRESKIUM, Senatorem Aquenſem prætulerant:) publi- 182
catis, dubiæ ſcriptioni eximi tentatus: & quis omnino adpellandus? vel ignorant, vel hæſitant. Locum elegantem & integrum reddo ex Gaſſend. *de Vita Peireſc. lib. III. pag.* 200.
Prodiit per hæc tempora liber Italice ſcri-“
ptus, titulo *Squitinii*, quo libertas Veneta ab“
ipſis Reipublicæ fundamentis fuit diſcuſſa.“
Is, quia viſus eſt continere eximiam quan-“
dam Imperii GothorumqueRegum Hiſtoriæ“
notitiam, idcirco ſtatim creditus fuit, (quæ“
etiamnum eſt multorum perſuaſio:) Peires-“
kium habere authorem. Enim vero teſta-“
ri licet, nihil tale ipſi veniſſe in mentem.“
Quin potius ſic ſemper reveritus fuit Maje-“
ſtatem Reipublicæ, quoſque in illa Amicos“
habuit, ut ad præſtandum obſequium po-“ 183
tius, quam ad contumeliam fuerit compara-“
tus. Ac non diſquiro quidem, an AUCTOR hu-“
juſce libri fuerit Antonius Albizius, Nobilis“
ille Florentinus, qui Chriſtianorum Princi-“
pum ſtemma ediderat ante duos annos, ut“
nonnullis perſuaſum eſt: an, ut videtur, ve-“
roſimilius, inſignis ille *Marcus Velſerus*, ob“
conſummatam eruditionem, propenſio-“
nemque ſingularem erga Domum Auſtria-“
cam. Addo duntaxat, immerito videri“
quoſdam ſuſpicatos, tam *Gualdum* (cujus hi-“
ſtoriam vitæ Pinelli, eruditiſſimi noſtrorum,“
ut obiter dicam, commendant:) quam *Pigno-*“
*rium* aut contuliſſe operas in eo Opere con-“
ſcribendo, aut communicaſſe cum Peires-“
kio, quos digereret, Commentarios. Ii“
enim fuerunt magis ingenui, Patriæque ſuæ“ 184
magis amantes, quam ut ea impietatis la-“
be commaculari voluerint. Utcumque“
ſit; Peireskius certe nihil ſimile unquam“
cogitavit! Judicent ergo, qui poſt hæc ſcri-“
pturi erunt!“

Ejuſdem *Reipublicæ Jura Maris Hadriatici*, ſub ſimplici nominis inverſione, ſi Goldaſto fides eſt defendit *Itenen Ichanom* ITNEGLUF, in Epiſtola Monitoria, de Mari Venetorum ad Laurent. Monitum Romanum; qui eſt *Fr* FULGENTIUS, ex Ordine Servitarum Monachus Venetus; Socialis ſui Fr. Pauli Sarpii, de quo dicturi erimus, individuus Comes; & *Agricolæ* TACITUS.

*Acta inter Paulum V Pontif. & eandem Sereniſſ. Rem publicam* ab Eruditis dijudicata exhi- 185
bet Goldaſtus pleraque, in tom. III. Monarch. Imp. Hiſtoriam vero eorum J. A. Thuan. *lib. CXXXVII. Hiſtor.* Inter illa *Anonymi Hiſtoria* de rebus inter nominatiſſimas partes geſtis Anno XXIV. Mirandolæ Italico Idiomate publicata, ad dicta Reipubl. ſeverum adverſus ſedem Romanam Vindicem, *Petrum Suavem Polanum*, ex Hiſtoria Concilii Tridentini celebrem à multis referenda putatur. Vid. Molck. *ad Relig. Med. pag.* 33. & 34. An conveniat cum illa hæc Hiſtoria? non temere judicaverim. Ita autem: Hiſtoriam Suavis Polani de Concilio Tridentino; omnium qui ex hoc ſeculo de eo ſcripſerunt, præſtantiſſimum & æſtimatiſſimum genitorem FR. PAULUM SARPIUM, ex Servitarum familia, Venetum lau-

186 laudare: & merito ſuo, ad ſolide inveſtigandas ſpiritus & carnis vias, quæ hominum mentes ſumma contentione transverſas agunt, ſubtiliſſimam, & fide, ultra exemplum, integra, manu ducentem; inter delicias humani generis, & præſertim Chriſtianorum numerandam? Ubi utrique parti, quid Deo, ſibi, & proximo, debeant? quid officii & charitatis illis præſtitum? quid prorſus negatum, ſtrenue & magnifice dictum. A quo elogio non divertit Grotius *Epiſt. ad Gall.* CXXIX. *pag.* 288. „Maximum omnes, quibus vera ſapientia „cordi eſt, lucrum fecerunt, reperto libro „Viri incomparabilis Pauli Servitæ, præſer-„tim de argumento tam nobili, cauſaque ali-„bi magnorum motuum, apud nos etiam bel-„li tam pertinaciter geſti. Summa ſane cum
187 ſatisfactionis, *præ Sfortiæ Palavicini*, quæ ob importuna ignobilia jurgia non eſt ad hominem; & *Scipionis Henrici*, Meſſanenſis, quæ brevi ſuo gradu graditur & labitur; tertia, Hiſtoriis, verſanda: ſi modo Cæſar Aquilinus *in libr. de trib. Hiſtor. Conc. Trident.* (quis ille? mihi non liquet) *pag.* 44 tranquillam in tan-„to Viro acquieſcentiam non turbaſſet: In il-„la, dicens, quam plurima quæ forte Petri „Soave non ſunt, ſed ab alio aliquo ſuperpoſi-„ta, &, juxta aliquorum Conjecturas *à Marco* „*Antonio de Dominis*, olim Spalatrenſi Archi-„Epiſcopo adjuncta &c. unde credibile eſt di-„greſſiones iſtas, & pro Proteſtantium opi-„nionibus argumenta ab ipſo fuiſſe compoſi-„ta &c. nec deſunt ipſi Cæſari rationes. Quicquid ſit! Hiſtoriam ſuam eſſe Sarpius Princi-
188 pi Condæo negare non auſus. Vid. *Vita* ejus prope fin: cujus ſcriptor individuus illius ſecundi & adverſi fati ſocius *Fr.* FULGENTIUS, ut notatum eſt.

In litigio de Anglorum bonis & mercibus 29 Dec. 1568. ab Albano in Belgio detentis prodiit famoſus libellus in contumeliam Eliſabetæ Reginæ, ſub titulo, *Amaſis* Orianæ; cujus author *Herardus* Despesius, ex Ordine Calatravæ Eques, Hiſpani in Anglia Legatus. Satis equidem extra fines mandati Cambden. *in Ann. Eliſab. pag.* 166. & 168.

Eandem Reginarum illuſtriſſimam, non majore clementia *Obertus* Bernestapolius habuit; ſcripto vulgatoque Ingolſtadii Anno *MDLXXXIIX*, de Cæde Mariæ, Scotiæ Franciæque Reginæ, libro; in quo fama & virtutes Eliſabethæ temere perſtringitur; qui 189
eſt *Robertus* TURNELLUS. Bœcler. *coll. ſec. Controv. XXXI. & Not. ad n.* 8.

Et ante hunc, *Vorago, qua Anglia Gallico connubio abſorbenda*, ſive, de Nuptiis inter ipſam, & Franciſcum Herculem, Alenſonium, de quibus proviſionali tractatu conveniebatur (Meteran. *lib. XI. Hiſt. princ.*) recuſandis; in quo aculateo libro illa obliqua inſectatione perſtringitur, Anelinus convitiis dilaceratur & Gallica Natio odioſe proſcinditur; cujus editor *Johannes* Stuppus, ex Lincolnienſi Juris Collegio fervidus religionis catholicæ Profeſſor, ſupplicio dextræ, cultro laniario præciſæ, ſcelus Anno *MDLXXXI.* extinguens. Cambden. *ad d. Ann. pag.* 345.

In eandem, Semper Eandem de *Gene-* 190
*venſis Eccleſiæ diſciplina in Anglia conſtituenda*, Hierarchiam Anglicam inſectando, & Præſulibus apud Populum invidiam conflando, editos libellos, quibus tituli: *Martinus Præſulibus exitioſus*, vel *Præſulo-Maſtyx*, *Mineralia*, *Diotrephes*, *Demonſtratio Diſciplinæ* &c. calumniis & conviciis virulentiſſimos, adeo ſcurriliter debacchatos, ut authores non pietatis cultores, ſed è popina ganeones viderentur, refert idem; Penrium & Udallum, verbi Miniſtros, & Jobum Trocmertonum, virum doctum, & facete dicacem, *pag.* 522. ad ann. 1588, authores nominans.

191

## SECTIO VI.

### *De Scriptis Juris-Conſultorum; & publicatis Actis nonnullis; pars prior:*

HIs expeditis Juris-Consultorum in foro & Schola illuſtrium ordo, ſed, ut ſæpius notavimus, fortuitus, ſuccedit. Præponendi itaque Legum Compilatores:

Et des Käyſerlichen Landt- und Lehen-Rechts/ compilator eſt ſatis certo, *Bertholdus à* Grimmenstein, indicante Goldaſt. *de R. B. pag.* 21.

*Author Speculi Saxonici*, quam imperite CAROLUS MAGNUS venditatus, oſtendit Gryphiander *de Coloſſ. Ruland. cap.* 37. *n.* 12. ſubſtitut. *Erckone de* Repkau. Goldaſt. *d. l.* & in
192 commendabili præfatione der Reichs Satzungen unde vulgari rhythmo compoſiti verſus:

Nun dancket allgemeine/
Dem Herrn von Falckenſteine/
Der da Graff Hoyer war genannt/
Das nun in Teutſche Sprach verwandt/
Dis Buch iſt worden auff ſein Bete/
Ercke von Repke daſſelb thäte.

ſed de ſola verſione loquuti: reliqua ad Goldaſtum examinanda remittuntur.

*Gloſſatorem Speculi Saxonici* duplicem, idem facit Goldaſt. *d. lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 294. Antiquæ gloſſæ; *Burchardum* à MANGELFELDT, Sequeſtratorem Sacri Palatii, quem ἀνιστορησίας, inſcitiæ & impudentiæ, illuſo nomine ejus, convincit Gryphiand. *de Coloſſ. Ru-*
*land. cap.* 52.) au t *Theodoricum* à BOCKSDORFF, 193
Epiſco-

Epiſcopum Naumburgenſem. Poſterioris, Scabinum quendam Polonum. Rectius dubio procul Gryphiander, Gloſſam non unius Authoris eſſe, *cap.* 53. *n.* 11. contendit: ſed *Burckhardo* acceſſiſſe Tamonem à *Buxtorff*, authorem gloſſæ hiſtoricæ; denique Chriſtophorum *Zobelium*.

Ex Collectoribus Juris Feudalis celebrantur, (verba ſunt Gryphiand. *cap.* 50. *n.* 11.) 2. *Feud.* 6. *Philipertus*, *ſive* FULBERTUS (Vielebart, oder Vulbart.) Epiſcopus Carnotenſis &c. *Obertus* DE ORTO (Ohnbart vom Orth) 2. *Feud.* 1. & *Gerhardus* CAPEGISTUS *Niger*, Conſul Mediolanenſis (Gerhardt Kopwiſch der Schwarz) 2. Feud 28. qui ex ſe non ignoti. Genuinos autem in Rei
94 Feudalis fontes inquiſituro (quam viam, controverſamque litem monſtrare hæc linea recuſat) præivit Illſtr. *Dn.* AB EYBEN, *in Elect. Feudal. cap.* 1. §. 6. & *ſeqq.* Libros Feudorum *Meriputianos* ab Illuſtr. Dn. Collega jam ſuo Duo. Aſſeſſ. Imp. Cam. Spir. *Erico* MAURITIO, quos, adſequendo huic fini, *Mauritianos* appellavit, ſtudioſa interpellatione, Goldaſtianis & Freherianis juxta non inſuper habitis, deſiderans.

*Ad Jus Canonicum* Gloſſas ſcripſiſſe *Joh.* SEMECAM, adnotat Gerhard. *Confeſſ. Cathol. d. l. pag.* 6. qui vocatur à Gloſſa Saxonica *Johannes* TEUTONICUS, der alte Teutſche Doctor; de quo uberius Gryph. *d. l. cap.* 53. *n.* 5. Henric. Mei-
95 bom. *in Chron. Marienthal. pag.* 34. & *ſeqq.* Sagittar. *in Hiſtor. Halberſtad. pag.* 311 51. Ejus Epithaphium in Choro ſummi Templi Halberſtadienſis, hoc legitur:

*Eſt, erit atque fuit, qui deſiit eſſe Johannes:*
*Dogma viget, viguit, florebit & omnibus annis,*
*Lux Decretorum, Dux Doctorum, Via morum.*
*Hic jacet, & placet, ut vacet à pœnis miſerorum.*

*Ordinationem Judicii Cameræ Imper. Spir.* Anno CIↃ IↃ XLIIX, ſub auſpiciis CAROLI V. confectam, ſed ſub Auguſtiſſ. FRATRIS feliciſſimo regimine additis Paſſavienſis transactionis, & Auguſtanæ Pacis placitis promulgatam, recepto regio CIↃ CC aureorum nummorum honorario, confecerunt *Caſparus* CUNO, *Moguntinus, ll. J. D.* & *Imp. Cam. Jud. Aſſeſſor,* & *Con-*
96 *radus* VISCHIUS *Electoralis Moguntinus Conſiliarius*, & *Cancellariæ Cameralis Director*; qua de re repeto Diſſert. *de C. I. C cap. VII. pag* 47.

*Communium Opinionum*, ſive Receptarum Juris Sententiarum à Johanne Fichardo editum Opus Francofurti, anno 1571. quatuor tomis conſtans; in *Primo* Turſani ab Inciſia; Villalupi, Vivii, ab Aquila, Gribaldi Mophæ, Clarii Portii & Fichardi: *Secundo*, ejuſdem Vivii librum ſecundum, Benedicti de Benedictis & Clari, opera Raymundi Pii Fichardi: *Tertio*, Scarezii de Ribeira, & Mariani Socini: *Quarto*, Laurentii Kirchovii, cum libris duobus Michaëlis Groſſi, ſicut diverſis authoribus, ita magis diverſis ingeniis natos labores exhibet.

Diſcurſum Practicum, *de Conſtitutione, facie, morbis,* & *cura Cameræ Imperialis Spirenſis,* 197
Anno hujus ſeculi XXXIII. indicante ſtylo, ætate, experientia, opinionibus inſertis, compoſuit æſtimatiſſimus & ſuperius memoratus, LAMPADIUS. Nos, ne pretioſum manuſcriptum pereat, magnam ejus partem in Præfatione ad Rerum in Camera judicatarum periodos reddemus.

*Annotata de Judicii Imperialis Cameræ Perſonis, Origine* & *progreſſu*, Ingolſtadii ſine nomine edita, deberi memoriis *Wigulei* HUNDTII, olim Aſſeſſoris, conjecturas per Epiſtolam ſubminiſtravit *Conſultiſſ. Dn.* PLACCIUS: de Viri æſtimatione Jul. Magenhorſt paſſ. & adnotata ad Cuſpiniani Cæſares, quæ opinio etiam mihi hactenus retenta, uſque dum ex antiquis manuſcriptis alia notitia, ſed non firmior de *Adamo Henrico* PETRI, ſupervenit. 198
Siquidem mihi jam liquidiſſimum, omnia a manu Aſſeſſoria *Raphaëlis* SAILERI profecta: nunc jure meritoque eo remittenda.

*Relationem Donawerthenſem*, à parte Boica, publicatam à *Willhelmo Cancellario Bavarico*: *Informationem* juris & facti, à parte Proteſtantium, à *Sebaſtiano* FABRO, Pro-Cancellario Würtenbergico, & *Ludovico,* MULLERO, Cancellario Ottingenſi: Neceſſariam denique *Admonitionem*, Replicarum loco, ab eodem JOCHERO; demonſtravimus in Diſſert. de Cult. Jur. Cam. *pag.* 104. teſtes: Goldaſt. *de R. B. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 17. ex Mageri *Ind. ad tract. de Advocat. armat.* Burgold. *ad Inſtr. Pac. pag.* 2. *diſc.* 8. *pag.* 66.

Eodem Diſſert. loco, *pag.* 103. ex ad- 199
ſcripto ab ipſo Authore meo Exemplari nomine, detectus *Author Defenſionis, in cauſa ſucceſſionis Freundsbergicæ, anno* 1602. editæ, & inter maxima eruditiſſimi laboris, in intricatiſſima facti ſpecie teſtamentaria, exerciti emblemata, locandæ, *Lucas* GEIZKOFFLERUS, *Doctor.*

Diſcurſus von Cloſter Sachen/ in quo de poteſtate Supremi Cameræ Spirenſis judicii, in definiendis illis, & juſtitia petitarum Reviſionum in famoſis quatuor Monaſteriorum cauſis: quæ ſunt des Carmeliter Ordens contra Hirſchhorn, Mand. de ſolv. & reſtit. 2. Jul. 1597. Speyer, contra Baden und Eberſtein 15. May 1598. Sanct. Mariæ Magdalenæ Cloſter in Straßburg contra die Stadt Straßburg 19. May 1598. Cartheuſer Orden contra Ot- 200
tingen Mandati 16. Jan. 1599. (quibus, quo hæc ſcribimus tempore, ſuccollantibus variis belli paciſque artibus funus ductum) pro Intereſſe Proteſtantium; ut & de quæſtione: quæ ſint cauſæ Religionis? (evertendæ jurisdictioni, & intentatæ actioni pericula faciendi, abolendæque vi rei judicatæ, promptiſſimis remediis) quæ Monaſteriorum, ſive etiam quorumcunque jura? & connexis eruditiſſime agitur, ſed indignantibus Catholicis, eſt *Ludovicus* MULLERUS, *Cancell. Ottingenſis* jam nominatus, indicio Viti Breitſchwerdt *in Conſil. de Jur. Ord. Equeſt. circ. Relig. n.* 74. quod Conſultationi de Pac. Civ. Relig. data, ſubnecti juſſimus. Quibus adde Archiv. Unito-*Proteſt. cap.* 3. *pag.* 160. & *paſſ.*

*Acto-*

201 Actorum quoque *Lindavienſium*, pretioſæ diligentiæ & eruditionis operis; die Onverſehens abgelöſte / und der Ertz-Hertzogin Claudiæ, pendente lite, cedirte Reichs-Landtſchafft betreffendt/in Annis 1641. 42. & 43. in fol. editorum author ibidem monſtratus & laudatus *Daniel* HEYDER *JC. & Reipubl. Lindavienſis Syndicus* (add. Receſſ. Execut. 25. Maji Anno 1649. à Commiſſariis Cæſareis confectum, apud Londorp. *tom. VI. Act. Publ. lib. 4. cap. 96.*)

Illi & præter hoc incomparabile Actorum Opus debetur, nunquam ſatis ab Antiquitatis Germanicæ, & Juris-Prudentiæ peritis laudatus tractatus, *de Advocatiis* (male Oldenburgerus *Præturas* vocavit:) *Imperialibus*, von Reichs-Vogteyen (in liberas Germaniæ Reſpublicas, cohibendis illarum regimini-
202 bus, promovendis Executionib9 in puncto reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum & ſimilibus, neque ad interim, neque perpetuis (ut Aula Bavarica in Conſilio propoſuit apud Londorp. *tom. III. Act. Publ. cap. 152. pag. 1046:*) inducendis:) hujuſque *Apologia*, contra Conſiliarium Epiſcopi Auguſtani male in hoc negotio intervenientem Anno MDCLV edita: bella omnino, ſi Conſilium ſuccederet, novis deprædationibus materies!

Memorabilem *deſtitutionem Chriſtierni II, Danorum Regis* ab Ordinibus ejus Regni factam, memorat Hiſtoria: Acta res coram Germanorum Regimento, & in Camera Imperiali, ſub inſcriptione: Dennemarck contra Dennemarck in puncto ſpolii & fractæ pacis publicæ; Unde juriſdictio judicis contra Ex-
203 teros, in exteris provinciis agentes tum fundata, niſi ex prorogatione, non conſtat. Eorum Actorum, ut conjicio, ſicut & Apologeticorum pro Rege editorum author, *Cornelius Duplicius* SCEPPERUS, *Cancellarius Danicus*: Victoriam Regis futuram, credente Goldaſt. *d. l. pag.* 46. & videtur, negotio manum quoque admoviſſe *Fridericum* REIFFSTECK D. Jud. Cam. Advocatum.

In cauſa Braunſchweig contra Braunſchweig / publicis typis ſæpius jam evulgata *Defenſionum* à parte civitatis ſcriptor eſſe perhibetur *Johannes* RHÆRANDIUS, JC. & ejus Reipubl. Syndicus: *Deductionis* vero Hiſtoricæ der Hertzogen zu Braunſchweig Land-Fürſtliche hohe Obrigkeit betreffend/ ipſe Dux HENRICUS JULIUS BRUNSVICENSIS, inter Princi- 204
pes ſuæ ætatis litteratiſſimus, indicante eod. Gold. pag. 24.

Vaſti operis pro *Juſtitia cauſæ Wertheimenſis*, contra Epiſcopum Herbipolenſem editi, in Differt. *de Cult. Jur. Cam. pag.* 105. laudati; compilator à Beſold. *de Majeſt. ſect. 3. n. 10. pag.* 104. *Johannes Philippus* RHEINHARDUS, nominatur: ſequente Gold. *d. l. pag.* 104.

Qui & detector eſt nominis eruditiſſimi Viri, qui den gründlichen Bericht/ des Heil. Reichs Stadt Friedberg-Stand/Regalien/und Privilegien ꝛc. betreffend. Anno MDCX. edidit; nimirum, vel *Henrici* ROSENTHAL: vel, ut Beſoldus putavit, *Johanni* GOEDDÆI JC. & Profeſſ olim Marpurgenſis. Vid. Gold. *lib. 2. cap. 17. pag. 246. & lib 3. cap. 13. pag. 366.* Scriptum, ut par erat, laudatum de c. *l. c.* 205
*pag.* 103. De authore in utramque partem dubito.

Acta in celeberrima cauſa Waldeccenſi contra Principem Friſiæ Orientalis, ante aliquot annos publice communicata, à parte Dn. Actoris defenſa eſt à Dn. *Joh. Philippo* WITTSTEIN, Vice-Cancellario Waldeccenſi; à parte Friſiæ à *Dn. Wolffgango* LAUTERBACH litis exceſſui advenienti.

Satis de Actis Forenſis diciplinæ: merita in publico!

206

# SECTIO VII.

## *De iiſdem, pars altera; ubi & de Scriptoribus Cameralibus & affinibus.*

DE *Jacobi Ayreri proceſſu Juris* Belialem inter & Jeſum Filium Omnipotentis, hæc ex Bibliothecæ domeſticæ Exemplaribus tribus adnoto: Primum libri typum, & ſi ita appellare licet, primam inventionem Anno MCCCCLXXV. *ſub hoc titulo* prodiiſſe: Tractatus Procuratoris, editus ſub nomine Diaboli, quando petiit Juſtitiam coram Deo, & beata Virgo Maria ſe oppoſuit contra ipſum, & obtinuit, nec non obmutuit pugna contra genus humanum: impreſſus per Bartholomæum Guldibeck. Poſtmodum, pleriſque mutatis, editum Anno MCDLXXXIV. inſcriptum nomini Urbani VI. Pontificis, ſub nomine, CONSOLATIONIS PECCATORUM, quo tempore in modicum excrevit opus, authore JACOBO DE THERAMO, (Ayrerus Jacobum von Theren appellat) *Archi-Diacono Averſano, & Canonico Aprucino.* Hiſce demum, ex genio & pietate ſeculi XV facile di- 207
judicandis, ſucceſſit Ayreriana, ſi in alia non adeo ſcandaloſe elaborata materia, quæ in effectu Deum Chriſtum riſui habet, & Apoſtolos impoſturæ arguit, exercita fuiſſet, laudatiſſima practica diligentia: neſcio, an à Diabolo dignis muneribus penſata; niſi quod virorum fide dignorum enunciata exſtent: Actorem authori, ultimis vitæ animæque curis, inter triſtiſſimas præteritorum memorias, exceſſui ſuo indolenti, fidelis patrocinii gratiam cum hoc elogio reddidiſſe: Ipſum, „ut Advocatum cauſam clientis ſtrenue egiſ-„ſe; Oppoſitas Chriſto & Apoſtolis exceptio-„nes, ſibi ipſi, ſi lis inſtruenda fuiſſet, puden-„das; Uſurpatas & paſſim artes deſtruendæ„

„adver-

208 „adverſæ parti, ſibi incognitas; Rem cum ipſo ſibi in poſterum nullam futuram; gratiisque actis utrinque diſceſſum. Temerant profecto Divinam Majeſtatem, qui ſcurriliter defendunt! Hiſtoriæ quidem fidem accuratam eam habeo, quam vel cauſæ ſeceſſus Sancti Brunonis in eremum, vel Advocato ab inferis reverſo, teſtatoque prædicanti leg. Aurelius 48. D. de liber. leg. cauſam ſuæ perpetuæ damnationis fuiſſe, apud Coſtal. *ad l. 1. D. de Juſt. & jur.* tribuo; quæ vel modica, vel nulla „eſt: Exemplo tamen ſunto hæc omnibus „Pragmaticis, non auditurum olim Deum eo„rum exceptiones: Defenſiones ſceleſtarum „cauſarū oſtentandi ingenii & verſutiæ cau„ſa ſuſceptas: eas magnis ſtipendiis elocatas; „juramenta ex uſu fori, ſæpe & in alienas ani-
209 „mas, ſæpe non à ſe ipſis in ſuas, præſtita: tra„ctationes ſuas fuiſſe, quid ad ſe, quod judex „non deprehenderit, &c. fingi ſolitas; magno „cum, pridem dilaniatæ & excoriatæ juſtitiæ, „& morientis, ſupplicio. Terreat ſaltem Hiſtoria Brunonis; & elegans Diſſert. de Vera cauſa ſeceſſus S. Brun. in eremum de Johann. de Launoys; ab illuſtri *Porthero* edita.

De *Franciſci* BURGKARDI *Autonomia*, ſive Von Freyſtellung mehrerley Religion und Glauben ꝛc. magnum litigium. Sunt, qui genuinum Burgkardi partum; dum Cancellarius Colonienſis eſſet, adſerunt. Schütz. *vol. II. Jur. ubl. diſp. 4. th. 11.* refert, retuliſſe ipſi ſenem Canonicum Coloniæ, ſe audiviſſe ex Burgkhardi filiis, quicquid ibi extat, pro-
210 fectum eſſe à PATRIBUS SOCIETATIS JESU. Alii, præeunte Antonio Poſſevino, *lib. Bibl. pag. 125.* ANDREÆ ERSTENBERGERO, itidem Colonienſi Cancellario, (quem Scipio Aretinus *in libro de Reſerv. Eccleſiaſt. pag. 121.* *Andream* EISENBERGERUM, vocat) tribuunt. Denique ANDREÆ GAILIO, rariore exemplo adjudicat Limnæus *lib. I Jur. Publ. cap. 13. n. 19.* Oldenburg. *Limn. Enucl. lib. I. cap. 11. §. 4.* De veriſimilibus Conjecturarum rationibus, in promptu futuris; & ex duabus Schedis famoſis; altera XXX verſuum, cujus prior eſt, An Doctor Gallius abivit? ivit, Comotus diſceſſit Spira? ira &c. ultimus: & Reviſoribus quid debetur pro Arreſtis? reſtis. altera, XII in Carmine exhibitorum à nonnullis evocatis, nihil attinet dicere. Li-
211 bri cenſuras conſignant Schepliz. *in Conſuet. Brand. p. 3. t. 8. n. 8.* Warem. ab. Ehrenb. *lib. 1. de Fœder. cap. 2. n. 50.* Muſæ. *de Conv. ſucceſſ. cl. 1. concl. 5. lit. a.* non rejiciendi adeo, qui moderno ſeculo contra ſuorum cauſam, juſta, ut videtur, arma mens non præſaga futuri, ſæpe ſubminiſtravit.

Æquali cum Burgkhardo fama gaviſa eſt COMPOSITIO PACIS *inter Ordines Imperii Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos*, Anno 1629 publicata; & hucuſque ſub nomine Juris Conſultorum Dillingenſium, quia Dillingâ primum exierat, citari ſolita: ab Evangelicis ſubvertendæ Paci Religioſæ, ſtabiliendoque Edicto Ferdinandeo, ſcripta, accuſata. Mallem ego, *ut & in Conſult. de Pac. Civ. Rel. dat. pag. 11.* eam alicui ex Eccleſiaſtico Ordine Viro tribui; nimirum, ut puto LAURENTIO 212
FORERO, *è Societ. Jeſu.*

Editas nuper *notas in Weſenbecium* à Joh. Richardo Malcomeſio WILLHELMI LUDWELLI eſſe, probant mea, & aliorum manuſcripta, & in Bachovii Treutleriana perpetua, ipſiusque nota characteriſtica, inclinatio (aliis quidem, qui ſua, hinc & inde ſubducta, venditare adſueti; Ludwello autem minus contumelioſa, cum teſtamento diris quemcunque, ut memorant, editurum devoviſſet, objicienda) non diſſimulata.

Cum iisdem Ludwellianis, ejusdem, & DINNERIANA nonnulla in manus noſtras pervenerunt, digna, quæ publicam lucem terſis editionibus viderent: quorum præcipua: curioſa & ſingularis diſputatio de Ovo & pul- 213
lo: de notis contractæ Locationis & Conductionis: de Reſponſis & Informationibus à Collegiis JCtorum, & Scabinatibus petendis, eorumque auctoritate: de Denunciatione Evangelica: de præſumpta Donatione, paradoxon: de facienda contra debitores executione: & de conſtituta pecunia, Commentarii.

*Notæ in Ordinationem Cameræ à* JULIANO MAGENHORSTIO prolatæ, *Caſpari* KOCHII Aſſeſſoris ſunt; ſupplementa *Werneri* KOCHII; reliqui centones ex Mynſingero, aliisque adſuti; quod plenius dictum de C. J. C. pag. 58. & 59. Illarum Originale penes me eſt: Reliquorum ambitioſa copia, ſed notabilis, & fida manu ſcripta. Obſervationes novæ Editioni, ſed ex Veteri Prudentia adjectæ, horum omnium. Authorem non ha- 214
bent, ſed exules ſunt erudito Advocato adſcribendæ: Nec diffitetur Satyra in Obſ. 84. ibi: in Camera omnes Procuratores Advocatos quoque eſſe, Saltem nomine, notiſſimum eſt. Deſcripſit omnes, ſed peſſime, Blumius. Memorati vero Kochii Epitaphium, multis viſum, à nemine vel paucis lectum, ferro infuſum, hoc legitur apud nos:

Clariſſimo. Viro. Domino. Caſparo. "
Koch. Bilveldiano. Licentiato. Conſultiſſi- "
mo. Qui. primum. duorum. Principum. "
Electorum. Archi-Epiſcoporum. Colonien- "
ſium. Conſiliarius. poſtea. Imperialis. Judi- "
cii. Cameræ. Aſſeſſor. digniſſimus. factus. "
vitam. hic. cum. morte. commutavit. Ma- "
ter. mœſtiſſima. &. Fratres. ſuperſtites. po- "
ſuerunt. cujus. anima. æterna. fruatur. bea- " 215
titudine. Vixit. circiter. annos. quadragin- "
ta. Obiit. Anno Domini. MDLIII. die XIV. "
Mens. Sept.

*Guilielmi* RODINGI *Pandectarum Cameralium*, quanta æſtimatio, conſtat. Notarum Anno 1660 adjectarum & parentheſeos ſigno incluſarum Authores nobis omnibus adgnoſcuntur Dn. *Paulus* GAMBSIUS, & *Bernhardus Dietericus* BRAWER: Ille quondam Imperialis Cameræ Advocatus & Procurator: hic tum, ejusdem Advocatus & Lubecenſium Syndicus, jam Conſul. Anno 1668 editarum cura debetur Illuſtriſſimo Dom. Dom. CAROLO AU-

AUGUSTO, BARONI DE LEUBELFING, Aſſeſſori Electori Bavarico, pridem fatis
216 functo; ut è duobus manuſcriptis, & certiſſimis aliorum teſtimoniis omnes compertum habent: quibus etiam nonnulla addidit honoratiſſimus Collega beatæ memoriæ DN. GABRIEL FROELICH, *JC. & Advocatus Cameræ:* adde quæ dicta *de C. J. C. pag.* 82. & 83.

JOH. VALENTINUM WINTHER, Conſiliarium olim Pomeranum, præter VENTURÆ DE VALENTIIS nomen, in præſcriptione Parthenii ligitioſi adgnoſcit Editio Argentinenſis, de Anno 1628. memorandi cum elogio operis, ſi minus ſarcaſmis, plus pharmacis actum fuiſſet, & remedia gravami- „nibus reſponderent! Ingenue etenim di- „cendum, nunquam hactenus in centrum „voraginis ſuffocandæ juſtitiæ deſcenſum; „nunquam cadaver agonizantis, remoto
217 „omni involucro, inſpectum; nunquam, „qui lethalia vulnera inflixerant, latrones de „inſidiarum ſtructarum technis, adhibito om- „ni armorum genere, itinerum ad veram Ju- „ſtitiam obſidionibus, immenſisque eorum „qui illi defendendæ in Tribunalibus accur- „rerant, removendorum & diſtinendorum, „artibus examinatos; ET, SI ID FACTUM, PA- „LAM DIMISSOS IMPOSTORES REM OMNEM PER „LUDOS ET JOCOS TRANSACTAM. ID VERÒ „ITA SIT! unum, quod à nobili manu habeo, addo Generoſiſſ. Juvenes, quibus prior editio ſe commendaverat, eſſe quinque Pomeranorum Duces, Chriſtianum von Seele. Philippum II. Stedinenſem: Franciſcum von Meer, Franciſcum, Epiſcopum Caminenſem:
218 Alexandrum von der Ooſten, Philippum Julium: Georgium von Waldt, Georgium: Fridericum von Bodewills, Udalricum.

In negotio controverſi meri Imperii Reipublicæ Spirenſis in *P*erſonas Camerales contra *P*etrum Denayſium (hic enim primæ diſputationis author) ſcripta APOLOGIA operas ſuas elocavit AGGÆUS ALBADA, nomine Circuli Burgundici quondam Aſſeſſor; de quo, (excidit enim ſuis dignitatibus de Schwenckfeldianiſmo ſuſpectus) antiqua MSSta. ad Ord. videnda: de auctore teſtis Beſold. *in Theſ. Pract. tit. Cammer-Gericht.*

Et quia in Camerales Scriptores ſermo incidit, non tranſeundus, NUCLEUS RESPON-
219 SIONUM *cujuſdam Imp. Cam. Advocati* Anno 1678. Spiræ editus: cujus reſponſiones Epiſtolares extractæ ſunt ex Miſſivali, ut vocant, quondam *Joachimi* WILLERI, poſt reſignatum Adſeſſoratum Advocati (vid. noſtra *ad Ord. Cam. pag.* 205.) Altera ex adjectis Relationibus eſt defuncti Aſſeſſoris Burgundi, *Magnerici* BROCQUARD. Formulæ Proceſſus Auſtrægarum, ex Muſæo Advocati, ut omnia, temere, & ſine ſelectu, ut ex verſicoloribus crepundiis purpura fieret, mutuo ſumptæ; majori cum emptorum diſpendio, quam ſcriptorum gloria.

At nullane Cameralibus de vaſto opere ADRIANI GYLMANNI, ſub Symphorematis titulo in quinque tomos (nam ſextus à Weh-
220 nero longè poſt additus) diſtributo notitia? qualem aliquem vel Gylmannum, vixiſſe, vel illud edidiſſe, nemo, aut non ſatis diſtincte, meminit: Figmentum vero eſſe Illuſtris, & poſteris, quamdiu Tribunali ſua vita & honor conſtiterit, memorandus Aſſeſſor, Thomas Merckelbach, *apud Klock. tom.* 1 *Conſil. 6. n.* 94. cenſuit. Neceſſaria conſignata à me *in d. Diſſ. de C. J. C. cap. VIII. pag.* 75. Et nuntium nobis de eo, fallor, ſi non turpiter! miſit Goldaſt. *in Repl. pro Imp. cap. XI. pag.* 104. in verbis: Et Deciſionum ſex tomos, (quod primum πα-„ρόραμα eſt) ante hos paucos annos edidit Fri-„dericus Gylmannus (quod alterum) quæ ab„ Imperatoribus Carolo V. Ferdinando I. Ma-„ximiliano II. & D.N. Rudolpho II. (quod ter-„tium) in Camera factæ ſunt: de cujus tamen„ 221
fide dubitari vidi. Et retulit mihi D. Gilc-„kenius quondam Epiſcopi Herbipolenſis„ Conſiliarius, & in Academia Ante-ceſſor, in„ graviſſima cauſa coram Conſiſtorio Princi-„pis agitata, prolatam fuiſſe deciſionem ex„ Gylmanno: tum, de Conſilii ſententia, cum„ perſcriberetur ad judicem Cameræ, ut origi-„nalia inſpiciundi copia daretur, in iis plane„ diverſam & contrariam ſententiam fuiſſe„ compertam & Gylmannum manifeſti falſi„ fuiſſe convictum! Ego in re, quæ meri facti„ eſt, nihil decerno, placide addens, forſitan, non, ut oportebat, diſcreta opera inter ſe; duo volumina priora, à tribus ſequentibus,; nec, à quatuor, tertium; Itemque Relationes, Vota, & Suffragia ſingulorum, à deciſione 222
judicum omnium &c. (quod quartum.)

Verum id aliquanto durius, quod margini ſub lit. a illevit: Extant etiam aliquot„ tomi Cammer-Gerichts Bey- und End Ur-„theil (ſunt Aſſeſſoris Chriſtiani Barthii tomi„ V) quæ tamen futiles ſunt, & nauci æſtiman-„tur. Nollem hæc dicta, vel ſcripta; namque multa hic in conditione perſonarum, rerum, & æſtimatione ſtudiorum ab ipſo peccata; quæ remittimus.

Anno LXXVII. ſub inſcriptione J. C. L. C. J. A. Francofurti prodiit *Proceſſus Informationis* ſupremis Imperii Tribunalibus uſurpatus, von Schreiben um Bericht / und Gegenbericht: cujus litteræ nominis initiales non diſſimulant eſſe DN. JOH. CHRISTOPHORUM 223
LIMBACH, *Doctorem, Cam. Imp. Advocatum & Procuratorem;* nuper Sereniſſimi Ducis Brunovicenſis, in Regimine Hannoverano, conſiliis admotum.

JACOBO BLUMIO, famoſi *Proceſſus Cameralis* editori palam nuntiavit Bibliopola Spirenſis Jacobus Siverts, *in Præfat. ad Edit. Roding.* ann. 1668. in ſecreto plures; ſed periculoſiorem, vulgus. *Ille ita:* verſatur in propatulo,„ hominem quempiam ex dicta mea nupera„ Rodingi editione ea quæ noviter addita fue-„runt, eripuiſſe, & inter ſua, quæ molitus eſt,„ trantuliſſe. Parco ipſius nomini, floret au-„tem alienis PLUMis & floribus quos compi-„lavit, & hortulo ſuo antea ſterili meo cum„ detrimento intulit. *Alii* librum, quantus il-„le eſt, prorſus ab eo non profectum, ſed Authorem, qui inde gloriam lucrumve, ſive lau- 224
ream

ream in muſtaceo quærere, tum non amplius neceſſum exiſtimavit, Blumio ad edendum tradidiſſe, ut inde ſecurus poſt tabulam Apelles judicia aliorum experiretur, ſuo præconio, & aliena inde quæſita fama contentum. *Prior* ſane prorſus injuſtam; judicantibus à nobis olim (de C. I. C. *cap. X. pag. 95.*) notatis utriusque libri Emblematibus; & in Rodingo fere omnia diligentia accurata, practica, experientiſſima ſunt: In Blumio, e diametro contraria, hinc & inde male conſarcinata, & in multis titulis ponderoſi momenti nec verſiculus; & ſæpe non plura ſunt verba, (ut ait Anton. Faber. *de var. nummar. debitor. ſolut. cap. 21. n. 11. pag. 360.* adverſus Carolum Molinæum, *de Uſu-*
225 *ris*) quam errata: ut in Vindiciis pro Veritate & Juſtitia Rei Juriſque Cameralis adverſus errores Pragmaticorum, nondum editis, ante decennium ſigillatim probatum ivimus, & ſine cujuſcunque injuria, ut ſpes eſt, probavimus. *Poſteriores* non probabilem; & nollent prudentiores, ejus, qui latitare dicitur, Advocati famam adeò incorrecto libro onerare. Commentarium vero ad Receſſ. Imp. Noviſſ. qui circumfertur, defuncti GAMBSII eſſe, notiſſimum eſt.

Circa miſerabilem Germaniæ Statum, & hinc deplorandam debitorum creditorum cauſam demonſtrandam, pro Creditoribus, ſæpe & ipſis jam miſeris, contra debitores, quorum miſeria ſæpe plus fictionis, quam juſtitiæ & integritatis habet, interceſſere duo libelli: VERITAS INVICTA, Anno 1645. ex-
226 cuſa: & IVONIS RENATI *verum patrocinium*; quos utroſque conſcripſit PHILIPPUS PFLAUMERUS *JC. Advocatus Conſtantienſis & Uberlingenſis:* qui &, ut non vano conſtat indicio in cauſa Compromiſſaria Rheinavienſi, & S. Blaſii ſub nomine ROBERTI WEISSII, rechtliches Bedencken/ rei juridicæ exhibuit.

Eaque occaſione memorandum; INFORMATIONIS ſive REFUTATIONIS *contra Deductionem Auguſtanorum Creditorum*, Spiræ 1671. excuſæ in cauſa Burgermeiſter und Raht Evangeliſchen Theils der Stadt Augsburg/ contra der Stadt Augsburg vermeynte Creditores, Citationis &c. editorem eſſe JOH. PHILIPPUM SCHÆFFER, Campidonenſem, Juris Licent. quod litigium ab Illuſtriſſ. Senatu Camerali 22. Octobr, 1673. per ſententiam fini- 227
tum.

Jus Publicum etiam mentionem fieri jubet libelli, in quo cum venuſtate eruditio, hæc cum illa, cum utraque integritas & experientia, licet non ſine aliquo affectu, junctim tamen pro ſalute Reip. certant, DIE GRUNDTFESTE DES H. RÖM. REICHS, von Eitel Friderich von Herden vorgeſtellt. de quo varii varie. Non enim deſunt, qui nihil in hoc nomine fictionis agnoſcunt; Virum Aulæ Saxonicæ Vinarienſi addictum: alii ab HETDEN appellant; & jam, ut confirmamur, auctoris nomini honorique proximum: reliqui, Conſiliarium alium Miniſtrumve Saxonicum fuiſſe ſcire contenti ſunt. Non habet res aliquid certi: Fuiſſe autem Cancellarium Brunſvicenſem, *Johannem* SCHWARZKOPFF, ex celeberrimi Boe- 228
cleri diſcurſibus teſtari licet. Ex aliorum: fuiſſe Conſiliar. Saxon. *Dn.* HETDENREICH; qui germanum generoſiorem partum inter temporum ſucceſſus adgnoſcere non dedignatus dicitur.

Tractatus *de Pace Religionis*, JUSTUS SPRINGERUS, ſerio Author dicitur, qui non eſt; nam id fictum nomen eſt: verum autem PETRI SYRINGII; ut ipſe *vol V. Diſſ. Baſil. 20. th. 12.* & apud Arumæum *vol. II. Jur. Publ. diſc. 10. d. th. 12.* confitetur.

29

# SECTIO VIII.

## *De Hiſtoricis, pars prior.*

Ominandi etiam hoc loco HISTORICI, priorum noſtrique ſeculorum, quorum in vera nomina per tranſitum penetrare licuit;

GOBELINUM autem PERSONAM *Decanum Bilefeldenſem*, *Coſmodromii* ſive *Chronici univerſalis ab orbe condito aduſque ſuam ætatem* verum authorem eſſe, non PIUM II. PONTIFICEM, convincunt eruditiſſima teſtimonia Henrici Meibomii Antiquitatum Germanicarum peritiſſimi, Edit. Francofurt. de Anno 1599. præfixa. Eundemque eſſe adſerit, Vir in æſtimandis ejuſcemodi Scriptis (& præcipue hoc, quod mediante Horario
30 Temporum Gobelinum allegante, Virum Romanæ Catholicæ Fidei alias addictiſſimum, ob Hiſtoriam S. Catharinæ, ut novitiam, abſurdam & ridiculam in dubium vocatam, magnis diſcriminibus, cum eapropter ejus Scholia in Hymnos Eccleſiaſticos à Theologis Lovanienſibus inter libros vetitos in Catalogo Expurgatorio numerarentur, objecit) accuratiſſimus Georg. Caſſand. *in Schol. ad Hymn. Eccleſ. inter ejus Opera, pag.* 278. & *in Epiſt. XIV. ad Molinæum in med. pag.* 1095.

CHERSONESI CIMBRICÆ ANNALES laudatiſſimos, publici juris fecit JONAS AB ELVERFELDT, Eques Holſatus; qui non alius, quam Produx Regius HENRICUS RANZOVIUS, ob alia ab eo in eminentioribus ſtudiis edita ſcripta, illuſtriſſimæ famæ.

EPITOMEN RERUM GERMANICARUM, Hiſtoriam Belli Germanici XXVI. an- 231
norum ſuccincta, diligenti, ſed partes non diſſimulante, ratione, pandentem PAPPUM genitorem habere, certum eſt; prænomen illi LEONHARDTO; teſte Dn. Stirn. *de Conſtit. Princ. pag.* 364. qui præivit diligentiſſimo,



ſtyli

ſtyli venuſtate, & commentandi facultate certe Romanis aliquibus comparando ADOLPHO BRACHELIO, feliciori, quia & de Pace huic ſcribere contigerat; quem ſecutus CHRISTIANUS ADOLPHUS TULDENUS, prolixior, non nitidior, ſcriptor, ſuæ Confeſſioni nimium addictus juratusque; unde immodicum in partes ſtudium, & in alios infames narrationes; rem quoque ſuæ factionis apud integriores non mediocriter la-
232 befacientes, & ſtylus moleſtus: denique hiſtoriam ad Annum LXXII. continuavit HENRICUS BREWER, *Juliacenſis*, in curioſa ratione, narratione diſſoluta, hilari, & juxta merum animato genio, ſui & Reipublicæ incurioſe negligens; cum tribus tomis Politicorum, ſive Actorum Publicorum, quos ſuo in litteras amore ductus edidit laudatiſſimus *Dn.* KINCKIUS *Colonienſis*: neque procul abeſt, ut de his tribus in ſenſum Guſtavi Adolphi, Suecorum Regis, de Pappenheimio, Tillio & Wallenſteinio, apud Waſſemberg. *Flor. Germ. Edit. Amſtel. pag.* 306 cenſentis, judicetur. Panſa etiam eſt Hiſtoria ad Ann. LXXXII. à DN. VALCKENIER, quæ examinari hoc loco, ut fateor, alieno dedignatur.

Ejusdem funeſti tricennalis belli, ex
233 cujus initiis orſi ſunt *Pappus* & *Brachelius*, Hiſtoriam à nugis & falſitatibus *Eberhardi* WASSEMBERGII, in Floro Germanico poſteritati impoſitis, maxima libertate ex militari experientia vindicavit Author Adnotationum & correctionum libro in Edit. Amſtelod. Anno XLVII. adjectarum; quarum & author, & rerum geſtarum teſtis eſt (ut Boeclerus memorat:) Illuſtriſſ. COMES DE FURSTENBERG, *Generalis Vigilum inter Cæſareos Præfectus.*

Funeſti Belli Hiſtorias, ſequitur altera, deſideratiſſimæ auguſtæ Pacis: nimirum, HISTORIA PACIS GERMANO-GALLO-SVECICÆ, MONASTERII ATQVE OSNABRVGÆ TRACTATÆ, ET ANNO MDCXLIIX PERFECTÆ: Irenopoli, Anno LXXIX. florido ſtylo, decora-
234 que fide ac libertate, eloquio tamen ſatyrico magis, quam hiſtorico, ſæpius valde amarulenta, parentibus in belli pacisque negotiis tractandis admiſſa peccata, vitia, errores graviter objiciente, induſtria, rebus tractatis ſe inter connexis, pandit *Dn.* TOBIAS PFANNERUS, *Sereniſſ. Saxoniæ Ducis, Lineæ Gothanæ ſecretarius*; cujus honorabile nomen etiam Liber *de Diverſis Principum Germaniæ Gentibus*, cui isdem ſtylus, amœna docendi ratio, & judiciorum dexteritas eſt, eruditiſſimis commendat.

FASCICULUS TEMPORUM ſive **das Bündtlein der Zeit** / quod ſit WERNERI ROLEWINCK præter teſtimonium Goldaſt. *lib. V. cap. 1. pag.* 553. Chytræ. *de Lect. Hiſtor. pag.* 515. probat & Gryphiand. *d. l. c. XV. n.* 15. ex multis fabuloſis, fictis & falſis narratio- 235
nibus colligatus, parvoque merito dignandus.

Cum eodem, neſcio, an non idem? eſt AUTHOR HORARII TEMPORUM, ſub hoc titulo non; FASCICULUS autem in duobus Exemplaribus, quorum alterum, certe pretioſiſſimum, penes me eſt, notus; qui, ut ad Gobelinum notatum, *Caſſandro* magnas difficultates cauſatus eſt; de quo ita ad Bonavent. Vulcanium, *Epiſt. XIII. pag.* 1093. & Joh. Molinæum, *Epiſt. XIV. pag.* 1095. ſcripſit: ſcrupulum de vulgata Catharinæ hiſtoria, primus mihi“
injecit, vel certe adauxit, Auctor Horarii“
Temporum, qui ſumma diligentia ex variis“
ſcriptoribus hiſtoriam collegit, &, quod ma-“
xime probandum eſt, auctores ſuos, unde“
quodque deſumpſerit, indicat; de quo au-“
thore pauca adjicienda putavi: Ei nomen“ 236
eſt NICOLAUS CLOPPER, vixitque ſub“
Ann. Dom. MCCCCLXXII ac in Monaſte-“
rio Endomenſi Canonicus Regularis, opus“
hoc ampliſſimum & laborioſiſſimum con-“
ſcripſit, hortatu maxime & ſubſidio Nicolai“
Clopper, Viri ſibi cognominis & Adgnati,“
Decani Eccleſiæ S. Gudelæ Bruxellenſis, cui“
& opus ſuum inſcripſit, cujus operis legendi“
copia fuit; &c.

JOHANNIS TURPINI, *Archi-Epiſcopi*, ut ſe appellat, *Remenſis*, *Hiſtoriam Caroli. M.* Scriptoribus Rerum Germanicarum hodie à Reubero *pag.* 67. inſertam, falſitatis & ineptiæ ream agit Joh. Gryphiand. *de Coloſſ. Ruland. cap.* 13. 14. 15. & 16. Authoremque eſſe ſuſpicatur, *cap.* 15. *n.* 1. ROBERTUM, Mona- 237
chum in cella S. Remigii Epiſcopatus Rhemenſis: inductus, tum propter inepti ſtyli ſimilitudinem, cum alio ejusdem ſcripto; tum propter fabulas de Enſe inviolabili, de Gothefridi Ducis admirando ictu, quo Ammiralium Babylonium medium diſſecuit, aliaque miracula, utrique libro communia.

Quæ libelli ineptia, ſicut eruditiſſ. Gryphiandro anſam præbuit *d. c. XV. & ſeq. cap. XVI.* de Scriptoribus Romanzis, ROMANAS dicimus, venuſto diſcurſu judicium exhibendi: Ita mihi eadem, ad detegenda nomina otioſorum ingeniorum, quæ tantos impenderunt ad detinendos otioſos lectores, labores ut operoſe dicantur luſiſſe: Pauca aliquid ex vero afferunt.

# 238 SECTIO IX.

## *De Scriptoribus Fabularum, quas Romanas vocant; & de Maleficis.*

PRimogenitus ROMANARUM
FABULARUM partus eſt incondi-
ta proles, liber peſtilens, corrum-
pendæ juventuti excretus, AMA-
DÆUS, ſive libri AMADISI: de
quo Lipſius *in Not. ad lib. 1. Polit. in fin.* Camerar.
*ib. 1. Medit. Hiſtor. 82.* Gryph. *d. l. cap. 16. n. 8.*
Hiſpanum fuiſſe authorem & Hiſpanice con-
ſcriptum notorium: quis autem ille fuerit?
omnes ſilent, & vero nomen intercidiſſe pu-
tant: cui ſententiæ intercedit authoritas Ant.
Auguſtini *Dial. 2. Antiq pag. 16.* ex teſtimonio
Luſitanorum, VASCUM LOBERAM, nomi-
239 nantis: & Laurenbergii; Aulicum quendam
Hiſpanum, Magicæ rei callentiſſimum, ſub
hoc involucro artes Diaboli propagare ſata-
gentem, Mahometanum illum, vel Sarace-
num; Dæmoniacum & Dæmonomaniam pro-
feſſum; Librum vero ſub Henrico II Gallo-
rum Rege, noviter exornatum fuiſſe; *Ill.
Hiſtor. 87.* Subit omnino memoriam: an in-
famis AMADISI; & D FAUSTI evidenter
diabolicorum &c. lectio, juxta alia non atro-
ciora, ſufficiens ſit ad torturam indicium?
Reſponſum (nam in hiſce ſæpius torquemur)
*Amadaſium* plerarumque Aularum deliciis ſe-
poſitum, & ex inceſtu cum ineptiſſimis cogi-
tationibus miſerrimis amatoribus commen-
datiſſimum, foro & jure pene non exiiſſe:
*Fauſtum* vero cum gratia & privilegio editum,
240 (abeat autem in malam rem nefandus nebu-
lo Typographus, qui hæc ſuo ſcelere, ut ſæpi-
us contingit, fronti illinivit) bonisque Au-
ctoribus allegatum; Autumn. *in collat. Jur.
Gall. & Rom. ad l. 3. C. de Malef. & Mathem.* (ita;
ut ad ſupplicium raperetur, ignique croman-
dus traderetur; ſed non in conſequentiam)
non indecentis; neque puniendæ lectionis
eſſe (quod nollem tam Illuſtri Conſilio exci-
diſſe) adeoque nihil prorſus ad torturam hinc
rite adferri; niſi profeſſio eſſe debeat? qui
illius complexus? non dixerim.) Vid. Dn.
Joh. Otto Tabor. *Racemat. Crim. ad tit. de crim.
Stellion. pag. 27.* Neſcio, an homines credide-
rint? maleficos-magos dari? & inde effugiis
excuſationes quæſitæ? Quis autem hic mo-
dus procedendi uſurpandus? religioſus, cau-
241 tus, ſolers, & lenis.

EXEMPLUM neglecti vel obſervati
moniti inſigne vide in Actis *Ludovici Gaufridi,*
„& *Magdalenæ Paludanæ*; in quibus de vera fa-
„ma dubitatum (Gramond. *lib. I. Hiſtor. pag. 22.*)
„pleraque tamen temere vulgata, non defici-
„entibus, qui Parlamento Provinciæ imputa-
„rent vanæ credulitatis errorem. Quæſtio fa-
cti erat, & tamen ultrici flam̃a vitæ exempti
præſtigiatores: An convicti? an confeſſi? vide-
bimus: digna res quæ monito ſit præcipitibus
Arreſtis non præcipitandis. Res ita ſe habet:
„Contigit illo eodem anno (1610, an. 1611?
illud veroſimilius) decantatiſſima Hiſtoria“
de Ludovico Gaufrido, cacomagiæ in-“
famato, deque Magdalena Paludana illius“
præſtigiis correpta à Dæmone. Ea res ve-“ 242
ro, ut totam Curiam, ſic præſertim ipſum“
Peireskium admodum ſolicitum habuit, qui“
univerſam hiſtoriam litteris prolixis deſcri-“
pſit. Ac pro tempore quidem ipſo in eadem“
cum *vulgo* opinione fuit, movebantque præ-“
ſertim ipſum *ſtigmata* illa inſenſilia corpori“
utriusque inuſta, & Cacomagiæ credita indi-“
cia: at dubitare poſtmodum cœpit, num in“
toto negotio *impoſtura* quædam, aut *ſtupor ani-*“
*mi* latuiſſet. Placitum tamen ſemper de-“
fendit, quo Curia magum cremari juſſit: “
quippe qui alias ſacroſancta Religionis my-“
ſteria libidinoſus peſſum dediſſet. Aje-“
bat quoque, tametſi Magi non tantum“
habeant *cum Dæmone*, quantum putatur,“
*commercium*; nihilominus pœna afficien-“
dos, ob pravum affectum, quo deſci-“ 243
ſcunt à Numine, & Cacodæmonem implo-“
rant. Sic, licet *factis unctionibus non transferan-*“
*tur* revera in eas Synagogas, in quibus nihil“
non patrent nefandum; puniendam tamen“
voluntatem, qua id appetunt, ſeſeque operi“
accingunt. Quod permovit autem ipſum“
impoſtura fuit, qua non multo poſt Maſſili-“
enſis quidam Sacerdos accuſatus magiæ fuit,“
prodente quodam Dæmone, quem Gaufri-“
dus dicebatur in mulierculam intruſiſſe. Is“
quippe judicio abſolutus eſt, ſed corpore ta-“
men toto interpunctus, ut deſignata à Dæ-“
mone conquirerentur ſtigmata, quæ depre-“
hendi nulla potuerunt. Tanto vero magis“
rem vocavit in dubiũ, quanto poſt tres pro-“
xime annos accepit à Winghemio, ſimilem“ 244
hiſtoriam contigiſſe in Flandria, hoc eſt, in-“
terpunctum toto corpore Canonicum quen-“
dam, qui tamen denique habitus fuit inno-“
xius. *Documentum ſane inſigne, ne facile adeo fi-*“
*des habeatur Dæmoni, quem Scriptura S. appellat pa-*“
*trem mendacii; ſive mulierculæ, quæ partim nativa*“
*imbecillitate, partim vehementia vaporum cerebrum*“
*exturbantium, partim malitia, aut odio, partim con-*“
*cepta, innutrita, defixa altum opinione, imponere fa-*“
*cile poteſt.* Quod ad *ſtigmata* illa ſpectat, hæ-“
ſit: num revera eſſent notæ Cacomagiæ? id-“
que præſertim ex quo agnovit, rem vocatam“
in controverſiam a Martino Delrio, aliiſque“
viris impenſe doctis. Forte enim poſſe eſſe“
à natura, pertinereque ad ſingularem Ele-“
phantiaſeos ſpeciem; aut ſaltem poſſe ipſos“ 245
Magos eas ſibi, quaſi cauteria inurere, ac per-“
turbatæ menti defigere, inuſtionẽ illam pe-“
rinde referendam ad Dæmonem, ac referre“
ſolent unguenta, quæ ipſimet parant & inter“
ſe communicant, confiſi, ſeipſorum vi ad“
maligna illa Concilia transferri; Gaſſend.“
*lib. II. pag. & 190. ſeqq.* Quæ in uſum & Judici-

um Judicum Criminalium, Advocatorum & Philoſophrum formandum, & arbitrium informandum, ſerio & juſto motu addidi; qui, quanta levitate hinc; illinc auſtera tyrannide procedi ſoleat ex Parentis mei, JCti in his Proceſſibus & fiſcalium querelarum narratis librandis, judicio, ſine controverſia, dum viveret, maximi & ſolertiſſimi Dn. FRIDERICI
246 DECKHERRI, *Profeſſ. Pandect. in Academia Argentinenſi & diverſ. Imper. Stat. Conſiliarii*, & propriæ forenſis conſultationis actis monitus, & ſæpe territus. Verum ab hac digreſſione utili, in viam!

Econtra ſoboles amœniſſimi ingenii eſt Hiſtoria SOPHONISBES AFRICÆ, Zæſio Germanice verſa, & Chriſtianæ Suecorum Reginæ dedicata: quæ vel una detectione fraudis circa miracula à Gentilibus uſurpatæ, ut de venuſtiſſima inventione taceam, illuſtris eſſe meruit; magis autem ob ingenium, filia in omni ſcientiarum genere exercitatiſſimi JOHANNIS GEORGII TRISSINI, *Vicentini Itali*, quem hoc elogio decorat Illuſtr. J. A. Thuanus *tom. I. Hiſt. lib. VI. pag.* 200. *circ. fin.*

Hiſtoriam & res geſtas MAXIMILIANI I.
247 IMP. in hiſtoria Equitis THEURDANCK comprehenſas, alii aliis tribuant: veriſſimum cenſeo, juſte glorioſiſſimo Cæſari laboris honores ſubtrahi non poſſe. Licet enim id obſcure teſtetur Gerard. de Roo, *lic. VIII. Rer. Auſtr. pag* 315. & Conrad. Decius à Weydenb. *in Præf. ad eund.* Omni tamen exceptione majus eſt teſtimonium à Dno. Placc. *An. n.* 355. allegati Sebaſt. Franken, hiſtorici coævi: & magis, Joh. Cuſpiniani, individui ejus Comitis, Medici & Hiſtoriographi, quem veritas latere non potuit, *in Hiſtoria vitæ Ejus pag.* 486. *Edit. Francof. de Anno* 1601, à qua tamen Editores libri ſubinde manus abſtinuiſſe, non adfirmaverim. Quo vero in ſtatu ipſe liber & olim fuerit, & hodie ſit, in Auguſtiſſimi Bibliotheca Vindobonenſi, videndum in Ill. PETRI
248 LAMBECII, *Bibliothecarii Cæſarei*, Commentariis.

HERCULEM & HERCULISCUM &c. magnæ molis fabulam, in qua plus largitionibus erogatum fingitur, quam avara potentiſſimi Principis gaza ſibi afferere auderet, non negante principio libri matutinas ad Deum preces fundente, & univerſo complexu ejus, Theologi filium & nepotem eſſe, dudum exiſtimatum: Fictor eſt Superintendens Brunſv. Dn. ANDREAS, *Joachimi Frater*, BUCHHOLZ.

STRIACA ARAMENA felicior; vita pluribus tomis deſcripta: amator ex Auguſta Selenica ſtirpe. Sereniſſ. Principe Dn. D. ANTONIO ULRICO, ter incluto *Brunovicenſium & Lunæburgenſium Duce* non indignus labor, & amores regii.

249 Satyrici illuſtris Barclaii, qui ſe EUPHORMIONEM LUSININUM appellavit, in part. V. continuator erat ALITOPHILUS, cum veritatis lachrymis, Johannem Barclajum, amœniſſimi ingenii virum, & quem, ſuo merito, omnis elegantiæ compendium, Forſtner. *ad Tacit. lib.* 2. *pag.* 231. colit, aſſecuturus, MORISETUS legitur, non MORISOTUS, in Ejuſd. Froſtner. *Epiſtol. pag.* 131. Invito me hercle, in aliis ad ſtatum Rei Germanicæ directo ſpectantibus, teſtimonio; ut ejus Epiſtola Apologetica teſtatur; & umbras tanti Viri publicationi illarum Epiſtolarum reſtituras, quis dubitat? Aliter ad Amicum ſcribentis, aliter publicæ Europæ luci ſecretiores animi ſui ſenſus aperientis: Videant itaque, quantum authoritatis conciliandum illis Epiſtolis, quas tam inſignibus amoribus 250
deperimus! Sed quod ad *Alitophilum*; nunc magis puto, Typographum in cudendo nomine erraſſe, legendumque MORISOTUS, cujus Orbis Maritimus, magna cum celebritate inter Opera Grotii, Seldeni, Graswinkelii, Strauchii, Loccenii, Stypmanni, jura Maris perſequitur.

Inter Satyrica Scripta hodie etiam cenſeri meruit HEUTELIA, ſive Deſcriptio Itineris â duobus Germanis per Helvetiam confecti. Exules, ut vocantur, GRAVISETHUS, *Nobilis Bernenſis*, qui ſatyræ author, & notiſſimæ in Suevia Familiæ infelici Beſoldiana affinitate claræ, D. BREITSCHWERDT. Adjecta eſt clavis, ſed ſane pauca referans: addamus, quæ conjectatu non difficilia, & partim aliunde comperta: *Tircoingum*, eſſe D. Wurtembergicum, Breitſchwerdt; qui & *Latigla-* 251
*dius* appellatur: *Boltarigiam*, Balliage de Lauſanne: *Cleromagum*, St. Gallen: *Caſtelloburgum*, Wifflisburg: *Cogentium*, Theodorum Zwingerum: *Corinos*, Norimbergenſes: *Dilmunum*, Milden: *Geniſſerum*, Feringerum: *Geirocampum*, Königsfelden: *Galenum Sibaritem*: & ſucceſſorem regium (*pag.* 218.) Jacobum VI Regem Angliæ: *Balladin*, Davidem Rizium: *Pompeium Naborium*, Ducem Rohanæum: *Ducem Gueſſanum*, Carolum Burgundum: *Pearum*, Davidem Paræum: *Taſibrium* & *Firbatium*: Fabritium, *Transcaucaſiſtas*, Italos: *Zollhemium*, Molzheimium in Alſatia: *Druidam Aviburgenſem*, Johannem Schmidium, Theol. Doct. & Prof. Argentinenſem: *Ramuthum* & *Thamurum*, Murten. &c.

Ipſum autem mendacium ad ſtupendos 252
ictus & caſus, in libro Rhytmico, das HELDENBUCH genannt/ narratos, obſtupefieri credo: quærunt in Fabula aliquam prici Idiomatis Germanici ſive Francici notitiam Publici quoque Juris Doctores; quia ex antiquiſſimis temporibus ad nos pervenit: (Vid. Freher. *in Comment. ad Conſtit. Karoli III. de Expeditione Romana ſub lit. g. ij. & alibi paſſ.*) Autumant etiam aliquid veritatis ſubeſſe: & multa vicini Vangiones de hac loquuntur: quod non affirmo. Fortiſſimæ ſcil. fictionis narrator tamen creditur WOLFFRAMUS AB ESCHENBACH.

Sed his derelictis ad ſeria, ſaltem minus ludrica & jocoſa, utut non minus ficta, abeundum.

SECTIO

3

# SECTIO X.

## *De Relatoribus ex Parnaſſo, felicibus & infelicibus.*

T*Rajani* BOCCALINI, *Relationes ex Parnaſſo* (ſpeciatim earum centurias, primam & ſecundam) non Cardinali Cajetano adſcribendas, ſed illi ipſi vindicandas, teſtis eſt incomparabilis Viri in Politicis prudentia non in illis ſolum, ſed vel maxime in ingenioſiſſimis Notis in Tacitum, à Republica Veneta Chriſtinæ Suecorum Reginæ donatis, & nunc Italico Idiomate Coſmopoli (Genevæ, ut videtur:) typis mandatis: teſtatur conſonans ubique ingenium, lepor & interpretationis profunditas, juncta cum conſtantiſſima & illæſa fama. Poſt, ob Hiſpanicæ Mo-
4 narchiæ liberaliorem cenſuram & exagitationem illi exitium improba ſicarii, ab Hiſpanis, ut creditur, ſubornati manus, in foro S. Marci Venetiano intulit, *Caji Cornelii Taciti Martyri!*

Quod *Lapidem Lydium*, den politiſchen Probierſtein / concernit; ejus ſcriptis ſæpe ſine, ſæpe cum nomine del *Pietro de* PARAGONE adjectum, *Cardinalis* CAJETANUS author eſt. Id precor:

Indoleant luctuoſis, vitæ ejus mortiſque fatis lachrymis ſtipendiariis Politici, & juſtis cineribus ejus perſolutis, victimas inſuper ipſi cædant, ineptos, abſurdos & furioſos homines, qui, ſubrepto *Boccalini* nomine, in cudendis famoſis libellis, & ſceleſtiſſimis invectivis, abutuntur: Addant & illos, qui ingenioli ſui excrementa ſub eodem, & *Relatio-*
55 *num* nomine occulentes, niſi deprecentur, oſtiatim ſtipem petere, & cum ſacco per Parnaſſum pontificare, ſtercora pro auro venundantes, prehendentur.

*Excerpta ex Actis Senatus in Parnaſſo, Apolline Senatum habente*; Coſſ. Liberio Germano, & Deſiderio Gallo, de geſtis adverſus nonnulla capita diſſertationis Politicæ de Tractatibus inter Regem Chriſtianiſſimum & Carolum Lotharingiæ Ducem, Anno LXIII. edita; à nonnullis, malè omnino, ſub præſcriptione: *De Jure Galliæ in Lotharingiam*, evulgata ſibi, repudiato hoc titulo, vindicavit Celeberr. „BOECLERUS: quod enim non ſtatim no„men appoſuerit ſuum, ea cauſſa factum eſſe „exiſtimari oportebat, quod eliciendæ judi„ciorum libertati magis ita convenire vide-
256 „batur. Statim tamen decrevit, ultro ma„nifeſtare, id eſt, legi parere quam ſibi ipſi di„xerat, ne quid unquam ſuppreſſo nomine ab „ipſo exiret. *ex Epiſt. ſive Præfat. pag.* 2. Cæterum de Negotio ipſo olim lepide *Hugo Grotius*, cum res turbaretur, ad Jacobum Puteanum Francofurto Anno XXXIV. in hunc ſenſum „ſcripſit: Adverſus Lotharingum videmini „mihi non multo aliter agere, quam is, qui, „cum trabe caput alterius percuſſiſſet, ei, ſibi „ut caveret, inclamabat. Poſt vim non decerit juris ſpecies? *Epiſt.* 168. *pag.* 362. Ut autem jure, ut armis, transactionibus controverſia acta geſtaque ſit? Vid. informantes Gramond. *lib. XV. Hiſtor. ad Ann. XXV.* Miniſter. Card. Richelii *lib. IX. per tot.* Pacta Gall. apud *Mazarineum*, Tractatus Pacis Pyreneæ, & Noviomagenſis.

Ex eodem Parnaſſo, ſed infeliciter, *de* 257
*Scriptoribus Prudentiæ Civilis noviſſimis*, ad Senatum Eruditorum retulit, *Eubulus Theoſdatus* SARCKMASIUS, toti Germaniæ notus: In quo libello, ſicut multa ingenuo ſtudio, & cordato ſenſu, prodita ſunt, ita non poterat non opprimi, qui in negotio judicandi operoſo, contra viventes, quorum Cenſura difficilis, citra vocationem legitimam, immixtis hinc inde Scabioſis perſonalibus, ut vocant; non alia, quam ſua vi nixus, non ſine ambitionis ſpecie, verſari voluit. Quamvis hoc illi invidendo ſolatio; ex Viris tum in judicium (quod tamen in generalibus, ut Pragmatici loquuntur, Articulis ſe continuit) vocatis, aliquos magis ſe ſuamque famam, animorumque præcipitando præcipites motus, cenſuræ expoſuiſſe in ſe defendendis, quam ille expo- 258
ſuerat in judicandis. En! atrox & horridum ſcriptum, ſub emblemate: *Canis ſub fuſtem remiſſus*: fulgur ejus quem proxime nominavimus; affectus impotentiſſimi! Porro caſtigatus eſt *à Labrone à* VERASIO, in Satura Sarckmaſiana publice detecta: quem ipſum *Schurzfleiſchium* fuiſſe, amico, nihil enim ſimilitudinis vel in animo, vel ſtylo, atteſtatur Burgoldenſis credidit. Alter *Petrus* NASTURZIUS, de Judiciis Sarckmaſianis, multa etiam vere, pro ſalvanda eruditi ſeculi & amicorum publica & proſpera æſtimatione, oratione nec dura nimis, nec plus, quam rei ſtatus exigebat, manſueta & molli commentabatur, dignitate Senatoria in Patria, & egregio apud exteros memoriæ cenſu illuſtris, *Joh. Ludovicus* PRA- 259
SCHIUS; cui de Bono Cive φιλοσοφήμα cum compluribus aliis Philoſophia Moralis debet. Hæc acta palam: Continuavit tamen illis procellis non territus, aut confuſus, Judicia Sarckmaſiana *Galliottus Galiaceus* KARELSBERGIUS, *Teutoburgenſis*, eodem animi ſtylique robore; an audacia? Ubi ad Tribunal Cenſorium vocati; Feldenus; Loccenius; Piſetzkius; Heſenthalerus; (ſervo conſtitutos ab ipſo ordines) Gockelius; Brandiſius; Felwingerius; Textor; Winckelmannus; Teutoburgius; Relfendſo; ab Efferen; Schmidelius; Multzius; Mylerus; Author Mediorum Pacis in Imperio conſervandæ; morientis Poloniæ; conſilii pro redintegrando Polonorum Regno; Auberius; Autor Reginæ Chriſtianiſſimæ jurium in Brabantiam; Graswinckelius; Klenckius; de Roy; Hobbeſius; & Scharockius: à nemine alio, niſi nominati-

natiſſimo *Conrado Samuele* SCHURZFLEISCHIO: quæ, ſub tunica acta, ſcriptis ad nos pervenerunt: An autem fugitivarum animadverſionum in hæc judicia ſcriptarum ipſe Author ſit? me latet; nam eſſe, nequaquam crediderim. Seditio minori, quam creditum, mora, oppreſſa; & ultima prorumpens, honeſte cohibita fuit!

260

# SECTIO XI.

## *De Hiſtoricis, pars altera.*

INter HISTORICA: *J.* GUALTERII, *Chronicon Chronicorum Politicum*, nomini plerique adimunt, ſubſtituto ex Conring. *Bibl. Aug.*
261 *pag.* 72. *Jano* GRUTERO. Qui ſalvari librum Gualthero volunt, huic eadem, quæ mox memorando Carioni adverſabuntur, fata augurantur; Chronicon ipſum à Gualtero profectum, ſecutis poſtea additionibus omnia Grutero attributa; cum tamen ille ad eſſe contulerit, hic ad bene eſſe, ille genitor libri, hic in juſtum volumen educator, extiterit.

*Johannis* CARIONIS *Chronicon*, tenue opus, natalibus ſuis fortuito excidit. Poppelinierius ex Epiſtola Dedicatoria à Peucero præfixa omnia habere videtur; ita enim ea ,,loquitur: Occaſio nominis hujus inde exti- ,,tit, quod cum *Joh. Carion* Mathematicus, an- ,,te annos quadraginta cœpiſſet contexere ,,Chronicon, & recognoſcendum illud atque ,,emendandum, priusquam prælo ſubjicere-
262 ,,tur, miſiſſet ad *Philippum Melanchthonem*, hic, ,,quod parum probaretur, totum abolevit ,,una litura, alio conſcripto, cui tamen Cario- ,,nis nomen præfixit &c. *in præf. pag.* 21. Sane libellus Carionis penes me integer eſt, paucorum dierum labor, ſuperiori ſeculo à lituram unam non ferentibus in lucem datus: Et ipſe *Peucerus* in Edit. Francof. modeſtiam soceri præteriens in Anno 1594. non ejus ſolum, ſed & ſuum nomen prolixo jam operi præſcribere voluit.

*Catharinæ Mediceæ* Reginæ Matris Vitæ, Actorum, & Conſiliorum ſtupendam eamque veram narrationem, ut & *Caſparis Colinii* Magni quondam Franciæ Ammiralii, vitam; conſcriptas eſſe à *Jean de* SERRE, ſive *Johanne* SERRANO, ſive (quod ſæpius prætuli nomen, SERRARIO, cujus mentio inter Placc.
263 Anon. N. 158. facta:) ex multis & probabilibus conjecturis, quarum ratio libris coæva eſt, mihi conſtat.

Sub eadem Catharina infamis lanienæ Pariſienſis defenſor *Michael Seureus, Eques Hieroſolymitanus*, coram Ordinibus Regni Poloniæ fuit; adverſus cujus defenſionem contraria admodum virulenta defenſio Anno 1572. ſub nomine *Zachariæ* FÜRNESTERI, à Gallo quodam in Germania profugo edita eſt; qui eſt *Hugo* DONELLUS, *JC.* Replicarum vero, vel magis, *Præſcriptionis* pro Monlucio, Epiſcopo Valentino, cujus nomen & pudorem ille admodum ſugillaverat, author eſt *Jacobus* CU- ,,JACIUS, *JC.* in hoc ſcribendi genere quidem non exercitatus, & aliis gravioribus" ſtudiis occupatus, tamen amiciſſimo Viro"
hoc officium minime denegare voluit, &" 264
interim, quid in ſimili argumento poſſet, lu-" culenter oſtendit. Epiſtolæ ſub *ornatisſimi Viri* nomine ad Stanislaum Elvidium, ejusdem argumenti ſcriptæ *Vidus* FABER *Pibracius*, majore cura, ornatu & artificio teſtimonio Thuan. *tom. II. lib.* 53. *pag.* 843. quem ſub nominibus *Petri* BURINI, qui Guilielmo Paponi inſcripſerat; & *Stanislai* ELVIDII, pari vel etiam majori acerbitate, quam Fürneſterus fecerat, Epiſtolæ ejus autor proſcinditur, Galli refutarunt.

*Narrationum cædis Ludovici Borbonii*, hujusque Principis Epitaphiorum compoſitor ex parte eſt & omnium compilator, *Henricus* STEPHANUS, *Pariſienſis*.

Les Memoires de la Regence de la Reine Marie de Medices ſive, *Memoriæ Regiminis*
*Reginæ Mariæ* Mediceæ viduæ Henrici IV. Gall. 265
& Nav. Regis Pariſiis Anno 1666. editæ ſcriptorem *Cardinalem* RICHELIUM habere; ex juſtis fundamentis dicuntur in Ephemerid. Erud. *Gall. XI. pag.* 137.

Author vulgatiſſimæ ſchedæ *Hiſtorias Amorum in Aula Gallorum Regia*, pandentis, ſub titulo: Les Hiſtoires amoureuſes des Gaules, ou les Amours de la Cour de France, eſt Dominus DE RABUTIN. Vid. la Connoiſſance des bons livres *ch.* 4. *pag.* 413.

*Miniſterii* autem *Cardinalium* RICHELII & MAZARINI, unum authorem ſcripſiſſe minus accurate credidiſſe videtur Burgoldenſis. Conſentire enim volentem retrahit manifeſta, ſtyli, ingenii, judicii, & ſcopi, qui in utroque libro ſane penitus diverſus occurrit, diſcrepantia; & quemadmodum multum
Hiſtoriarum continet Richeliacum; ita plus 266
acuminis Politici habet Mazarineum; plus etiam Gallicæ ſagacitatis: Nec, niſi pleraque hiulca utrinque eſſent & deſtituta, deerat Conjectura, Mazarinum ſtellis STELLAM ambitioſe inſeruiſſe; niſi ejusdem Cardinalis Secretarius SILLONIUS, ſive *Sieur* DE SILHON, dans le livre de Miniſtre d' Eſtat ſua ſibi monumenta reddenda nec aliis adſcribenda demonſtraſſet, quod jam factum!

*Notarum* vero *Politicarum* Richeliaco adſutarum quis ſcriptor? ignoro. Eſt in illis aliquis labor, licet male de ejuſcemodi laboribus ominetur indignabundus Thuanus, *in* ,,*Præf. ult. ad Libr. Hiſtor.* notas enim, quas ,,Stulti Politicas vocant, ſuis Hiſtoriis quen- ,,dam

267 „dam adſperſiſſe, ineptas ac frivolas, con-„queſtus: à quo raro, hic tamen plus declinando, diſſentiendum.

Neque, ut juxta viam moneam, Hiſtoriæ Bibliothecariæ conjectura defuit, de ipſo *Armando* RICHELIO, Galliarum maximo, in Pſeudonymorum Familiam adſciſcendo; cum adverſus Petri de Marca (Archi-Epiſcopi, cum alterum pedem in tumulo haberet, Pariſienſis) de Libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ operam OPTATUS GALLUS inſurrexiſſet: de quo ita Paulus Fagetus, in ejus vita, inten-„ſa, nec hic adoptata, vel optanda, oratione, „*pag* 38. Eodem ipſo anno (1640.) prodiit fa-„moſus quidam libellus, *ſub Optati Galli* no-„mine, duo Volumina, *de Libertate Eccleſiæ Gal-*
268 „*licanæ* recens edita graviter inſimulans, quod „ex eorum lectione Schiſmatis periculum pertimeſcendum eſſet, cujus authorem fore" RICHELIUM ambitione Gallici Patriarcha-" tus atrociter (Marca,) præſagiebat &c. &c" mox: Poſtea editus eſt liber Conſenſus Hie-" rarchiæ & Monarchiæ inſcriptus, qui larvati" illius Optati furioſam petulantiam fortiter" & eloquenter retudit. Præparationes diſ-" ſenſionis videat Lector in G. B. Gramondi *lib. XV. Hiſtor. Gall. poſt. med.*

CHRONICI PARVI AUGUSTANI, ita allegant, quia nomen non præſcriptum. Von viel und mancherley Hiſtorien in viel Landen und Gegenden geſchehen von dem Jahr 903. biß auff 1521. author dicitur *Conradus* PEUTINGERUS, JC. apud Gold. *d. l. lib. IV. cap. 8. §. 3. pag* 473.

269 # SECTIO XII.

## *De Poetis; ubi Pan (Imp. Cæſ. Aug.) filio auctus in Bucolico exhibitus.*

IN POETARUM Anonymorum laborum cenſu collocandi *Libri tres Hieracoſoφίæ, ſive de Re Accipitraria,* Lutetiæ Anno 1584. per Typographum Regium editi; quorum licet in princ. libr. *Scævola* SAMMARTHANUS, autor laudari videatur; tamen illi merito (cum alter ſolius *Pædotrophiæ*, quæ etiam penes me, & ex ejus dono Meliſſi facta eſt, compoſitor fuerit:) adſcribendi Illuſtriſſ. *Jac. Aug.* THUANO, ejusque judicio, & congenitæ venuſtati: uti ipſe non ſolum diſſimulat in *lib. II.*
270 *de vita ſua pag. 22. & 29.* ſed & laudati Meliſſi „manus, ita præſcribentis: Ex dono Jacobi „Auguſti Thuani, Æmerii, Conſiliarii Regii, „Auctoris, cujus pater fuit Cancellarius Alen-„ſonii. Lutetiæ 1584. Menſe Quintili: teſta-„tum facit.

PASTOREM FIDUM, Paſtorale opus, ab Italis inter ſpecioſiſſima & eminentiſſimi ſpiritus Poemata locatum *Baptiſtam* GUARINUM, lectiſſimum Equitem Ferrarienſem effinxiſſe; ut & eundem, *Defenſionis contra Jaſonem Denorem, Cyprium*, ſub nomine VERATI publicatæ authorem eſſe, memorat Thuan. *lib. V. Hiſt. lib. 99. pag. 102.*

*Commentarius in Satyras Perſii*, ſub CORNUTI nomine ad ACRONEM pertinere dictus, neque repugno; ſed quia ejusdem Cornuti etiam in Virgilium Notæ extant, ſubmitto:
271 an non pro retinendo priori nomine etiam in Perſianis ſequentia valere debeant? Ma-„crob. *lib. V. Satur. cap.* 19. *pag.* 437. ita: Hanc „Virgilius non de nihilo fabulam fingit, ſicut „Vir alias Doctiſſimus, *Cornutus* exiſtimat: & „mox; ſed me pudet, quod tantus vir, Græ-„carum etiam doctiſſimus litterarum, igno-„ravit Euripidis nobiliſſimam fabulam Alce-„ſtim &c. A. Gell. *lib. 2. Noct. Attic. cap. 6.* ita: „Nonnulli Grammatici ætatis ſuperioris, in „quibus eſt *Cornutus Annæus*, haud ſane indocti, neque ignobiles, qui Commentaria in Vir-" gilium compoſuerant &c. add. Henr. Ernſtii" *lib.* 1. *Obſerv. cap.* 7.

Inter Poetas dubito, an rectius inter Hiſtoricos referam *Anonymi Epiſcopi, ſive Abbatis libros tres de Henrici IV. Rom. Imp. expeditione contra Saxones* apud Goldaſt. *in Adj. Repl. pro Imp. pag.* 272
20. *& ſeqq.*) quos RUPERTUM, Goslarienſem Præpoſitum, & poſtea Babenbergenſem Epiſcopum Anno 1075. in Regio comitatu ſcripſiſſe opinatus eſt, Goldaſtus: Quam vero opinionem revocavit, *in Diſſert. de Author pag.* 14. Quod de Ruperto Præpoſito Goslari-" enſi adſcriptum eſt, nunc muto, & nolim fa-" ctum. Quippe memoriam meam decepit" nominum Ruperti & Rulandi initialis affini-" tas. Rulandum autem quemdam pro Hen-" rico IV. Imp. ſcripſiſſe in rerum geſtarum" monumentis legeram, inde ad Ruperti con-" jecturam perveni &c. additis tamen, de ip-" ſo, de Cæſare, de tempotum injuriis, ſingula-" ribus; quæ commendamus, etiam latitan-" te authore. Cuſpinian. *in Vita Henrici pag* 283." 273
ſcripſit quidam Carmine heroico bella quæ" in Saxonia Henricus geſſit, verſu quidem" triviali, (ut tempora erant:) quibus quis-" que maluit ſcribenda facere, quam facienda" aut facta ſcribere. Si quis & hunc incertum" tum voluerit legere ſcriptorem, operis quod" tres continet libellos, initium hoc eſt: "

*Henrici Regis volo dicere Prœlia Quarti,* cum ſeq;

Carmina vero, ſi quæ unquam, veri Spiritus Poëtici, ingenioſiſſimarum inventionum, & terſiſſima eloquentiæ abhinc viginti pluribusque annis multa publicata, partim nullo, partim nomine per litteras initiales deſignato J. C. K. & C. K. ingenium Viri illuſtre famæ offerunt: Is eſt Dom. *Joh. Chriſtia-* 274

*nus* KECK, *JCtus*, & *Conſil. Aul. Badenſis*, *lineæ Durlacenſis*; Patria mihi, & aliqua neceſſitudine conjunctus, cujus alia quoque in invictiſſ. Imperatorem; Reges; Galliarum, Daniæ, Sueciæ; Electores, Brandenburgicos, Palatinos, Principes, Badenſes aliosque Heroës ſcripta exſtant. Quæ ſi uno in Volumine comprehenſa edita fuiſſent, haberet Orbis Eruditus ipſi maximam gratiam, & ille poſt exceſſum fulgentiſſimam gloriam. Sed illam mortuo rependere non licet, & hæc ſe ipſa major eſt; cineres ejus fatali omnibus urna captos memoria ſeculi componente. Ne autem omnia una perire ſinat poſteritas, & quis temporum proximis annis ſtatus; quis Regionum ad Rhenum; quis privatorum metus & ſpes irrita; terruerit homines, vel levaverit quosdam (nam tales inventi ſunt;) 275

*Qui tacito mutos volvunt ſub pectore queſtus,*
*Non auſi timuiſſe palam:*

Præcinente Propheta M. Anno Lucano *lib.* 1. *Pharſal.* nimium ut putant veridico:)

*Quoties Romam fortuna laceſſit*
*Hâc iter eſt bellis!*

Noſcatur; reddo unicum Lectori Poëtæ, Virgiliani æmulum, carmen; quod eſt;

276 # PAN FILIO AUCTUS.
# BUCOLICON
## *AD*
## CUNAS REGII PRINCIPIS
### *Auguſtiſſ. InVictisſimoque Imperatori Cæſari*
# LEOPOLDO
### Recens nati Anno CIↃ IↃCLXXIIX.

DAMOETAS. LYCIDAS.

„Dic mihi, quale canis tam duro tempore carmen?
„Nunc animi læti ſubeunt tibi, verbaque læta?
„Aut, ſi non animi læti tibi, verbaque læta,
„Qui canere omnino, Lycida, potes? Alſata cultu
„Ex quo rura vacant, octo numeramus ariſtas,
„Tot vervacta magis. Nam qui numeramus ariſtas?
„Nulla fuit meſſis. Pecoris fugere magiſtri.
„Impius omne pecus villarum miles abegit;
277 „Opilio quid agat, rapto grege, quidve bubulcus?
„Miles equos etiam rapuit, nec ſprevit aſellos,
„Tardum animal, fureſque ſequens non paſſibus æquis.
Per centum villas nulla eſt gallina, nec ovum, "
Nexa catenatim præterquam quæ parit anguis, "
Sola caſas habitans, ex quo ceſſere coloni. "
Nam nos hinc alii glaciales ivimus Alpes, "
Pars Styriam, & rapidum Bojorum venimus Iſtrum: "
Pars ſumus, Hercynios ubi pandit Suevia ſaltus, "
Suevia, væ miſeris nimium vicina Tribocis! "
Fæx hominum, pertæſa famem, dat nomina caſtris, "
Panem armis quærens libertatemque nocendi. "
Exactis apibus crabrones alvear opplent, "
Alvear heu! caſſura mellis, quod condidit olim. "
Eſt uſum mel ſorte pari, cum nectare Bacchi: "
Reli-

,,Relliquiæ furum plenis periere lacunis.
,,Horti vaſtantur: non aſſeruere ſalutem
,,Arboribus ſua poma,ſuæ non vitibus uvæ:
,,Utraſque excidit rabies horrenda latronum.
,,Pabula Vulcani quin noſtra mapalia fiunt:
,,Eſt nihil ex pleriſque ſuper, quam poſtis adeſus;
,,Effigieſque Deum & tot ſæclis culta ſacella
,,Non jam thure dato, ſed vitro & ſulphure, fumant,
,,Quoque feram patriam redolet nidore tabacus.
278 ,,Omnibus hiſne putem ſilvis tot creſcere quercus,
,,Aut, ſi deficiant quercus, abiegna tot extent
,,Ligna, quibus reparent hæc rudera pace renata
,,Victuri? ſed cura quidem manet iſta nepotes;
,,Si tamen ipſi olim gaudebunt pace nepotes.
,,Quis carros, quis aratra dabit? Sunt igne cremata
,,Raſtra, nec æs ſupereſt, redimatur ut uſta ſupellex.
,,Æs omne emunctum eſt, onerumque vocabula creſcunt,
,,Quæ capere inſueta dum diſcimus aure, ſolutum
,,Ruſtica conſumſit patrimonia mille mineral.
,,Præciſa agricolæ eſt lucrandi occaſio nummi,
,,Et rerum pretiis inopes vexamur adauctis.
,,Scortea nonne vides ut me vix penula cingit?
,,Hanc tamen ah! quantis tauro palearibus emi!
,,Hæc tegumenta pedum ſutori ut ſolvere poſſem,
,,Frumenti modius migravit,& amphora vini.
,,Frumentum hoc vinumque diu defoſſa tenebam,
,,Ne mihi ſurriperent fures: & miror, ad Orcum
,,Condita cum magicis reperiſſent artibus, horum
,,Nil reperiſſe tamen.Panis tria cruſta ſaliſque
279 ,,Addere tres micas me juſſerat augur Jopas.
,,Num cuſtodierint hæc, neſcio. Salva retexi
,,Ipſe dein,vænumque dedi, ne nudus abirem.
,,Hic ſtatus eſt rerum patriæ,ſic vivitur illic.
,,Quid mirum, ſi lætitiæ inſtrumenta quieſcunt?
,,Præ lituis hilares ruris tacuere cicutæ;
,,Nemo canit: nulli reſonant Amaryllidis ignes
,,Utre cavo: pagi non Ambarvalia curant.
,,Nec ſacra funeribus patrum polluta juventus
,,( Miles ab hibernis egreſſus febribus arva
,,Implevit,febres vacuarunt arva colonis )
,,Annua rite facit: mœrent quoque voce repreſſa
,,In campo volucres ſuper ex animalibus unæ.
,,Sola gemit turtur, nulla exauditur acanthis.
,,Triſtis alauda ſilet. Sua trux ſub veſpere ſero

Omina bubo tonat. Lycida bone, quid tibi mentis?"
Quid tibi nunc animi! Tu ſcis hæc cuncta, caniſque?"

*LYC.*

Quas mihi, Damœta, memoras, verboſe, querelas,"
Non equidem ignoro, miſeror magis: ipſe reliqui"
Jugera bis centum pinguiſſima; quippe profundos"
Condieram ſulcos lætamine: meſſis eorum"
Horrea rupiſſet ſed non mea manſit: & ipſa"
Nunc inculta jacent, & habent vice farris avenas."
Eccui poma ferent, miſſum genus Auſone terra," 280
Inſevi quas ipſe pyri? quis amygdala carpet,"
Prunaque grata recentia, grata trahentia rugas?"
Mala quis Armenia, arbuſta aut quæ Perſica quondam"
Progenuere domi viroſa, ſalubria nobis? "
Hirſutas quis caſtaneas,lapidoſa quis intus "
Meſpila, quæque ſua primos ex arbore fructus?"
Fur idem ille, reor, carpet, qui cætera carpſit,"
Qui quoque noſtra olera, & luctucas carpſit, & herbas."
Luxuriaſſe quibus patrios cognovimus hortos?"
Sed, quod acerbius eſt, noſtris qui veſcitur agnis"
Helluo, qui noſtris ſua bubus edulia farcit. "
Et botulis fumo extractis, perniſque ſuillis. "
Omnia ea amiſi: rapuerunt omnia fures. "
Nam, mihi quæ patriis errabant montibus agnæ,"
Montibus, heu! vanum queis dat concordia nomen,"
Si ſuper, atque boum numerus foret, unde repleram"
Mulctras mane decem, ſex ſero, famelicus ervum"
Non ederem ſiliquis excuſſum, ut cernis, & aſper"
Ante Jovem victus non me pro pane cibaret." 281
Ah! modo ſalva foret (ſed enim deſpero) capella"
Quæ procumbit ibi, & ſenſim languentius halat."
Divitiæ extremæ miſeri! *DAM.* quæ faſcina perdunt"
Hoc animal grave ( namque gravis tua capra videtur )"
Quodve malum afflixit,Lycida: *LYC.* num ſit gravis, anceps"
Hæreo; namque caper cuſtodit equile Tribuni"
Inſidiis pridem exceptus. Semel illa gemellos"
Eſt enixa domi. Sed agi dein ubera cœptæ "
(Fugimus interea) lac amiſere capellæ. "
Hinc hœdi periere ſiti; morientibus hœdis."

„Et noſtra ceſſante fuga, jam lacte recepto
„Non iterum fruſtra preſſavimus ubera palmis,
„Mater & huc ſoſpes venit: proceſſit aquatum
„Sic quoque heri ſaliens ad notum flumen Aniſi;
„Hei mihi, ne redeat luxato crure, verebar,
„Tantos præcipiti ſaltus in littore fecit:
„Et (nec eo inficias) hinc rejicienda fuiſſet.
„Proxima nam fluvio, ſi quis violentius inſtat,
„Cedit arena pedi, & ripæ male creditur altæ.
„Sed nihil hoc nocuit; nocuit ſorpſiſſe fluentum.
„Hauſit aquas ſaniemque ſimul, qua fluxit in amnem
„Deſuper ex arvis, ubi millia multa virorum
282 „Semiſepulta jacent. Sanie mox tuſſiit hauſta,
„Et bis terque cavos flens lumina torſit in orbes,
„Et ſima dominum reſpexit nare miſella,
„Procubuitque, datasque herbas guſtare negavit,
„Nec cythiſo recreanda dehinc, nec flore ſalicti.
„Nunc moritur, luctuque mori me mortua coget.

*DAM.*

„Cum tamen interea cantes, quæ gaudia curas
„Diſpellant, agedum, da nobis. Semper amici
„Nam fuimus, neque te celavi, ſi quid habebam.
„Magnum aliquid fuerit, quod cantus exprimat ægro.

*LYC.*

„Magnum utique & quo nil majus tibi fingere poſſis
„Nec melius; ſi vis, cantando protinus edam.

*DAM.*

„Ne canta, nudam, numeris ſine, redde poeſin.
„Sæpe trahunt aures numeri, nec verba tenentur.

*LYC.*

„Nec ſic officium tibi denego; quippe per Orbem
„Fama diu noſtri fert carminis argumentum,
„Mirarique ſubit, te nuncia tanta latere.

*DAM.*

„Me pudor exilii latebras irrepere dudum
„Compulit, ignarum vaſto quid in Orbe geratur.
283 „Tu modo ſta dictis, Lycida. *LYC.* non optime, fallam,
„Damœta; modo tute reponas ſenſibus imis
„Quæ tibi narrabo; res eſt non parva, ſupina
„Nec vult aure capi. *DAM.* quæſo, dic ante, quis auctor?
„Pondera metiri rerum ex auctore ſolemus.

*LYC.*

„Auctor in incerto eſt; bona res, quicumque ſit auctor.
„Sunt tamen, è cœlis qui dicant eſſe profecta
„Nuncia, Mercuriumque ſidem feciſſe novorum.

*DAM.*

Sat ſuſpendiſti, Lycida, me; dic tua tandem“
Carmina. *LYC.* *PAN* ovium cuſtos, ex ſanguine divum,“
Cujus uterque *DOMUM* Sol tempore luſtrat“ eodem,
Ipſe fide, virtute, opibus, Jove vix minor“ uno;
Adde per Amphryſum doctiſſimus ipſe canendi,“
Et verba ad numeros, numeros ad verba,“ ligare
Artifices priſcos ſupra bonus, atque recentes,“
Septa pedo patriæ quatuor jam luſtra coërcet,“
Biſtoniosque lupos, inimicaque monſtra,“ potentes,
Arcendo meruit pecoris defenſor haberi, “
Cui par inter *AVOS* per bis duo ſæcula nullus“
Vixerit; illorum quamvis per paſcua laudes“ 284
Cuncta ſonent, titulique haud uno cortice“ creſcant,
Hic genus omne ſuum virtutum laude reliquit,“
Paſtorum hic hederas mutavit duplice lauro.“
Huic cognatus uber fulvas ſubmittit arenas,“
Pro ſale quas ovibus *PAN* in præſepia ſpargit.“
Huic lac diſtendit matres, huic ubera matrum“
Siccant capreoli; ſtat pingui farta coloſtro “
Spes gregis; impaſtus ſtabulum fremit ante“ Lycaon.
Tanta ſed improlis corrumpit gaudia lectus.“
Ter thalamum ſtravit magno Venus aurea“ *PANI*:
Tres *CHARITES* uni fixerunt oſcula *PANI.* “
Prima per Heſperium *PANI* ſubvecta profundum“
Oceanitis erat, ſucceſſit Oreades inter “
Educta Alpinas: patriam ſibi tertia jactat “
Nupta Palatinos, Dryadum pulcerrima, lucos.“
Optabat puerum *PAN* ex amplexibus harum,“
Nec fuerant ſteriles, &, quid ſperaret, habebat.“
Sed ſpes vana fuit: binæ periere priores “
Ante diem, & gravidæ quoties ſunt utraque“ factæ,
Vel mas non venit, vel ſtatim eſt mortuus,“ 285 Hæres.
Hæc incantando Mœrin feciſſe, vel herbis,“
Damna putant; herbis, Mœris quibus ipſe“ lupus fit
Quum vult, paſtorumqne indagat ovilia“ late,
Raptandis inhians, ſi *PANI* filius abſit. “
Damna ſed hæc Mœris per carmina, ſive venena,“
Fecerit, an proprio motu nos ira deorum “
Punierit; dubium eſt. Certum hoc, qua Veſper & Ortus“
Tempora diſtinguunt, & in Afris Syrtibus,“ & qua

,,Arctos hyperboreum ſicco pede circuit axem,
,,PANA quod exſortem Natorum luxerit Orbis.
,,Novit enim gregibus vim perniciemque minari
,,Non tantum quodcunq; genus terreſtre ferarum,
,,Provectosve ætate lupos, urſosve,tigresve,
,,Aut ſemper pronos in regna aliena leones:
,,Triſte ſed imprimis animal procedere ponto
,,Bella quod indicat paſtoribus, horrida bella,
,,Quod miſeris Ovibus tenero minitetur in ævo;
,,Contra naturam per priſca exempla probatam.
,,Hinc pater ut fiat genita *PAN* prole virili
,,Præſidio ſeptis terrorique hoſtibus horum,
286 ,,Vota quidem ſonuere diu: non audiit æther
,,Vota tamen; fuit hoc paſtores unde dolerent.
,,Aſt hodie *PUERO* vivace puerpera fertur
,,*ASTERIE*, triplici diſtinguens nomine ſidus,
,,Et,niſi nata foret, regina creanda Dearum,
,,Exhilaraſſe *PATREM*. Paſtores inde canori
,,Oblitas artes recolunt, ſanctumque celebrant
,,Natalem, atque alio fœcunda Palilia menſe.
,,Lucent feſti ignes, & thus adoletur in aris,
,,Et pia ſaltantes portant munuſcula Nymphæ,
,,Omne genus florum, calathis, exceperis unum,
,,Qui patrios gravibus vitiavit odoribus hortos,
,,Candidus in foliis, in fundo decolor imo.
,,Dicitur ipſa favos Hyblæos regia Juno
,,Purificare malis, alimenta Infantis, ab herbis,
,,Peſtifero quarum ſucco nocet improba Colchis,
,,Eque ſuis mammis lac immulgere *PUELLO*
,,Fortunata dies, nox fortunata, per utram
,,Damnamur votis ex longo tempore fuſis!
,,Scilicet *AUGUSTÆ* pignus memorabile *GENTIS*
,,Fata feret ſecum dexterrima,læva fugabit.
,,Mars nihil, hoc *PUERO* terris naſcente, nocebit,
Tiſiphone nihil, anguineis armata flagellis.
287 ,,Hunc *PUERUM PAN* ſoſpes adhuc in ſepta reponet.
,,Quæ tradant moderanda viro poſt fata *PARENTIS*
,,Paſtores. Addit regni quoque ſigna futuri,
,,Quæ doluit Mœris huic quum donata videret, .
,,Et, ſi non alibi turbaſſet,mortuus eſſet.
,,Jam ſagulum, jam pera tribus diſtincta crumenis,
,,Formoſumq;pedum puero datur, &, timor hircis,
,,Flagrum. Quin Ararim terrens Hellesque profundum
,,Fiſtula, qua tenerum jam nunc terat iſte labellum.

Hujus forte ſono grandes excita moloſſos “
Emiſit, millo armatos, inimica luporum “
Albion, & vis lapſa canum de monte Pyrenes “
Ad ſignum hoc luſtra invadunt (fert rumor utrumque) “
Et lacerant monſtra occurſantia vindice rictu. “
Vos cunæ interea noſtri ſalvete doloris “
Curarumque levatrices,pacemque datura “
Agricolis; ſed quæ Regum quoque recreet aulas: “
Inſignes ebeno cunæ nitidisque lapillis, “
Ex ſilvis rivisque ſuis incognita nobis “
Numinis *AUSTRIACI* cultrix quos India mittit! “
Salve chara Deum ſoboles, amor unice rerum, “
Tam ſolii quondam,quam nunc venerabilis arrha “ 288
Cunarum; mandræ reſtaurature ruinas “
*PAN* minor, aſt magno *PANI* olim æqualis adulte! “
Salve,ſisque diu,tuaque hoſtes coge fateri “
Non niſi finito finiri ſtemmata mundo! “
O qui creſcentes æquabit carmine dotes “
Spiritus, atque olim ſat erit tua dicere facta, “
*PUSIO*,cum detonſa genis lanugo juventæ “
Tempore prima cadet! vagitibus acria pellis “
Tympana vix natus: blandis extinguis ocellis “
Fulmina; faſciolæque Tuæ Furias Eridemque “
Plus gyaris atque ære ligant; firmata quid ætas “
De te promittat? miracula quanta vir edes? “
Quam ſapiunt populi, quorum devotio placat “
Muneribus vixdum demiſſum pignus Olympo, “
Conciliatque ſibi! nobis par ſuppetit ardor, “
Sed rapuit Bellona, quibus, *PUER* inclute, donis “
Exhibuiſſe tibi meritos poteramus honores. “
Quod ſupereſt unum,neque Mars extorſerit armis, “
Imperium offerimus nato tibi noſmet in ipſos: “
Sis ovium, ſis noſter Herus, *PUER* alme, gregisque “
Teutonici rector jam nunc aſſueſce vocari, “
En tibi noſtra ultro ſeſe pomœria pandunt; “
Herbida concedunt tibi mille novalia paſtum; “
Quod ſi quæris aquas,non deſit lympha ſalubris: “ 289
Lympham Iſtro ſimilem Rhenus, Nicer, Albis, habebunt. “
Tandem (namque ſequi pronum eſt, quocumque præibis) “
Vepribus ex mediis, mediaque ex morte, quietas “
Duc pecus in caulas miſeris erroribus actum! “

*D A M.*
„Ergo *PUER* venit, quem tot ſperavimus annis!
„Jam neque te miror cantaſſe, nec improbo cantus,
„Nec me pœniteat diductum audiſſe poëma.
,Quale coronandæ roſa vernans ſuave puellæ,
„Quale per æſtivos meſſoribus umbra calores;
„Tale tui cantus nobis, & cauſſa canendi,
„O Lycida! Lycidas eris ex hoc tempore nobis.
„Non igitur poſthac tanti eſt habuiſſe capellam:
„Vile pecus moriatur, ager tibi ſalvus & horti,
„Ipſe reviviſco, nec ſum memor ante malorum.
„Cuncta refert *PUER* iſte. Quibus vos laudibus, Horæ;
„Horæ vitarum dominæ lucisque, colamus?
„Te, Lucina, quibus? ſed nec præſagia deerant.
„Jamq; bonum hoc nobis (ſi mens attenta fuiſſet)
„In cœlo geminos memini prædicere Soles;
290 „Captus prædixit parvus Jovis armiger ales
„Franconiæ juxta fines & Saxonis oræ.
*L Y C.*
„Huic mecum ſuccede caſæ, dilecte ſodalis.
„Tauro ſacrificent in honorem Numinis orti
„Tityrus atque Almon, ſua queis armenta ſuperſunt,
„Nectar & amborum de vitibus imbuat aram.
„Nec pecus eſt, nec vina mihi, nec quicquid odores
„Aut halat dulces, aut templis arcet amaros.
„At, ne forte Deum videar ſpreviſſe novellum, “
„Pauper ego hunc ſinum lactis libabo caprini
„Lacte Lari facimus, ſupereſt lac, perdo capellam.
„Hauriet iſte calix ex ſinu pocula lactis:
„Iſte calix, mira quem fecerat arte Menalcas
„Ex malo, ad quam reclinis fera Celtica ſtrata eſt,
„Peſtis agrorum olim, vix perdita fulminis ictu.
„En! ibi rura madentia ſanguine, & aſpera telis!
„En! contra ingentem tormento Heroa necatum!
„Quam facili torno ſuperradditus horror in ore eſt!
,‘Frons minitatur adhuc, & adhuc fax vultibus exit
„Diffracto ſe mitti humero ringentis ad umbras,
291 „Nec Pelopis ſaltem ſuperos ebur addere trunco.
„Hinc amnem exutum vinclo, caſtrumq; receptum,
„Inde faber poſuit noſtra adverſantia roſtris,
„In medio duo ſigna; aquilam: ſed quæ fuit ales
Altera, præ cunctis quæ nunc criſtata ſuperbit?
Non rapuit nobis hæc lignea pocula miles. “
Tam cælaturæ, quam neſcius unde venirent. “
Sumſi ego diſcedens, & adhuc mihi condita ſervo, “
Et ſtatuam Genio ſpumantia lacte deinceps. “
Jamque propino tibi, tu reſpondebis iisdem, “
Nec tu vile ſerum ſpernas de lacte caprino: “
Lac capræ reges ægri ſorbere jubentur: “
Suxit Amaltheæ puer ubera Jupiter ipſe. “
*DAM.*
Si mihi fas bibere eſt genialis pocula feſti, “
Fas quoque ferre ſacrum fuerit. Sed, proh dolor! Irus “
Poſſideas gazas præ me pauperrimus Indas, “
Ecce, parum farris ſalſi, quod reſtitit olim, “
Cum daret extremam pultem mihi Theſtylis, ajens, “
Nunc ede, cras aliam (friget mea) quære culinam; “
Far ſimul infudit burſæ, quam cernis, ovinæ. “
Poſtquam migravi patriis ex ſedibus, ullum “
Non ardere focum vidi, nec juſcula coxi. “
Forte nec abjicient amborum altaria munus, “
Si tu lacte litas, ego ſalſo farre litabo? “ 292
*LYC.*
Non erras. Sunt grata Deis hæc fercula ruris. “
Potabo interea, tu, quod ſuperaverit, hauri. “
Labra ſed huic calici prius ac nos admoveamus, “
Ambo piis votis hauſtumque diemque ſacremus; “
*D A M.*
Horrea quot quondam granis calcata bovino “
Crure tegebantur, quot torcularia botris, “
Donec meſſis erat, donec vindemia nobis: “
Tot *PUER AUSTRIACUS* felices exigat annos, “
Sive regat ſtabula alta domi, ſeu protegat extra, “
Utrobique potens, & bello & pace triumphans! “
*LYC.*
Quale ſuum volucer ducens trans aera pullum, “
Ramorum tenebris emiſſum & carcere nidi, “
In patrios niſu gaudet felice volatus “
Scandere, tale precor *PAN* ſentiat incrementum “
*HÆREDIS*, geniumque ſuum moresque referre “
Jam tenerum, & grandes imitari *CÆSARIS* actus. “
*D A M.*
Illius annoſis occultum quercubus ævum “
Certet, & ætatem cervorum transgrediatur. “
*L Y C.*
Ante thymi flos lædet apes, ros ante cicadas, “ 293
Quam *PUERUM* dolor hunc, aut infortunia, lædant. “
*D A M.*
Ante ſub occaſum retro Danubius ibit, “
Quam regina dies hæc deſinat eſſe dierum. “

*LYC.*

*LYC.*
,,Carpatus Hungaricis à finibus ante recedat,
,,Quam non vota ferat pietas huic annua feſto.
*DAM.*
,,Unquam ſi dabitur ſub priſtina tecta reverti
,,Intra ædes *PUERI* divina exſtabit imago.
*LYC.*
,,Non tantum intra ædes exſtabit imago, coronis
,,Ipſa ſed impoſitis & relligione coletur.
*DAM.*
,,Audio paſtores exquiſitiſſima cultus
,,Indicia,& regum meditari digna trophæis.
*LYC.*
,,Talia ſi verum eſt alibi monumenta parari,
,,Noſne piis ſtudiis nil contribuiſſe decebit?
*DAM.*
,,Dalmata det marmor, Panno aurum, adamanta Bohæmus.
,,Tu vivax operi carmen dabis, Alſate vates,
*LYC.*
,,Tam vivax equidem non ſpondeo, ſpondeo carmen:
,,*PANA. DII. SERVENT. SUA. DONAQUE. PANOS. ALUMNUM.*
*DAM.*
294 ,,Vena tibi non ſicca, neque illaudabile carmen.
,,Verum, cur verſu, metuens quaſi, deſinis uno!
*LYC.*
,,Sub timide facio, facio quæ carmina PANI,
,,Nam PAN ipſe facit terſiſſima, judice Phœbo.
*DAM.*
,,Quis tamen hic Phœbus? nam ſæpius audio Phœbum,
,,Nec ſcio, quo vates hoc tempore rege regantur.
*LYC.*
,,Phœbum, ſi neſcis, Iſtri fovet ora beati.
,,Mixti Iſtri Regano ſummum fovet ora poetam.
,,Ille regit vates hoc tempore, PAN amat illum,
,,Æſtimat illum PAN; & agens in littore cervos
,,Sæpius auſcultat, quid ab illo deferat amnis?
,,Phœbus hic, & PAN hic, uno bene tempore vivunt,
,,Ambo in eo æquales, quod egent æqualibus ambo.
,,Nam PAN imperiis opibusque ut numina vincit,
,,Sic SUPRA cunctos Iſtri ſapit accola vates.
,,Sive choro doceat paſtorum mixtus Ebræos,
,,Infantis reſonare DEI cunabula campos;
295 ,,Seu faciles Elegos pedeque impare euntia pangat
,,Carmina, Romano non inficianda Philetæ:
,,Sive tubam heroi prævertat voce Maronis,
,,Magnorumque virum decora intonet haud minor ipſe:
,,Seu majora canat vinctusque ingente cothurno
,,Per laudes ductoris eat gentemque Cheruſci,
Et dominaturos Orbi trahat inde Penates, “
Et *PUERUM* hunc, puerique *PATREM* præſagiat hujus: “
Nemo certet ei; tot in artibus eminet unus, “
Par ſibi, ſive cedros in carmina, ſive myricas “
Pertrahat: hoc cedri ſaliunt, hoc vate myricæ. “
Nec tantũ cantat, loquitur ſed & ore rotundo “
Verba pererratis propria, at vernacula, terris “
PANAQUE conſiliis, & ovilia jure, tuetur, “
Jure ſub illuſtri *SOCERO* quod funditus hauſit;
Quin ſtupratores Aſtreæ virginis arcet, “
Atque gubernando ſtudium utile vindicat Orbi. “
*DAM.*
Jam meminiſſe ſubit mihi plurima dicere Daphnin, “
Daphnin, quo didici calamos inflare magiſtro, “
(Et nec eo melior, nec erat callentior artis) “ 296
De Damone ſuo. Damon in pectore, Damon “
Creber in ore fuit. Daphnin penes omnia Damon. “
Huic quoque vicinum fato ſua plectra dediſſe, “
Plectra lyramque, ferunt (ebur illa, ſed hæc erat aurum) “
Et dixiſſe: tene quæ noſti verrere ſolus, “
Hic Damon ille eſt, quem te puto dicere Phœbum; “
Montibus Aoniis hic ergo regnat Apollo? “
Præſidet hic Muſis, & mulcet PANA canendo? “
Di bene, ſoſpes agit quod ſedibus ille quietis! “
Nam quis eo melius PANOS cantaret ALUMNUM? “
Nos miſeri in triviis vix auſi dicere verſum, “
Si vel haberemus (quod abeſt aberitque) poetæ “
Huic par ingenium, ſi par in carmina robur, “
An potuiſſemus tamen ulla poemata nuper “
Fundere, mi Lycida, quum noſtras rumor ad aures “
Ferret, ovile premi patrium vi mille luporum? “
Et ſub idem tempus PUER hic eſt natus in auras. “
*LYC.*
Vix potuiſſemus, Damœta; non ego certe. “
Exploraturum: nam me videre priores “
Forte lupi, ſtatimque mihi vox faucibus hæſit. “ 297
*DAM.*
Et mihi (nam, quid edam?) ſuaſit famis improbus ardor “
Juglandes. Illæ fecerunt rauca comeſtæ “
Guttura, quæque ſiti ſuxi aſpera ſorba levandæ. “
*LYC.*
Sed prius eſſe lupis viſum, non tam mihi vocem “

Abſtu-

„Abſtulit, ac patriæ clades, & nuncia dira.
*DAM.*
„Hæc imma·uris eadem magis aſpera ſorbis
„Quamque nuces rapuere magis mihi nuncia vocem.
*LYC.*
„Obſtupui, audito, pecori laniena quod inſtet
„Ultima, quodque lupi ſtabuli ſint ſæpe potiti.
*DAM.*
„Et quid ego, audito, quod fluminis, occupet oram
„Beſtia, nec paſtor, nec grex eat amplius illuc?
*LYC.*
„Nunc autem (*PANI* natus *PUER* omnia ſanat)
„Paulatim rediit mihi vox, & deficit horror.
*DAM.*
„Me nova ſolentur licet hæc, canere haud tamen auſim.
„Hactenus oravi ſuperos, orabo deinceps.
*LYC.*
298 „Placarunt ſuperos humili pietate coloni.
„Neſcio quid Proceres in commoda noſtra laborent,
„Agricolæ *PUERUM* cœlis expreſſimus iſtum.
*DAM.*
Non tamen hinc erimus, Lycida jucunde, ſuperbi: "
Offenſi faſtu ſuperi ſua dona repoſcunt: "
Quicquid agant Proceres, nos, quæ debemus, agamus. "
*LYC.*
Juſta mones, venit, ecce, meis his cratibus emptor, "
Quas modo viminibus plexi. Solatia ventri "
Inde reportandus pariet mihi nummulus offam. "
*DAM.*
Hei mihi, ſi ſimili poſſem placare lucello, "
Chare, famem, Lycida! ſed inertem deficit æris "
Copia, & eſuriens cornis, proh! veſcor acerbis. "
*LYC.*
Hæc tulimus, bone Damœta; ſed tempus adeſt nunc, "
Quo *PUER* ambroſia ſuperorum & nectare paſtus "
Deſueto miſeros ſaturabit pane colonos. "

299

# SECTIO XIII.

## *De Annii Viterbienſis Beroſo; & Catone vel genuinis, vel ſuppoſitis.*

ET quia ANNIUS VITERBIENSIS tam inſigniter ob ſuppoſitos partus & ova adulterina vapulat, ut ferme judicium in eum, à Cæſare in Europhilum, quod in C. Marii nomen invaſiſſet, dictaretur: paucis, ad ſelectos ex judicibus recurrendum. Adverſarii ita: neque enim acerbiorem cenſuram ullus publicavit præter Beat. Rhenan. *lib. III. Rer.* „*Germ. pag.* 191. 192. & 193. Annium impoſtorem „& Aſinum Cumanum eſſe: in iis quæ à Dio„doro ſumere potuit, atque aliis Scriptoribus „antiquis Beroſus iſte (ab Annio ſuppoſitus:)
300 „Jeſſe, quæ probari poſſunt; verum in iis, „quæ vel ad Hiſpaniam, vel Galliam, vel „Germaniam (in cujus notitia, ut addam, „ipſe ſæpe nimis eleganter hallucinatus eſt „Beatus:) pertinent, impudentes plerum„que fabulas tradi. De Antonii Auguſtini „judicio *quod in mea Edit. Antiq. Dial. IX. pag.* 124. „*b. & Dial. XI. pag.* 160 & 161. fertur jam conſtat. „Media via incedit Sleidan. *lib. 1. de IV. Mo*„*narch. pag.* 14. 15. Beroſus, de quo quidem „ſcripto plerique omnes valde dubitant & „adulterinum eſſe putant; ſed quoniam aliis „monumentis hac in parte deſtituimur, hunc „ordinem ſequimur. Quibus add. Meibom. *ibid.* Goldaſtus Beroſum, Annii commenta & Fabulas Annianas, *lib. 1. de Regn. Boh. cap. 3. pag.* „18. adpellat. Mitior omnibus David Chy-
301 „træus *de Lect. Hiſtor. pag.* 476. Etſi, *inquit*, „non ſatis adſeverare auſim quinque libros „Antiquitatum, qui cum Annii Viterbienſis Commentariis circumferuntur, illius Beroſi, qui Alexandri tempore vixit, opus eſſe," &c. tamen libellum illum lectu non inutilem, aut inſuavem eſſe, & multis Bibliorum, & Diodori Siculi, & Dionyſii Halicarnaſſei, & aliorum ſcriptorum locis lucem ſingularem afferre, manifeſtum eſt. Nusquam certe alibi origines, & propagationes omnium Gentium, & regnorum vetuſtiſſimorum & continua XXXIIX Regum primæ Monarchiæ Aſſyriorum ſeries, &c. deducta exſtat, præterquam in Beroſo, & deinceps in Manethone Ægyptio, (quamvis & hujus natales dubii dicantur:) Quæris, quid tandem judicandum?" 302
Nihil addo: niſi, in dubio contra accuſationem ob crimen publicum inſtitutam pronuntiandum. Probanda, quæ Beſold. *in Oeconom. Digg. Coroll. 2. pag.* 183. inductus à Munſtero *lib. V. Coſmogr. cap. 8.* & M. Cruſ. *Ann. 1. cap 1.* ex Bernh. Baldo *Præf. Divin. in Tab. æn. Eugub.* pronuntiat: potiora hæc: ſcriptorem, quem à priſco genuino Chaldæo longe alium eſſe, neceſſario fatentur, neque tamen Annii, aut non multo ſuperiori ætate confictum, ſed tum mala manu corruptum & interpolatum fuiſſe, exiſtimant, non abjiciendum, quin cum delectu legendum, ſentire, &c." Munſterus evidentius *d. l. ita.* Porro invenio complures ex Priſcis claros viros de Rebus Germanicis ſcripſiſſe, nomine Beroſum, 303
tribus ſeculis, circiter nativitatem Chriſti ſeniorem, Strabonem &c. Et dictum Beroſum nonnulli rejiciunt, quia cum reliquis ſcriptoribus ſæpius ipſi non convenit: Cui „obje-

,,objectioni quidem nihil habeo , quod re-
,,ſpondeam : Id autem ſcio, in vocabulis He-
,,braicis , quorum multa ibidem occurrunt,
,,prorſus nihil fraudis impoſturæve admiſ-
,,ſum ; Imo magis me ad adhibendam illi li-
,,bro fidem adigere ea maxime, quia eo tem-
,,pore , in quo Beroſus per Monachum apud
,,nos ex tenebris erutus & editus eſt , nemo
,,inter Chriſtianos , qui Linguæ Hebraicæ ac-
,,curatam notitiam habuiſſet , vixerat. Et
,,quis indocto Monacho dixiſſet quid Eſtha,
304 ,,Maja , Arecia & Ruha fuerint , qui Exotica-
,,rum linguarum imperitiſſimi tum erant.
,,In eo autem non repugno , temerarium
,,quendam genuinis & veris Beroſi laboribus
,,aliquid lolii immiſcuiſſe, &c. Sed prolixio-
,,ra in utramque famam teſtimonia conſi-
gnantur à Did. Covarruv. *lib. IV. Var. Reſol. cap.*
*14. n. 5. pag. 35.* ubi ſpeciatim de Breviario"
temporum , ſub PHILONIS titulo publici"
juris facto, mentio injecta, quem ſequimur. "

IdemBeſoldi locus honeſte de M. CA-"
TONIS *Fragmentis, de Originibus* docet : Nec"
eſt mihi dubium, ſcribit, quin ſint excerpta"
ex ſecundo & tertio Originum libris, in qui-"
bus tractavit de Origine & Situ Urbium"
Italicarum, ſed non auſim affirmare eſſe con-"
textum verborum Catonis ; quin potius" 305
crediderim, illum, qui excerpſit ſumma re-
rum capita, partim Catonis, partim ſuis ver-
bis retuliſſe. Vellem ego poſt Auguſtinum
examinari falſas inſcriptiones & quicquid
huic ſtudio accumbit, vel veritatis vel impo-
ſturæ ad ſenſum d. Ant. Auguſt. *Antiq. Dialog.*
*pag. 154. & Dial. XI. pag. 163.*

# SECTIO XIV.

## *De Scriptis Miſcellaneis.*

RESTAT , ut de MISCELLANEIS Scriptis & Scriptoribus diſſerat præſens conjectatio ; Authores ut quisque memoria obverſatus nominandi.

*Philippum* MELANCHTHONEM Commentationis de vocabulis Regionum & gentium apud Tacitum, authorem non eſſe ; ſed
306 operam vel *Henrico* GLAREANO , vel *Hieronymo* FROBENIO adſcribendam ; rectius *Johanni* BRENTIO vindicandam ex Mart. Frechto, & Baſilio Fabro deducit Goldaſt, *d. l. pag. 42.*

*Panegyricus Maximiano & Diocletiano dictus*, in Edit. de Ann. 1599. *part. 2. pag. 283.* tribuitur MAMERTINO ; Cuſpinianus vero in Dioclet. EUMENIO *Rhetori* adſcribit , quibus add. Wolff. Hungeri *Annot. in Cuſpin. n.* 107. *pag. 553.*

ANTI-MACHIAVELLUM ( decorum juxta & famoſum opus : ) *Innocentium* GENTILETTUM ſcripſiſſe teſtatur isdem Goldaſt. *de R. B. pag. 43. & 48.* Mavult alius tamen *Scipionem* GENTILEM ſubſtitui ; dubito , an accuratiore conjectura ? ut videtur , ea ſola qua rei Gallicæ minus peritus , niſi Altdorffinum Gentilem , cujus priores Syllabæ
307 ita ſonarent neminem noverat. Atque ita diſcerpunt catuli Leonem ; & peſſimi , allatrando , ſe probant eſſe canes. Summatim ! Machiavellum illi maxime probris & lapidibus laceſſunt qui maxime idolum , vel domi, ad reſtinguendam famem , colligendiſque à ſimplici & devoto auditore nummis , aut ad compendia uſusque Aulicos, ( nam privatum in re familiari eum unquam , niſi , ut dictum , vel modice juviſſe, nemo meminit vel adnotavit : ) vel in Aula ardentiſſimis amoribus complectuntur, damnantque per averſionem : &, de *Hiſtoria Florentina*, in qua migrationes Populorum Septentrionalium, poſt devictos à Mario Cimbros ; item ; Ruina Imperii Romani, & incrementa Pontificum ac-
curatiſſime deſcribuntur, non crediderim 308
quemquam ſequius aliquid ſenſurum , dicturumve : *Ob Principem* ejus , *Commentationesque in primam Decadem Livii* , in utramque partem ſæpius præpoſtere dijudicatus, dicam : diſcerptus eſt : Vide, ſi placet , civilem & aliis in exemplum civilitatis in judicando proponendam ſententiam Schuppii *in Præf. ad Tract. de Opinione* , & Anonymi *in Tract. Polit. cap. V.* 87.
Quibus mediis Princeps , qui ſola dominan-"
di libidine fertur, uti debet , ut imperium"
ſtabilire & conſervare poſſit, acutiſſimus *Ma-*"
*chiavellus* prolixe oſtendit , quem autem in fi-"
nem non conſtare videtur. Si quem tamen"
bonum habuit , ut de viro ſapiente creden-"
dum eſt, fuiſſe videtur, ut oſtenderet, quam"
imprudenter multi Tyrannum è medio tol-"
lere conantur, cum tamen cauſæ, cur Prin-" 309
ceps ſit Tyrannus, tolli nequeant ; ſed con-"
tra eo magis ponantur, quo major Principi"
timendi cauſa præbetur : quod fit , quando"
multitudo exempla in Principem edidit , &"
parricidio , quaſi re bene geſta , gloriatur."
Præterea oſtendere forſan voluit , quantum"
libera multitudo cavere debet , ne ſalutem"
ſuam uni abſolute credat , qui niſi vanus ſit,"
& omnibus ſe poſſe placere exiſtimet, quoti-"
die inſidias timere debet ; adeoque ſibi po-"
tius cavere, & multitudini contra inſidiari"
magis, quam conſulere cogitur, & ad hoc "
de prudentiſſimo iſto viro credendum ma-"
gis adducor , quia pro libertate fuiſſe con-"
ſtat, ad quam etiam tuendam ſaluberrima"
conſilia dedit. Cæterum puerilia ſunt, ſi 310
cum PONCETI Catharinæ Mediceæ , Reginæ Matri , Regique Galliæ ſubminiſtratis, quæ ipſum Diabolum Furiasque ex Tartaro prorumpentes ejuraturum , & deteſtaturas fuiſſe, conferantur. En illa, apud Thuan. *Tom. II. Hiſtor. lib. LVII. pag. 970.*

Sub *Liberii* à BODENSTEIN nomine, peſſima ratione lucripetas Bibliopolas notiſſimi *Laurentii* GRIMALII,*Goslicii*,qui in plerorumque manibus eſt,de Optimo Senatore,librum venditare, *Gold.* queritur, (nam ejusmodi Exemplar mihi non viſum) *lib. III. de R. B. cap. 7. pag.* 172.

„ Cum *Martiali Repurgato* ſe res ita habet:
„Andreas Fruſius, Soc. Jeſu, vir moribus, ut
„ſcribunt,gravis, & pereruditus, Anno 1557.
311 „vita defunctus,repurgationem Epigramma-
„tum inſtituit, & obſcœnitate detracta & car-
„minibus ipſis ſæpius immutatis; nihil au-
„tem ipſe publici juris fecit; ſed anno 1558.
„provincia edendi concredita Edmundo Au-
„gerio, Jeſuitæ, qui Romæ eodem anno edi-
„dit; recuſus eſt Antverpiæ 1568. An vero & reliquos Scriptores laſcivos à turpitudine rerum verborumque vindicaverit? adfirmari non permittit dicta Augerii præfatio: Videtur certe labor in hoc uno cœptus, in eodem acquieviſſe; morte, quas deſtinabat, repurgationes interrumpente.

In Henrici Stephani Anno 1574. Pariſiis procurata editione *Librorum IV. Argonauticῶν Apollonii Rhodii adjecta vetuſta Scholia*, quæ palmam inter alia omnia in alios Poëtas Scripta obtinere exiſtimantur, quis primus edi-
312 derit? dubitatio eſt. LUCILLUS TARRHÆUS vulgo adpellatur; an ſit *Sophocleus* THECAS Platonicus magis, ex opinione prælaudati Stephani, cujus diligentiæ omnino multa tribuenda, ut Exemplar meum atteſtatur, non difficulter conſentio; & juvat ſuo adſenſu Goldaſt. *d. l. pag. 6.*

Diſſertatio *de Comparanda Latinæ Linguæ facultate*, ab Argentinenſibus palam BOECLERO adſcripta; ſub eoque nomine, uti aliis, ita & mihi venum data, à Jenenſi Typographo typis excuſa, cujus jam ſit? nolo adſerere; cum Bœclerus *in præfat. ad Notit. Imp.* eundem, quem appellavimus, Typographum injuriarum poſtulaverit; ſane id, quod communicatum nobis, manuſcriptum iis vitiis non ſcatet, quibus alia Exemplaria ſcatere dicuntur:
313 & eſto in ſtyli genium, decora dicendi rationes viresque inquirere nolo eſſe hujus Epiſtolæ.

De *Sebaſtiano Caſtellione*, ſive, quod nomen ipſe poſtea prætulit, Caſtalione dictum eum ſceleſtos Ochini Dialogos Latinæ linguæ tradidiſſe, ſufficit teſtem produxiſſe Thuanum *Tom. II. Hiſtor. lib. 35. pag. 172.* Neque tamen tacendum, virum multum injuriarum indigne paſſum, & ſæpe plus quam ſerviliter laceſſitum; quapropter in præcipuis ratio habenda ejus defenſionis Anno 1578. Aresdorffii editæ, in qua ſe contra librum adverſus ipſum publicatum, cujus titulus eſt: *Calumnia Nebulonis:* Finis: *compeſcat te Deus Sathan. Author*, ſi index contentorum non mentitur, *Johannes* CALVINUS: ut & Libri de Calumnia honeſtiſſime defendit: unde & de peſſime ipſi adſcriptis judicium inſtitui poteſt.

314 LOTTINI Legati Veneti apud Cæſarem Theſaurum Politicæ ſapientiæ ex Italico in Latinum ſermonem convertit, non *Philippus* HONORIUS, ſed, admonente Interpretem ſæpe laudato Goldaſto, *Julius* BELLUS, Juſtinopolitanus primum Cardinalis Valerii Veronenſis Romæ, dein Cardinalis Dietrichſteinii in Moravia ſecretarius, ut teſtatur ipſe *d. l. pag. 14.*

Tractatui *de Conſanguinitate Auri, Sacchari, & Spiritus vini*, nomen ſuum hoc Anagrammate præfixit: *Hoc Viro Sancta cos nidet*: *Johannes* TACKIUS, Archiater Haſſo-Darmſtadinus. Dn. Georg. Franck. *in Virid. Heydelberg. pag. XI. 8. 26.*

Opera Hermetica *Mercurii* TRISMEGISTI, à Chriſtianis conſcripta, illique nomini, fallendis pie Gentilibus, ſuppoſita eſſe faten- 315
tur omnes: Opiniones tamen Mercurialis continere, & licet Philoſophorum Græcorum ſtylo ſæpe loquantur, eſſe tamen ex lingua Ægyptiaca in Græcam translata, putat Jamblich *in lib. de Myſter.* Caſaubonus vero, *Exercit. in Append. Ann. Baron. cap. X. n. 18.* a Græcis omnia eſſe conſcripta, & ficta, nec ex alia lingua verſa Conring. *cap. 4. & 5. de Medic. Hermet.* ea non eſſe multum antiqua, & incertæ fidei. Edita ſunt à Marſilio *Ficino*; Franciſco *Patricio*; & Fr. Hannibale *Roſſelio*, Minorita. Vid. Molck, *ad Relig. Med. pag. 51. & 69. 70.*

*De arcana numerorum Magia*, quam Algebra & Cabala profitentur, Patavii ante aliquot luſtra publicatus eſt liber, ſub titulo, *Algebræ novæ*, cujus Author, *Johannes de* LUNE-
SCHLOSS. Molck. *d. l. pag. 65.* An vero per ſecre- 316
tiſſimam Cabalæ viam inveſtigari poſſit conſummatio ſeculi, juxta Picum Mirandulanum, poſt 514. annum, & 25. dies? poſterorum poſteri, & qui naſcentur ab illis, experientur. Vid. Guid. Fabrit. in Epiſt. dedic. Novi Teſtam. Syriaci ad Henr. III. Gall. Reg.

*Prudens futuri temporis exitum*
*Caliginoſa nocte premit Deus*:

Montisbeligardi Anno 1615. prodiit *de Chriſtiani Coſmoxeni genituræ judicium*; magnum fortis Chriſtiani adverſus prædictiones, ſive maledictiones Aſtrologicas, ſolatium: edidit *Chriſtophorus* BESOLDUS, ut ſua manu adnotavit ejus convictor D. Wolff
de Todenwarth. Nimirum, adeo facile“
eſt, inquit argute Hobbeſ. *Leviath, cap.*“
*XII. pag. 59.* cujus ignorantiam molliter
tractare didiceris, quocunque velis, ducere: 317
adeo inquam, facile, adeo impium & nefarium eſt, ſub hoc involucro turbas ciere, & ante diem in Principum annos inquirere. Exempla in utramque partem ingentia & memorabilia per occaſionem, vide, perpende, judica! Allatum eſt in Galliam ex Hiſpania Anno MDCX ad Peireskium, Prognoſticon annuum ſive Allmanach, ab *Hieronymo* OLLERIO, Beneficiato Barcinonenſi compoſitum, accuratiſſime Henrici IV. necem præſagiens; Oſtenſum id Guilielmo Vereo; Galliæ Pro-Cancellario, tum Proto-Præſidi Aquenſi, & Joſepho Galterio, Aſtronomiæ peritiſſimo, transmiſſum exemplum ad Regem,

gem, & ab hoc generoſe ſpretum; conſum-
matum tamen poſtea facinus; gloriante de
318 fide ſua Ollerio. Anne ex ipſis Aſtris, an po-
tius aliunde rem eventuram coniiciens? An
vana Aſtrologia? An Vati cum pravo Genio
commercium, qui id præſagierit? An conſci-
us infandæ machinationis! An hæc in Hiſpa-
nia, vel ab Hiſpanis cuſa? Non apparet: cæ-
ſus profecto Rex! quæ ſuo more decenter exe-
quitur Gaſſend. *in lib. II de Vit. Peireſc. pag. 178. cum ſeqq. add.* Mornac. *ad tit. de Sagan; & ad l. II. C. de Epiſt. Aud.* Illi itaque rei non creden-
dum? non deficit exemplum propriæ prædi-
ctionis in momento deſignato adimpletæ, &
hanc propter religioſæ vitæ, mortisque ne-
gotiorum compoſitionis, alibi vix quæren-
dum, in vita *Andreæ* DUDITHII Epiſcopi quin-
que Eccleſienſis, deſcripta à Quir. Reutero.
319 add. Thuan. *tom. IV. Hiſt. lib. 96. pag.* 476. *Andreas* VESALIUS, qui Comiti Maximiliano
Egmontano diem & horam mortis, quæ inci-
dit in Ann. 1548. accuratiſſime prædixit.
Thuan. *tom. I. Hiſt. lib. 5. pag.* 164. nec alii;
quod quidem dicam non habeo: niſi quod
Ulpianus *ex Viviano in l.* 1. *§. idem Vivianus.* 10
,,*D. de ædilit. edict.* refert; Quamvis aliquando
,,quis circa fana bacchatus ſit, & reſponſa red-
,,diderit, tamen, ſi nunc hoc non faciat, nul-
,,lum vitium eſſe. Neque eo nomine, quod
,,aliquando id fecit, actio eſt; ſicuti ſi ali-
,,quando febrem habuit. Cæterum ſi nihil-
,,ominus permaneret in eo vitio, ut circa fa-
,,ma bacchari ſoleret, & qua ſi demens reſpon-
,,ſa daret, etiamſi per luxuriam id factum eſt,
,,vitium tamen eſſe, ſed vitium animi, non
320 ,,corporis, &c. Anton. Auguſtin. *lib. IV. Emend. cap. II. pag.* 190. add. P. Ærod. *lib. VIII. Rer. Jud. tit.* 7. *cap.* 8. Ejusdem Wolffii teſtimonio, *Libertatis veri Chriſtianiſmi*, & ſervitii Mundi;
Theologiæ Encomii, & Fiduciæ bonæ cauſæ,
Argentinæ, Anno 1618. publicatæ, author eſt
*Joh. Valentinus* ANDREÆ.

*Lotharius* SARSIUS, adverſus cujus Li-
bram Aſtronomicam Galileus Opus de Co-
metis condidit *Horatius* GRASSIUS omnino eſt,
ap. Gaſſend. *lib. IV. de Vit. Peireſc. pag.* 289. & Dn.
Placc. *Pſeud. n.* 776.

*Inſtitutio Philoſophiæ ſecundum principia D. Renati des Cartes*, *Antonii le* GRAND, Anno 1679.
primum in Germania impreſſa, privile-
gioque Cæſar. Maj. (in quo dictus le
Grand, ita ſupplicante Typographo, Vir
de Republica litteraria optime meritus
321 laudatur:) munita, ut & Hiſtoria Naturalis;
& de non Exiſtentia, ſive Carentia ſenſus in
brutis, tractatus ejusdem; nomina adoptiva,
non genuina præferant: reſtituendi autem
libri omnes, ita tamen non nominato, (à
qua opinione jam diverto:) ſocietatis Regiæ
in Britannia membro, & Profeſſori Oxoni-
enſi; memorante Bibliothecario Regio.
Quisquis autem ille ſit Carteſianus certe in
omnibus non eſt; namque Ethica nihil ex
Carteſio habet, & in rerum Naturalium prin-
cipiis (quæ inutilia eſſe, ne dicam, abſurda,
refert B. d. S. *Epiſt. LXX:*) ſæpius è via regia ex-
cedit: Non cohibituro riſum, vel iras; eo-
dem, ſi vidiſſet legiſſetve Carteſius ſub ſche-
mate Diſciplinæ ſuæ, Angelos eſſe, & homi-
nibus apparere, ex Laurentio Surio, omni-
um, qui de hiſce, apparationibus ab aliquot 322
ſeculis ſcripſere, mendaciſſimo; & Mariam
Magdalenam ab Angelis in cœlum tolli, &
iterum loco ſuo reſtitui, ſolitario presbytero
vidente, ex Marulo probantem. *part.* 3. *art.* 2.
*pag.* 217. Verum ignoſcendum eſt; nam præ-"
ſtigiatori, aut ventriloquo artifici, fictori"
callido, & narratori mirabilium, impuden-"
ti, perjuro ſtrenuo, ſimulatori ſanctitatis"
hiſtrionicô, vel, maxime, multis ſimul fœ-"
deratis quis non credat homo illarum arti-"
um imperitus? Hobbes. *Leviath. cap.* 37."
*pag.* 208. "

Et cum de maximo Philoſopho men-
tio injecta: ſubnectam ſeria, vel Lectoris de-
lectationi ſervitura, vel modico temporis
diſpendio luenda: *de Tribus maximis hujus ſeculi Philoſophis*: quos inter maximus

*Thomas* CAMPANELLA, ex Dominicano- 323
rum Familia; cujus extant *Metaphyſica* ex ſe
ſolis, (nam noviter quædam principia, nec
alibi obvia, diciplinæ ſubjecerat:) interpre-
tationem habitura. *Atheiſmus Triumphatus*;
de quo ſuperius dictum; Philoſophatur, ma-
gna ſeveritate, ſed ſua Metaphyſica methodo;
proinde moleſtà; Docet, obteſtatur, blanditur,
ut res tulit, & tractationis ordo: dum ſæpius
magis ſuaſoriis, quam fortibus & heroicis ar-
gumentis armatus in prælium, magis luctam
dixeris fuiſſe, deſcendit; in arduis ceſpitat,
hoſtem; armis ferme exutum jam, dimittit,
aut negligit; ſæpius, cui periculo ſuſtinendo,
præjudicio Orbis Chriſtiani ſe commiſerit?
ut recordaretur, objurgandus, & in aciem per
campanam reducendus, multa per jocos jo- 324
culariter propoſita; Impoſturæ Gentilium,
ad Sacerdotes Chriſtianos ſcandaloſæ transla-
tæ; & comparationes Principum cujusque
Religionis ridiculæ. Omnia altiſſime ſilen-
tio premenda vel magis auſtera ratione con-
vincenda, damnanda fuiſſent. Vapulant
equidem ad cruores usque Achitophel & Ma-
chiavellus: neſcio, an parem ob culpam mul-
ctati? Neſcio, an magis infami, nec oblivio-
ni unquam tradenda pœna? quam qua Nea-
politani in ipſum, ob tentatam Crotonis dedi-
tionem Turcis, evocatum Zigalem Baſſam
in Italiam, inducendis novæ Religioni, & ri-
tibus, comparatum ad montana exercitum,
(ſed ſola ſpe? & quæ alia ipſi à Cæſare
Branchedaurio, *de mutat. Imp. Rom. & ortu Pontif.* objecta:) animadvertere conſtitue-
rant, adfecti? perpetuis illi carceribus im- 325
menſas viri cogitationes concluſiſſe, conten-
ti. Ex quibus liberatus, quid in itinere, cum
Peireskio contigerit? ſingulariter à Gaſſen-
do, *lib. V. pag.* 425. & 426. ad Ann. 1634. Quæ
fata ipſum poſtea in Aula Gallica manſerint?
ab ipſo illo in *Præf. dd. ll.* conſignatum. Me-
ritus tamen, ut dictus Cæſar enunciaret: in
eo homine, quid ingenium humanum poſ-"
ſit? videri Naturæ Dæmonem experiri vo-"

 ,,luiſſe,

„luiſſe, ita omnes ignei, & ſublimiſſimi ani-
„mi vires in eo ſcintillare, & excellere maxi-
„me; cum ſeqq; De Johanne Bodino, ita
„Thuan. *lib.* CXIII. *Hiſtor. pag.* 702. *d.* poſtea &
„Dæmonomaniam Gallice ſcripſit, in qua
„dum materiam, ab aliis tantopere agitatam,
326 „adverſus Joh. Wieri plerumque ſententiam
„enucleatius retractat, magicæ rei ac vetita-
„rum iſtiusmodi artium crimen minime effu-
git. Vertat, ſi videbitur, materias, Lector & perſonas, & judicet! Curioſa eſt *Diſputatio ejus contra murmurantes citra & ultra montes in Bullas SS. Pontificum Sixti V & Urbani VIII. adverſus judiciarios editas*; ſed magis excellit amœnitate, neceſſitati, eruditioni, excelſisque bonis litteris, & veræ Philoſophiæ ſervitura tractatio, *de Gentilismo non retinendo*, ſive de Gentilium Philoſophia, præſertim Peripatetica, non retinenda: quam, ſi, ut lectu digniſſimam nimium laudavero, videat Problematis neceſſariam diſcuſſionem: ex ea neglecta infames errores, ſententiasque Patrum Concilii Tridentini mihi animoſe ſuffragantes, apud P.
327 Sarpium *Hiſtor. Concil. Trident. lib. IV. verſ. nec diſſimile erat, &c. pag.* 323. *& ſeqq.* De *Prædeſtinatione* &c & reliquis Operibus fuſius dici inſtitutum non patitur.

Ne omnino plura, *de* THOMA HOBBESIO, *Malmesburienſe Britanno*: quem cum ſuis principiis omnes ſui ipſius naturæ ſuæ infectæ, congenitæ malitiæ humanæ propriique mali genii, tot laborioſis virtutibus emendandi, obliti & immemores, ex conſortio Philoſophorum, ſed nullo unquam ſucceſſu (majori & feliciori; ſi Theologiam ejus inſectarentur, futuro) propellere conantur. Si quid ipſi humani excidit, nimio id in Regem ſuum exulem ſtudio, ardentiorique in Patriam amori condonandum; reliquum cum cura legendum, & diſcutiendum. Judicium, quod nuper *Galeottus Galeatius Karlsbergius* in eum inſtituit; & Epigrammata duo (nam
328 quicquid curioſi de illo legi meretur, in vita ejus Anno 1679. Carolopolis excuſa, pridem notatum:) ſubjiciamus. *ille ita*: Fa-
„mam numerorum proportionumque ſcien-
„tia comparavit, Prudentiæ ſtudiis adeo non
„auxit, ut quoque labefactaverit maxime.
„Nam juſtum & injuſtum perperam æſtimat,
„legem male definit, Principem impie ſolvit
„lege. Civitatem cum adornat, aut defor-
„mat, aut evertit. Pactorum religione non
„multum tangitur. Societates civiles non
„conſiderat, ut debet, jamque principia no-
„va confingit, jam vetera, majori, dubi-
„um, libidine, an contradicendi procacita-
„te deſtruit. Abſolutum Principi Imperi-
329 „um aſſerit civem non juri, ſed mero Princi-
„pis arbitrio ſubjicit, affirmans, faciendum,
„patiendum, cum facere, pati, agere, omit-
„tere, pro fructu velit jubeat Princeps. Ve-
„reor, ne hac Cyclopica licentia Cyclopicam
„Rempublicam condat. Vivat in ea Hob-
„beſius ſi velit: nobis longe alia placet. In
„Volumine, de Materia, Forma ac Poteſtate
„Civitatis Eccleſiaſticæ & Civilis multa ſalu-
briter admonet, plurima inſerit peſſime"
concepta, petulantiſſimeque defendit reji-"
cienda. Rationes ad liquidum perductas"
ſæpe reddit perplexas. Meditationes ſuas"
non publica utilitate ſed privata ſubtilitate"
rependit &c. &c. Quod ut hoſtile nimis, & cavillatorium improbo! Epigrammatum *alterum* in conjunctionem de Cive ejus, cum Grotio de Verit. Relig. Chriſt. conceptum, 330
ad Lectorem, hoc eſt:

*Miraris Chriſto, cur ſit ſociatus, Hobeus?*
*Non miror, Chriſtum prævaluiſſe puto.*
*Grotius, Hobbeus, vi judicii miranda*
*Iſte equidem Patriam, ſed colit iſte Deum,*
*Conjuncti, ut doceant, quam vana ſcientia noſtra,*
*Aque Deo mundus diſtet, ab orbe Deus.*

*Alterum*, pro comparatione & conjunctione ejus Civitatis Civilis & Eccleſiaſticæ, cum P. P. Sarpii Hiſtoria Concil. Trident. ad Leviathanem:

*Quandoquidem noſtri*, quid ſis? *per inania certant*
*Jurgia; dic, amo te, quid Leviathan eras?*
*Ecce ego Regnorum ſum* ſumma Potentia *doctis*;
*Indoctis* Dæmon; *denique forte* Nihil,
*Si ſic: per me ſis* Majeſtas, Dæmon, *aut* οὖτις;
*His tamen in libris tu Leviathan eris.*

Tantum & de Hobbeſio.

De tertio, niſi & ob non adjectum no- 331
men, & Philoſophiæ novitatem locum poſtulaſſet, ſiluiſſem. Exiit autem Hamburgo Anno LXX. *Tractatus Theologico-Politicus*, *continens Diſſertationes aliquot, quibus oſtenditur, Libertatem philoſophandi non tantum ſalva pietate, & Reipublicæ pace concedi poſſe, ſed eandem, niſi cum pace Reip. ipſaque pietate tolli non poſſe.* Sine adjecto, inquam, homine; (ne, ut videtur, diſciplina ex ipſa haberet nomen, vel ipſe qualis etiam cunque ambitionis accuſari poſſet) ſed cum præfatione, ardua illa, & magnanima. Summa libri eſt, de Captivitate Rationis humanæ: &, utrum terminatio Theologicorum diſcurſuum in illa; ut & neceſſitate credendi cuicunque quodcunque, publica authoritate, & privatæ ſapientiæ opinione obtrudenti:
non minus in ſervili, vel ingenuo poſtulato 332
reſpiciendi ad traditiones, ut ſibi videri volunt, infallibiles &c. ſolis acquieſcere obligata ſit? differere. Quæ libri infortunatæ, aut ſecus, *cenſuræ*? Vid. in Epiſt. L. D. V. M. D. (quæ eſt XLVIII.) quæ fortunatæ, vel minus, *exculpationes?* (quæ extant *in Epiſt. Ej. XLIX.*) cenſeat, qui viderit, ſi omnino, Lector eruditus: hic tacere magis oratorium eſt, quam dicere: nam laudare, vel vituperare, utrumque in ancipiti, & debacchari in alios nimis indecorum.

Author eſt *Benedictus* DE SPINOSA, *Amſtelodamenſis*, à glorioſiſſ. memoriæ Electore Palatino DN. CAROLO LUDOVICO Heydelbergam ad Profeſſionem vocatus, ſed ad Stoicam excuſationem ſtudioſo otio & tranquillitati reli-

relictus; vitamque anno ſuæ ætatis, XLIV. 333 ſalutis, MDCLXXVII. IX Calend. Mart. Hagæ-Comitis occluſit. Ejusdem ſunt *B.d.S. Opera Poſthuma*, Anno LXXIIX præfixa terſiſſima incogniti Authoris Præfatione, publicata. *Ethica* certe maximi judicii: De *Mente*, de *Affectibus*, de *Servitute & Libertate Humana*, & de *Intellectus emendatione*, ſubtiliſſimæ meditationis: *Politica*, an ſatisfaciant? non dixerim: *Epiſtolæ*, & ad eas *Reſponſiones*, ſenſus & experientiæ tam ejus (ubi Theologiam, & doctrinam de Chriſto temere non invaſit) quam Britannorum, ſubactæ; & *Hebraica* extra exemplum! De turbata per ipſum Religione, & hujus periculo, quam ſumma ſolicitudine ſe curare, omneque diſſidium exſcindere viſus eſſe voluit, conqueſtus Henr. Oldenburgius, *in Epiſt.*
334 *XVIII.* cui ipſe reſpondit, *in Epiſt. XIX.* Permittat mihi quæſo, Lector, ut de his tribus, exorbitantis in utraque ſapientia ſenſus, Philoſophis, adnotata obſignet Horatianum. (*lib. 1. Carm. Od. 3. in fin.*)

*Nil mortalibus arduum eſt.*
*Cœlum ipſum petimus ſtultitia, neque*
*Per noſtrum patimur ſcelus*
*Iracunda Jovem ponere fulmina!*

CL. SADILETUS, qui omnium Facultatum ſtudiorum Cynoſuram Tabulis comprehenſam Anno 1664. ſcripſiſſe dictus eſt, ex tranſpoſitis litteris priſcus ALSTEDIUS, ſub cujus nomine & titulo *Conſiliarii Academici*, jam pridem Anno 1610, & 1617. ea Argentinæ prodierat, noſcitur. Conſilio divendendis reſiduis Exemplaribus aptato, ſed aliis
335 forſitan non, nec magis mihi probando.

Ad *Carolum* SIGONIUM pertinere *Petri* CRASSINI *Poloniam*, teſtis eſt veraciſſimus Thuan. *lib. I. de vita ſua pag. 19.* Et ad eundem, *Bernardinum* LAURENTANUM; ut & *Johannem* ZAMOSCHIUM. *ibid.*

Das Bedenckeη / welcher maſſen ein Standt ſein Einkommen verbeſſeren möge? quod explicaverit *Georgius* OBRECHTUS, JC. & ejus Programmata publica de his ſcripta; & manifeſta nominis Obrechtiani, in Edit. Ann. 1617. adſcriptio; nam de alia, quæ nomine ejus careret, mihi non conſtat, manifeſtant. Teſtata certe eſt Reſpublica Argentinenſis, adſerendo omnia Exemplaria ſuæ Cancellariæ, nolle ſe, conſilia civis ſui, quæ
336 illi in praxi peſſime ceſſere, omnibus palam fieri. Qua de cauſa, ſi conjectare ex ſtylo, tempore, ætate, licet: ipſe quoque Editor eſt *Montium Pietatis Romanæ*, Argentinæ publicatorum. Sed hoc conjectare erat! Jam certiora conſignanda. Montes enim Pietatis Romanæ (de quibus in PL. *Pſeud. N.* 322.) ab *Ellychnio* GOTTLIEB; & *Leberis Jeſuitica*, à *Theophilo* ELLYCHNIO, edita: itemque der Möncheη Affenſpiel: & von des Pabſts Janiʒaren (ſi hæc duo alterutrum ex ſupra dictis nomen præ ſe ferunt) cum accuratius mutationem nominis Theophili, in Gottlieb; & verſionem adſumpti Græci nominis Ellychnii perpenderem, vero jam authori *Theophilo* DACHTLERO, Senatus Minoris Argentinenſis Actuario & Referenti reſtituo; & ſi tertium ſcriptum, aliud ab Obrechtiano, ſub illa præſcriptione exſtaret, quod accidiſſe poteſt, eidem redderem. 337

*De juſta Reipublicæ Chriſtianæ in Reges impios & hæreticos* (digno prorſus titulo, de cujus definitore, & definitione inquiratur) *animadverſione* &c. *Guilielmum* GIFFORDUM malo ſydere commentatum fuiſſe, memorat Scavenius: Author autem Proceſſus Parlamenti Pariſienſis, contra Ravaillacæum *pag.* 10. Jeſuitam REINALDUM nominat.

Is eodem loco cum PL. *N.* 704. conſentit, quod ſcil. *Andreas* PHILOPATER, ſit *Joſephus* CRESWELLUS, Jeſuita.

Superiori ſeculo Guiſianis Rem Gallicam fataliter turbantibus, eorum ſubornatione prodiit *Declamatio*, de tormentis, crucia- 338
tibus & ſuppliciis Catholicorum in Anglia, ad exacerbandos jam tum nimis ſeditioſos nationum animos, ſub nomine CATHOLICI ANGLI; qui eſt *Ludovicus* AURELIANUS, cauſarum Patronus; adverſus quem pro ſalute publica cauſam, tecto nomine, dixit alius in foro Advocatus, qui eſt *Dionyſius* BUTILLERIUS. Thuan. *tom. IV. Hiſt. lib. 81. pag. 5.*

Eodem: non expreſſo Authoris nomine vulgatus libellus, *de Poteſtate Principis*, Lugduni combuſtus: in quo Principis, & Magiſtratus ab ipſo conſtituti authoritas, detortis ex Sacra Scriptura argumentis, cavillatorie in dubium vocatur: author, ſed falſo, dictus eſt *Carolus* MOLINÆUS, *JC.* quem alii *Hugoni Sorello Roſerio* tribuunt. Thuan. *lib. 34.* 339
*Hiſtor. pag.* 227.

Non omittemus hoc loco *Scholæ Salernitanæ* mentionem: ſive Carminis de conſervanda bona valetudine; principio quidem: authorem *Johannem de* MEDIOLANO recte deſignari, confirmante ex Zachar. Sylvio, Dn. Franco, *in Satyr. Med. VII. de Anguill. prop. fin.* deinde ex Thomæ Bartholini *Diſſert. de Medicis Poëtis*, *pag.* 128. *Johannes de* MEDIOLANO, *Medicus Salernitanus*, nomine Scholæ Salernitanæ Anno Chriſti MC. carmine leonino, " de conſervanda bona valetudine librum; " vel, ut alii legunt, Regimen Sanitatis; vel " Florem Medicinæ, à ſe compoſitum, Ro- " berto Guilielmi nothi Normanniæ Ducis " Filio è Palæſtina reduci; & Regii Angliæ " ſceptri proximo heredi dedicavit; cum con- " ſuleretur Univerſa Schola de vulnere Regis " 340
deſignati brachio dextro accepto, in Obſi- " dione Hieroſolymitana, quod in fiſtulam " degeneraverat. *Arnoldus de* VILLA NOVA, Commentariis ſuis Opus enarrans, nomine Scholæ Salernitanæ, vero auctore diſſimulato, inſcripſit, ut narrat Joh. Georg. Schenck. *in Biblioth. Medic.* Doctiores denique non ita pridem animadverſiones addidit, *Renatus* MOREAU, *Medicus Pariſienſis* magnæ eruditionis; cujus auctior editio, ex ſchedis paternis, exſpectatur à filio Joh. Baptiſta Moreau, ſicut teſtis eſt Paulus Colomeſius, *in Collect.*

lect.Gall. Part. pag. 107. Verſibus Macaronicis
Gallicis, quos *Burlesques* vocant, nuper Pariſiis
divulgavit, *Joh.* COCHART ſummo Guido-
341 ni Patino dedicatis; quorum verſuum Pati-
nus ipſe author creditur.

Dialogum *de Polygamia*, Epiſtolæ Bal-
thaſaris Menzeri, de divortio, Holmiæ con-
ſcriptæ, oppoſitum, ſub ficto nomine *Sinceri*
WAHRENBERG, diſſeminatum, *Samuelem*
PUFFENDORFFIUM, vel ejus fratrem evul-
gaſſe; temere aliquem privatim ſenſiſſe: im-
probe Chriſtianum Vigilem Germanum, pu-
blice denuntiaſſe, ipſe ſui Vindex eſt laudatus
Puffendorffius, *Apolog. pro ſe & ſuo libro de J. Nat.*
*& Gent.* §. 2. & 3. quod exemplum male ali-
cui tributi libri, cujus contenta periculoſa
ſunt, oſtendit, vera eſſe Caſtalionis dicta in
„ejus defens. *pag.* 4. ſi nihil præter conjectu-
„ram habebas, cur me vel dubitanter nomi-
„naſti? an ut odioſum me redderes; at iſtud
„eſt hominis parum candidi: An quod con-
342 „jecturæ credebas? at iſtud eſt plenum peri-
„culi. De eo teſtor: mihi non liquere, qua
fatali declinatione homines ubi de Polyga-
mia (& ſpeciatim *Triumphatrice*, quæ ejus eſſe
dicitur:) ſermo eſt, illius maxime perſonæ,
& maximis ſtudiis, certe non ſpernendis, in-
cubuerint? Similiter, quid Germanos & pe-
regrinos in eam rabiem adigat, ut Germanos,
egregio honeſtatis, toro immaculato debitæ,
exemplo laudatiſſimos (Thuan. *lib. II. de Vit.*
*ſuâ pag.* 19.) jam demum, uno alterove faci-
nore in Ephemerides reddito ſpatioſo enco-
mio, privent ſpolientque? Sed utriusque
ſortis libri jam eo usque evolvere, ut reſiſti
petulantia temporum poſſe in deſperatis ha-
beatur.

*Hercules Commodianus*, qui indigne tu-
343 lit, fabulam, *de Doctore Pariſienſi*, tribus vici-
bus è feretro exſurgente tribus ut & tot die-
bus judicium Dei Omnipotentis inclamante;
eamque ſeceſſui S. Brunonis in eremum, in-
ſtituendæque Carthuſianorum Familiæ an-
„ſam, protinus ullam dediſſe, eruditis non
„credi, & ea de cauſa faſcinatus, quæſita è ta-
„bernis & proſtibulis maledicta, & portenta
„mendaciorum, quæ ne Diabolus quidem
Calumniatorum omnium parens evomeret,
*in Joh. de* LAUNOY, Conſtantienſem, Theo-
logum Pariſienſem, effudit, eſt *Theophilus* RAT-
NAUDUS; Vide *Edit. Portner. de vera cauſa d. ſeceſſ.*
*pag.* 6. & 7.

*Andreæ Dominico Flocco*, Florentino, ab
impoſtore L. FENESTELLÆ, adſcriptum
librum, de Magiſtratibus & Sacerdotiis Ro-
manorum, *Ægidius* WITSIUS adſeruit; me-
morante Ant. Auguſtin. *Antiq. Dial. VII. pag.* 97.
Et ſi non diffiteatur, Feneſtellam doctum ho-
minem fuiſſe & *in Pandectis Juris* recenſeri
(de loco, & ingenue fateor, mihi jam non
conſtat; & aut non extat, aut infeliciter me-
moria illorum excidit, qui omnem vitam,
his locis colligendis, ſumma cum induſtria
impenderunt:) & fortaſſe Hiſpanum fuiſſe.

Eadem pag. PL. Pſeud. pag. 394. men-
tionem injicit S. POMPONII *vel rectius Pompeji* 344
*Feſti de Verborum ſignif.* Quæſitum: quis ille
*Paulus* Abbreviator? Et equidem *Paulus* V.
Pontifex Rom. eſſe non potuit; nam Anno
1605. in Pontificale ſolium elatus, libri tot
ſecula ad natales usque ſuos nnmerantis an
Author? negandum: & in Epiſtola ab Aldo
*in Edit. Cornucop. pag.* 1124. uſurpatum Pontifi-
cis nomen nihilo pluris urget, quam homi-
nem eccleſiaſticæ profeſſionis fuiſſe. Eſt ita-
que nemo alius, quam *Paulus Longobardus*,
DIAÇONUS (verba ſunt Joſephi Scaligeri in“
Præfat.) homo confidentiſſimus ac, ut res“
ipſa docet, ineptiſſimus: is victo ac profli-“
gato Deſiderio, Longobardorum Rege ul-“
timo, captus à Carolo M. Imp. Magnam &“
a victore, & à poſteritate ſe initurum grati-“
am putavit, ſi S. Pomponium Feſtum, quo“
ſcriptorem utiliorem lingua Latina non ha-“
bet, mutilaret, & tanto poſteritatis damno“
ſe à Victore redimeret. Quid autem Ludi-“
magiſter ad Carolum Magnum? quisquiliæ
ſunt!

Non minus de *Pauli* DIACONI *Aquilegienſis Hiſtoria* Miſcellanea diverſæ ſunt opiniones: aliis ANASTASIO Bibliothecario; aliis LANDULPHO *Sagaci*, eam adſcribentibus prout veſtigia ſunt apud Goldaſt. *d. lib. cap.* 4. *pag.* 39. & *cap* 8. *pag.* 64.

345
## SECTIO XV.

### *Epiſtolæ obſignatio; ubi de Wineo & Vettero, cum Paræneſi de fatis proprii laboris.*

ITa tandem quæſitum, de Scriptis ultimum in his conjecturis locum occupaturis; Electa duo;

*Johannis* WINEI, *de ſucceſſionibus ab inteſtato Guilielmi* RANCHINI; adeo inepte deſcriptus, ut & plagiarius oblitus fuerit loci, in quo Ranchinus Stephanum Ranchinum, parentem ſuum laudaverat, eradendi. Bitſch *de Caſib. pro Amico, quæſt.* 1. *pag.* 15. *in princ.*

Idem Winei nomen in memoriam revocat Proceſſum Cameralem *Nicolai* WINEI qui de verbo, ut loquuntur, ad verbum ab Adriano Gylmanno tom. I. Symph. ſub inſcriptione, Tractatus Methodici Proceſſus Cameralis inſertus. Quandoquidem autem in Differt. de
Cult. Jur. Cam. verum debitorem non de-
prehenderim, nolo temere alterutrum plagi- 346
arium accuſare.

Alterum *Conradi* VETTERI, qui M. Conradi Andreæ nomine adſumpto, celeberrimo P. Jacobo Andreæ, Theologo, ut fratri, illuſurus, libros convitiis refertiſſimos in auram lucemque publicam truſit, dignus, cum averſatione, ad L. Rheinmiam remiſſus.

Tantum eſt, quod tenuis Epiſtola, honorando fideliter & ingenue PLACCIANO NOMINI, ejus in Præfatione Syntagmatis hortationibus inducta, nuntiavit libens meritoque, cum ob neglectos ab altero Typographo Vindiciarum tomos; ab altero, ſubductam Rerum Cameralium duodecennalem periodum, à tertio ſuppreſſum ad Receſſ. Imp. Noviſſ. Commentarium non ſatis bene affectus uno alterove momento, inter forenſium negotiorum, quibus eum officii rationes alligavere, turbamenta, ad amœniora ſtudia digredi voluiſſet, poſt plura jam edita, author, qui non minus eſſe ſibi, quam cum ſunt, otia, juſſit; nulla permiſit. Vale.

*Joh. Deckherr, D.*

# PAULI VINDINGII
*AD*
*Virum Ampliſſimum*
# JOHANNEM DECKHERRUM
## EPISTOLA
*de*
Scriptis nonnullis Adeſpotis.

---

349 *Viro Ampliſſimo*
# JOH. DECKHERRO
## P. VINDINGIUS.
*S. P. D.*

DAbis veniam nomini apud vos ignoto. Imperarunt mihi has ſcribendi partes felices tuæ de Scriptis adeſpotis conjecturæ. Placuit intueri cominus perſonatos iſtos actores; detractis Larvis, orbi litterato redditos. Quorundam nomina, temporum injuria, aliorum, inſignis modeſtia, plurium, publici metus ſuppreſſerat: Te vindice, omnes ſibi ſuisque redduntur. Ignoſces, ſi quædam à te prætermiſſa indicavero; vel ſponte omiſſa. Nec multis tibi moleſtus ero, cum ſchedulas meas, quas
350 ex illuſtri Bibliotheca Oxonienſi de hac materia congeſſeram, in Patriam miſerim, brevi ipſe ſecuturus. Quicquid adhuc mihi in memoria reſiduum eſt, paucis conſtringam, veniam expoſcens, ſi tua patientia abutar.

In dignoſcendis Eccleſiæ primitivæ Scriptoribus plurimi jam dudum non pœnitendos devorarunt labores. Longum foret per ſingula ire. Exhibuit Cl. FR. SPANHEMIUS, Præceptor meus ante quadriennium in Acad. Leidenſi, plurimos Canones, in introductione ſua ad hiſtoriam Eccleſiaſticam, quibus vera à ſuppoſititiis diſcernere jubet, & quantum diſtant æra lupinis.

CLEMENTIS *Epiſtola I. ad Corinthios* à Junio publici juris facta, inde Oxonii recuſa Gr. Lat, ſtudio Ven. Epiſcopi Oxonienſis, hodie ab omnibus fere pro genuina habetur; de 351
altera eruditorum contrariæ ſunt opiniones.

BARNABÆ *Epiſtolam* ISAAC. VOSSIUS notis illuſtravit, viro Apoſtolico tribuendam ratus; Quid de ejusdem authore ſentiat Cl. E. BERNARDI *Aſtronomiæ in Oxon. Academ. Profeſſor*, qui ejus editionem meditatur, brevi forte videbimus, ſi per antiquitates FL. JOSEPHI licuerit, quæ ejusdem ſtudio ex prelo Scheldoniano ſplendidiſſimæ emergent. Si ex ſtilo hujus Epiſtolæ de Authore conjiciendum erit, vix ſapit genium illius ævi; & occurentes ibi myſticæ interpretationes, ut de 318. Abrahami famulis &c. BARNABÆ hunc fœtum abjudicandum ſuadent.

De DIONYSII AREOPAGITÆ ſcriptis res in aprico eſt. Quin ſuppoſititia exinde contendit PH. BRIETIUS e Societate Jeſu in annalibus mundi, quod Monachorum meminerit; cum cucullati hi Patres ſerius in mundo comparuerint. 352

De Donatione CONSTANTINI MAGNI, ipſi etiam, quorum intereſt hæc myſteria propugnare; jam non dubitant, tantum; ſed aperte pronunciant. Ipſe *MAIMBOURG* e *Soc. Jeſu*, in hiſtoria Iconoclaſt. p. 181. edit. in 4. inquit: *la Donation de Conſtantin particulierement pour ce qui regarde Rome & l'Italie, ſi elle n'eſt fabuleuſe, & ſuppoſee groſſierement & ſans aucune vrayſemblance, par un extravagant impoſteur du X. Siecle,*

*Siecle, comme la pluſpart des Scavans le tiennent pour indubitable; elle fut du moins ſans effet, puisque les*
353 *Empereurs, ou les Rois Barbares en furent toujours maitres &c.* Et jucundum ſane eſt, quod memini me legiſſe in Authore quodam Anglicano: Cum Veneti rogarentur à Papa, ut Archiva depromerent, è quibus ſuum in mare Hadriaticum jus defenderent, reſpondiſſe eos, aureis diplomata ſua litteris inſcripta eſſe à tergo Donationi Conſtantinianæ, quæ Romæ aſſervabatur. Quin *BRIETIUS* ad an. 1664. LAURENTIUS VALLA ait, ſcripſit adverſus ineptum Librum, qui inſcribitur *Donatio Conſtantini*, ſed majori in Pontificem odio, quam eruditione.

S. JULIANUM TOLETANUM *Epiſcopum*, qui ſeculo VII. floruit, & juſſu ERVIGII Regis Hiſpaniarum adverſus Judæos ſcriſit, cum JULIANO POMESIO Presbytero
354 in Galliis, tempore Gelaſii Papæ, quidam confundunt, quod uterque Librum ſuum Prognoſticon inſcripſerit, cum neque ſtilo, neque tempore aut dignitate conveniunt, teſte *BRIETIO* in annal. mundi ad an. 686.

Morale Speculum non VINCENTII BELLOVACENSIS, qui anno 1256. claruit, ſed alterius junioris *Vincentii* creditur, cum ex prima parte & ſecunda SECUNDÆ *S. Thomæ Aquinatis* compoſitum & fere deſcriptum ſit. Obiit vero *S. Thomas* 1247.; Et illum plagii crimine onerare nimis durum quibusdam videtur.

Opuſculum nitidiſſimum de imitatione Chriſti, apud pleroſque THOMAM à KEMPIS Canonicum Regularem S. Auguſti-
355 ni Auctorem meruit. Sunt vero qui obtrudunt JOANNEM GESSENIUM *Abbatem Italum* ex MSS. Benedictinis, quæ adulterata eſſe alii contendunt.

VINCENTIUM LIRINENSEM, Presbyterum & Monachum, cujus laudatiſſimum opus contra omnes hæreticos habemus, Baronius autumat eſſe Vincentium iſtum, quem tempore St. Martini Galliarum præfectum, SEVERUS SULPITIUS laudat.

CYPRIANI Opera cum optimis MSS. collata & ſuæ integritati reſtituta, nuper Oxonii, labore Ampliſſ. Dn. Epiſcopi Oxonienſis luci reddita ſunt.

Pag. 48. *Conjecturarum*, meminiſti cujusdam Epiſcopi Lincolnienſis Dn. BACLO; Is, ſi placet, eſt THOMAS BARLOVIUS
356 magni apud Anglos nominis, & de noſtratibus optime meritus. Optandum foret videre aliquando ἀνέκδοτα ipſius, quorum magnam in inſtructiſſima ſua Bibliotheca copiam habet, & nuperrime uno & altero opuſculo præſertim contra Curiam Romanam magnum Litteratis deſiderium excitavit. Hiſtoria ejus de Conſpiratione contra JACOBUM ANGLIÆ REGEM, vulgo *The gunpouder Threaſon*, non ita pridem publicum vidit.

NOVUM TESTAMENTUM GRÆCUM cum 100. MSS. collatum, Oxoniique ante quinquennium editum, curæ præcipuæ Epiſcopi Oxonienſis, Doctoris JOHANNIS FELL debemus. Intra breve ſpatium meliorem adhuc pollicentur Oxonienſes editionem, & vidi ipſe optimos Codices in hunc fi- 357
nem congeſtos. Multum iſti viro Reſpublica litteraria debet, nec pauci hodie in Anglia ſunt, qui eidem vindicant illuſtre illud opus & omni auro pretioſius, ſub titulo: *The Whole duty of man.* Alii pro Archiepiſcopo Cantuarienſi militant; ſed magis inclino ut Oxonienſi aſſeram; qui varias hactenus publicavit, nomine ſuo ſuppreſſo. VII. vero volumina ſunt quæ vulgo vocantur: *The works of the author of the whole duty of man.* (1) *The whole duty of man* (Officium totum hominis) (2) *The cauſes of Chriſtian piety:* (Cauſæ decrementi Chriſtianæ pietatis.) (3) *The Gentlemans calling.* (Juvenis nobilis vocatio) (4) *The Ladies calling* (Virginis vocatio) (5) *The gouvernement of the tongue* (gubernatio linguæ) (6) *The art of contentement* (ars contente vivendi.) (7) *The living oracles* (Oracula viva.)

In DANIA ante quadriennium, ni fal- 358
lor, apparuit CHRISTIANUS THEOPHILUS pro Defenſione TH. BARTHOLINI; Ipſum DN. BARTHOLINUM, νῦν ἐν ἁγίοις authorem habuit. Cum enim Magnus ille vir disquiſitionem Medicam ſcripſerat de ſanguine vetito; B. VANDALINUS Epiſcopus Selandiæ eandem ſibi oppugnandam deſumpſit in diſputatione publica de Libertate Chriſtiana, quam morte præventus publice tueri non potuit. Contra quam ſub Nomine CHRISTIANI THEOPHILI iterum B. TH. BARTHOLINUS defenſionem compoſuit.

In *Gallia* magnum applauſum meruit Liber cui titulus: LA RACHERCHE DE LA VERITE III. vol. Auctor ejus eſt MAILBRANUS, *Pere de l'Oratoire*; Cum autem Tomum I. in lucem 359
emiſerat, inſecutus eſt libellus: *La Critique de la recherche de la Verite par un Academicien.* Is eſt Cl. SIMON FOUCHERIUS, *Canonicus Divionenſis*, mihi in paucis carus. MAILBRANUS vero ab hoc Antagoniſta provocatus, defenſionem ſuam conſcripſit in præfat. tomi II. operis ſui; quam iterum adortus eſt Dn. FOUCHERIUS tractatu: *La réponſe pour la Critique.* Dum hi ita digladiantur, Monachus Benedictinus è Loteringia, *Don* ROBERT DE GALES, ſi recte memini, (nomē enim tacetur) litem componere aggreſſus eſt; per: *La Critique de la Critque de la recherche de la Verité*: Cui iterum reſponſum eſt à Dn. FOUCHERIO per *la reſponſe à la Critique de la Critique de la recherche de la Verité.* Idem Dn. FOUCHERIUS auctor 360
eſt breviſſimi Tractatus inſcript. *Nouvelle Facon d' Hygrometre* par S. F. h. e. SIMON FOUCHERIUS. In *Belgio* qui prodiit tractatus contra Hiſtoriam Criticam V. T. per RICHARDUM SIMONEM, Gallico idiomate conſcriptus Ampl. FR. SPANHEMIUM SS. antiquitat. Profeſſ. authorem habet.

Addam jam pauca de Geographorum antiquorum uno aut altero. MARCIANI HERACLEOTÆ περιήγησιν ſub NICOMEDE BITHYNIÆ rege conſcriptam, ab HOESCHELIO Græce ſaltem editam, inde à

PAREN-

PARENTE MEO Gr. Lat. & notis illuſtratam eſſe SCYMNI CHII jam omnes fatentur. Id autem LUCAS HOLSTENIUS vindicavit; & plura forte reperien-
361 tur in notis ejus ad STEPHANUM de Urbibus, Leidæ ſtudio Cl. Dn. RYCKII ante triennium imprimi cæptis. In STEPHANO tria aut quatuor loca inveni, quæ SCYMNUM CHIUM hujus deſcriptionis Auctorem eſſe palam teſtantur. Et niſi inſigniter fallor, in ANTIGONI CARYSTII hiſtor. memorabil. SCYMNI locum citatum, aut nomen ſaltem legi.

De ANTONINI itinerario adhuc litigant eruditi. Plerique cæptum illud volunt ſub JULIO CÆSARE, & OCTAVIANO AUGUSTO, ſed poſtea auctum à ſequentis ævi ſcriptore non uno; ſive is fuerit ANTONIUS BASSIANUS *Severi fil.* ſive ÆTHICUS ISTER ſive OROSIUS qui ſub Conſtantino M. floruere. Potuit etiam mereri titulum ANTONINI Imp. ſc. ſub ipſius auſpiciis compo-
362 ſitum; licet aliquot nominibus poſtea interpolatum ſit.

Vetus Orbis deſcriptio Græci Scriptoris ſub Conſtantio & Conſtante Imp. cum duplici verſione & notis JAC. GOTHOFREDI, Genevæ 1620. in 4to, Authorem meruit ALIPIUM, de quo in præfat. ita GOTHOFR. *Geographia hæc non eſt niſi alicujus operis hiſtorici ἐπιστασις & Ecloga. Actor videtur* ALIPIUS *quidam, de cujus Geographia* JULIANUS *Epiſt. XXX. qui* ANTIOCHENUS *erat, teſte* AMMIANO *lib. XXII. at aliter quibusdam videtur, quod cum ille vicarius Britanniarum fuerit, de Britannia ut ſibi ignota loquitur; cum tamen potuit ſcribere Geographiam etjam ante præfecturam ſuam. Auctorem religione paganum fuiſſe ubique conſtat &c.*

Eundem eſſe PTOLEMÆUM qui Geo-
363 graphiam & Almageſtum, conſignavit, à JOH. BAPT. RICCIOLIO probatum eſt Lib. VII. cap. X. quicquid contrarietur BAROCIUS Lib. III. Coſmograph. cap. III. Ipſe quippe in Almageſti lib. II. ult. pollicetur ſe opus Geographicum conſtructurum & locorum longitudines computaturum à Meridiano, qui tranſit per Alexandriam, quod etiam in Geographia ſua exſecutus eſt. Nec JULIUS ille MATERNUS, quem in Geographia memorat, ille eſt qui ſub CONSTANTINO floruit, & qui ad LOLLIANUM ſcripſit de Aſtrorum judiciis, ſed alius ab illo diverſus.

De ÆTHICO quædam ſubjungam forte aliis non obſervata. Omnium fere manibus teritur ÆTHICI Coſmographia ex recenſione SIMLERI: Auctorem huic cognominem, ſed plane alium in MS. Bi- 364
bliothecæ Bodlejanæ inveni & quidem vulgato longe antiquiorem. SIMLERIANUS quidem poſt CONSTANTINI M. tempora vixiſſe creditur, quem monſtroſorum Vocabulorum authorem vocat ORTELIUS: ſi BURTONO credam comment. in Itiner. ANTON. pag. 5. in MS. THUANI vocatur JULIUS ORATOR, cujus CASSIODORUS meminit. Alter vero ÆTHICUS, quo Oxonii uſus ſum, una cum SOLINO in optima membrana ſcriptus erat, & quidem ſub DOMNO THEODOSIO ut Clauſula MS. indicabat. Titulus hic fuit: *Incipit Liber* ÆTHICI (al. ÆTHNICI) *Philoſophico editus oraculo, ab* HIERONYMO *presbytero translatus in Latinum ex Coſmographia & mundi ſcriptura*; & ſtatim in initio: *Hic* ÆTHICUS *Iſtria regione Sophiſta claruit, primusque Codi-* 365
*ces ſuos Coſmographiam nuncupavit.* Innumeras in hoc opere fabulas deprehendi, & monſtroſas voces vix ipſi Apollini explicandas, ſed quædam exinde tamen cum fructu decerpſi. Interpolatum à monacho opus ſtatim ſuboluit. Quid de hujus authoris ætate ſenſerit GUALTHERUS RALEIGH in hiſtoria mundi Anglice conſcripta, ex litteris Cl. Dn. RYCKII *Profeſſ. Leidenſis celeberr.* Amici optimi reſponſoriis judicare licet; Cum enim ipſi indicaveram RALEIGHI ſententiam hunc Æthicum temporibus PTOLEMÆI PHILADELPHI antiquiorem ſtatuentis, reſcripſit: ÆTHICUM *à vulgato promiſit olim* SALMASIUS, *in notis ad Hiſtor. Aug.* 140 *ex* THUANEÆ *Bibliotheca, ni fallor, & Danielis Schedis. Memini etiam me vidiſſe codicem* ÆTHICI MS. *in Bibliotheca* VOS- 366
SIANA *à publicato diverſum. Multifariam autem errat Anglus ille, quem adducis, in Æthici ætate notanda. Primo confundit* ÆTHICUM *cum* ISTRO CALLIMACHIO *qui* PTOLEMÆI EVERGETÆ *temporibus floruit. Deinde alium adhuc antiquiorem perperam confingit.* ISTRI *autem enumerantur à* VOSSIO *tres & forte aliquis iſtorum Coſmographiam ſcripſit Græce, quam* B. HIERONYMUS *latine vertit, quamque inepti monachi, ſicut ſcribis interpolarunt, adſcripſeruntque* ÆTHICO, *quoniam is & ISTER natione erat; & ſimile Argumentum tractaverat.*

Sed longius non licet eſſe moleſto. Vale itaque, Vir Ampliſſime, & fave nominis tui devoto cultori. Argentorati D. IV. M.DC.LXXXI.

# PETRI BÆLII
*AD*
*Virum Doctiſſimum*
# THEODORUM J.
AB
# ALMELOVEEN
## EPISTOLA
*de*
Scriptis Adeſpotis.

---

367 *VIRO CLARISSIMO*
# THEOD. JANSONIO
AB
# ALMELOVEEN,
*Medicinæ Doctori*
# PETRUS BÆLIUS
*Philoſophiæ Profeſſor Roterodami*
*S. P. D.*

NOn illepidum ſane neque illiberale eſt argumentum in quo jam ante aliquot annos Vir multijugæ lectionis Joh. Deckherrus operam ſuam induſtriamque voluit collocatam, *emiſſis in lucem de Scriptis Adeſpotis, Pſeudepigraphis & Suppoſititiis Conjecturis.* Placent multis viris doctis ejusmodi diſquiſitiones, & in amœnitatibus Literarum quas plerumque
368 omnes conſectari amant numerantur. Sunt quidam gravioris ſupercilii, & nimium delicati faſtidii qui non ſe credunt prætium operæ facturos, ſi veritates id genus unde non pendeant Muſarum fata indagaverint. Utatur quisque ſuo judicio, & quemadmodum æquum eſt nos iſta non ſcribere viris illis ſupra nubium tractus vaga ſidera ſequentibus, ita patienter illi ferant detegi iſthæc arcana talium ſtudio correptis hominibus, librorum ut plurimum, atque adeo humanioris literaturæ amantiſſimis; à quibus profecto magnam inibis gratiam quod tuis curis effectum ſit ut typis nitidioribus prodeant in lucem conjecturæ Deckherrianæ auctiores multo quam in utraque præcedenti editione. Quia vero à me intellexeras non ſolum ex Reipublicæ Literariæ Excerptis menſe Sept. noviſ-
ſimo vulgatis p. 1013. ſed etiam coram & ex 369
literis obſervaſſe me nonnulla in opuſculo optimi Deckherri quæ ſecus quam oportuerat obſervata fuiſſent, egiſti apud me ut ea Tibi indicarem, vadem te præſtans fore ut Autor id non ferret parum æquo animo, ſciebas enim quid hac ſuper re ipſemet Tibi ſcripſiſſet. Tum ſi quæ addere poſſem ex propria penu, ea ut tecum communicarem operi quod ſub prælo ſudaret annectenda, non ſemel pro tua in me prolixa voluntate petiiſti. Ego vero qui tui cauſa multo plura eaque ampliora ſi vires ſuppeterent facere paratum me ſen-

ſentio, libens conditionem amplexus ſum,
quamquam non neſcius exiguam mihi eſſe
admodum talium rerum ſuppellectilem. Sed
dicent fortaſſe aliqui Lectores ſtetiſſe per ex-
370 cerpta Reip. Literariæ mihi ſingulis menſi-
bus adornanda, (opus ad ſe rapiens univerſum
otium ac tempus viri multo me diligentioris,
laboriſque patientioris) quominus plura Ti-
bi hoc ſuper argumento ſcripſerim. Quid-
quid id eſt æqui bonique conſulite Tuque
operis editor, & Clariſſimus Deckherrus Au-
thor, haſce qualeſcunque meas tum animad-
verſiones, tum additiones.

Ea quæ habentur pag. 88. de Hotto-
manno, & de Junii Bruti vindiciis contra Ty-
rannos revocant me in memoriam ejus quod
ſubinnui in Excerptis menſis Sept. 1684. pag.
151. Hottomannum haberi Autorem earum
vindiciarum. Rogavit me paulo poſt per epi-
ſtolam cauſarum patronus doctiſſimus apud
Trajectum ad Moſam D. Niſet, num ea dice-
371 ret Clariſſimus Huberus, cujus de jure civita-
tis commentarii egregii epitomen tunc da-
bam, nam ex Grotii ſententia ſub ficto Junii
Bruti nomine latere Mornæum Pleſſiacum;
judice vero Bœclero, Hubertum Langue-
tum: Jacobum vero magnæ Britanniæ re-
gem exiſtimaſſe fœtum hunc eſſe pontificii
cujusdam qui voluiſſet Reformatis creare in-
vidiam nomine doctrinæ principibus dete-
ſtatæ. Dicam hic me ex Hubero ea non ſum-
pſiſſe, ſed ex libro Gallico Pariſiis impreſſo
anno 1589. cui titulus, *Traitté de la puiſſance des
Rois contre le Roi de Navarre.* An vero iſte Tra-
ctatus idem ſit de quo Cl. Deckherrus p. 338.
loquitur tanquam Lugduni combuſto, & falſo
aſſcripto Carolo Molinæo JC. ſed quem alii
tribuant *Hagoni Sorello Roſerio*, non mihi li-
quet.

Pag. 93. extat duplex mendum; prius
372 annotat Cl. Paulus Vindingius in Epiſtola ad
Deckherrum ſcripta ſecundæque editioni ap-
poſita; ſic enim loquitur, *meminiſti cujusdam
Epiſcopi Lincolnienſis Dn.* BACLO; Is, *ſi placet eſt
Thomas* BARLOVIUS. Subjungit quædam
de operibus illuſtriſſimi Reverendiſſimique
ſenis, ſed cum non loquatur de ſcripto egre-
gio ſuper excommunicatione Regum quod
ex Anglico Gallice verſum ab Anonymo pro-
diit in lucem anno 1681. ſub ficto Claudii
Barbin Typographi Pariſienſis nomine, non
gravabor hic ea de re meminiſſe. Poſterius
erratum in eo conſiſtit quod M. CHOFFE-
TAN Ordin. prædicat. dicatur ſcripſiſſe in
Apologiam Jacobi Regis. Haud ita vocaba-
tur, ſed *Coeffeteau*, vir in paucis Gallica facun-
dia clarus, & tandem evectus ad Epiſcopa-
373 tum Maſſilienſem. Vertit Gallice Florum,
& Hiſtoriam Imperatorum Romanorum us-
que ad Conſtantinum eadem lingua elucu-
bravit.

Pag. 119. ſic loquitur Autor; *Sceleſti*
de tribus impoſtoribus *in Gallia, ut referunt, paſ-
ſim venalis libri authorem Bernardinum* OCHINUM
*fecit hucusque fama publica.* In 2. editione de-
ſunt hæc verba, *ut referunt*, quibus fides ſit vi-
ſam fuiſſe viro docto nimium crudam & pa-
rum tutam priorem aſſertionem. Certum
eſt falſiſſimum eſſe rumorem hunc librum
emi poſſe in Gallia, vix ullus alius tam diffi-
cile reperiri poteſt emendus ab iis qui hæc ſa-
gaciſſime ruſpantur. Sed ut credamus Ochi-
num non conſcripſiſſe famoſum adeo tracta-
tum facit quod ait Grotius in Appendice de
Antichriſto p. m. 84. *Librum de tribus impoſto-
ribus abſit ut aut Papæ tribuam aut Papæ oppugnato-* 374
*ribus. Jam olim inimici Friderici Barbaroſſæ Impe-
ratoris famam ſparſerant libri talis, quaſi juſſu illius
ſcripti. Sed ab eo tempore nemo eſt qui viderit: quare
fabulam eſſe arbitror.* Hæc ultima verba pro-
bant ut quod maxime falſum eſſe hunc li-
brum facile in Gallia reperiri. Si res ita ſe
haberet, nequaquam Grotium latuiſſet. Ob-
ſervavit Paulus Colomeſius Rupellenſis in
ſuis *Miſcellaneis Hiſtoricis*, vernacula lingua
Arauſione vulgatis anno 1675. Vir, ut probe
notaſti in noviſſima tua Epiſtola, harum re-
rum callentiſſimus, quique in Gallia ſua Ori-
entali p. 27. dudum promiſit diſſertationem
cui titulus ſit futurus, *Decouverte d'Autheurs ca-
chez*, obſervavit, inquam, in illis *Miſcellaneis* p.
28. erraſſe Grotium dicentem inimicos Im-
peratoris Barbaroſſæ tribuiſſe illi librum de
tribus impoſtoribus, non enim illum ſed Fri-
dericum II. jactatum eſſe Autorem ejuſcemo- 375
di libri, ut patet ex Epiſtolis Petri de Vineis,
ipſi à ſecretis & à ſigillo, utque ipſemet Gro-
tius ſcripſit in notis in 3 partem Philoſophiæ
realis Thomæ Campanellæ. Debuiſſet dicere
Colomeſius Fridericum Barbaroſſam teſte
Grotio juſſiſſe ut liber ille conſcriberetur,
non vero fuiſſe Authorem illius, hæc enim
duo non tam parum differunt ut dubium re-
linqui debeat lectori utrum affirmetur. Quid-
quid id eſt hoc unum ſaltem patet non fuiſſe
Ochinum illius teterrimi libri Autorem,
quippe de quo fama fuerit vagata multo ante
natum Ochinium.

Haud prorſus dijudicare valeo ſint ne
certa quæ refert Doct. Autor pag. 135. *Biblio-
thecam Gallo-Suecicam* à Jeſuitis Moguntinis fu-
iſſe editam, vel ab aliquo ex eorum Collegio
ſodali. Hoc unum ſcio Dominum Gravero- 376
lium Nemauſi in Gallia Juris-conſultum eru-
ditiſſimum dicere in ſuis obſervationibus ſu-
per ſenatus conſultis Toloſanis ab Rupe-Fla-
vino collectis, Autorem Bibliothecæ Gallo
Suecicæ eſſe Iſaacum Wolmarum, ejusque
libri Typographum à Senatu Pariſino flagris
fuiſſe damnatum.

Pag. 181. agit Cl. Autor de ſcripto ce-
leberrimo in Originem libertatis Reipubli-
cæ Venetæ anno hujus ſæculi 12. publici juris
facto Italice cum hoc titulo *Squittinio della li-
bertà Veneta.* Vere equidem refert adſcriptum
fuiſſe id operis Marco Velſero, at ignoraſſe
eum Virum miror ſupereſſe jam fere nullum
dubium quin autor Operis ſit Alphonſus *de la
Cueva*, Marchio de *Bedemar*, Regis Hiſpania-
rum apud Venetos Legatus, & tandem in Car- 377
dinalium album relatus. Legere illud eſt
tum in præfatione Verſionis Gallicæ *Scrutinii*

illius quam D. Amelot de la Houſſaye creditur concinnaſſe & notis locupletaſſe, atque Ratisbonæ (ſi operis titulo fidem adiungas) typis tradidiſſe anno 1677. tum ex libello elegantiſſimo, cui titulus *la Conjuration des Eſpagnols contre la Republique de Veniſe en l'année* 1618, quem Abbas de S. Real patria Sabaudus Pariſiis in lucem edidit ante aliquot annos. Ille idem Abbas Autor eſt trium quatuorve aliorum opuſculorum Anonymorum, quorum ecce Tibi titulum. *Dom Carlos*, *Nouvelle Hiſtorique*: *De l'uſage de l'Hiſtoire*: *Memoires de Madame la Ducheſſe Mazarin* (degit nunc ea in Anglia,
378 magnæ famæ, formæ, ingeniique fœmina) *Ceſarion, ou Entretiens divers*, de quo opere nos in Excerptis Reip. Literariæ menſis Oct. 1684. p. 266. &c.

Pag. 262. credit Dom. Deckherrus Catharinæ Mediceæ vitæ, actorum, & conſiliorum ſtupendam narrationem, ſcriptum eſſe Joh. SERRANI, ſive SERRARII. Illum ſine dubio intelligit quem vulgo vocamus *Jean de Serres*, quique compoſuit *l'Inventaire de l'Hiſtoire de France*, non quidem usque ad ſuam ætatem ſed usque ad exceſſum Caroli VII. At parum veriſimile eſt ſcripſiſſe illum narrationem ſupra memoratam de rebus geſtis Catharinæ Mediceæ. Sapit hoc ſcriptum aliud longe ingenium & dicendi genus. Non ægre crederem Henricum Stephanum eſſe Autorem illius libri prout ipſi à Maimburgio tribuitur in Hiſtoria *Ligæ*. Solet divendi & compingi ille li-
379 bellus cum Diario Henrici *III.* cujus Autor ignoratur, & cum divortio Satyrico Henrici *IV.* & Margaretæ Valeſiæ, necnon amoribus ejusdem Regis, atque Confeſſione Catholica DE SANCY. Suſpicantur quidam priorem illam Satyram de divortio Regio fuiſſe conſcriptam a nobiliſſimo Hiſtorico *D'Aubigne*, nemo vero dubitat quin fecerit Confeſſionem Catholicam *de Sancy*, opus dicteriis aculeatis & ſalibus urbaniſſimis quamquam non raro acrioribus refertiſſimum, multoque lepidius altera Satyra ab eodem ſcripta ſub titulo *le Baron de Feneſte*. Cæterum Johannes ille *de Serres* Miniſter fuit verbi divini in Delphinatu; qui ejus opus ad Henricum usque IV. deduxit erat quoque Miniſter & vocabatur Monliart.

Quæ habentur pag. 265. continent me
380 Hercule errorem non levem, ſed qui condonandus ſit viro peregrino. Dicit nempe Autor Cl. Emphemerides Eruditorum anni 1666. p. 137. teſtari librum cui titulus, *Memoires de la Regence de la Reine Marie de Medicis*, ſcriptorem habere Cardinalem *Richelium*. Minime gentium extat illud in Ephemeridibus eruditorum, ſed fuiſſe illum librum conſcriptum pro Cardinali Richelio, ſive ad ejus uſum. Verus Autor Operis eſt Franciſcus Annibal *d'Etrées* Par & Polemarchus Franciæ qui annoſiſſimus obiit anno hujus ſæculi 70, quippe centenario propemodum æqualis. Is bellicæ artis apprime ſed non minus politicæ prudens, opus hoc contexuit, multaque alia hucusque inedita & publica luce digniſſima ut intelligere datur ex literis pa- 381
tris le Moine Jeſuitæ celeberrimi operi præfixis. Sic enim interpretor & jure quidem hanc ſubſcriptionem epiſtolæ præfixæ *le* P. L. M.

In iis quæ proxime ſequuntur melius id quod res eſt aſſequutus fuit Deckherrus, quippe Hiſtoriæ amatoriæ Galliarum genuinum opus eſt Comitis *Buſſii Rabutini*, Viri olim præclaris muneribus inſtructi, quorum jactura & aliquot menſium carcere luit pœnas omnes quas metuere habebat, aſperiores ſine dubio futuras ſub Rege minus clementi. Eſt ille dudum inter quadraginta viros Academiæ Gallicæ, nec temere reperias qui ſtilo comptiori & venuſtiori ſcribat. Fama eſt illum in conſcribenda Hiſtoria Franciæ laborare.

Subſequitur mox obſervatio de Autore *Miniſterii Cardinalium Richelii, & Mazarini*, quæ 382
me in ſummam admirationem rapit. Nam qui fieri poteſt ut quis crediderit utrumque horum librorum conditum eſſe ab eodem ſcriptore, quandoquidem prioris Cardinalis *Miniſterium* Gallice duntaxat ſcriptum eſt, poſterioris vero Italice primum ab Comite Galeazzo Gualdo Priorato, (viro multis aliis Hiſtoriis in lucem editis inclyto, quique Vicentiæ in patria obiit anno 1678. Cæſareæ Majeſtatis Hiſtoriographus) dein Gallice verſum. Accedunt multæ aliæ rationes quas profert Deckherrus ut conjecturam Burgoldenſis valde abſonam confutet. Quæ poſtea ſubnectit, videntur ſignificare Joh. Silhonium ſibimet ipſum aſſeruiſſe *Miniſterii Mazarinei* Hiſtoriam quam videret aliis tribui. Citat librum *du Miniſtre d'Etat* vere a Silhonio concinnatum, ſed cum minime mihi nunc 383
ſatis ſit otii ad librum hunc evolvendum, & feſtinanter omnino iſta Tibi ſint mittenda, (operæ enim omnis moræ ſunt impatientes ob inſtantes Francofurtenſes Nundinas quibus opus Deckherrianum adornant) non poſſum hoc quidquid eſt fruſtrationis probe corrigere. Dicam tamen nihil quicquam aliud videri mihi ſcriptum eſſe à Silhonio circa *Miniſterium* Cardinalis Mazarini, præter Tractatum haud ita craſſum quem vocavit, *Eclairciſſement de quelques difficultez touchant l'adminiſtration du Cardinal Mazarin*, Opus ſane egregium: præterea certum eſt librum *du Miniſtre d'Etat*, longe ante fuiſſe vulgatum quam Cardinalis Mazarinus ad clavum ſederet. De Miniſterio Cardinalis Richelii legere memini apud Sorellum cap. 2. Biblioth. Gallicæ p. m. 27. Autorem illius eſſe *Dom Charles de S. Paul* Fuli- 384
enſium Monachorum Præſidem, & Epiſcopali infula tandem donatum. Ejus alia quædam ſunt opera & in his Geographia ſacra in quam Lucas Holſtenius annotationes quaſdam edidit Romæ ante 20. annos plus minus.

Quæ leguntur pag 267. ea ſunt ut accidiſſe aliquid humanitus Erud. Deckherro probent apertiſſime. Ait nempe ipſum Armandum Richelium in Pſeudonymorum familiam

miliam adſciſcendum viſum eſſe *cum adverſus Petri de Marca de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ operam* OPTATUS GALLUS *inſurrexiſſet.* Primo fallitur dum dicit opus de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ in quod Optatus Gallus inſurrexit, fuiſſe ſcriptum à Petro de
385 Marca, cura enim prodierat Petri Puteani, & quod Petrus de Marca compoſuit hoc ſuper argumento ſubſequutum eſt non vero præceſſit Tractatum *Optati Galli.* Sed hic alter, venia ſit verbo gravior eſt error circa ſenſum verborum quæ ex Fageto vitę P. de Marca ſcriptore laudat paulo poſt Cl. Deckherrus. En verba. *Eodem ipſo anno (1640) prodiit famoſus quidam libellus ſub Optati Galli nomine, duo volumina de libertate Eccleſiæ Gallicanæ recens edita graviter inſimulans, quod ex eorum lectione Schiſmatis periculum pertimeſcendum eſſet cujus authorem fore* RICHELIUM *ambitione Gallici Patriarchatus atrociter* (Marca) *præſagiebat.* Duplex hic quoque lapſus, nam neque Petrus de Marca ille eſt qui præſagiebat; Optatus Gallus id faciebat, neque qui præſagiebat aut quis piam alius ſuſpicatus eſt Richelium eſſe Authorem libri qui ſub fictitio Optati Galli nomine pro-
386 dierat. Tantum abeſt ut Cardinalis eſſet Autor illius libri remotus vel proximus, ut è contra in eo acriter ſugilletur, eumque refutandum majorem in modum Petro de Marca tradiderit. Dicit Clariſſimus Baluzius in ejusdem Præſulis vita, Autorem qui ſub nomine Optati Galli latere voluit ſatis *alioqui eſſe cognitum ſi larvam illi detrahere liberet.*

Plura potuiſſent dici his quæ de *Caſtellione* extant pag. 313. Autor ille fuit libri, *de non puniendis Hæreticis*, qui ſub nomine Martini Bellii vulgatus eſt poſt Servetum ultimo ſupplicio Genevæ punitum, cui libro ut ſcis Theodorus Beza reſpondit. Poſuerunt Galli nuper illum Tractatum Martini Bellii in ſuo Indice librorum prohibitorum Pariſiis autoritate ſenatus & Archiepiſcopi typis mandato.

387 Recte omnino ſententiam mutavit Deckherrus pag. 321. de *Antonio le Grand*: is enim revera Autor eſt librorum qui non pauci numero ſub ejus nomine prodierunt; Diu eſt cum inter Anglos vivat, Pontificiæ ſectæ addictus, nec ſemel iter Gallicum inſtituit præfectus ſtudiis & moribus nobilium quorumdam Ephœborum ex ea gente. Duaci natus eſt in Flandria, & ſi bene memini, opus Gallicum anonymum conſcripſit ante annos 20. plus minus, cui titulum fecit, *L'homme ſans paſſions ſelon les ſentimens de Seneque*, in Gallia primum, deinde in Batavia typis excuſum. Ejusdem eſt alius tractatus Pariſiis publici juris factus cum hoc titulo, ſi bene memini, *l'Epicure Chretien & ſpirituel.*

Pag. 333. dicit Autor operibus poſthu-
388 mis Benedicti de Spinoza anno 1678. typis exſcripta præfixam eſſe *terſiſſimam incogniti Authoris præfationem.* Dictum eſt mihi nuper præfationem illam fuiſſe primo Belgice conſcriptam ab viro quodam è Menonitarum Secta cui nomen *Jarich Jelles* qui poſtquam Mercaturam exercuiſſet Amſtelodami, in privato otio & ex quæſitis reditibus vixit, vir cætero quin literis haud ita inſtructus; Eam vero præfationem creditur poſtea latine vertiſſe prout extat in libro Spinozæ Ludovicus Meyer Medicus Amſtel. ante paucos annos vivis exemptus, Autor ut fama eſt, Diſſertationis paradoxæ cui titulus *Philoſophia ſacræ Scripturæ interpres*, quæ non immerito diſplicuit Theologis, utpote ſapiens Hæreſim. Contra eam ſtilum ſtrinxerunt varii Theologi in hac Belgica Fœderata.

Jam ego in Excerptis Reip. literariæ 389
menſis Junii 1684. p. 341. retuli ex Diecmanni tractatu de *naturaliſmo*, truculentiſſimum librum *de juſta Reipublicæ Chriſtianæ in Reges impios & Hæreticos auctoritate* prodiiſſe anonymum Pariſiis anno 1590. & biennio poſt Antwerpiæ Pſeudonymum ſub Guill. Roſſæi nomine (citat Diecmannus V. Placcium Pſeudon. pag. 249. 250.) verumque ejus Autorem eſſe Jeſuitam quemdam. At hic pag. 337. dicitur Scavenius teſtatus peſtilentem hunc fœtum deberi acceptum ferri Guillielmo GIFFORDO.

Circa Autorem recentium librorum de polygamia, de quibus Cl. Deckherrus pag. 341. legantur noſtra Excerpta Rei. Lit. anni ſuperioris p. 359 & 1351.

Hæc ſunt quæ carptim obſervare potui dum feſtinanter legerem folia libri Deckherriani adhuc à prælo madentia quæ ſubmit- 390
tenda mihi curaſti docte & benevole ALMELOVEENI. Fac me quæſo ut purges apud Autorem de libertate qua uſus ſum in recenſendis quibusdam ipſius erroribus.

NUNC ad Clar. Vindingii Epiſtolam venio, & paucis abſolvo meas in eum emendationes.

Dicit ille Io: libri cui titulus, *la Recherche de la verité*, Auctorem eſſe MAILBRANUM *Pere de l'Oratoire.* Dicendum fuerat MALLEBRANCHIUM. IIo. Dum ille Autor ejusque cenſor digladiarentur, *Monachum Benedictinum è Lotharingia*, Don Robert de Glaces *ſi recte memini (nomen enim tacetur) litem componere aggreſſum eſſe per* la Critique de la recherche de la verité. Dicendum erat *Dom Robert des Gabets*, cujus opus vocatur *la Critique de la Critique de la Recherche de la verité.* 3. In Belgio qui prodiit Tractatus contra Hiſtoriam Criticam V. T. per RICAREDUM SIMONEM 39
Ampl. FR. SPANHEMIUM authorem habere. Dicendum erat, *Richardum Simonem*, & *Ezechielem Spanhemium* Oratorem Electoris Brandenburgici. Cæterum Robertus ille *des Gabets* Monachus Benedictinus, Lotharingus, ex Congregatione S. Venne bonus fuit Philoſophus, Carteſianæ ſectæ addictiſſimus. Miſſi ſunt huc non pauci ejus Tractatus Philoſophici qui fortean propediem in lucem prodibunt. In his eſt brevis reſponſio Epiſtolæ cuidam quæ ſine nomine Autoris prodiit Pariſiis ante annos 15. circiter, ſub hoc titulo. *Lettre d'un Philoſophe à un Carteſien de ſes amis.* Credit ipſe Autor reſponſionis Jeſuitam Ra-

pinum ſcripſiſſe illam Epiſtolam, ſed fallitur.
392 Scripſit eam, vel omnia conjiciendi argumenta me fallunt, ipſaque adeò opinio ſummorum hac in re judicum, Jeſuita *Pardies* ex Prov. Benearnia oriundus, & Lutetiam accerſitus docendæ Matheſeos ergo, qua in Sparta egregie inclaruit.

TANDEM ſupplementa quædam, ne prorſus ἀσύμβολοι accedamus, ſuppeditemus, nullo ſervato vel temporum, vel materiarum ordine, ſed prout unum quodque nomen memoriæ occurrerit. Non meliorem curam nobis liberam faciunt hinc aliæ occupationes *quæ caput & circa ſaliunt latus*, illinc Typographi ardor Nundinas Francofurtenſes anhelantis, indocilisque aliquam moram interponere inter opus Cl. Deckherri prælo exemptum mecumque ſtatim communicatum, & iſtam appendicem prælo ſubmittendam.

Occurrit mihi omnium primus larva-
393 tus ille Joannes Baptiſta Gallus J. C. qui notationes edidit in Jacobi Auguſti Thuani Hiſtoriam, quas Ingolſtadii excuſas anno 1616. & recens ex Nundinis Francofurtenſibus allatas Prætor Pariſinus damnandas & ſupprimendas curavit. Autor earum erat Jeſuita quidam Pariſienſis nomine Joannes Baptiſta de MACHAUD, ſeu MACALDUS fatente Philippo Alegambe pag. 224

Jeſuitarum Catechismus qui prodiit in lucem anno 1602. quique deinde anno 1677. recuſus eſt Ultrajecti (quamquam in fronte libri videas, *A Ville Franche chez Guillaume Grenier*) Autorem habet Stephanum Pasquier egregium virum & in Gallia præclaris muneribus ſecunda fama præfectum. Non diffitetur filius cum reſpondet acerbo ſcripto
394 Jeſuitæ Franciſci Garaſſi in parentem, cui titulus *la Recherche des Recherches*, in quo inter alia crimini datur Stephano Pasquier quod dixit de miraculis Xaverianis in ſuo Catechismo Jeſuitarum. Videſis pag. 795. libri Jeſuitæ & pag. 316. Apologiæ pro Stephano illo.

Tractatus celeberrimus *de la Politique de France* qui anno 1669. prodiit in lucem cum hac appellatione Autoris P. H. Marquis de C. continente primas literas nominis illius, ſcriptus eſt à Marchione du Châtelet nobili Aremorico ex antiqua Hajorum familia, filio ut mihi veriſimile videtur *Pauli* illius *Hay* Domini du Chalelet de quo Peliſſonius non pauca refert ſcitu digna in eleganti Hiſtoria Academiæ Gallicæ. In 2. & 3. Caput ſupradicti tractatus ubi de Religione agitur vulgavit aliquas obſervationes Petrus Molinæus Petri
395 filius Canonicus Cantuarienſis, ſed mutato vero nomine in fictum de *l'Ormegrigni*. Tertio vero Capiti in quo de Reformatis agit Autor reſpondit Miniſter & Profeſſor Arauſionenſis Dominus de Chambrun, aſſumpta in fronte operis nomenclatura Græca, nimirum de M. de *Melanchthon*. Idem ille Canonicus Cantuarienſis Autor eſt *clamoris Regii ſanguinis ad cœlum adverſus parricidas Anglicanos*, qui liber vehementer ſtomachum movit Jo. Miltono in Alex. Morum quem vel credidit, vel finxit edidiſſe eum clamorem.

*La connoiſſance des bons livres*, opus typis mandatum Pariſiis, & in Hollandia quoque anno 1672. Autorem habet Dom. Sorel, multorum aliorum librorum parentem, quos ipſemet recenſuit ad calcem Bibliothecæ ſuæ Gallicæ.

Prodiit Pariſiis liber Gallicus venuſte 396
admodum ſcriptus anno 1672. ſub hoc titulo, *Entretiens d'Ariſte & d'Eugene*, cujus Autor vocatur *Bouhours*, Jeſuita Pariſinus. In eum cenſuram ſtrinxit quæ ſummopere placuit anonymus quiſpiam Cleanthis nomen mentitus, qui vocatur *Barbier d'Aucour*, Advocatus Pariſinus, & nunc Academicis Gallicis cooptatꝰ, poſtquam præfuiſſet ſtudiis unius ex filiis Clariſſimi Colberti, ſed pro Jeſuita Apologiam concinnare aggreſſus eſt Abbas non incelebris, edito in lucem libello *de la Delicateſſe*, qui ſane minori in numero habitus eſt, quam opus quod non multo ante conſcripſerat, cum hoc titulo, *le Comte de Gabalis, ou Entretiens ſur les ſciences ſecretes*. Erat hic Author l'Abbe de Villars.

*Les Conformitez des Ceremonies modernes avec les anciennes*, qui liber ſi titulo ſtes impreſſus 397
fuit Lugduni Batavor. apud Jo. Sambix anno 1667. ſed ſi rem ipſam ſequaris Genevæ, opus eſt Petri Muſſardi Genevenſis, viri admodum Illuſtris, qui poſtquam Lugduni in Gallia verbi divini Miniſtrum egiſſet ſumma cum laude, ex eaque ſtatione migrare coactꝰ fuiſſet, cum Rex Galliæ Miniſtros extraneos ſuo munere abire juſſiſſet, in patriam ſe contulit, unde vocatus Londinum inter Gallos verbi divini præco, quoad vixit, extitit. Ejus eſt aliud opuſculum haud illepidum nec indoctum, cui titulus *Jugement de Meſſieurs de la propagation de la Foy ſur le Traitté du purgatoire de M. A. Bobye.* ſcripſit præterea *Hiſtoriam Deorum Fatidicorum* in 4. quæ primum Genevæ excuſa, Francofurti ad Mænum recuſa eſt anno 1680.

Scripſerunt multi in expoſitionem 398
Doctrinæ Catholicæ quam compoſuit Epiſcopus Condomienſis, nunc Meldenſis, ſed omnes ſuum nomen profeſſi, ſi unum excipias, quem ideo Epiſcopus in præfatione poſteriorum editionum anonymum ſolet vocare. Vocatur is *D. de la Baſtide* patria Ruthenus in Occitania, diu multumque in partem curarum Eccleſiaſticarum vocatus quippe unus ex ſenioribus, quos vocabant, Carentonenſibus. At nunc ille derelicta noſtra religione vexatus noviſſimis procellis pontificiæ Eccleſiæ Myſta eſt. Duos libros edidit in Epiſcopum Meldenſem; priorem adverſus 1. editionem Expoſitionis; poſteriorem vero adverſus præfationem novæ editionis. Nec non etiam in arenam deſcendit cum Clero Gallicano anno 1682. ſcripta de illius cœtus Actis religionem ſpectantibus, reſponſione Apologetica primum Pariſiis, deinde Amſtelodami typis mandata. In eundem cœtum 399
ſcripſit celeberrimus Joh. Claude, ab ipſius enim

enim calamo prodierunt *les conſiderations ſur les lettres Circulaires de l' Aſſemblée du Clergé de France*, Hagæ anno 1682. typis mandatæ.

Percrebuit majorem in modum Tractatus Gallicus *de Epiſcopo Aulico*, carpens inprimis Epiſcopum Ambianenſem, & Archiepiſcopum Rothomagenſem. Fuit iſte antea Epiſcopus Sagienſis in Neuſtria, & ab eo multa mala paſſus eſt Presbyter quidam nomine *le Noir* Theologalis, ut vocant, ejuſdem ſedis Epiſcopalis, qui cum acriori eſſet indole non modo diem dixit Præſuli, hæreſiumque criminumque poſtulavit, ſed Scripto juxta erudito & ſalſo Epiſcoporum ſuperbiam,& aulicos mores perſtrinxit. Hic ille eſt liber quem vocant *l'Eveque de Cour* qui in ipſa Gallia furtim impreſſus in 4. minori
400 deinde forma recuſus eſt in Hollandia. Appoſita eſt epiſtola ejuſdem *le Noir* ad ducem Guiſiam fæminam negotiis Religionis immerſam. Ille tandem pœnas dedit graviſſimas inimicis ſuis ad triremes damnatus, ſed mutata eſt pœna carcere perpetuo.

Miror noſtrum D. Deckherrum qui tot libros politicos anonymos recenſuit, & conjecturis ſuis ſubmiſit, tacuiſſe de ſolidiſſimo illo Baronis Liſola Opere quod juribus Galliæ Reginæ in Brabantiam oppoſitum eſt ſub titule, *le bouclier d'Etat & de Juſtice*. Fama eſt ex interceptis literis Domini de Lionne cognitum eſſe fateri eum ingenue hoc ſcriptum eſſe omni exceptione majus. Nunquam audivi quidquam repoſuiſſe Gallos tali clypeo.

Tractatus de *Origine Fontium* qui prodiit Pariſiis anno 1674. opus eſt Dom. Perreault, non illius qui Præfectus eſt ædificiis Regiis, &
401 verſionem Vitruvii commentariis locupletatam concinnavit, eſtque unus ex 4. Academicis Gallicis; nec illius qui Medicinæ Doctor Pariſienſis, & Academiæ Regiæ ſcientiarum ſocius tentamina Phyſica edidit Gallice anno 1680. *3. vol. in* 12, ſed tertii horum fratris.

Diſſertatio de *Triſagii* origine Authore P. *A.* V. D. M. quæ prodiit in lucem Rothomagi anno 1674. non ab Miniſtro Rothomagenſi ut perperam Maimburgius cenſet in ſua Pontificatus Gregorii magni Hiſtoria, concinnata eſt, ſed à Domino Allix nuper Paſtore Carentonenſi, nunc vero Londini commorante. Ex eodem fonte emanarunt Homiliæ Gallicæ de quibus nos in Excerptis menſis Aprilis 1685. p. 431, nec non *Anaſtaſii Sinaitæ anagogicarum contemplationum in Hexaemeron liber* 12. *hactenus deſideratus, cui præmiſſa eſt*
402 *expoſtulatio de S. Johannis Chryſoſtomi epiſtola ſuppreſſa*, qui liber Londini lucem aſpexit in 4. anno 1682.

Nullus liber melius indicat quam pauci ſint homines qui genium habeant ad jocos & ſales rite interpretandos factum, eo qui ante decennium vulgatus eſt ſub hoc titulo *Jani Alexandri Ferrarii Cœnobitæ Auguſtiniani* EUCLIDES CATHOLICUS. Ridetur in eo ſalſe & urbane præfidentia Pontificiorum qui non ſecus ac ſi fidem ſuam firmis ſtabilirent fundamentis glorientur, & alios præ ſe contemnunt; tamen ille liber multis Reformatis tantum non viſus eſt impius haud quaquam diſcernere cautis *quid diſtent æra lupinis*. Sed quid facias cum eo genere hominum qui cucurbitas lippiunt, qui fatue ſapiunt ad cibos exquiſitiſſimos? an propterea ironiæ valedicetur? Non cenſebunt, opinor, periti rerum æſtimatores. Videſis ſupra laudatum Dieckmannum pag. m. 19. qui melius judicat de *Eu-* 403
*clide Catholico*, cujus non ignorat eſſe Authorem, celeberrimum Fabricium Heidelbergæ Theologiæ Profeſſorem.

Richardus Simon, de quo ſupra, Autor eſſe creditur libri qui ſub nomine de *Simonville* impreſſus eſt Pariſiis anno 1681. & continet verſionem Tractatus Leonis Mutinenſis de Ceremoniis Judæorum cum notis, tum etiam ipſi tribuitur verſio Itineris ad Montem Libanum Jeſuitæ Dandini, notis exquiſitis comitata, nec non *l'Hiſtoire Critique de la creance des Nations du Levant & l'Hiſtoire de l'origine & du progrez des revenus Eccleſiaſtiques*. Videantur Excerpta Reip. Litterariæ menſis Maji 1685. pag. 531. & menſis Maji 1684. art: 2. & 3.

Egregium poëmation vidimus ante paucos annos, cui titulus *l'Art de precher*. Crediderunt quidam Autorem ejus eſſe eundem illum Poëtam nominatiſſimum qui Satyris ſuis adeo inclaruit ut regiæ Hiſtoriæ conſcri- 404
bendæ Provincia fuerit donatus. Alii vero dixerunt artem illam concionandi fœtum eſſe Monachi S. Genovevæ, quod fortaſſe non ignorarent eſſe quemdam in ea Congregatione Monachum qui quam plurima compoſuit carmina inedita quibus acerbe carpit pravos mores Clericorum. Falluntur utrique. Author operis vocatur *le P. de Villiers* ex Jeſuitarum Sodalitio. Admonet me titulus iſtius Poëſeos, alterius tituli ſimilis, nempe *de l'art de parler*. Liber ille ter jam fuit impreſſus, & factus eſt á patre Bernardo Lami Presbytero Oratorii ut vocant. Idem Autor eſt alterius libri Anonymi, *Entretiens ſur les ſciences*, de quo videas mentionem in Excerptis menſis Decemb. 1684. pag. 468. Verſatur nunc ille Gratianopoli in Delphinatu, & multis operibus nomen decuſque aliquod ſibi peperit quæ 405
anonyma prodire non paſſus eſt, de quibus proinde hic ſileri oporteat.

Plurimi fiunt à multis Lectoribus tria hæc opuſcula, *Somnia ſapientis, Genius ſæculi, Gyges Gallus Auctore Petro Firmiano*. Verus Autor erat Monachus quidam Capucinus nomine Zacharias Lexovienſis. Tribuitur eidem opuſculum ſatis atrox in Janſeniſtas, cui titulus, *Relation du pays de Janſenie, par Louis Fontaines Sieur de S. Marcel*, Pariſiis typis mandatum anno 1660. Vide Sorellum *Biblioth. Gall.* pag. m. 172.

Inter eos qui Expoſitioni Epiſcopi Meldenſis reſponderunt nomen ſuum profeſſus eſt Advocatus quidam Monſpelienſis, nomine Brueys, qui nunc ejuſdem Epiſcopi caſtra ſequutus, & in clientelam admiſſus, non raro in noſtra dogmata calamum exerit. Auſpicatus eſt ab examine rationum quæ locum

cum

406 dederunt Seceſſioni majorum noſtrorum ab Eccleſia Romana. Hunc librum tres ex noſtris refutarunt. Primo celeberrimus Petrus Jurieu Theologiæ hac in urbe Profeſſor, Collega mihi æternum colendus & de me ſemper optime meritus, qui libellum eximium vulgavit cui titulus, *ſuite du Preſervatif.* Ratio tituli haud ignota eſt iis qui ſciunt jam oppoſuiſſe illum Authorem Expoſitioni Condomienſis Præſulis, Alexipharmacum optimum, ſive *preſervatif contre le changement de Religion.* Secundus qui in Brueyſium inſurrexit, edito in lucem tractatu, *le proſelyte abuſé, ou fauſſes veues de M. Brueys,* eſt D. *de Larroque* filius illius inclyti fama Miniſtri Rothomagenſis cujus elogium videre eſt in Excerptis noſtris menſ. Mart. 1684. ubi quoque videntur nonnulla de ſcriptis ejus anonymis. Tertius Adverſarius Brueyſii, fecit obſervationes ge-
407 nerales in ejus librum (Vide Excerpta noſtri ejusd. menſis p. 100.) & vocatur D. *L'enfant,* verbi divini Miniſter Heidelbergæ, vir in ætate parum provecta jam fructus edens qui ætatem ferent. Pater ejus olim Caſtellione ad Lupam Miniſter, nunc in Heſſia eodem munere fungens ſcripſit in Methodum pacificam Jeſuitæ Maimburgii. Ut hoc obiter dicam, liber qui Roterodami vulgatus eſt in eamdem Methodum pacificam, ante triennium, opus eſt Theodori Maimburgii Cognati Jeſuitæ illius, qui Theodorus dudum valedixerat Eccleſiæ Pontificiæ, & in noſtram ſe receperat. Agit nunc ille Londini. Ejus eſt aliud opus quod jam Groningæ typis mandatum fuerat cura celeberrimi Samuelis Mareſii anno 1664. cum hoc titulo: *Reponſe ſommaire au livre de Monſieur le Cardinal de Richelieu par le Sieur* R. DE LA RUELLE.

Prodiit Hagæ anno 1683. liber qui ad-
408 modum placuit Lectoribus; en Titulum ejus. *Apologie pour les Reformez ou on voit la juſte idée des guerres civiles de France & les vrais fondemens de l'Edit de Nantes.* Autor illius operis vocatur D. *Fetizon,* tunc Verbi Divini Miniſter in finibus Campaniæ apud nobiliſſimum & ſtrenuiſſimum Virum Dominum de BRIQUEMAU, nomen Reformatis jure merito cariſſimum, nunc eamdem Provinciam ſtrenue obit Lipſtadii, cujus urbis præfectura data eſt ab Sereniſſ. Electore Brandenburgico, eidem Dom. de Briquemau.

Non hic repetam quæ in Excerptis menſis Januarii proxime præteriti habentur de Autore Anonymo libri adverſus Methodos Cleri Gallicani adornati, ſub hoc titulo, *Examen des Methodes.* Jam ſatis notum eſt prodiiſſe opus è calamo D. *Baſnage* Miniſtri Rothomagenſis facundiſſimi, & patroni cauſarum celeberrimi adhuc ſuperſtitis, filii. Si 409
quis diligenter evolvat Excerpta Reip. Litterariæ videbit detectos aliquot alios Autores anonymos.

Tractatus Gallicus *de voluntate,* qui anno ſuperiore prodiit in lucem Pariſiis, quemque nonnulli falſo tribuerant Domino Nicollè, Autori anonymo, *de la Perpetuité de la foi; des prejugez legitimes contre les Calviniſtes; des Eſſais de Morale, des Pretendus Reformez convaincus de Schiſme,* factus eſt à Theologo Pariſienſi qui vocatur D. *Ameline* ad quem extant Epiſtolæ Jo. Launoii inter Opera celeberrimi illius viri.

*Les Obſervations ſur la nouvelle defenſe de la Verſion Francoiſe du nouveau Teſtament imprimée à Mons,* de quibus Excerpta noſtra menſ. Maji 1685. p. 479. factæ ſunt à Jeſuita quodam qui vocatur *le Tellier.*

HABES his Clariſſime Vir, quæ mihi venerunt in memoriam feſtinanter ſcribenti de argumento *Deckherriano.* Plura potuiſſem 410
fortaſſe, & minus vulgaria congerere, ſi ſcrinia evolvere, & libros quosdam examinare, atque amicos ſciſcitari per temporis anguſtias licuiſſet, tum etiam ſi non veritus fuiſſem moleſtiam creare iis authoribus quorum nomen dias in luminis oras revocaſſem. Erunt ſine dubio qui dicent tanti non fuiſſe appendicem iſtiusmodi aſſuere operi Deckherri, quippe agere me tantum de ſcriptis cuilibet obviis, & recentiſſimis. Sed o utinam cum olim ſcripta adeſpota recens è manu Typographi evolaverant, aliquis notum feciſſet nomen Autorum. Nunc facilius eſſet ſuum unicuique fœtum vindicare. Promiſit vir eruditus, Dominus *Baillet* in iis quæ publici juris fecit *Doctorum judiciis,* Tractatum uberiorem de ſcriptis anonymis, & pſeudonymis, quem ſperare fas eſt nobis ad ſatietatem præbiturum quæ hac in re deſiderantur. Vale Vir Clariſſime & me ama, Tibi omni obſe- 411
quio devinctum. Dabam Roterodami ipſis Nonis Martiis CIↃ DC LXXXVI.

A Ω.

# DISSERTATIO

*ductu*

L. un. C. de mutat. nomin.

*DE*

# NOMINUM MUTATIONE

*ET*

# ANONYMIS SCRIPTORIBUS,

*Quam*

A. C. 1669. d. 29. April.

*in publica* Lipſienſium *cathedra defendit*,

*Nunc autem* Auctiorem *exhibuit*

FRIDR. GEISLER. Reuſſendorff-Sileſius,

Phil. & J. U. D. ac Prof. Publ. Maj.

Princip. Coll. Collegiatus.

Juxta Exemplar LIPSIÆ an. 1671. impreſſum.

A Ω.

Diſputatio hæc imitatur Janum aut Naves quasdam: bifrons eſt α. biprora β. eſt, monſtratque *Rubricam bipertitam.* Noli hoc mirari, Lector: Ingenuorum hic mos eſt, ut prodant & promant Fronte, quod geſtant in Pectore γ. Pectus corpusque inſpice: dices bipertitum. *Prior* pars eſt Juridica & continet quaſi Monita meditationum legalium: *Poſterior* eſt Philologica maxime & exhibet Exempla ac obſervationes hiſtoricas. Hæc recenſet, Illa cenſet: hanc Memoriæ debeo, illam Themidi conſecro. Nolo tamen TE, BENEV. LECTOR, in *Generali* præfatione fatigare, ut etiam ſufficias *Specialibus*, quas tua meaque cauſa Utrique parti præmittam. Si hoc ægre feres, inſpice Novellas Juſtinianeas δ. perpaucæ ſunt ſine præfatione.

α. Princeps poëtarum latinorum lib. 7. Æn. verſ. 180.
- - - - Janique *bifrontis* imago
Veſtibulo adſtabat - - - -

β. *Biprora* navis apud C. Barth in adverſ. lib. 10 c. 20. f. p. 497. ubi tamen dicit: *Navis biprora* non à duabus proris, ſed firmitate unius altera ſubtextæ dici videtur. ex Aviano.

γ. Pacatus in panegyr. Theodoſ. c. 37. in ſpeculo Frontium imago extat Pectorum.

δ. Leonis Imp. autem novellæ nullas plane præfationes habent. *Præfationum* tamen utilitatem oſtendit Cajus in L. 1. pr. ff. de orig. Jur.

# PARS
## ANTERIOR
*eaque*
## JURIDICA
*de*
# MUTATIONE NOMINIS.

L. un. C. de nomin. mutat. examinaturi, non diſcedemus à more modoque Majorum: ſequemur *Methodum*, quam, ut alibi, ita etiam in hac *Lipſienſi Academia* ſequuntur Candidati Baccalaureatus, Licentiaturæ & Doctoratus. Sed quæ illa methodus? in carmine hoc μνημονικῷ exhibetur:

*Præmitto Scindo Summo Caſumque figuro*
*Perlego do Cauſſas Connoto & Objicio.* α.

Quod itaque Theſeo fuit filum Ariadneum β. quod Viatori eſt Herma γ, quod Nautis veteribus fuit urſa major vel minor δ, & recentioribus Pyxidecula nautica ε: illud nobis in evolutione determinati Textus erit verſus decantatus. Verba ejusdem ubi (non tam numeraveris, quam) ponderaveris, exclamabis veteri formula: omnia *Octo* habet! ζ. *Totidem* quoque membra habebit pertractatio noſtra. DEUS NOBISCUM! η.

α. M. G. I. C. recitat & explicat hos verſus. ubi? in tractatibus juris civilis editis Francof. ad Mœn. A. C. 1919. 8. p. 242. ſeqq.

β. nota hæc ſunt ex Nat. Comit. mythol. L. 7. c. 9. p. 740.

γ. hanc & ſimiles locutiones habet Alſted. c 1. ſyſtem. logici apud Chr. Pomarium in conſiliario ſcholaſtico p. 289. fin. conf. Kippingi antiquit. Rom. lib. 1. c. 1. §. 21. p. 46.

δ. videatur Frölichii viator. part. 1. lib. 1. §. 53. p. 72.

ε. inventa circa A. C. 1300. à *Joh. Gojá*, cive Amalphitano, ut vult Lanſius orat. pro Italia p. m. 700. vel à *Flavio Blondo*, uti notat J. Buno ad Cluverii geogr. L. 3 c. 39. p. 357.* in eadem Melphitana urbe (bonum omen!) repertæ ſunt PANDECTÆ juris civilis, Scholzius in prolegom. ad Synopſ. Inſtit. p. 11.

ζ. ἁπαντοκτώ. Eraſmi adagia p. 572. b. ubi ſimul de Heliogabalo notat morem ei fuiſſe, ut ad cœnam vocaret. 1. octo Calvos. 2. octo Luſcos. 3. octo Podagroſos. 4. octo Surdos. 5. octo nigros. 6. octo Prælongos. 7. octo Præpingues. 8. octo Obeſos.

η. in prælio Lipſienſi A. C. 1631. d. 7. Sept. Cæſarianorum hoc ſymbolum fuit; Maria Jeſu! ſed Saxonicorum ac Svecorum (Deo unice ſe committentium) teſſera erat: NOBISCUM DEUS! Vide Æg. Strauchii continuat. Sleidani de quat. Monarch. p. 287.

## I.
## PRÆMISSÆ;

§. 1.

Præmittenda afficiunt 1. Librum, 2. Titulum, 3. Legem.

§. 2.

I. LIBER intelligitur is, qui eſt Nonus in codice repetitæ lectionis: qui vocari poteſt Terribilium * liber: quique agit de Delictis publicis.

* arg. conſt. Tanta, de confirm. ff. §. 8.

PUBLICORUM CRIMINUM variæ ſunt ſpecies, puta † Majeſtatis læſio, de qua lib. IX. Cod. tit. 8. Adulterium & ſtuprum tit. 9. 10. 11. Violentia t. 12. Raptus t. 13. Homicidium t. 14. 15. 16. Parricidium t. 17. Incantationes t. 18. Sepulchri violatio t. 19. Plagium t. 20. FALSI *crimen*, quod committitur vel quoad Statum perſonæ t. 21, vel in Teſta-

Teſtamentis t. 22. 23. vel in Moneta t. 24. vel etiam in *Nomine*, hinc tit. noſter XXV.

† loquor cum Jul. Pacio in Iſagogicis ad Codicem, ubi etiam in eorundem præfatione p. m. 454. comparat *Inſtitutionum* libros IV. cum quatuor Elementis, *Pandectarum* partes VII. cum ſeptem Planetis, *Novellas* conſtitutiones titulis deſtitutas, cum Primo mobili aſtris carente, in octava ſphæra, *Codicis* XII. libros cum duodecim ſignis Zodiaci.

§. 3.

II. TITULUS eſt de *Mutatione nominis*. En duas Voces, ſed unum Conceptum! quia ſunt incomplexum ſignificatione, uti loquuntur Logici. ϑ. Unde ſequitur, hanc Rubricam 1. non eſſe Concretive ι. ſed Abſtractive conceptam. 2. non continere Orationem aliquam vel Imperfectam κ. vel perfectam. λ.

ϑ. Vide Joh. Girberti logic. tab. 12. pr.

ι. uti in ff. ſunt rubricæ de Senatoribus & de officio Conſulis. quas rubricas Cl. WOLFG. VOLRATH in accurata juris Romani analyſi recte ſic concepit: de Senatu, de Conſulatu &c.

κ. uti rubrica ff. ſi Menſor falſum modum dixerit. &c.

λ. Sic in ff. eſt rubrica: quod quisque juris in Alium ſtatuerit, Ipſe eodem jure utatur. it: ne vis fiat ei, qui in Poſſeſſionem miſſus erit. &c.

* Ex rubrica, quæ habet *orationem perfectam*, ſumi poſſe deciſionem cauſſæ, notat Gothfr. ad rubr. ff. de rebus creditis, & Reyger in theſauro juris ſub Rubr. n. 1. p. 1058. Hilliger ad Donell. L. 26. c. 2. litt. A. p. 1394: ubi de vocula UT & NE agit.

Nunc, viſo rubro, videamus nigrum: agnita clave legis, * referemus quoque conclave legis.

* Hieronymus dixit: *Tituli* ſunt claves legum ſive ſcripturæ. Cujac. in lib. 7. reſponſ. Papin. ad L. 19. §. ult. ff. de pecul. legat.

§. 4.

III. LEX quota ſit, noli, quærere: numerari nequit, unica eſt † & adeo ſolitarie ſub ſua Rubrica latitat, ut per anagramma dici poſſit ΝΟΜΟΣ ΜΟΝΟΣ καὶ μονάζων. Oſtentat tamen ſuam Inſcriptionem & Subſcriptionem.

† μονὰς ſive UNITAS non eſt numerus, ſed Principium & Finis omnium numerorum. Hainlini arith. lib. 1. parte 1. ſub theor. 1. p. 8. ubi Unitatem dicit eſſe ſymbolum DEI, A quo omnia & AD quem referenda ſunt omnia. conf. Ovveni epigr. ult. lib. 1. ad Edoard. Noël.

§. 5.

INSCRIPTIO ita habet: Impp. Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Juliano.

*Primores* voces dicunt QUIS conſtitutionem emiſerit, nimirum Imperatores Diocletianus & Maximianus, Auguſti & Conſules.

*Vltima* vox indicat eum AD QUEM reſcriptum fuerit, ſcil. ad Julianum. *

* Quod apud Curtium L. 7. c. 8. §. 17. legatus Scythicus ad *Alexandrum* dicit: Quis ſis, unde venias, licetne nobis ignorare? Illud etiam ad hunc *Julianum* dicimus. Non enim (puto) de hoc accipienda erunt quæ adducit Rupertus ad Beſoldi ſynopſ. hiſt. c. 14. p. 395.

§. 6.

SUBSCRIPTIO hiſce litteris abſolvitur: S. XV. Kal. Jan. A. A. Conſſ. id eſt, Scriptum 15. calendarum Januarii (ſ. 18. Decembr.) Auguſtis Conſulibus.

De *Loco* μ. nihil additur, *Annus urbis conditæ* ν. omittitur, omittitur quoque *Conſulatuum numerus*; ξ.

μ. fortaſſis tamen ſubaudienda erit
Terrarum dea gentiumque *Roma*,
uti vocatur à Martiale lib. 12. epigr. 8. verſ. 1.

ν. anni U. C. quibus Diocletianus & Maximianus collegæ in Conſulatu fuerunt, hi ſunt: 1039. 1042. 1045. 1051. 1055. 1056. Ita colligo ex Faſtis conſularibus. ſed quinam Annus in lege noſtra ſubaudiendus ſit, ignoro. Davus ſum, non Oedipus, inquit ſervus ille apud Terent. in Andr. act. 1. ſc. 2. verſ. 24.

ξ. nam Diocletianus & Maximianus fuerunt *ſexies* in conſulatu collegæ. vide Sethi Calviſii chronol. ad jam enumeratos annos U. C.

Sed ſine ullo diſpendio cognitionis Legalis arg. §. 10. conſtit. Tanta, de confirmat. Digeſt. Scrutentur talia, qui multa ſcire volunt, ο. quibusque omne ignotum pro magnifico eſt π. nobis iſthic neque ſeritur, neque metitur. ρ.

ο. alluditur ad locum Senecæ ep. 88. n. 63. ubi de inutilibus *Quæſtionibus* differens ait: talia ſciat oportet, qui multa vult ſcire.

π. Tacitus in vita Agric. c. 30. §. 4.

ρ. vox ſervi Epidici apud Plaut. in Epidico act. 2. ſc. 2. verſ. 80.

§. 7.

Occaſione *Inſcriptionis*

1. poterat HISTORICE (ſecundum λεχθέντα ſive Dicta & πραχθέντα ſive Facta) agi tum de Diocletiano, tum de Maximiano; ſed hunc laborem præoccuparunt Joh. Buſſières in floſcul. hiſt. part. 2. c. 1. p. 54. ſeq. Joh. Jonſton. in polyhiſt. parte 3. c. 14. p. 563. Joh. Cluverus epitome hiſt. in vita C. Aur. Val. Diocletiani & M. Aurel. Valer. Maximiani. Chriſtian. Matthias in theatro hiſt. ſub Imperatore XLI. à p. 646. editionis de anno 1668.
2. poterat POLITICE agi de illa Quæſtione: an apud Romanos *Monarchia* fuerit cum Imperatores ſibi legebant *Collegas*, uti fecerunt Marcus Aur. Antonin. philoſophus qui L. Aurel. Verum, Fl. Gratianus qui Valentinian. II. Fl. Theodoſius M. qui ſuum Arcadium, Fl. Theodoſius II. qui Fl. Placid. Valentinianum III. aſſumſit? negantibus aliis, nobis *Affirmativa* ſententia arridet cum Kippingio in inſtit. polit. L. 1. c. 13. §. 4. p. 98. Dan. Ottone de majeſtate imperii c. 2. §. 14. p. 39.
3. poterat PHILOLOGICE agi de *Conſulatu imperatorum* AA.; ſed ſatisfecit dudum huic negotio Jul. Cæſ. Bulenger in curioſo tractatu de Imperat. Rom. L. 1. c. 18. ubi ſimul p. 37. explicat illam Diſtinctionem notabilem, inter Conſules *Ordinarios* & Honorarios ſive *Suffectos*.

II.

DIVISIO & οἰκονομία.

§. 8.

Politicorum regula eſt: divide & impera. σ. Uti ergo anatomici melioris cognitionis gratia diſſecant cadavera τ, Carpi υ. ob commodiorem uſum reſolvunt edulia: ita noſtrum eſt, Dividere textum φ. ut melius intelligatur. χ.

σ. hæc regula comprehendit arcanum *Papæ* contra imperium Germanorum. Burgold. notit. imperii part. 1. diſc. 9. §. 8. p 244. & diſc. 5. §. 6. p. 176. item arcanum *Imperii* contra Principum potentiam, Id. ibid. parte 3. diſc. 16. §. 1. pag. 121. Conf. Saavedr. ſymbol. polit. 90. p 735. ubi agit de Armorum diviſione.

τ. Carpzovii criminal. part. 3. qv. 137. n. 72.

υ. de quibus Carpis ſive Carptoribus & cibicidis agit Saleſius ad Petron. ſatyr. c. 36. p. 20. & Comm. p. 145. Noſtratibus vocantur Trenchirer.

φ. Totum illud non Eſſentiale aut Univerſale; ſed *Integrale*.

χ. Teſte enim Accurſio in prooem. Inſt. § 4. verb. partiri *Partitio* animum legentis incitat, mentem intelligentis præparat, memoriamque artificioſè informat.

§. 9.

Partes habet tot, quot olim agnovit Orbis ψ, quot agnovit templum Salomonis, ω. quot Objecta partialia agnoſcit JCtus α. quot Gratias β. agnoſcit Poëta. Quot ergo? Tres.

ψ. diviſas adhuc in Europam, Aſiam & Africam. Illa repræſentat figuram *Draconis aut Virginis*; illa ſimilis eſt *Mitræ* ducis Venetorum; hæc habet formam *Lunæ* dimidiatæ vel conchæ marinæ. Alſted. encycl. lib 18 parte 3. c. 5 p. 1145.

ω. templi partes très erant 1. Oraculum ſive Adytum. 2. Palatium ſive atrium. 3. Porticus ſive veſtibulum. videatur Quiſtorp. in annotat. ad 1 Reg. c. 6 verſ. 3. ubi exhibet ideam templi Salomonis depictam.

α. ductu §. ult. J. N. G. & C. omne jus quo utimur, vel ad Perſonas, vel ad res vel ad Actiones pertinet. confer ad eundem §. MANZII commentarium λογικώτατον καὶ χρησιμώτατον n. 6.

β. Heſiodus in Θεογονίᾳ verſ 909. tres Charites nominat, Aglaiam Euphroſynen & Thaliam.

§. 10.

Prima pars diſponit per Regulam extantem tum ῥηθῆσιν: *Nominum mutatio periculoſa non eſt.* tum καθ' ὑπόθεσιν & accommodationem: *mutare itaque Nomen vel Prænomen ſive Cognomen, ſecundum ea quæ ſæpe ſtatuta ſunt, minime prohiberis: nullo ex hoc præjudicio futuro.*

Secunda pars (quæ tamen in textu præponitur) exponit Rationem partim Legis, partim cur Nomina ſint inventa: *quia ab initio nominis cognominis prænominis (recognoſcendi ſingulos) impoſitio libera eſt:*

Tertia pars apponit & interponit Limitationem & temperamentum regulæ: Nomen mutaturus ſit quoad Statum *liber*, quoad Intentionem Ingenuus i. e. *ſine Fraude.*

## III.
## SUMMARIUM.

§. 11.

Brevitas delectat L. 1. ff. ubi gloſſa, quod met. ca. Eraſmi adag. p. 109. b. γ. Uti ergo Chimici ex metallis δ. mineralibus & vegetabilibus quintam Eſſentiam eliciunt, & Arithmetici varias numerorum ſeries in Summam Summarum ε.* colligunt: ita quoque ex textu noſtro Quinta quaſi eſſentia & Summa ζ. extrahenda venit.

γ. elegans eſt locus Platon. de Legib. lib. 1. p 780. litt. B. Græci omnes ATHENAS verborum ſtudioſam & verboſam, LACEDÆMONEM Breviloquam, CRETAM vero Intelligentiæ magis quam verbis ſtudentem dixerunt. * Illic Φιλολόγοι καὶ Πολυλόγοι, Iſthic βραχυλόγοι inveniebantur, Hic vero πολύνοια μᾶλλον ἢ πολυλογία vigebat.

δ. Comprimis autem ex Auro. Vide Corn. Drebbelii tractat de quinta eſſentia c. 1. Inſertus eſt Alſtedii encyclop. L. 29. Sect. 7. p. 1907.

ε. communiter vocant das *Facit*, hinc illa notiſſima vox Adami Rieß Arithmetici: das Facit kömmt an Galgen. Vide Zincgr. apophth. part. 1. p. 229. * quid autem de illa adducta locutione ſentiendum ſit, indicat Becman. de origin. lat. linguæ litt. S p. 1041: qui *Summam Summarum* male dictum exiſtimat, is Sus Minervam i. e. barbarus reprehendit veræ Latinitatis Lumina.

ζ. Videatur L. in ſumma 65. pr. ff. de condict. indeb. & ibi Gothfr. L. in ſumma 2. ff. de aqu. pluv. arcen.

§. 12.

Imo dudum hanc legem λακωνίζειν η. fecit tum Bartholi diſcipulus *Baldus* Ubaldus θ. Italus: tum Jul. *Pacius*, Germanus. ι.

η. quid hoc ſit, diſtincte explicat Eraſm. in adagiis p. 352. a. * ſæpius hunc auctorem allego, quia non ſolum pueris ſed etiam adultioribus, tanquam κέρας ἀμαλθείας (uti loquitur Jac. Crucius lib. 2. ep. 21. p. 161. edition. Amſtelod. de anno 1642. 12.) omnium elegantiarum copiam abunde ſuppeditat.

θ. Elogia ejus vide ap Arn. Reygerum in theſaur. Jur. ſub voce Doctor. n. 156. p 1059.

ι. ad GERMANOS eum refert Val. Forſter in append. ad hiſt. jur. Rom. p. 711. m. ſed Andr. Clagius apud J. A. Quenſtedt de patria illuſtrium doctrina ſcriptis ve virorum p. 286. refert eum ad ITALOS. Alias tamen docuit in Monte-peſſulano ſive Monſpellii.

§. 13.

BALDI verba * hæc ſunt: Mutatio nominis non fraudulofa libero homini eſt permiſſa.

* gloſſato corpori adſperſa.

§. 14.

PACIUS * vero ita loquitur: Qui ſine dolo nomen mutat, pœnam non meretur.

* in Iſagoge ad Cod. lib. 9. tit. 25. p. 661. editionis Ger. Waſſenaer.

## IV.
## CASUS.

§. 15.

Quid h. l. Caſus ſit, præmonebimus. Sed quomodo? partim ἀρνητικῶς ſive Negative, partim θετικῶς ſive Affirmative.

§. 16.

Caſus NON EST id quod A. ad Grammaticorum declinationes ſpectet κ. B. aut ad Medicorum curam pertineat, λ. C. aut Procidendi actum μ. referri, D. aut ad Fortunam adverſam ν. trahi, E. aut Eventui cuicunque ξ. applicari poſſit;

κ. ad illos *Caſus* alluditur in proverbio ſatis noto: etliche kommen zu den Aemtern per Nominativum &c. videatur Weidner in apopth. part. 3. p. 66. fin.

λ. *Caſus* enim nonnunquam pro Morbo accipitur, uti patet ex Corn. Celſo de re medica L 4. c. 20. pr p. 232. edition. Joh. Antonidæ vander Linden. Lugd. Batav. 1657. 12.

μ. talis *Caſus* extinxit Eutychum Act. 20. verſ 9. talem Caſum ceciderunt in ſua juventute Albertus WALLENSTEIN & Johannes BANNERUS, quorum ille tandem Cæſareæ, hic Svecicæ militiæ dux Supremus evaſit: infortuniis fortunæ præludentibus M Zeiler dialogo 49. p. 329. De tali quoque *Caſu* loquitur Matth. Abel in ſeltſamen Gerichts-Händeln parte 1. caſu 6. p. 23. & Zincgr in Apophth. part. 1. p 273. De *caſu* Elpenoris & Icari canit Ovidius lib. 3. Triſt. eleg. 4 verſ. 19 21.

ν. nota eſt L. 83. §. 5. ff. de V. O. ubi ἐπιχαιρεκακοὶ ſatis nervoſe ſtringuntur, dum dicitur: Gaſum adverſamq;

ſamq; fortunam liberi hominis ſpectare ( aut ſperare. ) neque civile neque naturale eſt. O verba bona digna que non ſolum Paulo JCto, ſed & Paulo Apoſtolo.

ξ. doctrinæ de Subſtitutionibus ſatis familiare eſt vocabulum *Caſus.* Hinc Forma ſubſtitutionis *Vulgaris*, dicitur fieri in caſum non aditæ hereditatis: *Pupillaris* in caſum, ſi liberi Impuberes heredes erunt, & ante pubertatem deceſſerint: *Quaſipupillaris*, in caſum ſi liberi Mente-capti heredes erunt & in infirmitate deceſſerint. Ludvv ex 8. th. 4. 5. 6. J. Pacii analyſ. ad rubr. J. de Vulg. ſubſtit.

§. 17.

Sed EST ID quod Lexicographi explicant per *Controverſiam* quæ caſu contingit ο: Cicero π. & L. 12. ff. de LL. vocat *Cauſſam*: ſed frequentius *Facti ſpecies* ϱ. aut *Exemplum* σ. appellatur.

ο. huc refero L. 10. ff. de L L. lex omnes caſus comprehendere nequit.

π. lib. in Verrem §. 116. ubi dicitur: tantum quod Hominem non nominat; *Cauſſam* quidem totam perſcribit. * Sic etiamnum Cauſſas Caſusque formamus, ſuppreſſis Perſonis Veris aut expreſſis Fictis. Hinc apud JCtos toties occurit vox *Titii aut Mævii*; uti apud philoſophos terminus *Sortes & Blitri.* Sam. Mareſius in notis ad Caſtanæi diſtinction. ſub voce LY. p. 243. m confer Calvini lex. juris ſub τῷ Nomina p. 623. b.

ϱ. adſpiciatur L. 83 ff. de legat. 2.

σ. hinc illud: *Exemplo* res fit manifeſtior L. 3. § 2. ff. de Collation. L. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. conf. L. 15. C. de transact. & L. 8. C. de impuber. ſubſtit. Et Seneca epiſt 6. n. 14. longum iter eſt per Præcepta, breve & efficax per Exempla.

§. 18.

Nunc formabimus Caſum verbis primo *Gloſſæ*, poſtea *Propriis*.

§. 19.

GLOSSA ſic infert: aliquis Nomen impoſitum mutare ſibi cupiens, an mutare poſſit, quærit? & dicitur, quod Sic: ſi Liber fuerit, ſi in alterius Fraudem non fecerit.

§. 20.

NOSTRA formatio alludit ad ea quæ Lud. τ. Vives. narrat: *Pomponius Lætus* υ. adeo ſtuduit Latinitati, ut græca attingere non auderet: tantus fuit admirator Romanæ vetuſtatis, ut non ſolum diem natalem Romanæ urbis ſacrum habuerit, Romulum coluerit ſeque Dictatorem nominaverit; ſed etiam Chriſtiano PETRI Φ. nomine rejecto, ſe dixerit POMPONIUM.

τ. apud Chr. Matthiam in theatro hiſt. ſub Fridr. III. Imp. c. 3. §. XIV. p. 10. 15. & apud auctorem exercitationum XII in Sever. Monzamb exerc. 2 p. 15.

υ. qui alias ſcripſit de Romanis Magiſtratibus &c: de antiquitatibus urbis Romæ: hiſtoriæ Romanæ compendium: commentarium reipublicæ Romanæ in exteris provinciis bello acquiſitis conſtitutæ: item de exortu Mahomedis. Draudius in biblioth. claſſ. ſub libris Hiſt. Geogr. Polit. p. 1255. 1171.

Φ. PETRI nomen in *Erfurdienſibus* Senatoribus non tolerari, communiter credunt. Zeiler von den zehen Reichs-Kraiſſen tit. 5. p. 330. m. Idem in Miſcellan. lit. N. p. 240. fin.

Quæritur: an Itali factum peccaverit in legem Corneliam de falſariis? noſtra L. un. C. de mutat. nom. hoc Negabit, quia probabile eſt illum fuiſſe Liberum & à Dolo remotum.

A Dolo, inquam: nam Affectationi & affectatæ Superſtitioni videtur fuiſſe viciniſſimus. Adeo etiam inter Italos χ. invenias ſpecie Sapientiæ Stolidos! ψ.

χ. qui tamen ITALI ob acutum atque igneum ingenium Summi ſunt inter filios ſeculi hujus, uti loquitur Pacif. a Lapide in notis ad Monzamb. diſc. 1. § 3. p. 8. confer Lanſii oration. pro Italia p. 700. m.

ψ. uti milites de ſuo Imp. Juliano loquuntur apud Amm. Marcell. libro. 17. c. 18. m. * Gelehrte Phantaſten/ addit Piccartus in obſerv. hiſt. polit. dec. 8. c. 1. p. 69.

## V.
# LECTIO LEGIS
## & Scrutinium Vocum.

§. 21.

An Leges à Legendo derivari debeant, alii α. viderint. Leges β. legendas eſſe, certum eſt. arg. l. 24. ff. de LL. conf. Numer. 15. verſ. 39. Lectio illa occupatur vel circa *Verba* vel circa *Sententiam* ac vim legis, arg. L. 17. & 29. ff. de LL. Strauch. diſſert. 1. th. 14.

α. quos citat Coll. J. Arg. ad tit. ff de LL. th. 1 p. 15.

β. ſcilicet in Scripturam redactas, uti fiebat apud *Athenienſes & Romanos*; nam jura ἄγραφα ſimpliciter memorantur, uti factum eſt apud *Spartanos* §. 10. J. de J. N. G. C. & *Germanos* noſtros, qui leges ſuas cantilenis incluſas canebant, ( uti nos adhuc canimus hymnum illum: Diß ſind die heiligen Zehen Gebot/ die uns gab &c. ) Heideri polit. c. 1. p. 153. & c 2. p. 541. Hinc etiamnum cantilenarum quarumlibet ( etiam non legalium ) partes vocantur Geſätze.

*Verborum* putamina in hac V. parte tangimus, mox etiam in parte VI. *Rerum & Rationum* * nucleos eruturi.

*. ut ita loquar cum Barth. Keckerm. in plenar. ſyſtem. Logices parte 2. c. 4. ſub §. 8. p. 849. b.

§. 22.

Notabiliores voces nobis videntur I. NOMEN, COGNOMEN, PRÆNOMEN.) de his quædam Generica quædam Specifica obſervaſſe juvabit.

§. 23.

In *Genere* tenendum, ſermonem hoc loco eſſe de Nominibus non Appellativis ſed Propriis, per quæ alias individua denotantur. Apud Romanos autem Ingenui plerumque Duo γ. Tria δ. imo quandoque Quatuor ε. nomina habebant: hinc nata nominum propriorum differentia, ſecundum quam aliud Nomen aliud Prænomen aliud Cognomen aliud denique Agnomen eſt. Rebhan hodegeta jur. charta 2. clim. 3. parall. 2. §. 59. p. 506.

γ. *Romanorum Reges* erant: Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius, Ancus Martius, Tarquinius Superbus, Vide Florum lib. 1. hiſt. c. 2. ſeqq.

δ. v. g. M Tullius Cicero. * quem Petr. Crinitus de honeſta diſciplina L. 1. c. 8. p. 82. vocat Sacroſanctum eloquentiæ principem.

ε. e. g. P. Corn. Scipio Africanus. * unus ex Quatuor maximis Ducibus qui ( ex mente Hannibalis apud Plutarchum in vita T. Q. Flaminii c. ult. p. 381. a. & ſub Pyrrho c. 4. p. 387. C. ) erant 1. Alexander M. 2. Pyrrhus 3. Hannibal. 4. Scipio ille.

§. 24.

In *Specie* nunc videbimus A. Prænomen. B. Nomen. C. Cognomen D. Agnomen.

§. 25.

A. PRÆNOMEN erat nomen ſingulis Peculiare ac Proprium, &, ſi Theophilum * recte percipio, hoc κύϱιον ὄνομα vocatur,

 ideo

ideo quia Nomini in ſpecie ſic dicto ſive Gentilitio *præponebatur.*

* in §. 29. J. de legatis. p. 337. editionis C. A. Fabrotti, impreſſæ Pariſiis 1657. 4.

Vocatur alias *nomen Verum*, item *Proprium nomen*; imo & *Nomen*, abſolute. Jac. Sirmondus in præfat. notar. ad Apoll. Sidonium p. 8. *

* ubi ſimul de Romanis duo ſingularia notat:

1. quod circa Proprium nomen aliud *Ante*, aliud vero *Poſt* everſam rempubl Romanam obſervatum fuerit. *Stante* republica proprium id nomen fuit quod PRIMUM i e. PRÆNOMEN. v. c. P. Corn. Scipio & L. Corn. Scipio fratres; M. Tull. Cicero & Q. Tull. Cicero fratres. *Poſtea* vero, cum multis nominibus nobiliores uterentur, illud unicuique Proprium eſſe cenſebatur, quod POSTREMUM locabatur. e. g. Salvius Otho & Salvius Titianus fratres, Fl. Veſpaſianus & Fl. Sabinus fratres.
2. quod proprium & alia adjuncta nomina (quæ omnia in ſingulis prope capitibus variabant) à *Parentibus* ut plurimum Cognatisque deſumſerint. v. g. Fulgentii epiſcopi nomina fuerunt; *Fabius Claudius Gordianus Fulgentius*: ex quibus Claudius *patri*, Gordianus *avo* proprium nomen fuerat. Symmachi oratoris filius vocabatur *Q. Flavianus Memmius Symmachus.* Flaviani cognomen à *Patruo*, Memmii ab *avo* paterno & Symmachi à *Patre* ſortitus. Hæc ex Sirmondo collegi.

Pueris antequam togam virilem ζ. ſumerent, & Puellis antequam nuberent, prænomen non imponebatur. Valer. M lib. 10. de nominibus p. 839. editionis Thyſianæ. conf. Joh. Niehofs Allgemeine Beſchreib. des Reichs Sina c. 4 p. 278. b. ubi agit de Sinenſium 1. Zunamen. 2. Vornamen. 3. Schulnamen. 4. Wenn jemand den Männlichen Hut auffſetzt und ein Weib nimmt / wird er von einer vornehmen Perſon mit einem was ehrlichern Nahmen begabt / welchen die Sineſer ſelbſt die Liter nennen. 5. groſſen Nahmen.

ζ. Pueri Rom. utebantur *Palliolo* usque ad XIII. æt. annum: poſtea *Prætextam* ſumebant, usque ad annum XVII. tandem *Togam virilem* ſumebant cum magna pompa. Vide Ph. Caroli antiquit. Rom. lib. 4. c. 10. p. 128. confer antiquitatibus veſtiariis refertiſſimam L. 23. ff. de auro argento legato. J R. Textoris officin. lib. 4. c. 94. p. 510.

Prænomina ut vulgo notiora, litteris tantum Initialibus * ſignabantur.

* Vel una P. Titius: vel duabus CN. Cneus, SP. Spurius: vel tribus SEX. Sextus, SER. Servius. Calvini lex. jur. ſub voce Spurius p 865. b.

Hodie huic Prænomini aquipollet cujuslibet nomen Baptiſmale η. v. c. Caſpar, Melchior, Balthaſar. θ.

η. der Tauff-Name / quod in Baptiſmatis ſacramento acceptum differt à nomine Familiæ. Speidelii ſpecul. notabil. litt. N. n. 20. p. 881.

θ. Ita vocatos fuiſſe illos *tres Reges aut Magos* ad cunabula Chriſti venientes, Pontificii credunt. vide Ph. Hen. Fridlibii obſervat. ad Matth. 2. verſ. 1. qv. 12. p. 43. & confer. H. Hermetis jus publ. c. 31. n. 82. p 565. ubi agit de more illorum qui *Januis ædium* inſcribunt hos characteres: C. M. B.

§. 26.

B. NOMEN In ſpecie illud dicebatur, quod familiæ originem ſive Gentem declarabat, & non tam perſonam à perſona, quam gentem à gente (ein Geſchlecht von dem andern) diſtinguebat. Unde etiam *Gentilitium* & πατρωνυμικὸν vocatum. Sequebatur ſtatim prænomen. ι. v. c. Luc. *Annæus* Seneca. κ.

ι. allegati Rebhani hodeg. jur. chart. 2. clim. 3. parall. 2 §. 59. p. 506.

κ. Sophorum apex vocatus à Fr. Taubm. in diſſert. de LL. p. m. 27.

Nomen hoc imponebatur Puellis octavo, Pueris nono λ. à nativitate die μ. qui dies, quia infantes ante nominis impoſitionem luſtrabantur ν. & purgabantur, Luſtricus ξ. audiebat.

λ. imo Septimo; ſcil. apud Græcos. Ariſtot. hiſt. animal. lib. 7. c. 12.

μ. Ratio cur illos dies elegerint Romani, invenitur apud Plutarch. quæſt. Rom. 102. p. 288. B.

ν. Sext. Pomp. Feſtus litt. L. p. m. 1127. Macrob. Saturn. lib. 1. c. 16. p 333. Er. Puteani muſathena c. 15. p. 189.

ξ. & *Luſtralis Solennitas* apud Symmach. L. 2. ep. 47. fin. ſed Tertullian. lib. de Idololatr. c. 16. pr. vocat *Nominalia.* hinc noſtrum illud: der Nomens-Tag.

Quod apud Romanos erant Nomina, id noſtratium Cognomina eſſe videntur. e. g. Æg. *Hunnius*, Georg. *Mylius*, Polyc. *Lyſerus.* *

* Stratem. theatr. hiſt. exitu 10. ad A. C. 1610. p. 1106. de his tribus Sympatriotis (nati enim fuerunt Winendæ ſive Winendaviæ in agro Würtenbergiæ, quarto à Tubinga milliari. Quenſtedt de patria illuſtr. doctr. viror. p. 161.) συγχρόνοις hoc circumfertur dicterium: D. Æg. *Hunnius* doctiſſimus: D. Georg. *Mylius* eloquentiſſimus: D. Polyc. *Lyſerus* formoſiſſimus. Docuerunt Wittenbergæ.

§. 27.

C. COGNOMEN erat, quod nomini conjungebatur, ut cognationis nomen. ο. Sed quo fine? ut diſcernerentur inter ipſos gentiles familiæ. π. v. gr. M. Tullius *Cicero*, ρ. L. Ann. *Seneca.*

ο. Gothfr. ad L 4. C. de teſtam. litt n. ubi etiam *tertium nomen* & ἐπώνυμον dici probat.

π. Æm. Ferretus ad §. 29. J. de legat. apud Rebhan loco laudato.

ρ. cum hujus *Cognomen* exagitaretur dicteriis amicique hortarentur, ut id mutaret, dixit: ego *Ciceronis* nomen illuſtrius efficiam quam Catonum Catulorum Scaurorumque. Plutarchi apoth. p. 204. E.

§. 28.

D. AGNOMEN putemus Cognominis ſpeciem, at paucis communem, fuiſſe. Adhærebat ob Mores, peculiaria Facta aut Fata σ. v. c. C. Marius *Coriolanus*, τ. C. Valer. Flaccus *Flamen*, L. Corn. Sylla *Felix*, Licin. Craſſus *Dives*, υ. C. Fabius Maximus *Cunctator* à cunctando, *Verrucoſus* à verruca in labris & *Ovicula* à clementia morum. φ.

σ. Gothfr. ad d. L. 4. C. de teſtam. lit. n. & Rebhan loco citato. Uterque conqueritur de infrequentiori uſu vocis *Agnomen.* Imo Rebhan accuſat quoque hiſtoriam Romanam & Faſtos conſulares, qui ob turbatam ſeriem *Nominum*, hanc doctrinam reddunt intricatam.

τ. Vide Plutarch. in vita Coriolani c. 5. p. 218. D. Locus eſt notabilis & ἐν τῷ φανερῷ ſive ex profeſſo in *Cognominibus* occupatus.

υ. de his omnibus videri poteſt Valer Max. lib. 5. c. 9. confer. B. Briſſon. de formul lib. 7 p. 733. C Rhodigini lect. antiq. lib. 24. c. 6.

φ. C. Nepos, aut quisquis etiam ſit, de viris illuſtr. c. 43. pr.

§. 29.

II. RECOGNOSCENDI) i. e. cognoſcendi. Verbum Compoſitum advocatur, cum Simplex ſuffeciſſet: uti ſæpius vox Simplex ponitur pro Compoſito. *

* v. c in lege Aquilia accipitur *Ruptum* pro corruptum §. 13. J. de L. Aquil. L. 27. §. 3. ff. de furt. L. 7. §. 2. ff. arb. furt. cæſar.

Alias

Alias notæ ſunt hæ phraſes: *Recognoſce-* *feudum* χ. Feud. L. 2. c. 17. fin. *Recognoſcere* *ſtrumenta* ψ. L. 56. pr. ff. de V. S.

χ. i. e. beneficii feudalis auctorem agnoſcere, eique illud acceptum ferre, ac eo nomine fidem & obſequium referre. Calvini lex. juris in append. de verbis feudalib. p. 1041.

ψ. hinc illud apud Carpzovium in proceſſu tit. 14. art. 2. n. 79. *documenta recognoſcere* eſt res magni momenti & præjudicii, quippe quæ vim Confeſſionis habet & paratam operatur Executionem.

I. IMPOSITIO NOMINIS.) *Imponere* *omen.* Quid ſit, notum eſt: notum quoque ſt epigramma α. ſcriptum in fœminam Nomine bonam, Moribus malam: β.

Qui-tibi-cunque Bonæ, ſacris dum tingeris undis,
*Impoſuit nomen*, omnibus *impoſuit*.

α. neſcio, cujus autoris.

β. hoc carmen *Unam* tantum ſtringit fœminam; ſed illud Q. Ciceronis in fragm. Petron. c. 115. in *Omnes* fulminat:

Fœmina nulla bona eſt: & ſi bona contigit ulla,
Neſcio quo fato res *Mala* facta *Bona* eſt.

§. 31.

V. INNOCENTIBUS) ſive non fraudulenter facientibus, uti explicat Gloſſa h. t. nnocens enim, utpote nocere neſcius c. 23. a. 22. qv. 4. nihil commercii habet cum raude, quæ eſt nociva arg. L. 1. pr. ff. de olo.

§. 32.

. FRAUS) *Quid* ſit, patere puto ex deriptione vel Servii vel Labeonis in L. 1. §. 2. . de dolo malo L. 7. §. 9. ff. de pactis. *Quotu-* *lex* ſit, indicat μεθοδικώτατός τε καὶ χρησιμώτατος γ. JCtus J. Pacius: δ. duplex eſt fraus, ltera in Mente, altera in Rebus; in mente ſt Dolus, in rebus eſt Damnum arg. L. 7. §. o. ff. de pactis. Exemplum hujus diviſionis rui poſſet ex L. 21. §. 7. ff. de furtis. ε.

γ. his vocibus utitur Alſted. in encycl. lib. 5. c. 3. reg. 2. fin. p. 135. a. ubi de Lexicis loquitur.

δ. in analyſi §. 3. J. qui manumitt. non poſſ.

ε. ubi agitur de eo qui *Animo* furandi ingreditur ædes alienas poſtea tamen *Rem* nullam furatur.

§. 33.

LICITO JURE) Tò Expedit Licet & Decet ſunt quidem verba Imperſonalia, ſed amen perſonarum omnium actiones dirigunt.

Quod *Expedit & utile* eſt, non confundatur cum Licito ζ. aut Decenti. η.

ζ. non enim quod tibi *Expedit*, ſemper feciſſe *Licuit*. v. c. ultra dimidium circumveniſſe emtorem, venditori expedit; ſed non licet per L. 2. C. de reſcind. vendit. Econtra multa *Licent* mihi, ſed non omnia *Expediunt*, inquit Paulus 1. Cor. 6. verſ. 12. conf. Grotium de J. B. & P. lib. 3. c. 4. §. 2. pr. ubi Exemplis illuſtrat.

η. *Utilia* publice aut privatim non debent ſeparari ab *Honeſtis*. Socrates apud Cicer. de offic. lib. 3. §. 11. Treutl. vol. 1. diſp. 1. th. 3. C. Quam confidenter Lucanus lib. 8. v. 488. canit!

- - - - Sidera terra
Ut diſtant & Flamma mari: ſic utile Recto.

Inde dijudicamus *Rationem ſtatus* honeſtam, & inhoneſtam, de qua Imhof in ſingular. politicis rat. ſtat. 26. p. 1.

quod *Licet permiſſum eſt & toleratur*, differt ab eo, quod Decet & honeſtum eſt. *

* Ratio, quia non omne, quod *Licet*, eſt ſimul *Honeſtum* L. 144. ff. de R. J. & ibid. Ludvveli exempla. Grotius de J. B. & P. L. 3. c. 4. §. 2. m. ubi citat locum Claudiani, qui extat in paneg. de 4. conſulatu Honorii V. 267.

Non tibi quid *Liceat*, ſed quid feciſſe *Decebit*,
Occurrat, mentemque domet reſpectus Honeſti.

quod *Decet & honeſtum eſt*, cætera includit. *

* Honeſte vivere ſpectat ad Univerſalia præcepta, qualia ſeſe offerunt in §. 3. J. de J. & J. ad quem § videantur Dd. moraliſtæ.

§. 34.

VII. LIBER) eſt Concertum accidentale, ejus Abſtractum & forma eſt LIBERTAS, quæ (ſi Homonymiam ſpectas) accipitur vel *Materialiter*, ubi magis eſt Facti quam Juris. vide pr. J. de libert: vel *Formaliter* pro aliqua conditione Civili oppoſita Servituti: quo ſenſu magis Juris quam facti eſt. Struvii ſynt. jur. civil. ex. 3. th. 8. p. 77. Et hæc deſcribitur in Inſt. *

* tam Juſtiniani §. 1. J. de jure perſon. quam Florentini, vide inſcript. L. 4. ff. de ſtatu hom.

§. 35.

IIX. PRÆJUDICIUM.) *Hoc loco* nihil aliud ſignificat quam periculum, incommodum, læſionem, damnum θ. *Alibi* vero ſumitur 1. pro Sententia ſive judicio à ſuperioribus lato, quod poſtea inferioribus judicibus præbere poteſt Exemplum ι. 2. pro Quæſtione, quæ in concurſu aliarum prius decidi debet. κ.

θ. & ita etiam capitur in L. 2. C. quib. res judic. non nocet.

ι. Vultejus ad §. 12. J. de action. n. 5. confer Barboſæ locos comm. lib. 14. c. 59. n. 1. ubi *Præjudicia* ſummarum Curiarum ſequi jubet; ſed caute, imo cautiſſime.

κ. Pacii analyſ. & Manzii comment. ad §. 12. J. de action. ubi Expl. ſubjiciunt.

§. 36.

In hac parte Vta. Criticam λ. exercere mos eſt, eo fine ut *Lectiones variæ* ſiſtantur & *peccata Librariorum* in legibus deſcribendis admiſſa emendentur; aſt vero nihil tale circa textum noſtrum obſervavi: quotquot Exemplaria videre licuit, uno ſpiritu parique voce μ. loquuntur. Ariſtachus ν. juret hanc legem religioſis & quaſi Longobardicis ξ. manibus deſcriptam fuiſſe.

λ. utiliſſimam certe & ſaluberrimam, ſi modice adhibetur & modeſte, verba ſunt J. Lipſii de milit. Rom. L. 2. dial. 2. m. p. 52.

μ. Prophetæ opus mundi ac opificium Dei *uno ſpiritu ac pari voce* teſtantur, inquit Lactant. L. 2. inſtit. c. 8. edit. Thyſian quem reſpeximus.

ν. pro Cenſore capitur, explicante Eraſmo in adag. p. 152. nam *Ariſtarchus* grammaticus cenſuit & recenſuit Homeri verſus. Subdititios ὀβελίσκοις & Genuinos ἀστερίσκοις notando. Eadem ſentit Ph. Caroli de Criticis diſſertat. præmiſſa animadverſion. Gellianis p. 8.

ξ. Franc. Robortellus laudat codices vett. à *Longobardis* exaratos, quia illorum manuſcripta mendis tantopere non laborant. Zeiler. cent. 3. ep. 32. p. 679.

VI. CAU-

## VI.
## CAUSARUM ſcrutinium ſive Ἀιτιολογία.

### §. 37.

Felix qui potuit *Rerum* cognoſcere Cauſſas!

Virgilius Georg. 2. verſ. 495. exclamat; ego contra, vel potius per παρῳδίαν:

Felix qui potuit *Legum* cognoſcere Cauſſas!

Objicis cum *Juliano*: non omnium quæ à majoribus conſtituta ſunt, Ratio & Cauſſa reddi poteſt L. 20. ff. de LL. ο. & ſæpius more Pythagoricorum illud αὐτὸς ἔφα π. (legislator) ingeminandum eſt.

ο. ne irrationales quidam JCti ad hanc legem ,. velut ad *ignorantiæ aſylum* ( vide Sperlingi phyſic. L. 2. c 3. ad præc. 9. & 10. p m. 325. & Baconis hiſt. natural. cent. 10. experim. 999. p. 965. ubi de Qualitatibus occultis agunt ) confugerent, nervose eam explicavit Manzius in quæſtione prælimin. ad comm. Inſt.

π. G Hornii hiſt. philoſ lib. 7. c. 12 p. 369. illud αὐτὸς ἔφα circumſpecte explicat.

Reſpondeo cum *Celſo* ex præambula L. 17. ff. de LL. tunc leges ſcimus *, ſi non tam verba quam vim ac poteſtatem earum tenemus.

* *Scire* eſt per Cauſſas cognoſcere rem , Stratem. logica lib 5 c. 1. can. 1. 1. p. 1131.

Lacones ϱ. igitur atque Catonem σ. imitati, inquiremus in *cauſſas* τ. legis noſtræ.

ϱ. Plutarch. in vita Lycurgi 14. p. 51. C : apud Spartanos muniendum erat reſponſum *Ratione* & probatione, quæ in conciſa & compendioſa verba eſſet contracta.

σ. Cato ex præceptore ſuo Sarpedone quærebat *Cauſſam* ſingulorum & percunctabatur rationem. Plutarch. in vita c 1. p. 760. A.

τ. ſive Rationes. Ratio eſt anima legis , uti loquitur Otto in dialect. jur. L. 1. c. 1. pag. 2.

### §. 38.

*Cur non modo Nominis ſed etiam Cognominis ac Prænominis ſit mentio?* quia hæc diſtinctio *Romano* more recepta fuit. *Græci & Barbari* plerumque ſingulis nominibus contenti fuiſſe videntur *, ut Demoſthenes, Ariſtoteles, Lycurgus, Ageſilaus: Cyrus, Cambyſes, Orodes.

* Gyraldus. confer Fr Connani comm. jur. civil. lib. 2. c. 11. n. 3. p. 182. ubi diſquirit cur Romani *tria nomina* uſurparint.

### §. 39.

*Quare nomina imponi cœperunt hominibus?* υ. 1. ad Recognoſcendos ſingulos , ait L. un. C. de mutat. nom. §. 29. J. de legat. & ibid. Borcholt n. 1. L. 10. C. de ingen. manumiſſ. Plato in Cratylo p. 268. A. & Franc. Connan. Comm. jur. civil. lib. 2. c. 11. n. 4. p. 183. & diſtinguenda individua φ 2. quia nominis impoſitio vel mutatio eſt ſignum Poteſtatis & Dominii χ. 3. ut ſint indicia & ſymbola Profeſſionis: hinc nomen Iſraëlitæ ψ. aut Chriſtiani ω. non eſt abjiciendum. 4. ut ſint incitamenta Virtutis. α.

υ. in *Beſtiis* rarior eſt nominum propriorum uſus. Legimus tamen de *Bucephalo* , Supplem. Curtian. Freinshemii lib. 1. c. 4. §. 11. & de *Incitato* , equis. Sveton. in Caligula c. 55. fin.

φ. Ebræi, Chaldæi, Ægyptii & Phrygii diſpiciebant, ut nominibus impoſitis non ſolum *Diſcretiva*, ſed etiam *ſignificativa* vis ineſſet. Gyrald. conf. Rivetum exerc. 39. in Gen p. 160. a & comm. in Exod c. 2. p. 761. b. ubi agitur de nominibus in hiſtoria Moſaica occurrentibus.

χ. Chr. Matthiæ theatr. hiſt. ſub Nabuchodonoſore II. cogn. Magno p. 70 confer nitidum locum Chryſoſt. Tom. 3. operum , homilia de ferendis reprehenſionibus &c p. 291. ubi de Adamo protoplaſto.

ψ. Baſilius Seleuc. orat. 39. poſt med ; nomen quo tu, *Iſraël*, appellaris, Dei cogniti argumentum eſt &c.

ω. ſpectant huc non proletaria verba Montacutii de origin. eccles. Tom. 1. part. 1. p 109. pr : quemadmodum, ſi quis nomen *Chriſtiani* abjiceret, nomine amiſſo rem quoque nomini ſubjectam amiſiſſe crederetur: ita , ſi quis nomen *Baptiſmale* abjiciat , baptiſmum irritum feciſſe eidemque abrenunciaſſe videtur. Notabilia quoque ſunt verba Salviani de gubern. Dei Lib. 4 pr. p. 101. : in nobis *Chriſtianum* vocabulum quaſi aureum decus eſt, quo ſi indigne utimur , fit ut ſues cum ornamento eſſe videamur ; conf. Rittersh. in notis ad eund. librum p. 107. ſeqq.

α. ſi ſcl. ſunt nomina emphatica & pulchra. vide Expl. apud Limn. in jure publ. 1. c 11. §. 48. ſeqq Pulchra itaque nomina maxime ſunt procuranda , adeo ut, ſi venderentur, maximo emi deberent pretio. Dd. allegati apud Barboſam lib. 12. c. 14. ax. 2. p. 155. Pulchrum nomen excitet virtutem ! Adoleſcens, aut Nomen mutato aut Mores , dicebat Alexander Mag. ad militem ſibi ὁμώνυμον , ſed virtutis non æque memorem. Moller. in allegor. ſacro-profan. parte 1. c. 5. §. 178. n. 3. p. 88.

### §. 40.

*Quamobrem nominum impoſitio relicta eſt Libertati privatorum?* quia hæc res tanti momenti non videbatur. Rationis Ratio 1. eſt, quia Nomina pertinent ad Verba , in Verbis autem ſumus faciles, modo conveniamus in Rebus. * 2. quia Perſonarum potius habenda eſt ratio quam Nominum §. 29. J. de legatis. 3. quia ſola Nominatio nihil juris Tribuit L. 12. ff. de jure patronat. vel Adimit.

* Andr. Meurers regula element. 43. n. 3. p. 178.

### §. 41.

*Mutatio nominis innocentibus Periculoſa non eſt.* Ratio decidendi eſt , quia innocentes non puniuntur L. 5. pr. ff. de pœnis L. 17. C. de accuſat. Rationis Ratio eſt , quia hoc caſu non peccant in L. Cornel. de falſis, Dd. ad L. un. C. de mut. nom. Rationis Rationis Ratio, quia ab iis abeſt dolus, ſine quo delicta regulariter non committuntur. L. pen. ff. ad L. Jul. de adult. Ludw. comm. ad L. 108. ff. de R. I. n. 1. *

* conf. Gothfr. ad L. 20. c. de falſis, ubi dicit: falſum ſine Dolo non punitur.

*Mutatio nominis libera eſt*: ſi ſcil. fit non fraudulenter & à libero homine. Ratio 1. quia nominis Aſſumtio ab initio libera fuit L. un. C. de mut. nom. & pependit ex Placito α. Initium vero rei ſpectare non inſolens eſt apud JCtos β. 2. quia vitioſum eſt intendere controverſiam propter nominis Mutationem γ. 3. & nonne quilibet eſt rerum ſuarum moderator & arbiter? δ.

α. uti ait Jac. Menoch. de arbitrar. judic. quæſtion. lib. 2. cent. 4 caſu 318. n. 2. p. 436.

β. L. 8. pr. ff. mandati L. 12 ff. de SCto Macedon.

γ. Cicero lib. 2. ad Heren. §. 42.

δ. L. 21. C mandati hanc legem allegat Cypr. Regner in cenſura Belgica ad L. un C. de mutat. nom.

§. 43.

*Cur nominis mutatio dicitur Liberis hominibus competere?* ut excludantur Servi. 1. Ratio, quia in Servo nomen ſuum ſibi mutante præſumitur Fraus. gloſſa ad L. un. C. de mut. nom. Rationis Ratio, quia facit rem prohibitam arg. L. 13. ff. ad L. Corn. de falſis, & L. un. C. de mutat. nom. ε. Rationis Rationis Ratio eſt, quia Servis non fuerunt nomina propria, ſed eorum Impoſitio pendebat ab arbitrio domini. ζ. Ergo etiam Mutatio ſpectabat ad dominum. 2. Ratio, ne ſervi ſibi adoptarent nomina Magnorum hominum virtute quaſi ſacrata. η.

ε. confer L. 41. ff. ad L. Falcid. L. 8. §. 9. ff mandati L. 7. pr. ff. de adminiſtr. tutor. unde colligitur regula: Dolo facere præſumitur, qui facit id quod facere non debuit.

ζ. Hilliger ad Donellum Lib. 2. c. 15. litt. F.

η. Penetrantia ſunt verba Herodis Attici apud Agell. in noct. attic. L. 9 c. 2.: Athenienſes nefas ducebant nomina Harmodii & Ariſtogitonis (nomina Libertati patriæ devota) Servili contagio pollui.

VII.

# NOTABILIA,

## & legis Ampliationes Reſtrictionesque.

§. 44.

Apes in floriferis ſaltibus ϑ. imitatus, libenter Excerpo. Niſi fallor, hic mos etiam Plinio Majori ι. J. Lipſio κ. & Jer. Drexelio λ. placuit. Eundem morem urget ſeptima teſſera methodi legalis: CONNOTO, quid autem? quædam *Ex* lege, quædam *Ad* legem, quæ vero *Contra* legem faciunt, apparebunt in parte VIII.

ϑ. Lucret. lib. 3. verſ. 11.
Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant:
Omnia nos itidem depaſcimus aurea dicta.

ι. Plinius Junior lib. 3. ep. 5. p. 92. ſic de Plinio ſeniore: nihil legit, quod non excerperet.

κ. vide Cent. 3. miſcell. ep. 25. ubi *Electa* ſive *Excerpta* vocat ſegetem veram doctrinæ. conf. Cent. 3. ad Belgas ep. 38 ubi ſaluberrima habet monita.

λ. qui inde etiam Aurifodinam ſive Excerpendi ſolertiam deſcripſit. in parte 1. c. 10 p. 104. dicit: otioſa, vana, nugatoria eſt *Lectio*, cui nulla miſcetur *Scriptio*.

§. 45.

Diocletianus & Maximianus Impp. μ. ſunt auctores Legis noſtræ. Uterque ε. nomen ſuum mutavit ξ: quid ergo miremur, ſi mutationem nominum Aliis quoque in lege noſtra permittunt? noluerunt quippe in aliis Reprobare, quod in ſe approbaverant. ο.

μ. Inſcriptio legis hoc evincit. Adſpiciatur.

ν. Ille cum adhuc privatus eſſet, *Diocles* vocabatur; imperator autem factus appellari voluit *Diocletianus*. Rupertus ad Beſoldi ſynopſin hiſt. c. 14. p. 391. imò aſſumſit quoque nomen Jovii; uti Maximianus nomen Herculei. Joh. Cluverus epit. hiſt. in vita utriusque p. 320. 321.

ξ. ſi non mutatione *Alterativa* tamen *Quantitativa*, uti phyſici de motu alias dicunt. Stratem. phyſ. lib. 2. c. 2. p. 206.

ο. per L. II. C. de inoffic. teſtam. Chr. Ph. Richter cent. Regul. 88. n. 5.

§. 46.

Mutatio nominis alibi *Perículoſa* π. eſt alibi *Permiſſa*, de illa loquitur lex Cornelia de falſis ϱ. de Hac audiri vult conſtitutio Diocletiani & Maximiani de nom. mutat. σ.

π. hoc ſenſu definit Alſted in encycl. Lib. 26. c. 17. reg. 5. §. 16. p. 1721. MUTATIONEM NOMINIS, quod ſit crimen Falſi, quo Quis Dolo malo ſibi nomen novum imponit.

ϱ. L. 13. ff. de falſis diſponit Indifferenter & adinſtar Regulæ. Proſp. Farinacii crimin. qv. 150. n. 138.

σ. L. un. C. de mut. nom. diſponit Diſtinguendo inter liberos & ſervos, adeoque adinſtar Exceptionis.

§. 47.

Liberis hominibus mutatio nominis eſt permiſſa; ſi nimirum fit *ſine Dolo*; quid ſi vero *Doloſe* fieret? cadit in prohibitum crimen Falſi, quod poſtea meretur Pœnam. *

* ergo explicandi erunt caſus, in quibus dolus cenſetur (A) Abeſſe vel (B) Adeſſe, & ſi adſit, quali (C) Pœna ſit coërcendus.

§. 48.

(A) LICITA adeoque à dolo remota eſt mutatio nominis 1. ſi fit ob metum Violentiæ, ut ita nobis noſtrisque vim defendamus & pericula effugiamus. * Pr. Farinac. qu. 150. n. 145.

* nam & nominis mutatio ad Defenſionem ſui (quæ omni jure eſt licita Otton. jus publ. c. 11. p. 282. & ne Diabolo deneganda eſt, Burgold. notit. imper. part. 2. diſc. 20. §. 19. p. 224.) conducere poteſt: ſic Carolus II. R. Angl. in fugâ ſua audiri voluit Wilhelm Jonas. Gothfr. Schultzens Chronic. ad A. C. 1661. p. 261. Ulyſſes apud Polyphemum cyclopem vocari malebat οὔτις quaſi Nullus. Homer. odyſſ lib. 9. verſ. 366. & 408. de Sentio Saturnino vide infra th 61.

§. 49.

2. ſi fit ob metum Infamiæ τ. aut Perjurii. υ.

τ. more apud veteres recepto, quæ Stupri licentiam apud Ædiles profitebantur, nomina mutabant, uti docet Taubm. ad Plauti pœnul. act. 5. ſc. 3. v. 20. Petr. Pappus in Anmerckungen zum Holländiſchen Kriegs-Recht art. 69. p. 187. die Huren/ die öffentliche Huren-Häuſſer wolten halten / pflegten ihre Namen zu ändern. Gothfr. ad L. 13. pr. ff. de falſis litt. B. *Meretricibus* jungit *Spurios*, qui ſibi nomen mutare queunt licitè * conf. Piccart. dec. 11. c. 6. ubi exempla habet *Urbium*, quibus nomina δυσφημίας vitandæ cauſſa mutata ſunt. v. c. pro Malevento Beneventum, pro Nequino Narnia, pro Poneropoli Philippopolis invaluit.

υ. Ulpian. in L. 29. §. 6. ff. de donat. non improbat Conditionem eam qua juravi, me alterius Nomen laturum eſſe. vide Chaſſan. catal. glor. mundi parte 1. conſid 38. concl. 46. p. 43. b.

§. 50.

3. ſi fit ſpe Hereditatis aut Legati. *

* ut ita nomine mutato impleatur Conditio ſub qua quis eſt inſtitutus. Naurath in annotat. ad comm. Zæſii in L. un. C. de mut. nom. conf. infra th. 71. Octavius Cæſar heredes inſtituit primos Tiberium & Liviam, quos & *ferre Nomen ſuum* juſſit. Sveton. vita c. ult. pr.

§. 51.

4. ſi fit amore Modeſtiæ, φ. Honeſtatis χ. odioque Turpitudinis. ψ.

φ. Anonymi aut potius Heteronymi quidam ſcriptores huc trahi queunt. vide part. poſt. hujus diſp. th. 6.

χ. non videtur ſatis Honeſtum nomen habere, quod Turpe quid ſignificare poteſt. Gr. Tholoſ. ſynt. jur. civ. libro 36. c. 4. n. 3. p. 705. hinc excuſarem contra

G. Thomſon, in vindice veritat. p 72. LIPSIUM, cui pro nomine *Jodoci* (quod ſignificat Schertzhafft) placuit nomen *Juſti*. Eleganter ergo claudit J. Lipſius oration. de Calumnia: muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus JUSTUM. ex Pſalmo 31. verſ. 19.

ψ ſapiens presbyter *Euſtathius* pro divino ſuo in improbos odio, etiam idem ſibi cum impuro & ſcelerato Euſtathio nomen eſſe, graviter & moleſtè ferebat, ac Nomen ſuum immutare cupiebat. Iſid. Peluſiota lib. 3. ep. 311 p. 329. Huc ſpectat exemplum de SERGIO II. PAPA, qui *ob Turpitudinem cognomenti* (*os porci* enim vocabatur) Sergii nomen in ſede pontificia ſumſit. Platina in vita Sergii II. pr. p. 141. edition. Colon. de anno 1626. 4. ſed Limn. in jure publ. L. 1. c. 11. §. 66. Rationem datam explodit, diſtinguens inter nomen Proprium *Sergii* (quo etiam pater claruerat) & nomen Gentilitium *Os porci*: illud maluit præ hoc. Sed cur?

## §. 52.

5. ſi fit ob novum vitæ Statum vel in Oeconomicis vel in Scholaſticis vel in Eccleſiaſticis vel denique in Politicis. *

* totidem hierarchias vitæque ſtatus ſtatuit Heidfeld in ſphinge c. 36. p 1156. ſed in analect. ænigmat. p. 1378. non Quadrigam ſed Trigam ſtatuum ſiſtit:

Pfaff ſupplex ora, Fürſt protege, Baurque labora

hæc Baſileæ in curia ſuper imaginibus horum Trium.

## §. 53.

In OECONOMICIS occurrit poteſtas Maritalis Herilis & Patria.

*Illius* vigore Nupta familiæ ſuæ nomen immutat & mariti aſſumit. *

* non abludebant uxores Romanæ, quæ mariti domum ingreſſæ dicebant: ubi tu Cajus, ego Caja ero! videatur Dietherus ad Beſoldi theſaur. pract. litt. N. n. 9 p. 680. b. ubi ſimul exemplum elegans de *Martia*, Catonis antea (ſed poſtea Hortenſii) uxore adducit, *Evæ* exemplum adducit Matthias in theatr. hiſt. ſub Nabuchodon. M p. 71. m.

*Iſtius* vi dominus Servo pro ſua libidine nomen imponit ω. vel immutat α.: & Libertus nomen patroni aſſumit. β.

ω. Gothfr. ad L. 13. ff. ad L. Corn. de falſis litt. B. Donell enucl. lib 2. c. 15. litt. F. ubi de nomine ſervili Erotes, Stichus & Philargyros. Plato in Cratylo pt. p. 265. E. conf. J. Gœdd. comm. ad L. 206. ff. de V. S. n. 2. p. 171.

α. nam *Servi* nomen in domini poteſtate eſt. th. 43. ſupra, qua de cauſſa & *Libero* homini redacto in ſervitutem dominus mutat nomen, ut *Joſepho* Pharao, ut *Danieli* Nabuchodonoſor Rex, ſunt verbe Cujacii in paratitl. ad L. un. C. de mut. nom.

β. Gothfr. ad L. 9. C. de liberali ca. & ad L. 10. C. de ingen. manumiſſ. litt. E. Donell. enucleat. loco cit. Fr Connan Comm. jur. civ. lib. 2. c. 11 n. 3. * nam ſimul ac Manumiſſi eſſent ſervi, demebantur ipſis Capilli, ac capiti raſo ſeu calvo imponebatur in Feroniæ templo Pileus. Plaut. amphitr. act. 1 ſc. 1. verſ. ult. & ibi Taubm hinc ſuo Nomini præmittebant Prænominis loco nomen heri. Perſius hoc lepide explicat in Sat. 5. comprimis verſ. 78.

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit
*Marcus* Dama - - - -

prius nomen eſt Heri, poſterius ſpectabat ad Servum jam manumiſſum.

*Hujus* vigore pater γ. Liberis nomina imponit & mutat: loquor autem de patre non ſolum Naturali ſed & Civili ſive adoptante δ. ne quid dicam de educatoribus, qui ſæpe nomina mutant Alumnis. ε.

γ. Athenienſium (apud Joh. Eichel in diſſert. habitâ Helmſtadii 1655. 4. de jure naturali parent. & liber. parte priori th. 32.) lex voluit, ut *Patres* nomina ab initio liberis darent, & poſtea etiam, ſi placeret, rurſus mutarent. Ratio, cur *Patribus* jus imponendi & immutandi nomina liberis competat, derivari poteſt ex Grotio de J. B & P. lib. 2. c. 5. §. 1. Exempla videantur de Lamecho Gen. 5. verſ. 28. de Jacobo Gen. 35. verſ. 18. & de Zacharia Luc. 1. verſ. 60. & 63. de Sinenſibus videatur Joh. Neuhof. in der Allgemeinen Beſchr. des Reichs Sina c. 4 p. 278. b. * hinc gratia Principis concedi debet, ut quis nomen familiæ à lineâ *Materna* propaget Zahn. de mendaciis L. 2. c 63. n. 1. p 283. ubi agit de familia Loſoneziana & Volckerſtorff.

δ. nam Adoptatorum aut Arrogatorum nomen gentilitium coaleſcebat cum adoptantis nominibus. Hilliger ad Donelli lib. 2. c. 22. litt. K. ſic Octavius poſt adoptionem dictus eſt *Caj. Jul. Cæſar* Octavianus. Dio Caſſ. lib. 46. p. 322. A. locus eſt notabilis. & lib. 55 p. 557. A. ubi de Domitio Nerone, qui adoptatus fuit à *Claudio Tiberio* Druſo.

ε. aureæ Bullæ auctor acceperat in ſacrato baptiſmatis nomen *Wenceslai*: unde ergo illud *Caroli*? à Carolo Pulchro rege Franciæ, apud quem pueritiæ rudimenta exegit. Cuſpinian. in vita Caroli IV. p 474.

## §. 54.

in SCHOLIS ſæpe præceptores nomina mutant Diſcipulis. *

* ita, qui alias David Wängler audiebat, ſvaſore præceptore ſuo poſtea audivit David PAREUS. (nam παρειά, ᾶς ἡ exprimit apud græcos Genam, maxillam) J. L. Gottfrids Crohnic in notatis ad iconem Davidis Parei * alia exempla alibi, Θεοῦ διδόντος, ſuppeditabimus.

## §. 55.

in ECCLESIASTICO ſtatu, cui quidam præeſſe volunt Pontificem, mutationem nominis ζ. Sergius II. vel IV. η. Pontifex introduxit, jus Canonicum θ. vero & ſuperſtitio ι. confirmavit.

ζ. puta ut malefico Bonifacii, timido Leonis, ruſtico Urbani, improbo Innocentii, maledicto Benedicti, & feroci Clementis nomen adaptetur Polyd. Virgil. de rer. inventor. lib. 4. c. 10. pr.

η. Dieterich. breviar. pontif. ad A. C. 844. p. 152.

θ. illud in hanc ſententiam trahere conatur Greg. Tholoſan. in ſynt. jur. civ. lib. 36. c. 4. n. 3. ubi dicit: dominus noſter Jeſus Chriſtus primo ſummo Pontifici à ſe inſtituto, SIMEONIS nomen in PETRUM ſeu Cepham mutavit.

ι. man iſt in der opinion, wenn ein Pabſt ſeinen Namen nicht ändere / ſo lebe er nicht lange / als wie dem Hadriano VI. und Marcello II. begegnet / welche bey der reformation Römiſcher Kirchen viel würden gethan haben / wenn ſie länger gelebt hätten. ſunt verba Zeileri cent 2. ep. 81. p. 507. ubi plura reperias.

Huc refero mutationem nominum, quæ olim ad Chriſtianæ profeſſionis auſpicia κ. nunc ad Confirmationis λ. ſolennitatem ſpectat.

κ. ex gentilibus Chriſtiani facti malebant ferre nomina ſanctorum Prophetarum quam Idolorum. videatur Euſebius, lib. 8. c. 21. p. 239. B. hiſt. eccleſiaſt. & P. Contzen. in comm. ad Romanos in præfat. quæſt. 4. ubi diſquirit 1. cur Saulus PAULI nomen ſumſerit. 2. cur poſt ſumtum nomen Pauli, nihilominus adhuc audiverit Saulus.

λ. Contzen. in comment. ad Roman. in præfat. qv. 7. * *Confirmatio* die Firmung oder Firmirung quomodo fiat, accurate monſtrat Speidel. in ſpeculo notabil. litt. F. n. 39 p. 339. & Corvinus in jure Canon. lib. 2. tit. 4.

Legimus etiam hominum nomina *ab ipſo Deo* mutata: μ. imò legimus quoque nomina

mina mutata hominibus, qua *facti fuerunt Dii.* ν.

μ. quoties vero Deus nomina imponit vel mutat, toties inſigne quid portenditur vel indicatur, inquit Quiſtorp in annotat. ad Lucæ 1. verſ. 13. p. 103. Abram *Abrahamus*, Sarai *Sara*, Jacob *Iſraëlis* nomen accepit: Iacobus & Johannes novo nomine Boanerges veniunt. Chr. Matthiæ theatr. hiſt. ſub Nabuchodon. M. p. m. 70. & Zeiler in miſcellan. litt. N. p. 241. ubi ſubjicit: die Perſier haben lange Namen / (non tam prolixitate quam Pluralitate nominum ſuperbiunt Hiſpani vide J. L. W. arcana dominant. hiſpan. c. 33. §. 17 p 187.) die Hebräer kurtze.

ν. Lactant. divin. inſtit. L. 1. c 21. p. 64. hoc teſtatur: ſolent mortuis *conſecratis* Nomina immutari, credo, ne quis putet, eos homines fuiſſe, nam & *Romulus* poſt mortem Quirinus dictus eſt; & *Leda* Nemeſis; & *Circe* Marica; & *Ino* poſtquam ſe præcipitavit, Leucothea; materque Matura; & *Melicertes* filius ejus, Palæmon atque Portumnus. Demſteri paralipom. ad Roſini antiquit. lib. 3. c. 18 p. 478. P. confer Platon. in Cratylo p. 270. A.

§. 56.

circa POLITICAM adminiſtrationem occupandis ſæpe mutantur nomina. *

* apud *Babylonios* imperii gubernationem mutato nomine ſuſcipere, moris erat. Heurnius lib. 2. barbar. philoſoph. p. 153. apud *Perſas* idem invaluiſſe teſtis eſt B. Briſſonius de regn. Perſar. lib. 1 p. 8. pr. hinc Darius Nothus, antea Achos ſive Ὦχος, cum imperio Nomen Δαρειαῖος ſuſcepit, ex Cteſia Scaliger de emendat. tempor. lib. 5. p. 224. quod litt. B. apud Limn. de jure publ. lib. 1 c. 11. §. 62. 63. & 68. ubi dicit, quod reges *Heroldus* creatis pro placito impoſuerint nomina. Sic *Imperatoribus* creatis antiquitus & nomina & cognomina nova licite deferebantur, uti exemplo Vitellii, Severi, Juliani & Commodi probat Greg. Tholoſan. ſynt. jur. civ. lib. 36. c. 4. n. 4.

Licite mutatur nomen, ſi quis ſit *Miles*, *Doctor*, *Nobilis* vel quid tale. *

* nam in hujusmodi Status mutatione permiſſa eſt Nominis mutatio. Bartolus apud Gothfr. in notis ad gloſſam L. un. C. de mutat. nom.

§. 57.

Denique nec illa mutatio nominis in legem Corneliam de falſis impingit, quæ proficiſcitur ab Aliis, ſed ob noſtras vel virtutes ξ. vel culpam. ο. confer ſupra th. 28.

ξ. qui prius Tyrtanus poſtea ob divinum orationis fluxum dicebatur Euphraſtus & *Theophraſtus*: ſic Ariſtocles ob amplitudinem ſermonis accepit nomen Platonis. Menoch. de arbitrar. judic. quæſt. lib. 2. caſu 318. n. 9. 10. & 11. ubi de *Homero*, qui ante cœcitatem dictus fuit Meleſigenes.

ο. *Tiberius* Claudius Nero ob vini aviditatem dictus fuit Biberius Caldius Mero. Sveton. in vita c. 42.

§. 58.

(B) ILLICITA adeoque cum dolo conjuncta mutatio nominis eſt, quæ commodo Privato vel Publico iniquiorem conditionem inferre * intendit.

* ſed propter commoda noſtra cæteris iniquiorem conditionem inferre non licet. L. 74 ff. de R. I. Non debet unum Altare diſcooperiri, ut alterum cooperiatur. Ant. de Butrio apud Barboſam lib. 1. c. 54. axiom. 6. p. 107.

§. 59.

Intentionem hanc dixeris *Generalem*; *Speciales* adducuntur à Jul. Paulo, * nimirum 1) ut aliena Intercipiantur aut poſſideantur. 2) ut alius Terreatur aut concutiatur.

* in recept. ſentent. lib. 5. tit. 25. §. 10. & 11.

(Imum) fit 1. ſi quis ſe pro Principe ferat.

* de pſeudo Nerone apud Romanos, pſeudo-Richardo & Eduardo apud Anglos, pſeudo-Muſtafa apud Turcas agit Forſtner ad Taciti ann 5. 10. 1. p. 673. Georg. Richter in axiom. œcon. § 273. p 449. de pſeudo-Martino apud Gallos, Limn. jur. publ. L. 1. c. 11. §. 59. de pſeudo-Sebaſtiano apud Portugallos Zeiler. in miſcellaneor. appendice litt. P. p. 556. & Chr. Richter im Hiſtoriſchen Schau-Spiel cent. 3 c. 43. à p. 403. ubi totam rem, ſtupentibus lectoribus, narrat.

2. ſi mercator ad fraudanda Vectigalia vel in præjudicium Alterius, nomen vel ſignum alterius aſſumat. *

* J. Menoch. de arbitrar. judic. quæſt. lib 2. caſu 318. n 24. ubi etiam agit de *Notariatus ſigno* non mutando. nam Tabellio (inquit Ant. Perez ad L. un. C. de mutat. nom. n. 3.) ſignum ſemel aſſumtum & conſvetum, citra falſi crimen mutare nequit.

3. ſi quis in celebratione Contractus aliud nomen aſſumit, π. Carpzovius in crimin. part. 2. qv. 93. n. 35. Limnæus de jure publico L. 1. c. 11. n. 58. ρ

π. ne poſtea contraxiſſe dicatur, & ex inſtrumento obligatorio conventus excipere poſſit, ſe non eſſe eum qui in inſtrumento dicitur promiſiſſe. Ant. Perez ad L. un. C. de mutat. nom. n. 1.

ρ. Uterque allegat in hanc rem Gilhauſens arbor. judic. crimin. c. 2. tit. 26. n 33. ſed (quantum ex meo exemplari conſtat) falſo. * de *fallacibus Allegationibus* conqueritur quoque Jac. Cujacius in dedicat. conſultationis veteris cujusdam Jureconſulti (quæ extat in operib. Cujacianis p. 343. editionis Francofurt. 1623. fol.) ad Jac. Gueslæum, ubi dicit: locos auctorum meliore fide notavi quam illi, quibus ſæpe *Falſos locos* notare pudori non eſt: aut, quod pene idem eſt, *Generaliter & perfuſorie* conſultorem remittunt ad ea, quæ doctores illo vel illo loco notant, in qua perfuſione aut erat certe Dolus aliquis aut Ignorantia mera.

4. ſi quis falſo Diplomate vias commeat. L. 27. §. 2. ff. ad. L. Corn. de falſis & ibi Gothfr.

5. ſi quis Inſignia aliena σ. ſibi arrogat: item ſi Privilegia τ. aliena uſurpat.

σ. Aliena, inquam, & altioris forte ordinis. J. Paul. lib. 5. recept. ſentent. t. 25. §. 11. Schönborn. polit. lib 1. c. 10. p. 58. ubi nitidum producit epigramma. Apud Qv. Pegeum in der Kunſtql. part. 2. §. 3997. p 222. ruſticus Hollandicus ſibi *Inſignia* leonibus aquilis equis & aureo vellere exornata arrogat; quæſitus autem de ſua inſolentia reſpondet: wel myn Her / dat ſtaht ſo fry! Hanc ſimplicitatem L. Corn Sylla riſu potiusquam pœna excepiſſet, opinor.

τ. Carpz. crimin. part. 2. qv. 93 n. 36.

6. ſi quis ſibi falſum Genus vel Parentes fingat, animo fraudandi alios. Jac. Cujac. ad Pauli ſentent. lib. t. 25. n. 10.

7. ſi quis pro nobili υ. ſe venditet aut Doctoris. φ titulum (velut aſinus Leoninam pellem χ.) nondum datum aut debitum affectet.

υ. Gilhauſ. arb. judic. criminal. c. 2. tit. 26. §. 33. Brunnem. ad L. un. C. de mutat. nom Carpz. in crimin. part. 2. qv. 93. n. 37. 38 ubi Limitationem, & n. 39. 40. ubi Exempla nobilitatis furtivæ refert.

φ. Dd. jam allegati.

χ. nota eſt fabula VIII. Aphthonii ſophiſtæ, quam Avianus fab. 5. verſ. ult. ſic concludit:

Forſitan ignotos mutato murmure fallis;
At mihi, qui quondam, ſemper Aſellus eris.

8. ſi quis Comitem Palatinum ψ. mentiatur, Notarii publici nomen ſibi adſcribat ω. aut aliis talibus modis α. alium ſe fert quam eſt.

ψ. & ſic Actum ejusmodi dignitati convenientem celebrat. v. c. notarios creando, ſpurios legitimando: en Limitationem B. Carpzovii ex crimin. part 2. qv. 93. n. 38. & n. 35. ubi agit de eo, qui ſe aſſerit *Creditorem* mercatoris falliti.

ω. fraudulenter ſcl. Reygeri theſaur. jur. litt. N. p. 447. n. 2.

α. proverbium illud forte huc ſpectat:
Vox eſt *Jacobi*, manus eſt immanis *Eſavi*,
apud Heidfeld. in ſphinge c. 2 p. 41. ex Gen. 27 verſ. 22. & verſ. 19. De ipſo facto Jacobi videatur c. ult. ca. 22. qv. 2. Joh. Hall. 1. Theil Bibliſcher Geſichter lib. 3. p. 130.

§. 61.

(2dum) fit 1. ſi quis Militiam confingat in alterius terrorem β. vel necem. γ.

β. L. 27. §. 2 ff. ad L. Cornel. de falſis. Paul. lib. 5. recept. ſentent. t 25. §. 11.

γ. Gothfr. ad L. 13. pr. ff. de falſis lit. B.

2. ſi quis pro Prætore δ. aut alio Magiſtratu ε. uſurpatis illicitis inſignibus, ſe geſſerit.

δ: Jac. Cujacius ad Pauli ſentent. lib 5. tit. 25. §. 11. ubi tamen excuſat Sentium Saturnum: qui (uti eſt apud Valer. Max. lib. 7. c 3. § 9. inter.) Præturæ inſignia uſurpaverat, ſed ut effugeret proſcriptionem. vide th. 48.

ε. cum tamen privatus homo ſit. Gr. Tholoſ. ſynt. jur. civ. lib. 36. c. 4. num. 6.

§. 62.

(3tium) etiam addi poteſt, nimirum ſi quis nomen mutat, ut Scelera ſua commodius & impunitius perpetret, ζ. aut perpetrata in Alios transferantur. η.

ζ. Chr. Prætorii polit. part. I. c. 3. qv. 23. p. 121. Hinc fortaſſis eſt quod *Noctu inventus* non poſſit ſibi licite nomen mutare. Joh. de Anania apud Reygerum in theſauro juris litt. N. p. 447. n. 1.

η. puta ſi quis cum Meretrice negotium habens, Honeſti juvenis nomen aſſumat. Manzii comm. ad § 1. J. de injur. n. 37.

§. 63.

(C) POENA, qua nominum falſarii coërcentur, non eſt eadem: pro qualitate admiſſi Falſi & Damni dati augetur vel minuitur. P. H. O. art. 112. 113. Relegatione aut Fuſtigatione ſæpe expeditur, Carpz. crimin. part. 2. qv. 93. n. 39. 40. imo aliquando Capitalis eſt coërcitio. *

* Althuſii dicæol. lib. 1. c. 104. n. 94. p. 397. Brunnem. ad L. un. C. de mutat. nom. ubi quosdam talium falſariorum, quia tumultibus occaſionem præbuerant, *ſuſpenſos fuiſſe* ait. conf. J Cujac. ad Paul. recept. ſentent. lib. 5. t. 25. n. 10. ubi Exempla hiſtorica ſuggerit.

§. 64.

è Nomine ſæpe Monitum arg. L. 26. C. de epiſc. & cleric. ϑ. & ſupra th. 39. fin. aut Omen. ι.

ϑ. ubi Monachi, vi ſui nominis, patientiæ & modeſtiæ admonentur, conf. Limnæi jus publ. L 1. c. 11. §. 49. 50 51. 52. ubi adducit & explicat nomina propria Ariſtotelis, Pythageræ, Socratis & Plutarchi.

ι. ſecundum illud apud Barboſam lib 12 c. 14. ax 2. p. 155:
Nomina ſunt Omen: venturi præſcius Idmon
Fertur & Hippolytus dilaceratus equis:
Sæpe tamen nomini nudo nimium tribuit ſuperſtitio. als wie man vor Zeiten geſagt / wo ein Johannes im Hauſe ſey / da ſchlage der Donner nicht ein; und da er gleich einſchlage / ſo thue er doch keinen Schaden. Dahero iſt der Name Johannes ſo gemein worden &c. Zeileri Miſcell. litt. N. p. 340. ubi commodiorem explicationem ſubjungit.

§. 65.

Contumelia eſt, ſuperiorem nomine Proprio alloqui, diſſimulato quaſi titulo Dignitatis. *

* Servius ad Virgil. Æn. lib. 12. verſ. 652. apud Taubm. ad Plauti amphitr. art. 1. ſc. 3. verſ. 45. confer. eundem ad Bacchid. act. 1. ſc. 2. verſ. 30. ubi ex Douſâ monet, quod non ſolum Noſtrates ſed etiam Veteres dignitatis & honoris potius *Titulo* quam Nominibus propriis cieri ac compellari ſeſe præoptaverint.

§. 66.

Rebus mutatis ſæpe vetera Nomina non mutantur. Exemplo ſit 1. Quarta legitima κ. 2. Sponſalia λ. 3. Conditio μ. 4. actiones Perpetuæ. ν.

κ. Wiſenbach. ad Inſt. diſp. 23. th. 2. p. 169.

λ. Hilliger ad Donell. lib. 13. c. 18. litt. E. Cujac. ad paratit. ff. de ſponſalibus. p. 29.

μ. differtiſſimus eſt textus in § 15. J. de action.

ν. Manz. ad pr. J. de perpet & tempor. act. n. 16.

§. 67.

Vitiorum nomina cum nominibus Virtutum commutare, ſpectat ad blandimenta ſeculi corrupti. *

* jam pridem Vera rerum vocabula amiſimus, inquit Cato apud Salluſt. in Catilin. c. 58. fin. inde iracundus vocatur Apertus, avarus Providus, prodigus Liberalis, ſuperbus Magnificus. vide in obſerv. hiſt. Piccartum. dec. 1. c. 9. per tot.

§. 68.

Propria nomina in hiſtoriis varie mutantur: idque vel ex Affectatione vel ex Ignorantia. *

* Utrolibet autem modo fiat, parit dubia & errores, vide citati Piccarti obſerv. hiſt. dec. 15. c 1. per tot. ubi Exempla affert. confer Lipſii polit. lib. 1. c. 9. §. 9. N. ubi in *Æm. Paulo* taxatur, quod nomina propria Hodierna in Veterem formam redegerit; & cent. 2. miſcell. ep. 17. ubi eandem ob cauſſam *Pet. Bemb.* inſultat.

## VIII.
# OBJECTIONES
## & Diſſentanea.

§. 69.

Ex lapidum attritu Ignis elicitur: & ex alternantium imo & altercantium ſermonum conflictu ſæpe proſilit Veritas, ξ. Uti ergo Hannibal Romanis toto orbe hoſtem quærebat ο. ita ego textui hactenus illuſtrato repugnantes Leges vel Rationes excitabo. Jacta eſto alea! π.

ξ. Lipſius de recta pronunciat. LL. c. 17.

ο. Florus lib. 2. hiſt. Rom. C. 8. §. 5.

π. vox Cæſaris apud Svcton. in vita c. 32. f.

§. 70.

§. 70.

I. In L. 13. pr. ff. ad L. Corn. de falſis, ita dicitur: falſi Nominis vel Cognominis adſeveratio *Pœna falſi coërcetur.* * Sed quid ad hæc textus noſter in L. un. C. de mut. nominis? nominis mutatio (inquit) *periculoſa non eſt.*

Gothfredi notæ ſic propoſitionem allatam efferunt: nomen falſum ſibi aſſumere non licet:

Quis mihi jam tam ſolers erit, ut hos textus oggannientes conciliet? Securus eſto, tanta ſolertia opus haud erit, modo non committatur cum fallaciarum patre * Fallacia à bene compoſitis ad male diviſa.

* vide diaboli objectionem Matth. 4. v. 6.

Si enim textui poſteriori adjicies adjicienda, non erit cur exclames ad arma ad arma! ρ. vel, alala alala! σ. Rem totam habe in ſyllogiſmo hoc, ubi Majoris propoſitionis Subjecto addam Limitationem, quæ poſtea Minoris acrimoniam diluet:

A. O. falſi nominis vel cognominis adſeveratio (*fraudulosa*) Pœna falſi coërcetur,

Atqui O. nominis mutatio eſt falſi nominis vel cognominis adſeveratio (*fraudulosa*?) ſit! pax!

B. vel ita:

Quodc. Pœna falſi coërcetur, (*tam Semper & indifferenter, quam Quandoque & certo reſpectu*) illud eſt periculoſum.

Atqui nominis mutatio Pœna falſi coërcetur (*tam Semper & indifferenter quam Quandoque & κατά τι.*)

Hoc concedo, illud nego & pernego. Tu, ſi vires τ. affirmaet: cætera noſti! υ.

ρ. voces notiſſimæ in caſtris Romanorum. B. Briſſon. de formul. lib. 4 pag. 344.

σ. ante pugnam milites vociferabantur *Alala*, quod erat quaſi præludium & incitamentum ad manus conſerendas. Fr. Hildebrand in append. ad antiquit. Rom. litt. A. p. 28. & J. Lipſius de militia Rom. lib 4. dial. 11. p. 204. ubi de voce ἀλαλάζειν differit.

τ. vide Wowerium Pythœum & Erhardum ad Petron ſatyr. c. 73. ubi illud, *ſi vires*, explicant in duplici ſenſu.

υ. ex L. 2. C. de probationibus: Affirmanti incumbit probatio.

§. 71.

II. Ex L. un. C. de mutat. nom. conſtat, Mutationem nominis ἀδιάφορον eſſe LIBERAM in liberis hominibus. Sed hunc textum limis (quod dicunt) oculis & taurinè φ intuetur L. 63. §. 10. ff. ad SCt. Trebell. ubi legatarius DEBET mutare nomen ſuum aſſumto alio. Nonne τὸ LIBERUM & τὸ DEBET ſibi opponuntur? concedo: quid ergo jam ſibilabis? χ. quod ipſe textus adjectus ſuggerit. Itane inſtar Marii ψ.

—patiar telis vulnera facta meis? ω.

φ. Eraſm. adag. p. 553. a.

χ. *Sibilare* ſerpentum proprium ad Cauſſidicos transferebant Germani in clade Variana apud Flor. lib. 4. hiſt. c. 12. §. 37. unius Cauſſidici os ſutum reciſa prius lingua, quam in manu tenens barbatus, *Tandem* (inquit) *vipera*, Sibilare deſiſte!

ψ. *Marius* unus è triginta tyrannis occiſus eſt à milite cum exprobratione conditionis priſtinæ; hic eſt gladius quem ipſe antehac feciſti! Trebellius Pollio apud Rupertum ad Beſoldi. hiſt. c. 14. p. 378.

ω. Ovidius lib. 1. Heroid. ep. 2. verſ 48. recitat ſic verba Phyllidis ad Demophoontem,

Audi ſodes: ſi ego teſtator α. jure Legati Fideicommiſſi aut Hereditatis 100. ſolidos concederem ea tamen conditione, ut nomine tuo abdicato meum ferres; annon adhuc LIBERUM eſt, mutare nomen vel non? ſed me DEBERE mutare, Prætor dicet. Reſp. 1. non Abſolute & ſimpliciter dicet, ſed ſi (en neceſſitatem *Hypotheticam* ſive expedientiæ!) legatum volueris. β. 2. Diſtinguit ipſe textus inter aſſumtionêm nominis *Honeſti* & famoſi ac *Turpis*. γ. 3. imo ſi Juliani verba ibidem recte capio δ, *Remitti poterit conditio* recuſata, permiſſis nihilominus pro obtinendo legato actionibus Utilibus.

α. etiam in Teſtatricibus hoc valuiſſe, patet ex Cic. ad Attic. lib. 7. ep. 8. m. ubi Dolabella nobilis adoleſcens à Livia inſtitutus fuiſſe dicitur.

β. Chaſſan. de glor. mundi part. 1. conſid. 38. concl. 46. p. 34. b.

γ. Ratio hujus eſt in L. 7. ff. ad SCt. Trebellianum Dignitatis ratio habenda eſt; hinc Veſpillonis nomen ferre nemo tenetur.

δ. ſcl. *Generaliter* & de quocunque nomine teſtatoris; nam Ant. Perez ad L. un. C. de mutat nom. n. 3. videtur ad *Turpe nomen ſolum* reſtringere.

Ne Rhetorem egiſſe & ἀνάλυσιν declamatoriam inſtituiſſe videar, Logices inſtrumentum * applico, ita συλλογίζων:

Quodc. continet Debitum & neceſſitatem (*non ſolum Hypotheticam ſed etiam Abſolutam*) illud excludit eatenus Libertatem.

Atqui legatum, quod legatario Conditionem nominis mutandi injungit, continet Debitum & Neceſſitatem (*non ſolum Hypotheticam ſed etiam Abſolutam?*) Hoc reprobo, illud comprobo, nam hic omnia per conditionem expediuntur 1. ſi legatum legatarius voluerit. 2. ſi nomen legantis fuerit honeſtum. 3. ſi Actiones à prætore debent dari Directæ.

* quatuor ſunt Inſtrumenta logica, quibus unumquodque Thema tractari poteſt: 1. *Definitio.* 2. *Diviſio.* 3. *Syllogiſmus* 4. *Methodus.* Herbordi ſynopſ. logica lib. 2. c. 1. p. 151. ubi utiles ſpeculationes adducit.

§. 72.

III. Sufficere poterat bina illa oppoſitio; ſed agedum tranſeat,

—numero Deus impare gaudet. ε.

Ex l. un. C. de mutat. nom. colligo, mutationem nominis non niſi Liberis hominibus competere. Bene colligis. Ergo vi oppoſitorum ζ. Servi non poterunt pro lubitu ſuum nomen mutare? Et hoc bene; Imo male & peſſime, ſic argumentator:

O. quod eſt juris Gentium, illud cadit in Servos,

O. nominis Impoſitio & conſequenter etiam Mutatio eſt juris Gentium,

Ergo &c.

Majorem probo per L. 32. ff. de R. I. & ibid. Dd.

Minoris autem Subjectum bifidum demonſtratur partim per ea quæ alibi de ὀνοματοθεσία adduci ſolent η. partim arg. L. un. C. de mutat. nom.

ε. Alpheſibœus apud Virgil. ecl. 8. verſ. 75.

ζ. Contrariorum contrariæ ſunt conſequentiæ. Stratem. logica L. 2. c. 11. can. 2. p. 441.

η. à Platone in Cratylo, circa pr. Alex. ab Alexandro in genial. dier. L. 2. c. 25. p. 99. a. ubi agitur de Impoſitione nominum apud varias Gentes. Abr. Rogeri offene Thür zum verborgenen Heydenthum part. 1. c. 7. p. 69. Confer ea quæ in diſp. hujus parte poſtr. §. 3. dicentur.

Reſponderi poteſt dupliciter:

1. *Negando* Minorem propoſitionem, quæ nimis Catholica eſt. Dari enim poteſt nominis mutatio, quæ ſit Frauduloſa: An talem juris Gentium dixeris? dii & gentes meliora! Regeris: diſplicet Minoris propoſitionis laxitas & per bArbArAm barbare formata Aſſumtio; placet pugna per modum dArII. Reſp. & ſic quoque Darius θ. eris, nam licet tibi concedam, quod *Quædam* nominis mutatio ſcl. Innocens ſit juris Gentium; tamen in Servo talis non præſumitur, ſed ſemper habetur pro Nocente & fraudulоſa mutatione, uti notat gloſſa ad noſtr. text. ι

θ. victus fuit Darius Codomannus tribus præliis: 1. ad Granicum amnem. 2. ad Iſſum fluvium Aſiæ minoris. 3. ad Arbelam in Ninives campis. ita narrat Joh. Jonſton. in polyhiſt. L. 2 de Perſicis c. 3. p. 270. 271.

ι. arg. L. 13. pr. ff. ad L. Corn. de falſis. Confer quæ ſupra monuimus th. 43.

2. *Limitari* poteſt Major partim ratione SUBJECTI, ita: Quodcunque eſt (*Mere* juris Communis &) juris Gentium κ. &c. partim ratione PRÆDICATI, ita: illud (*niſi additionem vel detractionem patitur à jure Proprio civium Romanorum* L. 6. pr. ff. de J. & J. λ.) cadit in Servos.

κ. adde quod Ludvv., in Comm. ad L. 32. & L. 22. ff de R. I. dicit: Servus pro nullo habetur, non ſolum jure Civili ſed etiam Gentium. ſcl. in iis quæ *Juris* ſunt; nam quoad ea quæ *Facti* ſunt; nec jus Civile ſervos pro nullis habet.

λ. confer exemplum de patria poteſtate apud Manzium in comm. ad pr. J. de his qui ſui vel alieni jur. n. 5.

Ratio limitationum eſt, quia Nominis mutatio non manſit in *Meris nudisque juris gentium* terminis; ſed accepit *determinationem à jure Civili*, quod vel textus noſter evincit.

* * *

Sed nunc rogo Miſſionem. Ergo victus fuiſti μ. meis argumentis? De eo viderint alii & quidem (uti Augures dicebant ν.) alio die.

μ. *Miſſionem petere* erat in arena gladiatoria victorum; *ſed Rude donari* erat victorum: illud beneficium erat Temporarium, hoc Perpetuum. Vide J. Lipſii Saturn. lib. 2. c. 21. m.

ν. Ph. Caroli in diſſert. de Criticis præmiſſa animadverſionibus Gellianis p. 19.

# PARS
## POSTERIOR
### *eaque*
## PHILOLOGICA
### *de*
# ANONYMIS SCRIPTIS.

Autores ANONYMOS cur in lucem protraham, facile ſubodoraberis Lector. Nihil frequentius jam eſt, quam ſcribere SINE NOMINE, neſcio quo Omine. Si mihi fidem denegas, adi & audi Bibliopolas. Quot, quæſo, evolarunt ſcripta Anonyma intra *unum annum*, & quidem *in ſola Germania*, ac *in Politicis* tantum? quaſi Luſtrici diei recordationem ſpernere debeat Chriſtianus, ubi Politicum ſpecimen edit! Aram ignoti Dei ægre tulit Apoſtolus: per me quoque licet, ut aliquis exarata ab ignotis Scriptoribus inique ferat; meum tantum eſt, Quoſdam talium indicare. Indicare, inquam, non Judicare. Nam ut odia effugerem, Indicis laborem ſuſcepi, non Judicis, Dogmatici non Ephectici, Nomenclatoris non Cenſoris. Ut tamen etiam agnoſcas ingenium propriis ſpeculationibus intentum, præmittam *Theſes* quaſdam, ſed vulgatæ methodi ſphæram non egreſſuras: mox ſequentur *Exemplorum decades*, an omnes? neutiquam, multas de induſtria nunc retinebo & reticebo. Uti vero Platonis teſtamentaria vox eſt, *Nulli quicquam debeo*: ita ego, quicquid Exemplorum exhibebo, aliis debeo, debitum ingenue ubique profeſſurus. V.

1. Etymologia.

Anonymi vocabulum derivatur ab α privativo & ὄνομα, pro quo in Æolide ſcribebatur ὤνυμα. hinc * ἀνώνυμος ὁ καὶ ἡ ſine nomine, nomine carens, cujus nomen reticetur: item, qui obſcurus & ignobilis eſt.

* aſſumta κατ' ἐφελκυσμὸν littera ν.

2. Synonymia.

Scriptor Anonymus poteſt etiam vocari Innominatus α. ein Ohnbenahmter β. & Incertus γ. auctor. Scripta talium vocare licebit cum Pacif. à Lapide δ. ἀδέσποτα.

α. quæ

α. quæ vox JCTIS ſatis eſt frequens in diviſione *Contractuum* Ludvv. exerc 11. th.2. F. *Delictorum.* Vulteji Juriſpr. Rom. lib.1.c.50.p.297. & *Servitutum* Barth. Cœpolla in tit. de ſervit. Urban. præd. c.9.n.2.p.28. edition. Colonienſis de anno 1650.4 ſed apud PHILOLOGOS eſt rarior: invenitur tamen apud Sarisber. in policrat L.2.c 27.p.132. ubi de Saulo dicitur: duo viri *innominati* & innominabiles cum eo abierunt.

β. ſic I. N. D. Parival in præfat. ad lectorem des erläuterten Intereſts von Holland: das Buch/ genant Intereſt von Holland/ welches ein Ohnbenamter Scribent an das Licht gegeben/hat Trännung angerichtet.

γ. Joh. Rich Malcomeſius edidit ad π. ff Weſenbecii notas *Incerti* auctoris. * certum tamen eſt (fortasſis etiam apud Malcomeſium, qui alias diligentius Ψευδογραφήματα debebat expurgare) illarum Notarum auctorem eſſe WILH. LUDWELUM, uti pleræque paginæ cum Commentario ad Inſtituta collatæ, demonſtrabunt: præprimis conferri debet commentatio ad pr. J. de verb. obl. n. 2. cum notis ad π. ff. Weſenb. tit. de verb. obl. n. 2. p. 755.

δ. in not. & ſtrictur. ad Sev. Monzamb. diſc. 1. §. 2. p. 3.

## 3. Homonymia:

Vox Anonymi aliquando *Arborem* ε. denotat: aliquando etiam *Deo* ζ. tribuitur; ſed hac occaſione accipitur pro *SCRIPTORE* vel *perſonato* η. i. e. qui nomen profitetur non κατὰ τὸ εἶναι ſed κατὰ τὸ φαίνεσθαι, vel qui *Nullum plane nomen* θ. *ſubſcripſit* & proprie Anonymus auctor ſalutari meretur.

ε. notante Joh. Scapula in lexico ſub radice ὄνομα & voce ἀνώνυμος. Ubi tamen eandem Arborem κατ' ἀντίφρασιν etiam εὐώνυμον (de qua Plin. nat. hiſt. lib. 13. c. 22. pr.) dici ſtatuit. * Sic in Arbore conſanguinitatis occurrere ſolent perſonæ vel εὐώνυμοι i. e. Peculiaria nomina habentes, vel ἀνώνυμοι & non niſi Communi nomine vel Majorum vel Poſterorum diſtinguendæ. Ita ſcribit Chr. Matthias in Syſtem. polit. lib. 1. exerc 1. p. 49.

ζ. cum Triſmegiſto loquor, qui apud Lactant. lib. 1. divin. inſtit. c. 6. n. 6. ait; ὁ δὲ Θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέχεται. Ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος, Deus quia Unus eſt, nomen non habet. Ita ſenſum exprimit Chriſt. Beſold in different. divin. & human. ſapient. §. 11. p. 22. m.

η. Ita Hippolithum à Lapide nec non Sever. de Monzambano *perſonatos* vocat ipſe *perſonatus* Pacific. à Lapide in ſtrictur. ad Monzamb. c. 1. §. 2. p. 4. 5.

θ. comparandus ideo cum ATLANTIBUS aut BORNIS, qui etiam nullum nomen habuiſſe leguntur. Plin. nat. hiſt. lib. 5. c. 8. a: ATLANTES degeneres ſunt humani ritus, ſi credimus. Nam neque Nominum ullorum inter eos appellatio eſt, & ſolem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur. Herodot. lib. 4. c. 184. p. 146. οἱ Ἄτλαντες ἀνώνυμοί εἰσι μοῦνοι τῶν ἀνθρώπων ἡμεῖς ἴδμεν.

de BORNIS J. C. Scaliger exerc 266. p. 766. ſine Nomine multi vivunt in ima Æthiopia: in qua Borni populi ſub Libya, ſine legibus ſine Religione Nominibus propriis non utuntur.

## 4. Forma.

Quidam enim ſcriptores Nullam ὀνοματολογίαν vel προσωπογραφίαν ſuorum libellorum (ut ita dicam) clypeis ι. apponunt, uti fecit auctor Politici ſcelerati κ. auctor arcanorum Turcicæ reipublicæ λ. ad quos etiam refero P. Virgilium Maronem μ. & auctorem paſquilli ſuggeſti Henrico IV: Galliæ Regi. ν.

ι. alluditur ad morem Romanorum, welche die Nahmen der Soldaten und ihrer Haupt-Leute pflegten auff die Schilder zu drücken/ damit ein jeder bekant wäre/ inquit Dietherrus in addition. ad Beſoldi theſ. pract. litt. N. n. 9. p. 680. b.

κ. quem Chr. Pellerus impugnavit & iterum imprimi curavit Norimbergæ 1665. 8. Idem tamen in præfat. priori ad Lectorem p. 4. monet, exemplaribus quibusdam litteras haſce C. R. C. B. adjectas fuiſſe: ita ut Prænomen Cognomen & cum Officio etiam Locus ſubinnui videretur.

λ. editus eſt A. C. 1664. 8. ubi? fortasſis Lipſiæ, quia & auctor ibidem vivit.

μ. Duo hic recenſenda ſunt de Virgilio:

PRIUS eſt, quod eclogam VI. (cui nomen Silenus) non ipſe ſed per Cytheridem, nobiliſſimam meretricem & Volumnii libertam, in theatro recitaverit, *Nomine ſuo diſſimulato*, Cicero tamen admiratione carminis captus inquiſivit in auctorem, eoque cognito dixiſſe fertur & ad Suam & ad Virgilii laudem: *magnæ ſpes altera Romæ.* Servius ad eclogæ 6. v. 11. apud Magir. in eponymol. ſub Virgilio.

POSTERIUS eſt hoc: cum Virgilius diſtichon, quod laudem felicitatemque Auguſti continebat, feciſſet; valvisque *non nominato auctore* infixiſſet (id erat hujusmodi:

*Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula Mane:*
*Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet!*)

diu quæritans Auguſtus, cujusnam hi verſus eſſent, eorum auctorem non inveniebat. Bathyllus vero Poëta quidam mediocris, tacentibus aliis ſibi adſcripſit. Quamobrem donatus honoratusque à Cæſare fuit. Quod æquo animo non ferens Virgilius, iisdem valvis affixit quater hoc principium: *ſic vos non vobis.* Poſtulabat Auguſtus, ut hi verſus complerentur, quod cum fruſtra aliqui conati eſſent, Virgilius præpoſito diſticho ſic ſubjunxit:

Hos Ego verſiculos feci, tulit Alter honores:
Sic vos non vobis nidificatis Aves,
Sic vos non vobis vellera fertis Oves,
Sic vos non vobis mellificatis Apes,
Sic vos non vobis fertis aratra Boves.

Quo cognito, aliquandiu Bathyllus Romæ fabula fuit, Maro vero exaltatior. P. Virg. Mar. vita per Æl. Donatum (ut creditur) edita, circa med. edition. Venetæ excuſæ 1574 fol.

ν. Zincgr. apopht. part 2. p. 87. es ward dem Könige ein Paſquill in ſeinem Gemach auff den Tiſch gelegt/ dieſes Inhalts: Herr König/ ſchafft Eure Maiſtreſſe (intelligenda fortasſis eſt Madame d' Antagves, de qua idem ibid. p. 85. fin.) ab/ und Eure vier Secretarien/ ſo werden Eure Sachen beſſer ſtehen. Als er es laſe/ ſagte er: es iſt wohl gemacht/ und nichts daran vergeſſen/ als nur des Auctoris Name.

Quidam auctores Aliquam, ſi non nominis tamen Perſonæ ſuæ περίφρασιν ex accidentibus generalibus decerptam ſubjiciunt: puta, ſi auctor des Schau-Platzes. ξ. jämmerlicher Mord-Geſchichte ſeſe vocat ein Mit-Glied der hochlöblichen fruchtbringenden Geſellſchafft. ο.

ξ. iterum impresſi apud Hamburgenſes 1666 8 * auctor nullus alius eſt quam G. Ph. Harsdörfferus Patrit. Noricus.

ο. ſic auctor manualis Hiſtorici impresſi Lipſiæ 1665. 12. vocatur der Jugend dienſt-befliſſener Liebhaber. Auctor ſpectaculi Hiſtorici editi Jenæ 1661. 8. vocari vult Liebhaber der Welt-Geſchichte.

## DE ANONYMIS SCRIPTIS.

Quidam vero Nomen ſubſcribunt, ſed vel μυστικῶς & per quandam diſſimulationem, vel μυθικῶς & quaſi per Simulationem. Utrinque dicere poſſis, factam eſſe θ. confeſſionem Nominis; ſed hic eſt *Falſi & commentitii*, π. illic autem *Veri & Genuini.* Verum nomen dupliciter abſcondi & velut implicari poteſt:

1. per *Apocopen*; ſi Quædam tantum litteræ eæque Primores (Nominis Cognominis Patriæ aut Dignitatis) innuuntur, reſectis cæteris, ρ.

2. per

2. per *Metatheſin*; ſi Omnia quidem elementa nominis, ſed ordine diſpoſitionis turbato indicantur. σ.

π. Chr. Forſtn. ad Tacit. annal. L. 13. c. 54. p. 445. dicit: ſub *commentitio* nomine Hippolithi à Lapide non ſatis tuto latet auctor qui de Ratione Status ſcripſit.

ρ. P. L. edidit genialia Apophthegmatum Rerumque memorabilium. Razeburgi 1666. 8. V. D. H. ſcripſit Intereſt von Holland / quod opuſculum illuſtrandum & refutandum ſibi ſumſit I. N. D. Parival, impreſſum eſt Grünoviæ 1666. 12. I. S. edidit Londini 1660. vitam Oliv. Cromvveli, politici ſine exemplo. W A. V F. Hand-Buch der Fürſten und Fürſtlichen Beamten Bremæ 1660. 12. I. L. V. A. verteutſchte Stratonica typis Amſtelodamenſibus ſignata fuit 1666. 12.

σ. Exempla vide Infra dec. 1. §. 3. 5. & dec. 2. §. 10.

### ς. Materia:

Scripta auctorum ἀνωνύμων vel ἐπωνύμων verſantur vel circa PERSONAS τ. vel circa RES: hic quidem potius circa *practica* υ. quam Theoretica occupantur, plerumque ventilant *Polemica* φ. rarius Thetica, citius judicant de negotiis *Præſentibus* χ. *aut Futuris* ψ. quam de ſtatibus caſibusque Antiquis. ω.

τ. eminentes vel *Internis* vel *Externis* qualitatibus. Hinc PRINCIPES ſæpe ab anonymis vellicantur. Saavedr. Symb. polit. 14. p. 108. Quanquam meticuloſa plane res eſt, in illos *allegare* qui poſſunt *relegare*, illos multis verbis *deſcribere*, qui uno verbo poſſunt *proſcribere*, inquit Er. Gockelius in præf. ad libr. de Europæis regibus p. 8. Eadem fere recitat Gotf. Fibigius in Elect. jur. publ. ſemidec. 1. qv. 4. n. 3. difficile & periculoſum eſt, de iis ſcribere qui proſcribere, & contra eos *diſputare*, quibus licet *amputare*.

υ. quod dico Exemplis (poſtea ſubjiciendis) manifeſtius, inquit Julianus l. 3. §. 2. ff. de collation. * Nolo tamen omittere ἐπίκρισιν & judicium Pacifici à Lapide, judicantis, quid ſentiendum ſit de Scriptoribus anonymis tum in Genere tum in Specie & quando politica ſcrutantur: ANONYMA illa & ἀδέσποτα (inquit in ſtrictur. ad Monzamb. diſc 1. §. 2. p. 3.) *de rebus Publicis* edita ſcripta; quamvis non levis contra illa ſurgat præſumtio, & vario quandoque etiam canino ſemine in necem veritatis luci ſint expoſita, non tamen indiſtincte reſpuenda: cum nonnunquam & in his multa *Notabilia*, *Vera* & ſcitu *Neceſſaria*, ab aliis timidulis iniquo transmiſſa ſilentio, reperiantur. Ultima verba non abludunt ab hiſce Saavedræ Symb. polit. 14 p. 108: SATYRAS & LIBELLOS probare *Omnino* non auſim: nam plerumque aut veritatis excedunt limites, aut ſcandala tumultus ac ſeditiones concitant; *Aliquid* tamen indulgeri ea in re ob effectus bonos forte expedit. Libertatis in republica ſignum eſt Obtrectatio: in ea enim, quam Tyrannis oppreſſam jam tenet, neutiquam permittitur. *Rara temporum feli itas, ubi Sentire, quæ velis, & quæ ſentias, Dicere licet*, Tacit. hiſt. l. 1. c. 1. §. 6. p. 384.

φ. dolendum eſt, ipſa quoque *Theologorum militantium* ſpecimina ſæpius ſub larvatis Nominibus & Satyrico vultu in publicum propelli. Quantum diſtat (inquit Petr. Firmianus in genio ſeculi diſſ. 5. p. 159.) ab illa S. Auguſtini, ſeculi noſtri inquieta Eruditio!

χ. A. C. 1655. edita fuit Stetini epiſtola Cyriaci Thraſymachi de juſtitia armorum Svecicorum in Polonos.

ψ. circa auſpicium hujus anni 1669. edidit anonymus Comitia Warſovica de eligendo Polonorum rege. A. C. 1658. edebatur collegium Electorale de eligendo Romanorum Imperatore.

ω. Nam ad characteres, ſi non Omnium tamen Multorum anonymorum ſcriptorum pertinet *Innovandi ſtudium* & (uti Lipſius in manuduct. ad Stoic. Philoſ. L. 1. c. 6. p. 39. vocat) καινοτομία. Innovandi tamen libido à Cive Viroque bono abeſſe debet, ſecundum illud Auguſteum (apud Macrob. lib. 2. Saturn c. 4. p. 400.) de *Catone* judicium: quisquis præſentem ſtatum civitatis commutari non vult, & Civis & Vir bonus eſt, conf. Burgold. notit. imperii part. 1. diſc. 12. §. 14. p. 288. ubi reprehenditur *Hippolithus à Lapide*.

### 6. Efficiens.

Scriptores anonymi (quorum A. alii ſunt Ingenioſi aut Docti α. alii indocti β. B. alii ad Indigenas alii ad Alienigenas pertinent. C. alii Patrio alii Peregrino utuntur idiomate) nomen ſuum celant vel ex *Modeſtia* vel ex *Timore*. γ.

α. Sextilius Hena fuit Poëta *Ingenioſus* magis quam Eruditus. Seneca apud Gyrald. de poët. dial. hiſt. 4. p. 172. fin.

β. Experientiæ vox eſt, quam retulit Horat. lib. 2. ep. 1. verſ 117.

*Scribimus Indocti Doctique poëmata* (volumina) *paſſim*:

γ. Idem Horatius lib. 1. ep. 16. verſ. 52. 53. ita exprimit:

- - - *Virtutis amore*.

- - - *Formidine pœnæ*.

MODESTIÆ inſtinctu deliteſcere voluit Johannes Evangeliſta, δ. P. Virgilius Maro ε. Apollinaris Sidonius ζ. & Auguſtus dux Brunſvic. & Luneburgenſium, η. Princeps pietate juſtitia & litteris inſigne nomen promeritus, fatente Burgold. in notit. imperii parte 3. diſc. 16. §. 3. p. 126.

δ. qui non eſt ſolitus in ſcriptis *Nomen* ſuum præfari, uti ex Euſebii hiſtoria refert Volateran. lib. 16. anthropol c. 3. p. 587. B. cui adjicio locum Saavedræ ſymb. polit. 10. p. 77: SANCTUS JOHANNES, etſi inſignem illum favorem ſibi à Chriſto Servatore in ſuprema cœna exhibitum refert, tamen tacet Nomen ſuum. Quæ ſi humana Politica non fuit, prudentem tamen fuiſſe *Modeſtiam* non negaverim. Erat (inquit ipſe S. Johannes c. 13. v. 23.) recumbens unus ex diſcipulis ejus in ſinu Jeſu, quem diligebat Jeſus.

ε. de quo vide ſupra § 4. litt. M. Modeſti autem ingenii fuiſſe VIRGILIUM, vel exinde colligas, quod tam verecundis & virginalibus moribus fuerit, ut etiam Neapoli *Partheniæ* audiverit. Lil. Greg. Gyraldus de poëtis dialogo hiſt. 4. p. 150. edition. Baſileenſis de an. 1580. fol.

ζ. Appollinar. Sidonius lib. 4. ep. 8. fin. ſic ait: ſi tantum amore noſtro teneris, ut ſcribere has nugas (carminum meorum) non erubeſcas, *occule auctorem*.

η. vide infra decad. 2. §. 2.

Ex TIMORE nonnulli nomen ſuum ſubtrahunt, memores, ſeſe alias *Caſtigationibus* θ. vel *Verbalibus* vel *Realibus* certiusque exponi, ſive jam Vera ι. ſive Falſa κ. ſive Honeſta ſive Turpia λ. ſive Proprio aut Candido marte ſive etiam per Plagii crimen μ. aliquid conſignaverint.

θ. exponuntur tamen etiam *Caſtigationibus* licet nomen ſiluerint. Hinc ille CONRINGIANI nominis defenſor ſic p. 17. alloquitur fictitium illum FRANC. MARINIUM POLON: pudetne te, Marini, Veri nominis, in tenebris natum nec in publicum prodire auſum? Nequiſſimum certe hominem oles, licet Polonum te profitearis. Ego vero, ſi Sileſius es, fœdifragum & rebellem; ſi Polonus, adſentatorem & obtrectatorem dixerim. *Sed nec moleſte feras, ſi te hiſce nominibus ornavero; cum Verum tuum nomen latere volueris*, hæc ille. Ego tamen nollem cum auctore larvato aut (quod in proverbio eſt apud Eraſm. in adagiis p. 326. b.) *cum larvis luctari*: Præprimis quia etiam Magni viri calumniantium injurias muſſitarunt & ſilentio prætererunt. Vide Zeileri miſcell. litt. L. p. 195. ubi exemplum *Reichlini*, *Eraſmi*, *Fabri Stapulenſis* & *Keckermanni* adducit.

ι. nam

ι. nam Veritatis profeſſio ſæpè eſt periculoſa dicenti, ut monſtrat Freinsh ad Curtii lib. 3. c. 2. § 11. exemplo *Charidemi*. Viel hätten länger gelebt/ wenn ſie weniger (Warheit) geredet hätten/ inquit in germanicum verſus Tr Boccalin. in ſecret. Apoll. ep. 48. p. 97 proinde quidam ἀληθόφιλοι Nomen ſuum recondunt. Optandum tamen eſſet, ut tales auctores ſpe latitandi non excuterent ſaluberrimum illud monitum à *Martialis* exemplo capiendum. Sic autem ille lib. 10. epigr. 33 verſ. 9.

*Hunc novere modum noſtri ſervare libelli*
*parcere Perſonis, dicere de Vitiis.*

κ. uti *Diabolus* ſub forma ſerpentis inſidiabatur innocentibus protoplaſtis Gen. 2. verſ. 1. & 13. uti *Teucer* ſub clypeo Ajacis fratris latitans lædebat Trojanos, Homer Iliad. 8 verſ. 266: ita quædam maligna ingenia obtentu nominis Fictitii innocentium hominum famæ inſidias exitiumque ponunt.

λ. ad hunc cenſum & cenſuram refero anonymos illos Poëtas, qui in Repotiis & poſtriduanis nuptiis (bey den Brautſuppen) ithyphallica carmina ſuggerunt. Dubites licet, an talia ſcripta ſapiant Scholam *S. Petri* an vero *T. Petronii*. Conjugium â benedictione Sacerdotali incipere & cum Feſcenninis jocis finire quid aliud eſt, quam *Chriſto Belialem* jungere? contra mentem 2. Cor. 6 v. 15. Quantopere enim *verſus Catulli & mores Catonis* differant, dixit Muretus apud G. J. Voſſium de imitat. poët. c. 4. §. 7. p. 68 Conferri poſſet patheticum & Exemplis illuſtratum monitum G. Ph. Harsdörfferi in des Frauenzimmers Geſpräch-ſpielen p. 61. in annotat. ad part. 6.

μ. Exempla nolo addere; ſufficiat notaſſe verba Martialis in Fidentinum malum Poëtam lib. 1. epigr. 54. v. 11.

*Indice non opus eſt noſtris nec vindice libris,*
*Stat contra dicitq; tibi tua pagina: FUR es!*

confer Dan. Bartoli Vertheidigung der Gelehrten part. 2. c. 2. p 162. Vom Kunſt-Diebſtal.

### 7. Finis.

Inſulſus eſſet ille auctor, qui inſtar prædonis Ulpiani ν. interrogatus Cur (cum nomen ſuum celat) id faciat, reſponſurus ſit, Quia facio ξ. ſcopum enim aliquem ſuæ κρυπτογραφίας habeat neceſſe eſt. Ille autem eſt, ut lateat ο. & ἀγνωςος π. maneat, vel perpetuo vel certe ad tempus ρ.

ν. L 12. ff. de heredit. petit. conf. Arum. ad ff. diſp. 19. th. 12.

ξ. ita quoq; alludit Chr. Beſold. de arcan. rerumpubl. c 1 §. 10. p. m 25.

ο. adeo ſcriptores anonymi ſibi certo modo dictum eſſe putant, quod Ovidius Triſt. lib. 3 eleg 4 v. 25. cecinit:

*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit.*

π. i. e. Incognitus. Venetiis erudita eſt ſocietas INCOGNITORUM, ex quibus eminet Giov. Franc. Loredano Ph. Jac. Sachs in præloquio ad ampelo graph. p 7. med. Et fortaſſis ad idem ſodalitium ſpectat epiſtola Apollinis, cujus inſcriptio apud Tr Boccalin. in ſecret. ep. 17 p 31. hæc eſt: an die hohe Schule der Ungenanten.

ρ. quemadmodum Ægyptius quidam architectus in Pharo ædificata ſuum nomen *ad tempus* ingenioſe abſcondit. Videatur Pegei Kunſtquäll part. 1. §. 2931. p 611.

### 8. Tempus.

Plerique ſcriptores anonymi prodeunt *Tempore* V. C. Comitiorum, Reformationis, Confœderationum, Belli, σ. Induciarum, Electionis & Mortis regiæ.

σ. ſcripſit *Hippolithus à Lapide* illo tempore, cum maxime bellum inter Cæſarem & Svecos ferveret. hoc fine, ut Paci, quæ tunc temporis eflorеſcere cœpit, moras nectere vel eam plane impedire poſſet. Pacif. à Lapide in ſtrictur. ad Monzamb. diſc. 1. §. 2. p. 4. Eadem verba habet Burgold. in notit. imperii part. 2. diſc. 5. §. 1. p. 40. 41. & part. 1. diſc. 12. §. 14 p. 282.

### 9. Locus.

Intereſſe videtur ſcriptorum anonymorum ut *Locus*, ubi exprimuntur, à typographo diſſimuletur. Fieri id poteſt facile, ſi vel Nulla τ. urbs vel Fabuloſa υ. vel Alia aliqua φ. annotatur.

τ. G. G. C. N. Anzeiger der vornehmſten Kriegs- und anderer Händel von 1618. biß 1660. nullum natalium Locum fatetur.

υ. ſed ſæpe fit ut chartæ impreſſus character & clypeus (das Papir-Zeichen) prodat & refutet fraudem typothetarum * Exempla fabuloſæ urbis damus hæc: Eraſmi Irenici bibliotheca Gallo-Svecica expreſſa eſt Utopiæ apud Udonem Neminem, vico Ubique ad inſigne Veritatis hoc anno, in 4. Sic etiam Pacificus à Lapide ſuas in Sever. Monzamb. ſtricturas edidit Utopiæ apud Udonem Neminem, vico Ubiq; ad inſigne Veritatis 1669.

φ. Venturæ de Valentiis parthenius litigioſus impreſſus eſt Veronæ 1613. 4 Exercitationes XII. in Sever. Monzamb. impreſſæ ſunt cis Veronam apud Severum Myſoſycophantam 1668. 12. * Ex his aliiſq; exemplis conſtet α. quam familiaris ſit talibus ſchedis Verona. β quamq; neceſſarium ſit, ipſum Typographum fieri anonymum.

### 10. Definitio.

Ex dictis colligamus talem Deſcriptionem SCRIPTUM ANONYMUM (Definitum) EST SCRIPTUM (Genus) CUJUS AUCTOR MODESTIA VEL TIMORE DUCTUS (Efficiens) DISSIMULAT NOMEN SUUM Forma) ANIMO DELITESCENDI (Finalis cauſſa. Materia autem objectiva ſunt PERSONÆ & RES.)

### 11. Exemplorum Species.

# I. DECAS.

1.
Durus de Paſcolo.
Wahremundus ab Ehrenberg.
Mirabilis de bona caſa.

*Duri de Paſcolo* Aulicus Politicus ſpectat ad EBERHARDUM A WEIHE, qui etiam alibi ſub fictitio nomine *Wahremundi ab Ehrenberg* prodiit. Teſtantur id ipſum ipſius opera χ. edita Francofurti ſumtibus Joh. Beyeri A D. 1642. 8. Teſtatur illud quoque Limnæus lib. 1. c. 11. jur. publ. n. 72. ubi de nominum mutatione ſic loquitur: hoc licentioſo ſeculo, numero plurimos reperire licet, qui neſcio qua pravitate, cum Edmundo Campiano concert. eccleſ. Anglic. 3. ſæpius & Nomina & Veſtes mutant & Protheo mutabiliores in theatro litterario apparent. Ita mox videbimus EBERH. A WEIHE, mox *Durum de Paſcolo*, mox *Wahremundum ab Ehrenberg*, mox *Mirabilem de bona caſa*, unum eundemque Politicum conſtituere.

χ. nimirum meditamenta pro Fœderibus: veriſimilia Theologico Juridico Politica: Aulicus politicus.

2.
Hippolithi à Lapide
diſſertatio de Ratione Status in Imperio Romano-germanico impreſſa Freiſtadii 1647. 12.

ſpectat ad Dn. à DRANSE Berolini reſgi-

is Sveciæ Reſidentem, uti autumat Burgolcenſis. ψ.

ψ. notitia imperii part. 1. diſc. 3. p. 154. & part 1. diſc. 12. p. 289. Uterq; allegatus locus continet Judicium & Characteres Hippolitho à Lapide tributos.

3.
Honorius Reggius
per anagramma GEORGIUS HORNIUS: ſcripſit de ſtatu eccleſiæ Britannicæ. Daviſci 1648. 4. ω.

ω. Theoph. Spizelius in Scrutinio Atheiſmi hiſtorico-ætiologico Scrutin. 2. §. 10. p. 40.

4.
Andreas Philopater
ſcripſit contra edictum (Eliſabethæ) reginæ Angliæ; ſed revera eſt CRESWEL Jeſuita. α.

α. Henr Braſchius in labyrintho apoſtatarum c. 12 in der 2. Eintheilung §. 2 p. 264. impreſſo Hamburgi 1663. 4.

5.
Tarræo Hebio Nobili à Sperga
auctore prodiit Hanov. 1612. 12. Satyricon hac epigraphe diſtinctum: Cave canem; de vita, moribus rebus geſtis, divinitate Caſp. Scioppii Apoſtatæ.

Recluſo anagrammatis myſterio, animadvertimus, illud Satyricon prodiiſſe auctore GASPARE BARTHIO BEROLINÆO. β.

β. ex amici cujusdam relatione.

6.
Centuriæ IV. variarum quæſtionum
germanice ſcriptæ & expreſſæ Ulmæ A. C. 1661. 8.

ſpectant ad MARTINUM ZEILERUM. γ.

γ. J G. Schottel von der teutſchen Haupt-Sprache lib. 5. tract 4. p. 1179. ubi ſimul omnia aut pleraq; ſolertiſſimi *Mart. Zeileri ſcripta* recenſet.

7.
Franciſcus Marinius
de ſcopo Reipublicæ Polonicæ adverſus Hermannum Conringium. Vratislaviæ 1665. 12.

JOHANNES SAX (aut SACHS) Frauſtadienſis Polonus illius ſcripti auctor fertur. δ.

δ. nec abludit auctor ille, qui contra Franciſc. Marinium pro Herm. Conringio Vindicias ſcripſit A. C. 1665. 12 nam pag. 38. hæc verba ἐμφατικῶς inſeruit: *per me tibi licet porro adhæreſcere obſtantia tua, ut polypus adhæret* SAXO. Pag. ultimam ſic concludit: *ſatis diu* SAXUM *volvi, ſat prata biberunt.*

8.
Antimachiavellus
ſive auctor librorum ε. Trium de Regno adverſus Nicolaum Machiavellum, eſt INNOCENTIUS GENTILLETUS JCtus Delphinenſis. ζ.

ε. prodierunt Lauſannæ A. C. 1571. 8. item Lugd. Batav A C. 1647. 12

ζ. Pellerus in notis ad Politicum ſceleratum impugnatum c. 45. p 505.

Obſervationum politicarum η.
de nuperis Galliæ motibus
auctor creditur eſſe CAROLUS à GROTNIZ, Nobilis Pomeranus. θ.

η. editarum A. C. 1649 in 12.

ϑ. Joh Schmidelius in obſervation. ad M. Z. Buxhornii de imperio Romano diſſertat. 5 p. 298.

10.
Schola Salernitana
ſive Medicina Salernitana ſive de Conſervanda bona Valetudine ſive regimen ſanitatis Salerni ſive Flos medicinæ. Diverſimode enim formatur titulus libri hujus, quem *Renatus Moreau* Medicus Pariſienſis cum Animadverſionibus edidit Pariſiis 1625. 8. Auctor hujus Scholæ eſt JOHANNES, dictus à patria MEDIOLANENSIS ſive de Mediolano. ι.

ι. Quenſtedt de patriis illuſtr viror. p. 291. Eadem, ſed pluribus verbis fatetur allegatus Ren. Moreav in prolegom. c. 3. p. 13. & 2 ubi de *Arnoldo Villano* ano, qui hoc opus Medico-poëticum commentariis enarravit. Numerus verſuum non eſt apud omnes idem; codex Schenkianus 1239. Tullovianus 1096. Morrovianus 664. Vulgatus 372. Naudinianus 183. annumerat.

## II. DECAS.

1.
Theur-Danck.

De hoc libro (nondum à me viſo) ſic ſcribit Tob. Wagnerus κ. MAXIMILIANUS I. IMP. ipſe res geſtas ſuas *poëmate Teutonico* emblematice conſcripſit, libro titulum Theur-Danck præſcribens, fingens Curioſitatem & Invidiam, quaſi perſonas comicas, quas prudentia ſua aut vitaverit aut vicerit: cujus *poëmatis clavis* extat apud Sebaſtianum Francken in chronico germanico.

κ. in inſtit. hiſtor. lib 7. c 8 p. 596.

2.
Guſtavi Seleni
luſus Schaccorum ſive Schach- oder König-Spiel. Lipſiæ 1616. fol.

ſpectat ad AUGUSTUM BRUNSVICENSIUM & LUNEBURGENSIUM Ducem, teſte Chr Lud. Dietherro in addition. ad Beſoldi Theſ. pract litt S n. 13. p. 661. b. & Herm. Conringio de bibliotheca Auguſta. 151. λ.

λ. verba ejus hæc ſunt: Elucet autem ingenium & Induſtria & varia plane ac recondita Doctrina Principis in voluminibus propriis: quæ inter anno 1616 cum applauſu eruditorum Germaniæ noſtræ, exceptum eſt GUSTAVI SELENI, ficto eleganter nomine, illud grandioris formæ *de ludo Scacchico* volumen, vernaculo ſermone exaratum. &c.

3.
Guſtavi Seleni
jam dicti, ſunt Cryptomenitices & Cryptographiæ libri IX. in quibus planiſſima Steganographiæ à Joh. Trithemio olim conſcriptæ enodatio Latine traditur. Luneburgi 1624. fol. μ.

μ. hæc collegi ex Draudii biblioth. claſſ. ſub libr. Philoſoph p. 1486. & epiſtolâ Herm. Conringii de bibliothecâ auguſtâ p. 153. ubi pluribus hoc opus ſteganographicum commendat.

Chr.

Chr. Lud. Dietherrus in addition. ad Beſoldi theſ. pract. litt. B. n. 75. p. 112. a. de Steganographicis loqvens, hæc ſubjicit: clandeſtinos ſcribendi modos illuſtrarunt ſuperiori ſeculo Joh. Trithemius, Hier. Cardanus, Joh. Bapt. Porta: hoc vero ſeculo præter Blaſ. Vigenerium, Eryc. Puteanum, Herm. Hugonem, Athan. Kircherum, Hercul. à Sunde, & alios, Guſtavus Selenus h. e. AUGUSTUS LUNÆBURGICUS, Sereniſſimus Brunſvicenſium dux, & omni litterarum genere excultiſſimus Princeps.

4.

Iuo Villiomarus.

edidit Animadverſaria in locos controverſos Titii; ν. ſed revera eſt JOSEPHUS SCALIGER. ξ.

ν. Robert. Titius ediderat prius Locorum controverſorum (philoſophicorum maxime) libros X. Florentiæ 1584. 4.

ξ. J. Lipſius in polit. l. 4 c. 3 §. 5. Georg. Erhardus in Symbolis ad Petronii Satyr. c. 37 p. 626.

5.

Ch. G. B.

Schmiede des Politiſchen Glückes. Hamburg. bey Johann Naumann / Buchhändler 1664. 12.

Illos fortunæ Fabros fabrificavit CHRISTIAN-GOTTFRIED BESSEL, Harburgenſis antehac Cancellarius: nunc vero ο. Brunſvigæ vitam degens.

ο. quantum mihi ex Amici cujusdam honorifica de illo Viro relatione conſtat.

6.

Philippi Andreæ Burgoldenſis

Notitia rerum illuſtrium imperii Romano-Germanici tripertita: ſive, Diſcurſus juridico-politico-hiſtorici ad inſtrumentum ſive tabulas Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis recuſi Freiſtadii A. C. 1669. 4

utiliter in multorum verſantur manibus. Sed de auctore vero jam quæritur, Ecquis ille? Joh. W. Relfendſo π. de ſumma princip. germ. poteſtate c. 5. p. 67. pntat Burgoldenſis ficto nomine dici voluiſſe Dn. PHIL. ANDR. OLDENBURGER.

π. Quia ad *Dn Relfendſo*, qui itidem eſt Anonymus Scriptor, provocavi, poterat quis Quærere: *num etiam Anonymorum vel Heteronymorum ſcriptorum teſtimonia allegari poſſint*? Affirmativam ſvadent

1. Exempla α. quoties citatur, etiam à gravibus & circumſpecti judicii viris, Antimachiavellus, Parthenius litigioſus, Hippolithus à Lapide & alii? β. an Dnn. Scabini aut Rotæ Genuenſis aſſeſſores ideo conſulentium litteras rejiciunt, quia requirentes ſubſcripſerunt nomina fictitia Caji, Titii &c.?

2. Rationes: nam α. diſſimulato nomine ſcriptoris non ſemper diſſimulatur veritas. Modo vera dicantur, parum refert Quis dixerit, an *Ariſtocles*, an mutato nomine *Plato*. V. Läert lib. 3 c. 1. p. 188 c. Res ubi habetur (inquit Petr. Firmianus in gyge Gallo ad lectorem) fruſtra quæritur Unde illa ortum ducat. Nilum venerabantur & utebantur Ægyptii etiamſi ortum ignorabant: & tu, ſi Aurum obtines non quæris an Sol illud præparaverit in montibus an vero Raymundus, ipſis ſideribus diligentior in Muſeo. β. Debemus etiam in ſcriptores anonymos Grati eſſe per ingenuas allegationes En exemplum! poſtquam Caſp. Barthius lib. 9. adverſar. c. 5. p. 423. aliquid de ſuperſtitioſo cultu Veneris apud Turcas ex Anonymo auctore retuliſſet, his ſinceris & laudabilibus verbis concludit: hæc Chriſtianus ille ſuo ævo eruditiſſimus ſcriptor: *cui, licet Anonymo, magnas tamen gratias pro hoc monumento habemus.*

7.

Quirinus Pegeus

artem Apophthegmaticam, das iſt Kunſt-Quellen denckwürdiger Lehr-Sprüche und ergötzlicher Hoff-Reden edidit Norinbergæ A. C. 1655. 8.

Latitat ſub illo nomine GEORG. PHILIPPUS HARSDORFFER Patritius Noricus. ρ.

ρ. id quod ex Joh. Chriſtoph. Horn / inſtitore Endterorum bibl. Norimbergenſium, me didiciſſe memini.

8.

Severini de Monzambano Veronenſis

de ſtatu Germaniæ liber unus prima vice impreſſus Genevæ 1667. 12.

adſcribitur SAMUELI PUFENDORFF, Profeſſori Heidelbergenſi ante hac, nunc (ſi adhuc vivit) Holmienſi in Svecia. σ.

σ. hæc dictante fama communi: quam fortaſſis etiam ſecutus eſt Sarckmaſius in judiciis de noviſſimis prudentiæ civilis ſcriptorib § 8. & 3. confer anonymi exercitat. 2. contra Monzambanum, in fin p 19.

9.

G. G. L. L.

nova methodus diſcendæ docendæque Jurisprudentiæ, edita Froncofurti 1668. 12.

eſt ſcriptum GOTTFR. GVILIELMI LEIBNüTZ Lipſienſis τ.

τ. Ejusdem ingenio debemus libellum *de ratione Corporis Juris reconcinnandi*, impreſſum Moguntiæ 1668. 12.

10.

Jo. W. Relfendſo Heromontanus

de ſumma Principum Germanicorum poteſtate. Anno 1669. 12.

Litteras indicatas ita in ordinem redegit fama, ut illius ſcripti non alius videatur auctor, quam JOHANNES WOLFGANGUS ROSENFELD. υ.

υ. *Heromontani* vero vocabulum alludit ad ſcribentis patriam, quæ eſt *Heldburg* in Franconia. In opuſculo edendo ſudarunt typi Lipſienſis typographi.

## III. DECAS.

1.

Collegium Electorale

de eligendo Romanorum Imperatore prodiit A. C. 1658. 4. Sed quo auctore? recito aliena φ. verba: circa materiam Electionis ac Coronationis imperatoriæ præter *Auream Bullam & Paſtorii labores Electorales*, lectu jucundiſſimum eſt *collegium Electorale*, quod anno 1658. in electione invictiſſimi Leopoldi Imp. prodiit cujus auctor à nonnullus creditur eſſe Dn. FRISCHMANNUS.

φ. Burgoldenſ. notit. imperii part. 1. diſc. 9. §. 12. p. 248.

 2. Acti

2.

Aſti inextincti,

quod lucere cœpit A. C. 1636. auctor eſt ROMANUS HAY, ordinis S. Benedicti & quidem in monaſterio Ochſenhuſano Sveviæ. χ.

χ. Pellerus in notis ad c. 1. politici ſcelerati impugnati p. 15. ubi etiam Alphonſi de Vargas Toleto-Hiſpani *judicium de præfato Aſtro inextincto* recitat. Conf. Mart. Zeilerum ep. 531. p. 788. ubi multa ex laudato ROMANO HAY citat, præprimis autem ex ejusdem aulâ eccleſiaſticâ & Horto Cruſiano hæc (ex pag. 192.) verba: credebat, opinor Bremenſis, ** me, quia Monachus ſum Ochſenhuſanus, etiam bovinum intellectum habere.

** cur Bremenſis vox additur? quia ſcl. JOHAN. CRUSIUS Bremenſis, Jeſuita, *contra Aſtrum inextinctum* ſcripſerat.

3.

A. C. 1571. exhibiti fuerunt in 8va forma & tribus partibus Commentariorum de ſtatu Religionis & Reipublicæ in regno Galliæ

Libri novem, abſolventes hiſtoriam ab A. C. 1557. usque ad A. C. 1570. quo tempore in Gallia regnarunt Henricus II. Franciſcus II. & Carolus IX.

Mei exemplaris frontiſpicio adſcripſit (neſcio quis) hæc verba: Auctor hujus hiſtoriæ de initio & progreſſu religionis Calvinianæ putatur eſſe FRANCISCUS HOTTOMANNUS JCtus. Sed nomen ſuum noluit profiteri, metu periculorum. Ergo (addit ille,) merito ſuſpectus eſt totus Commentarius; nec cum Joh. Sleidano conferendus.

4.

Parthenius Litigioſus

auctore Ventura de Valentiis, JCto Voronenſe, Comite S. Palatii, Equite aurato, Cive Romano. Veronæ, anno, Inſtante Deo pla CaVſa trIVMphat. Proſtat apud Paulum Ledertz bibliopolam Argentinenſem. 4.

Genuinus auctor eſt GEORGIUS (ſive Jurga,) VALENTINUS Wynther. ψ.

ψ. Th. Lanſius orat. contra Italiam p. m. 585. in margine. Mart. Zeiler cent. 2. epiſt. 36 p. 402. fin. Imo ex ipſius libri dedicatione p 7. (*ubi Jurga Valentinus* Wynther vocatur J. U. D. Comes Palatinus & Philippi II. Ducis Pomeranorum Conſiliarius) diſpaleſcit.

5.

Judicia de noviſſimis prudentiæ civilis Scriptoribus ex Parnaſſo cum Eubulo Theosdato Sarkmaſio in receſſu Albipolitano ingenue communicata & Martismonte A. C. 1669. 4. excuſa,

Tribuuntur CONRADO SAMUELI SCHURTZFLEISCHIO Phil. Magiſtro, hactenus (relicta academia Lipſienſi apud Wittenbergenſes moranti ω.

ω. Dictam illam cenſuram minari videtur in diſſertat. de Induciis th. ult. litt. ee. in notis.

6.

Arcanorum dominationis Hiſpanicæ

auctorem eſſe JOHANN-LEONHARDUM WEIDNERUM Palatinum, ſcholæque Heidelbergenſis Rectorem, colligo ex Burgoldenſi. α.

α. In notitia imperii part 1. diſc. 1. §. 76. p. 84. Locus, quem ibidem Burgoldenſis alludit, eſt ap. J. L. W. in c. 17. §. 11. §. 101. editionis Lugd. Batavæ de anno 1653. 12.

7.

Binen-Korb des heiligen Römiſchen Immenſchwarms ꝛc.

Durch Jeſuwald Pickhart/ des Canoniſchen Rechtens canoniſirten oder Gewürdigten. Gedruckt zu Chriſtlingen bey Urſino Gottgwin. 8. Auctor eſt PHILIPPUS MARNIXIUS Dn. de Aldegonde, Nobilis ex Belgio. β.

β. J. L. Weidnerus in apophthegm. part. 4. p. 67. ubi tria præprimis proponit: 1. vitam Marnixii, 2. Judicium de illo Apiario Romano, 3. excerpta quædam aus dem Bienen-Korbe.

8.

Mulieres non eſſe Homines,

ſtatuit quidam in diſputatione edita γ. A. C. 1595. 4.

Illas theſes (forte in Polonia elaboratas) communicante VALENTE ACIDALIO ad typos revocavit Oſthauſius bibliopola; ſed quo eventu? ut ipſe *Valens Acidalius* poſtea cenſeretur Auctor. Quanquam metu infamiæ irarumque Lipſienſium & Wittebergenſium *apologeticam epiſtolam* δ. ſcripſit Nyſſæ ad Jac. Monavium Vratisl. Videatur etiam Nic. Henelius in otio Vratislavienſi c. 42. p. 354. ubi *Acidalii innocentiæ* patrocinatur, deteſtatus prius Feminei ſexus obtrectatores.

γ. Uti percepi ex *Jac. Thomaſio*, viro & memoriæ & judicii præſentisſimi, Præceptore meo cum cura nominando.

δ. quæ acceſſit centuriæ epiſtolarum editarum Hanoviæ 1606. S. * Obiter autem notentur verba Val. Acidalii inſerta epiſtolæ 100. ad Fridr. Taubmanum ſcriptæ p. 333. in patriâ meâ ne erres, *non Sileſium me, ſed Marchicum eſſe ſcito.* Fatum huc, neſcio quod, me traduxit: vix tamen ibidem perpetuo aut in longum tenebit. † Imo eodem anno 1595. eodem loco, quin & menſe mox ſequenti Majo fatum ſuum explevit.

9.

Monarchia Sol-ipſorum

Lucii Cornelii Europæi

ad virum clariſſ. Leonem Allatium: cui nuperrime acceſſit Clavis onomaſtica, juxta exemplar Venetum 1648. 12.

Hæc ſcripti illius Inſcriptio & rubrica: ſed Auctor quisnam? J. O. Tabor ε. innuit CASPAR SCIOPPIUM; at Chr. Pellerus ζ. indicat NICOLAUM INCKHOFERUM.

ε. in princ. præfat. ad diſputationes V. (editas Giſſæ 1663. 4.) de Confrontatione. Ubi dicit: Lucius Cornelius Europæus, ſive is ſit *Caſpar Scioppius*, ſive quis alius ex genere ſcriptorum Satyricorum.

ζ. in notis ad præfation. Politici ſcelerati impugnati p. 9. Verba Pelleri hæc ſunt: *Monarchiam Sol-ipſorum* perhibent ſcripſiſſe quempiam Patrem ex Societate *N. Inckhoferum* Germanum, poſtea Romam profectum, nunquam reverſum.

10.

Florimundus Ræmundus

Senator Burdegalenſis non cenſetur illorum

rum librorum, η. qui tamen Nomen ejus jactarunt, auctor fuiſſe; θ.

qui potius LUDOVICO RICHEOMIO Jeſuitæ adſcribendi ſunt. Certe de *Ræmundo* non ſolum Burdegalæ, ſed etiam in tota Gallia rumor ſparſus fuit, eum

judicare ſine Conſcientia
ſcribere ſine Scientia
ædificare ſine Pecunia.

η. edidit Hiſtoriam de Hæreſeon ortu, progreſſu & ruinâ, verſam ex Gallico in latinum & continuatam usq; ad A. C. 1650. Coloniæ 1655. 4.

θ. ex D. Sam. Mareſio (qui Gröningæ A. C. 1658. 4. edidit Johannam Papiſſam reſtitutam) refert Mart. Zeilerus in miſcellan. ſub lemmate Bücher p. 36. Eadem refert Joh. Georg. Dorſchæus in diſſertat. de providentiâ divinâ circa Auguſt. Confeſſ. p. 4. pr. edit. Francof. 1655. 4.

## IV. DECAS.

1.

Præclarum eſt Scriptum, cui titulus: **Hiſtoriſcher Bericht von des Reichs Vogtheyen.** ι.

cujus auctorem conſtat eſſe DANIELEM HEIDERUM, Virum Germanicarum rerum peritiſſimum, Conſiliarium Lindavienſem;

Contra quem prodiit aliud ſcriptum (cui titulus, Refutation des Reichs-Vogts) Apologetico ſcripto alio HEIDERI dudum jugulatum κ.

ι. prodiit Stutgardiæ 1655. 4.

κ. Phil. Andr. Burgoldenſis ad inſtrum. pacis Oſnabr. Monaſter. parte 1. diſcurſu 21. membro 4. §. 17. p. 392. fin.

2.

**Die Verteutſchte Stratonica** Gedruckt zu Amſterdam 1666. 12. diſſimulat Interpretis nomen, his tantum litteris

J. L. V. A.

admiſſis.

Revera autem eſt ſpecimen verſionis Virginalis. Eccujus vero Virginis? JOHANNÆ LAURENTIÆ Von Adlershelm: Id quod 1. inſerta Imago 2. Dedicatio ad Henricum Piccad, 3. Fama apud nos communis confirmatum ivit. λ.

λ. Gratulati tunc tacite fuimus *Conſuli Lipſienſi de tali Filia*: nunc autem Gratulamur *Comiti de Oppersdorff de tali Conjuge!*

3.

JOHANNIS SAUBERTI eſt Epiſtola illa egregia, qua, ſub nomine

Juſti Baræi Antverpiani,

ad Abrahamum Scultetum, majeſtas omnipræſentiæ carni Chriſti communicata, docte aſſeritur. μ.

μ. Joh. Micrælii hiſt. Eccleſiaſt. lib. 3. ſect. 2. q. 48. p. 540 pr.

4.

Joan. Gualtherius

Chronicon Chronicorum, vel Chronicon Eccleſiaſtico-Politicum 4. tomis conſcripſit, eoque omnia ſcitu digna ν., quaſi uno faſciculo collegit. Editum Francofurti apud Aubrios 1614. 8.

Sed ſub hoc Gualtherii nomine latitare voluit JANUS GRUTERUS, Bibliothecarius Palatinus longe celeberrimus! ξ.

ν. nimirum Imperatorum Regum Ducum & Principum &c. geſta, dies natales, imperia, matrimonia, victorias & clades. Draudii bibliotheca claſſica ſub libris Hiſt. Geograph. & Polit. p. 1059.

ξ. Herm. Conringius de Bibliothecâ Auguſtâ in epiſtolâ ad Boineburgium p. m. 72.

5.

Petrus Syringus

ſcripſit de Pace Religionis in imperio Romano commentationem Politico-Juridicam. ο. Delituit ſub illo fictitio nomine JUST. SPRINGERUS, quemadmodum litteræ in ordinem debitum redactæ evincunt. π.

ο. impreſſam Lipſiæ 1607. 4. & Jenæ 1625. 4.

π. Conſentit nobiſcum tum Limnæus de jure publ. lib 1. c 11. n. 72. ubi dicit: *Syringus* & *Springer* unum repræſentat; tum Draudius in bibliotheca claſſica ſub lib. juridicis p. 801. ubi tamen (ſed manifeſto ſphalmate) *Juſti SprEngeri* nomen ponitur.

6.

**Die ſuſſen Todes-Gedancken aus dem Frantzöſiſchen des Jani Serre Teutſch gegeben durch**

B. M. V. O.

Per initiales illas litteras indicatur nullus alius quam MARTINUS OPITIUS Von Boberfeld. ϱ.

ϱ. uti mihi retulit Caſpar Müllerus, bibliopola Vratislavienſis, qui aureum libellum per typos Breslavienſes A. C. 1658. in 12. reſuſcitavit.

7.

Alitophilum ſeu Veritatis lacrymas

Euphormionis Satyrico plerumque junctas, σ. edidit CLAUDIUS BARTHOLOMÆUS MORISOTUS, qui alias Henrici IV. Galliæ Regis vitam τ. ſcripſit. υ.

σ. vide editionem Amſtelodamenſem anni 1664. 12.

τ. editam Genevæ 1629. 12.

υ. Chr. Forſtnerus in epiſtolis negotium pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis concernentibus ep. 10. extr. p. 131.

8.

Elegantiſſimus pariter ac Civiliſſimus liber eſt GEORGII ROLLENHAGEN, quem φ.

**Froſch-Mäusler.** χ.

inſcripſit. ψ.

φ. vidi Lipſiæ editum A. C. 1637. 8.

χ. i. e. dd *Ranarum* & *Murium* mirabili Aulico ſtatu.

ψ. uſus fui verbis Burgoldenſis in notitia Imperii parte 1. diſcurſu 1. §. 16. §. 12. pag. 12.

9.

R. Z.

autor elementorum Jurisprudentiæ ω.

ſcripſit Juris & Judicii fecialis, ſive Juris inter Gentes explicationem, Eſt autem RICHARDUS ZOUCHEUS. α.

ω. impreſſus Hagæ-Comitis 1659. 12. Latine ſcilicet; nam & Germanico idiomate familiarem fecerunt hunc libellum Francofurtenſes 1666. 12. tali frontiſpicio præmiſſo: allgemeines Völcker-Recht / wie auch allgemeines Urtheil und Außſpruch aller Völcker.

α. Sam. Reyher in diſſert. de jure Primigeniorum, in allegatione ad caput 4. ſignatâ litt. Z. p. 46.

10.

A. C. 1605. prodiit in formâ 12. diſſertatio de Idolo Hallenſi, Juſti Lipſii mangonio & phaleris exornato atque producto, in qua confabulones introducuntur Chriſtianus & Papiſta. Conſcriptam fuiſſe à PETRO DENAISIO, auctor mihi eſt J. H. Bœclerus. β.

β. in diſſertat. ad Polit. Lipſii c. 5. p. 53.

# DECAS V.

1.

Theophili Elychnii

nomine varia prodierunt opuſcula. In his:

der Mönche Affen-Spiel/

Item:

von den Janizaren des Papſts/

Necnon:

Bedencken/ welcher Maſſen ein Stand ſein Einkommen verbeſſern möge.

Sed quis eſt ille perſonatus Elychnius? Nacti nuper codicem fuimus, cui ſub iſto fictitio nomine adſcriptum erat nomen GEORGII OBRECHTI JCti. γ.

γ. Sic gratâ mente fidâque manu exhibeo verba Clariſſ. Jacobi *Thomaſii* Prof. Lipſienſis, quibus, tanquam corollario, clauſit Diſputationem de *Duellorum moralitate* habitam Lipſiæ A. C. 1671. menſe ſeptemb.

2.

Cum A. C. 1635. Johannes Georgius I. Elector Saxoniæ cum Ferdinando II. Imperatore pacem Particularem eamque Pragenſem iniiſſet, conqueſtus fuit de ejus Injuſtitia tractatus quidam,

Juſti Aſterii

nomen præ ſe ferens. Svecicis partibus addictum fuiſſe auctorem liquido conſtat. Conſtat inſimul δ. eundem laborem HUGONI GROTIO adſcriptum fuiſſe.

δ. ex G. Hornii orbe Politico parte 2 pag 41 f. Intelligo *Latinam* editionem: nam *Germanica* (& multismodis mutilata) editio, quæ prodiit Budiſſæ 1669 8. catenus muta eſt.

3.

Editus ſub nomine

Petri Firmiani

Genius Seculi, Somnia Sapientis & Gyges Gallus agnoſcunt auctorem P. ZACHARIAM LEXOVIENSEM, ε. Monachum & concionatorem Capucinum. ζ.

ε. de Lizieux ſcribitur gallicè.

ζ. Cognovi hoc ex privilegio Regis Galliæ A. C 1653. d. 9. April. & ex approbatione Theologicæ Facultatis Pariſienſis A. C. 1657 d. 26. Aprilis deſuper impertitâ.

4.

Acerræ Philologicæ

auctorem ſiluit una alteraque editio ſed ſequentes editiones prodiderunt PETRUM LAUREMBERGIUM Roſtochienſem.

5.

Teutſcher Secretarius

debitur politiſſimo & modeſtiſſimo calamo GEORGII PHILIPPI HARSDORFFERI; utut nomen hoc ne recentibus quidem exemplaribus adſcribatur. η.

η. J. G. Schottelii Haupt Sprache lib. 5. tractat. 4. p. 1176.

6.

Cyriaci Thraſimachi

epiſtola θ. ad Andream Nicanorem de Juſtitia armorum Svecicorum in Polonos, miſſa fuit primum è muſeo HERMANNI CONRINGII Profeſſoris in Academia Helmſtadienſi. ι.

θ. Erici Mauritii ſpecimen diſſertationum de principiis juris Publici c. 2. pag. 16. n. 25.

ι. Epiſtola hæc juxta exemplar primigenium & Stetinenſe repetita fuit typis Helmſtadienſibus 1656. 4. imo etiam in Germanicam linguam verſa prodiit Hamburgi. 1656 4.

7.

de T. Petronio Arbitro & ejus ſcriptis Homologumena i. e. Elogia, Teſtimonia & judicia veterum recentiorumque Scriptorum, olim ſub

Georgii Erhardi, Franci

nomine edita, pertinent ad MICHAELEM CASPARUM LUNDORPIUM Francofurdianum Mœnigenam hiſtoricum & Philologum. κ.

κ. id quod Johannes Petr Lotichius in editione T. Petronii (impreſſâ Francofurti 1629 4.) parte ult. pag. 1. monet.

8.

Ambroſius Wolfius

duo admodum dura ac dira ſcripta publicavit A. C. 1579. & 1580. contra *Concordiæ Formulam.*

Is autem fuit D. CHRISTOPHORUS HARDESIANUS Syndicus Noribergenſis, qui etiam perhibetur auctor

Orthodoxi Cinglianorum conſenſus. λ.

λ. ita ſecutus fui Draudii biblioth. claſſicam ſub Theologicis libris p. 142. Sed D. Johann Olearius in appendice ad Carpzovianam Iſagogen librorum Symb licorum § 1. p. 1705 f. pro voce *Chriſtophori* ſubſtituit *Cyriaci*: nec HArdeſianum ſed HErdeſianum vocat. Cui aſſentior.

9.

Continuator Argenidis Barclajanæ

quisnam? Audiamus verba Johannis Weizii p. 183. in obſervation. μ. ad illa Petronii verba, *frigidior hieme Gallica factus.*

Hunc, inquit, locum imitatur MOUCHEMBERGIUS, Gallicus auctor, vel potius ejus Interpres (Latinus) JOHAN-LUDOVICUS GOTHOFRIDUS, Argenidis continuatæ parte 2. lib. 7. c. 1. totum ejus corpus nive Getica frigidius obriguit, ut incluſo ſpiritu &c.

Ex quibus conſtat, Cuinam debeamus Continuationem Gallicam & continuationis Verſionem Latinam.

μ. inſertæ ſunt editioni Joh Petr. Lotichii apud Francofurtenſes 1629 in quartâ formâ divulgatæ.

10.

Circa initium hujus 17. mi ſeculi prodiit Satyrica ν. contra Caſparum Schoppium ſ. Scioppium, in qua continetur

Confutatio ſtultiſſimæ Burdonum fabulæ ξ.

auctore J. R. juris ſtud.

JANO RUTGERSIO eam adſcriptam fuiſſe, animadvertit ο. amicus noſter M. Chriſtophorus Schrader, Halenſis Saxo.

ν. Hæc Satyra cùm aliis duabus (1. Hercules tuam fidem ſ. Munſterus Hypobolimæus. 2. Virgula divina.) iterato edita fuit Lugduni Batavorum 1617. 12.

ξ. Fabulæ in Jul Cæſ. Scaligerum injurioſæ auctor fuerat jam dictus Munſterus Hypobolimæus i. e. CASPAR SCIOPPIUS.

ο. in *Societate Conferentium* habita Lipſiæ A. C. 1667. menſe Junii.

JO.

# JO. FRID. MAYERI,
*Doctoris & Profeſſoris Theologi*
# EPISTOLICA DISSERTATIO
ad
*Conſultiſſ. Excellentiſſim. q; Virum*
DN. Lic.
# VINCENTIUM PLACCIUM,
JCtum & Polyhiſtorem celeberr. Philoſ. Pract. & Eloqu. Profeſſ. P.
qua
## Anonymorum & Pſeudonymorum
farrago obiter indicatur,
nec non
LECTORES O. O. HONORATISSIMI
ad prælectiones æſtivas
telam enarrationis
in auguſtiſſimum Lutheranorum Symbolum
ulterius deinceps pertexturas
*ad 22. Aprilis A. O. R. 1689.*
Comiter perque amanter invitantur.

# JEſu Fortunante!

ET amœniſſima, Vir Ampliſſime, Juris ac literaturæ omnis conſultiſſime, Chriſtianarum hoc tempore meditationum felicitas, nonniſi propria TRIUMPHANTIS de morte JESU commentatione; & hæc nonniſi divino ÆTERNI SPIRITUS naſcitur influxu. Scilicet conſederam horis pomeridianis, quas publicæ continuandarum in A. C. prælectionum ſignificationi impendere decreveram, operandique efficaciam cœlitus efflagitaram, ubi ſtatim menti denuo obverſabatur meæ reverendum illud, quo de ſuperioribus feriis in cœtu ſacro pronunciaveram, ſpectaculum *Mariæ Magdalenæ* unice carum animæ ſuæ JESUM, ambitioſiſſime omnium, licet fruſtra, in ſepulchro requirentis, eundemque mox adſtantem ſub habitu hortulani, qualis ipſi videbatur, de ambiguo, quippe de commonſtratione ſui, officio compellantis; cumque alere has cœpiſſem cogitationes, altiusque cum animo meo calidiſſimum fœminæ exputaſſem affectum, quaſi Kempiſii de Imit. Chriſti Libro III. Cap. XXI. p. 109. verbis, agnitum deinde JESUM ſuum ita audiebam alloquentem: *Super omnia & in omnibus, requieſces in Domino anima mea ſemper, quia ipſe Sanctorum æterna requies. Da mihi dulciſſime & amantiſſime JESU, in Te ſuper omnem creaturam requieſcere: Super omnem ſalutem & pulchritudinem, ſuper omnem gloriam & honorem, ſuper omnem potentiam ac dignitatem, ſuper omnem ſcientiam ac ſubtilitatem, ſuper omnes divitias & artes, ſuper omnem lætitiam & exultationem, ſuper omnem famam ac laudem, ſuper omnem ſuavitatem & conſolationem, ſuper omnem ſpem atque promiſſionem, ſuper omne meritum & deſiderium, ſuper omnia dona & munera, quæ potes dare & infundere, ſuper omne gaudium & jubilationem, quam poteſt mens capere & ſentire: denique ſuper Angelos & Archangelos, & ſuper omnem exercitum cœli: ſuper omnia viſibilia & inviſibilia, & ſuper omne quod tu Deus meus non es* &c. &c.

Atque vix replicaveram libellos, cum de transverſo mentem ſubit agitata inter auctores haud ignobiles de illorum auctore controverſia. Stabant heic in acie, quam mihi, perfunctoriam recordationem attentans, adornabat animus, Conſtantinus Cajetanus, Abbas S. Baronti, Ordinis, S. Benedicti, *qui concertationem Romæ Anno 1616. edidit & reſponſionem Apologeticam Rosweydo Anno 1618. repoſuit, quorſum vid. Val. Andreæ Bibliotheca Belgica.* Franciſcus Valgravius *in Argumento Chronologico contra Kempenſem edito*, Robertus Quatremarius, Aſceta Benedictinus. *vid. Launojum præfat. ad ſuam Diſſert.* Aderat huic *Johannes Launojus*, ingenuus ille Pontificius, Frontonis inde adverſus ſe irritans calamum, *peculiari diſſertatione de auctore Librorum, de imitatione Chriſti, & in Remarques ſummaires ſur un livre intitulé, la Conteſtation touchant l'auteur de l'imitation de JEſus-Chriſt &c.* qui pro *JOHANNE GERSONE* notiſſimo illo Cancellario Pariſienſi, aut *JOHANNE de GESSEN* vel *GERSEN* Abbate Vercellenſe acriter propugnabant, illic numeroſus Kempenſium procedebat exercitus, qui *Thomam* à KEMPIS Canonicum regularem Ordinis S Auguſtini, bonæ fidei poſſeſſorem vel aſſerebant, vel eundem poſtliminio reſtituebant in liberam operis ſui poſſeſſionem. Conſpiciebantur illic pone primipilum Heribertum Rosweydum S. J. *in editis Anno 1617. Vindiciis Kempenſibus adverſus concertat. Conſtantini Cajetani*, Simon Werlinus, Dieſſenſis Præpoſitus, *in libro, quo Vindiciæ Vindiciarum Kempenſium Rosweydi adverſus Conſtantinum Cajetanum & Franciſcum Valgravium repetuntur*: Johannes Fronto *in Refutatione adverſariorum Thomæ Kempenſis*: Georgius Heſerus *qui pro Thoma librum, Dioptram nomine confecit*, & his ſuccenturiati ſtabant in inſidiis Abrahamus Bzovius, qui in *Annalibus Eccleſiaſticis ad Annum Chriſti 1571, num. 21. affirmat Roſvveydum invincibilibus argumentis adverſus Cajetanum demonſtrare, opus illud eſſe Thomæ, non Geſſenis, aut alterius ullius.* Robertus Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Antonius Poſſevinus *in Apparatu Sacro*, Valerius Andreæ *in Bibliotheca Belgica.* Non tam efflictim, credo olim de ſtirpe illuſtris Homeri certaſſe ſeptem Græciæ Urbes, quâm hi, incerti adinſtar vulgi, ſtudia in contraria ſcindebantur. Noviſſime Gerſeniſtis, numero imparibus, accedebant Mabillonius & Germanus, Italici itineris obſervatores curioſiſſimi nuperrimique, fide *Codicis Aronenſis* JOHANNEM GERSEN Abbatem in auctoritate ſcripti confirmantes. *Muſei Italici pag. 21. cum qua conf. p. 208. & 219.* Ego neque pugnam neque litem meam facere, aut fuſius diſceptare, utrum ille Aronenſis ſit ipſe Codex αὐτόγραφος, juxta quem de Imitat. Chriſti libros Henricus Somalius caſtigaverit, poſtea per Johannem Wielewicki, ut habet *Phil. Alegambe in Bibl. Jeſuitica p. 277. & 279,* editos. Extimulabat interea mentem ipſa, quæ ſuaviſſimè ſubiens, eam à libro illo, ex quo de affectu Evangelicæ mulieris conjectâram, dimovebat, perhonorifica tua, Vir Excellentiſſime, invitatio, cui fortè mihi, beatiori aliquando licebit copia ſatisfacere. Nunc quidem certè, quæ neque Te fugiens ſancti muneris eſt interpellatio, vix hoc vacivum pomeridiani temporis, & ipſius deductione funerum contractioris redditi, ipſamque adeo gratificationem

nem contrahentis,mihi impetrare potui, quo hanc Tibi promulſidem, qualem qualem, tumultuariâ operâ confectam, propinarem. Agant id luculentius alii,conſummatiores rei literariæ Antiſtites, quibus datum eſt ſagaci ingenio ac diurnâ nocturnâque manu ejusmodi verſaſſe atque perveſtigaſſe libros, qui laudatiſſimo huic inſtituto congruunt, propenſione in ipſam hanc curam haudquaquam me temere à quoquam patiar exſuperari. Ita namque animum induxi meum,liquidam nullam facile dari poſſe rerum notitiam ſine accurata auctorum cognitione, eosque deteſtatus ſemper ſum quam maxime, qui ad oblectationem auſcultantium magis, quam ad ipſam doctrinæ rationem hæc pertinere opinantur. Eodem conſilio, quod meum erat,imbuebam & olim in Academia auditores meos, cujus quosdam certe ſcio neque dum pœnitere. Sed quorſum hæc? Neque enim vel publica utilitas meo ſuffragio indiget, vel Tibi ignotum eſt, quâ docendi lege in Cathedra Hamburgenſi ſim perfunctus, conjunctiſſime viventi cum iis inclytis Viris, qui toties gratiam mihi auſcultationis fecerunt. Tam bene hicce labor noſtro utriusque, quam Tuum inſtitutum univerſæReip.Literariæ apertiſſimo congruit commodo. Quidnam enim in Orbe erudito excogitari præſtantius, amabiliusve poteſt, quam veri cupidis commonſtrare veros, & vel detracto perſonato nomine, genuinos auctores, per quos proficere debeant iidem? Quid fructuoſius, quâm in aprico conſtitutis iis cauſis, ob quas prudentes diſſimulatores nomen ſuum vel involverunt vel plane reticuerunt, in pulcherrimarum rerum eventuumque ſubinde cognitionem induci? Quod qui aſpernantur aut vili pendunt, næ illos inficetos pari aliquando ſe ignorantiæ crimine obſtringere oportet, ac illum *Lud. a S. Carolo, Biblioth. Pontif. Lib. II. p. 455.* qui ex libro hominem facit, ſine magiæ tamen ſuſpicione, mox, magnum Pomeranorum Theologum, *Danielem Cramerum* eundem facit cum *Daniele Chamiero* Calviniſta, p. 458. qua eadem ignorantia ſimiliter in unum compingit Mornæum & Marnixium; p. 474. viciſſimque unum hominem in binos diducit, diverſa ponendo nomina Roberti Abbatis vel Abbatii & Roberti Abbotis, quidam quaſi Hiſtoriæ Literariæ Neſtorius Eutychesque futurus, quem condignis forte excipiamus modis, ſi eandem formulam de eo pronunciemus, quam de Ambroſio de Altamura, auctore Bibliothecæ Dominicanæ, adhibet *Oudinus Supplem. Script. Eccleſ. Bellarm. p. 653: Miror nec poſſum parcere Ambroſio Altamurano inſignem, quam hic admittit, hallucinationem omnino indignam Bibliothecario, ſcribente intra ſeculum oculatiſſimum.* Novimus quosdam qui *cranium pro meta ſciendi*, (quibus vocabulis *Julii Cæſaris Scaligeri Cranium Conſpectum* appellabat Ampliſſimus ingenioſiſſimusque Poeta *Caſpar Kinſchotius Poem. pag. 100.*) ſe circumferre vivi videri volebant. Quorum tamen nonnulli miſere lapſi ſunt in rebus ejusmodi. Cui hoc mirum videatur, adeat *Th. Reineſium*, Variar. Lect. Lib. I. c II. p 6.7. & videbit, quot doctiſſimis ceteroquin Viris & Criticis ſummis, in quibus, quod mireris, ſunt *C. Barthius & Had. Junius* levicula res crucem fixerit, qui ex non intellecto titulo libri Κυρανίδων neſcio quem auctorem naturalis magiæ commenti ſunt. Ita hæ minutiæ contemtum ſui vindicant. Talia autem ne deinde accidant, magnus publicæ utilitatis, *Vir Exellentiſſime*, interceſſiſti Conciliator, defectuumque literariorum averruncus. Atque dum ibi ſum,non poſſum non vero animo, Tibi, & per Te Seculo literatiſſimo, cujus illuſtrandi perſonam ſuſtines, gratulari, quod *Germanorum in rem Literariam merita*, hujus, quod *apud nos ante Te* nemo occupaverat, argumenti tractatione cumulaveris, Teque ipſum, Scriptis pridem inclytum fructuoſiſſimis pariter atque exaſciatiſſimis,ſuffeceris, quem Italorum Jul Clem. SCOTO, Profeſſori Patavino, *qui aliquam hac de re Diſſertationem conſcripſit*, Gallorumque SORELLO *auctori libri, la Bibliotheque Francoiſe, quo & Gallicos Anonymos recenſet*, digne lætanterque poſſimus opponere. Quid? quod in hoc amplum ſatis Te *juſtitiæ* Sacerdotem perhibes. Suum enim cuique reddi *jura* omnia non concedunt modo,ſed & præcipiunt. Ut *juſte* adeo *laudabiliterque, dum de auctore operis certatur & humanis armis certando veteris comœdiæ licentia diſpungitur certari poſſe*, merito Launojus, *Epiſt. dedicat. citatæ Diſſert.* exiſtimet. Jam ne probare magis quam quantum in me eſt, humaniores hosce tuos labores, quibus perficiendis firmam conſtantemque valetudinem ut Tibi divina præſtet gratia, ex animo precor, adjuvare velle videar, en Tibi aliqualem farraginem ſcriptorum Anonymorum & Pſeudonymorum ſuis deinde locis, cum aliis, qui a me exſpectari poterunt, in Syntagmate tuo inſerendam!

# SCRIPTORES ANONYMI.

UT adeo de Biblicis Commentatoribus ducam auſpicium, *Gloſſæ ordinariæ* auctor *Walafridus Strabo* creditur, quo de inter Miræū, Voſſium, Poſſevinum atque Labæum lites multæ, an idem hic Strabus Augienſis, Abbas qui Fuldenſis fuerit.

*Biblia Vinarienſia* Expoſitiones Sacro Codici à Theologis quibusdam, *Vinarienſium*, ab auſpiciis ſereniſſimi Ducis lineæ Vinarienſis, & *Noribergenſium* à loco impreſſionis ſibi nomen adoptantibus, concinnatæ, quemadmodum à Venerando Academiæ Wittebergenſis Seniore D. Andreæ Sennerto, Collega olim conjunctiſſimo qui annum jam ſuperat 84. & non ita pridem faſces Academiæ depoſuit, accepi, ſequentes agnoſcunt Auctores. *Et in Veteri quidem Teſtamento* Geneſis elaborata à *D.*

à *D. Joh. Gerhardo* profeſſore Theologo Jenenſi. Exodus à *M. Joh. Ilſchnero* Archidiacono Sondershuſano. Leviticus à *D. Joh. Elsnero* Profeſſore Theol. Erfurt. Deuteronomium à *D Joh. Grosheimio* Concionatore Aulico Vinarienſi. Joſua, Judicum, Ruth à. *M. Ant. Mylio*, Contionatore Aulico Kranigfeldenſi. Prior & Poſter. Regum à *Mag. Hippolito Hubmayero* Superintend. Heldburgenſi. 3. & 4. Reg. à *Mag. Joh. Moſe* Archidiac. Ortruviano. 1. & 2. Chron. à *M. Joh. Mullero* Archidiac. Jenenſ. 1. & 2. Esdræ, item Eſter à *M. Paul. Slevogtio* Profeſſ. Jenenſ. Jobus à *Dilbero* Phil. & Theolog. tunc Profeſſ. Jenenſ Pſalterium, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum à *D. Salomone Glaſſio* Theol. Profeſſ. Jen. Eſaias, à *D. Joh. Webero* Superintend. Ortruviano. Jeremias & Thren. à *Joh. Kronmejero* Superintend. Gen. Vinar. Ezechiel à *D. Andrea Keslero*, Superint Gen. Coburgico. Daniel à *D. Joh. Gerhardo*. Oſeas, Joel, Amos, Obadias, à *M. Jos. Thilone*. Jonas, Micheas, Nahum, Habacuc à *M. Sigism. Evenio* Conſil. Eccleſ. Gothano. Judith, Sapientia, Tobias à *D. Andr. Keslero*. Eccleſiaſticus à *D. Arnoldo Mengeringio* Superintend. Hallenſi. Baruch, 1. & 2. Macc. Fragmenta Eſther, Hiſtoria Suſannæ & Danielis, Hiſtoria Beli, Hiſtoria Draconis, Oratio Aſarjæ, Canticum trium Virorum, Oratio Manaſſis, 3. & 4. Esdræ à *D. Joh. Keslero*.

*Novi Teſtamenti* libri ſunt accurati a ſeqq. Matthæus *à M Hier. Prætorio* Superintend. Sleuſing. Marcus & Lucas *à M. Chr. Cellario* Superintend. Smalcald. Johannes *à D. Joh. Gerhardo*. Acta Apoſtolica *à D. Joh. Majore* Prof. & Superintend. Jenenſi. Epiſtola Pauli ad Romanos *à Magiſtro Davide Lidbachio* 1. & 2. ad Corinth. à *D. Joh. Himmelio*, ad Galatas & Epheſios, Philipp. & Coloſſenſes à *M. Joh. Sutorio*. 1. & 2. ad Theſſalonicenſes, item 1. & 2. ad Timoth. it. ad Tit. à *M. Joh. Grobio*. ad Philemonem, it. Epiſt. Petri 1. & 2. à *M. Joh. Seibero*. Epiſtola Johannis 1. 2. & 3. à *D. Joh. Majore*. Epiſt. ad Hebræos à *M. Joh. Neandro*. Epiſt. Jacobi, Epiſt. Judæ, Apocalypſis à *Doct. Joh. Gerhardo*.

*Verſionis Anglicanæ in Act. Synod. Dordracenæ pag. m.* 19. ita commemorantur auctores: in „opere diſtribuendo hæc obſervata ratio. „Totum Corpus Bibliorum in 6. partes fuit „diſtributum. Cuilibet parti transferendæ „deſtinati ſunt ſeptem vel octo viri primarii „linguarum peritiſſimi, duæ partes aſſignatæ „fuerunt Theologis quibusdam Londinenſibus: quatuor v. partes reliquæ diviſæ fuerunt æqualiter inter utriusque Academiæ „Theologos poſt peractum a ſingulis penſum, ex his omnibus duodecim ſelecti viri in „unum locum convocati integrum opus recognoverunt ac recenſuerunt, poſtremo reverendiſſ. Epiſcopus Winthonienſis *Bilſohnus*, una cum *D. Smitho*, Epiſcopo Gloceſtrienſi, viro eximio & ab initio in toto hoc opere verſatiſſimo, omnibus mature penſitatis „& examinatis, extremam manum huic verſioni impoſuerunt.

*Verſionis Belgicæ recentiſſimæ* auctores referunt Epiſtolæ Arminianorum p. 514. b. & 515. a: Electi ſunt ad Translationem Veteris Teſtamenti *Joh. Bogermannus*, *Wilh. Baudartius*, *Gerſon Buzerus*; ad Novi Teſtamenti tranſlationem, *Jacob. Rælandi*, *Petrus Cornelii* Miniſter Enchuſianus, *Herm. Faukelius*. Ad reviſionem Veteris Teſtamenti electi ſunt *Antonius Thyſius*, *Polyander*, *Plancius*, *Jodocus Larenus*, *Sybrandus Luberti*, *Revius*, *Franc. Gomarus*. Ad reviſionem novi Teſtamenti *Sebaſtian Damman*, *Feſtus Hommius*, *Geldorpius*, *Walæus*, *Langius*, *Fullenius*, *Ubbo Emmius*. *Joh. Caperoos*.

*Verſio Novi Teſtamenti Racovienſis* Sociniana elaborata *à Joachimo Stegmanno & Joh. Crellio*, tribuitur à plerisque *Georgio Enjedino*, at ille diem jam obiit ſupremum anno 1597 cum hoc ſeculo & quidem 1630. hæc verſio prodierit in conſpectum lucemq;. Fatetur id Sandius in Bibliotheca Anti Trinitariorum p. 94.

*Centuriatorum Magdeburgenſium*, eorumque Gubernatorum vel Operariorum nomina hæc ſunt; *Ebelingus Aleman* Conſul. *Martinus Copus* D. Medicinæ. *M. Joh. Wigandus* Paſtor ad S. Huldericum. *M. Matthæus Judex* miniſter verbi Dei ibidem. *M. Baſilius Faber*, *M. Joh. Feldpock*, *Ambroſius Hiddefeld*, *David Cicelerus*, *Caſparus Leunculus*, *Wilh Radenſis*, *Nicolaus Beumlerus*, *Bernh. Niger*, *Petrus Schröder*, *Conradus Agrius*. Proceſſum tractationis ſuæ, (quem ipſi deſcribunt *in narratione contra Menium & Scholaſticorum Wittebergenſium Epiſtolas, poſtea cum reſponſione Scholaſticorum Wittebergenſium ad eandem edita Wittebergæ anno* 1558. *cuique hæc nomina ſubſcripta reperimus*) in iſtas quatuor quaſi operas diſtributũ, ex ipſorum narratione hic ſubjungere placuit, *primum* ſcribunt, *alimus certis ſtipendiis jam ſeptem Studioſos, doctrina & judicio non mediocri præditos, qui Autores ſibi propoſitos evolvunt, ſumma attentione & fide, ac juxta methodi metas ſollicite & curioſe ſingula excerpunt, & quaſi Anatomiam Autorum faciunt, ſuoque loco quælibet aaſcribunt idque faciunt ſemper unum ſeculum poſt aliud in manus accipientes. Deinde alimus duos Magiſtros ætate, doctrina & rectitudine judicii præſtantes, quibus quod priores ſedulæ ac induſtriæ apiculæ ex variis locis ac floribus convexerunt, traditur, ut rerum congeſtarum dijudicationem faciant, delineent ac diſponant, quæ in ſcriptionem venire debent, ac denique pertractent & connectant narratione hiſtorica. Tertio conſtituti ſunt, ex gubernatorum numero quidam inſpectores, qui collectoribus materias diſtribuunt & ea quæ ſunt delineata examinant, & rerum judicium atque partium collocationem adjuvant (nihil enim ſcribitur, niſi prius hac ratione dijudicatum ſit) ſcripta deinde rurſus ſub limam vocant, ac denique etiam quædam pro neceſſitate ipſi contexunt ac ſcribunt. Quarto alimus Amanuenſem, ut vocant, qui ſic compoſita mundius deſcribit. Ultra hoſce ſunt communes totius operis gubernatores & inſpectores optimæ fidei homines, qui conſiliis præſunt & idoneas perſonas arceſſunt, quique habent ſumtuum rationem. Unus autem ex iſtis, ſi quid contribuitur, cuſtodit & habet libellos acceptorum & expenſorum. Singulis porro anni quadrantibus præſente Conſule rationes ſubducuntur & annotantur.* Hactenus de ſe narratores ipſi Centuriatores.

Narra-

Narrationem autem allegatam patrem agnoſcere Mag. Johannem Wigandum, in Collegio Centuriatorum tertio loco nominatum, conſtat *ex initio reſponſionis Scholaſticorum Wittebergenſium*, in qua gubernatores & operarii hujus hiſtorici operis acerrimis nominibus & alluſionibus perſtringuntur. Cujus reſponſionis Autorem ut credam exſtitiſſe Philippum Melanchtonem, facile inducor inſperſis paſſim formulis, quibus *Philippum Melanchtonem*, quem Centuriatores *livoris*, *ambitionis*, *odii & virulentiæ veneno conſpuerint*, defendunt, ejusque voces jactant, vel dum aperte *invidiam ſuam* ita teſtantur adverſus Flacium, *cui tam liberaliter omnes ad illam Hiſtoriam contribuerint* (ipſe poſſideo Epiſtolam eo tempore manu Cantuarienſis Epiſcopi ſcriptam, qua 20. Angellottos ſe Flacio transmiſiſſe perhibet) cum ipſorum *Præceptor qui Chronicon ſcribat non minus laudabile, quam Hiſtoria Magdeburgenſis eſſe poſſit, ne decimam quidem milleſimam partem benignitatis ſimilis ſenſerit*. Quæ loca ceu conjectationis fundamenta ſubſternere debui.

*Neceſſaria defenſio Pupillæ Saxonicæ* i. e. Gründliche Haupt-Vertheidigung des Augapfels conſcripta juſſu Electoris à Doct. Matthia Hoë ab Hoëneg, D. Polycarpo Lyſero Jun. D. Henrico Hopffnero, D. Wilhelmo Lyſero & D. Joh. Hulſemanno.

*Deciſio ſolida Theologorum Saxonicorum* maximam partem elaborata à D. Henrico Hopfnero vid. Weber in Hopfnero Angelico Doctore.

*Compoſitio pacis JCtorum Dillingenſium* Autores agnoſcit Laurentium Forerum & Paulum Leymannum Jeſuitas teſte Alegambe.

*Triumphus Catholicæ Veritatis adverſus Novatores ſ. Janſenius damnatus à Conciliis, Pontificibus, Epiſcopis &c.* Pariſiis Anno 1651. Philippi Labbei S. J. eſt. Ita Bibliotheca Anti-Janſeniana (ſcriptum ipſum quoque Anonymum Pariſiis Anno 1654. quod nullum alium Autorem, quam jam dictum Philippum Labbe habet) pag. 54.

*Libri de Eccleſiaſtica & Politica Poteſtate* Pariſienſ. ao. 1611. qui jura atque Libertates regni Galliæ adverſus curiam Romanam defendit Auctor eſt *Edmundus Richerius* Socius Sorbonicus, confer *decretum ſacræ congregat. Indicis* 2. Febr. 1622. & M. C. S. Theol. Doct. Tractatus de libertatibus Eccleſiæ Anglicanæ, qui hoc anno prodiit Leodii apud Matthæum Hovium & *Vindicias doctrinæ Majorum Scholæ Pariſienſis* Edmundi Richerii Doctoris ac Socii Sorbonici Coloniæ, anno 1683. editas, in quarum *Præfatione* ita Richerius: Hæc, inquam, attentius apud me reputans, poſt varias lucubrationes pro defenſione *Libelli de Eccleſiaſtica & Politica Poteſtate à me conſcriptas &c.*

*Epiſtola Cardinalium* Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Galliæ ad *Innocentium* X. pro damnanda Janſenii hæreſi Autorem agnoſcit *Petrum de Marca* vid. Biblioth. Anti-Janſeniana pag. 50.

*Monita Salutaria B. Virginis Mariæ ad cultores ſuos indiſcretos.* Gandavi anno 1674. liber utiliſſimus, in quo Maria cultum ſui ſuperſtitioſum per ipſos cultores deprecatur, quem nos aliquando edidimus, laudatus & approbatus Petro de Wallenburg, Wernero Francken, Gotofredo Molano aliisque Doctoribus Pontificiis: defenſa per Gilbertum Epiſcopum Tornacenſem in Epiſtola Paſtorali, prodierunt per *Adamum Widefeldt* JCtum Colonienſem, qui & ſua eſſe agnovit & profeſſus eſt, alium tamen hujus fœtus parentem Jeſuitæ eſſe volunt: vid. *Franciſc. Ludoviſcium Bonam* Theologum Præfatione defenſionis beatiſſimæ Virginis Mariæ ann. 1674.

Non poſſum hic præterire *Libertatis Venetæ ſcrutinium*, *Tibi, Vir Excell.* oppido cognitum, quod *Paulo Sarpio Veneto* occaſionem dedit Concilii Tridentini hiſtoriam edendi, quo de olim noſter Wagenſeilius, quem Deus ſervet, ad nos hunc in modum ſcripſit, neque quæ *de Ferrantis Pallavicini libro* ad nos dedit ſubticebimus: *Quod ad Pauli Eremitæ Theologi Veneti & Ferrantis Pallavicini fata attinet, diſcrucior animi, non poſſe me omnia ad amuſſim percenſere, fateor, non admodum me de iis fuiſſe ſolicitum, & quæ tibi narravi, forte fortuna cum in Italia iter facerem a familiaribus didici. Summa rei eſt Paulum Eremitam à Senatu Veneto juſſum eſſe confutare libellum inſcriptum: Scrutinium Libertatis Venetæ, qui dum Romanæ curiæ auſpiciis prodiiſſe credebatur, etſi non una omnium propemodum ſententia eſt, Auctorem illius fuiſſe Marcum Welſerum virum clariſſimum. Quicquid de hoc ſit, quia Veneti perſuaſi erant, aliquem Pontificiis nepotibus devotum illud ſcriptum elucubraſſe, ideo iſtis ut contra ægre faceret, Paulus Eremita, hiſtoriam Concilii Tridentini ſub nomine Petri Suavis concinnavit, qua in publicum emiſſa dici non poteſt, quantam bilem curiæ Romanæ tribulibus moverit. Ergo conductus ſicarius, qui Paulum ſtricto pugione adortus multa ei vulnera inflixit, ut etiam peremptum crederent; at Paulus Medicorum induſtria, quos Senatus Venetus undecunque acciverat, convaluit & pugionem Deo ſervatori donarium obtulit, ſicarius ſceleris pœnas capite ſuo luit. Ferrantes Pallavicinus miro & ad eloqentiam à natura efficto ingenio præditus, & ipſe aulæ Pontificiæ indignationem provocavit, tum aliis magna libertate ſcriptis, tum inprimis libro, quem vocavit Il Corriere ſualigiato, & qui in vernaculam noſtram converſus* der geplünderte Poſtreuter *inſcribitur. Sed ne quis crederet impune ſibi licere aulam Romanam laceſſere, etiam illi inſidiæ ſtructæ ſunt, ac huic negotio perficiendo adhibitus eſt Carolus Morſi homo Gallus, qui Pallavicinum falſis literis decepit, quaſi Cardinalis Richelius eum in Galliam ad res ſuas geſtas literis conſignandas vocaret, enimvero Ferrantes iter ingreſſus, atque à traditore Avenionem perductus ſupremo ſupplicio ibidem eſt affectus.*

*Monita privata S. J.* Autorem habent Plebanum quendam Polonum, quod plurimis locis fatetur Gretſerus contra famoſum libellum, cujus inſcriptio eſt: Monita privata S. J. pag. 43. 65. 101. 115.

*Fortalitium fidei* in quo agitur de armandis fidelibus ac de ſex armorum ſpiritualium generibus, quia & quibus armis muniendi ſint concionatores. Autoris nomen ignorat Poſſevinus; ſed nonnulli *Guilielmo Tholano* alii *Thomæ*

*mæ Patriarchæ Barbarenſi* , *alii Alphonſo à Spina* adſcribunt. Conferatur Caſimirus Oudin. ſupplemento de ſcriptor. à Bellarmino omiſſis pag. 714.

REFORMATI *Catechismum Palatinum & Admonitionem Neoſtadianam Zachariæ Urſino* debent.

*Synodi Dordracenæ Acta, quæ Dordrechti 1620.* prodierunt, ſequentibus tribuenda ex recenſione Autoris *Vitæ Antonii Walæi*, quæ extat inter ſelectas Londinenſes anno 1681. editas pag. 644. *Defenſio Religionis Reformatæ facultati Theologicæ (Leidenſi) & in ea maxima ex parte Walæo incubuit. Prima fuit Acta Synodi Nationalis Dordracenæ in publicum dare. Intererat Eccleſiis Reformatis per Belgium, imo per totum orbem diſperſis, noviſſe, qua via quove ordine cauſa Arminii & Remonſtrantium examinata fuiſſet, quid ſingulis Patrum viſum quid ab omnibus eſſet concluſum. Ad eam editionem à fœderati Belgii ordinibus delegati fuere, Johannes Polyander, Antonius Walæus, Antonius Thyſius, Dan. Heinſius, Feſtus Hommius, Dan. Colonius, Joh. Latius. Sed maxima editionis laus Feſto Hommio debetur, qui in ſcriptum promptus & elegans, Synodi quoque ſcriba, reliquis diligentius annotaverat quæ in Synodo acta fuiſſent.*

*Anti-Cotoni* Autor *Petrus Molinæus* eſt. Ita Encomiaſtes Molinæi pag. 705. Poſt nefariam magni Regis (Henrici IV. Regis Galliarum) cædem Molinæus librum edidit, cui eſt titulus *Anti-Coton*, in quo probat Cottonum & totum adeo Jeſuitarum ordinem Regiæ cædis reos teneri. Libro nomen ſuum non appoſuit Molinæus, eum tamen libri Auctorem fuiſſe nemo dubitavit. In eo Anagramma Pierre Cotton: Perce ton Roy, adverſarios provocavit, ut ſic in Molinæi nomen luderent, Petrus du Moulin: Erit mundo lupus.

*Obſervationes in Ignatianas Pearſonii* Vindicias & in Annotat. Beveregii in Canones SS. Apoſtol. Rothomagi 1674. auctori ſuo *Matthæo Roquano* vindicantur à Jacobo Baſnage in Epiſtol. IV. quæ adjuncta eſt D. Chryſoſtomi Epiſtolæ ad Cæſarium Monachum ab ipſo editæ pag. 107.

Libri *de tribus Impoſtoribus Magnis* putativum poſt cæteros patrem *Bornaudum* indicavimus in Procem diſput. noſtræ *de Comitiis Taboriticis.* Guſtum aliquando ex hoc libro excerptorum peculiari diſſertatione cum Deo daturi, ut meticuloſas, additis, quod in proclivi arbitramur, juſtis Chriſtiani nominis vindiciis, plurimorum ſuſpiciones caſtigemus præſidiisque ſuis improvidos exturbemus Deiſtas.

*Ephemeridum Literatorum in Gallia Collectores* ab anno 1665. huc usque celebres, quamvis à pleriſque tantum habeantur Dn. Hedo-" vilius Conſiliarius Parlamenti Pariſienſis," ſub nomine Dn. de Sallo cognitus, Dnn. Ab-" bates Galleſius, Roquius, & Medicus Regius" Dionyſius. Iniquum videri poterat nullam" unquam mentionem fieri laboris, in hunc" ſcopum collati à Dn. Abbate *Comierio*, ſcriptis" eruditis de Cometis, Phoſphoris, & inventis" curioſis Mathematico-Hydraulicis, ab An-" glo Hubino fabrefactis, in Republica litera-" ria illuſtriori, qui multis coram Lutetiæ Pari-" ſiorum retulit, ſe quondam illi operi utram-" que porrexiſſe manum, easdem tamen pau" cos ante annos penitus ſubtraxiſſe ex alio-" rum injuria, ſtudia ſua ſibi ſolis arrogantium," ut nunc ingenioſiſſimi Viri in ſolitudinem" ſeceſſum, ob invidiam partim vitandam," partim ob fatalem à propinato veneno ex-" cœcationem, publicum merito conquera-" tur. Cujus rei documentum præſtat ὁ σύνοι-" τος longe conjunctiſſimus honoratiſſimus-" que Dn. D. Korberus, qui mihi, hos autores" pſeudonymos conſignanti, forte adeſt.

# PSEUDONYMI.

